image
not
available

1

1527 = 7

25 martii

Item in die annuntiationis hac etiam ferm[illegible]
Item celum et terra creata [illegible]
Item angeli [illegible] et anima creata [illegible]
Item Adam creatus [illegible] in meridie e[illegible]
Item illo die defunctus in meridie
Item Abel occisus
Item Moyses [illegible] mare rubrum transivit
Item Abraham obtulit Ysaac
Item Melchisedech panem et vinum obtul[illegible]
[illegible] homo factus
Item [illegible] crucifixus
Item Christus ad iudicium veniet
Item Io. Baptista [illegible] decollatus
Item Iacobus maior passus
Item Dismas latro salvatus
Item Lazarus [illegible] credebit
Item Cornelius filium dei [illegible] dixit
Item Dionysius [illegible] athenis cognovit teneb[illegible]
Item [illegible] passus est
Item [illegible] sacerdos [illegible]
Item Iosias [illegible] decollatus est
[illegible] sedente in [illegible] vitem fecit sapore
vere per ssatum
[illegible] Christus intravit in Egyptum in civi-
tatem Hermopolim et statue non
[illegible] ideorum [illegible] ne pareret mortis
[illegible] remansit idolum Essaia in
[illegible] Egyptum [illegible]
[illegible] cam

15 post ascensionem divisi sunt apostoli

Mi 26. C. 5

Digitized by Google

14-26-C-15

Catalogus ſanctorū ⁊ geſtorum eoruꝫ ex

diuerſis voluminibus collectus:
editus a reuerendiſſimo in chri
ſto patre domino Petro de
natalibus de venetijs dei
gratia epiſcopo Equi-
lino multis nouis
additionibus de
coratus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Atonius Uerlus Uicentinus chriſtianis ſalutem. Poſſe-
mus(⁊ merito quidez)ingratitudinis ac inuidie
nota ſuggillari: quum omnium pene auctorum volumina in medium
prodierint: ſi catalogum ſanctorum: tam concinnum: elegans: luculen
tum: ⁊ rarum: vt fere vnicum opus: omnibus cõmunez cum auctore ia-
cturam: in lucem pariter non ederemus: ⁊ eo amplius: ꝙ ex ipſiuſmet artificis manu
fidelem habemus archetypum. Jccirco: cum vt fidei noſtre conducibile quicq̃ȝ agere-
mus: tum ⁊ apprime: vt torquenda in nos tanq̃ȝ laudis aliene interceptores: iacula de-
clinaremus: Hunc quoqȝ nobis modo accuratiſſime recognitum pluribus exemplari-
bus effigiandum curauimus: tot labores ⁊ exactas lucubratiões: que vt extincte hacte-
nus delituerant: ab interitu vendicaturi. Quod omnibus perutile: ⁊ multis fore nõ iniu
cundum arbitramur: nec pigere eos: qui ſuperno calent igne: huic myſtico diuinoqȝ co
dici boni aliquid ocij tritum ire: vt hinc diſcere valeant ethice religioſeqȝ viuere: quiz
nulla aut rara ſit tam remota: tam abſtruſa barbaries: cui nature vel dei nutu aliqua:
q̃uis erronea: religio non colatur. Quam: vt omittamus aſſyrios: egyptios: hebreos:
quibus ſemper cure fuit vt pontifices imperarent: quanti fecerint romani patres: quo
cultu: qua reuerentia excoluerint: ex decem principum filijs ſenatuſconſulto ethrurie:
vt ita dicam: vicatim deſtinatis: ſacrorum diſciplina imbuendis: ex priuatis etiaz duo-
bus lucijs petilio ⁊ aluanio: caio fabio ſacris onuſto: ſatis luculẽter habemus. Et vt ex-
tera non obticeamus: non ne ex vmbilico barbarie ſublatum ebur melitam remiſit ma
ſaniſſa? Quorſum hec? profecto vt intelligamus: quod nos deceat: quibus: bone deus:
indubitabilis ac vera religio eſt propalata. Conſtanter incumbenduz eſt. ſedulo riteqȝ
deo famulandum. Hinc enim luxuriant vectigalia: florent vrbes procera pullulat ſobo
les: omnia ad vota ſuccedunt. ⁊ hoc ipſos non latuit quirites: qui ſemper omnia poſt re
ligionem duxerunt: dijs curioſe libando: ſe orbi poſſe imperare non dubitantes: quod
niſi fecerimus: eam aſpernantes: ecce ſirio torretur humus. degenerat progenies. irre-
punt peſtes. diruta iacent menia. cuncta ruũt in preceps ⁊ quod miſerabilius eſt: illiba
ta nuſq̃ȝ ſeruatur pudicitia. Hanc ob cauſam potitiorum puberes perijſſe: breum in ſe-
met manum vertiſſe: ⁊ varone conſule ad cãnas infeliciter dimicatum: ſenatorij patres
vere ⁊ optime iudicarunt. diuina differtur ira. nõ irritatur. Eia agite nobis noſmet ipſi
conſulamus. perimus profecto in dies perimus. nec vite certam habemus horam: di-
uinis igitur litteris vacandum eſt: quibus celum expugnare inſtruamur: vbi eternaz fe
licemqȝ vitam degamus. Non deſunt quidez libri: qui hac de re nos affatim inſtituãt.
ſed qui lenius excitent: ardentius exhortentur: ⁊ exempla que emulari debeamus ma
gis idonea ſubijciant oculis: aliunde magis: q̃ȝ ex his voluminibus decerpere nõ poſſu
mus: que concinna hiſtoriarum annexione: vitas ſanctorum omnium: ſic inuentu facil-
limas: vt in prefatione duodecimi huius innoteſcit: tam ſuccincte taz perfecte per anni
curricula complectuntur: vbi nihil non excultum: nihil probatiſſimorum virorum au-
ctoritatibus non fulcitum enarratur: vt ne doctiſſimi quidem debeant reſpuere: qui
tametſi ferulis ſubtraxerint manus: ⁊ aliunde didicerint. diſcent tamẽ hinc bene viue-
re. nam bonitate non doctrina tantum vendicatur celum: vt illud. Jndocti rapiunt ce-
lum: cum ſcientijs mergimur in ꝓfundum. Diſcent preterea ⁊ fidelibus ineſſe vim ani
mi non exiguam: vt non vlterius tantopere penelopes: aut lucretie pudicitiam predi-
cent: ſceuole conſtantiam mirentur: ⁊ attilij fidem ſuper aſtra tollant. Jntelligẽt chriſti

Digitized by Google

colas occidi poſſe:non ſuperari.ceſarum imanitates parum valere: inter miranda ob/
ſtupeſcere:⁊ profiteri:ſe orbem poſſe vincere:non animos.Ecquid ſunt hec egregia fa/
cinora:turres ⁊ fidei noſtre molimina:non inſpicienda:minime quidem: quum preci
pue ſint nulle domus:nulle vrbes:nulle nationes niſi Chriſto rebelles: que hinc aliqd
emolumenti ſibi adipiſci non valeant.Quaꝫ facile:qui per templa declamationibus in/
ſudant: his auctoritatibus ⁊ exemplis regiam auditoribus viam perſuadebunt:
hinc docemur: virtutes ſequi: vitia debellare. ⁊ nos: quod nequiuit orbis do/
mitor alexander: noſmet rationi parendo ſubiugare: celum pro ſtipendio conſecu
turi: ⁊ famam in terris haud obſcuriorem: q̄ qui terrarum monſtra deuicere.Ex
inde namqꝫ famam tantum ⁊ quidem breuem traxerunt: tot erumnis vix partā.
Hinc merces. Hinc indelebile nomen:⁊ quod heroum nulli contigit:dieꝫ in ſuper ſibi
perpetuo colendum: ſyncera vi animi comparandum.tutius profecto quam credere
nos pelago tumidis fluctibus circūquaqꝫ vallantibus:ſemper in labijs(vt audeam pro
ferre)animas gerentes: vt fecundi opibus ſardonicati ⁊ conchyliati ad infructuoſaꝫ hu
ius terreni ſeculi gloriam inter vrbium primates incedere valeamus. Heu homo infe/
lix:⁊ vanum animal.longe:nimis profecto longe ſunt erumne pro tam momentaneis
voluptatibus:quibus euo tam diuturno acquiſitis:tam breuiſſimus carituri. hinc eter/
na manat gloria ⁊ verus delitiarum theſaurus:multis incognitus: non qualeꝫ tagus lu
ſitanis:aut lydijs vehit hermus harenis.ſed quali fruitur ipſa celi curia. hoc eſt diten/
dum.hoc ſunt implende crumene:ne:quuꝫ illuc applicuerimus: pecunijs hoſpitaturi:
dicatur nobis ſunt hec ceſaris numiſmata.hic non admittūtur.alio diuertite. His itaqꝫ
diuitijs inſudemus: ciuili rabie:tyrannica cupiditate:⁊ hoſtilibus rapinis non ſurripiē
dis:quibus locupletati decoratiqꝫ celeſtem hieruſalem ingredientes nobis inter ſum/
mi regis paranymphos locū nanciſcamur.perpetua in terris gloria: eternis in celo de/
litijs in eternum fruituri.Ualete.

¶ Reuerendiſſimi In chriſto patris do-
mini Petri de natalibus Veneti epiſco-
pi equilini In cathalogum ſanctorum a
ſe editum prologus.

INcreata
ſapientia ſummi ver
bi ex ſubſtantia patris
ante ſecula eternali-
ter generata ſecūduz
ordinatiſſimaz ſui di-
ſpoſitionem: ex ſub-
ſtantia matris in ſecu
lo temporaliter humanata: volēs omnes
homines ſaluos fieri: vt electas ſanctorū
animas vocaret ad arcē ⁊ ad ſuperne me
nia ciuitatis: edificauit ſibi domum eccle
ſie ſacroſancte ſeptem exciſis columnis
fundatam ſeptemplici fundamēto: vide-
licet ſeptiformis gratie ſtabilitam: muris
munitiſſimis: ⁊ turribus altiſſimis circū-
ſeptam: non quidem ſculptis lapidibus:
aut manufactis lateribus erectis: ſed ſan
ctorum meritis inuiſibiliter fabrefactis:
incohatam equidez vite preſentis decur-
ſu: in qua ipſā peregrinari voluit ⁊ cum
martha ſolicite miniſtrare: perficiendam
vero predeſtinatorum numero future vi
te ſucceſſu: in qua i electis dei ſingulis iā
ſtolis amictis: rurſumqꝫ reſumptis corpo
ribus duplicibus veſtiendis triumphatu
ra ſperatur: ⁊ cum maria ſedule contēpla
tiōi vacare. In cuius nempe celeſtis ſtru
ctura palatij quaſi tot inſeruntur lapides:
quot beatorum merita cumulatur: cuius
eccleſie caput chriſtus deſcribitur: ipſiuſ-
qꝫ corpus vnum efficiunt inſtar membro
rum compagis diuerſa officia miniſtran-
tium fideles cuncti in vnitate fidei omni
quaqꝫ diuerſis ex nationibus congregati.
Ita quidem vt ipſo capite per mēbra ſin-
gula vitalem ſpiritum influente ſic inuicē
connectantur: vt alterum alterius officio
egeat dum chriſti legez adimplent: al-
ter alterius onera ſupportando. Et ſicu
ti viatorum cura ſolicita currēs in ſtadio:
quatenus brauiuz apprehendat: compre
henſorum precibus iuuari deſiderat: ſic ⁊
triumphantium glorioſa ſublimitas duz
dei viſione beatur in celis: militantiuz ce
lebritate deuota venerari letat̄ in terris.
Ac per hoc quod vtriqꝫ amant: illi iā ade-
pti per hos optant obtineri: hi vero obti-
nendum per illos ſperant adipiſci. Con-
uenit itaqꝫ deuotioni fidelium ſanctoruz
certamina diligenter recolere: quatenus
eorum exemplis atqꝫ ſuffragijs ſic diriga
mur in via: vt eorum conſortio ſociemur
in patria. Quis autem mortalium intelle
ctus finiti ſanctorum numerum infinitū
deprehendere valeat? Quis enim ſtellas
dinumerare queat: niſi ſolus ille qui ſtel-
las claudit ſub ſignaculo: qui ⁊ numerat
multitudinem ſtellarum: ⁊ omnibus eis
nomina vocat: Si enim abrahe a deo ꝑ
impoſſibili ſuadetur: inſpice celum ⁊ nu-
mera ſtellas: ſi potes: ⁊ additur: ſic erit ⁊
ſemen tuum: quod certe nō de filijs abra
he ex voluptate carnis ⁊ hominis ſemine
propagandis: ſed de filijs eccleſie ex dei
bonitate ⁊ ſpiritus adoptione generādis
dabatur intelligi. Dum ſoli eterne ſapien-
tie ſtellarum numeroſitas nominanda ſer
uatur humane cognitioni ſanctorum infi
nitas cognoſcenda precluditur. Quomo-
do enim vel facile curioſus quiſqꝫ cūcta-
tor etiam omnium ſi facultas adſit: que a
mundi exordio conſcripta ſūt rimator vo
luminum: ſanctorum geſta: vitas paſſio-
nes: ⁊ nomina colligere audeat: cum ex
martylogio beati hieronymi chronogra-
phorum cunctorum ſcrutatoris ſoliciti:
certo ⁊ vnico die anni decimo ſcilicet ca-
lendas martij apud tyrum ciuitatem bea
torum martyrum quorum numerum ſo-

Digitized by Google

lius dei ſcientia colligit pro chriſto paſſorum: feſtum contingere legatur. ⁊ in eiuſdeꝫ prefatione libelli quem chromatio ⁊ heliodoro epiſcopis dirigit: eundem doctorem aſtruentem audiat: nullum dierū per totum anni circulum pertranſire: in quo pluſqꝫ octingentorum vel nongentorum milium martyrum in diuerſis mundi partibus occiſorum anniuerſarium nō occurrat: Ultra quos etiam ſanctoruꝫ veteris teſtamenti patrum ⁊ prophetarum nouiqꝫ pariter apoſtolorum diſcipuloruꝫ doctorum confeſſorum anachoritaruꝫ ⁊ ſanctarum virginum ordines ſuperadditi: qui plures martyribus extitiſſe credūtur: infinite martyrum infinitatem excellunt: Porro ⁊ vbi ſanctorum omnium geſta a maioribus deſcripta fuiſſent: quod nec aſſerere quis preſumit: ea tamen videre nec tempus ad legenduꝫ ſufficeret: nec ſtudium preualeret. Cum igitur ſanctorum infinitatem numerare vel nominare non liceat: de multis vel pauciſſima breuius exarare ſufficiat: ceterorum ignotoruꝫ numero diuine notioni relicto: exēplo peritorum qui de aſtrorū ſcientia philoſophati ſunt: potiſſime autem famoſiſſimi illius aſtrologi ptolomei: qui ex omni celorum ambitu preter ſeptem planetas centum ⁊ quinquaginta ſeptem aſtra tantummodo ſibi nota: eorumqꝫ proprietates ⁊ motus deſcripta dimiſit. Ad quoruꝫ inſtar doctores eximij ⁊ ſacrorum voluminum hiſtoriographi ex infinito ſanctorum numero ſummam exiguam militanti eccleſie notam decerptamqꝫ collegerūt ⁊ venerandam in eorum opuſculis poſteris reliquerunt: per hoc arbitrantes (vt pie creditur) ſic in paucorum notorū modicitate ceterorum ignotorum infinitatē a fidelibus coli: ſicuti eterna ſunt in patria charitate coniuncti: vbi gloria ſingulorum eſt gloria cunctorum: ⁊ gloria cūctorum eſt gloria ſingulorum. Ex quibus poſt diuine pagine veteris ⁊ noui teſtamēti elogium a ſanctis patribus diuino flante ſpiritu diuerſis voluminibus compilate: in qua non nulla ſanctorum chriſtum humanitate precedentiuꝫ ⁊ primitiue eccleſie fundatorum acta conſcripta ſunt. Que petrus comeſtor hiſtorie ſcholaſtice opere elegantius declarauit. Prior ⁊ potior ille euſebius ceſarienſis eccleſiaſtice hiſtorie volumine: a capite eccleſie chriſto initians ⁊ vſqꝫ ad ſua tempora chronicam protendens omnium pene martyrū cunctarum prouinciaruꝫ hiſtorias texuit ⁊ paſſiones ⁊ certamina luculenti ſtilo digeſſit. Cuius opus rufinus aquileienſis preſbyter de greco transferens in latinū: ⁊ non nulla ſanctorum acta intermiſcens ac ſubſequentis adiiciens temporis continuando protraxit. Inde quoqꝫ hieronymus prenominatis epiſcopis martylogiū omnium quos vtcunqꝫ inuenire potuit pro chriſto paſſorum vſqꝫ ad ſua tempora copioſe dictauit. Eundem quoqꝫ libelluꝫ vſuardus ⁊ ado chronographi inſignes: confeſſorum feſtiuitates: que in primitiua eccleſia minime colebantur addentes celebritatibus martyrum ampliauit. Ceterum ⁊ his exceptis alij plurimiqꝫ fuerunt legendarum ſanctorum ſcriptores illuſtres: vtpote Ambroſius ⁊ Auguſtinus doctores egregij in pluribus eorum voluminibus ⁊ libellis. Gregorius in libro dialogoruꝫ. Hieronymus in vitis patrum: ⁊ in libro de viris illuſtribus. Gennadius in eiuſdem nominis intitulato libello. Beda preſbyter in geſtis anglorꝫ. Gregorius turonenſis in geſtis francorū. Heraclides i libro de paradiſo. Odo viēnenſis archiepiſcopus. Hugo d ſancto victore. Helinandus ⁊ Sigibertus ac Guilelmus antiſiodorenſis: Nec nō frater Bartholomeus de tridento ordinis

Digitized by Google

predicatorum in chronicis ſuis. Caſſiodorus inſuper in hiſtoria tripartita quam de greco tranſtulit in latinum. Frater Uincentius i ſpeculo hiſtoriali. Et frater martinus in ſua chronica martiniana: aliiq; multi quorum ⁊ ſi opuſcula leguntur nomina ſubticentur. Demum frater Jacobus de voragine ordinis predicatorum venerabilis archiepiſcopus ianuẽſis ſanctorum geſta quorum ſolennia ab eccleſia precipue recoluntur: ⁊ in calendariis aſcribuntur: generaliter collegit: ⁊ compendio breuiauit. Nouiſſimus omnium frater Petrus calo venetus eiuſdem ordinis: ſanctorum multorum quorum vitas paſſiones ⁊ nomina vndecunq; ſumere valuit grandi volumine ⁊ diffuſo opere dilatauit: quod eius prolixitate nedũ commendare memorie: ſed nec intente quis legere poterit: niſi longeuitate temporis ⁊ aſſiduitate lectiõis. ¶ Hec igitur attendens ego petrus de venetiis equilinus epiſcopus inter ſacerdotes minimus ⁊ eccleſie p̃latos indignus ſcõꝝ exiguitatem eccleſie notam ex prenominatis omnibus codicibus ⁊ voluminibus: nec non ex aliis pluribus diuerſarũ eccleſiaꝝ antiquis libris ⁊ paſſionariis: quoſcunq; inuenire potui non ſine multis laboribus crebriſq; vigiliis ſtudioſius recollectam: ⁊ per conſequens ceterorum beatorum nobis ignotorum infinitam multitudinẽ breui opuſculo: cupiens vt deus annuerit honorare: quatenus eorum meritis poſt agonem coronam excipiam: ⁊ ne talentum mihi qualiſcunq; gratie creditum terre ſuffodiam: quinimo domino ⁊ ſi non quin culpatum: vel ſaltem reſtituam duplicatum: ad vtilitatem filiorũ militantis eccleſie: ſanctorum omnium noui ac veteris teſtamenti nomina: geſta: vitas: paſſiones ⁊ triumphos compẽdioſo ſtilo ſubſtantialiter recollecta: illuſtrium virorum fretus auctoritate ſanctorumq; omnium capitis ieſu chriſti ⁊ beate ipſius genitricis Marie duodecim apoſtolorum atq; cunctorum ſupernorum ciuium confiſus patrocinio: preſenti catalogo curaui retexere ⁊ breuiſſima oratione narrare. Studioſum lectorem obſecrans vt ſi in opuſculo nouo grata repperit: gratias agens deo totum attribuat. Si vero incompoſita aſpexerit humane fragilitati aſcribat: quod ſi dubia aut forte minus credibilia lectitauerit: auctoritati eorum a quibus ſumpta ſunt fidem adhibeat. Cum libellus noſter nulla referat nouo edita: niſi que ſola nouit magnis ab auctoribus compilata.

¶ Diuiſio totius operis: per tempora reuolutionis anni.

Quoniã autem tam ſacre pagine q̃ ſanctorum teſtimonio chriſti domini et ſanctorum eccleſie vnio humano matrimonio cõparatur: ipſa veritate in parabolis atteſtante. Quod ſimile factum eſt regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo: quod de verbi dei ⁊ noſtre humanitatis commercio doctores exponunt: merito ad inſtar temporalium nuptiaꝝ in agni nuptiis quinq; concurrere manifeſtum eſt: videlicet. ¶ Ipſius matrimonii pertractatio. ¶ Conſenſus mutui pollicitatio. ¶ Sponſe per anulum ſubarratio. ¶ Eiuſdemq; a ſponſo ſolẽnis tranſductio. ¶ Et per carnalem copulam matrimonii conſumatio. ¶ Quod eſt liberorum propagatio. Hec enim omnia in viri ⁊ mulieris connubio conuenire nulli am

Digitized by Google

bigiuum eſſe poteſt. Totius igitur vite humane decurſus a mundi exordio vſqʒ ad finem in quinqʒ partes diuiditur: in quibus premiſſa quinqʒ in diuino coniugio concurrētia liquido colligere poſſumus: que omnia ſancta mater eccleſia per ānī circulum in quinqʒ eius diuiſionibus repreſentat. ¶ Primū ergo tempus in quo facta fuit agni nuptiarū pertractatio: fuit ab adam vſqʒ ad aduentuʒ chriſti: in quo more humani contubernii tractatus plurimiqʒ matrimoniales preceſſerūt: ipſius ſcilicet verbi ⁊ eccleſie vnionis: quorum tractatuum ⁊ colloquiorum hincinde habitorum mediatores fuerunt patres ⁊ ꝓphete veteris teſtamenti. incarnationem chriſti nedum fiendam ſummis affectibus peroptantes: ſed etiam affuturā aſſiduis oraculis prophetantes. Hoc autem tempus repreſentat ab aduentus principio vſqʒ ad natiuitatem domini: in perſonam patrum ⁊ prophetaruʒ ipſis diebus chriſtum venturum flagitans: ⁊ quodam modo vaticinans. Et quia tractatus iidē cōnubiales quadriformiter preceſſerūt. ſ. ¶ Per legis naturalis inſpirationem ab adam vſqʒ ad abraam. ¶ Per indictam patribus circuncitionem: ab abraam vſqʒ ad moyſen. ¶ Per collataʒ legis ſcripte impoſitionem a moyſe vſqʒ ad dauid. ¶ Et inſpiratam prophetie conteſtationem a dauid vſqʒ ad ipſum chriſtum. Que quidem quattuor fuerunt quaſi mutui p mediatores ſponſi ⁊ ſponſe tractatus ⁊ collocutiones diuinum coniugium precedentes: non ab re tempus dominici aduētus in quattuor diuiditur ſeptimanas. Quarum prima denotat legis naturalis aſpirationem. Unde in dominicali epiſtola mādata naturalis legis cōtinentur: que ſunt honeſte viuere ⁊ proximum non ledere. Dicitur enim ibi: induamur arma lucis: ſic vt in die honeſtate ambulemus: nō in commeſſationibus ⁊ ebrietatibus. non in cubilibus ⁊ impudicitiis: quod eſt honeſte viuere: non in contentione ⁊ emulatiōe: quod eſt proximuʒ non offendere. ¶ Secunda deſignat indictam patribus circūciſionem: vnde ⁊ in epiſtola paulus exclamat dicens: dico enim chriſtum ieſuʒ miniſtruʒ fuiſſe circunciſionis ad euacuandas promiſſiones patrum. ¶ Tertia figurat legis ſcripte collationeʒ: vnde ⁊ in epiſtola paulus in perſonam moyſi legiſlatoris ⁊ miniſtri dicit: ſic nos extimet homo vt miniſtros chriſti ⁊ diſpēſatores miniſtrorum dei. ¶ Quarta repreſentat prophetie atteſtationeʒ: vnde ⁊ apoſtolus in epiſtola: perſonam induens prophetaruʒ chriſtum venturum ⁊ propinquum aſſeuerat dicens: gaudete in domino ſemꝑ: iterum dico gaudete: dominus eniʒ ꝓpe eſt. ¶ Secundum tempus: in quo facta eſt verbi ⁊ hominis mutui conſenſus obligatio ⁊ ſtipulatio: fuit a chriſti incarnatione vſqʒ ad eius baptiſmum: in quo tēpore verbum caro factum eſt: ⁊ habitauit in nobis: ⁊ per incrementa puerilia educatus apparuit quaſi vnus ex nobis. Hoc vero tempus repreſentat eccleſia a chriſti natiuitate vſqʒ ad ſeptuageſimam q̄ſi videlicet incarnati verbi ortus ⁊ actus infantie recoluntur: quod etiam tempus in tres ſubdiuiſum eſt deciſiones. ¶ Nam quia filius dei deſcēdit ad homines principaliter pro ſalute peculiaris populi iudeorum. Primo agitur de matrimonio inter dei verbum ⁊ hebreorum populum contracto: a feſto videlicet natiuitatis in qua ipſe mundo editus confeſtim ⁊ primotenus paſtoribus iudeis per angelos reuelatur: ⁊ ab eis vti notiſſimis viſitatur vſqʒ ad epiphaniam. ¶ Secundo agitur de eodem cōmercio inter idem verbum ⁊ gentilium populum approbato: a feſto ſcilicet epiphanie: in qua magis primitie

gentium filius dei natus ſtella apparente nunciatur: et ab eiſdem oblatis muneribus adoratur: vſqȝ ad ipſius octauam epiphanie. ¶ Tertio agitur de vtroqȝ populo in vnum ouile per idem coniugium copulato ab octaua epiphanie vſqȝ ad ſeptuageſimam: Tunc enim pauli legūtur epiſtole: in quibus et potiſſime in epiſtola ad romanos: Chriſtum deū ne dum iudeorum imo ad gentium apoſtolus aſſirmat: et pro vtriuſqȝ plebis ſalute aduenilſe euidentius probat. ¶ Tertium vero tempus: in quo facta eſt dei ſponſe eccleſie per annulum ſubaratio fuit a chriſti baptiſmate vſqȝ ad reſurrectionem: in quo chriſtus eam vti reginam et ſponſam illuſtriſſimam triplici aureo anulo trium gēmarum incomparabilium deſponſauit: ſcilicet anulo ſaphiri coloris celeſtis fidei: videlicet ſuperne eidem eccleſie per triēnium predicando. Anulo ſmaragdi hoc eſt virentis ſpei pro eadem ſe quadragena penitentia affligendo. Et anulo carbūculi: ignite videlicet charitatis pro eadē mortem accerrimam patiendo: eamqȝ ſuo precioſo ſanguine redimendo: hoc autem tempus eccleſia repreſentat a ſeptuageſima vſqȝ ad paſcha: ī quo nempe tempore primis tribus dominicis humanitas noſtra anulo fidei deſponſatur per chriſti predicationem: de qua tunc in officiis agitur. ¶ Quam predicationem in ipſa ſeptuageſima chriſtus primo per diſcipulos adimpleuit quādo ſeptuaginta duos predicatores ante faciem ſuam miſit: qḋ in euangelio myſtice denotatur in patrefamilias: qui exijt conducere operarios in vineam ſuam: Chriſto domino: ſcilicet qui predicatores in eccleſiam intromiſit. ¶ In ſexageſima vero chriſt' eiuſdem predicationis officium per ſeipſum perfecit: quod vtiqȝ euangelio figuratur in ſeminatore chriſto: qui ſemen diuini verbi exijt ſeminare: quod ipſa veritas ḋ ſemine predicationis exponit. ¶ In quinquageſima autem eadem predicationē dei filius miraculis confirmauit: quod etiam in euangelio per illuminatum cecum exprimitur: genus humanum ſignificans a cecitate culpe per verbi dei ꝑdicationem illuſtratum. ¶ Sequētibus autem quattuor dominicis: hoc eſt ab initio quadrageſime vſqȝ ad dominicā paſſionis: dei ſpōſa anulo ſpei ſubaratur per chriſti penitentiam: de qua tunc inſigni' memoria celebratur: cuius opera in quattuor principaliter conſiſtunt: ſcilicet in ieiunio: oratione: elemoſyna: et peregrinatione: que chriſtus tunc cepit facere et docere. ¶ Idcirco in prima dominica quadrageſime agit̄ de chriſti ieiunio: de quo in euāgelio ſpecialiter commemoratur. Nam cū ieiunaſſet quadraginta diebus et quadraginta noctibus: poſtea eſurijt. ¶ In ſecūda agitur de oratione: de qua in euangelio mentio fit. Nam ideo chriſtus montem thabor excelſum ſubijt: vt oraret ſoluſqȝ orans trāſfiguratus eſt: qḋ licet Mattheus taceat: Marcus et Lucas teſtātur. ¶ In tertia agitur de elemoſyna non quidē materialis pecunie: quā chriſtus pauper vnde dare non habuit: ſȝ ſpiritualis gratie quā egros ſanando cōceſſit: Ideo in euāgelio cecus ſurdus mutus et demoniacus ab omnibus ipſis paſſionibus liberatus introducitur. ¶ In quarta agitur de peregrinatione: ideo in euāgelio chriſti itinerario recolitur. Abijt enim Ieſus trans mare galilee etc. ¶ Vltimis vero duabus dominicis paſſionis: videlicet et palmarum eccleſia ſancto anulo charitatis decoratur per chriſti paſſionem: que tunc deuotius excolitur. Et quia duo ſunt ꝑcepta charitatis dei: videlicet amor dei et proximi: ideo talis anulus duabus hebdomadis confertur. ¶ In-

Diuiſio operis

quarum prima agitur de chriſti paſſione
mentali: quam pertulit a iudeis expulſus
⁊ effugatus: quod ad litteram in domini/
cali euangelio ⁊ per totam ſeptimanam
oſtenditur. ¶ In ſecunda agitur de chri
ſti paſſione corporali: quam ſuſtinuit in
carne paſſus ⁊ crucifixus: quod ad litte-
ram in quattuor paſſionibꝰ quattuor euā
geliſtarum exhibetur. ¶ Quartuꝫ quoqꝫ
tempus in quo facta fuit ſponſe per ſpon/
ſum ſolennis tranſductio: fuit a reſurre/
ctione domini vſqꝫ ad pentecoſten: quo
tempore dominus ſponſam ſuam eccle-
ſiam eius precioſo ſanguine deſponſataꝫ
in perſonam ſanctorum patrum de ma-
nu inferi eruit: ⁊ quodāmodo de domo
paterna: hoc eſt de preſenti ſeculo nequā
eduxit: in animabus ⁊ corporibus mirifi/
ce dotauit: ⁊ ſecum aſcendente ad cele-
ſtem ⁊ propriam patriam feliciter intro/
duxit: quod tempus ad litteram repre-
ſentat eccleſia a reſurrectōe domini vſqꝫ
ad pentecoſten. In quo quidem tempo-
re pronuba chriſti figuratiue in feſto re/
ſurrectionis ⁊ per octauam de domo pa/
tris imo victrici tyranni ſcilicet diaboli:
qui pater eius factus fuerat diſcipiendo
educitur. cui ⁊ dicitur per pſalmiſtaꝫ. Ob/
liuiſcere populum tuum ⁊ domuꝫ patris
tui. Quod Ambroſius exponit: vt dictum
eſt: ideoqꝫ tale feſtum paſcha: ideſt tran/
ſitus dicitur: quia ſcilicet humana natu-
ra de tartaro erepta ad celos aſcēſura trā/
ſiuit. ¶ Secundo ipſa eadem nupta ab
octaua paſche vſqꝫ ad aſcenſionem my/
ſtice induitur: colitur: ⁊ dotatur. ¶ Nā
in prima dominica poſt paſcha glorifica/
tur in corpore: ⁊ dotatur immortalitate.
In cuius figura dominica ipſa vocatur in
albis: ſtoliſqꝫ candidis neophyti veſtiun
tur: quod denotat dotes corporis imor/
talis: ⁊ in euangelio de gloria corporis
chriſti ad diſcipulos ianuis clauſis intran
tis agitur: quod eſt figura future corpora-
lis glorificatiōis. ¶ In reliquis quattuor
dominicis ſubſequentibus glorificatur in
anima: cuius dotes ſecundum Auguſti-
num viſio ⁊ dilectio. ¶ Ideo in ſecunda
⁊ tertia dominica repreſentat̄ viſio bea-
ta in libro apocalypſis: qui tunc legitur:
vbi fit mentio de viginti quattuor ſenio-
ribus ⁊ de angelis ac turba magna ſancto
rum ſtantibus ante thronum diuina fruē
tibus viſione. ¶ In quarta ⁊ quinta do-
minica repreſentatur dilectio in epiſtolis
canonicis: que tunc leguntur: in quibus
de dilectiōe precipue pertractat̄. ¶ Ter-
tio ipſa eadem ſponſa a die aſcenſionis
vſqꝫ ad pentecoſten: vt dictum eſt: ſub-
arata ⁊ feliciter dotata in domum ſponſi
ſolenniter introducitur: ⁊ hoc in perſonā
chriſti ⁊ patrum glorificatorum. Ideoqꝫ
tunc cantatur: Aſcendit deus in iubila-
tione ⁊ aſcendens deus in altum captiuā
duxit captiuitatem. ¶ Quintum deniqꝫ
⁊ vltimum tempus in quo facta eſt diui-
ni matrimonij conſumatio: ex qua ſequi-
tur iugis liberorum procreatio: fuit a die
pentecoſtes: ⁊ durabit vſqꝫ ad ſecun-
dum chriſti aduentum: quo quidē tem/
pore chriſtus dominus coniugi ſue eccle/
ſie per ſpiritus infuſionem ſpiritualiter
vnitus: imo ⁊ per ſacre euchariſtie ſum-
ptionem corporaliter quodammodo co-
pulatus filios adoptionis: neqꝫ ex volū/
tate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: ſed ex
deo ⁊ ſpiritu propagare non deſiſtit. Et
ipſum tempus eccleſia repreſentat a die
pentecoſtes vſqꝫ ad aduentum. Quod
etiam tempus in duas ſubdiuiſum ē par-
tes. ¶ In prima quarum agitur de ma/
trimonij conſumatione. ¶ In ſecūda de
filiorum propagatione. Ideoqꝫ coniugiū
chriſti ⁊ eccleſie in principio huius tem-
poris cōſumatur. ¶ Primo per ſpirituū
vnionem: que principalis eē debet. Hoc

autem eccleſia repreſentat in feſto pente
coſtes ⁊ per octauam: in quo pmiſſo ſpi
ritusancto in filios adoptionis effuſo: mē
bra capiti ſpeciali compage connectun
tur. ¶ Secundo etiam per corporum co
pulationem quod eccleſia repreſentat in
ſubſequente feſto corporis chriſti: viſque
ad eius octauam: in quo agitur memoria
illius venerabilis ſacramenti per cuius
ſumptionem fideles chriſto etiam corpo
raliter coniunguntur. ¶ In ſecundo au
tem tempore: videlicet ab octaua corpo
ris chriſti vſqꝫ ad aduentum filiorum ec
cleſie generatio propagatur: quorū: qui
dam fuerūt fundatores: vt apoſtoli: qui
dam edificatores: vt doctores: quidaꝫ cō
ſeruatores vt confeſſores: quidam defen
ſores: vt martyres: quidam augmentato
res: vt virgines. ¶ Reliquum itaqꝫ tem
pus quod reſtat in quinqꝫ partes ſubdiui
ſum eſt. Nam primo miſtice figurantur
filii eccleſie fundatores. ſ. apoſtoli a feſto
corporis chriſti vſqꝫ ad calēdas auguſti.
Et hoc ſub typo regum iſrael ⁊ iuda: quo
rum tunc libri ponuntur: per quos apo
ſtoli deſignantur: qui certe principes po
pulorum facti: ⁊ a deo ſuper omnē terraꝫ
principes conſtituti cum chriſto in duo
decim ſedibus in die iudicii cōſeſſuri ei
dem regi regum conregnare creduntur.
Nam ⁊ Mattheus euangeliſta in gene
ratōe chriſti ſexdecim reges a dauid vſqꝫ
ieconiam ponit: a quibus chriſtus ē per
carnem editus ſignificantes vtiqꝫ duode
cim apoſtolos: quorum duo euangeliſte
fuerunt: ⁊ alios duos euangeliſtas: nec
non paulum ⁊ barnabam doctores gen
tium: a quibus dei filius per euangeliuꝫ
quoad mundi notitiam quodammodo ē
regeneratus. ¶ Secundo figurantur ec
cleſie cōſtructores: ſcilicet doctores a ca
lendis auguſti vſqꝫ ad calendas ſeptem
bris ſub figura ſapiētiſſimi ſalomonis cu
ius tunc libri leguntur cuiuſqꝫ vices ge
runt in eccleſia ſancti doctores diuina ſa
pientia imbuti: ex quibus tam in greco
rum ꝙ latinorum eccleſia quattuor prin
cipaliores exiſtunt per quattuor libros ſa
pientie deſignati. ¶ Tertio figurantur ec
cleſie conſeruatores: videlicet ſancti cō
feſſores per totum menſem ſeptembris.
Et hoc ſub figura ſanctorum iob tobie:
eſdre: iudith: ⁊ heſter: quorum tunc geſta
recoluntur: confeſſionem ⁊ patientiaꝫ cō
feſſorum notantia: qui in tribulatione po
ſiti mundum carnem ⁊ diabolum trium
pharunt. ¶ Quarto figurātur eccleſie de
fenſores: hoc eſt ſancti martyres per to
tum menſem octobris: ſub typo ſanctorū
machabeorum: quorum tunc libri legan
tur: qui vti ſancti martyres pro fide: ſic ⁊
illi pro dei lege vſqꝫ ad effuſioneꝫ ſangui
nis viriliter decertauerunt. ¶ Quinto fi
gurantur eccleſie augmentatores: ſcilicet
virgines per totum menſem nouembris
vſqꝫ ad aduentum: ⁊ hoc ſub figura pro
phetarum: quorum tunc vaticinia reco
luntur: qui vt plurimum ſpreto carnali
coniugio: in corporis ⁊ mentis integrita
te domino ſeruientes: aduentum chriſti
⁊ futura tempora per ſpiritum predixe
runt. ¶ Nec eſt mirandum quare docto
rum ⁊ confeſſorum tempus ante marty
res ponatur: quāuis enim martyres me
rito ⁊ honore vtroſqꝫ precedant: ⁊ ideo
in ordinibus ſanctorum immediate poſt
apoſtolos locantur: doctores tamē quia
eccleſie magis vtilitati profuerūt: in tem
pore precedunt: nam vt dictuꝫ eſt: docto
res fuerunt eccleſie conſtructores: marty
res vero defenſores. Cōfeſſores aūt ideo
premittunē: quia nemo martyr extitit: ꝗ
prius confeſſor non fuerit: quod ſimiliter
⁊ de doctoribus dici poteſt. Ideo enim
martyres paſſi ſunt: quia chriſtum doce
bant ⁊ confitebantur. ¶ Opus ergo pre

ſens in duodecim partes ſiue libellos ad
inſtar duodecim apoſtolorum: diuidēdū
fore diſpoſui. ¶ In primo libro agetur ḋ
feſtiuitatibus ſanctorum occurrentibus
infra tempus in quo eccleſia repreſentat
nuptiarum chriſti per tractationem ⁊ col
locationem: quod eſt ab aduentu domi-
ni vſq; ad natiuitatem. ¶ In ſecūdo age
tur de feſtis que occurrunt infra tempus
in quo eccleſia repreſentat mutui conſen
ſus obligationem ⁊ ↄtractationē: quod
eſt a natiuitate vſq; ad ſeptuageſimam.
¶ In tertio de illis que occurunt in-
fra tempus repreſentans ſponſe ſubara-
tionem ⁊ deſponſationem: quod eſt a ſe-
ptuageſima vſq; ad paſcha. ¶ In quarto
de his que occurrūt infra tempus repre-
ſentans ſolennem ſponſe tranſductionē
⁊ potationem: quod eſt a paſcha vſq; ad
pentecoſten. ¶ In quinto de his que oc
currunt infra tempus repreſentans ma-
trimonii conſumationem ⁊ confirmatio-
nem: a pentecoſte vſq; ad octauam corpo
ris chriſti. ¶ In aliis quinq; libris agetur
de feſtis occurrentibus infra tempus re-
preſentans liberorum generationem ⁊ p
pagationem. ¶ Ita q̄ in ſexto libro age-
tur de feſtis occurrentibus infra tempus
repreſentans filios eccleſie fundatores ſci
licet apoſtolos ab octaua ſcilicet corporis
chriſti vſq; ad calendas auguſti. ¶ In ſe
ptimo agetur de feſtis que veniunt infra
tempus repreſentans filios eccleſie con-
ſtructores ſcilicet doctores per totum vi
delicet menſē auguſti. ¶ In octauo de
feſtis que veniunt infra tempur repreſen
tans filios eccleſie conſeruatores ſcilicet
confeſſores per totum ſcilicet menſē ſe
ptembris. ¶ In nono de his que veniūt
infra tempus repreſentans eccleſie defē-
ſores ſcilicet martyres per totum videli-
cet menſem octobris. ¶ In decio de his
que veniunt infra tempus repreſentans
eccleſie augmentatores hoc eſt virgines
ſcilicet per totum menſem nouēbris vſ-
q; ad aduentum. ¶ Hoc addito: q̄ quia
multorum ſanctorum feſta: quibus die-
bus per annum occurrant inuenire non
valui quorundam ex eis geſta aliquorū
ſanctorum feſtiuitatibus ſubiecit: put mi
hi congruentius viſū fuit ex aliqua ſimi-
litudine vel attinentia precedētis aut ex
nominis equiuocatione: vtpote ſancti iu
liani cenomanenſis feſto: cui ſubiciūtur
acta plurium eiuſdem nominis ſanctoꝝ:
quorum feſtiuitates neſciuntur aut ex ali
qua temporis cōgruitate: vtpote geſta pa
trum omnium prime etatis: quorū dies
ignoti ſunt: que ſeptuageſime applicātur:
quia tunc eorum tempora ab eccleſia le-
guntur: ⁊ ſanctorum ſecunde etatis que
ſexageſime ſubiiciuntur: quorum etiam
acta tunc ab eccleſia recoluntur. ¶ Et no
tandum q̄ aduentum domini ⁊ cetera fe
ſta mobilia vt eſt paſcha cum precedenti
bus ⁊ ſubſequentibus dependentibꝰ ab
eadem: qualia ſunt ſeptuageſima ⁊ ſexa-
geſima quiquageſima quadrageſima paſ
ſio domini aſcenſio ⁊c. quia in calendari-
is ſedem certam non habent: ſed diuer-
ſimode contingunt iuxta quod mihi me
lius viſum fuit: certis diebus appoſui. Nā
vt feſtum ſancti andree: quod eſt primū
in officiis aduentui cōtinetur. Idcirco ad
uentum domini tertio calendas decem-
bris: hoc eſt in vigilia ſancti andree loca-
ui. Reſurrectionis vero dominice diem
ſexto calendas aprilis poſui: eo q̄ ad lit-
teram tali die dominus reſurrexit: ⁊ per
ↄſequēs oīa feſta a die paſche depēdētia
tam precedentia q̄ ſubſequētia illis die-
bus locanda decreui quibus eo anno cō-
tigiſſent: quo dominus ad litteram paſ-
ſus eſt: ſi tunc tēporis celebrata fuiſſent.
¶ In vndecimo vero huius voluminis
libro illorum ſanctorum geſta deſcribens

tur: quorū dies feſtiui penitus ſunt igno ti: ꝛ quorum legende in aliqua ceterorū librorum parte nequieuerunt commode collocari: aut illorum q̄ forte ꝑ obliuionē quā humana fragilitas euadere plerūq̄ nō valet: ſuis locis ponēdi forent omiſſi: vel eorum etiam quorū legende poſt ceptum opus de nouo apparere contingerent: quod propter numeroſitatem ſanctorum facile ſatis eſſet. ¶ In duodecimo vero ꝛ vltimo libro tabula totius voluminis ſupponetur: in qua ſanctorū omnium per alphabetum nomina conſcribentur: ꝛ vbi reperiri debeant: quo ſcilicet libro vel capitulo deſignata: vt facilius: quod quiſq̄ optauerit, eidem occurrat: ſicq̄ totius preſentis catalogi materia concludetur.

¶ Explicit diuiſio totius voluminis.

¶ Prologus libri primi.

PRimus ergo liber hui⁹ catalogi ꝯtinet ſanctorꝫ geſta: quorum feſtiuitates occurrūt infra tempus: in quo eccleſia repreſentat chriſti ſponſalium collationē ꝛ tractationē: qḋ fuit ab adā vſq̄ ad filii dei natiuitatē. Et hoc tp̄s eccleſia pretendit ab aduentus initio vſq̄ ad diem natalis dominici in perſonā patrū ꝛ prophetarum chriſtum venturum prenuncians: ꝛ aſſiduis clamoribus depoſcens. Quattuor vero dominicis ipſe aduentus celebratur: eo q̄ tractatus ipſarū nuptiarū quattuor modis preceſſerit. ſ. ¶ Per legis naturalis iſpiratōē. ¶ Per indictam patribus circūciſionē. ¶ Per ipoſite legis ſcripte collationē. ¶ Et per afflictam prophetie teſtificationē. ¶ Primū tempus fuit ab adam vſq̄ ad abraam decurſu duarum etatum: in quo tēpore lex naturalis homines docebat de duobus. ſ. q̄ honeſte viuerent: ꝛ primū non ledere. Hoc autem in prima hebdomada figuratur: eo q̄ in dominicali epiſtola mandata legis naturalis continent. Dicendo enī apoſtolus: In die honeſte ambulemus: non in commeſſationibus ꝛ ebrietatibus: non in cubilibus ꝛ impudiciis: docet honeſte viuere. Et ſubdendo: non in contentione ꝛ emulatione: admonet: proximum non offendere. ¶ Secundum fuit ab abraam vſq̄ ad moyſen decurſu tertie etatis: in quo tempore circunciſio patribus indicta dei populum a gentilibus ſuperauit. Hoc vero in ſecūda hebdomada pretenditur: vbi paulus in epiſtola dominicali dicit: chriſtum ieſum miniſtrum fuiſſe circūciſionis ad euacuādas promiſſiones patrum. ¶ Tertiū fuit a moyſe vſq̄ ad dauid decurſu quarte etatis: in quo tempore lex ſcripta ad bene viuendum hominibus collata fuit: cuius lator ꝛ miniſter extitit moyſes. Hoc autem etiam in tertia hebdomada oſtēditur in qua paulus in epiſtola dominicali in perſonam moyſi dicit. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti ꝛ diſpēſatores miniſteriorum dei: videlicet legis ſcripte. ¶ Quartū fuit a dauid vſq̄ ad chriſtum decurſu quinte etatis: in quo tempore ꝓphetia ſanctis vatibus inſpirata chriſtum affuturum ꝛ propinquum perſonabat: ꝛ futura tempora predicebat. Hoc etiā declaratur in quarta hebdomada: in qua in epiſtola dominice apoſtolus in perſonā prophetarum dominum eſſe prope cum gaudio quodammodo prophetizat. Ad huius ergo temporis feſta deſcribenda procedamus.

Finis prologi.

¶ Epiſtola cromatij ⁊ eliodori epiſcoporum ad beatum hieronymum.

Domio ſancto patri hieronymo cromatius ⁊ eliodorus epiſcopi in domino ſalutē. Cum religioſiſſimus auguſtus theodoſius mediolani vrbem eſſet ingreſſus: vniuerſoſq; italie epiſcopos ad ſe inuitaſſet: ⁊ ob cauſam aliquantulorum epiſcopoꝝ qui ex arriana fece ſuas animas inquinaſſent inquireret: contigit ⁊ noſtram paruitatem in eodez adeſſe concilio: in quo cū dicenda dicta eſſent: ⁊ diffinienda diffinita: cepit chriſtianiſſimus princeps ſanctū gregorium cordubenſis eccleſie in eo preferre antiſtitem ꝙ omni die ſiue non ieiunans matutinas ſiue ieiunans veſpertinas explicans miſſas eorum martyrum: quorum natalitia eſſent plurimorum nomina memoraret. Factūq; eſt vt omnes pariter ſtatueremus ad tuaz ſcribere charitatem: vt famoſiſſimos feriales de archiuis ſancti euſebij ceſaree paleſtine epiſcopi inquirens martyrum ad nos dirigas ſeſta: vt poſſimus hoc officium per tuam ſāctam induſtriam melius perfectiuſq; ad honorem dei martyribus exhibere.


¶ Beati hieronymi ſuper eo ipſo ad eoſdem reſponſio.



Cromatō ⁊ eliodoro ſanctis epiſcopis hieronymus preſbyter. Conſtat dominum noſtrum ieſū chriſtum omni die martyrum ſuoruz triumphos excipere: quorum paſſiōes a ſancto euſebio ceſarienſi epiſcopo ſcriptas reperimus. Nam conſtantinus auguſtus cum ceſaream fuiſſet ingreſſus: ⁊ diceret memorato antiſtiti: vt peteret aliqua beneficia ceſarienſi eccleſie profutura: legitur reſpondiſſe euſebium: opib⁹ ſuis eccleſiam ditatam: nulla petendi beneficia neceſſitate compelli: ſibi tamē deſiderium immobile extitiſſe: vt quicquid in republica romana geſtum ſit erga ſanctos dei: iudices iudicibus ſuccedentes ī vniuerſo orbe romano ſolicita perſcrutatione munimenta publica diſcutiendo ꝑquirerent: ⁊ qui martyrum a quo iudice ī qua prouincia vel ciuitate qua die quaue perſeuerantia paſſionis ſue obtinuerunt palmam: de ipſis archiuis ſublata ipſi euſebio regio iuſſu dirigerent. Unde factuz eſt vt idoneus relator exiſtens: ⁊ eccleſiaſticam hiſtoriam retexerit: ⁊ omnium pene martyrum prouinciarum omnium romanarum trophea diligens hiſtoriographus declararet: quaten⁹ omni die ſacrificium deo offerentes: eoruz nomina meminiſſent ſtudentes qui die ipſo quo ſacrificium offertur: victores diaboli extitiſſent: ⁊ martyrij ſui triumpho pollētes: atq; ouantes ad regem ſuum perueniſſent chriſtum. Hac de cauſa ſingulorum menſium: ſingulorumq; dierum feſta conſcripſimus: vt videre dignabimini: bene noſtre paruitatis fore credentes cum dieb⁹ omnibus per tot annorum ſpacia ſancta ſanctoruz nomina fuerint feſtiue celebrata. Et quoniam per ſingulos dies diuerſarum prouinciarum diuerſarumq; vrbiuz pluſq; octingentorum ⁊ nongentoruz milium martyrum ſunt nomina nominata: vt nullus dies ſit: qui non intra quingētorum martyrum reperiri poſſit aſcriptus: excepto die calendarum ianuariarum: cōſiderans inter innumerabiles turbas lectoris animum intra vnum menſem poſſe laſſeſcere: ne id eueniat: breuiter ⁊ ſuccincte eorum que ſunt in ampliſſima feſtiuitate in ſuis locis tm̄ pre omnibus memoratus ſum: vt amputato faſtidio vnus de omnibus ſufficiat libellus aſcriptus.

¶ Prefatio que in multis libris aſcribi-

tur bede ſed magis: videntur verba ⁊ ſtil
lus ſancti auguſtini epiſcopi.



Feſtiuita/

tes ſanctorum apoſto/
lorum ſeu martyrū anti
qui patres in veneratio
nis myſterio celebrari
ſanxerunt: ad excitādā
imitationem: ⁊ vt meri
tis eorum aſſociemur:
atqꝫ orationibus adiuuemur: ita tamen
vt nulli martyrum: ſed ipſi deo martyruꝫ
ſacrificemus quatenus in memoria mar/
tyrum conſtruamus altaria. Nemo enim
antiſtitum in locis ſanctorum corporum
aſſiſtens altari dixit: Offerrimꝰ tibi petre
aut paule aut cypriane: ſed quod offertur
deo offertur: qui martyres coronauit: et
apud memorias eorum quos coronauit:
vt ex ipſorum locorum amore maior affe
ctus aſſurgat ad augendam charitatem:
⁊ in illos quos imitari poſſemus: ⁊ illum
quo adiuuante poſſimus. Colimus ergo
martyres eo cultu dilectionis ⁊ ſocietatis:
quo in hac vita coluntur homines ſancti
dei: quorum cor ad talem pro euangelica
veritate paſſionem paratuꝫ eſſe ſentimꝰ:
ſed illos tante deuotionis deuotius: quā
to ſecurius poſt incerta omnia ſuperata:
quos etiam fidentiori laude predicamꝰ:
iam in vita feliciore victores: q̄ꝫ in iſta ad
huc vſqꝫ pugnantes. At vero illo cultu q̄
grece latria dicitur: ſed latine vno verbo
dici non poteſt: cum ſit quedam diuinita
ti debita ſeruitus: nec colimus nec colen
dum docemus niſi vnum deum. Cuꝫ au
tem ad hunc cultum pertineat oblatio ſa
crificij: inde idolatre dicūtur: qui hoc eti/
am idolis exhibent. Nullo ergo modo ali
quid tale offerimus aut offerendum pre
cipimus: vel cuiqꝫ martyri: vel cuiqꝫ ſan/
cte anime vel cuiqꝫ angelo. Et quiſquis
in hunc errorem labitur corripitur per ſa/
nam doctrinaꝫ: ſiue vt corrigatur ſiue vt
condemnetur: dum etiam ipſi ſancti ho/
mines vel angeli exhiberi ſibi nolunt q̄d
deo deberi norunt. Apparuit hoc in pau
lo ⁊ barnaba: quibus ⁊ commoti miracu
lis que per eos facta ſūt: yconij tanq̄ꝫ dijs
immolare voluerunt: ſciſſis veſtibus ſuis
confitentes ⁊ perſuadentes ſe deos nō eſ
ſe: iſta ſibi fieri vetuerunt. Apparuit ⁊ in
angelis ⁊ in apocalypſi legimus: angeluꝫ
ſe adorari prohibentem atqꝫ dicentē ado
ratorij ſuo Uide ne feceris: cōſeruus enī
tuus ſum ⁊ fratrum tuorum: deum ado/
ra. Honorandi ſunt enim martyres pro/
pter imitationem: non adorandi propter
religionem: honorandi ſunt charitate nō
ſeruitute.


I·N·R·I·

¶ Reuerēdiſſimi pr̄is ⁊ dn̄i petri de natalibus veneti epiſcopi equilini cathalogi ſanctorum opus feliciter incipit.

¶ Liber prim⁹ ab aduē. dn̄i vſq ad ei⁹ nati.


¶ De aduentu domini in carnem. Cap̄. i.



Aduentus domini generalis duplex ab eccleſia colit̄. ¶. Primus ad ſaluādū. ¶ Secundus ad iudicādū. ¶ Prim⁹ de p̄terito celebrat̄. ¶ Secundus de futuro formidat̄. ¶ De primo luc. xix. Uenit filius hominis querere ⁊ ſaluum facere: qd̄ perierat. ¶ De ſcd̄o Eſa. ij. Dominus ad iudiciū veniet cum ſenatoribus populi. ¶ Aduentus ergo in carnē: qui fuit ad ſaluandum quattuor agitur ſeptimanis: propter cauſaȝ ſuperius aſſignatam: q̄r. ſ. ipſum aduentum chriſti p̄ceſſerunt. ¶ Legis naturalis inſpiratio. ¶ Circuncifionis indictio. ¶ Legis ſcripte impoſitio. ¶ Prophetie atteſtatio: que omnia in quattuor dominicis vt ſuperius ponit̄ figuratur. ¶ Circa aduentum autē ad ſaluādum duo vidēda ſunt. ſ. ¶ Aduenīēdi opportunitas. ¶ Aduentus vtilitas. ¶ Opportunitas oſtenditur: Primo ex parte hominis: qui conuictus fuit. ¶ Primo de malitia tempore legis naturalis: q̄r cum ipſa lex iuberet proximum nō ledere: primogenitus ade caim abel fratreȝ innocentē occidit. ¶ Scd̄o de ignorantia tempore circuncifionis: quādo videli-








cet homo idolatrans in peſſimos errores decidit: nã ꝛ tũc temporis idolatria incepit. Tertio de impotentia tempore legis ſcripte: que quidez lex iugũ importabile ꝛ mandatũ homini fragili ipoſſibile ipoſuit. Opportune ergo filius dei venit: quãdo hõ de malitia: ignorãtia: ꝛ impotentia cõuictus fuit: ne ſi anteueniſſet: hõ medicine gratus nõ fuiſſet. Ipſe etiã veniens ſua potẽtia hois impotẽtiam ſubleuauit: ſua ſapiẽtia ignorãtiam illuſtrauit: ſuaq̄ gr̃a malitiaz expugnauit. ¶ Secundo ex parte tẽporis: qꝛ vbi venit plenitudo tpis miſit deus filiũ ſuũ ꝛc. gal. vij. Qd quidẽ tẽpus adimpletuz fuit ꝑ q̃ttuor ꝓmiſſa: que aduẽtũ dñicũ ꝓceſſerũt. Cum enim vidit dei filius hoiem nec lege nature: nec circũciſionis ſignaculo nec lege ſcripta: nec ꝓphetarꝫ oraculis a pctõ liberari poſſe: deſcẽdit cõferre gratiã: in qua nos deo gratificãs a pctõ redemit. ¶ Tertio ex parte vulneris ꝛ morbi vniuerſalis. Nã cũ morbus erat vniuerſalis opportunũ fuit vniuerſalẽ adhibere medelã. Etenĩ ante aduentũ chriſti eramus ignorãtes ſiue ceci: penis eternis obligati: ſerui diaboli: mala pcti cõſuetudine vincti in tenebris obuoluti: exules a p̃ria epulſi. Ideo egebamus. ¶ Doctore. ¶ Redemptore. ¶ Liberatore. ¶ Eductore. ¶ Illuminatore. ¶ Saluatore. Hec aũt oia in. vij. antiphonis maioribus habent. que cantant ante chriſti natiuitatẽ oſtendunt. In prima dicit: veni ad docendũ nos viam prudẽtie. In ſcda veni ad redimẽdum nos in brachio extento. In tertia: veni ad liberãdũ nos iã noli tardare. In q̃rta: veni ꝛ educ victum de domo carceris ꝛc. In quinta: veni ꝛ illumina ſedentes in tenebris ꝛc. In ſexta: veni ſalua hoiem: ꝛ hoc in pſonã gentiũ: qꝛ illa antiphona incipit O rex gentiũ. In ſeptima vero clamat pro ſalute iudeoꝝ: qbus de⁹ dederat legẽ: ideo incipit. O emanuel rex ꝛ legifer nr̃. ꝛ infra: veni ad ſaluãdũ nos ꝛc. ¶ Utilitas ãt ipſius aduẽtus patet luc. vij. vbi ſe miſſuz teſtat dicẽs. Spũs dñi ſup me ꝛc. ¶ Ad pauperũ conſolationẽ. ¶ Ad contritoꝝ ſanationẽ. ¶ Ad captiuoꝝ liberationẽ. ¶ Ad idoctoꝝ iſtructõez. ¶ Ad pctõꝝ remiſſionẽ. ¶ Ad humani generis redemptionẽ. ¶ Et ad meritoꝝ retributionẽ. Hec oia originalr ꝓphetantur de chriſto Eſa. lxi. ¶ Auguſtinus autẽ ponit alias vtilitates dicens: ꝙ chr̃s more mercatoris veniẽs dedit ꝛ accepit. Accepit: qd hic abũdat. ſ. naſci: mori: ꝛ laborare: dedit renaſci: reſurgere ꝛ in eternũ regnare. ¶ Bernardus inſuper ponit tres vtilitates ſupra tactas dicens: ꝙ neceſſarius fuit nobis ſaluatoris aduentus: vt in nobis per fidẽ habitãs illuminet cecitatẽ noſtrã: ꝛ nobiſcũ manẽs adiuuet infirmitatẽ nr̃am: ꝛ ꝓ nobis ſtãs ꝓpugnet: ꝛ purget iniq̃tatẽ nr̃az.

¶ De aduentu dñi ad iudiciũ. Cap. II.



Aduẽtus dñi ad iudicium: ſicut ꝛ aduentus in carnez quattuor agit ſeptimanis eo ꝙ ꝛ ipſuz aduẽtuz ſicut ꝛ primũ quattuor tpa precedere debent. ¶ Primum fuit tempus apl'orum: in quo fuit perſecutio iudeoꝝ: qui chriſtũ eccleſie caput primo in ſeipſo deinde in ſuis apoſtolis perſecuti ſunt: ꝛ durauit vſq̄ ad tẽpora neronis iperatoris. ¶ Scdm fuit tẽpus martyrũ: in quo fuit ꝑſecutio paganoꝝ a nerone ꝑmo chriſtianoꝝ ꝑſecutore vſqz ad Cõſtantinũ auguſtũ. ¶ Tertiũ fuit tempus doctorũ: in quo fuit ꝑſecutio hereticoꝝ a Conſtãtino iperatore vſq̄ ad carolum magnũ. ¶ Quartũ eſt tẽpus confeſſoꝝ in quo ad preſens ſum⁹ a carolo magno vſqz ad antichriſtũ. Et notandũ: ꝙ eccleſia in aduẽtu dñi quedã cantica letitie ca-

nit: vt alleluia: ⁊ hoc ꝓpter pͥmi aduētus
ↄſolationē quedā vero deponit: vt te deū
laudamus ⁊ gloria in excelſis ꝓpter ſcdi
aduentus trepidationem. ¶ Circa ſcdm
aduentū duo videda ſunt. ſ. antecedētia
iudiciū ⁊ comitātia. Antecedētia ſūt tria. ſ.
¶ Signa terribilia. ¶ Antichrī fallacia.
¶ Ignis vehemētia. Signa terribilia po
nunt luc. xxi. Erunt ſigna in ſole ⁊c. quod
apoca. vi. declarat. Sol factus eſt niger tā
quam ſaccus cilicinus: ⁊ luna facta eſt ſi
cut ſanguis: ⁊ ſtelle celi ceciderunt ſuper
terrā: qđ ad litterā de eclipſi ſolis ⁊ lune:
⁊ de ſuper abūdantia intelligi poteſt: vel
metaphorice de iperio romāo eclipſato:
⁊ eccleſia ſanguine innocentium macula
ta: ⁊ de predicatorib⁹ de celo eccleſie ca
dentibus propter errores poteſt exponi.
¶ Hieronymus aūt in ānalibus hebreo
rum inuenit qndecim ſigna iudiciū ꝓce
dentia: ſed vtrū continua an interpolata
non expreſſit. ¶ Prima die mare ſe eri
get. xl. cubitis ſuper montes ſtans in loco
ſuo quaſi murus. ¶ Scda die tantū de
ſcēdit: q̄ vix poſſit videri. ¶ Tertia ma
rine belue apparētes ſuper mare dabunt
mugitus vſq; ad celum. ¶ Quarta arde
bit mare ⁊ aqua. ¶ Quinta arbores ⁊ her
be dabunt rorem ſanguinis volatilib⁹ cō
gregatis in campis. ¶ Sexta ruent edifi
cia: ⁊ flumen ignis ab occaſu vſq; ad ori
ens contra celū exurget. ¶ Septima pe
tre ad inuicē collident ⁊ ſcindent. ¶ Octa
ua erit generalis terremotus: ita vt nullū
animal ſtare poſſit. ¶ Nona mōtes ſolo
equabunt. ¶ Decima exibunt hoīes de
cauernis ⁊ velut amētes ibunt nec loqui
poterūt. ¶ Undecima oſſa mortuoꝝ ſup
ſepultura colligētur. ¶ Duodecima ſtel
le ex ſe igneas comas emittent: alalibus
cunctis in cāpis ſpecietenus cōgregatis.
¶ Decimatertia morient viuentes: vt cū
mortuis reſurgant. ¶ Decimaquarta ar
debit celū ⁊ terra. ¶ Decimaquinta fiet
celum nouum ⁊ terra noua: ⁊ reſurgent
omnes. ¶ Antichriſti aūt fallacia fiet q̄t
tuor modis. ¶ Primo per callidā ſuaſio
nē ⁊ falſā ſcripturarū opinionē. Nitetur
enim ex ſcriptura oſtdere ſe meſſiā in le
ge ꝓmiſſum: ⁊ legē xpi deſtruere. ps. Cō
ſtitute domine legiſlatorē ſuper eos. Glo
ſa. i. antichriſtū legis praue latorē. ¶ Se
cundo ꝑ miraculoꝝ opationē. ſcda the. ii.
Cuius aduētus ſcdm opationē ſathane in
oībus virtutibus ⁊ ſignis ⁊ ꝓdigijs men
dacibus. ¶ Tertio ꝑ donoꝝ largitionem
dan. xij. Dabit eis poteſtatem in multis:
⁊ terrā diuidet gratuito: qđ gloſa de anti
chriſto exponit. ¶ Quarto ꝑ tormentorū
illationē. dan. viij. ſupra q̄ȝ credi pōt: vni
uerſa vaſtabit. ¶ Ignis aūt vehemētiā
dñs ꝓmittet. ¶ Primo ꝓpter mūdi inno
uationē: q̄r purgauit ⁊ renouabit elemen
ta. ¶ Scdo ꝓpter hominū purgationē:
vt ſit tunc bonis viuentibus in locū pur
gatorij. ¶ Tertio ꝓpter maiorē maloꝝ
damnationē ⁊ ſanctorum illuminationē:
quia ſcdm baſil. Deus facta mundi purga
tione in igne illo diuidet calorem a ſplen
dore: ⁊ totum calorē mittet ad regionem
dānatorum: vt amplius crucientur: ⁊ to
tum ſplendorem ad regionē bonorum:
vt amplius iocundentur. ¶ Concomitā
tia autem iudicium erūt octo. ¶ Primū
eſt diſceptatio iudicis. Joel. iij. Congre
gabo omnes gentes in vallem ioſaphat:
⁊ diſceptabo cum eis: ſtatuet enim oues
a dextris hedos autem a ſiniſtris: ⁊ cum
eis diſceptabit: vt dicit matth. xxv. ¶ Se
cundum eſt differentia ordinis: nam in
iudicio illo. Quidam iudicantur ⁊ pereūt
ſicut mali chriſtiani quibus dicetur. Eſu
riui: ⁊ non dediſtis mihi manducare ⁊c.
Quidam non iudicantur: ⁊ pereunt: ſicut
infideles: de quibus dicitur qui non cre
dit: iam iudicatus eſt. Quidam iudican
tur ⁊ regnant: ſicut iuſti quibus dicetur.
Eſuriui: et dediſtis mihi manducare.

Quidam non iudicantur: ⁊ regnant: ſicut apoſtoli quibus promittitur: ſedebitis ſuper ſedes iudicātes duodecī tribus iſrael.i.iudicanti aſſiſtentes ⁊ ſententiā approbantes: ⁊ hoc fiet eis: propter ipſorū honorem: propter ſententie confirmationem: ⁊ malorum reprobationem. ¶ Tertium erit inſignia paſſionis.ſ.crux: claui: ⁊ cicatrices in corpore: vnde cantat eccleſia: hoc ſignum crucis erit in celo cum dominus ad iudicandū venerit. ¶ Et hoc faciet chriſtus ad oſtenſionem ſue victorie: vt oſtēdat ſigna: in quibus triumphauit. ¶ Ad declarationem ſue miſericordie: vt oſtendat qualiter boni miſericorditer ſaluantur. Et ſue iuſtitie: vt oſtēdat q̄liter praui iuſte damnantur. ¶ Quartum erit ſeueritas iudicantis: non enim flectetur timore: cum ſit omnipotens: nec odio vel amore cum ſit iuſtus: nec errore: cum ſit ſapientiſſimus. ps. Deus iudex iuſtus fortis ⁊ patiens.i.ſapiens: quia qui patiens eſt: multa gubernat ſapiētia. ¶ Quintum erit accuſatio horribilis: habebit enī homo accuſatores. ¶ Primo diabolum. apoca.xii. Proiectus eſt accuſator fratrū noſtrorum ⁊c. ¶ Secundo proprium vitium ſapiē.iiii. Uenient in cognitionem peccatorum ſuorum: ⁊ traducent illos ex aduerſo iniquitates eorum. ¶ Tertio totum mūdum. Gregorius Si queris quis te accuſet: dico totus mundus: qui offenditur creatore offenſo. ¶ Sextum erit teſtis infallibilis: habebit enī peccator tres teſtes. ¶ Unum ſupra ſe: ſcilicet deū qui eſt iudex ⁊ teſtis. hieremie.xxix. ¶ Aliū intra ſe: ſcilicet propriam conſcientiam. ¶ Tertium iuxta ſe: ſcilicet proprium angelum. ¶ Septimum erit artatio peccatoris: de quo Gregori⁹ Latere inquit erit impoſſibile: apparere intolerabile. ¶ Octauum erit ſententia irreuocabilis. Nam tribus ex cauſis appellatio non recipitur. ¶ Primo propter iudicijs excellentiā: vnde non appellatur a ſententia papę vel imperatoris: quia non habet ſuperiorē. ¶ Secundo propter criminis euidētiā. Nam in crimine notorio non poteſt appellari. ¶ Tertio ꝓpter rē non differēdā: vt eſt in ſententia capitali: que non exigit dilationē: ſed ſtatim exequitur. Propter hec tria chriſti ſentētia irreuocabilis erit: quia nec ſuperiorem habet: ⁊ omnia ibi notoria erunt: ⁊ nihil quod ibi agetur: dilationem patietur. Omnia enim fient in momento: in ictu oculi ⁊c.

¶ De aduentu dñi in ſpāli. Cap. III.

Aduētus domini ſpecialis duplex eſt. ¶ Primus in mente ad ſanctificandū: de quo Joan.xiiii. Ad eū veniemus. ⁊ manſionem apud eū faciemus. ¶ Secundus in morte ad ꝑmiandum: de quo luc.xij. Et vos eſtote parati: q: qua hora non putatis filius hominis veniet. Horū duorū aduētuū feſta q̄uis ab eccleſia nō cōmemorent̄ a pluribus tamen deuotius frequentiſſime recoluntur.

¶ De ſanctis ſaturnino ⁊ ſiſinnio martyribus. Cap. IIII.

Saturninus ⁊ ſiſinnius martyres Rome paſſi ſunt ſub maximiano imperatore: qui rediēs de partibus aphrice duz omnes chriſtiāos ad afflictionem laboris cōpelleret ad thermas edificandas ad fodiendam harenā. ⁊ ſaturninus iam ſenex ſarcinā ferre non poſſet: ſiſinnius ⁊ cyriacus diacones marcelli pape eum iuuabāt: vt dicet̄ infra in paſſiōe marcelli.xvii.cal.februs. Quod duz maximiano nūciatum fuiſſet: iuſſit eos teneri in carcerē a laudicio prefecto: qui eos xvii. diebus carceri mancipauit. A q̄bus multi paganorū conuerſi ſunt. Deinde ꝑfecto p̄ntati ſaturninus ſenex ⁊ ſiſinnius diaconus duz idola ſibi oblata cōminuiſ-

ſent ↄuerſi ſūt duo milites papias ⁊ mau
rus:tūc laudicius iuſſit ſaturninū ⁊ ſiſinni
um in eculeo leuatos attrahi:neruis ⁊ fu
ſtibus ⁊ ſcorpionibꝰ cedi. Papiā ꝫ vero ⁊
maurū ſe chriſtianos ꝓfitentes ora lapidi
bus ceſos carceri trudi fecit. Saturninū
vero ⁊ ſiſinniū eculeo depoſitos decolla
ri mādauit: qui ducti via numētana milia
rio ſcdo ab vrbe capite ceſi ſunt:quoꝝ cor
pora tarſon cū Joanne preſbytero ſepe
lierunt in predio ſuo via ſalaria vetere.
iiij.calen.decembr.

¶ De ſancto ſaturnino epiſcopo ⁊ martyre. Cap. V.



Saturninus epſ ⁊ martyr ab
apl'oꝝ diſcipulis ordi
natꝰ eſt. q̄ primus epſ
toloſane vrbi directus
chrīm ꝑdicauit:⁊ dū ſe
pius iuxta capitolium
qḋ inter domū ſuam ⁊
eccleſiā ſitum erat:iter agēt: demones a
miſſis ceſſabant. Qḋ dū gētiles virtute ſci
fieri cognouiſſent:ſaturninū compreben
ſum in arce capitolii ſtatuunt cōpellētes
ad imolandū: Qui dū niſi vni deo ſe imo
laturū aſſereret: fune ab vno capitē tauri
latera alligātes: q̄ ad imolandū ductꝰ fue
rat:ab alio vō pedes ſancti vincientes ſi
mulatū tauꝝ per ſcalas ꝑcipitant. Qui ſan
ctū ſibi alligatū poſt ſe trahens p capito
lii gradus eliſo capite cerebroq; excuſſo
chriſti martyrē fecit. Cuius corpus occul
te propter metum gentilium due chriſtia
ne femine ſepelierunt: quod poſtmodū
a ſucceſſoribus ſancti martyris honorifi
ce tumulatum eſt: paſſus eſt autem tem
pore decij.iij.calen.decemb.

¶ De ſcō amos egyptio abbate. Ca. VI.

Amos egyptiꝰ floruit tpe Con
ſtātiꝫ magni: de q̄ refert So
zomenꝰ primo hiſtorie tripartite: q̄ inui
tus ipſe parētibus cogētibus duxit vxorē
nec tū eam expertus fuit. Nā primo die nu
ptiaꝝ ſolus cū ſola in thalamo: dū ſibi vir
ginitatē laudaret eā ad virginitatē ſeruan
dā induxit: vñ ⁊ ambo virginitatē vouen
tes in ſingulis cubilibꝰ ſeparatim dormie
rūt annis.xviij. demum cōi voto abinuicē
diuiſi ſunt: ipſeq; mulieri domū ꝓpriam
ↄceſſit ⁊ ad eremum properauit. Atq; in
mōte nitrie.xxii.ānis ꝑmanſit eremiticā
vitam ducēs: de quo refert Hieronymus
in vitis patꝝ: q̄ apud thebaidē fuerit pa
ter triū miliū monachoꝝ. Dum āt amos
cū diſcipulo ſuo theodoro iter agēs ad flu
men deueniſſet: dū alter alteꝝ nollet nu
dū videre mādauit diſcipulo ad horā ſece
dere. Et dū ſeipſum ēt nudū vidē pauē
ret: diuina virtute ad aliā partē fluminis
trāſlatus eſt. De q̄ diſcipulus tranſiēs mi
ratus: q̄ nec veſtē nec pedes īfuſos hēret
aduertit miraculū: adiuratꝰ a magro: vt il
lud q̄diu viuēt nemini reuelaret. Hic fili
um hoīs qui bouē rapuerat: quē canis ra
bidus momorderat:poſtq̄ pr̄ bouē reſti
tuit a morſu canis rabidi liberauit. ¶ Dū
aūt latrones panē quo veſcebaẗ eidē au
ferrent: duos dracones eductos ex antro
ad cuſtodiā celle miſit. Sꝫ veniētes fures
⁊ dracones videntes pre timore q̄ſi mor
tui ceciderūt: quos ipſe exiēs confortans
erexit ⁊ ad penitētiā ꝓuocauit: optioſq;
cūctoꝝ monachos effecit. ¶ Eodē etiam
tpe dum draco alius imanis regionē va
ſtaret: ⁊ multos ꝑimeret: oblatū ſibi pueꝝ
ex ſolo viſu beſtie extictū ſuſcitauit ⁊ dra
conem oōne de antro eductū in duas p
tes diſcerptū occidit. Poſtea ad dīm feli
citer migrauit. Cuius aīā cū gloria ad ce
lū tendentē antonius abbas longe poſitꝰ
vidit ⁊ diſcipulis nūciauit: notatoq; die ⁊
hora reptum eſt amonem eodem tempo
re a corpore migrauiſſe: quieuit in chri
ſto die.iij.cal.decembris.

¶ De ſcõ Paſnutio abbate. Ca. VII.

Paſnutius abbas eremi cul
tor vltimiqꝫ deſerti in re/
gione heraclee: cũ eẽt an/
gelice vite orauit deuz vt
ſibi reuelaret cui ſanctorũ
bene viuentiũ ſimilis hẽret. Cui angelus
reuelauit ꝙ ſimilis ipſe eẽt ſymphoniaco
cuidã in ciuitate cantãdo victũ querenti.
Ad quẽ ſanct⁹ admirãs acceſſit: ⁊ eum re
pertũ ſecreto de ſua vita queſiuit. Qui rñ/
dit ſe fuiſſe ꝑdonez: ⁊ ex illo ſtatu ad offĩm
ioculatoris veniſſe: nihilqꝫ ſibi boni con/
ſciũ: niſi ꝙ aliqñ virginẽ deo cõſecrataz a
ſe ⁊ collegis raptaz: dum ceteri deflorare
vellent ab eis eripuit: ⁊ noctu eã domum
intactã reduxit. Et alia vice mulierẽ ꝓfu/
gam in eremo repertaz: duz quo tẽderet
queſiuiſſet: ⁊ illa virũ cũ filiis ꝓfiſcali de/
bito carceratos ⁊ flagellis afflictos reſpõ/
diſſet ſe etiã eadez cã ꝑquiri ob idqꝫ fuge
re triduo: ſine cibo: pacto aſſereret ipſe il/
lam ad antrũ ſuũ ducẽs refecerat: ⁊ trecẽ
tos ſolidos pro viri ⁊ filioꝝ redẽptiõe ſibi
dederat. Que illa ꝓcio dato virũ ⁊ filios ᵭ
carcere eduxerat: qḋ audiẽs paſnuti⁹ ⁊ ni
hil ſe tale feciſſe ꝓteſtãs duz ſibi a deo re
uelata hoi retulit: ille abbatẽ ad eremũ ſe
cutus in melius vitã mutauit. Cuius aiaz
ab angelis in celuz deferri poſt modicum
tp̃s ſanct⁹ cõſperit paſnutius. ¶ Iterum
idez qḋ prius querẽs a deo ſibi reuelari ꝑ
angeluz edocet ſe fore ſimilez tali prima/
rio ciuitatis. Ad quẽ ſanct⁹ veniens eũqꝫ
de ipſi⁹ ſanctitate ſecrete requirens dixit
ille ſe hꝛe vxorẽ cũ qua ãnis. xxx. cõtinue/
rat eãqꝫ nunqꝫ niſi affectiõe ſobolis ꝑmis
tꝑib⁹ cognouiſſe: ex qua trib⁹ ſuſceptis fi/
liis abinde in caſtitate ꝑmanſerãt hoſpitẽ
nunqꝫ dimiſerat: nec pauperem ſine cibo
vel alia ſtipe licẽti iuſſerat: ꝯ iuſtitiã nunqꝫ
iudicauerat: ⁊ diſcordes pro virib⁹ ad cõ
cordiã reduxerat: que audiẽs paſnuti⁹ re
uelata ſibi a deo narrat. Illeqꝫ relicto ſe/
culo abbatẽ ad eremũ ſecut⁹ eſt: venien/
teſqꝫ ad fluuiũ ꝓfundũ tranſierunt ita vt
nuda vix genua ꝑtingeret. Cui dũ ſanct⁹
cellaz in eremo deſignaſſet: illeqꝫ ad vite
ꝑfectoris apicẽ aſcẽdiſſet poſtmodum aĩa
illius ad celos deferri ab angelis eidẽ ꝑrĩ
reuelat̃. ¶ Paſnutius vero bis a deo peti
ta: tertio q̃ſiuit. Cui reuelat̃ ipm eẽ ſimilẽ
mercatori ad ſe venienti. Cui ſupra occur/
rens nullo ab eo ampli⁹ q̃ſito viſa ⁊ audi/
ta narrauit. Iſqꝫ ſtatim ꝑ famulos mãda/
to vt merces ad vrbẽ delatas ⁊ cetera ſua
bona paupib⁹ errogarẽt: cũ abbate mãſit
in eremo: q̇ etiã breui tꝑe ad celeſtia mi/
grauit. Paſnutius vero in extremis cõſti
tutus: admonuit frẽs: neminẽ ẽe peccato/
rem vel cui⁹ vis ſtat⁹ cõtẽnendũ ꝑmiſſas
tres referẽs viſiones: qui ẽt in pace quie/
uit. iii. calen. decembris videntibus ꝑſby
teris ⁊ fratribus animam eius in celum
ab angelis ſubleuari.

¶ De ſcõ Andrea aplo. Ca. VIII.



Andreas
apoſtolus filius Ioã/
nis ⁊ frater Simonis
petri ᵭ ciuitate Beth/
ſaida galilee: qui ꝑmo
fuit diſcipulus Ioãnis
baptiſte trib⁹ vicib⁹ a
dño vocat⁹ eſt. ¶ Pri
mo ad ſui noticiã: qñ videlꝫ audiuit a ioã/
ne de xp̃o. Ecce agnus dei: ⁊ cũ alio diſci/
pulo ſecutus ieſum: vidit vbi manebat: ⁊
manſit apud eũ die illo: inueniẽſqꝫ frẽz
ſuũ Simonẽ adduxit ad ieſum. ¶ Scḋo
ad ſui familiaritatez: quãdo. ſ. iuxta mare
geneſareth turbis cõcurrentib⁹: xp̃s intra/
uit nauẽ Simonis: ⁊ capta multitudĩe pi/
ſciũ: vocatiſqꝫ iacobo ⁊ ioãne ſecuti ſunt
ieſuz. ¶ Tertio ad ſui diſcipulatũ: qñ ãbu
laſſet ieſus iuxta mare galilee petrũ ⁊ an/
dreã de piſcatione vocauit: ꝓmiſſo ſibi ꝙ

ſierent boiuz piſcatores: qui relictis reti/
bus ſecuti ſunt eū: eiq3 de cetero adheſe
runt. ¶ Poſt aſcenſionē dñi diuiſis diſci/
pulis andreas apud achaiā pdicans mul/
tos ad fidem xpi cōuertit: τ eccleſiis pro/
uinciā repleuit. Et dū3 q̄dā3 nobilis iuue
nis inuitis parentib⁹ apoſtolo adheſiſſet:
parētes domū in qua morabat̄ cū apoſto
lo ſuccenderūt: ſed puer iuſſu apoſtoli te-
ctuz aſcēdens: τ aquā ampulle ſup ignes
ſpargens flāmas extinxit: τ dum illi p ſca-
las ad eū vellent aſcēdere: ſubito excecā
tur multiſq3 ꝯuerſis: parētes iuuenis poſt
dies quinquagita defuncti ſunt. ¶ Uxor
cuiuſdā homicide parere nō valens: ſed
in partu periclitās: ſororē ad deā ſuā dia/
nam placādā3 miſit. Idolum vero ſorori
r̄ndit ꝙ eā iuuare nō poterat: monuitq3:
vt ādreā apoſtoluz pro auxilio adiret. Ad
quā vocatus apoſtolus eā primo de idola
tria redarguit: deide pro ea orauit illaq3
mox fetū mortuū emittens liberat̄: τ ba-
ptizatur. ¶ Senex q̄dam nicolaus venit
ad aplm: dicēs ſeptuaginta annis quibus
vixerat cōtinere nō potuiſſe: ſed ſemp lu-
xurie deſeruiſſe. Et ꝙ aliqñ ad carnis cō/
cupiſcentiā refrenādā3 euāgeliū ſup ſe fe-
rebat: τ dum lupanar intraſſet oblit⁹ euā
geliū3 deponere: audiuit a meretrice: ꝙ
videbat ſup eū mirabilia: que etiā ſe ab il
lo tangi nō ꝑmiſit. Pro quo dum apoſto/
lus a tertia vſq3 ad nonā ieiunus oraſſet:
τ ſe nō comedere vouiſſet: niſi de⁹ pecca
tori ſubueniret: poſt quinq3 dies abſtinē
tiā audiuit ſe obtinuiſſe pro ſene. Sicq3
apoſtolus Nicolao penitentiā ſex mēſes
in pane τ aqua impoſuit: quia pacta ſenex
in dño feliciter expirauit. ¶ Dū3 iuuenis
xpianus τ pulcherrimus a matre laſciua
de crie nephādo attemptat⁹ fuiſſet: illeq3
flagitiū execraret: mater in iuuenē crimē
retorſit: τ eū3 iudici accuſauit: Qui dum
apoſtolum in ſuū patrociniū aduocaſſet:
Iudex iratus puerū in ſaccū pice linitum
iuſſit mitti: τ in flumine iactari: andream
vero qui pro eo interceſſerat in carcerem
mitti: ſed orante apoſtolo tonitruo terri/
bili τ terremotu facto: omnibus exterri/
tis mulier a fulmine ꝑcuſſa interiit: iuue-
niſq3 mortē euaſit: τ iudex cū multis fidē
chriſti ſuſcepit. ¶ Cum apud niceam ci/
uitatez ſeptem demones multos infeſta-
rent: τ plures tranſeuntes occiderēt apo/
ſtolus vocatus illuc acceſſit: demones in
ſpecie canum aduenire iuſſit: eiq3 in chri
ſti nomine vt inde diſcederent mādauit:
quo miraculo multi cōuerſi ſunt. ¶ Poſt
modicum apoſtolo nunciatur. ꝙ iuuenis
quidam iuxta portam alterius vrbis a ſe/
ptem canibus fuerat prefocatus. Intel-
lexit igitur illos fuiſſe demones: quos ab
oppido nicee expulerat: τ compatiens pa
tri defuncti: illuc acceſſit: mortuum exci
tauit: τ diſcipuluz chriſti fecit. ¶ Quadra
ginta viri ad apoſtolum venientes: vt ab
eo fidei doctrinam perciperent excitata
tempeſtate a diabolo: nauiq3 ſubmerſa
in mare necantur. Quoruz corpora vt apo
ſtolus vidit ad litus deiecta: τ que facta
fuerant per ſpiritum cognoſcens: oratiōe
ſua viros ſuſcitauit τ baptizauit. ¶ Uxo
rem etiam egee proconſulis τ maximil-
lam ſenatricem τ multos de populo ad
chriſtum conuertit: plureſq3 diſcipulos
acquiſiuit. ¶ Cum ergo egeas procon-
ſul patras ciuitatem ingreſſus chriſtianos
ad ſacrificia idolorum compelleret. eidē
andreas occurrens ipſum de impietate
redarguit: eo ꝙ ipſe iudex hominū con/
ſtitutus iudicem ſuum celeſtem agnoſce
re debuit. Quem dum proconſul vanuz
τ ſuperſtitioſum diceret: eo ꝙ chriſtum
a iudeis crucifixuz coleret: apoſtolus chri
ſtum ſponte crucem ſubiiſſe reſpondit: ex
eo ꝙ mortem ſuam diſcipulis predixit: τ
proditorem cognouit: addens myſteriuz
crucis magnum eſſe. Cui proconſul reſpō
dit ꝙ myſterium dici nō poterat ſed ſup/

pliciū: cōminans apoſtolo: vt niſi ſibi ob-
temperaret: ipſum myſterium in ſe expe-
riri faceret. Tunc apoſtolus myſteriū cru
cis cepit exponere: ⁊ ꝙ fuerat neceſſariū
ſaluti hominum multis rationibus ſuade
re. Et dum in confeſſione crucis perſiſte
ret immobilis: iubente proconſule in car
cerem recluditur: ſed a populo viſitatur:
volentibus proconſulem occidere: ⁊ apo-
ſtolum fractis ianuis liberare: quos apo-
ſtolus ſua predicatione ad patientiā in-
uitauit. Mane autē facto andreas de car
cere educitur: ⁊ dum chriſtum crucifixū
conſtātiſſime confiteretur: iuſſu egee a tri
ginta hominibus fuſtigatur: deinde in cru
ce ſuſpendi iubetur: non quidē clauis cō
fixus ſed quaſi in equuleo extenſus funi-
bus alligatus: populi multitudine īſequē-
te ⁊ ipſum inocenter mori clamāte. Qui
dum crucem a longe ſalutans adoraſſet:
veſtibus ſuis exutus in cruce ſuſpenſus
eſt. In qua biduo viuens viginti milibus
aſtantium hominū predicauit. Sed dū
turba egee mortem minaretur: territus
proconſul venit vt eum deponeret. Quē
dum miniſtri vellent ſoluere brachiis in
aere ſtupidis effectis nullo modo ad eū
potuerunt pertingere. Et dum fideles eū
deponere vellent: apoſtolus orauit ad do
minum: vt in pace ſuum ſuſciperet ſpiri-
tum. Statimq; ſplendor nimius inſtar ful
guris per horam dimidiam ipſum obte-
xit: cum quo lumine abſcedente apoſto-
lus deo ſpiritum emiſit. Cuius corpꝰ ma
ximilla ſenatrix cum aromatibus ſepeli-
uit ſecundo calendas decembris. Iuxta
ciuitatem patracenſē. Indeq; proceſſu
temporis corpus eius Conſtantinopolī
tranſlatū eſt: vt habetur. viii. idus maii.
Egeas vero anteq̄ domū rediret arreptꝰ
a diabolo expirauit. Cuius frater nomi-
ne ſtratocles cum oī eius familia ad xp̄m
conuerſus eſt.

¶ De ſcō Nathanaele diſcipulo. Ca. IX.

NAthanael diſcipulus d oppido chana galilee: vnus
fuit ex ſeptuaginta duobꝰ
chriſti diſcipulis: quē chri-
ſtus cōmendat Ioannis
primo: dicens ipſum eſſe iſraelitā in quo
dolus non eſt. Hic etiam poſt reſurrectio
nem chriſti vnus fuit ex numero illorum
ſeptem diſcipulorum: quibus chriſtus ap
paruit iuxta mare galilee quando petrus
piſcando traxit rete in terram plenū ma-
gnis piſcibus. cliii. vt habetur Ioānis vl-
timo: qui etiam a pleriſq; ſcribitur fuiſſe
alio nomine vocatus vrſicinus: qui ⁊ ab
apoſtolis epiſcopus bituricen. conſtitutus
poſt completum predicationis officium
in deo feliciter requieuit. ii. calen. decem-
bris: quod tamen falſum eſſe reputatur.
Nam corpꝰ huius nathanaelis apud treu
gren. ciuitatem quieſcit. Corpus vrſicini
in bituricenſi vrbe ſepultum veneratur:
hec frater vincentius.

¶ De ſcō Nathanaele anachorita. Ca. X.

NAthanael anachorita vt di
cit heraclides: fraude de-
monis accidiam paſſus ex
priore cella receſſit: ⁊ aliā
cuidam vico vicinam ſibi
collocauit. Ubi dū habitare cepiſſet: de-
mon ad eum noctu veniens in ſpecie car
nificis pānis ſordidis indutus: flagris ſtre
pitum facere cepit: dicens ſe fore demo-
nem: qui eū de priori cella eiecerat: qui
⁊ eū de iſta fugare cupiebat. Mox ſanctꝰ
compunctus ad priorem locum rediit: ⁊
adeo ſe incluſit: vt. xxxvii. annis nunq̄ li-
men excederet. Multaſq; diaboli inſidias
pertulit: vt propoſitum frangeret: quas tū
omnes deuicit. Septem epiſcopos ad ſe
venientes gratanter ſuſcepit ⁊ abeuntes
vſq; ad limen aſſociauit. Quem dum dia
coni eo ꝙ non egrederetur redarguerēt:
ſe omnino ſeculo mortuum eſſe reſpon-
dit. ¶ Nocte quadam demon in ſpecie

pueri ſibi apparuit aſinum panibus one-
ratum deferentes. Et dum aſellum in ter
ram corruiſſe fingeret ⁊ abbatis auxiliuz
peteret: ille perplexitate circunclusus: ne
aut miſericordie opus negligeret aut pro
poſitum frangeret: oratiōe fuſa puero ſua-
ſit: vt ſi vera eſſet viſio deum inuocaret:
ſibi ſubuenire paratam. Si autez tempta-
tio eſſet euaneſceret. Moxq̧ puer cum
aſino euanuerunt cum turbine maximo
ſtrepitantes: hec omnia heraclides in li-
bro qui dicitur paradiſus.

¶ De ſcō Trophiano epō. Ca. XI.

T Rophianus epiſcop⁹ ma-
gne ſanctitatis vir: ⁊ mira
culorum gloria preclarus
pridie calendas decēbris
apud ſantonas in domino
feliciter requieuit. Cuius corpus toloſe
tranſlatum: ibiq̧ terris ſepultum: ſpiritū
in celis viuere multis miraculis maniſe-
ſtat: vt dicit ado.

¶ De ſanctis Diodoro ⁊ Mariano ⁊ eo-
rum ſociis martyribus. Ca. XII.

D Jodorus preſ byter ⁊ ma-
rianus diaconus cum mul
titudine inumerabiliū ho
minuz vtriuſq̧ ſexus ⁊ di-
uerſarum etatum: quoruz
numerum ⁊ nomina ſolius dei ſcientia
nouit: paſſi ſunt rome ſub numeriano im-
peratore tempore Stephani pape primi.
Qui die anniuerſaria dedicatiōis ſancto-
rum martyrum chryſanti ⁊ darie in loco
crypte: vbi eorum corpora ſepulta erāt di
uina celebrantes via ſalaria videlicet ex-
tra portam vrbis in harenario vbi prefati
martyres terra ⁊ lapidibus obruti fuerāt:
accuſati ſunt imperatori. Tūc imperator
iuſſit in introitu crypte parietem leuari: ⁊
montem qui crypte iminebat ad ſublonē
ſuper eos deiici: ⁊ ſic oēs prefocati ſunt.
Quorum corpora ibidem iacuerunt vſq̧
ad tempora Stephani pape. vi. anni do-
mini. Dccclxxxvi. ¶ Qui venerabilis pa-
ter effoſſa crypta reliquias ſanctorum innu
merabiles inde collegit: ex quibus quaſ-
dam laterani: aliquas apud ſanctū petrū:
aliquas ad baſilicam. xii. apoſtoloꝝ quaz
a fundamētis renouauerat: aliquas vero
per alias eccleſias ⁊ monaſteria ſepelien
da diuiſit: in quoꝝ oſſium collectiōe odor
mirabilis quaſi florum ⁊ roſaꝝ reſperſus
eſt: ⁊ lampas in crypta accenſa. vi. diebus
continuis arſit: in qua nec quicq̄ de oleo
conſumptum eſt nec flāma extincta: do-
nec omnia ſanctoꝝ oſſa a congerie lapidū
ſunt collecta. ¶ Quidam autem cum de
reliquiis aliquas queſtus gratia ſubtraxiſ
ſet: continuo in lectum decidit graui lan-
gore detentus: ⁊ cōmiſſum furtum cōfeſ
ſus reliquias reſtituit: ⁊ ſic ſanitatē rece-
pit. Doꝝ oīum martyrū paſſio die calēda-
rum decembriū celebratur.

¶ De ſancto Diodoro epiſcopo ⁊ confeſ-
ſore. Ca. XIII

D Jodorus alexandrinus ce
ſarienſis: epiſcopus: dum
antiochenus eſſet preſ by-
ter: clarus ſapiētia habeba-
tur. Qui electus antiſtes
multa opuſcula compilauit: In apoſtoluz
cōmentarios edidit: aliaq̧ multa euſebii
ceſarienſis ſecutus characterem. Cuius
licet cenſum imitatus fuerit: eius tamen
attingere non potuit eloquentiā: ignarus
ſecularium litterarū. Floruit tēpore impe
ratoris valentis: vt dicit Hieronymus li-
bro de illuſtribus viris.

¶ De ſancto Anſano martyre: ⁊ maxima
virgine ⁊ martyre. Ca. XIIII.

A Nſan⁹ martyr ciuis roma-
nus filius nobilis tranquil
lini duodecim annorū oc-
cīſo patre a prothaſio
preſbytero in chriſti fide
doctus ⁊ baptizatus ē: atq̧ a maxima vir
gine de territorio tonagritano ꝺ ſacro fon-

te leuatus: qui a patre imperatorib⁹ dio-
cletiano ⁊ maximiano delat⁹ decimoter-
tio anno imperij eorū cum ipſa maxima
virgine ab eiſdem tentus ⁊ carceri tradi-
tus eſt diebus multis. Quam quidem ſa-
cram virginē prefati imperatores tādiu
fuſtibus cedi fecerūt: donec ſpiritū exha-
laret. Anſanus vero de carcere fugiēs ve-
nit balneoregiū: vbi viſione angelica cō-
fortatus eſt. Deinde veniens ad ciuitatē
ſenarum dum chriſtum dn̄m predicaret
a proconſule lyſia tentus in ignē miſſus
eſt: quo diuina virtute extincto: dum per-
manſiſſet illeſus iuxta fluuiū arbiam edu-
ctus: ibiq̄ iuſſu preſidijs decollatus eſt: ⁊
ſepultus calendis decembris.

¶ De ſcō Proculo epō et m̄. Ca. XV.

PRoculus epiſcop⁹ ⁊ mar-
tyr de ſyria veniens romā
tempore iuſtini imperato-
ris totamq̄ romanā pro-
uinciam diſcurrens xp̄m
predicabat: miraculis ⁊ vita refulgens.
Quem ſanctus valentinus epiſcopus in-
teranen. conſtituit ſacerdotem. Et dum
die quadam celebraret preſente predicto
epiſcopo: angelus domini acceptū de al-
tari calicem in aera videntibus omnibus
ſubleuauit: ⁊ deinde in altari repoſuit ſan-
guine conſecrato. Sanctus autē preſby-
ter de mandato angeli ſanguinē ꝯſecra-
tū libauit. Deide ꝓpter ꝑſecutionē paga-
norum fugit de tyro ſiue interano. cū epi-
ſcopo valentino: ⁊ veniens ad ciuitatem
nequinā a gentilibus gothis tentus ⁊ ver-
beribus afflictus atq̄ in carcere miſſus ē:
ſed per angelum eductus venit lazanū:
vbi ſancto valentino per martyriū aſſum-
pto: conſtitutus epiſcopus totam ciuitatē
per multa miracula conuertit ad chriſtū.
Deinde veniens ſpoletum chriſtum pre-
dicauit. Inde a deo monitus perſecutio-
nem fugiens venit bononiā: vbi theodori
filiam: que manum habebat aridam ſana-
uit: ⁊ patrem cum filia conuertit ad fidē:
⁊ filium heroniani a demonio liberauit.
Et poſt multorum conuerſionem a totil-
la rege gothorum capt⁹ ablatis ſibi binis
louis a tergo decollatus eſt: ⁊ iuxta ciui-
tatem humatus: vbi proceſſu tēporis puer
mortuus iuxta ipſum ſepultus reuixit.
Tuncq̄ corpus ipſius integrum repertū
honorifice leuatum eſt: huius paſſio agi-
tur die calen. decembris.

¶ De ſcō Albano martyre. Ca. XVI.

ALbanus martyr in ciuitate
maguntia paſſus ē: ⁊ ibi ſe-
pultus. Hic habuit patrē
chriſtianum imperatorem
de partibus aquilonis: qui
mortua coniuge filiam decoram ex ea ha-
bens: ineptēq̄ diligens: eam nuptui mul-
tis principibus petentibus tradere recu-
ſabat. Quam tandē flagitioſo amore car-
naliter cognouit: ⁊ ex illa albanum filium
ſuſcepit. Mater igitur de conſenſu impe-
ratoris ad tegendam infamiam filiū in
capſella pallio inuolutum in partibus vn-
garie exponendum mandauit: qui reper-
tus iuxta nemus rege vngarie carente li-
beris ſuſcipitur: ⁊ ob eius elegentiam oc-
culte in rure nutritur. Simulataq̄ regina
pregnante: tempore partus puer nat⁹ ſur-
gitur: ⁊ a rege adoptatus vt naturalis tra-
ctatur: ab omnibuſq̄ baronibus ⁊ ciuib⁹
filius regis vere putatur: tā ipſe q̄ iuue-
ne predictorum ignaris. Factus ergo iu-
uenis gratus ⁊ ſtrenuus: filia imperatoris
aquilonis: que eſt propria mater: eidem
a patre putatiuo in coniugium queritur:
⁊ ab imperatore traditur: vere putante fi-
liam tradere filio vero regis. Poſt tēpus
modicum rex vngarie infirmatur: ⁊ ad
extrema veniens filio adoptiuo regnum
cōmittens: eo q̄ alium non haberet: eidē
ſeriem facti reuelat: ⁊ qualiter ab eo re-
pertus non eius filius naturalis erit. In
cuius euidentiam pallium in quo ipſum

inuolutuꝫ ex nemore ſuſceperat vſqꝫ tūc
reſeruatū albano tradidit. Quod iuuenis
audiens: conſternatus ad vxorem ingre-
ditur. Et dum ſibi cauſam triſtitie, querē-
ti factuꝫ pandere nollet: eo ꝙ ſe ex hoc cō
tēnendum ab vxore putaret: pallium quo
ſilue expoſitus inuolutus fuerat: qđ tunc
eidem a rege traditum fuerat de ſinu iu-
uenis cecidit: qđ dum mater vidit agno-
uit: ⁊ mutua collocutione habita: repertū
eſt albanum inceſtu genitum: matre ince
ſtuoſo cōnubio cognouiſſe. Cōſilio inter
eos habito triſtitiaꝫ ex morte regis ſimu-
lant: mortuumqꝫ regem vngarie iuxta cō
cedentiam regiam tumulant. Deinde ad
vtriuſqꝫ patrem imperatorem properāt:
vt eidem ſeriem facti pandant. Quos ille
vt filiam ⁊ generum cum magna letitia ⁊
ſolēnitate ſuſcepit. Sed die ſequenti per-
acta letitia mutue viſionis: imperatorem
ſolum albanus ⁊ mater in cameram vo-
cant: eidemqꝫ cum lachrymis factum ſe-
rioſius explicant: ⁊ ad diuinaꝫ miſericor-
diam implorandaꝫ per penitentiā regeꝫ
confortant. Qui omnes ſancto cuidā epi-
ſcopo reatuꝫ confeſſi: de ipſius cōſilio ere
mitaꝫ ſanctiſſimum adeunt pro peniten-
tia aſſumenda. Qui eis ſeptēneꝫ peregri-
nandi penitentiā imponit. Sicqꝫ vtroqꝫ
regno epiſcopo regendo cōmiſſo. vii. ānis
peregrinatur: cōtinue annis ſingulis ere-
mitā reuiſcentes. Peracta igitur peniten-
tia dum eremū ſancti viri petunt in ſilua
depereunt ⁊ ſuperueniēte nocte iuuenis
parentes in lecto eiſdem de folijs arborū
ſtrato collocat: ipſe vero in arborē excuba
bat. Ac inſtigante diabolo parētes vigilā-
tes ad vomitū redeunt: ⁊ in abominādū
antiquū ſcelus inuicem coeuntes reinci-
dunt. Quod albanus ſentiens turbatꝰ ex
arbore preceps irruit ⁊ parentes baculo
impatiens peremit. Facto mane ad ere-
mitā rediit: qui iam omnia per ſpūm ſcō
gnita que contingerant reuelauit. Juſſu
ergo ipſius albanus iterato ſeptēnem pe-
regrinationem aſſumit: qua pfecta ad ere
mitaꝫ rediit. Et dum ſemper peregrinari
decreuiſſet: vitam ſuam per eremitā con-
ſcribere fecit. Quam in pyxide locatā ad
collum ſuū alligauit ⁊ abiit. Sicqꝫ relicto
regno factus anachorita ⁊ peregrinꝰ apđ
ciuitatē maguntiam in nemore a latroni-
bus paganis inuentus: dum ſe xpianum
diceret iugulatus eſt: corpus quoqꝫ in flu
mine iactatum ē. Quo curſu fluminis ad
molendinū delato: duꝫ filia militis cuiuſ-
dam leproſa ſe in flumine balnearet re-
pente a lepra mundat. Quod dum admi-
rans deferret in vrbe multi leproſi veniē
tes ⁊ ſe in amnē tingētes mundabant. Et
mirantibus cunctis vnde talem aqua vir
tutem haberet perquirētes corpus marty
ris inuenerūt: ⁊ reperta pyxide vitaqꝫ ip-
ſius perlecta deo gratias agētes corpꝰ cuꝫ
honore ad ciuitatē portantes venerabili-
ter condiderūt calen. decēbris vbi ⁊ quie
ſcit miraculis clarens.

De ſcō Eligio epo. Ca. XVII.

ELigius nouionenſis epi-
ſcopus vt ait Sigibertꝰ cla
ruit anno ſexto conſtātis:
qui ⁊ Conſtantinus. Hic
de ciuitate lemonicen. ori
undus patre eutherio matre terrigia: dū
ab annis puerilibus artem aurificum di-
diſſet: omnia que lucrabatur: pauperi-
bus erogabat: ⁊ multa miracula opera-
batur. Inter que contracto cuidam ele-
moſynam prebens dum ille manuꝫ por-
rigeret ſanus efficitur. Et dum iam opti-
mus magiſter in arte ſua factus eēt: ⁊ au-
rum certo ſub pondere ſibi a rege traditū
fuiſſet: vt inde ſibi ſellam fabricaret: ipſe
ſibi binas ſellas fabricatas opere curioſo
regi tradidit: quibus pōderatis in vtraqꝫ
auri pōdus qđ ſibi dederat repperit ſicqꝫ
miraculoſe aurum duplicatum inuenit.
Deinde factus eſt epiſcopꝰ nouionen.

Et dum die quadaz boiem̄ ex iuſtitia dā-
natum patibulo: pietate mot⁹ depoſitum
ſepeliret: eū manibus ↄtractando ſuſcita
uit. ¶ Multa corpora ſanctorū repperit
deo ſibi reuelante: in ciuitate nouionen̄.
corpus ſci quintini martyris: ⁊ in ſueſion̄.
corpora martyruz Criſpini ⁊ criſpiniani:
⁊ in beluacen̄. corpus ſcti martyris lucia-
ni. Defunctus eſt autē anno vite ſue. lxxx.
miraculis clarus. Sed dum anno reuolu
to corpus eius transferri deberet incorru
ptum inuentum eſt: ⁊ barba ſibi renata q̄
die ſepulture ſue ſibi fuerat abraſa. Quie-
uit autē in domino die calen. decembris.

¶ De ſācta Natalia vxore hadriani mar-
tyre. Ca. XVIII.

Natalia vxor olim ſancti ha-
driani martyris corpe viri
⁊ aliorum martyrum cū eo
paſſorum Conſtantinopoli
tranſlatis vt in eorum lege
tur paſſione. vj. idus ſeptembris manum
viri ſibi in ſolatium retinuit: ⁊ nicomedie
vbi vir paſſus fuerat remāſit. Quā dū tri-
bunus de voluntate maximiani impera-
toris propter eius decorem ⁊ diuitias in
coniugiuz peteret: aſſentire ſimulauit tri-
duana inducia poſtulata. Et dū deuz pro
ſui corporis caſtitate oraret: admonetur
in ſomnis ab vno ex martyribus viri con
ſociis vt Conſtantinopolim fugiat. Que
manu hadriani ſumpta nauem cum pluri
bus chriſtianis aſcendit: quam tribunus
dum inſequit̄: vento iſurgente ↄtrario: ⁊
plurib⁹ ſubmerſis redire cōpellit̄. ¶ Me
dia vō nocte diabolus in ſpecie naute cū
naui fantaſtica fugiētibus chr̄ianis appa
ruit: ⁊ q̄ viā errarent aſſeruit atq̄z ad ſini
ſtrā pergere docuit. Hoc aūt faciebat vt
eos pderet. Mox dum vela verterēt: ha-
drianus cum nauicula natalie apparuit: ⁊
demonē illum fuiſſe reuelauit: eoſq̄z pre
cedens Cōſtantinopolim ſaluos mane p
duxit. Quo dū introiſſent Natalia domū
vbi martyꝝ corpora ſeruabant̄ intrauit:
manū viri iuxta corpus poſuit: ⁊ poſt orō
nem dormitans a ſcō martyre inuitata ad
celeſtia p viſum euigilans reuelata narra
uit: ⁊ vale faciens oībus ſpūm emiſit cal.
decembris. Cuius corpus a comitib⁹ iux
ta aliorum corpora ſepultum eſt.

¶ De ſancta Bibiana virgine ⁊ marty-
re. Ca. XIX.

Bibiana vͦgo ſub iuliano apo
ſtata paſſa ē rome. Cuius pr̄
flauianus chr̄ianus fuit hn̄s
ↄiugez ⁊ filias chr̄ianas: Qui
accuſatus apud iulianum im
peratorē: q̄ martyres plurimos ſepeliſſet:
ab eodem in exilio dānatus in pace quie
uit. Poſt cui⁹ obitum iulian⁹ matrem Bi
biane ⁊ filias cōprehenſas tradidit fauſto
preſidi: vt eas ad ſacrificandū compelle-
ret: a q̄bus ille ↄuerſus ⁊ ab imperatore
martyrizat⁹ atq̄z ab eiſdē ſanctis ſepultꝰ
eſt. Qď iulianus cōperiens matrē ⁊ filias
ꝑquirebat. Sed poſt dies modicos bibia
ne mr̄ dafroſa ⁊ germana latētes in chri-
ſto quieuerunt. Bibiana vero a iuliano rep
ta ⁊ tenta: dū idolis ſacrificare nollet plū
batis diutiſſime verberat̄: ⁊ ſupuiuēs tri-
duo ꝑpter nimiā cedem emiſſo p os ſan-
guinis p fluuio ad dn̄m p martyrium per
rexit. iiii. non̄. decembris. Cuius corpus a
Joanne preſbīo poſitū eſt apud palatiuz
licinianū iuxta corpa genitricis ⁊ ſororis.

¶ De ſancto petro chryſologo epiſcopo.
Ca. XX



Petrus chry
ſolo-
gus archiepiſcopus ra-
uennas de ciuitate im-
molenſi oriūdus a ſan-
cto cornelio imolēſi nu
tritus ⁊ doctus atq̄z in
diaconum conſecratus
eſt: vite ſanctitate ⁊ ſapiētia inſigniter pol
lens. Igitur epiſcopatu rauenne vacāte:

dum quidam ciuitatis rauenatis ciuis a clero ꝛ populo electus eſſet: ꝛ pro confirmatione habenda multi nobiles romam ad Sixtum papam tertiũ acceſſiſſent: anteq̃ʒ illi ad vrbem peruenirent: Sixtus papa a beato Petro apoſtolo ꝛ ſancto apollinare ſibi apparentibus per viſum admonetur: vt nullum alium in rauẽne archiepiſcopum conſecraret: niſi illum quẽ ipſi in eorum medio eidem oſtendebant. Venientibus ergo ciuibus ad vrbem ab eiſdem papa per triduum requiſitus: vt electum ſuũ conſecraret: omnino renuit: iuſſa ſibi a ſanctis referens ꝛ oſtenſuʒ requirens. Cuius duʒ nomẽ ignoraret: ſed eundem ex vultu cognoſcẽdum diceret: per tres dies inter omnes ſibi aſſiſtentes oſtenſum videre nequiuit. Poſt triduuʒ autem imolenſis epiſcopus cum Petro eius diacono coram papa comparuit: qui eidem pro electi confirmatione inſtãter ſupplicauit. Sed dum pontifex petruʒ in medio multorum aſpexit: etiam a longe eundem mox recognouit: ꝛ ꝙ ille eſſet q̃ ſibi oſtẽſus fuerat aſſeruit: atq; ipſum cũctis approbantibus in epiſcopum conſecrauit. Qui ſanctus laudabiliter viuens: doctrina: vita: ꝛ miraculis floruit. Tandem obitu ſuo ſibi diuina monitione reuelato imolã perrexit: ꝛ iuxta corpus ſancti caſſiani martyris. vbi ꝛ nutrit⁹ fuerat: orans ad chriſtum migrauit: ꝛ iuxta eundem martyrem ſepultus eſt quarto noñ. decembris. Cuius calix ꝛ patena eorum cõtactu ſanant a morſu rabidi canis. Hic multas homelias ſuper euangelijs: ꝛ ſermones elegantes compoſuit: et propter ſermonis ſui venuſtatem Petrus chryſologus: quod eſt ſermo aureus vel aureus ſermocinator cognomen accepit. ¶ Extat ꝛ eius ep̃la ↄtra eutycetẽ tp̃e leonis p̃mi iperatoris ↄſcripta: cui⁹ ſñie auctoritate poſtq̃ʒ in cõcilio calcedonẽſi lecta eſt: eutyces hereticus damnatus eſt.

¶ De ſcis Vero ꝛ ſecuro m̃. Ca. XXI.

Verus ꝛ ſecurus germani apud aphricam ſub perſecutione vandalica paſſi: glorioſo martyrio coronati ſũt quarto noñ. decembris vt in martylogio adõis legiť.

¶ De ſcõ Caſſiano mar. Cap. XXII.

Caſſianus martyr in ciuitate tingitana que eſt metropolis mauritanie paſſus ẽ. Qui exceptoris dui gerẽs officiũ: tãdẽ m celitus inſpirat⁹ execrabile duxit chriſtianoꝝ neci deſeruire. Unde renũcians eiʒ officio ſub chriſtiana confeſſione triumphuʒ meruit obtinẽ martyrii die tertio noñ. decẽbris vt diciť in martylogio adonis: cui⁹ corpus in p̃fata ciuitate tumulatum: inde proceſſu tẽporis ad ciuitatẽ imolenſem trãſlatũ ẽ: vbi ꝛ quieſcit miraculis clarens.

¶ De ſanctis Claudio Hilaria et ſocijs martyribus. Cap. XXIII.

Claudius tribunus ꝛ Hilaria vxor eius ꝛ filii eius iaſon ꝛ maurus cũ militibus ſeptuaginta ſub numeriano imperatore paſſi ſũt. Naʒ vt in paſſione chryſanti ꝛ darie diciť: du ſanctus Chryſantus ab imperatore traditus eſſet tribuno claudio ad torq̃ndũ. Uidens claudius qualiter omnia tormenta ſuparet: ꝛ q̃liter deos gẽtium aptis rationibus cõfutaret: ꝛ quia fuſtes quibus cedebatur molles redebanť: ↄuerſus eſt ad dñm cũ vxore ꝛ filijs ꝛ ſeptuaginta ſuis militibus ſibi commiſſis. Quod imperator audiens iuſſit claudium ligato ad collum eius ſaxo in mari precipitem dari. Milites quoq; ſingillatim audiri: ita vt qui ſe chriſtianũ confiteretur capite cederetur: qui vero ſe chriſticolam negaret: dimitteret. Primus ergo iaſon et maurus filij Claudij non interrogati ſe xp̃ianos ↄfitentes decollati

ſunt. Quos omnes ceteri imitantes infra horam eodez martyrio coronati ſūt. Quorum corpora a xpianis in cuniculo vbi decollati fuerant condita ſunt noctu nō longe ab vrbe via ſalaria. Filiorum vero corpora hilaria mater in ſuo predio ſepeliuit Et dum ad tumulum oraret: ꝛ pagani ſupuenientes eam occidere vellent: orandi ſpacio accepto in cōfeſſione ſpiritum emiſit. Cuius corpus iuxta filiorum cadauera due eius ancille clandeſtine ſepelierūt Horum omnium martyruz paſſio recolit die tertio non̄. decembris. De quibus infra i paſſione chryſanti ꝛ darie. viij. calē. nouembris dicetur.

¶ De. ſ. Lucio rege ꝛ ꝯfeſ. Cap. XXIIII.

Lucius btūs confeſſor fuit rex britannie baptizatus a thimotheo diſcipulo ſancti pauli. Qui regno cōpoſito ꝛ bene ordinato relictis omnibus ſecularibus pompis multiſq; ad deum conuerſis: veniens per auguſtum in ciuitatem curie multis ad vite perfectionem exēplo ꝛ doctrinis inductis die tertio decembris in pace quieuit. vt dicit frater bartholomeus.

¶ De ſcā Barbara v̄g. ꝛ m̄. Cap. XXV.



Barbara virgo paſſa eſt in ciuitate nicomedie tempore maximiani imperatoris ſub preſide martiano. Cui⁹ pater dioſcorus nomie eiuſdez ciuitatis nobilis ꝛ paganus: turri excelſa fabricata filiam pulcherrimam barbaram intromiſit: ne ab hominibus videretur. Cumq; plurimi eā in coniugiū peterēt: illa iam animo chriſtiana diuinitus inſpirata: ꝯſenſuz denegabat. Et dū pater in balneo qḋ edificabat in turri iuſſiſſet artificib⁹ duas fieri feneſtras: eo diſcedente barbara tertiam erigi fecit. Et deſcendens in balneuz depingenſq; digito in marmore crucis ſignuz: mox in petra ſignum crucis apparuit ac ſi ferro ſculptum eſſet. Similiter in ꝛ ſilice veſtigia peduz illius in preſſa ſunt. Et deſcendens puella in concam inundantib⁹ aquis: orauit vt ſanctificaret. aqua ꝛ ſubmergens corpus ſe ipſaz baptizauit in nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpiritus ſci. Egreſſa igitur de aqua turrem conſcendens in idolorum facies conſpuit: ꝛ reſpiciens in celū deum verū adorauit. ¶ Rediens ergo pater ꝛ eam interrogans cur tres feneſtras in balneo fieri iuſſerat audiuit ab ea quia tres ſunt qui mundum illuminānt: pater ꝛ filius ꝛ ſpiritus ſanctus. Quod audiēs pater arrepto gladio eam inſequitur vt occideret illam: que dū fugeret ꝛ a mōtis crepidine precluſa artaretur orauit ad dominum: ꝛ ſciſſo lapide mons per mediuz diuiſus virginem ſuſcepit: ꝛ ad aliam partē eiecit. Quo dum pater aſcendens duos paſtores greges paſcentes interrogaſſet an puellā fugiētē vidiſſent: vn⁹ eoꝝ cū iuramēto negauit eā ſaluare cupiēs: alt̄ vo ipam digito oñdit eā occidi volēs. Moxq; ipſe cū pecorib⁹ ſuis in lapides ꝯuerſi ſut vſque in preſens ibi manentes. Quaz pater apprehenſam ꝛ per capillos tractā: ꝛ duriſſime ceſaz: martiano preſidi die ſequenti tradidit puniendam. Et dum chriſtum confiteretur ꝛ idola gentium demonia eſſe conteſtaretur: iuſſit eā preſes ſpoliatam ſuſpendi ꝛ crudis neruis cedi ac cilicinis ſaccis plagas eius extergi: deinde carceri immiſſam pedibus in ligno conſtringi: vbi domino ſibi noctu apparēte confortatur: ipſiuſque vulnera conſolidātur. Quod dum die ſequenti preſes deorum pietati aſcriberet: ꝛ virgo eius inſaniam derideret iuſſit eam verſis pedibus ſuſpendi: ꝛ latera eius vnguibus radi atque ardentes lampades applicari. Inſu-

per ⁊ caput malleis cõtundi donec de neribus ipſius ſanguis abunde ſtillaret in terram. Deinde mamillas fecit precidi ipſamque nudam per ciuitatem circunduci. Dum autem ſic ducta oraſſet ad dominum angelus ſibi apparens de nudatum corpus eius candida ſtola contexit ⁊ mamillis reſtitutis plagas omnes ſanauit: quod dum preſes cerneret furore nimio repletus eam decollari mandauit. Quam pater ad montem vbi eam comprehenderet adducens: caput eiuſdem manibus proprijs amputauit. Moxque ab igne celeſti conſumptus eſt. Corpus autem virginis a valentiano quodam chriſtiano nicomedie ſepultum eſt die ſecundo non. decembris. Indeque temporis proceſſu conſtantinopolim tranſlatum poſtmodũ a venetis quibuſdam nobilibus venetias delatum: requieſcere dicitur in eccleſia ſancte marie cruciferorum.

¶ De ſcõ Meletio epõ põti. C. XXVI.

MEletius epiſcopus ⁊ cõfeſſor apud pontum floruit. Qui cum eſſet eruditionum cura magnificus virtus tamen animi ⁊ vite ſinceritas lõge in eo magnificẽtior extitit: vt dicitur in martylogio vſuardi. Qui etiam poſt laudabilem vitam ibidem in pace quieuit ꝑdie non. decẽbris.

¶ De ſancto Meletio epiſcopo antiochen. Cap. XXVII.

MEletius epiſcopꝰ antiochenus: vt ſcribit theodoricꝰ ĩ hiſtoria tripartita tempore conſtantij imperatoris arriani claruit. Hic dum ciuitatem quandam armenie regeret ⁊ barbaros doceret propter ſui eloquij venuſtatem ab arrianis ⁊ catholicis pariter antiochie epiſcopus poſtularetur. Quem imperator conſtantius videre volens ⁊ probare vtrum eſſet arrianus an catholicus iuſſit vt exponeret. Dominꝰ poſſedit me ⁊c. quod ille exponens trinitatem publice docuit ⁊ apertiſſimis rationibus comprobauit: propter quod ab arrianis electus ⁊ a Conſtantio reprobatus: ⁊ ab eccleſia ſua expulſus reuerſus armeniam euſebio epiſcopo adheſit: ⁊ clarꝰ miraculis vita ⁊ ſcientia in pace quieuit.

¶ De ſancto Clemente preſbytero ⁊ cõfeſſore. Cap. XXVIII.

CLemens preſbyter alexandrinus qui vt dicit ado in diuinarum eruditionũ ſcholi q̃ maxime floruit: pãthei auditor: origenis vero preceptor fuit. Hic libros octo condidit ſtromatũ: qđ ſonat opus varie cõtextũ. Cõpoſuit ⁊ libros octo q̃s informationũ vel diſpoſitionũ noiare poſſumꝰ. Itẽ librum ad gẽtiles exhortationũ. Itẽ librũ qui di pedagogꝰ libris tribꝰ diſtinctũ. Itẽ librũ qui ſcribit: q̄s ẽ q̃ ſaluꝰ fieri poſſit diues. Itẽ librũ aliũ de paſcha ⁊ de diſputatiõe ⁊ de ieiunio ⁊ obtrectatione. Itẽ aliũ exhortatoriũ ad patiẽtiã. Itẽ ad neophytos. Itẽ aliũ q̃ inſcribit canõ eccleſiaſticus. Itẽ de his q̃ iudaicũ ſenſum ſectãtur: quẽ ad alexandrũ hieroſolymorum epiſcopum ſcripſit. Item librum contra hereſes. Extat ⁊ eius tam diuinarum ſcripturarum q̃ litterature ſecularis volumina eruditionis ⁊ eloquentie referta: in geneſim etiam cõmentarios ſcribere pollicitꝰ eſt. Hec hieronymus de viris illuſtribus. Quieuit in pace die ſecundo non. decembris. Seueri imperatoris tempore florens.

¶ De ſcõ Sabba abbate. Cap. XXIX.

SAbbas abbas ex prouincia capadocie ciuitate muta[illegible] phis patre ioanne matre ſophia: claris ⁊ chriſtianis originem traxit. xvij. theodoſij imperatoris anno. Dum autẽ parentes eius

militaturus cum vxore alexandriam per/
geret: filium paruulū hieremie fratri cō/
mendauit. Quem dum vxor illius inuite
conſpiceret: puer relicto ſeculo occulte
patruum deſerens: ⁊ ad monaſterium
quod dicitur ſcando fugiens: ab abbate
gregorio ſuſceptus eſt ⁊ monachus effe/
ctus: qui in omni ſanctitate viuens: etatis
proceſſu ſumma preditus abſtinentia ce/
pit etiam clarere miraculis. Interea duꝫ
tempore hyemali piſtor veſtes Iotas ſic/
candas in furno adhuc calido poſuiſſet: ⁊
oblitus ipſarum clibanū pro pane coquē/
do ex incuria accendiſſet: deinde recor/
datus veſtium damnum ſuum defleret.
Sabbas compaſſione motus furnum in/
greſſus accēſuꝫ illeſas veſtes illeſus edu
xit. ❡ Poſt hec perrexit ad eremum ad
geraſimum abbatem: vbi multa diaboli
figmenta et certamina ſuperans dudum
manſit. Deinde veniens hieroſolymam
ſibi locellum edificauit: ⁊ ſacra loca quoti
die per luſtrans ad locellum redibat con
templationi vacans. ❡ Die quadam apō
eccleſiam ſancti ioannis baptiſte mulie/
rem dudum fluxum ſanguinis paſſam ſa/
nam effecit. ❡ Quēdaꝫ etiam a demone
obſeſſum liberauit. ❡ Et cum ſiccitas
nimia populum vrgeret: adeo vt neqꝫ ī
puteis neque in foueis aqua reperiri poſ
ſet: ⁊ ex hoc ciuitas periclitaretur: fodien
tibꝰ ciuibꝰ: in locis plurimis ſi forte aq̄ ali
cunde prorumperet: oratione ſancti plu/
uia largiſſima noctu deſcendit: que foue/
as ⁊ ciſternas repleuit: omnemque popu
lum ſatiauit. Sicqꝫ multorum ſignorum
gloria clarus virtutibus pollens: ſub io
anne archiepiſcopo quieuit in pace die
ſabbati non̄. decembris anno domini.
ccccccxxiiij. ſepultus hieroſolymis inter
duas eccleſias: cuius corpus inde proceſ
ſu temporis venetias delatuꝫ: quieſcit in
eccleſia ſcī antonini martyris.

❡ De ſcō Baſſo epō ⁊ mar. Cap. XXX.

Baſſus epiſcopus ex nicea p
uincia dum chriſtum predi
caret a perēnio preſide de/
tentus ⁊ ad deorum ſacri/
ficia inuitatus: cū idolis im
molare contemneret: primo in equuleo
ſuſpenſus diutius tortus eſt: deinde lami
nis ardentibus circa latera appoſitis ex/
cruciatus ieſum chriſtuꝫ dominū maiori
conſtantia profitebatur. Qua propter in
equuleo leuatus fuſtibus ⁊ ſcorpionibus
p̄ſidis iuſſu diutiſſime ceſus eſt. Poſt hoc
depoſitus ad ſtatuas deorūꝫ ligna pro ſa/
crificio portare compellitur: data ſenten/
tia: vt ſi non ſacrificaret: eodem igne con
ſumeretur: qui dū ſacrificare contemneret:
in ignem miſſus ſed in eo dudū manens
illeſus educitur. Sicqꝫ a preſide ad iudi/
cem nicee prouincie deſtinatur cum litte
ris ſibi mandantibus vt baſſum: aut ſacri
ficare compelleret: aut excogitatis ſuppli
ciis perimeret. Sed dum a iudice ſuaſus
ſacrificare nollet: fabricatis duobꝰ clauis
ad menſuram lōgitudinis corporis eius
eiſqꝫ a plantis pedum per mediuꝫ corpo/
ris vſqꝫ ad verticem cōfixus in chriſti cō/
feſſione emiſit ſpiritum non̄. decembris
tempore decii ⁊ valeriani. Cuius corpus
a chriſtianis in nicea ciuitate ſepultū eſt.

❡ De ſcā Criſpina vg. ⁊ m. Cap. XXXI.

Criſpina virgo in aphrica
apud coloniam thebeſtinā
tēpore diocletiani ⁊ maxi/
miani imperatorū cum ſa/
crificare nollet iuſſu anoli/
ni proconſulis decollata eſt: ibiqꝫ ſepulta
non̄. decembris.

❡ De. ſ. Dalmatio epō ⁊ m̄. Ca. XXXII.

Dalmatius martyr ⁊ epūs de
italia oriūdus patre ſenato/
re duꝫ xp̄ianus eſſet occul
tus oīa deſerēs ad albā ciui
tatē deuenit: ibiqꝫ xp̄ꝫ p̄dica
re cepit ⁊ miracul' clarere: ad quē q̄dā va
lentianus

lentianus magiſter militum deravēnis veniens eius audita fama pro filio ſuo graui infirmitate detento ſupplicare cepit: orationeqꝫ fuſa ſanctus filium liberatum eidem nunciat: quod ille repatrians dum verum eſſe cognouit ad dalmatiū rediit: ⁊ conuerſus ad chriſtum ab eodem cum filio baptiſmū ſuſcepit. Iterumqꝫ ad propria remeans ⁊ chriſtum annuncians miraculi teſtimonio multos ad fidem conuertit: deinde dalmatius angelo duce ticinum veniens dum flumen ſine ponte vel naui ab angelo in momēto trāſuectus multis coram poſitis tranſiuiſſet: populū multum conuertit ad chriſtum. Ibiqꝫ cōſtitutus epiſcopus predicationis officiū fideliter pficiebat: deinde ad gallias tranſiens: plurimos infideliū chriſtianos effecit Et poſt hec reuelatione diuina: dū ad ſuam rediret eccleſiam iuxta flumē ticini ab infidelib⁹ captus ⁊ in cerebro gladijs percuſſus per martyriū migrauit ad chriſtū. Sed dum corpus eius exanime ſtaret nec dudum cecidiſſet viſo miraculo multi ex infidelibus conuerſi ſunt. Sepultuſqꝫ eſt ibidē miraculis clarus. Paſſus eſt autem die nonarū decembris.

⁋ De ſcō Nicolao epō ⁊ ɔ. Ca. XXXIII



Nicola⁹ epiſcopus ciuis patere vrbis patre epiphanio matre Joanna diuitibus claris ⁊ ſanctis exortus pma die ſue natiuitatis dum balnearetur erectus ſtetit in pelui fere dimidia hora. Ad vbera mřis poſitus .iiii. ⁊ .vi. feria ſemel in die mamas ſuggebat: qui ex nomine auunculi ſui nicolai myreorum antiſtitis vocat⁹ eſt nicolaus. Dum adhuc puer imbuēdus litteris a ſcholis rediret: claude femine eidē obuiē greſſum rectum tribuit. ⁋ Cuidā ſeruo dei noie ſabbatio in extaſi poſito palacium mirificum auro ⁊ gēmis fabricatum cum ſede mirabilis claritatis intro poſita oſtendit: que omnia nicolao adhuc puero in celeſtibus pparata reuelantur. Factus aūt iuuenis coetaneorū conſortia ⁊ mores vitans eccleſiam frequētabat: ⁊ que de ſcripturis audiebat memoriter retinebat. ⁋ Parētibus defunctis qd de diuitijs ſibi dimiſſis dño gratum ageret cogitabat ⁊ ne inanē gliā ſi pbēt publice eas icurrere formidabat. Sꝫ poſt dies modicos dum quidam conciuis nobilis ad extremā deductus inopiam: tres filias ſuas virgines fornicari diſponeret: vt inde miſerrimus quicquā pro victu acqreret. Nicolaus hoc audiēs noctu domū viri latēter adiēs per feneſtrā auri pondus itro clam proiecit, clamqꝫ diſceſſit. Qđ homo ille reperiēs ex eo primogenitam maritauit. Et dum idē ſecundo ſcūs confeſſor peregiſſet: ſcdam filiā ſimiliter pater nuptui tradidit. Dum aūt tertio dei famulus idē opus pfeciſſet homo ille qui vigilans bñfactorem ſuum ſtudio obſeruabat. ſanctum fugientē cepit: eumqꝫ cognouit ⁊ ad pedes eius ſe proſtrauit. Quē ille erigēs eidē ſuperinde ſilentium quoad viueret imperauit: illeqꝫ tertiam filiam coniugio dedit. ⁋ Poſt hoc defuncto archiepō myreoꝝ dum epi ſuffraganei pro eligendo pſule orantes conueniſſet: reuelat cuidam epō magne auctoritatis: in quē vota omniū depēdebāt: qꝫ illū eligē deberēt: quē hora matutinali primum ad ianuam eccleſie nicolaū nomine repperirient. Cū autem nicolaum mane expectantem epiſcopus reperiſſet ⁊ nomen ipſius didiciſſet: eundem licet ſatis renitētem in cathedra collocarunt. Qui gregi dominico prefectus ad amplioris perfectionis apicē: omni decoratus virtute attingere ſatagebat multiſqꝫ miracul' coruſcabat. ⁋ Quadam die cū ſuis clericis ad refectionē di-

ſcumbēs deficiente ſibi vino modicuz vi-
ni in vaſculo allatum quod vix tribus in
menſa ſufficeret cūctis in fundi precepit:
⁊ ad ſufficientiā omnibꝰ fuit ſatis. ¶ Alio-
quoqꝫ tempore duz vnicus ſolummodo
panis in cellario repertus eſſet: operariis
in eccleſia ſua laborantibus appoſuit. In-
deqꝫ plene omnes refecit. ¶ Virū ⁊ vxo-
rem qui .xxx. fere annis ſine prole fuerāt:
ad ſe veniētes: ⁊ pro filio ſupplicāter oleo
lampadis eccleſie inunxit ⁊ oratione pre-
miſit. Eodēqꝫ anno mulier filium enixa:
eundem in miniſtrum viro domini obtu-
lit: quē ille baptizauit: ⁊ ſacris litteris eru-
diuit. ¶ Obſeſſum a demonio de regiōe
andronica liberauit: puellā manibus ari-
dis de caſtello euādis ſanauit: ⁊ alios mul-
tos a diuerſis paſſionibus dei virtute cu-
rauit. ¶ Dum eccleſiam cōſtrui faceret ⁊
lapis magnus in edificiuz opus eſſet: qui
a .lxx. hominibus nullatenꝰ moueri pote-
rat: ſanctus dei ſuperueniēs ſigno crucis
premiſſo cum duobus clericis ipſuz amo-
uit: ⁊ ad locum detulit ordinatū. ¶ Qua-
dam die tēpeſtate ſeuiſſima quaſſati qdā
naute Nicolaū aduocāt: ⁊ cōtinuo vir q̄-
daz eis apparuit dicēs ſe eſſe Nicolaū ab
eis aduocatū. Qui eos in antēnis ⁊ rudē-
tibus iuuare cepit ſtatimqꝫ tēpeſtas ceſſa-
uit. Et dum ad eiꝰ veniſſent eccleſiā: quē
nunquam viderant ſine iudice cognoue-
runt. Quod ille nō ſuis meritis ſed eoruz
fidei attribuere docuit. ¶ Dum quodaz
tempore fame valida regio eſſet oppreſſa:
⁊ naues onerate tritico ad portuz myree
deueniſſent: rogauit ſanctus nautas vt ſal-
tem proquaqꝫ naue in centum modiis
eorum inopie ſubuenirent. Cumqꝫ illi
reſpōderēt non audere hoc facere: eo ꝙ
menſuratum alexandrie granum eadem
menſura conſtantinopoli in horrea impe-
ratoris eos reddere oportebat: inſtat ſi-
bi: vt petita adimpleant: confiſus in chri-
ſti gratia: ꝙ nihil diminutionis in eoruz
menſura recipient: Quod cum feciſſent:
menſuram quam receperant integre mi-
niſtris regis reddiderunt: ⁊ miraculum
narrauerunt. Granuz autē illud quod ſan-
ctus acceperat miraculoſe ꝑ biēnium ad
victū ⁊ vſum ſeminis abundauit. ¶ Sed
cum adhuc in regione illa aliqualis cul-
tus idolorum ſupereſſet: arborem quan-
dam diane conſecratam quam quidam
colebant ruſtici ſanctus precidit: diabo-
lo in aera vlulante ſe de ſua ſede per ni-
colaum eiectuz. Et dum quidam viri ad
ſanctum viſitandum nauigio pergerent:
demon in ſpecie deuote mulieris eiſdez
in ſagenula apparuit: oleum in vaſe tribu-
it: rogans vt ex eo parietes eccleſie ſan-
cti nicolai perungerēt: eo ꝙ ipſa tunc ad
ipſum locum accedere non poſſet. Qua
diſcedente: in alia nauicula eiſdem cum
pluribus vir apparuit Nicolao ſimillimꝰ:
mulierem illam dianam fuiſſe docuit: et
vt oleum ſibi datum in mari iactarent ad-
monuit. Quod proiectuz in mare contra
nāz aquā inflāmauit: q̄ dū myreā venirēt:
nicolaū ↄſpiciūt: ipmqꝫ eē q̄ ſibi appuerat
recognoſcūt. ¶ Eodē tpe dū ipator cōſtāti-
nus tres principes nepotianum: vrſum:
⁊ neapoleonem contra hoſtes imperii mi-
ſiſſet: ⁊ illos ad portum myree applican-
tes vir ſanctus ad prandiuz inuitaſſet: cū
eſſent in menſa nunciatur viro dei: con-
ſulē pecunia corruptuz tres iuuenes mi-
lites innocentes decollari mandaſſe. Il-
lico ſanctus tribus illis principibus ſibi aſ-
ſociatis ad locum properauit: ⁊ iuuenes
iam genu flexo gladium vibrantis expe-
ctātes repperit. Audacter igitur ſe in ſpi-
culatorem ingerens gladium ſibi extor-
ſit: innocentes exoluit: quos ſecuz addu-
cens conſulem adiit: eumqꝫ durius ob-
iurgans: tandem penitentem ſuſcepit.
¶ Dum āt dicti principes imperiales cū
victoria redeuntes: ab impatore magnis
honoribus ſublimati fuiſſent: ex inuidia

apud eū de proditione delati ſunt: quos
ille carceri traditos precepit mane ſine
audiētia decollari. Qui liberationem tri/
um iuuenum factam a viro dei recolen-
tes eiuſdem ſe meritis commendarunt.
Eadem nocte vir dei imperatori per vi/
ſionem apparuit: ipſum de impietate re-
darguit: ⁊ niſi innocentes dimittat exitia/
le bellum eidem comminatur ad mor/
tem. Interrogatus quis eſſet: dixit ſe eſſe
nicolaum epiſcopum myreorum: ſimili-
qꝫ viſione prefectum exterruit. Euigilans
princeps viros aduocat: ⁊ ſi cui ſancto ſe
commendaſſent interrogat. Qui dum ſe
ſancto nicolao cōmendaſſe dicerent. Mi/
ratus imperator veniam petiſt: innocen-
tes abſoluit: ⁊ eoſdem ad virum dei cum
muneribus deſtinauit. ¶ Fertur beatū
nicolaum iam ſenem niceno concilio in/
terfuiſſe: ⁊ quendam arrianum zelo fidei
in maxillam percuſſiſſe: ob idqꝫ a cōcilio
mitra ⁊ pallio priuatum extitiſſe: propter
quod vt plurimum ſine mitra depingit.
Sed dum aliquando miſſam beate virgi/
nis cuius erat deuotus in pontificalibus
celebraret: ⁊ priuationē mitre ⁊ pallij de-
fleret: quaſi zelo nimio fidei ablata: ecce
cunctis videntibus duo angeli eidē aſti-
terunt: quorum vnus mitram: alius pal-
lium ſibi diuinitus reſtituerunt. Et extūc
inſignia reaſſumpſit ſibi celitus reſtituta.
Qui ad vltimā horam deueniens: ange-
los ſibi occurrentes conſpexit ⁊ ſuum cō/
mendans ſpiritum domino in pace quie/
uit die octauo idū decembris anno do/
mini. cccxliij Ex cuius oſſibus oleum iu-
giter emanare cōſueuit: quo liniti langui-
di a cunctis infirmitatibus ſanabantur.
¶ In multis chronicis inuenitur: ꝙ poſt
multū temporis deſtructa a turchis myr-
rea ciuitate a mercatoribus barrenſibus
corpus ſancti nicolai barrum tranſlatum
eſt: ibiqꝫ iacere vſqꝫ in preſens: vt pluri/
mum creditur ⁊ a multis peregrinantibꝰ
viſitatur. Veneti autem idem corpus aſ-
ſerunt venetijs delatum. Cuius hiſtoria
tranſlationis debito loco videlicet tertio
calendas iunij ponetur. ¶ Miracula au/
tem ſancti: tum quia infinita eſſe dicun-
tur ⁊ innumera: prout collecta eius feſti/
uitatis aſſerit: tum etiam quia ea ſola de
ſanctis ponere curauimus: que vel in vi/
ta eius vel circa mortem: aut erga eorum
corpora contigerunt: ex alijs voluminibꝰ
lectori legenda dimittimus. Hoc ſolo
ad eius venerationem exarato: ꝙ dum
beati nicolai hiſtoria de nouo edita eſſet
que notata cum ſuo cantu ad manus quo
rundam fratrum monaſterij ſancte crucis
de ceſena deueniſſet: ⁊ fratres eam in eiꝰ
feſto canere ad officium vellent: eorum
prior omnino recuſauit: ⁊ fratres redar-
guit: dicens ioculatoria in eccleſia non eſ
ſe licitum decantare. Nocte ſuperueniē-
te ſanctus nicolaus priori apparuit: eum/
qꝫ vultu terribili lecto abſtraxit: pauimē
to colliſit: ⁊ incipiens antiphonam. O pa
ſtor eterne ⁊c. per ſingulas differentias
vocum fuſte quē tenebat ictus ſupra dor
ſum patientis ingeminans: per ordinem
ad finem vſqꝫ decantauit. Qui ſemiuiuus
dimiſſus clamoribus fratres excitans vi-
ſa ⁊ geſta narrauit: antiphonam quā nun
quā audierat retulit: ⁊ centum notas in
ipſa conſiſtere didiciſſe ex centum per/
cuſſiōibus quas ſuſceperat adiecit: ⁊ pro/
ut dixerat ſic eſſe compertum fuit. Data-
qꝫ licentia fratres nouā hiſtoriam eo die
⁊ deinceps tam ipſi q̄ alij in multis eccle
ſijs celebrarunt.

¶ De ſcō nicolao papa p̄. Cap. XXXIIII

Nicolaus papa huius nomi
nis primus natione roma
nus ex patre theodoro ſuc
ceſſit benedicto. iij. ⁊ ſedit
annos. ix. mēſes. ij. dies. xx.
Et vt i chronica martiniana hēt: pꝰ ma-
gnū Gregoriū papā nullꝰ vſqꝫ ad eū appuit

in ſede romana eidē ſanctitate comparandus. Floruit autē tēpore Ludouici ſecundi imꝑatoris. Hic michaelē conſtantinopolitanū imperatorem excōmunicauit propter ignatij patriarche iniuſtam depoſitionem. Excōmunicauit etiam Lotharium regē gallie ꝓpter gualderade pelicis ſue ſocietatem. Qui rex tēpore hadriani ſucceſſoris nicolai pape romam veniens cōcubina dimiſſa: abſolutionem ab eo recepit ⁊ non multo poſt vita deceſſit. ¶ Huius tempore ſanctus Cyrillus pene omnium ſclauorum apoſtolus corpus ſancti Clementis pape ceſona vbi in mare pōticum proiectum fuerat: ex mari exiccato auferens Romam detulit. Quod per Nicolaum papam in eccleſia ſancti clementis recōditum fuit: vbi ⁊ ipſe cyrillus paucis expletis diebus ſepelit miraculis corruſcando. Nicolaus vero papa poſt multas ⁊ vberes collatas elẏnas ⁊ alia multa bona que fecerat in Chriſto quieuit: ⁊ in eccleſia ſancti petri apoſtoli ſepultus eſt.

¶ De ſctis Dionyſia datiua ⁊ ſocijs martyribus. Ca. XXXV.

Dionyſia: datiua: leontia et Emilianus medicus ⁊ religioſus vir nomie terrius: necnon bonifacius ⁊ ſeruus ⁊ victricus atq; maioricus adoleſcens: apud aphricam martyrio coronati ſunt. Qui omnes perſecutione vandalica ſub Hunerico rege arriano pro confeſſiōe fidei catholice: ⁊ ne ab arrianis repatizentur decertantes: grauiſſimis ⁊ innumeris ſupplicijs excruciati: cōfeſſorum chriſti numero ſociati ſunt. viij. idus decēbris. Ex quibus maioricus adoleſcens: dionyſie matris ſue eidem in tormentis aſſiſtentis exhortationibus roboratus in certamine confeſſionis ſpiritum reddidit. hec ado.

¶ De ſancto Ambroſio epiſcopo et doctore. Ca. XXXVI.



Ambroſius epiſcop⁹ ⁊ doctor: cuius feſtum obitꝰ occurrit. ij. nonas aprilis. Hoc vero die quo epiſcopus eſt ordinat⁹ ab eccleſia romana celebratur filius ambroſij romani tūc ꝑfecti galliarum in gallijs natus ⁊ in cunabulis in ꝑtorio poſitus: dum dormiret apto ore: examē apū faciē ei⁹ ⁊ os impleuit: vt quaſi in alueolum ſuū intrarēt ⁊ exirent: que poſtea euolantes in tantā altitudinē aeris eleuate ſunt: vt humanis oculis minime viderentur. Qđ pr̄cernēs ⁊ territus infantulus ꝑdixit aliqđ magni futurum. Et cum puer eſſet matri ⁊ ſorori manū oſculandā porrigebat: vt ſacerdotibus fieri cōſpexerat: quod ſoror tunc deridebat. ¶ Cum ergo rome fact⁹ iuuenis ⁊ litteris eruditus cauſas perorarēt: a probo ꝑfecto pretorij miſſus ad liguriā emiliamq; regendā prouinciā: venit mediolanū. Mortuo vero auxentio epō arriano: cū pp̄ls propter ꝓſulis electionē in ſeditionē poſitus eēt: ⁊ ipſe pro ſeditione ſedāda ad eccleſiam perexiſſet: voce infantis ſubito ambroſium epm̄ clamante: ab omnibus tā arrianis q̄ catholicis pontifex eligit̄. Qđ ille audiēs contra morem ſuū homines torqueri fecit: vt ſic ab eius electiōe ceſſarēt. Deinde profiteri philoſophiam volēs quaſi rē chriſtianis ſuſpectā: dum nō pei miſſus eēt publicas meretrices ad ſe igredi fecit: ppl'oq; magis acclamāte: pctm̄ tuū ſup nos: noctu aufugit. Et dū ſe ticinū ire putaret: mane ad portam romanā ciuitatis ſe repperit. Interī miſſa relatione ad valētinianū ipꝛatorē eam approbauit gaudēs q̄ iudices a ſe directi ad ſacerdotiū peterētur. Ambroſius vero in poſſeſſiōe leōtij latuit. Sȝ relatione imperatoris veniēte producit̄. Et quā

nis multum renitens: tandē electioni cō
ſentire cōpellitur. Et cū adhuc eēt cathe
cuminus baptizatur: ⁊ .viii. die in epm cō
ſecratur. Qui cum poſt ānos quattuor ro
mam veniſſet matre defuncta: ⁊ germa
na manum eius oſcularetur ſubridēs di
xit in ſe iam impletum: quod puer vatici
natus fuerat. Ubi etiam paralyticam in
lecto cubantem: ſolo veſtimenti eius cō
tactu ſanam effecit. Sed ⁊ cum cōtra vo
luntatem iuſtine imperatricis arriane ca
tholicum in epiſcopum promouiſſet mul
tas ab ea inſidias ⁊ perſecutiones paſſus
eſt: adeo vt etiam vna ex virginibus ar
rianorum vt eum ad reliquas cedendū
traheret: ipſum per pallium cepit. Quam
die ſequenti Ambroſius morte defunctā
ſubita honorifice ſepeliuit gratiaꝫ pro cō
tumelia repēdens. Rediensq mediola
num ad ſuggeſtionē auguſte multi ſibi ca
lūniantur: ⁊ multas iniurias patiť. ¶ Et
dum in exilium mittendus putaretur: et
quidam vicinus quadrigam ad eum ex
portandum paraſſet iuſto dei iudicio an
no vertente ipſe in eadem carruca in exi
liū miſſus eſt. ¶ Cum autē plures obſeſ
ſi a demonibus ſe ab Ambroſio torqueri
dicerēt ⁊ iuſtina cum arrianis Ambroſio
imponerēt: quod pecunia compararet q̄
ſe ab immūdis ſpiritibus torqueri aſſere
rēt: ſubito vnus ex illis demone oppreſ
ſus clamabat ꝙ vtinam qui non credunt
Ambroſio vt ipſe torquerentur: quē cete
ri arriani in piſcinam necauerunt. ¶ He
reticus quidam inconuertibilis: dū ꝑdi
cante epiſcopo: vidiſſet angelū ad aures
eius loquētem conuerſus eſt: ⁊ fidē quā
perſequebatur: defendebat. ¶ Quidam
magus: qui demones ad eum cedēdum
inuocabat: audiuit ab eis: ꝙ nec ad fores
eius appropinquare preſumerent: quoni
am ignis de domo eius exibat: qui etiā
eos longe poſitos cruciabat. ¶ Quodam
demoniaco mediolanum intrante: de
mon ex illo exiēs alium ex vrbe egrediē
tem inuaſit: dicens ꝙ Ambroſium time
bat: ⁊ ob id vrbem ingredi formidabat.
¶ Dum quidam ad ꝑces auguſte eū no
ctu volēs gladio percutere brachium ele
uaſſet: ſubito manus eius exaruit. ¶ Cū
apud theſſalonicā ex ſeditiōe populus iu
dices lapidaſſet: iratus Theodoſius im
ꝑator omnes theſſalonicēſes perimi iuſ
ſit: nocētes ab innocētibus non ſecernēs.
Et cum mediolanum veniſſet volēs intra
re eccleſiā ab Ambroſio ꝓhibeť: ⁊ de tan
to ſcelere audacius increpať. Qui cū da
uid homicidam ⁊ adulterum allegaſſet:
audiuit ab eo ꝙ quē allegauerat deliquē
tem imitaretur ⁊ penitentē. Et a doctore
ſancto ſuaſus publicā agere penitentiam
nō eſt dedignatus. Cūq penitētia pacta
die paſche pro cōmunione ſumenda can
cellos eccleſie intraſſet: Ambroſius eum
extra chorum repulit: dicēs locum illum
clericis aſſignatum: ⁊ ꝙ purpura facit im
peratores nō ſacerdotes: cui imꝑator hu
militer obediuit: ⁊ reuerſus conſtantino
polim: dū in eccleſia extra cancellos ma
neret inuitatꝰ a patriarcha vt intraret: mi
ratus ait: ſe vnū vidiſſe Ambroſiū ſacer
dotē. ¶ Dum ad palatiū macedonij ma
giſtri officiorum pro cuiuſdā interceſſio
ne acceſſiſſet: ⁊ fores clauſas reppiſſet: cō
minatus eſt illi: ꝙ cito ad eccleſiam ve
niēs apertis ianuis itrare nō poſſet. Poſt
modicum tempus macedonius ad eccle
ſiam fugiens timore inimicorum paten
tibus ianuis aditum reperire non valuit.
¶ In ciuitate florētie filium cuiuſdā no
bilis nomine panſonem puerū obſeſſū
a demonio liberauit. Et dū poſt dies mo
dicos puer ſubito expiraſſet: mater ipſum
in lecto ſancti defunctum locauit: quē il
le ſuperueniēs oratione ⁊ lachrymis ſuſci
tauit. ¶ Nicetius quidam notarius dolo
re pedum vexatus: dum ad epiſcopum
celebrantem pro cōmunione acceſſiſſet:

⁊ ille pedes ipſius caſu calcaſſet: exinde a dolore ereptus eſt. ¶ Hoſpitatus in quadam villa tuſcie apud quendam diuitem filijs ⁊ familia abundantem: dum vir ſe de cunctis ſibi ad votum ſuccedentibus iactaſſet: ⁊ q̄ nihil ſibi aduerſi in vita ſua aliquādo cōtigiſſet: Ambroſius territus inde cum ſocijs feſtinus diſceſſit: dicēs ibi tutum non eſſe permanere: vbi dominus nō erat. Quo abeunte ⁊ aliquantulum procedente vir ille cum domo ⁊ omni familia terre hiatu abſortus eſt: vſq; i preſens quadam fouea ibidem in teſtimonium permanente. ¶ Ipſe ſuum obitum preſciuit ⁊ reuelauit: q̄ vſq; paſcha cum fratribus eſſet. Et dum die quodam pſalmum .xliij. cum notario dictaret: vidit notarius ignem caput eius in modum ſcuti operientem ⁊ per os eius intrantem: facieſq; eius velut nix effecta poſt modicum ad colorem priſtinum rediit: quo die dictandi ⁊ ſcribendi finem fecit. Poſt dies modicos grauiter egrotare cepit. Et dum ad extrema propinquaret ⁊ quattuor eius diaconi de eligendo epiſcopo inter ſe tractantes ſimplicianum nominaſſent ita ſilenter: vt vix mutuo ſe audirent: ipſe longe poſitus tertio clamauit: ſenex: ſed bonus. Quod audientes illi mirati ſunt: ⁊ non niſi illum poſt eius obitum elegerunt. Honoratus quoq; preſbyter eccleſie vercelleñ. expectās eius obitum: cum ſe ſopori dediſſet: audiuit ſe tertio vocari: vt ſurgeret feſtinanter: quia ſtatim erat receſſurus: qui ſurgens ei corpus dñi obtulit: quo ſumpto vir domini manus in modum crucis expandit: ⁊ orans ſub ſilētio expirauit die .ij. nonas aprilis anno domini .ccclxxx. Celebratur autem eius feſtum ab eccleſia die quo epiſcopus eſt ordinatus vt dictum eſt: ſcilicet die ſeptimo idus decembris. ¶ Eadem hora viſus eſt in quodam monaſterio in partibus orientis inter monachos pſallentes orās: ⁊ notato tempore repertum eſt beatum virum tunc a corpore migraſſe. Et cum in nocte paſche corpus eius ad eccleſiam delatum fuiſſet plurimi infantes baptizati eum viderunt ſedentem quaſi in cathedra tribunali vt dicebant. Alij eum aſcendentem digito parentibus oſtendebant: plurimi quoq; ſtellam ſupra corpus eius vidiſſe teſtati ſunt. Sepultus eſt die paſche apud baſilicam ambroſianam. Vbi demonum turba ſe ab illo torqueri clamabat vbi ⁊ infirmitates curantur: ⁊ demones vſq; in preſenti effugantur. ¶ Hic doctor ſanctiſſimus multa vtilia opuſcula in eccleſia dei cōpoſuit: videlicet librū exameron. Itē librū de officijs. Item de conflictu viciorū ⁊ virtutū. Itē librum de virginibus. Item vitam beate agnetis. Itē librum de paradiſo ⁊ electione primi hominis. Item de oblatione Caim ⁊ Abel ⁊ quid ipſa oblatio ſignificet. Itē de receſſu abrahe de meſopotamia. Item ad ſtellā reginam de ſpiritu ſancto. Itē contra arrianos libros plures. Item contra apollinare librū .i. Itē ad Sabinum epiſcopum de trinitate librum .i. Item commentarium in lucam libros plures. Item librum chriſtianorum. Item ad diuerſos libros .lxxv. Item tractatus .xiiij. Epiſtolas breues .lxxvij. Sermōes declamatorios .lxxv. Scripſit et libros de ſpiritu ſancto quos gratiano principi direxit. Item librum de exceſſu ſatyri. Item rhythmos ſuper deprecatiōe pluuie ⁊ ſerenitatis: ⁊ alia multa que enumerare longum eſſet. Compoſuit ⁊ officium ⁊ hymnos ac ordinem miſſe: qui in eius eccleſia obſeruantur.

¶ De .ſ. agathone mar. Cap. XXXVII.

Agathon martyr apud alexandriam ſub Decio imperatore paſſus eſt. Qui cum eēt miles ⁊ prohiberet quoſdam gētiles volentes illudere cadaueribus martyrum. clamor repēte totius vulgi aduerſus eum extollit.

Oblatuſq; iudici cum in confeſſione chri
ſti perſiſteret: capite p pietate damnat⁹
eſt ſeptimo idus decembris. hec ado.

¶ De. ſ. agathōe abbe. Cap. XXXVIII.

Agathon abbas per trien
nium lapidem in os tenuit
donec taciturnitatez diſce
ret. Interrogatus que vir
tus plus haberet laboris:
reſpondit orare deū: eo q demones orā
tem ſemper impugnant vt orationem in
terrūpant. Interrogatus a quodam quo
modo cum fratribus habitare deberet.
Reſpondit ſicut in prima die nunq̄ fidu
ciam aſſumēdo: eo q fiducia ſit genitrix
paſſionuz. ¶ Dixit quoq; q ſi iracundus
etiam mortuos ſuſcitaret nō placeret ali
cui: nec ipſi deo propter iracundiā ſuam.
¶ Fuit autem agathon ſapiens ad intel
ligendū: impiger ad laborandum: parcus
in cibo ⁊ veſtimento: qui dicebat ſe nun
quā dormiuiſſe habens aliquid aduerſus
quēquā nec dormire pmiſiſſe habentem
aliquid aduerſum ſe. Moriturus triduo
apertis oculis in extaſi manſit: ⁊ pulſatus
a fratribus dixit ſe diuino iudicio aſſiſte
re ⁊ anxie timere: eo q q̄uis in manda
tis dei laboraſſet pro virib⁹: neſciebat ad
huc vtrum deo placerent opera ſua: quia
aliter ſunt iudicia dei: aliter hominum.
Quo dicto ſpiritum cum gaudio emiſit:
videbant enim eū colligētem ſpūm quē
admodum ſiquis ſalutat amicos ſuos di
lectos. hec invitis patrum.

¶ De ſancta Fara vgīe. Cap. XXXIX.

Fara virgo de francia tempo
re heraclij imperatoris cla
ruit. Cuius pater hagerric⁹
de burgūdia duxit originē.
Hic claris natalibus ortus:
in aula theodeberti regis frācorum incly
tus ex vxore ſua leodegunda: tres filios
pcreauit oēs ſcōs. ſ. faronē valptū ⁊ caho
aldū: filiā quoq; vginē farā. Que dū iuue
nilibus annis virginitatē ſuā deo vouere
cupet: ſz a pre phiberet q filiā nobilē no
bili ſpōſo tradere diſponebat: tāta lachry
marū inūdātia fleuit: q viſuz amiſit quē
tū dño ei p btm euſtaſiū epm reſtituit. Ad
hic quoq; pre ad eius nuptias itēdente:
Fara ad eccleſiaz apoſtolorum principis
cōfugit: quā pater cū miniſtris vt eā peri
meret inſecutus: eam tandem carceri
mācipauit. Interea btō euſtaſio de lega
tione regis lotharij redeunte: multa pre
cū inſtātia patre eius placato procurauit:
vt virgo dei de carcere educeretur ⁊ ſan
ctimonialis cōſecraret: quod vix pre an
nuēte factū eſt. Et a ſcō gundoaldo mel
deñ. epiſcopo habitu vginitatis aſſumpto
cenobio quoq; eidē virgini in ſolo pater
no edificato: ipſa in pudicitia ⁊ ſanctimo
nia pſeuerans plena virtutibus quieuit i
pace. vij. idus decēb: vt ſcribit Sigibtus.

¶ De ſcō Martino abbate. Cap. XL.

Martinus abbas apud ciuita
tem ſantonas vite ſanctita
te ⁊ mirabilibus ſignis pre
pollens die. vij. iduum de
cembris in chriſto feliciter
obdormiuit: ad cuius tumulum crebrer
rime diuinitus miracula multa fiūt vt di
citur in martylogio adonis.

¶ De ſcō Genebando epo. Cap. XLI.

Latro epiſcopus.

Genebandus eps laudunē.
a ſcō remigio epo remenē.
ſub clodonco rege. ꝯſtitut⁹
eſt. Qui vxorē hēbat neptē
ſancti remigij quam quidē
reliqrat: tñ ſecū cohabitabat: vñ ex freqn
ti ꝯuerſatiōe cū ea peccauit: q filiū ꝯcepit
⁊ pepit: quē epiſcopus latronē nominan
dum mādauit: eo q in latrocinio genit⁹
eſſet. ¶ Verū ne ſuſpicio oriretur adhuc
coniugē ad ſe venire permittebat. Peni
tētiaq; de peccato peracta: iterū eā cognouit:
⁊ filiā genuit quā vulpeculaz nominauit.

Jn ſe tandez reuerſus pro remigio miſit: qui laudunū venit. Et duz ſibi eps pontificatum cū lachrymis reſignaret: ille qꝫ cām quereret: eidem ipſe peccatū ſuū cōfeſſus eſt. Rimigius aūt euz in eccliā. vij. annis incluſit. Interimqꝫ pro eo epatuz gubernauit. ¶ Poſt ſeptēnium nocte dominice cene genebando flenti: ⁊ qꝛ ipſe qui penitentes reconciliare cōſueuerat: nec locum inter penitentes haberet conquerenti angelus aſtitit: peccata ſibi dimiſſa nunciauit: ⁊ vt exiens in craſtinum penitentes recōciliaret admonuit. Cūqꝫ ille ſe exire nō poſſe diceret: eo ꝙ hoſtiū clauſum ⁊ ſignatum eſſet: remigiuſqꝫ claues haberet: angelus ſaluo ſigillo hoſtiū reſerauit. Iterumqꝫ illo reſpōdente: etiā ſi ipſe Chriſtus ſibi mandaret: tamē egredi nollet: niſi qui eum incluſerat adeſſet angelus eadem hora remigio pene vigilanti ⁊ oranti in crypta beate virginis remis apparuit: rei ſeriem pandit: ⁊ ad genebandum educenduz: vt veniret ex dei parte mandauit: qui etiam in momento ſe iuxta cellaz genebandi tranſlatū reppe rit: ⁊ iuſſa complens ad locum ſuū eodez inſtanti ſe reductum inuenit. Sanctus quoqꝫ genebandus in ſanctitate vite pſeuerās in pace quieuit. vij. idus decēbris. Cui ⁊ filius eiꝰ latro in epiſcopatu ſucceſſit: qui etiam ſanctus fuit.

¶ De cōceptōe btē marie vir. Ca. XLII



Cōceptio ctē dei genitricis marie: nō quidē ex generali eccleſie īſtitutiōe: ſed ex ſpāli quorūdam deuotōe in pluriſqꝫ eccleſiis celebraꝫ: quāuis enīz beata virgo fuerit in vtero matris etiam ab ipſa aīe infuſionis die ſanctificata: fuit tñ in peccato originali concepta: quod tribus rationibus comprobatur. Primo quia ſi fuiſſet ſine peccato originali cōcepta: ſequeretur. ꝙ non fuiſſet filia ioachim ſed ſolum anne: ⁊ ſic quodāmodo quantum ad humanitatem eſſet equalis Chriſto quod eſt abſurdum ⁊ erroneū. Conſequentia probatur: quia non poteſt eſſe permixtio ſeminum viri ⁊ mulieris ſine pruritu libidinis ⁊ delectationis. Conſtat autem: ꝙ talis pruritus ⁊ delectatio habet annexum peccatū originale: vt probat Auguſtinus in libro de peccato originali. Et ideo conceptio chriſti fuit abſqꝫ tali peccato: quia ibi nō fuit permixtio alicuius ſeminis virilis: ⁊ per conſequens nec pruritus libidinis. ¶ Secundo quia ſi fuiſſet ſine tali peccato concepta: ſequeretur: ꝙ nō fuiſſet chriſti ſanguine per eius paſſionem redēpta: quod eſt falſum ⁊ peſſime dictum. Et pbatur conſequētia: quia chriſti paſſio fuit ordinata ad peccatum omne delendum ſiue originale per baptiſmuz ſiue actuale per penitentiam: ſed cum in beata virgine nullum fuiſſet peccatū actuale abolenduz: ſi ſine peccato originali cōcepta fuiſſet chriſti paſſio nihil delenduz in ea repperiſſet: ⁊ ſic per chriſti paſſionē nō fuiſſet redempta. ¶ Tertio quia ex hoc ſequeretur: ꝙ ſi beata virgo ante xp̄m deceſſiſſet: quod fuit poſſibile: ipſa imediate paradiſum ingreſſa eſſet: ſed hoc eſt falſum: vt patet Joānis. iij. Nemo aſcēdit in celū. ſ. ante xp̄m: niſi qui deſcendit de celo ⁊c̄. Conſequētia pbaꝫ: qꝛ ſola originali culpa aditus regni celoꝝ precludebaꝫ decedentibus ſine peccato actuali. ¶ Uerum ad rōnes que in cōtrariuz a pluribus allegatur: ſic reſpondetur. Et primo vbi dicitur: ꝙ xp̄s non venit ſoluere legē ſed adimplere. Cum igiꝫ ipſe in lege mandauerit: honora patrem tuū ⁊ matrē tuam ⁊c̄. credendum eſt ipſum etiā matrem ſuam in hoc potiſſime honoraſſe: reſpondeꝫ ꝙ honorauit eam inquātuz fuit cōueniens:

nõ tñ tantũ: ꝙ ipſe ex hoc exhonoraret ſe ipſum. Nam dicere: ꝙ virgo maria eſſet equalis in gratia humanitati xp̄i: eēt ignominia ipſi xp̄o. ¶ Scḋo cum dicit̄ a talibus: ꝙ auguſtinus dicit: Cuȝ de peccatis agit̄ mentio: nullam volo de beata virgine fieri mentionē intelligēduȝ eſt de peccato actuali etiã veniali: a quo oĩno immunis fuit. ¶ Tertio cum opponit̄. ꝙ eccleſia dei permittit fieri ſolēnitateȝ de eius cõceptione: qḋ idem eſt ac ſi iuberet: ⁊ ēt in curia romana fit tale feſtũ per papaȝ ⁊ cardinales: Reſpondet̄: ꝙ licet iſtud feſtum ſortiat̄ nomen cõceptionis: eſt potius feſtũ de eius in vtero ſanctificatiõe. Sed quia tp̄s ſanctificatiõis ē ignotũ ſub nomine ⁊ vocabulo cõceptionis agit̄ feſtum de tali ſanctificatiõe. ¶ Huius autē celebratiõis feſti principiũ fuit beat⁹ anſelmus prior monaſterij becēſis poſtmodum cãtuarienſis archiep̄s. ꝓpter miraculum qḋ eideȝ apparuit: quod tale fuit. Dum eniȝ ipſe tunc dicti monaſterij pꝛ: pro quibuſdaȝ vrgentibus ad ptes britãnie nauigaſſet: diſpoſitiſq; agendis repatriaret: cõtingit tempeſtate nimia exorta: ⁊ intumeſcente ꝓcella naueȝ periclitari. Et duȝ cuncti in diſcrimine nimio poſiti: omniq; ſpe humana deſerti diuinũ adiutorium ⁊ beate virginis flagitarent: potiſſime autē prior anſelmus: qui beate dei genetricis fuerat ſingularis deuotus: ſubito cõſpiciunt quēdam mirabili claritate fulgentē: pontificali habitu decoratuȝ ſuper vndas maris verſus naueȝ ambulando venire. Qui proximus naui anſelmuȝ vocat: eũq; alloquitur: vt ſi periculũ maris euadere cupit: ⁊ in patriam ſaluus redire: eidem ꝓmittat coram deo: ꝙ feſtum conceptionis matris xp̄i: annis ſingulis ſolēniter celebraret: ⁊ celebrãdum quibuſcũq; poterit ſuaderet. Et cum ille de die feſti ⁊ officio fiendo interrogaſſet: reſpondit: ꝙ. vj. idus decēbris feſtũ illud celebranduȝ erat: quo die beata virgo cõcepta fuerat: ⁊ ꝙ idem officiuȝ quo eccleſia vtitur in ei⁹ natiuitate: in hoc feſto dicendum erat mutato ſolum nomine natiuitatis in nomen cõceptionis. Et cũ prior de nomine nuncij eũ īterrogaſſet: reſpondit ſe eſſe nicolaum ep̄m a beata dei genitrice pro tali reuelatione ⁊ coꝝ liberatione tranſmiſſum: Mox anſelmus iuſſa ꝓmiſit: ⁊ voto interpoſitio confirmauit: ſtatimq; ſedata tēpeſtate ⁊ flante vento proſpero ad ꝓpria redierũt. Et ſic ab eodem anſelmo prius in monaſterio ſuo: ⁊ deinde in eccleſia cãtuarienſi: cui prefuit dictũ feſtum celebrari cepit. Deide in pluri b⁹ eccleſiis huiuſmodi cõſuetudo inoleuit. Ut feſtum cõceptionis beate virginis vi. idus decēbris. ⁊ in calendariis aſcribatur ⁊ ſolēni officio recolatur. ¶ Hiſtoria vero conceptionis beate Marie in feſto eiuſdem natiuitatis ſcribetur.

¶ De ſancto Zenone ep̄o. Ca. XLIII.



Zeno veronenſis ep̄s ⁊ doctor claruit tēpore Galieni impatoris. Qui a cunabulis ſanct⁹ ex eadem ciuitate oriũdus in iuuenili etate monachus fact⁹: deo ſanctis opibꝰ ſeruiebat: orãs ad dñm: vt ſibi adituȝ ꝑdicationis in populis aperiret. Egreſſus aliquãdo de monaſterio ad piſcãduȝ vidit hoiem in plauſtro bobus a demone arreptis ꝑcipitantibus per abarupta ad atheſim fluuiũ velociſſime feſtinare: quos ille nullatenus poterat retinere. Sanctus aũt ſigno crucis edito diabolũ a bobus effugauit: ⁊ boues retinuit: vlulante demone ⁊ cõminãte ꝙ ad iniuriã ſci viri de bob⁹ eiect⁹: ad hoiem verãdoꝛ trãſiret. Poſt modicũ tp̄s in ep̄ȝ veronē. elect⁹ gregē dñi v̄bo ⁊ exēplo paſcebat. ¶ Poſt hec duȝ filia Galieni ipa-

toris ab eodẽ demonio eſſet oppreſſa: ⁊ demon ꝑ os eius clamaret: ide nõ egreſſuꝝ niſi Zeno eṗs adueniret: miſit impatoris nuncios ad ip̄m reqrenduꝫ. Quem miſſi veronã veniẽtes piſcantẽ in flumie atheſi reperiũt: eũq3 ad ipatorẽ iuitant negociũ exponẽtes. Quos ipſe ſe precedere iuſſit: ⁊ ex eius piſcatiõe tres piſces de dolio ſumere cõceſſit. Illi vero quattuor abſtulerũt. Et duꝫ eos ad coquẽduꝫ in cacabo feruẽtis aque poſuiſſent trib⁹ piſcibus decoctis: quartus ſubreptus viu⁹ in vaſe: ac ſi in flumine natabat: donec ipſi redeũtes ſcõ piſcatori veniã petũt ⁊ furtuꝫ reſtituũt: Quib⁹ ille ⁊ piſcẽ cõceſſit ⁊ culpam indulſit. Dũ ergo romã ad palatiũ impatoris adueniſſet: ⁊ demon ꝑ os puelle clamaret: ſe ibideꝫ ampli⁹ manere nõ poſſe: Zeno a virgie imũduꝫ ſp̄um eiecit ⁊ coronam ipatoris ab eodem ſibi pro mercede traditã in cõparabilis precij paupib⁹ erogauit: atq3 ab eodẽ quauis xp̄ianoꝝ pſecutore: licentiã edificãde eccleſie in ei⁹ dioceſi ipetrauit. ¶ Rediẽs igiṫ Zeno verbuꝫ dñi iſtãter p̄dicabat libros ⁊ volumia cõpilabat: idola vbiq3 deſtruebat: ⁊ eccleſias fundabat: multitudinẽ quoq3 populi ad xp̄m conuertebat. Quẽ ⁊ ciues nimia dilectiõe reuerebanṫ. Sicq3 ſignis ⁊ virtutibus clarus: eccleſia ſua feliciter gubernata: in pace migrauit ad dñꝫ. vj. idus decembris ſepult⁹ in monaſterio ſuo: vbi ⁊ multiplicib⁹ ſignoꝝ virtutib⁹ claret. Refert. gregori⁹. in. iij. dial. cap. xix. ꝙ duꝫ fluuius atheſis maxima inũdatiõe adeo creuiſſet: ꝙ ciuitatem veronen̄. vſq3 ad feneſtras magnoꝝ palatioꝝ occupaſſet: excreſcens aqua ad eccleſiã beati Zenonis deuenit ⁊ apertis ianuis minime itroiuit: ⁊ paulıſper vſq3 ad feneſtras eccleſie tecto primãs ꝑuenit: ſicq3 ſtans aqua eccleſie ianuas ⁊ feneſtras clauſit: ac ſi elemẽtum liquidũ in parietem fuiſſet mutatũ. Et cũ multitudo populi vtriuſq3 ſexus intra eccleſiã repta fuiſſet: ⁊ fame ac ſiti deficere formidarẽt: nec idigne egredi poſſent ad ianuã eccleſie veniẽtes aquã ad bibẽduꝫ hauriebãt: que vt aqua hauriri poterat: ſ3 defluere vt aqua: nõ valebat. Orãtib⁹ aũt populis aqua ad alueuꝫ ſuũ decreſcẽs reuerſa ẽ: aliq̃ muri ciuitatis ꝑte ex impetu magno dirupta: ⁊ que ꝑ̄taꝫ eccleſie ianuã itrare nõ valuit: firmiſſima vrbis munimẽta diminuit hec gregorius. ¶ Scripſit aũt hic venerãdus antiſtes libros: de patientia: pudicitia fide: ſpe: ⁊ charitate. iir. De iuſtitia tractatũ. i. De timore dñi. i. De ſpũ ⁊ corpe. i. De eo ꝙ ſcriptũ eſt. Cũ tradiderit regnũ deo ⁊ patri tractatum. i. De edificatiõe domus dei a ſalamone et poſitionẽ pulcherrimã. De cõtinentia tractatũ. i. De baptiſmo tractatus. iij. De natiuitate dñi ⁊ maieſtate tractatum. i. De hoc verbo attẽde tibi ne forte fiat ⁊c̃. tractatũ. i. De circũciſione tractatũ. i. De ieiunio. iiij. tp̄m. i. Sup ps. lxxx. tractatũ. i. De auaritia. iij. Super geneſi. viij. Super exodo. ix. Sup Eſaia. vij. Super daniele. iij. Sup iob. i. De feſto paſche. viij. De inuitatione ad fontes. v. De ſomnio Jacob ſermoneꝫ. i. de. xij. ſignis celi ad neophytos tractatũ. i. De fide. ij. Super Jona. i. Super hiſtoria ſuſanne. i. De die dominico tractatus. ij. De habraã. ij. De natiuitate dñi. ij. Epiſtolam arcadij martyris tp̄e ſuo apud mauritaniam paſſi.

¶ De ſcõ Romarico abba. Ca. XLIIII.

ROmaricus abbas vt ait ſigibertus: floruit tp̄e heraclij impatoris: ⁊ tẽporibus ſigiberti regis auſtraſioꝝ ⁊ cloderici regis frãcorum. Dic magnus in palatio regis theodeberti renuncians ſeculo factus eſt monachus in monaſterio luxouienſi ſub amato abbate. Quo humanis exẽpto eidem in abbatie regimie ſucceſſit vita ⁊ miraculis clarus. Exiſtens aliquãdo in oppido voſagi:

vas quod daꝫ ſicere qͦ pridie fuerat multis ex eo potātibꝰ vacuatū: duꝫ ſuictibus fratribus vinū defuiſſet: ⁊ vnde apponeret nō adeſſet oratiōe facta diuinitus: repletum apportari iuſſit: ⁊ oibus eadē ſicera ſatiatis: de reliquo egri quicūqꝫ bibentes ſanabant. ¶ Dum aliquando ſe balneaſſet: eo de balneo egreſſo puella leproſa ipſius balnei aqua reſperſa cōfeſtiꝫ a lepra mundat. Quieuit in domino plenus ſanctitate ſexto idus decēbris.

¶ De ſancto Eutyciano papa ⁊ martyre. Ca. XLV.

EUtycianꝰ papa ⁊ martyr natiōe tuſcus de ciuitate luna ex patre marino: felici pape primo in epatu ſucceſſit: ſeditqꝫ annis. viij. menſibꝰ. x. diebus. iiij. Hic cōſtituit: vt fruges noue ſup altare benedicant ⁊ marie fabe ⁊ vue. Hic ſanctiſſimus papa per diuerſa loca. cccxlij. martyres manu ſua ſepeliuit. Et hoc cōſtituit: vt nullus fideliū martyrem ſine colobio aut dalmatica ſepeliret. Qui ſub perſecutiōe aureliani impatoris martyrio coronat: ⁊ ſepultus eſt via apia in cimiterio caliſti. vi. idus decēbris. ⁊ ceſſanit epiſcopatus diebus viginti.

¶ De ſcō Eutyciano ꝯfeſ. Ca. XLVI.

EUtycianus cōfeſſor floruit tpe Conſtātini magni imperatoris: de quo in primo libro hiſtorie tripꝑtite dicit: ꝙ in bithynia circa montē olympū morabat: diuina repletus gra in miraculis oſtēdendis: Cuius tpe quidā ſpatarius impatoris ex ſuſpitōe tyrānidis habita cōtra eū requiſitus duꝫ fugeret circa montē olympū repꝑtꝰ grauibꝰ vīculis aſtrictꝰ ē. Quē ad ꝓces parentū ſanctꝰ ꝯfeſſor orone ꝑmiſſa: primo quidē ianuis carceruꝫ ſponte diuinitus apertis a vinculis abſoluit: deinde ad imperatorē accedēs: eius innocentiam allegans ⁊ cōprobans eundem plenius liberauit: eo ꝙ imperator ſanctum in maxima reuerentia haberet.

¶ De ſācto Machario mar. Ca. XLVII.

MAcharius martyr gēte libycus apud Alexandriaꝫ tēpore decij martyriū paſſus ē. Qui cū a iudice multis verbis ad negandū fidē ſuaderetur: ⁊ eo maiori cōſtantia chriſtum profiteretur: viuus ad vltimum iubetur exuri: ſicqꝫ martyr efficitur. vi. idus decembris. hec ado.

¶ De ſcā Leocadia vir. ⁊ m. Ca. XLVIII

LEocadia virgo genere hiſpana ⁊ nobilis ſub daciano preſide in ciuitate toletana paſſa eſt temporibus diocletiani ⁊ maximiani imperatorum: que dum ſacrificare idolis contempſiſſet a iudice dira carceris cuſtodia maceratur donec cogitaret qualr eā grauioribꝰ afficeret penis. Qui cū in emeritana vrbe beatā Eulaliā virginē ⁊ multor alios ſeruos xpi diuerſis ⁊ excogitatis ſupplicijs iteremiſſet: ⁊ hec oia Leocadia i carcere poſita audiuiſſet: genibus in terra poſitis orans in confeſſione domini impollutum chriſto ſpiritū reddidit. v. idus decembris. ſepulta in eadem ciuitate.

¶ De ſancto Proculo epiſcopo ⁊ confeſſore. Ca. XLIX.

PRocul ꝗrtus epꝯ Veronē. claruit tpe maximini imperatoris. Qui dū apd mediolanū degēs chriānos pſequeret. Proculus pſecutionem declinans extra menia vrbis. Veroneñ. in parua cellula latibat: gregeꝫ domini ſibi cōmiſſum ſermone vt poterat reficiēs ⁊ exēplo. Dū aūt martyres chriſti firmus ⁊ ruſticꝰ ab anolino ꝓconſule. Veroneñ. i carcere tenti eſſent: proculus admodū ſenex deſiderio martyrij flagrās ſe ſpōte gēt

lib⁹ obtulit: ac chrīm ꝓfeſſus ab eiſdē vin-
ctus procōſuli pn̄tat̄. Quē ille delirum pu
tās ⁊ pre nimia iā ſenectute amētia ductū
ſolutū abire ꝑmiſit. Qui a miniſtris cola-
phis ⁊ fuſtib⁹ ceſus extra vrbis menia pul
ſus ad ſuos rediit: dolēs q̄ eū de⁹ idignū
martyrio iudicaſſet: Illi vō eū vti patrez
gratiſſime receperūt: Deinde ꝑſecutōe ſe
data: loca terre ſctē viſitauit cura eccleſie
p̄ſbyteris ſuis cōmiſſa: reuerſus aūt dum
veniſſet vngariā: barbā ⁊ comā prolixam
minuē decreuit iuxta ſacrorum canonuz
inſtituta. Et dum eſſet in via fontem orā
do de terra produxit: quo in loco plures
viatores viſo miraculo conuerſi ſunt ⁊ in
ipſo fonte baptizati. Ipſe autem ibidem
aqua eiuſdem fontis perfuſus barbam to
tōdit ⁊ comā quodā hebeti fero ⁊ rubigi-
noſo ſic leniter acſi nouacula fuiſſet acu-
ta. Indeq̄ veronā rediēs ſignis ⁊ virtu-
tibus clarus quieuit in pace. v. idus de-
cemb̄. ſepultus in eccleſia ſua.

¶ De ſcō Syro ꝯfeſſore. Cap̄. L.

Syrus ep̄s diſcipulus beati
Hermacore aqlegien̄. ep̄i
ab eodē ordinatus antiſter
papiā ciuitatem miſſus eſt
ad p̄dicādū iuuētio diſci-
pulo eidē aſſociato. Qui veniētes ad ciui
tatē Veronēſez dū Syrus filiū cuiuſdaz
nobiliſſime vidue defunctuz ſua orōne a
mortuis excitaſſet: eandē dn̄am cuz filio
⁊ familia ⁊ magna populi multitudie ad
xp̄m ꝯuertit ⁊ baptizauit. Ingrediēti ve-
ro papiā multitudo ppl̄i audita ſignoꝝ illi
us fama eidē occurrit: ⁊ vt eos errātes in
ſtitutis ſalutaribus iformaret: vnanimes
acclamabāt. Ipſe vero eiſdē v̄bū dn̄i p̄di
care cepit: ⁊ q̄cūq̄ euz tangebant egroti:
ſaluti ſunt itegerrime reſtituti: Sicq̄ cū-
ctum populum ad fidez chriſti conuertit
⁊ baptizauit. ¶ Sed poſtq̄ ſancti marty-
res Geruaſius ⁊ Prothaſi⁹ in ciuitate me
diolanenſi pro chriſto paſſi ſunt: quidam
liberius chriſtianus de reliquiis eorūdez
martyrū beato Syro amicabiliter detu-
lit: quas ille deuote ſuſcipiens multis in
eis virtutibus vſus eſt. Deinde extra vr-
bis eccleſiā in honore eorūdē martyrum
fabricauit: In qua dū ſepius celebraret:
die q̄dā iudeus inter xp̄ianos ad cōionez
acceſſit vt ſacrā ſumēs euchariſtiam luto
deiicēt. Sz mox vt eā ore ſuſcepit clamo-
rib⁹ diris ſe ignē ore accepiſſe dicebat: cru
ciatuſq̄ ardētiſſimos pati. Corpe aūt dn̄i
a btō viro ex ore ꝓphano reſūpto: qd̄ mi
raculoſe fauces nulla parte tangebat ſed
quaſi in aere pendebat; iudeus a crucia-
tu eripit̄ ⁊ petrū cōfitens baptizat̄. ¶ In
ipſa etiam eccleſia beatus Syrus diſcipu
los ſuos iuuētiū ⁊ pōpeiū diacones: chry-
ſantū ⁊ fortunatum p̄ſbyteros ordinauit.
Qui vicos ⁊ villas p̄dicādo circuiens viri
cuiuſdā natū ſurdū ⁊ mutū ab vtraq̄ paſ
ſione curauit. ¶ Et veniēs ad ciuitatē bri
xien̄. puerulū obſeſſum a diabolo libera-
uit: ⁊ apud lauden̄. ciuitatem cecum quē-
dā a natiuitate illuminauit. Sicq̄ in ipſa
vrbe multos ad fidē cōuertit. Deinde re-
patriās ꝑſecutiōe xp̄ianoꝝ exorta: dū pa-
gani circūquaq̄ miſſi fideles opp̄merēt:
venientes ad vrbē papiā chriſtianos ap-
petere minime auſi ſunt eo q̄ multitudi
nē timuerunt. Sed dum blandis ſermo-
nibus Syrū ad ſacrificia deoꝝ mollire ni
tunt̄: eiuſdē p̄dicatione verſa vice ad do-
minū ꝯuertunt̄. Sicq̄ multoꝝ ſignorum
gloria corruſcans. lviii. annis ep̄atum te-
nuit: ⁊ plenus ſcis opibus annoꝝ. cxi. ad
chrīm migrauit. v. idus decēbris. Sepul-
tuſq̄ eſt in eccleſia ſcōrū Geruaſii ⁊ Pro-
thaſii quā ipſe ꝯſtruxerat ⁊ dedicauerat.

¶ De ſancto Cypriano abbate. Cap̄. LI.

Cyprianus abbas petragori
cen̄. apud eandē petragori
ce ciuitatem vir magnifice
ſanctitatis ⁊ clariſſimus in
miraculis. v. idus decēb̄. i

dño feliciter requieuit: ibidēq; ſepultus eſt: vt dicitur in martylogio adonis.

¶ De ſancto melchiade papa ⁊ marty/re. Ca. LII.

MElchiades papa natione apher euſebio in epiſcopatu ſucceſſit: ⁊ ſedit ānis. iij. menſib⁹. vj. diebus. xv. hic cōſtituit nulla rōne die dominica aut q̄nta feria ieiuniū celebrādū: q2 eos dies pagani quaſi ſacrū ieiuniū celebrabāt. Et manichei ab eodē in vrbe inuēti ſunt. Fecit quoq; ordinatiōeȝ vnā menſe decēbris preſbyteros. vii. diacones. x. epos p diuerſa loca numero. vij. Qui pſecutione cōſtantini imꝑatoris antequā fieret xp̄ianus martyrio coronatur: ſepultus in cimiterio caliſti via apia. iiij. idus decēbris: ⁊ ceſſauit epatus dies. xvj.

¶ Hic ad vtilitatē fidei plures edidit libros aduerſus gētiles. Itē cōtra iudeos. Itē contra hereticos cathaphrigas volumen precipuū: Ad principes ēt romanos Marcum Antoniū ⁊ Lucium verum librum apologeticum pro chriſti religione conſcripſit.

¶ De ſctis Carpophoro ⁊ Abundio martyribus. Ca. LIII.

CArpophorus pſbyter ⁊ abūdius diaconus apud hiſpalim ciuitatē hiſpanie paſſi ſunt ſub diocletiani ⁊ maximiani pſecutōe agente preſide martiano. Qui ab eo cōprehenſi: primo fuſtibus ceſi ſunt: deinde in carcerē pluribus diebus negato omni cibo ⁊ potu recluſi: inde miraculoſe per angelum educti ſunt. Et dum chriſtum populis annunciarent: iterum tenti: ora eorum lapidibus cōtuſa ſunt poſt hec in equuleo leuati ac diutius torti: rurſumq; diu in carcere macerati: Nouiſſime in confeſſione fidei gladio percuſſi ſunt. iiij. idus decembris.

¶ De ſancta Eulalia vir. ⁊ mar. Ca. LIIII

EUlalia virgo i ciuitate barchinona ꝓuincie hiſpanie martyriū paſſa eſt ſub preſide daciano. Que a ſancto donato preſbytero docta: ⁊ ad martyriū aiata cum eſſet annoꝝ. xiij. a preſide detenta ad ſacrificia deoꝝ compellitur. Et cum ſe ſoli deo celi ſacrificare diceret: ⁊ xp̄m ſponſū ſibi eſſe aſſereret: primo nodoſis fuſtibus ex arbore cū ſtirpib⁹ raptis expoliata ceditur. Dehinc mā millis oleo cādenti perfunditur. Inde in maſſam calcis viue demergitur. Et cum hec oia cōſtantius ſuperaſſet: iuſſu daciani olla plumbo liquefacto repleť: ipſaq; nuda ſuper lectū ferreum extenditur: vt ſi diis imolare renueret plumbo perfunderetur. Que dum paſſionem thyrſi martyris cōmemoraret: ⁊ ad xp̄m orationem fudiſſet: plumbum manus infundentiū exurebat: virgini aūt tepidum erat. Quā dacianus rurſum virgis duriſſime cedi: ⁊ fragmētis minutis teſtularū plagas eius confricari iuſſit. Et cū ad hec oia ſupplicia redderet imobilis: ⁊ xp̄m pro ſalute hoīs paſſum apertis rationibus cōprobaret: deoſq; gentiū confutaret: fecit eā preſes candelis accenſis in genis exuri. Deinde de ſinapi aceto liquefactū naribus eius infundi: nec non calcem oleo ꝑmixtā ſuꝑ vulnera ipſius aſpergi: ⁊ ſic in caminum ſuccenſum immitti. Ubi dum pſallendo in medio flāmarum maneret illeſa: iuſſit eā dacianus inde eductam ad confuſionē eius nudatam ⁊ decaluatam per totā ciuitatē circūduci. Deinde extra vrbis muros decollari. Cuius conſtantia multi ad martyriū animati ſunt. Et dum eſſet decollata exijt de corpore eius quaſi ſpecies columbe: que ad celos euolauit. Cuius corpus donatus preſbyter ſepeliuit. iiij. idus decembris in eadem ciuitate.

¶ De ſancta Iulia vir. ⁊ mar. Ca. LV.

Iulia virgo apud ciuitatem eandem barchinone martyrium ſub eodeʒ ꝑſide paſſa eſt. iiij idus decēbris. Que fuit cõuirginalis beate eulalie ⁊ comes indiuidua: eidem ad paſſionem ꝓperãti: ꝓpter qđ ab eodē daciano in ipſo loco ſine audiētia decollata eſt: ⁊ a preſbytero donato ſepulta: vt dicit ado.

¶ De ſcõ Damaſo papa ⁊ ꝯfeſ. Ca. LVI.

Damaſus papa huius nominis primus natione hiſpanus ex patre antonio felici pape ſecundo in ep̄atu ſucceſſit: ⁊ ſedit ãnis. xvij. mēſis. ij. diebus. x. Et cum eodeʒ ordinatur ſub cõtentione vrſicinus: ⁊ facto concilio ſacerdotum conſtituerũt damaſum: quia fortior ⁊ plurima populi multitudo cũ eo erat: vrſicinũ vero eiecerũt ab vrbe: ⁊ cõſtituerũt ep̄m neapoli. Damaſus in ſynodali iudicio dãnauit liberiũ papam eius predeceſſorem hereticũ: ⁊ oĩa facta eius caſſauit. Huic ſanctiſſimo viro beatꝰ Hieronymus multa eccleſiaſtice religionis ſcripta miſit: ⁊ ad eius inſtantiã ipſe Hieronymus officiũ in eccleſia romana celebrandũ excepto cantu: cõpoſuit pſalteriũ per nocturnos diuiſit ⁊ verſiculuʒ Gloria patri. poſt ꝑs cantari inſtituit: que omnia papa damaſus approbauit: ⁊ per eccleſias cantari conſtituit: ⁊ vt chori in duas ꝑtes diuiſi pſalmos alternatim canerent mandauit. Precepit etiam: vt preſbyter celebraturus confeſſionē faciat: priuſq̄ʒ ad altare accedat. ¶ Hic inuidioſe accuſat̄ de adulterio: ⁊ facta ſynodo coraʒ. xliiij ep̄is ſe purgauit: ⁊ dãnauerunt diacones concordium ⁊ calixtum eius accuſatores. ¶ Hic elegans in metro componēdo ingenium habuit. Fecitq̄ʒ baſilicas duas: vnam iuxta theatrum ſancti Laurentij: ⁊ alteram in catacumba vbi iacuerunt corpora apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli: in quo loco platoniã ipſam verſibus adornauit. Multaq̄ʒ corpora ſanctoꝝ reqrēs īuenit quoꝝ etiã tumbas verſibus adornauit. Huius temporibꝰ ſecũda ſynodus. cl. patrũ apđ cõſtantinopolim celebrat̄: in qua macedonius dãnatur: qui ſpiritũſanctũ deũ eē negabat: ⁊ aſſertũ eſt ſpiritũſanctũ eē conſubſtãtialeʒ patri ⁊ filio: dataq̄ʒ e[illegible] ma ſymbolo quã latina ꝓfeſſio p[illegible] eccleſiis. ¶ Hic fecit ordinationes [illegible] ꝑ menſem decembriũ ꝑſbyteros. [illegible]xij. diaconos. ij. ep̄os ꝑ diuerſa loca numero. lxij. Octogenarius morit̄. iij. idus decēbris. ⁊ ſepultus eſt in baſilica ſua via ardeatina iuxta matrē ſuam ⁊ germanam: ⁊ ceſſauit ep̄atus dies. xxxi. ¶ Multa opuſcula breuia heroico carmine cõpoſuiſſe fert̄. Scripſit ad beatũ hieronymũ libellum de geſtis pontificum ⁊ epiſtolas plures: floruit tempore theodoſij ſenioris.

¶ De ſanctis Fuſciano ⁊ Victorico martyre. Ca. LVII.

Fuſcianus ⁊ victoricus martyres vrbis romane ciues oriundi: inde egreſſi in frãciam ad ſanctũ Quintinuʒ coꝝ ſociũ qui illuc acceſſerat requirēduʒ adierunt. Venienteſq̄ʒ ad ciuitatē anbianis: ⁊ ipſuʒ inde abiiſſe audientes: inde recedentes vt pariſius tenderēt obuiãt cuidã xp̄iano noĩe gētiano: qui eis quintinũ pro xp̄o paſſum nunciauit: ⁊ ad domũ ſuam adduxit: Et dũ eēnt in menſa nuncij rictiouari ꝑſidiis ſuperuenientes hoſpites cum gentiano capiũt: ⁊ ad ꝑſideʒ adducũt: q̄bus ille: dum in xp̄i cõfeſſione ꝑſiſteret: iuſſit ſudes ferreas in nares ⁊ aures eoꝝ immitti: ⁊ clauis candentibꝰ eoꝝ tēpora trãſfigi: oculos quoq̄ʒ erui mãdauit: deinde ſcõꝝ corpa lanceis trãſforari: ⁊ duʒ adhuc palpitarēt: capita eoꝝ ꝓcidi fecit. Sup quoꝝ corpa luce ingenti de celo ꝓfuſa: erecta buſta capita ꝓciſa in manibꝰ ſumpſerũt: ⁊ vſq̄ʒ ad hoſpitiũ ſan

cti gentiani corꝑ hoſpitis deuenerūt: vbi ⁊ ſepulta ſunt.iii. idus decēbris.

¶ De ſanctis Tarſone Pontiano ⁊ Pretextato martyribus. Ca.LVIII.

Tarſon martyr ⁊ pontianus ac ptextatus eius ſocii ſub maximiano impatore martyrium paſſi ſunt: hic Tarſon in vrbe roma locuplex vir ⁊ facultatibus plenus xpianis dānatis ad fodiendaꝫ barenā dum therme edificabantur multa neceſſaria miniſtrabat: que eiſdeꝫ per ſiſinniū ⁊ cyriacuꝫ eccleſie romane diacones trāſmittebat: vt in paſſione marcelli pape legeť.xvij.calen. februarii. Qui poſt obitū marcelli pape prefati tentus a maximiano cū pōtiano ⁊ pretextato eo ꝙ xpiani eſſent capitaleꝫ iuſſi ſunt ſubire ſententiā. Sicq̧ coronā martyrij pceperūt.iii.idus decembris.

¶ De ſancto Sauino epo. Ca.LIX.

Sauinus eps placētinus vt ſcribit Gregorius.iii. dial. cap.x. vir magne ſanctitatis ⁊ virtutis fuit. Cui duꝫ quidā eius diaconus nunciaſſet: ꝙ padus fluuius alueū ſuū egreſſus agros eccleſie occupaſſet: mādauit ſauinus diacono: vt ex pte ſua pado mādaret: quatenus ſe cōpeſceret: ⁊ ad alueum ſuū rediret: Qď diaconus audiēs ⁊ deſpexit ⁊ irriſit. Eps aūt aduocato notario eidem dictauit epiſtolam dicens Sauinus ieſu xpi ſeruus cōmonitoriū pado. Precipio tibi in noie domini ieſu xpi: vt de alueo tuo in locis iſtis vlterius non exeas: nec terras eccleſie ledere pſumas. Quod ſcriptū per notariū in aquaꝫ flumis pijci iuſſit. Mox ſe a terris eccleſie fluminis aqua cōpeſcuit: ad alueū propriū rediit: ⁊ exire vlterius in loca eadeꝫ nō pſumpſit. Huic ſancto viro diuina reuelatiōe oſtenſum eſt corpus ſci martyris antonini: qď diu in ipſa ciuitate latuerat. Ipſeq̧ iuxta ſibi datam reuelationē corpus inuenit: ⁊ honorabiliter tumulauit: vt habebiť debito loco. pridie calen. octobris. Qui etiā poſt multa laudabilia opera quieuit in pace.iij.idus decembris.

¶ De ſcō Paulo ſergio epo. Ca.LX.

Paulus ſergius eps diſcipulus ſancti Pauli de ciuitate papho iſule cypri: vt habeť actuū.xiij. Dum paulus apoſtolus pueniſſet paphū cuꝫ coapoſtolo eius barnaba pdicantes ⁊ ipſe exiſtēs pconſul deſideraret audire verbū dei apoſtolos gratāter ſuſcepit: Ubi duꝫ ellimas iudeus magus apoſtolo reſiſteret querēs auertere pcōſulem a fide: ⁊ paulus ipm ad temp⁹ lumine oculoꝝ priuaſſet credidit pconſul admirans ſup doctrina dñi. Qui ab apoſtolo baptizatus poſt aliquod temp⁹ relicto ſeculo diſcipulus pauli effectus ipſum vſq̧ ad paſſionem ſecut⁹ eſt. Quem ⁊ idem apoſtolus ante eius obitū in epm cōſecrauit. ¶ Poſt paſſionē ergo ſuam beatus paulus apud paphū eideꝫ p viſioneꝫ mandauit: vt ad ptes hiſpanie ⁊ gallie pgeret ad pdicādū. Quod ⁊ ipſe fideliter adiplere curauit. Et poſt aliquod dies veniēs romā cū ruſo ⁊ ſtephano diaconib⁹ ſuis: ecclīā beati aplī conſecrauit. Deinde pgens ad ciuitatē lune filiū cecū mulieris vidue: que ipꝫ hoſpitio ſuſceperat illuminauit: eāq̧ cuꝫ filio ⁊ multis ad xpm cōuertit. Qui a ſapritio pconſule captus: dū ille ſubito moriť: paulus a populo liberať: Deinde veniēs galliā ebredunenſi ⁊ aurelianēſi vrbib⁹ xpm euāgelizauit. Et a beato aplo paulo monit⁹ veniēs narbonā duꝫ arelatenſi vrbi appropiquaret: ⁊ rodani flumē trāſiret: nauta i flumē cecidit: ⁊ abſorto corpe necat⁹ ē. Sꝫ orāte ſcō corp⁹ de pfundo enatauit ⁊ ipſum paulus ſergius ſuſcitauit. Quo viſo miraculo multi ad fidē ꝯuerſi ſūt: veniēſq̧ nar

bonam filiū olim principijs ciuitatis nuꝑ
defuncti a demonio obſeſſum precibus
matris vidue ab imūdo ſpiritu liberauit:
eundēq; cū matre ⁊ populi multitudine
baptizauit. Indeq; hiſpaniā circuiēs pre
dicauit. Et rediens narbonā. poſtq̄ totaz
ciuitatē ⁊ regionem ad xp̄m conuerterat
trina viſione beati pauli apoſtoli monit⁹:
obitum ſuū appropinquare cognoſcēs ec
cleſiam narboneñ. ſtephano diacono ſuo
in ep̄m conſecrato cōmiſit regendaz: Ru
fum ꝑ preſbyterum in auinionēſez ep̄m
ordinauit. Et omnibus fideliter diſpoſi-
tis: orans in eccleſia ſua in pace quieuit.
pridie. idus decēbris: vbi ⁊ ſepultus ia-
cet miraculis clarus.

¶ De ſanctis Euſtratio ⁊ ſocijs marty-
ribus. Ca. LXI.

EUſtratius ſcriniarius ordi
nis ducalis ⁊ primarius ci
uitatis auraricenoꝝ tēpo-
ribus diocletiani ⁊ maxi-
miani imperatoꝝ cū ſocijs
ſuis martyriū paſſus eſt. Qui primo in ci-
uitate ſatalia a lyſia preſide tentus: eo q̄
eſſet xp̄ianus ⁊ cingulo militari exutus:
dum xp̄m confiteret̄ a terra leuatus igne
ſubterpoſito: ſemiuſtus depoſitus graui-
ter ceſus eſt. Deinde ſale ⁊ aceto mixtis
vulneribus perfuſus. Dum hec oīa patiē-
tiſſime toleraſſet: oīa eius vulnera tanq̄
ſquāme ab eius corpore diuinit⁹ excide-
runt. Quo viſo miraculo Eugenius con-
ciuis ⁊ officialis cōuerſus eſt. Tunc am-
bos ferro vinctos lyſias incarcerauit: de-
inde in pedibus amboꝝ impoſita crepi-
dine cū clauis: ⁊ pedibus eoꝝ tranſfoſſis
deduxit eos ſecū ad ciuitatē aurarī: quoꝝ
exēplo Aurētius ⁊ mardarius qui vxorē
⁊ liberos dimiſerāt ad iudicez accedētes
xp̄m publice nūciabāt: Lyſias igit̄ ambo
bus ipſis cōprehēſis primo quidē auxen-
tiuz decollauit: deinde mardariū imiſſis
funibus ꝑ pedes ipſi⁹ trāſforatos: a terra
ſuſpenſum: ⁊ baculis ferreis ignitis ceſuz
interemit. Interea dux preſes quidam
xp̄ianus occultus ⁊ miles cū ceteris cōmi
litonibus iacularet̄: ⁊ crux quā ad colluz
appenſam geſtabat in publicū ꝓſiliſſet: ⁊
hoc preſidi nunciatū eſſet: eū cuz multis
alijs xp̄ianis: quos in eadē repperit ciuita
te teneri fecit. Et dux ſeditionem populi
formidaret: ipſos oēs cū euſtratio ad agri
colaum ꝑſidem ciuitatis ſabaſtenſis pu-
niendos tranſmiſit. Qui primo quidem
oreſtem ſuꝑ lectū ferreū ignituz ⁊ flāmis
ſuppoſitis extēdi fecit. Quo poſt longos
cruciatus migrante ad dn̄m: euſtratium
carceri mancipauit. Ad quē ep̄s ciuitatis
occulte noctu veniens ipſuz cōic-uit: vbi
⁊ poſt moduz voce celica confortat̄. Quē
mane preſes eductū igne conſumi fecit:
⁊ reliquos chriſtianos decollauit. Quorū
oīum corpora in ciuitate auraricenoruz a
chriſtianis ſepulta ſunt. Horum omnium
paſſio recolit̄. pridie. idus decembris.

¶ De ſctis Epimacho ⁊ Alexandro mar-
tyribus. Ca. LXII.

EPimachus ⁊ alexāder mar
tyres apud alexādriaz paſſi
ſunt. Qui cum multo t̄pe in
vinculis extitiſſent: ⁊ diuer
ſis confecti ſupplicijs ꝑdu-
raſſent in fide: ignibus tandez cōſumi iu-
bent̄. pridie. idus december: hec addo in
ſanctorum martylogio.

¶ De ſanctis Amonaria ⁊ Mercuria ⁊
ſociabus martyribus. Ca. LXIII.

QUattuor ſancte mulieres. ſ.
amonaria: mercuria: diony
ſia ⁊ alia amonaria apd̄ ale-
xandriā paſſe ſunt vt ſcribit
dionyſius libro de martyri
bus. Quaꝝ primā iudex in mēſis crucia-
tibus afflictā capite puniri fecit. Secūdā
vero venerabilē anū ⁊ facūdiſſimā virgi-
nez. ſ. mercuriā ꝑfatus iudex: nec nō reli-
quas duas videlicet dionyſiā ⁊ amonariā

diuerſis ſimiliter penis cruciatas tandē ferro peremit. Darūz paſſio. pridie. idus decembris recolitur.

¶ De ſcā Lucia virg. ⁊ m̄r. Ca. LXIIII.



tum ad demonis cōfuſionē. Nā antiquus
hoſtis nobis: vt ante: preualere nō poteſt.
Unde legit̄ ꝙ hugo cluniaceñ. in vigilia
natiuitatis domini vidit beatā virginē fi-
lium in vlnis geſtātem: ⁊ de feſto natiui-
tatis filij cōgaudentem: atqꝫ inimico no-
ſtro: qui ante hunc diē hominibus preua
lebat: inſultantem. Ad quam vocē diabo
lus de humo erupit ⁊ v̄ba domine expro
brare cepit. Sed mentita eſt iniquitas ſi-
bi qꝛ ab oratorio fratrū deuotio: a refecto
rio lectio a dormitorio ſtramentum vile:
a capitulo patientia ipſum eiecit. ¶ Se-
cundo ad venie ipetrationē vnde cuꝫ me
retrix laſciua de venia deſperaret: que ad
penitētiam redire volebat: cogitās de iu-
dicio reputabat ſe ream de inferno ſe di-
gnam: de paradiſo ſe imundam: de paſſio
ne ingratam. Cogitans auteꝫ ꝙ pueri de
facili placant̄: puerum ieſum per eius in
fantiaꝫ adiurauit: ⁊ ante chriſtum deflēs
vocē de ſua venia audire meruit. ¶ Ter
tio ad morbi curationē. Nā vt dicit Ber-
nardus triplici morbo laborabat genꝰ hu
manum. Natiuitas erat imunda: vita per
uerſa mors periculoſa: venit chriſtus: cu
ius natiuitas noſtram purgauit: cuius vi-
ta noſtram inſtruxit: cuius mors noſtram
deſtruxit. ¶ Quarto ad ſupbie humilia-
tionē. Nam ſuperbia primi hominis fuit
contra deum: qꝛ eius p̄ceptum contēpſit
vſqꝫ ad deum: qꝛ vſqꝫ ad appetitum diui
nitatis ſe erexit: ſupra deum volendo: qđ
deus noluit. At filius dei: vt dicit dama-
ſcenus: humiliauit ſe propter homines:
quia venit propter eorum ſalutem: vſqꝫ
ad homines propter naſcendi moduꝫ cō
ſimilem: ⁊ ſupra hoies ꝑpter natiuitatis
modum ſingularem. Hec damaſcenus.
¶ De ſcā Anaſtaſia mar. ⁊ ſocijs. Cap. II.



Anaſta-
ſia romanorum filia p̄
texati illuſtris ⁊ genti
lis a matre ſua fauſta
chriſtiana ⁊ a ſctō chry
ſogono in fide chriſti
erudita eſt: que tēpo-
re diocletiāi martyriū
paſſa eſt. Nam tradita publio: pagano in
coniugē: langorē ſimulans ſe ſemper ab
eius cōſortio abſtinebat. Sed vir audiēs
eam cum vna ancilla chriſtianis in carcera
tis neceſſaria miniſtrare eā: in artiſſima
cuſtodia recluſit: ita vt etiā alimoniā de-
negaret. Que vincta ſcō chryſogono ama
riſſimas epiſtolas deſtinabat: ille vero cō
ſolatorias remittebat. Inter hec vir eius
morit̄ ⁊ ſancta a carceribus liberat̄. Hec
habebat. iij. ancillas ⁊ ſorores virgines. ſ.
agapē: thioniā ⁊ hyrenē: Quas vrbis pre-
fectus dulciꝰ vti chriſtianas tenuit ⁊ eas
nolētes conſentire ſibi nec dijs ſacrificare
martyrium pati fecit: vt habebit̄. iij. no.
aprilis. Poſt quarū paſſionē anaſtaſiam
de conſenſu diocletiani cōprehēdit: vt ſi
eam ſacrificare faceret in cōiugium habe
ret. Quā cum ductā in cubiculū amplexa
retur ſubito cecus efficit̄: ⁊ ad deos acce-
dens ſi a cecitate liberari poſſit ſciſcitat̄.
Qui eos cōtra ſe indignatos audiuit: eo
ꝙ anaſtaſiā cōtriſtauit. Et rediēs domuꝫ
inter manus ducētiuꝫ expirauit. ¶ Poſt
hec anaſtaſia ab eiꝰ ſucceſſore detēta eſt.
Qui audito ꝙ multas poſſeſſiones hēret:
eidē ſuadere cepit: vt ſi vellet libere chri
ſtianitate perfrui poſſeſſiōes ſuas ſibi da
ret: ⁊ tunc vera chriſtiana eēt: eo ꝙ chriſtus
oia erroganda iuſſiſſet. Que cum eidē re-
ſponderet: facultates pauperibus: nō au-
tē diuitibꝰ errogādas: diro carceri fame
cruciāda tradit̄: ſed a ſcā Theodora: que
iā martyriū paſſa fuerat: duobꝰ mēſibus
celeſti pane reficit̄. Tādē cū ducētis v̄gi-
nibus

nibus ad iſulas palmarias ducta eſt: vbi multi xpiani fuerant relegati. Inde poſt aliquot dies a pfecto revocata ⁊ ad palos ligata ignib⁹ concremat: ceteri vero diuerſis ſupplicijs pimunt. Inter quos vn⁹ erat q̃ pluribus diuitijs ſpoliat⁹ dicebat: ſaltẽ xpm ſibi auferri nõ poſſe. Corp⁹ autem ſcẽ anaſtaſie in ei⁹ viridario quedaʒ appollonia ſepeliuit: vbi poſtmodũ in ei⁹ honore eccleſia fabricata eſt. Paſſa eſt aũt viij. calẽ. ianuarij circa ãnum dñi .cclxxx.

De. ſ. Eugenia ṽgie ⁊ marty. Cap. III.

Eugenia filia philippi nobiliſſimi romanoꝝ fuit tẽpore valeriani ⁊ galieni impatorũ: q̃ quidẽ philippus a ſenatu prefectus alexãdrie cõſtitutus claudiã vxorem ſuã: ⁊ filios adiutũ ⁊ ſergiũ ac filiam eugeniã ſecum duxit. Que eugenia vna cum ṗto ⁊ hiacyntho eunuchis et ſeruis ſuis ſtudẽs: oibus liberalibus artib⁹ erudita: ãno. xv. etatis ſue ab aq̃lino aquilini oſulis filio in cõiugium petit: ſed ipſe ab eadẽ ꝑ cõiugio cõtemnit. Et dũ in libris apli ſtuduiſſet animo iaʒ xpiana ṗtum ⁊ hiacynthaʒ cõuertit. Et aſſumpto habitu viri ad monaſteriuʒ monachoꝝ: qḋ erat extra ciuitatẽ alexandrie: q̃b⁹ ꝑmittebat a paganis ibidẽ habitare: ipa acceſſit: ⁊ ſe viꝝ ſimulãs cũ ṗto ⁊ hiacyntho fieri monachus poſtulauit. Quã abbas helen⁹ p ſpiritũ feminã cognoſcẽs eã nihilominus de virili aio cõmẽdauit: ⁊ ipſaʒ vna cũ ſocijs monachos fecit: q̃ in dei timore ꝑmãſit ⁊ eugeni⁹ vocat⁹ in ſcitate vite pſeuerãs: poſt abbatis obitũ ĩ regimie ſucceſſit. Parẽtes igit eã dudũ reqrẽtes ⁊ nõ inuenïẽtes lugebãt: ſed vates gẽtiliũ vaticinãtur filiã ⁊ ſocios iter deos trãſlatos. Qua de re pater filie imagineʒ fecit: ⁊ eam vt deam adorari mandauit. Tẽporis ꝓceſſu dum matronam melanthiaʒ nomine eugenia oleo perungens a quartana liberaſſet. Illa fratrem eugeniũ virũ eſſe arbitrans: eũq̃ ſepi⁹ viſitãs in eius amorem exarſit: ⁊ cogitãs q̃liter ſecum cõmiſceri poſſet: langorẽ ſimulans ꝓ eo miſit. Quã tãq̃ viꝝ dum illa oſculis ⁊ ãplexib⁹ ad cõcupiſcẽciã ꝓuocaret: eiq̃ amorẽ ſuum pãderet: ⁊ illa ſermonib⁹ ⁊ actib⁹ facin⁹ oimode recuſaret: ↄfuſa mulier ⁊ dubitãs ne eugeni⁹ factũ ꝓderet ⁊ ſic verecũdiã ipſa ĩcurreret: clamare cepit: ꝙ ſe eugeni⁹ voluerit violare: pfectũq̃ philippũ adijt: ⁊ de criminẽ eugeniũ accuſauit. Tũc pfect⁹ ira accẽſus tã ipam q̃ cũctos xpianos reptos cõprehẽdi iuſſit: diemq̃ ſtatuit: q̃ oẽs iterirẽt morſibus beſtiaruʒ: Eugeniũq̃ ſibi aſtãtẽ interrogat: an xp̃s adulteria doceat. Cũq̃ hoc ṽgo cõmiſiſſe negaſſet: ⁊ melãthia ſeruos ⁊ ancillas ꝓut ab eo docti fuerãt: teſtes adhibuiſſet. Eugenia ꝓ defenſione veritatis: ⁊ ne chriſtianũ nomẽ falſitate cõfundaretur: a ſummo vſq̃ deorſuʒ coꝛam pfecto veſtẽ ſcidit: ⁊ ſe feminam eſſe oſtendit: eugeniam videlicet philippi filiam ⁊ ſocios ṗtũ ⁊ hyacinthũ omnib⁹ declarauit. Moxq̃ pater filiã cognoſcẽs cũ matre ⁊ fratrib⁹ in eius ãplexus irruit: ⁊ ꝑ gaudio lachrymas fudit. Melãthia aũt cũ oibus ſuis a fulmine interẽpta eſt. Sicq̃ eugenia parẽter ⁊ fratres ad fidẽ ↄuertit: vnde ⁊ philippus prefecturã deſcerẽs a xpianis ep̃s ordinat: quo p martyrium aſſumpto claudia cum filijs ⁊ eugenia romã redijt: vbi ⁊ virgo multos ad chriſtum conuertit: Quam prefectus nicenus tẽtam fecit adduci ad tẽpluʒ diane: vt ſacrificaret. Sed dum eugenia orationem fudit templum cum idolo ſubuerſum eſt multis paganorum eam clamantibus innocentem. Iuſſu igitur preſidis ligato ſaxo ad colluʒ ei⁹ in tyberim iactatur: ſed ſuper aquae manens minime mergitur. Inde in fornaces thermarum mittitur: ſed igne extincto illeſa educitur. Poſt hec per dies. xx. ſine lumine ⁊ cibo carceri mancipata ſʒ

a chriſto eam celeſti pane reficiente con/
fortata eſt: qui die quo ad terras deſcen/
derat: promiſit eam ad celeſtia ſubleua/
re. Die igitur natalis domini miſſo ſpicu
latore a prefecto in carcerare decollatur:
videlicet. viij cal. ianuarij. Cuius corpus
a chriſtianis iuxta vrbem in proprio pre
dio ſepultum eſt. Ad cuius tumulum dū
mater oraret: eidem apparuit: eamq̄ cō/
fortans die dominico proximo in chri/
ſto pauſaturam nunciauit. Que die ſibi p̄
dicto ad chriſtum migrauit: ⁊ a filijs adiu
to ⁊ ſergio iuxta eugeniam ſepulta eſt: q̇
⁊ poſt tempus multis paganorum con/
uerſis quieuerunt in domino: ſepulti et
ipſi a fidelibus iuxta matrem ⁊ germanā

¶ De ſcō Stephāo ꝓtomarty. Ca. IIII.



Stepha//
nus protomartyr vnꝰ
de ſeptem diaconibꝰ
ab apoſtolis ordina/
tus eſt in miniſteri/
um viduarum vt ha/
betur actuū. vj. Cre
ſcente. n. numero di/
ſcipulorum conuerſi ex gētibus aduerſus
conuerſos ex iudeis murmurare cepe/
rūt: eo q᷑ deſpicerētur in miniſterio quo
tidiano vidue eorum. Conuocata ergo
multitudine per apoſtolos decreuerunt
eligere ſeptem viros boni teſtimonij ſu/
per tali opere conſtituendos: ad hoc vt
ipſi omnibus curis temporalibus depoſi
tis perdicationi intētius vacare poſſent.
Sicq̄ elegerunt ſeptē diacones primos:
quorum prior ⁊ primicereus extitit ſte/
phanus protomartyr: philippus qui eu/
nuchū baptizauit: ⁊ fuit epiſcopꝰ in thra/
tia aſie: ⁊ procorus qui fuit epiſcopus ni/
comedie bithynie: ⁊ nicanor: ⁊ parme/
nas: ⁊ timon: ⁊ nicolaus: qui poſtea apo/
ſtatās hereticus fuit: a quo ⁊ nicolaite di
cuntur: ⁊ orantes eis manus impoſuerūt
⁊ diacones ordinauerūt. ¶ Stephanus
autem plenus gratia ⁊ fortitudine: facie/
bat ſigna magna in populo: Inuidentes
igitur ſibi iudei: triplici modo eum ſupe/
rare ſtuduerūt: ſcilicet diſputatione: teſti/
um productione: ⁊ tormentorū illatione
Et in qualibet pugna adiutoriū de celo
ſibi datum eſt. In prima datus eſt ei ſpiri
tusſanctus: qui facundiam miniſtrauit.
In ſecūda vultus angelicus: q̇ falſos te/
ſtes cōfutauit. In tertia xp̄s viſus eſt ad/
iuuare paratus: qui martyrē confortauit.
¶ Ponitur ergo prima pugna. Surrexe
runt autē quidam de ſynagoga libertino/
rum. i. de ſeruitute manumiſſorum ⁊ cy/
renenſium ⁊ alexādrinorū ⁊c. diſputātes
cū ſtephano. Ecce primū prelium Et nō
poterant reſiſtere ſapientie ⁊ ſpiritui qui
loquebat̄. Ecce adiutorium. ¶ Ponitur
hoc ſecunda pugna. Quia ſubmiſerūt fal/
ſos teſtes: qui eum accuſabāt de blaſphe
mia in deum: in moiſen: in legem: ⁊ in tē
plum. Ecce ſecundum prelium. Et intu/
entes in eum omnes qui ſedebant in cō
cilio videbant faciem eius tāq̄ faciē an
geli. Ecce auxiliū. ¶ Deinde ponitur ſe
cunde pugne victoria. Nā pricipe ſacer/
dotum eū interrogante: ſi hec ita ſe habe
rent de quattuor blaſphemijs ſibi impoſi/
tis ſe excuſat. ¶ Primo de blaſphemia
in deū: dicens deum qui locutus eſt pa/
tribus deū glorie fuiſſe. ¶ Secunda de
blaſphemia in moiſen cōmendans moi/
ſen: a feruore zeli: quia percutiētem iude
um egyptium interfecit. ab operatiōe mi
raculorum: que in egypto ⁊ deſerto oſtē/
dit: ⁊ a familiaritate dei: quia cum deo lo
cutus fuit. ¶ Tertio de blaſphemia in le
gem. Nā cōmendat legem: ex parte dātis
q̇ fuit deꝰ: ex parte miniſtrātis q̇ fuit moi
ſes: ⁊ ex parte finis q̇ dat grāz. ¶ Quarto
de blaſphemia i tabernaculū ⁊ tēplū: cō/
mēdās tabernaculum qđ fuit: a deo fieri
p̄ceptū: in viſiōe oſtēſuz: a moiſe ꝑfectū:

⁊ arce teſtimõij cõtẽtiuũ: tẽplũ ãt dixit ta
bernaculo ſucceſſiſſe. Hec oĩa legẽtibus
textũ act. vij. ſatis patere poſſunt. ¶ Ul/
timo ponitur tertia pugna. Nã audiẽtes
hec diſſecabant cordibus ſuis: ⁊ ſtridebãt
dentibus in eũ: quaſi iã illum animis la/
pidãtes. Quos btũs ſtephãus tribus mo/
dis conatus eſt corrigere. ſ. ¶ Primo pu
dore eis duritiã cordis ⁊ necis ſanctorũʒ
ſeuitiam in ꝓperans. Dura inquit ceruí
ce ⁊ in circũciſis cordibus ⁊c. Et increpa
bat eos ꝙ ſpiritui ſancto reſiſterunt ꝙ ꝓ/
phetas perſecuti ſunt ⁊ ꝙ creſcẽte mali/
tia eos occiderũt. ¶ Secundo correxit
eos timore: per hoc ꝙ ieſum ſtantẽ a de/
xtris dei perhibuit: quaſi ad ſuũ adiutori
um ꝑparatuʒ. Ecce inquit video celos ap
tos ⁊c. Qđ audientes iudei clamãtes vo
ce magna cõtinuerũt aures ſuas: q̄ſi blaſ/
phemiam abhorrẽtes: ⁊ ipetum faciẽtes
in eũ: ⁊ eiiciẽtes eũ extra ciuitateʒ lapida
bant: quorũ priores teſtes lapidare inci/
pientes ſcđm legem: vt expeditiores eſſẽt
depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes
Sauli adoloſcẽtis: qui manibus oĩum la
pidabat. ¶ Tertio correxit eos amore:
dum ꝑ ſe ⁊ pro ipſis orauit: ꝑ ſe ne paſſio
ſua prolongaretur. dicens. dñe accipe ſpi
ritum meũ: pro ipſis: ne ſibi peccatũ im/
putaretur. Nam poſitis genib⁹ clamauit
voce magna dicẽs. Domine ne ſtatuas il
lis hoc peccatũ Et vide amorem mirabi/
lem: quia pro ſe orando ſtetit: pro lapidã
tibus genua flexit: pro ſe ſilenter orauit:
ꝑ illis voce magna clamauit. In hoc etiã
xp̄m imitatus in paſſiõe: qui pro ſe orauit
dicẽs. Pater in manus tuas cõm̄do ſpi/
ritum meum ⁊ pro inimicis dicẽs. Pater
ignoſce illis: nõ enim ſciũt. q̄d faciunt. Et
cum hoc ſtephanus dixiſſet obdormiuit
in domino. Cuius corpus gamaliel ⁊ ni/
codemus occulti chriſti diſcipuli in agro
ipſius gamalielis ſepelierunt: et fecerunt
planctum magnum ſuper eum. ¶ Et cele/
brat̃ hoc feſtũ ab eccleſia ſequẽti die poſt
natiuitatẽ dñi. ſ. vij. calen. ianuarij. Reue
ra: tamen lapidatio ſci ſtephani facta fuit
eodeʒ aſcenſiõis anno. iij. videlicet non.
auguſti quo die feſtum inuẽtionis eius ce
lebratur. Inuẽtio autẽ ad litteram ↄtigit
vij. cal. ianuarij. Eccleſia tamen hec feſta
cõmutauit duplici de cauſa. ¶ Primo ꝙa
vt dicitur in ſermone auguſtini: heſterna
die dñs natus eſt in terris vt ſtephãus ho
die naſceretur in celis. ¶ Secundo q̄ñi/
am ꝑꝑ feſtum natiuitatis dñi ꝑcedens fe
ſtũ iuẽtiõis ſolẽni⁹ celebraret̃ q̄ꝫ feſtũ paſ
ſiõis: qđ icõueniẽs erat: ⁊ ob h̄ feſta muta
ta ſũt: vt dies paſſiõis ei⁹ ſolẽni⁹ celebret̃.

¶ De. ſ. Dionyſio papa ⁊ marty. Ca. V.

DIonyſius papa ⁊ martyr:
cui⁹ genus non inuenitur.
Sixto ſecũdo in epãtu ſuc/
ceſſit ⁊ ſedit ãnis. ij. ⁊ mẽ/
ſibus. iij. qui vt dicit ado ſi
dei documẽtis ſub claudio ſecundo im/
peratore clarus effulſit. Hic in vrbe diui/
ſit pochias: ſingulis ſingulos dás p̄ſbyte/
ros ꝓpter penitentes ſuſcipiendos ⁊ pro
pter baptiſma. Hic etiam parochias ⁊ ce/
miteria ꝑ regiones diuiſit: ⁊ vnicuiqꝫ ius
ꝓprium ſtatuit: mãdans vt ſinguli termi
nis ſuis ↄtẽti eſſent: ⁊ alienos non vſurpa/
rẽt. Qui etiã martyrio coronat⁹ ſepultus
eſt cũ fratribus ſuis. vij. cal. ianuarij: ⁊ ceſ
ſauit epiſcopatus dies. viij.

¶ De ſcõ Marino martyre. Cap. VI.

MArinus puer ⁊ martyr paſ/
ſus ẽ in vrbe ſub prefecto
martião: q̄ fuit filius ſenato
ris ⁊ ꝑmarij ciuitatis. Hic
a prefecto tẽtus dũ ſe chri/
ſtianum p̄ſiteretur. Primo quidẽ exten/
ſus ⁊ loris duriſſimis dorſo ⁊ ventre fla/
gellat⁹: deinde vinct⁹ in cuſtodiã miſſus
eſt. Die vero ſequenti eductus equuleo
ſuſpẽdit̃: ⁊ vngulis laniat̃. Poſt modũ ſe/
ra lignea ⁊ machia lapidea alligat̃: vt mẽ

bra eius diuiderentur. Sed dum tracta
machina puer illeſus pmaneret: in arbo-
rem ſciſſam immittit: vt aſtrictus ſpiritū
exhaleret. Dei tamē virtute arbore in du
as partes diuiſa: craticule accēſe ſupponi
tur plūboqꝫ pfundit liqfacto: morqꝫ nu-
tu dei fluui⁹ aq inūdans ignis calore exti
xit. Poſt hec ſupplicio cōmentarieſi tradi
tus eſt a q in fritorio accēſo mittit: ſed ro
re celeſti refrigerat. Deide a pfecto mar-
tiano in caldariam plenam pice liquefa-
cta iactat: que hinc inde ebuliens ſanctū
dimiſit intactum. Preter hoc in harena-
rio beſtijs ſubiectus eſt: ⁊ leone quidem
collum eius leniter amplexāte: leopardo
pedes lingēte parda cum tigride manus
ipſius oſculabantur. Leena vero ⁊ vrſus
que veſtes ſancti dilaniare ceperunt: con
feſtim extincte ſunt. Poſtmoduꝫ in flam-
mas iniectus dum illeſus exiſſet in cami
num ignis miſſus eſt: cum quo duo ange
li deſcendentes eum iuſtum die ſequen-
ti eduxerunt. Nouiſſime autem dum a p
fecto ſuaſus ſe deos adorare velle ſimu-
laret omni populo romano vocato ſtatu-
am ſerapis orans in puluerem redegit.
Quem prefectus decollari precepit. Cor
puſqꝫ eius in precipicium mitti: vbi ⁊ la-
tronum corpora iactabantur: vt ſepultu-
ra careret. Orta autem tempeſtate cum
coruſcationibus nimijs fugientibuſqꝫ mi
niſtris a ſancto theophilo epiſcopo corp⁹
raptum digna veneratione ſepultum eſt.
vij. cal. ianuarij. Martianus autē pro hoc
ſcelere ⁊ alijs a deo percuſſus vermibus
ex ipſius ebulientibus ore infelicem ani
mam exhalauit.

¶ De. ſ. Joāne aplo ⁊ euāg. Cap. VII

Joannes apoſtolus ⁊ euan
geliſta quem ieſus amauit
plurimum: filius zebedei
fuit ⁊ frat iacobi maioris:
quē xp̄s vocauit d nuptiis:
qui ſupra pectus dn̄i in cena recumbens
fluenta euangelij de ipſo ſacro dominici
pectoris fonte potauit: ⁊ ceteris apoſto-
lis fugientibus magiſtrū nunq̄ in paſſiōe
deſeruit: cui ⁊ ieſus in cruce moriēs ma-
trem virginem virgini commendauit: ⁊
poſt eius aſcenſionē vſqꝫ ad obitum vir-
ginis ad eius ſemper cuſtodiam perman
ſit: vt dicit hieronymus. Huius vitaꝫ me-
litus epiſcop⁹ diſcipulus eius ſcripſit. Hic
apoſtolis ad predicandum diuiſis apud
aſiam predicauit: vbi ⁊ multas fundauit
eccleſias. Qui ſub ſecunda poſt neroneꝫ
perſecutione chriſtianorum quam domi
tianus exercuit: apud epheſum a cōſule
comprehenſus ⁊ romaꝫ ductus: dū apud
portam latinam in dolio feruentis olei
miſſus illeſus exiſſet: vt in alio eius feſto.
ij. no. maij dicetur: ab eodem pro conſu-
le in pathmos inſula relegatus apocaly-
pſim conſcripſit. Eodem autem anno do
mitianus a ſenatu romano interfect⁹ eſt:
oīaqꝫ eius acta ⁊ per ipſuꝫ ⁊ eius officia-
les iudicata caſſata fuerunt. Sicqꝫ factū
eſt: vt ſanctus ioannes qui cum iniuria
ad exilium fuerat deportatus: cum hono
re ad epheſum reductus eſſet: omni po-
pulo ſibi occurrente ⁊ clamante: bened
ctus qui venit in nomine domini. Cum
autem ingrederetur ciuitatem druſiana
eius diſcipula: que aduentus ipſius deſi-
derio fuerat fatigata: efferebatur mortua
flentibus ⁊ lamentantibus grauiter tam
parentibus q̄ pauperibus orphanis ⁊ vi
duis: quibus indigentibus miniſtrabat.
Apoſtolus ergo feretrum iuſſit deponi ⁊
corpus reſolui: eamqꝫ proprio nomine
vocans: mandauit vt ſurgeret: ⁊ domum
rediens refectioneꝫ ſibi prepararet. Que
ſtatim quaſi non de morte ſed de ſomno
vocata ſurrexit: ⁊ iuſſa perfecit. Ad quod
miraculum multi conuerſi ſunt. ¶ Altera
die craton philoſophus vt oſtenderet
qualiter mundus eſſet contēnendus du
os fratres iuuenes ditiſſimos omnibus

venditis duas gemmas emere fecerant caſq; in conſpectu populi frangi iuſſerat. Quod videns apoſtolus philoſophū ad uocauit: ⁊ talem mundi contemptū dā/nauit: tum quia ore hominum laudabat: ⁊ a deo reprobabatur: tum quia ſine vllo merito fiebat: eo ꝙ ſua pauperibus nō largirentur: oſtendens mundum eſſe contēnendum facultates hominis pauperibus errogando. Sed dū philoſophus poſt diſputationem ad hoc deueniſſet: vt ſi ioannes gemmas confractas reitegraret: craton eius dictis fidem adhiberet. Apoſtolus oratione fuſa fragmenta gemmarum colligens ipſas conſolidauit: ſtatimq; craton cum duobus iuuenibus chriſto credidit. Illi vero iuuenes gemmis diſtractis precium pauperibus errogarunt. ¶ Hoꝝ exemplo duo alii iuuenes cunctis ꝓ chri/ſto datis diſcipuli ioannis effecti ſunt. Sꝫ die quadam videntes ſeruos olim ſuos veſtibus fulgentes: ⁊ ſe vili pallio contectos contriſtari ceperunt: quod ioannes per ſpiritum cognoſcens precepit: vt ad nemus ⁊ littus accederent: ſibiq; lignoꝝ faſces ⁊ lapillos apportarent. Et facta oratione virgas in aurum ⁊ lapillos in gemmas conuertit: quas eiſdem apoſtolꝰ tradidit dicens: vt per dies ſeptem aurifices omnes ⁊ gemmarios circuirent: ⁊ aurū ac gēmas probari facerent. Qui poſt dies ſeptem reuerſi dixerunt: omnes illos operarios cōcordari ſe nūq̄ tam purum aurum ⁊ tam precioſas gemmas conſpexiſſe. Tunc apoſtolus p̄dicta omnia ſibi tradens dixit: vt irent ⁊ poſſeſſiones diſtra/ctas redimerent: ⁊ abinde diuites eſſent: vt in perpetuum mendicarent. Et qꝛ non vult deus coacta ſeruitia: pro libito gauderent libertate ſua. Et introducta chriſti parabola de diuite epulone ⁊ lazaro vlceroſo: cepit apoſtolus cōtra diuitias multa predicare. ¶ Contigit autem ſtacteū quendam iuuenem qui triginta diebus ante vxorem duxerat deferri mortuū tumulandum: quē apoſtolus mřis vidue ⁊ parentū precibus ⁊ lachꝛymis cōpaſſione motus: orans a mortuis ſuſcitauit: ⁊ ſuſcitato mandauit: vt q̄ in alio ſeculo de duobus illis iuuenibꝰ viderat enarraret. Qui multa de paradiſi gloria quam ipſi amiſerant: ⁊ de penis inferni: quas acquiſierāt: prout ſibi oſtenſū fuerat coram omnibꝰ patefecit. Propter qđ iuuenes cōpuncti vna cum ſtacteo reſuſcitato: pedibus apoſtoli prouoluti diuinam miſericordiā implorabant. Apoſtolus ergo iuuenibus triginta dierum penitentiam impoſuit: qua peracta gemme ⁊ aurum in priorē mate/riam virgaꝝ ⁊ lapilloꝝ redierunt: quas iuuenes ad ſua loca priſtina reportantes: in dei ſeruitio perſeuerarunt: ⁊ ceperunt cū apoſtolo miraculis coruſcare. ¶ Et dum tota ciuitas epheſioꝝum ioannem extollerent: pontifices idoloꝝum ſeditionē in populo excitarunt: ita vt a multis de plebe Joannes traheretur ad templum diane: vt ſacrificaret. Quibus ille hanc ↄditionē ꝓ/poſuit: vt aut ad inuocationē diane ipſi eccleſiā chriſti diruerent ⁊ ipſe idolis ſacrificaret: aut ipſe ad inuocationē chriſti tēplum diane ſubuerteret: ⁊ ipſi in chriſtū crederent. Et cum huic ſententie maioꝛ pars populi conſenſiſſet ad preces Joannis: omnes tēplum exeūtes a longe ſteterunt: ⁊ orāte apoſtolo: tēplū funditus coꝛ/ruit: ⁊ imago diane penitus cōminuta ē. Ariſtodemus aūt pontifex idoloꝝum ſeditionem in populo concitauit. Quem dū Joannes interrogaret quomodo ipſum placare poſſet: rńdit ei: ſi venenum biberis: quod ille ſibi porrigeret: illeſus permaneret. Et cum apoſtolus acquieſceret ariſtodemus vt eum a poculo ſubtraheret vel ſaltem deterreret: duos viros impetrauit a proconſule qui fuerant decollandi quibus venenum potandum coram omnibꝰ tribuit. Quod vt illi biberunt: confeſtim

ſpiritum emiſerunt apoſtolus autem calicem accipiens ⁊ ſigno crucis ſe muniēs venenum bibit: ⁊ per tres horas obſeruatur nullam leſionem incurrit. Et dum populus chriſtum verum deum clamaret. Ariſtodemus adhuc obſtinatus apoſtolo inſtabat: vt ſi veneno defunctos excitare poſſet ipſe proculdubio chriſto crederet. Cui ioānes pallium ſuum dedit ⁊ ipſe in tunica manſit: eidemq́ʒ iuſſit: vt inuocato chriſti nomine pallium ſuper corpora defunctorum poneret: eiſdemq́ʒ vt reſurgerent mandaret. Quod dum ille feciſſet illico ſurrexerunt. Sicq́ʒ pontifex cuʒ omni familia ⁊ parentela ⁊ multitudine maxima conuertuntur: ⁊ .xii. milium virorūʒ exceptis paruulis ⁊ mulieribus a beato apoſtolo baptizant̄. ℭ Reperitur in .x. libro hiſtorie eccl'iaſtice: ꝙ apoſtolus quēdam iuuenem ferocem cōuerſum: cuidā ep̄o depoſiti nomine cōmendauit: ⁊ ad partes alias acceſſit: poſt aliquod tempꝰ iuuenis relicto ep̄o: factus eſt princeps latronum. Rediens apoſtolus depoſitū repetit: ⁊ ep̄s de pecunia intelligens quaſi ignarꝰ obſtupuit. Cui apoſtolus de iuuene ſibi cōmēdato ſe querere declarauit. Et dum epiſcopus ioāni cuʒ rubore factū narraſſet: apoſtolus eū increpat eo ꝙ malum ſuo depoſito cuſtodeʒ dimiſit. Equū ſibi parari iuſſit: ⁊ ad montem: vbi iuuenis erat: feſtinus properauit. Queʒ iuuenis ſtatim recognoſcens pre verecundia equū aſcēdens fugiebat. Apoſtolus ſenectutis oblitus equū calcaribus vrget: ⁊ fugientem vocat: ⁊ ne patrem ſuum fugiat vel expaueſcat: poſt ipſuʒ clamabat. Et vt ad penitentiam rediret dulciter admonebat offerens ſe pro eo chriſto reſponſuꝝ. Compunctus iuuenis reuertitur: ⁊ cum lachrymis conuertitur: ⁊ ab apoſtolo benigne ſuſcipitur: ⁊ in virtutibus perſeuerans tandem a magiſtro epiſcopus ordinatur. ℭ Legitur etiam vbi ſupra: ꝙ cum ioannes epheſi balneum lauandi gratia introiſſet: ⁊ ibidem cerinthum hereticuʒ inueniſſet inde ꝓtinus exiuit: quo egreſſo balneum cecidit ⁊ hereticum cuʒ ſuis oppreſſit. ℭ Predicationem autē ſuam miraculis confirmabat: ita vt tactu veſtimentorum eius egri curarentur: ⁊ demones fugarentur. Et vt dicit Hieronymus: in ſua decrepita ſenectute: cum ad eccleſiam diſcipulorum manibus ferebat̄ nec plura v̄ba dicere poſſet: ad quālibet pauſam hoc ſolum dicebat. Filioli diligite alterutrum. Ibiq́ʒ vſq́ʒ ad traiani tempora perſeuerans totius aſie fundauit ⁊ rexit eccleſias. ℭ Et cum eſſet annorum .xcix. ſm Iſidorum .lxviij. a paſſione domini anno apparuit ei chriſtus cum diſcipulis alijs: qui iam omnes ad celeſtia migrauerant: eumq́ʒ ad eternas epulas inuitauit: ⁊ dominica futura die ad ſe illum venturum eſſe predixit. Igitur in ſubſequenti dominica omni populo ad eccleſiam conuenienti: que in eius adhuc in carne agē‑tis nomine fuerat fabricata a primo pullorum cantu vſq́ʒ ad ſextam p̄dicauit eiſdem: hortans illos: vt in fide eſſent ſtabiles ⁊ in mādatis feruētes. Poſt hec iuxta altare foueam quadratam fieri iuſſit ⁊ terram extra eccleſiam iactari. In quaʒ beatus euangeliſta deſcendens expanſis manibus gratias deo egit: ⁊ orationem deuotiſſimam fudit. Qua finita tanta ſuper eum lux emicuit: ꝙ a nemine videri potuit. Recedenteq́ʒ lumine fouea reperta eſt māna repleta: quod ibideʒ vſq́ʒ hodie generat̄. Ita vt in fundo fouee inſtar minute harene ſcaturire videat̄: ſicut in fontibus fieri conſueuit. Propter quod ipſum in corpore ⁊ anima celo aſſumptuʒ plurimi aſſeuerant. Cuius depoſitionis dies ab eccleſia celebratur ſexto calendas ianuarij.

ℭ De ſancto Maximo epiſcopo alexandrino. Ca. VIII.

MAximus epiſcopus alexandrinus fuit. Qui ſatis clarus ⁊ inſignis de titulo confeſſionis factus ē. Qui ⁊ ī pace quieuit. vi. calē. ianuarij: apud e idē vrbē ɔdigne tumulatus: hec Uſuardus.

¶ De ſcō Maximo epō taurineñ. Ca. IX.

MAximus epiſcop⁹ taurineñſis claruit tempore honorij imperatoris: qui in homelijs ⁊ ſermonibus componendis: ⁊ in eccleſia declamandis ſtuduit eleganter: vir in diuinis ſcripturis intentus: ⁊ ad plebem inſtruēdam ſufficiens. In apoſtolorum laudes ⁊ Joānis baptiſte ⁊ generales omniū martyruʒ homelias ⁊ tractatus edidit. De ſancto Euſebio vercelleñ. duos tractatus cōpoſuit. Et ſancti Cypriani ſpecialeʒ de baptiſmi gratia Librum de auaritia ⁊ hoſpitalitate. De diffectu lune. De elemoſynis. De ieiunio ſuoꝝ dei generali. De ieiunio ſpāli q̄drageſime. De eo qđ in Eſaia ſcribit Caupones tui miſcēt vino aquaʒ. De paſſione dñi. De iuda ꝓditore. De cruce dñi. De ſepulchro ei⁹. De reſurrectōe ipſius. de accuſato ⁊ iudicato dño apud Pilatū. De calē. ianuarij. Cōpoſuit ēt homelias plurimas: videlʒ. De natiuitate dñi. De epiphania. De pētecoſte. De hoſtib⁹ carnalib⁹ nō timēdis. De grā poſt cibum deo agēda. De pnīa niniuitaꝝ: ⁊ alias multas. Quieuit autem honorio ⁊ theodoſio iuniore iperantibus. Hec gennadius de illuſtribus viris.



¶ De ſcīs inocētibus martyrib⁹. Ca. X.

Innocētes martyres ab herode aſcalonita iterfecti ſunt. Tres enim fuerūt herodes propter eoꝝ infameʒ crudelitatē famoſi. Primus fuit herodes dict⁹ aſcalonita: ſub quo natus eſt domin⁹: ⁊ pueri occiſi ſunt. Secūdus fuit herodes antipas: qui Joānez decollauit. Tertius agrippa qui Jacobū occidit: ⁊ petrum incarcerauit. ¶ Herodes ergo aſcalonita fuit filius antipatris idumei: qui neptem regis arabum duxit vxorem: ex qua hunc filium habuit herodeʒ: vt dī in hiſtoria ſcholaſtica: qui poſt modum aſcalonita dict⁹ a ceſare auguſto primus ex gentibus iudee regnuʒ accepit: ⁊ tunc ablatum eſt ſceptrum de iuda iuxta prophetiā iacob. Huic ſex filij nati ſunt. ſ. antipater: alexander: ariſtobolus: archelaus: herodes antipas: ⁊ philippus: Alexandrum autē ⁊ ariſtobolum ex eadē matre iudea genitos romā miſit liberalibus artibus imbuēdos: qui facti acerrimi oratores de ſuſceptione regni cum patre cōtendebant. Pater vero antipatrem illis preponere ſatagebat. Cūq; illi de patris morte tractaſſent ab eodem reiecti: ceſarem adeunt de patris iniuria cōqueſturi. ¶ Interea magi hieruſaleʒ veniūt: ⁊ de ortu regis iudeoꝝ querūt. Herodes hec audiens turbatur: timens ne de iudeorū ſemine natus eſſet: qui ipſum alienigenā expelleret. Rogatq; magos: vt inuentuʒ regem ſibi renūcient: ſimulans ſe adorare velle: quē perdere iam cogitabat. Ueruntamen magi per aliā viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Uidens herodes eos nequaq; ad ſe reuerſos: ſtelle viſione deceptos ad ſe redire erubuiſſe putauit: ⁊ ideo ab inq̄ſitōe pueri aiuʒ reuocauit. Sed audito q̄ paſtores dixerāt: ⁊ q̄ ſymeon ⁊ āna ꝓphetauerant: vehementer timuit: ⁊ ſe a magis illuſuʒ cognouit. Et ex tūc de nece puerorꝝ: qui erāt in bethleē: tractare cepit: vt cū eis illuʒ quē ignorabat: occideret. Et ad mōitionē āgeli ioſeph cū puero ⁊ matre in egyptū in ciuitatē hermopoliʒ fugit: ibiq; vij. ānis vſq; ad obitū herodis

permāſit. Jngreſſo igitur domino in egy/
pto ſm Eſaie prophetiam. Uniuerſa ido
la corruerūt. ¶ Refert caſſiodorus in tri/
partita ꝙ in hermopoli thebaide dicitur
eſſe arbor que vocatur perſidis valens in
ſalutem egrorum: ſi fructus vel foliū vel
cortex collo languentis alligetur. Hec ar/
bor vſq ad terram inclinata virginē cum
filio fugientem adorauit. ¶ Dum igitur
herodes de nece puerorum diſponeret: a
ceſare citatus eſt filiorū accuſationibus
reſponſurus: qui cum per tarſum iter fa/
ceret. Intellexit: ꝙ magos naues tarſen/
ſium tranſfuiſſent: quas omnes in ſpiritu
vehemēti combuſſit: vt fuerat predictū.
Et dum ipſe coram imperatore diſputās
contra filios obtinuiſſet: ⁊ in regnum cō/
firmatus audacior factus eſſet: reuerſus
hieruſalē occidit omnes pueros: qui erāt
in bethleem bimatu ⁊ infra: ſecundū tē/
pus quod exquiſierat a magis: ideſt iſan/
tibus duorum annorum vſq ad pueros
vnius noctis Didicerat enim a magis ea
die: qua eis ſtella apparuit dominum na/
tum eſſe: ⁊ quia annus fluxerat ex quo ro
mam ierat chriſtum anniculum ⁊ aliquo/
rum dierū ſupra eſſe credebat. Jdeoq
ſupra etatem eius vſq ad bimos deſeuit
in pueros. Jn qua perſecutione centum
⁊ quadragintaquattuormilia infantes in
terfecti eſſe credūtur: qui ⁊ in apocalypſi
cap. xiiij. deſcribuntur. Jnter quos dei iu
dicio vnꝰ paruulus filius herodis ad nu
triendum traditus ignoranter a carnifici/
bus ē occiſus: vt dicit macrobius. ¶ He/
rodes autem de tanto ſcelere a deo acri/
ter punitus eſt: vt in ſcolaſtica dicitur. Ut
qui multos orbauerat filiis: ipſe ſuis miſe
rabiliter orbaretur. Nam alexander ⁊ ari
ſtobolus iterum patri ſuſpecti cōfeſſi ſunt
ab eo contorti: ꝙ tonſori pecuniam pro/
miſerant: ſi eum iugularet. Ob hoc pater
iratus eos occidi fecit: Antipatrem autē
futurum regem conſtituit: ⁊ eidem hero/
dem antipam ſubſtituit. Et cum herodē
agrippam ⁊ herodialem vxorē philippi:
quos ex ariſtobolo ſuſceperat: paterna di
lectione foueret. His duabus de cauſis
antipater contra eum odium concepit in
tantum: ꝙ eum veneno perimere atten/
tauit. Quod ſentiens herodes eū in car/
cerem poſuit. Jpſe autem annorum. lxx.
grauiſſimam infirmitatem incurrit. Nā
febre valida: prurigine corporis colli con
tinuis tormentis: pedum inflatione ver/
meſcentibus teſticulis: intolerabili feto/
re ⁊ crebro anhelitu torquebat̄. Audiēſq
iudeos mortem ſuam cum gaudio expe/
ctare nobiles multos iudeorum incarce/
rauit mandans ſalome eius ſorori vt cū
ſpiritum emitteret omnes detentos oc/
cideret: vt ſic omnis iudea ipſū defleret
vel inuita. Et cum ſumpto cibo iuxta mo
rem ſuum pomū purgare vellet: quem
comederet: tenens manu gladium tuſſi
violenta fatigatus ſeipſum percuſſit: non
tamē totaliter ſe occidit eo ꝙ a conſobri
no aliqualiter detentus fuit. Et cum ſoni
tus in aula de morte regis percurreret: ⁊
antipater ſe relaxandum exultaret. Hero
des hoc audiens eū occidi fecit: ⁊ arche/
laum poſt ſe regnaturum inſtituit. Sicq
poſt dies. v. infeliciſſimus vitam finiuit.
Salome autem ſoror eius omnes quos
rex occidi mandauerat relaxauit. Jnno/
centes autem martyres ſub die vno paſſi
ab eccleſia recolūtur videlicet quinto ca/
lendas ianuarij.

¶ De ſanctis Eutityo ⁊ Florentio cōfeſſoribus. Ca. XI.

EUtityus ⁊ Florentius ſer/
ui dei circa tēpora gotho/
rum in nurſie partibus flo
ruerunt: quorum primus
actiue vite ⁊ predicationi:
ſecundus vero contemplatiue ⁊ orationi
vacabat. Eutityus vero in abbatē cuiuſ/
dā monaſterij in partibus illis poſiti ele/

ẽtius: licet dudum renueret tamen pro ſalute primi animatus conſenſit: ⁊ ſoluꝫ ſocium dereliquit. Florētius ergo ſolus exiſtens orauit ad dñm vt ſibi conſortiuꝫ aliquid largiret̄. Moxq; ante fores cellule: vrſum repperit: demiſſo capite nihil feritatis oſtendenteꝫ: quaſi ad viri dei obſequiū preparatū. Cui vir impoſuit vt quatuor vel quiqꝫ oues quas habebat ad paſtum duceret ⁊ cuſtodiret: ⁊ ad ſextā vel nonam horam rediret. Qui iuſſa cōplens paſtoris curam gerebat. ⁊ hora ſibi ſemꝑ aſſignata cum ouibus redibat: ⁊ quas mādūcare cōſueuerat: paſcebat oues beſtia ieiuna: atq; in omnibus mādato viri dei obtemperabat: vt neq; ad ſextā iuſſus rediret ad nonam neq; ad nonā iuſſus rediret ad ſextam. Sed duꝫ tanti miraculi fama crebreſceret q̄ttuor ex diſcipulis eutitii quaſi inuidentes ꝙ eoruꝫ magiſter miracula non faceret ſicut florentius faciebat: vrſum latenter occiderunt. Quē die altero percuſſum ſanctus inueniens ⁊ dolens admodum inquirēs diligenter: qui fuerant occiſores cognouit: fratrūq; malitiam ⁊ vrſi conſocii mortem deplorabat. Quē eutityus ad ſe deductum conſolari cepit. Florentius vero imprecans ſe habere ſpem in deuꝫ aiebat: ꝙ in hac vita vindictam manifeſtā reciperent: qui nil ſe ledentē vrſum eius occiderāt. Et poſt dies modicos quattuor monachi qui vrſuꝫ occiderant: elephantie morbo percuſſi mēbris putreſcentibus interierūt. Quod factum florentius omni vite ſue tempore flebat: quia exauditus fuerat: ⁊ ſe quodāmodo in eorum morte homicidam reputabat. ¶ Diaconus quidam ad eū veniēs vt ſe eius orationibus cōmendaret cellulam eius ſerpentibus reperit in circuituꝫ plenam: ⁊ timens ſanctuꝫ inuocauit. Qui egreſſus orauit: ⁊ cū nimia ſerenitas eēt: ſubito tonitruū factū eſt: qḋ ſerpētes oēs interemit. Moxq; tot aues venerūt quot ſerpentes occiſi fuerāt: ⁊ ſingule ſingulos rapientes aſportarunt. ¶ Eutityus vero magis poſt mortē miraculis claruit. Inter que illud precipuū fert̄ qḋ vſq; ad longobardoꝝ tempora ꝑdurauit. Nam quoties pluuia deficiente eſtu nimio terra exureret̄ ciues vrbis tunicam illius leuatam circūferebant: cū qua dum per agros orantes pergerent repente pluuia tribuebatur: que plene terram ſatiare potuiſſet. Quieuit aūt i chriſto ſanctus eutityus. v. calen. ianuarij: quo etiā die feſtum cōſocii florentij in illis partibus colebat̄. Dec. Gregorius. iij. dial. cap. xv.

¶ De ſcō Elphego epō ⁊ mar. Ca. XII.

Elphegus cantuarieñ. archiepiſcopus ⁊ martyr floruit tempore henrici ſecūdi imperatoris. Qui nobili genere: litteraꝝ ſcientiaꝫ imbutus in loco qui dicit̄ balneū adhuc iuuenis ſe incluſit: ⁊ heremiticā vitam ducēs poſtq; plures diſcipulos cōgregauit: monaſterium cōſtruxit: fratribuſq; prepoſitū delegauit: ſe quoqꝫ ſeparatim in arta cellula poſuit maiora tamē quedaꝫ ſibi delata corrigebat. Dum aūt quidam effrenes monachi mediis noctibꝰ in certo loco ieiunia comedentes frangerēt: vno ipſorū repente defuncto ſtrepitus maximi ꝑ cenobium ſonuerūt voceſqꝫ percutiētium ⁊ percuſſi lamenta audita ſunt. Quod ſanctus audiens monaſteriū intrans corpus defuncti in terra proſtratum reperit ictibus cōtuſum. Quod dum ſocii ceteri mane vidiſſent cōpuncti ad penitētiaꝫ redierunt: ⁊ locū vbi corpus defuncti inuētum eſt: illum eſſe in quo deliquerant cōfeſſi ſunt. ¶ Interea defuncto ventono epō dum pro electione multi exiſterēt: ſancto dūſtano archiepiſcopo apparuit ſanctus andreas apoſtolus qui ei elpheguꝫ eligēdum imperauit. Et dum ille viſa naraſſet vota omnium in elphegum cōcurrerunt.

Qui factus epiſcopus mira ſe penitentia affligebat: ⁊ pauperibus liberaliter erogabat. Reuelatur quoqȝ ſancto dūſtano elphegum ſibi ſucceſſorē futurum quod impletum eſt elphego de wētona cantuariam trāſlato. Hic poſt dies paucos romā peregrinus adiens: dum auſonie hoſpitatus eſſet a quibuſdaȝ ex ciuibus noctu eū inuadētibus omnibus ſuis ſpoliatus ⁊ ex vrbe eiectus eſt. Necdum longe diſceſſerat: ⁊ ecce ſubito tota ciuitas auſonie īflāmatur. Quod illi conſpiciētes ⁊ ſanctū inſequētes ablata ſibi reſtituere ſe offerūt: eiuſqȝ miſericordiā petunt: eo ꝙ diuinaȝ ex hoc vltionem in ſe recognoſcunt. Sanctus igitur ad vrbem rediens oratōe breui: quod dictu mirum eſt: flāmaȝ prius in aere ſuſpēdit: ⁊ poſt hec ab vrbe totaliter incendium excuſſit: multiſqȝ oblatis ſola ſua recepit: eoſqȝ de ſibi illata iniuria corripuit. ¶ Dum igitur dāni cum duce ſuo thurolo pirate peſſimi tam mare britānicum ꝙ̄ terras predarentur: a rege eltheredo: qui omnino imbellis ⁊ puſillanimis erat eiici non valebant. Sanctus autē archiepiſcopus hoſtes adibat: captiuos redimebat: ⁊ multos ſua doctrina cōuertebat: ceteri vero in eum inſaniētes ipſum occidere ſatagebāt. Cumqȝ hedricus ꝑpoſitus regni in quoſdam olim fratris ſui interfectores vindictam expeteret: ⁊ rex illos vtpote nobiles ⁊ qui illum vti ꝑdonem iuſte ſe defendentes occiderāt iure ꝑimere denegaret: indignatus hedricus ⁊ danis confederatus cum multis de regno ciuitatem aggreſſus obſedit eamqȝ plurimis bellis crudelibus agitauit. Sanctus vero elphegus populuȝ ꝯhortabatur: ſed peccatis exigentibus dum ciuitas ab hoſtibus impugnatur: aduerſarii per murum diruptum introeunt inocentes periunt: domos ſpoliant: ⁊ incendūt. Quos ſanctus archiepiſcopus de impietate redarguens ab eiſdem multis verberibus ceſus humero pene exciſo: manibus vinctis ad eccleſiam ſuam ducitur: ⁊ in conſpectu ipſius templum inflāmatur: ⁊ monachi occiduntur: ⁊ quattuor ſolūmodo capti viui dimittuntur. Inde ſanctum ad portam ſeptētrionis in carcerem aſperrimuȝ vinculatum includunt: ibiqȝ ſepteȝ menſibus cuſtoditur. ¶ Veruȝ ira dei in hoſtes ſeuiente duo milia ex ipſis peſtilētia extincti ſunt: ceteris graui infirmitate percuſſis. Quod illi cernentes: eiuſqȝ ſuffragia petunt. Pro quibus dum oraſſet: ⁊ panem bñdictum eiſdem tribuiſſet: omnes ex eo guſtantes ſanati ſunt. ¶ Poſt hec autem dum ab archiepiſcopo theſauros multos peterent: vt ſic abeuntes eccleſiam ſuam in pace dimitterent: ⁊ ille omnino denegaret: dicens q̄ chriſti ſunt minime chriſti aduerſariis concedenda: rurſum in carcere clauditur. Cui diabolus in ſpecie angeli apparens eum de carcere eduxit: ⁊ abire ſuadēs: plures aquarum abluuiones tranſire fecit. Heſitante autem ſancto an a bono angelo a martyrio prohiberetur: oratione fuſa diabolus euanuit: angelus ſanctus aſſuit: ⁊ euȝ ad locum certaminis reduxit. Qui iuxta carcerem exiſtens: ab hoſtibus tentus pluribus plagis confoſſus: tandeȝ cerebro percuſſus ſeminiuus in carcere reponit̄: vbi nocte a ſancto dūſtano ⁊ angelis ſibi apparentibus cum luce nimia confortatur: ⁊ ad eternam gloriā inuitatur. Sicqȝ omnibus eius ſanatis vulneribus vinculiſqȝ ſolutis cuſtodes hec videntes territi fugerunt. Nouiſſime autem martyr chriſti iumento impoſitus ab infidelibus ſecundo miliario a cantuaria ductus ⁊ lapidatus eſt. Cuius ſanguine lignum aridum conſperſum reuixit propter quod miraculuȝ dani corpus eius londonam deportari ꝑmiſerunt: vbi ⁊ ſepultum eſt: ⁊ poſt ānos decem incorruptum inuentum vſqȝ a in preſens durat: ⁊ ſanguis recens ac ſi ho-

die eſſet effuſus. Qui paſſus eſt .v. calen.
ianuarii die videlicet precedente feſtum
Thome martyris: eius in pontificatu eo-
dem ⁊ martyrio ſucceſſoris.

¶ De ſancto Thoma epiſcopo ⁊ mar-
tyre. Ca. XIII.



Thomas
cāuarieñ. archiepiſco
pus ⁊ martyr tempore
federici imꝑatoris pri
mi pro libertate eccle-
ſie martyrium paſſus ē.
Hic ciuitatis londoñ.
parentibus ortus no-
bilibus in adoleſcentie annis litterarū ⁊
ſtudio ⁊ honeſtati morum operā dabat:
quem mater eius orbata viro in virtutū
ſanctarū exercitatione ⁊ beate virginis
deuotiōe ſpecialiter informabat. Qui ad-
huc iuuenis liberalibus inſtructus: ſecu-
laribus curis implicatis cum plurima cō-
tra cleri honeſtatem geri conſpiceret: reli
cta ſeculari vita a ſancto theobaldo can-
tuarieñ. archiepiſcopo clericus effectus
in eadem eccleſia modico poſt tempore
archidiaconus eſt inſtitutus. Et deinde
ad eius inſtantiam henricus rex anglorū
eundem cancellarium ſuum fecit: in quo
officio ſtrenue ſe gerens: omnibus ama-
bilem ſe prebebat: eiuſq; ope ⁊ conſilio
multa contra eccleſie libertatem procura
ta fieri compeſcebat: ex qua ſola cauſa di
ctum officium de ſui archiepiſcopi man-
dato quāuis inuitus aſſumpſerat. Quem
adeo rex dilexit: vt poſt archiepī theobal
di deceſſum: Thomam in archiepiſcopa-
lem cathedram procurauerit ſublimari.
Qui conſecratus ſubito in virum aliū mu
tatus eſt: carnem cilicio ⁊ ieiuniis mace-
rans: non ſolum camiſiam ſed etiā femo-
ralia cilicina vſq; ad poplites deferebat.
Sanctitatem autem ſuam ſubtiliter oc-
cultabat: vt ſaluo honeſtatis rigore ſub de
centia veſtium ⁊ apparatu vtenſilium cō
formaret ſe moribus ſingulorū. Paupe-
ribus munificus elemoſynas conſuetas
quas eius predeceſſor duplicauerat. ipſe
etiam duplices duplicauit: ⁊ ad hoc om-
nes ſibi prouenientes decimas deputa-
uit. Quotidie .xiij. pauperum pedes ab-
luebat: ⁊ refectos datis cuilibet quattuor
argenteis remittebat. ¶ Sacerdos qui-
dam quotidie miſſā de beata virgine ce
lebrabat: eo ꝙ aliā dicere neſciebat: qui
accuſatus ab archiepiſcopo tanq̃ idiota
ab officio ſuſpenſus eſt. Cum ergo Tho-
mas cilicium ſuum aſſuendum ſub lecto
abſcondiſſet: vt hora captata ipſum laten
ter conſueret. Beata virgo ſacerdoti ap-
paruit: eiq; mandauit: vt ad archiepiſco
pum pergeret: eiq; diceret: ꝙ illa ob cu-
ius amorem miſſam dicebat: ciliciū eius
quod eſt in tali loco conſuerat: ⁊ ſetam
rubeam de qua illud conſuit pro ſigno di
miſerat. Illa ergo domina ſibi dicendo
mittebat: ꝙ preſbytero ſuo officium abla
tum reſtituere debeat. Quod ille audiēs
obſtupuit: ⁊ ita eē vt ſacerdos retulerat
inuenit: ac eidem celebrandi poteſtatem
conceſſit. ¶ Dum ergo rex henricus ar-
chiepiſcopum ad voluntatem ſuam infle
ctere vellet: vt ſcilicet conſuetudines
quaſdam: quas reges predeceſſores con
tra eccleſie libertatem habuerant: tam
archiepiſcopi q̃ epiſcoporum ſuffraga-
neorum omnium ſcriptura ⁊ conſenſu ex
preſſo firmaretur: negans hoc fieri bea-
tus Thomas conſtantiſſime: manifeſtā
in eis aſſerens libertatis eccleſiaſtice ſub
uerſionem contra ſe iram regis ⁊ princi-
pium non mediocriter incitauit. Quadā
autem vice ſic ipſe cum ſuis ſuffraganeis
epiſcopis eſt arctatus: vt ſibi mortis ſen
tentiam rex minaretur. Qui magnorū vi
rorum deceptus conſiliis conſenſum ver
botenus ꝑbuit: verū ex hoc cernēs aiarū

periculum ſeipſuꝫ mira penitētia afflixit: ⁊ ab altaris officio ſe ſuſpendit: donec a ſummo pontifice abſolutus fuit. Requiſiuit deniqꝫ rex: vt quod verbo dixerat ſcripto firmaret. Et dum contradiceret affectus eſt iniurijs ⁊ conuitijs ac dānis multimodis laceſſitus. Deinde occaſiōe contra eum captata pro adminiſtratione officij cancellarie coram ſeculari iudicio euocatur. Et dum nullo fori priuilegio nulla exceptione vel appellatione admiſſa contra ipſum ſeculares iudices ad regis inſtantiam ſententiam proferre vellēt. Sāctus dei crucem q̄ꝫ corde geſtabat manu protulit: ⁊ crucifixum interpellans diſceſſit clamantibus cunctis contra ipſum furem ⁊ proditorem ſuſpendio ⁊ incendio dignum. Cui nocte duo magnates ſecreto intimarunt: ꝙ in eius mortem multi proceres coniuraſſent: vir ergo ſanctus magis eccleſie q̄ꝫ ſibi metuēs: eo ꝙ cauſa nōdum pape innotuerat: ⁊ perſonalis perſecutio videbatur: fugam cepit: ⁊ parua nauicula cum duobus clericis mare tranſiens ⁊ ſenonas veniens a papa alexandro iij. ibidem reperto honorifice ſuſcipitur: ⁊ in monaſterio pontiniaceñ. commēdatur. Rex vero dum ad curiam romanam miſiſſet: vt legati aliqui mitterentur: qui cauſaꝫ huiuſmodi terminarent: a papa repulſam patitur: ⁊ ob hoc magis contra archiepiſcopum concitatur. Unde omnia q̄ erant ſancti martyris ⁊ ſuorum diripuit: ⁊ totam eius progeniem ⁊ amicos exilio damnauit: nequaq̄ꝫ deferens conditioni vel ſexui ordini vel etati. Nam ⁊ mulieres in puerperio: ⁊ infantes in cunis: clerici ⁊ laici iuuenes ⁊ decrepiti in exilium acti ſunt. Omnes qui poterant iuramēto aſtricti: vt ſe cantuarienſi epiſcopo preſētarent: vt paſſionis gladio perfoſſus animum ad regis votum inflecteret. Prohibitum quoqꝫ eſt clericis in toto regno ne quis per ipſo orationem in publico proferret. Que omnia chriſti martyr contemnens in conſtantia veritatis permanſit immobilis: ieiunijs quoqꝫ ⁊ orationibus intentus pro eccleſia ⁊ regno ɔtinuo exorabat. ¶ Poſt hoc miſit rex comminatoria quedam monachis pontiniaceñ. monaſterij per quoſdam abbates ordinis ciſtertieñ. Que dum ſanctus cognouit: nolens religioſis viris ſui occaſione diſpendiuꝫ imminere. inde ſponte receſſit: ⁊ ad Ludouicum regem francorum ſe contulit: qui eum humaniſſime tractauit. Deinde miſſo guilielmo ſenoñ. epiſcopo ad ſedem apoſtolicam procurauit: vt papa regem anglorum compelleret: quatenus archiepiſcopum ad eccleſiam ſuam redire permitteret. Interim rex in deſpectum archiepiſcopi procurauit: vt rugerius archiepiſcopus eboraceñ. in eccleſia cātuarieñ. henricum eius filiuꝫ coronaret. Dū ergo ſummus pontifex regi mādaſſet ſub excommunicationis ⁊ interdicti pena canonica quatenus archiepiſcopum redire permitteret: coactus rex aſſenſum prebuit ⁊ ſimulatam pacem cuꝫ archiepiſcopo tractauit. Sed antequam rediret ſibi a domino reuelatur: ꝙ ad eccleſiam ſuaꝫ cum gloria reductus: poſt modicum per martyrij palmam ad dominum eſſet migraturus. Et ſic poſt. vi. annos exilij ſui cōpletos redire conceditur: ⁊ a cunctis cuꝫ honore ſuſcipitur. Per aliquot dies ante ipſius martyrium iuuenis quidam defūctus: ⁊ poſtea miraculoſe ſuſcitatus dixit ꝙ vſqꝫ ad ſuppremum ſanctorum ordinem deductus ſedem vacuam inter apoſtolos vidit: quam cuidam ſacerdoti anglorum audiuit a domino reſeruatam. ¶ Rediens igitur paſtor nobilis dum adhuc iura eccleſie vt prius defenderet: ⁊ nec vi nec precibus flecti poſſet: maiorem regis indignationem incurrit: ⁊ magnatū aīos adhuc fortius ɔtra ſe accēdit. Et dū ex querela btī thome ſūmus ponti

ſet archiepiſcopū eboracen̄. excōmunicaſ ſet: eo ꝙ in eccleſia ſua auctoritate ꝓpria imo temeritate nepharia regis coronaſſꝫ filium: adeo cunctorum procerum animi contra ſanctum archiepiſcopum accenſi ſunt: ꝙ eius mortē quotidie procurabāt. Et procedente furore eccleſie ſue ſcepta edicto publico exire ꝓhibitus eſt. Die igi tur feſtum innocentium ſubſequēte quat tuor barōes cum militibus armati ad ec cleſiam ſuam veniunt: ⁊ archiepiſcopum requirunt. Et duꝫ monachi eccleſie fores clauderent: iuſſit eas reſerari: ⁊ hoſtibus futuris chriſti hoſtia mox occurrit: ſe pro deo mori paratum offerens ⁊ eccleſie li bertate. Eiſq; ex parte dei omnipotentis ⁊ ſub anathemate mādans: ne ſuorū cuiꝗ; leſioneꝫ inferrēt. Deo ⁊ beate marie ⁊ ſancto Dionyſio ⁊ eccleſie ſue ſanctis pa tronis ſeipſum cōmendās ⁊ eccleſie cau ſam. His dictis gladiis impiorum impe titur: ſacra capitis corona preciditur: cere brum cum ſanguine per pauimentum ec cleſie ſpargitur: ⁊ ſic martyr domini con ſecratur anno domini. M. clxxiiii. ¶ Dū ergo clerici corpus ī pheretro poſuiſſēt: et pro eo miſſam defunctorum inciperent. Angelorum chori aſtantes voces cantan tium interrumpunt: ⁊ officium martyris inceperunt: Letabitur iuſtus inchoant et ceteri proſequuntur. Et ſic martyrum ho nore venerandus: martyris reuerētia ho norifice tumulatur. Sepultuſq; eſt in ꝓ cioſo tumulo auro ⁊ gemmis decorato in eccleſia ſua ſignis ⁊ miraculis clarēs innu meris. Paſſus eſt aūt q̄rto cal. ianuarij.

¶ De ſcō Jeſſe patre dauid. Cap. XIIII.

IEſſe ſiue iſai pater dauid ꝓ phete ⁊ regis ⁊ filius obeth fi lii booꝫ ⁊ ſancte ruth moabi tis: in catalogo ſanctoruꝫ pa trum veteris teſtamēti iccir co ab hebreis ponitur: vt Joſephus ſcri bit: eo ꝙ talibus ⁊ tam ſanctis parentib⁹ genitus ⁊ tanti prophete pater fuiſſet ſan ctiſſimus arbitratur. Hic de tribu iuda ci uitatis bethleem indegena fuit: qui genu it ſeptem filios .ſ. heliab: aminadab: ſyma ba: nathanael: naddai: ⁊ aſon: minorem quoq; genuit dauid: qui erat rufus ⁊ pul cher aſpectu ⁊ decora facie: qui ſolus ex omnibus fratrib⁹ ſuis a ſpiritu ſancto ele ctus eſt: ⁊ a ſamuele propheta diuino iuſ ſu preuentus: atq; ex paſtorali officio ad regni gubernacula miraculoſe promot⁹: vt habetur primo regū cap. xvi. Jeſſe au tem patris dauid ſepulchrum apud be thleem mōſtrari Joſephus qui ſupra cō memorat.

¶ De ſancto Nathan ꝓpheta. Cap. XV.

NAthan propheta in diebus dauid ſpū ꝓphico claruit: ⁊ in diebus ſalomonis vi ta exceſſit: qui multa pfa tis regibus diuinitus reue lauit. Dauid eniꝫ a domino miſſus de ad ulterio in berſabee commiſſo redarguit: eiq; proditionem ⁊ homicidiuꝫ quod de vria fecerat patefecit. Et cum dauid com punctus ſe peccaſſe confeſſus eſt: domi num quoq; peccatum ſuum remiſiſſe mi ſericorditer nunciauit: eiq; penitendum indixit: ⁊ filium ex adulterio conceptum propter peccatum ſuum moriturum eſſe predixit: vt habetur libro regum. ii. cap. xii. Salomoni quoq; eo ꝙ deos adoraſ ſet alienos vaticinat⁹ eſt: vt hiſtoria ſcho laſtica tradit: ꝙ dominus aduerſario ſuo ⁊ ſeruo decem tribus ex regno traderet: eo ꝙ a domino receſſiſſet. Et ſi prophetia expreſſa nathan prophete conſcripta nō reperit̄: ꝙ tamen in quodā volumine ge ſta regis dauid ſcripſerit vltimo capitulo primi libri paralipomenō cōmemoratur. Hic propheta in catalogo ſanctorum ec cleſiaſtici. xlvii. cap. expreſſe ponitur inter alios pr̄es veteris teſtamēti: quos ſapiēs laudare diſponit. Hūc ſanctū ⁊ pcedentē

regi dauid prophete premiſi: quia eorum depoſitionis dies reperire nequiui.

¶ De ſcō Dauid rege ⁊ ꝓpħa. Cap. XV.



Dauid rex Iſrael ⁊ propheta non ſolum ab eccleſiaſtico capitulo .xlvij. ⁊ a ſancto mathathia primo machabeorum .ij. capitulo in catalogo ſanctorum cōnumeratur: ſed etiam ab apoſtolis ⁊ euangeliſtis ⁊ aliis doctoribus ⁊ diuinorum voluminuꝫ ſcriptoribꝰ multis ſanctificatus reputatur qui de numero illorum patrum creditur extitiſſe: qui cum domino reſurgentes beata etiā corporaliter immortalitate in celeſtibus veſtiri creduntur. Hic de tribu iuda ieſſe vel Iſai filius ciuitate bethleem oriūdus ex fratribus ſuis minimus a deo electus eſt: vt de paſtore gregis dux ⁊ pnceps fieret plebis: ⁊ repulſo ſaul a domino diuina iuſſione a ſamuele propheta in regem inunctus eſt. Et exinde ſpiritus domini a ſaul diſcedens in dauid directus eſt. Adeo vt quandocūqꝫ ſaul a maligno ſpiritu agitabatur: dauid in cithara pſallente mitius ferebatur. ¶ Poſt hec dum philiſtei iſrael impugnarent: ⁊ habentes ſecū gigantem goliath populum dei ad ſingulare certamen prouocarent: cunctiqꝫ gigantem impetere formidarent: ſolus dauid diuino agente preſidio in funda ⁊ lapide percuſſit eum: ⁊ proſtratum proprio gladio interemit. Propter quod ſaul inuidie liuore audiens qualiter cum victoria glorioſe ciuitatē eſſet ingreſſus: emulus eius factus: eumqꝫ omnibus diebus vite ſue perſecutus eſt: ita vt dauid hinc inde fugiente pluries vix euaſerit manꝰ eius: que omnia diffuſe traduntur in primo libro regum a capitulo .xvi. vſqꝫ prope finem. ¶ Deinde ſaul in mōte gelboe in pugna philiſtinorum cum ionatha eiꝰ filio interfectis: dauid conſulto domino cum achinoem iezrahelite ⁊ abigail oliꝫ vxore nabal carmelli coniugibus ſuis aſcendit in hebron: vbi a ſola tribu iuda inunctus in regem ab eadem in regno conſtitutus eſt: iſboſeth ſaul filio ſuper .x. tribus biennio regnante. Regnauit autem dauid in hebron ſeptem annis ⁊ ſex menſibus. Interfecto autem iboſeth filio ſaul proditorie in domo ſua: ⁊ omni parentela ſaul exterminata vniuerſe tribus iſrael venientes ad dauid in hebron vnxerūt eum tertio in regem ſuper iſrael vniuerſum: ⁊ extunc regnare pacifice cepit ſuper omnem populum hebreoruꝫ. Eratqꝫ annorum .xxx. quando regnare cepit ⁊ .xl. annis regnauit. In hebrō .vij. annis: ⁊ in hieruſalem .xxxiij. habuitqꝫ dauid filios qui nati ſunt ei in hebrō videlicet amnon de achinoe iezraelite cheleab de abigail vxore nabal: abſalon filium maacha filie ptolomai regis geſſur: adoniā filiū agith: ſaphtia filium abithal: iezra filium aegla. Hos quoqꝫ habuit qui nati ſunt ei in hieruſalem: ſamua: ⁊ ſobab: ⁊ nathan: ⁊ ſalomō: ⁊ biſbaal: ⁊ eliſua: ⁊ nephec: ⁊ iaphia: ⁊ eliſama: ⁊ elida: ⁊ heliphelec. Habuit quoqꝫ ioab principem militie ſtrenuum ⁊ victorioſum: ⁊ ſadoc ſummū conſtituit ſacerdotem hieruſalem quoqꝫ muniuit arce: que poſtmodum dicta eſt munitio dauid: que vocabaẗ mello. Habuit quoqꝫ dauid bellum cū philiſteis omnibus diebus: ⁊ percuſſit eos ⁊ humiliauit pluribꝰ victoriis obtemptis. Fecitqꝫ cunctas in circuitu nationes tributarias. Ita vt in omnibus ad que ingrediebatur proſperrime ei ſuccederēt: quia dominus erat cū eo: qui ⁊ regnum ſuum in ſempiternum firmauit. Arcam etiaꝫ domini que pluribus ānis fuerat i gabaa .i. i colle cariathiarim in domo aminadab cum multitudine populorum ⁊ ſacerdotū ⁊ magna pſal

lẽtiũ letitia tranſtulit in hieruſalẽ ⁊ eãq;
in tabernaculo domini collocauit. ¶ Sʒ
duʒ inimicos ſuos in circuitu per omnia
contriuiſſet: ⁊ populum in pace poſuiſſet:
voluit edificare templum domini: ligna-
q; ſibi miſſa per hiram regem tyri: ⁊ alia
plurima in edificium preparauit. Uerum
diuino reſponſo ad ſe facto ꝙ nõ ipſe ſed
filius eius naſcitur⁹ a domino preelectus
videlicet ſalomon templum eſſet edifica
turus ab opere deſtitit: tamẽ vaſa aurea
⁊ argẽtea ⁊ erea nõ modica fabricata i mi
niſterium domus ⁊ altaris fiendoꝝ dimi
ſit. ¶ Poſt hoc dũ dauid per manũ ioab
principis milicie haberet belluʒ contra fi-
lios amon inimicos dauid: ⁊ rex poſt me
ridiem deambulans in ſolario vidiſſet in
domo ſua berſabee vxorem vrie ethei ſe
lauantem que erat pulchritudinis elegã
tie: ⁊ eam adamaſſet vocatã ad ſe cogno-
uit illam: que ſtatim concepit. Quod ſen-
tiens dauid virum eius ab exercitu reuo
cauit: vt partus ſibi aſcriberetur: ⁊ ex hoc
mulier infamiaʒ euitaret. Queʒ poſt dies
aliquot ad exercitum miſit ſcribens ioab
litteras proditionis de morte vrie vt vxo
rem eius pacifice poſſideret: Uria quoq;
in bello defuncto: dauid vxorem eius in
domum ſuam itroduxit: ⁊ facta eſt ei cõ-
iunx. Ad quem de tãto ſcelere redarguẽ-
dum miſſus eſt a domino natan prophe-
ta. Uerũtamen quia dauid peccatum re-
cognouit ⁊ penitentiam agere propoſuit:
dominus ſibi ꝙ̃tum ad ipſius internitio-
nem peccatum remiſit: vltionem tamen
in mortem filij iam nati et in alias regis
perſecutiones cõmutauit. Rex autẽ poſt-
modum de berſabee genuit ſalomoneʒ:
eumq; ſibi ſucceſſurum in regno cuʒ iu-
ramento matri promiſit. ¶ Prima autẽ
perſecutio quã dominus in domo dauid
excitauit propter peccatum vrie fuit mu-
tua interfectio filiorum. Nã cum amnon
primogenitus eius thamar vterinam ſo-
rorem abſalonis inepto amore diligeret:
ſimulataq; infirmitate thamar ad fratreʒ
fouenduʒ acceſſiſſet: eã oppreſſit: moxq;
ſibi exoſam abiecit. Quapropter abſalon
fratrem odiens: poſt biennium ipſum ad
conuiuium inuitans doloſe occidit: ⁊ ad
auum ſuum maternum regem geſſur au-
fugit: cum quo per triẽnium ſtetit. Dein-
de conſilio ⁊ tractatu ioab diligentis ab-
ſalonẽ rex ipſum in hieruſalem reduxit vbi
⁊ biẽnio manſit: ꝙ regis faciem nõ vidit.
Tandem ioab interuentu eidem recon-
ciliatus filium ad gratiã reuocauit. ¶ Se
cunda diuina vltio facta in dauid fuit cõ-
ſpiratio filij contra eum. Nam cum abſa-
lon filius eius ex pulchritudine ⁊ fecũdia
populo dilectus aſpiraret ad regnum mi
ra ſagacitate ſolicitare cepit corda virorũ
⁊ populuʒ ſibi attrahere: intantum vt poſt
annos quatuor reuerſionis ſue recedens
de hieruſalem cum licẽtia patris ꝑtextu
ſoluendi quedã vota domino in hebron:
vſus cõſilio achitofelis olim conſiliarij re
gis: multis de populo ſecũ aſſumptis con
ſpirauerunt cõtra regẽ: ⁊ ꝯgregata multi-
tudine manu valida venit hieruſalẽ: quẽ
dauid timens cũ paucis fugam petijt. Et
dum abſolon cũ ꝑſequi decreuiſſet ꝯſilio
achitofelis: tãdẽ ipſum diſtulit inuaden-
dum ſuaſus achuſi abſalõ decipere cupiẽ
te. Inter que dauid fidelibus ſuis euoca
tis miſſo ioab contra abſaloneʒ ceſa mul
titudine ex proditoribus: abſalon fugiens
ſuſpenſus eſt capillis quercui inherenti-
bus: quem ſuperueniens ioab tribus lan
ceis interfecit ⁊ victoriam reportauit. Da
uid quoq; hieruſalem poſt menſes. vi. tri
umphator rediuit. Et deinde multis ha-
bitis victorijs contra philiſteos populuʒ
feliciter gubernauit. Et dum quaſi de re-
gno gloriaris: ⁊ de populi numeroſitate
ſuperbiens populum omnem iſrael di-
numerari iuſſiſſet: indignatus dominus
populum epidemia magna percuſſit. Ita

q̄ ſcd̄m Joſephum de mane vſq; ad ho-
ram nonam repētina morte.lxx.milia vi-
rorum de nobilibus ⁊.ccc.milia de ple-
beis ⁊ ruſticis in populo iſrael extīcti ſūt.
Et cum vidiſſet dauid angelum percuſſo
rem venientem hieruſalem ⁊ dominum
pro populo exoraſſet oblato ſacrificio: q̄e-
uit indignatio dei: angeluſq; manum con
tra hieruſalem continuit. Et deinde vſq;
ad vite ſue finez dauid in pace regnauit.
¶ Dum ſenectute nimia frigidatus cale-
fieri non poſſet: ⁊ abiſag ſunamitis puel-
la: vt ipſum calefaceret cum rege iaceret.
Adonias filius agith qui maior inter re-
gis filios remanſerat regnum ambiēs no
biliores quoſq; ad conuiuium inuitauit.
Uerum conſilio nathan prophete: berſa-
bee via ſecuz ad regem ingreſſa: promiſ
ſionem de regno ſibi factam pro ſalomo-
ne eidem cōmemorauit. Propter quod
dauid ſalomonem per manum ſadoch ſa
cerdotis aſſiſtentibus ſibi banaia princi-
pe militie ⁊ nathan propheta ⁊ militibus
dauid in regem inungi mandauit. Quod
adonias audiens ⁊ timens fugit in taber
naculum: donec ſibi ſalomon fidem pre-
ſtitit. Dauid autem rex ſalomonem aduo
cans regnum ſibi gubernandum commi
ſit: ⁊ de parendo mandatis domini pleni
us informauit: omnibuſq; diſpoſitis cum
quadragīta annis regnaſſet: dormiuit cū
patribus ſuis die.iiii.cal.ianuarii: vt bea-
tus ponit hieronymus: prout ⁊ ipſe reppe
rit in archiuis iudeorum. Sepultuſq; eſt
in ciuitate dauid: hoc eſt in arce ſion: licet
quidam aſſerant eum in horto in quo do
minus crucifixus ⁊ ſepultus extitit: fuiſſe
poſtmodum tumulatum. Hec omnia taz
in ſecundo libro regum per totum quā
in tertio vſq; ad cap̄ ii. ⁊ in primo parali
pomenon atq; in hiſtoria ſcholaſtica di-
ſtinctus traduntur vbi ⁊ latiori narratiōe
dauid geſta particularius legēti patebūt.
his modicis de multis ſubſtantialiter et
compendioſe collectis. ¶ Hic glorioſus
propheta domini diuino afflatus ſpiritu
centum ⁊ quinquaginta pſalmorum pſal-
terii volumē compilauit. In quibus ſub
dei laudibus et orationibus ſacris incar-
nationis ⁊ paſſionis ac reſurrectionis ce-
terorumq; beneficiorum chriſti myſteria
non tam prophetie oraculo futura predi-
xit: q̄ euangelico ſtilo quaſi iam geſta cō-
texuit. Qui liber inter cuncta diuine ſcri-
pture volumina: vti ſacramentorum no-
ui teſtamenti fecundus ⁊ laudum diuina
ruz hymnidicus: in officiis ac eccleſia fre
quentatur. Nam et eoſdem pſalmos di-
uerſis temporibus ⁊ modis: ipſe dauid cō
ditor nedum coram arca domini ſepiſſi-
me cecinit: veruz etiam per cantores q̄s
in domo dei ad celebrandum poſuit: de-
putatis diebus cantari conſtituit. Quem
quidem librum deuotiſſimū heroico car
mine in hebrea lingua vt tradit hierony-
mus compilatuz: primo a ſeptuaginta in
terpretibus de hebraico in grecum tranſ
latum. Idez hieronymus de greco inter
pretatus eſt in latinum: quod hodie dici-
tur pſalterium romanum: eo q̄ in roma-
na vrbe eccleſia eo vtitur. Quod poſtea p̄
fatus doctor in aliquibus emendauit: ⁊ il
lud emendatum cantari cepit in eccleſia
gallicana: dum tamē poſtea in vtroq; cō-
periſſet: defectus notabiles hebraicum
pſalterium de hebreo verbotenus ⁊ im-
mediate tranſtulit in latinum: quo licet
alicubi clerici non vtantur: ab eis tamen
qui linguam nouerunt hebraicam vt ve-
rior pre ceteris approbatur.

¶ De.ſ Dd̄ monacho ⁊ ↄfeſ. Cap̄. XVII.

DAuid monachus fuit: pri-
mo magnus latro in parti-
bus hermopolis: qui om-
nes tranſeuntes predaba-
tur habens ſecum triginta
ↄſocios. Tandez cōpunctus ad monaſte-
riū acceſſit: ⁊ ſe monachū fieri poſtulauit.
Quem

Quem dum abbas ⁊ fratres recuſarent eum iam ſenem videtes: ⁊ qualis fuerat ignoſcentes: cōminatur eſt illis: ꝙ niſi eũ ſuſciperēt monachum: eũ exciperent predatorem ⁊ inimicum: ita vt cũ ſocijs ſuis illuc rediēs omnes iugularet: ⁊ monaſterium euerteret. Sicqꝫ receptus ⁊ monachus factus in ſumma abſtinētia ⁊ humilitate viuebat: oēſqꝫ fratres numero. lxx. operantes iuuabat. Cui die quodã in cella ſedenti angelus apparēs nunciauit ei omnia peccata ſua dimiſſa. Quod dũ ille ſe credere nolle reſpondiſſet: ꝙ taꝫ immania ⁊ tot ſcelera deus ſibi tam cito dimiſiſſet. angelus eidem ſubiunxit: ꝙ eodeꝫ ſigno deus ipſum propter incrudelitateꝫ percuteret quo ꝑcuſſus fuerat Zacharias vt. ſ. ex illo die ſemper mutus exiſteret: q̄ ſigno diſceret omnia poſſibilia apud deũ Cumqꝫ de hoc ille conquereretur: maxime quia mutus exiſtēs pſallere vel orare non poſſet: angelus ei dixit: ꝙ ex tunc extra pſalmos ⁊ dei laudes omnio ligua ei⁹ liganda foret. Ex quo die officium quidē dicebat: ⁊ orandi poteſtatē habebat: aliud vero verbum omnino proferre non poterat: q̃ in eius ſanctitatis teſtimonio plurib⁹ claruit ſignis. hec in vitis patrũ.

¶ De ſcō Trophino epo. Cap. XVIII.

TRophinus epiſcopus ⁊ cōfeſſor diſcipulus apoſtolorum Petri ⁊ Pauli: cuius meminit Paulus apoſtolus ſcribēs ad timotheuꝫ: ab eodem apoſtolo epiſcopus ordinatus ciuitati arelateñ. ad predicandum chriſti euangelium primus directus eſt. Ex cuius fonte vt papa zozim⁹ ſcribit: tota gallia fidei riuulos accepit. Qui doctrina et miraculis clarus quieuit in pace. iiij. cal. ianuarij. Quo etiaꝫ tempore ſanctus creſentius eiuſdem pauli diſcipulus viennaꝫ peruenit: ibiqꝫ miraculis effulſit.

¶ De ſcis Sabio ⁊ ſocijs mar. Ca. XIX.

SAbinus epiſcopus cũ exuperantio ⁊ marcello diaconibus ⁊ venuſtiano cum vxore ⁊ filijs paſſi ſũt apd̄ aſſiſium ciuitatem tempore maximiani imperatoris. Qui beatus epiſcopus cum duobus diaconibus ſuis exuperantio ⁊ marcello a venuſtiano auguſtali tuſcie in ciuitate aſſiſiua tētus: dũ ad ſacrificia ſuaderetur. petijt ſibi deos ꝑfidis preſentari vt eis immolaret. Ille vero ſtatuam iouis ex precioſo corallio ſibi adduci fecit. Quam ſanctus in terraꝫ eliidens confregit. Propter quod iuſſu venuſtiani manus eius preciſe ſunt. Deinde duos diacones fecit in equuleo leuari diuque fuſtibus cedi: ⁊ latera eoruꝫ vnguibus radi: ⁊ ignem ſubterponi. Tunc ambo ſpiritum emiſerunt. Quorum corpora in fluuium iactata a piſcatoribus p̄ſbyteris collecta iuxta viam ſepulta ſunt Sabinus vero in carcere clauſus: nocte a ſerena matrona fouebatur: que manus eius truncas ꝓ reliquijs reſeruabat. Cuius ⁊ nepotem cecũ illuminauit: quo miraculo quingenti gentilium ad chriſtum conuerſi ſunt. Poſt hoc dum venuſtian⁹ preſes oculis grauiter langueret. Sabinum ad ſe adductum cum honore rogabat: vt ſicut nepotem ſerene illuminauerat: ſic ⁊ ſe ab oculorum paſſione ſanaret Quem ſanctus ſabinus penitentia eideꝫ impoſita cum vxore ⁊ duobus filijs conuertit ⁊ baptizauit: eumqꝫ ab infirmitate liberauit. Hoc audiēs maximianus imperator miſit illuc lucium tribunuꝫ. Qui venuſtianum cum vxore ⁊ duobus filijs chriſtum confitentes decollauit. Sabinũ vero ad ciuitatem ſpoletanam adductuꝫ tam diu plumbatis cedi fecit: donec ſpiritum exhalaret. Cuius corpus vna cum manibus ſerena ſepeliuit. Horum omnium paſſio colitur. iij. calen. ianuarij.

¶ De ſ. Liberale epo ⁊ marty. Ca. XX.

Liberalis epiſcopꝰ cannen̄.
q̄ ciuitas eſt apulie : paſſus
eſt ſub hadriano imꝑatore
Quē pater ciuis romanus
nobilis ſenator eleutheriꝰ
nomine decedens commēdauit euāthie
vxori ſue. Illa vero chriſtiana puerū cui/
dam ſancto ep̄o tradidit ſacris litteris in
buendum. Epiſcopus vero liberalē erudi
tum: cum eſſet ānorū .xvi. ad diaconatuꝫ:
deinde annorū .xviii. ad ſacerdotiuꝫ pro/
mouit. Et cum multis iam ſignis clareret
eundem annoꝝ .xx. ciuitatis cannen̄. epi/
ſcopum ordiauit ad populi preces. Imꝑa
rator vero veniens romam: audita libe/
ralis fama: miſſo felice comite ad canen/
ſem ciuitatem iuſſit eum ſibi romam ad/
duci. Sanctus vero felicē ad deum con/
uertit: ⁊ veniens ſecum romaꝫ in via ba/
ptizauit. Preſentatꝰ igit̄ hadriano: dum
chriſtum libere confiteretur ſuper lectuꝫ
ereum extenſus igne ſuppoſito. cum ſic ꝑ
horam manſiſſet: imperator eum ſolui ꝑ/
cepit. Et videns ipſum immobilē in cra/
ticula oleo peruncta: prunis ſubterſtra/
tis eū poni fecit: ſtatimq; ignis diuinitꝰ
extinctꝰ eſt: ⁊ craticula tepefacta. Deide
miſſus in ſartaginem oleo plenam ⁊ adi/
pe liquefactis: quaſi in rore permanſit.
Tunc de conſilio cerberi perfecti impa/
tor ipſum in furnū accēſum miſit ſudibꝰ
ferreis circumpoſitis ⁊ oleo ſuper infuſo.
Et cum permanſiſſet illeſus cerberus cō
uerſus eſt ad chriſtum: quem imperator
in eodem clibano mitti fecit: qui ⁊ ipſe
permanſit inuſtus. Imperator vero cer
berum decollari mandauit: cui vnda ſan
guinis pro baptiſmate fuit: liberalis vero
diebus pluribus in cuſtodia detētus inde
eductus mittitur in amphitheatrum laxa
ta ſibi leena: que ſancti pedibus prouolu
ta: eū omnino nō tetigit. Inde dimiſſus
eſt ſibi leo ferociſſimꝰ: q̄ ⁊ ipſe eū nō tan/
gēs circūplexus ē ſcm̄: ꝑpter quod mul/
ti paganoꝝ in dn̄o crediderunt. Et aliis
quidem hec magicis artibus aſcribenti/
bus aliis chriſti virtuti: orta ſeditiōe plus
quam quingēti gentilium interfecti ſunt.
Quod audiens imperator euꝫ gladio ani
maduerti iuſſit. Mater vero euanthia q̄
ipſum rome ſecuta fuerat dū ſuper corpꝰ
filii rueret deprehēſa ab imperatore ꝙ eſ
ſet chriſtiana: ab eodē in confeſſiōe fidei
⁊ ipſa pariter decollatur. Quorum corpo
ra ciues cānen̄. ad ſuam ciuitatem trāſtu/
lerunt: ⁊ ibidem honorifice condiderūt.
paſſi ſunt autem iii. calen. ianuarii.

¶ De. ſ. Felice p̄p. tercio ⁊ cõfeſ. Cap. XXI.

Felix papa ⁊ ꝯfeſſor huiꝰ no/
minis tertius in epiſcopatu
ſucceſſit Simplicio pape q̄
felix fuit natione romanꝰ ex
patre felice p̄ſbytero de re/
gione faſciole: ⁊ ſedit ānis. viii. menſibꝰ.
xi. diebus .xvii. Hic fecit baſilicam ſancti
agapti iuxta baſilicam ſcī Laurētii. Hic cō
ſtituit eccleſias ab epiſcopo cōſecrandas:
⁊ ꝙ accuſato dāde ſunt inducie: vt ad re/
ſpondendū preparare ſe poſſit. Et ꝙ accu
ſatores ⁊ iudices tales eē debeant ꝙ om
ni careāt ſuſpitione. Sub huius epiſcopa/
tu venit relatio de grecia. Petrum alexā
drinuꝫ p̄ſbyterum ꝑpter hereſiꝫ damna/
tum ab achacio conſtantinopolitano ep̄o
reuocatum. Qui papa facto concilio dāna
uit achacium cum petro. Poſt annos ite/
rum tres venit relatio ab imperatore Ze
none: vt penitens rediret achacius. Pa/
pa vero miſit meſſenum ⁊ vitalem epi/
ſcopos: vt ſi inuenirent complicem petri
achacium iterum damnarent eos: ſi non
offerrent libellū penitētie. Corrupti ſunt
autem pecunia ſupradicti epiſcopi: ⁊ non
fecerunt ſecundum preceptuꝫ ſedis apo/
ſtolice. Tunc felix fecit diſcuſſionem et
inuenit ambos epiſcopos pecunia corru
ptos ⁊ eiecit eos a communione vna cuꝫ
achacio ⁊ petro: Hoc factuꝫ eſt tempore

oldouacri regis. Hic fecit ordinatiões du
as p mēſem decēb. p̄ſbros. xxviii. diaco-
nes. v. ep̄os p diuerſa loca numero. xxxi. I
q̄ ſepultus eſt in baſilica bti pauli apoſto-
li. iii. cal. ianuarij tēpore Zenonis impato
ris. Et ceſſauit ep̄atus dies quinq̄.

¶ De. ſ. Siluestro pp̄. ꝛ ↄfeſ. Ca. XXII.



Silueſter papa huius nomis pri
mus natiōe roman⁹ ex
p̄re rufino: melchiadis
pape ſucceſſor ſedit an
nis vigititrib⁹ mēſibus
vndeci. Hic a matre iu
ſtina xp̄iana poſt patris
obitū traditus eſt cyrino p̄ſbytero: a quo
ſacris litteris eruditus ꝛ ipſe p̄ſbyter or-
dinat⁹: hoſpitalitatē ſummope exercebat
vnde ꝛ thimotheū chriſtianū ab ātiochia
venientē hoſpitio ſuſcepit. Qui poſt annū
predicās xp̄m martyriū paſſus eſt: vt di
cetur in eius paſſione. ij. calen. ſeptēbris.
Sed dū tarquinius p̄fectus qui thimothe
um occiderat: ei⁹ diuitias a ſilueſtro ipſius
hoſpite requireret: poſtq̄ ſilueſtrū huius
facti neſciū cōperit: eum ſacrificare prece
pit: ꝛ imolare renuētē cedi fecit: ꝛ in car
cerem trudi: cōminans eidē omnia gene
ra tormētorū. Quē ſilueſter in ipſa nocte
moriturū p̄dixit: quod ꝛ factum eſt. Naꝫ
dū tarquinius cenaret: os piſcis in ei⁹ gut
ture verſatū ipꝫ nocte media ſuffocauit:
ꝛ ſilueſter mane a populo de carcere libe
ratur. ¶ Uerū dum perſecutiōe cōſtan
tini impatoris adhuc gētilis melchiades
papa p martyriū ad xp̄ꝫ migraſſet. Silue
ſter p̄ſbyter q̄uis diu renitens ab oī cle
ro ꝛ populo in ſummū pōtificem electus
eſt: q̄ fide feruētiſſimus ꝛ ſapientia ac cō
ſilio clar⁹: charitate diffuſus etiā a gentili
bus amabatur. Hic omniuꝫ orphanoꝝ vi
duarum ꝛ pauperū nomina in matricula
habebat: ꝛ omnib⁹ neceſſaria p̄uidebat.

Conſtituit quartam ꝛ ſextaꝫ ferias ꝛ ſab
batum ieiuniis obſeruandas: quintaꝫ ve
ro feriam quaſi dominicum celebrandā.
Greciſq̄ dicentibus chriſtianis ſabbatū
potius qua quintam feriam celebrandū:
reſpondit ſilueſter hoc fieri non debere:
quia eſt traditionis apoſtolice: ꝛ quia do
minice debetur compaſſio ſepulture: qui
te vero ferie dignitatem oſtendit: quia
eo die dominus celos aſcendit: ꝛ ſacra
mentum euchariſtie inſtituit: et eccleſia
criſma conficit. ¶ Dum autem conſtan
tinus imperator chriſtianos perſequere
tur: in incurabilem cecidit plagam lepre.
Cui pontifices idolorum deorum reſpō
ſo conſuluerunt: vt tribus milibus infan
tibus adductis romam eorum ſanguine
piſcina repleatur: in quem calidum im
perator balneandus deſcendens a lepra
protinus mundaretur: quod et decretuꝫ
eſt. Egrediente autem conſtantino ad lo
cum vbi balneum parari debebat infan
tium occidendorum: matres puerorum
ei obuiant que reſolutis crinibus miſe
rabiliter vlulabant. Quod videns im
perator abhorruit facinus: et iuſſit ſtare
carrucam: ꝛ erigens ſe facundiſſima ora
tione populum allocutus eſt. Oſtendens
qualiter dignitas imperij romani de fon
te naſcitur pietatis: que hanc etiam le
gem dedit: vt capitali ſententie ſubdere
tur quicumq̄ in bello aliqueꝫ occidiſſet
infantem: quod amplius auguſtū adim
plere decebat: multiſq̄ rationibus pſua
ſit a tanto omnimode facinore deſiſtēdū.
Et dum in eius laudem populus dictum
principis approbans acclamaſſet matri
bus pueros cum multis donis reſtituit:
ipſe vero ad palatium rediit. Nocte igi
tur inſequente eidem beati petrus ꝛ pau
lus apoſtoli in ſomnis aſtiterunt: et quia
innocentis ſanguinis effuſionem exhor
ruerat: ſe miſſos a domino dicunt: dare i
patori recuperāde cōſiliū ſanitatis: admo

nentes vt ſilueſtrū vrbis rome epiſcopū:
qui perſecutiones ſuas fugiēs in montē
ſoractem cū ſuis clericis latitat: ad ſe in
troducat: qui ſibi piſcinam pietatis oſten
det: et qua lotus ⁊ mūdus a lepra pariter
aſcēdet. Jn cuius beneficij viciſſitudinē:
xp̄o credens idolorū tēpla deſtruat: ⁊ ec-
cleſias erigens. deinde vere fidei cultor
exiſtat. Euigilās cōſtātinus ꝓ ſilueſtro ad
montē ſoractem miſit. Qui videns mili-
tes credidit ſe ad martyriū euocari: ⁊ ſo-
cios hortans cum ſuis p̄ſbyteris ⁊ cleri-
cis ad imꝑatorem acceſſit. Cui aſſurgēs
eum gratanter recepit: a ſilueſtroq̄ reſa-
lutatus narrauit ei ſui ſomnij viſionē: ꝑ-
cūctati vero q̄ eſſent illi dij qui ſibi appa-
ruerant: qui vocant̄ petrus ⁊ paulus. Sil
ueſter reſpondit illos eſſe xp̄i apoſtolus ⁊
non deos: ⁊ ad preces imperatoris miſſo
diacone apoſtolorum imagines preſen-
tari fecit. Quas vt imꝑator aſpexit: illos eſ
ſe qui ſibi apparuerant exclamauit: nec iā
differendam pietatis piſcinam in qua lo
tus poſſet a lepra mūdari. Cui ſanctus ſil
ueſter piſcinā hanc baptiſma ſacrū expo
ſuit: ⁊ imꝑatorem de xp̄i fide diligenter
inſtruxit: cathecuminū fecit: ⁊ biduanū
ſexte ferie ⁊ ſabbati ieiunium ei indixit:
⁊ vt carceres aperiret cōmōuit. Ueſpere
ergo ſabbati in palatio lateranenſi intra
thermas imꝑatoris balneū iuſſit prepara
ri: ⁊ fontem benedixit: ↄſtantinumq̄ ve
ſtibus exutū firmiter credētē in aquā de-
merſit ⁊ baptizauit: vbi ⁊ mirabilis emi-
cuit ſplendor lucis: ſicq̄ cōſtantinus a le-
pra mētis ⁊ corporis de fonte mūd⁹ aſcē
dens: xp̄m ſe vidiſſe teſtatus eſt. Qui pri
ma ſui baptiſmi dei hāc legem dedit: vt
xp̄s tāquā verus deus ab omni vrbe ro
mana coleret̄. Deinde per duodecim dies
ſubſequentes ſingulis diebus ſingulas ꝓ
tulit leges i fauorē xp̄iane fidei ⁊ eccleſia-
ſtice libertatis: de q̄bus in ei⁹ hiſtoria tra
ctabit̄. xij. cal. iunij. ¶ Poſt h̄ edificatis

baſilicis ſaluatoris iuxta ſuum lateranē.
palatiū ⁊ ap̄loꝝ petri ⁊ pauli lateranenſe
palatiū pape conceſſit: romanā eccleſiā
cunctaꝝ eccleſiarum matrē eſſe ↄſtituit:
⁊ ſedē apoſtolicā multis inſignib⁹ priuile
gijs decorauit. Multaſq̄ in vrbe eccleſi-
as fabricauit. ¶ Hec poſt q̄ helena ↄſtā
tini mater bithynie conſiſtens audiuit: ꝑ
litteras laudat filiū de relicta cultura ido
loꝝ: ſed ipſū increpat: q̄ relicto deo iu
deoꝝ in crucifixū hoiem credat. Reſcri-
bit auguſtus vt ad ſe veniēs iudeoꝝ ma-
giſtros adducat: vt ex diſputatiōe mutua
appareat fides vera. Duxit igit̄ helena. cxl
doctiſſimos iudeoꝝ: inter quos erāt. xii.
ſapientia p̄ceteris rutilātes. Qui ad diſpu
tandum coram imꝑatore cū ſilueſtro cō
uenerunt: ſtatutis duob⁹ philoſophis gē-
tilibus ſapiētiſſimis ⁊ iuſtiſſimis cratōe
⁊ zenophilo ad quos tāquā iudices parti
um pertineret ſentētia dicendoꝝ. Nomi
na autem ſapientū iudeoꝝ ſunt hec abia
thar: ionathas: godolias: āna: doeth: chu-
ſi: beniamin: aroel: Jubal: athā: ſileō zam
bri. Cum quibus ſilueſter ſolus diſputās
fidem chriſti euidētiſſimis rationib⁹ com
probauit: ⁊ ex ſentētia iudicū iudeos mi
rabiliter cōfutauit. Et dum de mutuo cō-
ſenſu partiū ad miraculorū experientiā
vētum eſſet: vltimus ex iudeoꝝ ſapienti-
bus zābri qui erat magus iactauit ſe no-
men ineffabile dei ſcire cuius virtutē au
dire non valet aliquod animal: quin cōti
nuo moriatur. Et cum adductus fuiſſet
taurus ferociſſimus vix a. C. hominibus
tractus: ſtatim vt zambri in aure tauri
verbum protulit: taurus mugiens eiectiſ-
q̄ oculis expirauit. Judeis ergo ſilueſtro
inſultantibus. Sanctus hoc nomen non
dei ſed demonis eſſe oſtendit: cuius pro
latione viuentes mortificantur ex eo q̄
nomen veri dei virtutē habet etiā mor-
tuos ſuſcitandis. Cumq̄ zambri ad tau-
rum ſuſcitandum a iudicibus vrgeretur

⁊ ille econtra tauri ſuſcitationem virtuti
ieſu chriſti ſi poſſet: referet: ſeq; cum ſuis
crediturum extinde promitteret: ſilueſter
oratione premiſſa chriſti nomine inuoca-
to: non ſolum taurum mortuum excita-
uit: quin etiam de ferociſſimo manſuetiſ-
ſimum remiſit. Sicq; reginā ⁊ iudeos ac
iudices ⁊ multos de populo ad fidē chri-
ſti conuertit. ¶ Poſt hoc dum ad impe-
ratoris aures veniſſet draconē in fouea q̄
dam latere qui ex quo ipſe fidez chriſti re
ceperat: operante diabolo pluſq̄. ccc. ſo-
lo flatu peremerat: ⁊ imperator hoc ſan-
cto pontifici retuliſſet. Ille ad dominum
orauit ⁊ ſe draconem alligaturuz obtulit.
Cui beatus petrus apparuit: ⁊ vt ſecurus
ad draconem deſcenderet imperauit: ac
vt ipſius os filo ligaret in chriſti nomine
monuit. Deſcendens ergo ſilueſter in fo-
ueam duobus ſolum presbyteris aſſum-
ptis per. cl. gradus duas ſecum ferens la
ternas. Ibi draconis ſibilātis os vt ei iuſ-
ſum fuerat alligauit: ⁊ vſq; ad diem iudi-
cij ibidem incluſit. Et aſcendēs duos ma
gos repperit qui eum ſecuti fuerant vt vi
derent quid ageret ne populum decipe-
re poſſet: quos draconis flatu fetido pe-
ne mortuos ſecum eduxit incolumes at-
q; ſanos. ¶ Deinde cōſtantinus impera-
tor romanam prouinciam cum tota vrbe
dei eccleſie donauit: ⁊ byzantiuz mutato
nomine ꝯſtantinopolis reedificauit iſtuc
q; imperium tranſtulit. Et beatus ſilue-
ſter in vrbe remāſit. ¶ Huiꝰ ꝑcepto aſſēti
ente imꝑatore ꝯſtātino ⁊ preſidēte con
cilio in nicea bithynie ciuitate celebrata
eſt prima ſynodus. cccxviij. patrum qui
fidem catholicam expoſuerunt: ⁊ multa
decreta conſtituerunt. In quo cōcilio ſil
ueſter epiſcopus oſio epiſcopo cordubē.
⁊ victori abilateñ. vices apoſtolicas com-
miſit vbi ⁊ damnati ſunt arrius photinus
⁊ ſabellius heretici ⁊ eorū ſequaces. In
vrbe vero roma cum auxilio auguſti cele
brauit ipſe concilium. cc. epiſcoporū vbi
eoſdem hereticos damnauit. ¶ Hic con
ſtituit criſma ab epiſcopo confici: ⁊ vt epi
ſcopus baptizatum conſignet propter he
reticam ſuaſionem: ⁊ vt baptizatum ſta-
tim ⁊ a fonte leuatum liniat criſmate pre
ſbyter in vertice propter mortis periculū.
Conſtituit etiam vt nullus laicus clerico
crimen audeat inferre: ⁊ vt romanus pre
ſul a nullo iudicetur: ⁊ vt presbyter nō cō
demnetur niſi ſub. xl. teſtium certa com-
probatione. Et vt minoris ordinis maio-
rem nullus poſſit accuſare: ⁊ vt clericus
ante laicos non iudicetur: ⁊ vt nullus cle
ricus propter cauſam quamlibet in curi-
am introiret niſi in eccleſia tantū. ¶ Hic
conſtituit vt diaconi dalmaticis vterent̄:
⁊ vt ſacrificium altaris non in ſerico ne-
q; in panno tincto niſi tantum in linteo
terreno procreato ⁊ mundo celebretur:
ſicut ⁊ corpus domini noſtri in ſindone
munda ſepultum eſt. Conſtituit etiaz vt
ſiquis deſideraſſet in eccleſia militare vl'
proficere: vt eſſet lector dies. xxx. exorci-
ſta. lx. acolythus annos. iij. Subdiaconus
annos. v. diaconus. vij. presbyter annos.
iij. probatus: ⁊ ſic in epiſcopum conſecra-
retur. Conſtituit inſuper vt ſiquis mor-
tis reus ad eccleſiam ꝯfugeret iudicium
mortis euadat: ⁊ alias multas conſtitu-
tiones decreuit. Qui poſt op̄a multa lau-
dabilia quieuit in pace. ij. calen. ianuarij.
imperante conſtantino circa annum do-
mini. cccxc. ſepultuſq; eſt rome iuxta pa-
latium octauiani in loco qui dicitur ad ca
put ⁊ ceſſauit epiſcopatus dies. xv.

¶ De ſancto Barbatiano preſbytero ⁊ confeſſore. Ca. XXIII.

BArbatianus preſbyter cum
timotheo preſbytero de an
tiochia venit romaz: qui ſa
nantes egrotos multa mi-
racula operabantur. Quo-
rum famam audiens galla

placidia auguſta: que tunc cū filio ſuo va-
lentiniano imperatore rauēne reſidebat:
cum eodem principe venit romā ad pre
dictos dei famulos viſitandos. Honorio
altero imperatore eiuſdem filio tunc me
diolani degente. Dum ergo regina romā
perueniſſet: inuenit thimotheū preſbyte-
rum ad chriſtum migraſſe. Barbatianus
vero in cimiterio ſancti calixti morabat̄
occulte ieiuniis ꝛ orationibus intentus.
Qui ab auguſta requiſitus ꝛ cognitus ro-
gatus eſt ab ea vt quandam eius ancillaꝫ
oculoꝝ grauem langorem patientē ſana-
ret. Cui ille ſudarium ſuū miſit: eiuſq; cō
tactu oculi ancille ſanati ſunt. Deinde gal
logenē quendam imperatoris famulum:
qui de ſcala cadens pedeꝫ contriuerat li-
berauit. Theodoꝝ quendam cecum illu
minauit: ꝛ alia plura miracula fecit. Quē
multis precibus auguſta galla ꝛ filiꝰ eius
valentinianus imperator ſecum rauēnaꝫ
duxerunt: vbi iuxta palatiuꝫ edificauit ec
cleſiam ſancti ioānis baptiſte: ꝛ cenobiū
monachoꝝ conſtruxit. Sed dum regina
eccleſiam ſancti ioānis euangeliſte a fun-
damentis erexiſſet: quaꝫ in eius nomine
conſecrari volebat: ꝛ affligeretur multuꝫ
eo ꝙ nullas reliq̄as beati apoſtoli ibi po-
nendas habere poſſet: orantibꝰ nocte bar
batiano ꝛ regina: apparuit ſancto dei bea
tus euāgeliſta altare thurificās: ſanctuſq;
preſbyter reginam que aliquātulum dor-
mitauerat excitauit: que etiam euangeli-
ſtam conſpiciens dum ꝓpius feſtinaſſet:
vt pedes eius teneret: ipſe diſparuit vnū
tamen ex ſandalibus in manibus augu-
ſte reliquit: quod ibideꝫ repoſitū pro ma-
gna reliquia conſeruatur. Poſt hec dum
theodoram quādam nobilem a fluxu ſan
guinis liberaſſet: ꝛ ob hoc illa virum dei
frequentaret: vrſitius vir eius zelotypie
ſpiritu ductus barbatianū ſummo mane
ad eccleſiam tendenteꝫ occidere voluit:
qui educto gladio ꝛ erecto brachio ita de
tentus eſt ꝛ factus imobilis: ꝙ nec loqui
potuit nec brachium deponere: nec inde
ſe mouere donec clara die inuentus pec-
catum ſuum cunctis confeſſus eſt. Quie-
uit aūt ſanctus in pace. ij. calen. ianuarij
ſepultus in mōaſterio ſuo ab auguſta gal-
la ꝛ a ſancto petro archiepō: vbi ꝛ quie-
ſcit miraculis coruſcans.

¶ De ſancta Columba virgine et mar-
tyre. Ca. XXIIII.

Columba virgo paſſa eſt in
ciuitate ſenonen̄. ſub aure-
liano iperatore. Qui apud
ipſam vrbem reſidens vir-
ginem ſibi delatam vt chri-
ſtianam teneri fecit. Que dum ſacrifica-
re nollet: nec nubere: iuſſu iperatoris ad-
ducta eſt ad locum publicum meretricuꝫ
vt omnibus ſibi illudere volētibus expo
neretur. Ad quam dum iuuenis quidam
laſciuus nomine baruchā eſſet ingreſſus:
vrſa ferociſſima de cauea fugiens illuc ac
ceſſit: ꝛ ipſum apprehenſum ad terrā ſtra
uit: intendens in colūnam: nutibus quo
dāmodo interrogans quid iuberet: ſꝫ ea
mandante iuuenis ſine leſione dimiſſus
conuerſus eſt. Urſa vero ante ianuam ſe
ponens: neminē ingredi permittebat qđ
audiens imperator ignem circa cellaꝫ ac
cendi fecit. Urſa autem iubente virgine
per tectū aſcendens aufugit. Moxq; im
ber ab aphrico veniēs ignē extinxit. Quā
aurelianus extra ciuitatem adductam de
collari mandauit. Sepultaq; eſt apud ſe-
non̄. ii. calen. ianuarii.

¶ De ſanctis Sauiniano ꝛ ſociis epiſco
pis ꝛ martyribus. Ca. XXV.

Sauinianus: potētianus: ꝛ al-
tinus epī fuerunt ex ſeptua-
ginta duobus diſcipulis xp̄i
miſſis a beato petro apoſto-
lo ad gallias ad ꝑdicādum.
Ubi ſauinianus primas totius galliarum
prouincie cōſtitutus verbo ꝛ exēplo vna

cum ſibi adiunctis ſociis populum inſtā ter docebat: ⁊ multa miracula faciebat. Sed dum apud ſenoñ. predicaret: tentus ab infidelibus pro chriſti nomine decollatus eſt: ibiq; tumulatus: cui ſucceſſit in epiſcopatu potentianus: qui ⁊ ipſe verbo predicationis inſiſtens: poſt modicū tp̄s martyrium paſſus eſt. Corpuſq; eius auibus ⁊ feris expoſitum diuina gratia intactum permanēs: a fidelibus recollectum vna cum sauiniani corpore ſepultū eſt. ij. calē. ianuarij: vbi multa miracula in egrotantium mēbris ⁊ obſeſſis a demonibus deus operabatur. Poſt quos paſſi ſunt ēt ſancti altinus ſerotin⁹ ⁊ eodardus: ſepulti apud martyres prefatos. Quoꝝ omniū corpora poſtmodum a ceuilone eiuſdem vrbis antiſtite tranſlata ſunt in beati petri baſilicā contiguā anno dñi. Dccc.xl.vij. vij. calen. ſeptēbris tp̄e Jothbarij ⁊ ludouici ⁊ caroli imperatoꝝ. Ubi audite ſunt voces angelice deo gratias agēte.

¶ De ſcō Odilone abbate. Ca. XXVI.

Odilo abbas cluniacēſis floruit tempore othonis. iij. cuius vitā ſcripſit vgo cluniacenſis. Qui aluernia natus militis filius: adbuc infans omnium membroꝝ impos ex egritudine factus incedere nequibat. Dum autem die quadã nutrix alijs intenta: eū iuxta ianuam eccleſie beate virginis reliquiſſet: puer quaſi diuino inſtinctu manibus ⁊ pedibus reptans eccleſiã intrauit altare petijt ⁊ ſe ſtudens erigere aram cō tingens ſanitatem mox recepit. Igitur in adoleſcētia ſua primo factus eſt clericus eccleſie ſancti iuliani matris in aluernia: de hinc ſub ſancto maiolo abbate cluniaceñ. monachus effectus in ſancta conuerſatione quadriēnio viuens: defuncto maiolo abbas a monachis electus eſt. Qui inter cetera eius ſanctitatis inſignia: nulla cura vel ſolicitudine potuit prohiberi: quin quotidie celebraret. Unde in extremis poſitus adraldum monachum fecit calculare quot miſſas celebraſſet. lvj. annis quibus monaſteriū rexerat: quaſi de his a domino iuxta numerum preciũ recepturus. Pauperibus compatiēs manu largiſſima tribuebat: vt etiam famis tp̄e ſacra vaſa: ⁊ coronas ab imperatore oblatas eccleſie ⁊ diſtraheret: ⁊ pecuniam ſuſceptam erogaret. Beatã quoq; dei genitricem in ſumma deuotione habebat: ⁊ vitam artiſſimam obſeruabat. Hic puerum cecū a natiuitate illuminauit. ¶ Dū in. xl. ad menſam ederet panē cineribus inuolutum: aquam a miniſtro in potum petiit: illeq; obtulit. Et dum ſanctus vini ſaporem guſtaſſet: miniſtrum q̄ ſibi vinū porrexiſſet redarguit. Iterumq; aquam ſibi de fonte allatam in vinum cōuerſam guſtando cognouit. ¶ Apud ticinū latro velamen alteris eius furatus vendere ipſum nullatenus in foro potuit: ⁊ rediens manū aridam repente ſenſit: furtūq; reportans ⁊ veniam petēs orōne ſancti ſanitatem meruit. ¶ Dum Odiolo ticinū feſtinaret: flumē intumeſcēs: q̄d cuncti vadare timebāt ſine luſione cū ſuis trāſiuit: q̄d dū quidā alij attentarēt vix euaſerūt. Sequenti nocte apud quēdã hoſpitatus eſt: vbi lucerna accēſa vento extinguit: ⁊ dū vir ille odilonē iuocaſſet celeſti luce tota nocte dom⁹ illuſtrat. ¶ Ueniēs aūt ad mōaſteriū ſancti marcelli mr̄is fluuiū inundantē mirabiliter īpetuoſū cū oib⁹ trāſuadauit ⁊ cete ris vſq; ad femora madefactis: q̄d etiā p̄ter naturã fuit: aq̄ ſibi adbuc maiori miraculo vix vſq; ad talos attinxit. ¶ In monaſterio ſancti martini apud ſtratā publicā receptus cū omniū copiā aduesēdū exceptis piſcibus hēret piſces modicos allatos bñdixit ⁊ iuſſit apponi. Et cum eſſent multi diſcumbentes oēs inde abūdant refecti ſūt: ⁊ adbuc pluꝛima ſupfuerūt. ¶ Rome ēt degēs apud

monaſterium dei genitricis qđ eſt in mō
te auentino dum vinū ſibi ⁊ ſocijs habilē
defuiſſet: vaſculuꝫ melioris vini ſibi obla
tum eſt: de quo oībus abundanter infuſo
cunctis ad ſufficientiaꝫ fuit adeo vt nihil
alicui defuerit neqꝫ ſupfuit. ¶ Apud tau/
rinū q̇dam febricitans dum aquā lotiōis
manuū odilonis collectā guſtaſſet conti-
nuo a febre liberatus eſt. In mōte iouia-
ni pauperibꝰ ꝑegrinis ſitientibꝰ obuians
vinū modicū qđ in flaſcone hēbat ꝓpina
ri iuſſit: ⁊ oībꝰ potu ſatiatis vas poſtmodū
plenū repertū fuit. ¶ Imperator hēricus
cuppam vitreā damaſceno opere pulcher
rime depictā ſibi ꝑſentādaꝫ miſit: quā dū
fratres mirarent̄ nuncio adhuc ꝑſente de
manu vnius caſu cecidit ⁊ confracta eſt.
Odilo igit̄ timens ne ex hoc impator con
tra fratrē indignaret̄: fragmēta collegit ⁊
oratiōe fuſa cuppā reītegrauit. ¶ Hic pri
mus diuina reuelatiōe feſtum cōmemo/
rationis defunctoꝝ poſt feſtiuitatē oīum
ſcōꝝ celebrauit: ⁊ toti ſuo ordini celebrā-
dum indixit. Benedictus papa decimus
qui cum multo honore rome ſuſcepat de
functus apparuit ioāni epō portuenſi di-
cens ꝙ eterne pene dānatꝰ eſſet: niſi odi/
lonis merita ⁊ oīones obſtitiſſent. Sꝫ tñ
dudum in purgatorio cruciatus: ſperabat
eius precibꝰ ad paradiſuꝫ trāſire. Que dū
ioānes epūs abbati intimaſſet: odilo ꝓ aīa
pape ꝑ ſeipm orauit: ⁊ cunctis fratribꝰ or/
dinis idem ipoſuit. Et poſt dies modicos
eldeberto monacho papa bñdictus appa
ruit nimiū fulgens: cū maximo cetu mira
biliter reſplendēte aſſociatus. Qui odio-
lonis monaſteriū ingreſſus eideꝫ gratias
egit: aſſerēs ſe ipſius ⁊ eius ordinis ſuffra
gijs a penis purgatorijs liberatū. ¶ Ante
fere quinquēniū finis vite ſue graui mor-
bo cruciatus eſt. Mortiqꝫ ꝓximus diabo
lum ſibi aſſiſtentē terribiliter increpauit
cur ante ſe venire ꝑſumpſerit: moxqꝫ ma
lignꝰ diſceſſit. Sicqꝫ ſacra ſumpta cōīone

anno domini. M.xlviij. etatis autem ſue
lxxvij. ordinatiōis vero ſue. lvi. quieuit in
pace. ij. calen. ianuarij. ¶ Eadeꝫ hora fra-
tri gregorio monacho velut ſtella ſplen-
dens apparuit: ſeqꝫ ante conſpectū domi
ni beata vita gaudere nunciauit. Cuius
corpus in ipſa eccleſia ſepultū eſt miracu
lis clarens. ¶ Hic plures elegātes ſermo
nes cōpoſuit: qui a fratribus eius ordinis
ſepius per annum leguntur.

¶ De circūciſione dñi nr̄i. Ca. XXVII.



Circunci/
ſio dñi noſtri calen. ia-
nuarij quattuor ex cau
ſis ab eccleſia inſtituta
videt̄ videlꝫ. ¶ Pro-
pter feſti natiuitatis re
petitionē. ¶ Propter
xp̄i aſſumptaꝫ circūci/
ſioneꝫ. ¶ Propter eīs ſanguinis primaꝫ
effuſionē. ¶ Propter noui noīs īpoſitio/
nem. ¶ Primo ergo celebrat̄ ꝓpter nati
uitatis dñi repetitionē. Nam iſtud feſtuꝫ
improprie vocat̄ octaua natiuitatis. Naꝫ
quia xp̄i natiuitas tendebat ad mortem.
Ideo iꝓprie octauaꝫ hr̄e dicit̄. Obitus
eniꝫ ſcōꝝ ideo octauā habēt: qꝛ ipſi tūc na
ſcunt̄ ea natiuitate que eſt ad vitā eternā
quā octaua reſurrectiōis ſignificat. Eadē
rōne videt̄ ꝙ natiuitas virginis ⁊ ioānis
baptiſte iꝓprie octauā habēt. Similiter
nec reſurrectio dñi: qꝛ iam facta erat ipſa
reſurrectio in re. Sed nota: qđ ē octaua.
¶ Supplectiōis. ¶ Venerationis. ¶ De/
uotionis. ¶ Figurationis. ¶ Octaua ſup
pletionis ſiue repetitiōis eſt octaua nati-
uitatis: inqꝫ ſupplemus: qđ minus in fe-
ſto factuꝫ fuerat. ſ. officiū de ꝑturiēte. Vñ
⁊ oīo ⁊ reſpōſoria dici ꝑtinent ad puerpe-
ram virginē: ⁊ officiū miſſe in qua in qui/
buſdam eccleſijs cantat̄. Vultū tuum ⁊c.
¶ Octaua veneratōis ē octaua paſche pē
tecoſtes: natiuitas dñe nr̄e ⁊ ioānis bapti

ſte. ¶ Deuotiõis vt cuiuſlibet ſci pñt fieri
octaue. ¶ Figuratiõis ſunt octaue inſtitu
te de ſcis: que ſignificãt octauaꝫ future in
eis reſurrectiõis: vt ẽ octaua ſci ſtephani:
ioãnis euãgeliſte: laurẽtii: ⁊ apoſtoloꝝ ⁊c.
Eſt ergo iſtud feſtũ nõ octaua natiuitatis
ꝓprie: ſed repetitio ſiue ſuppletio illiꝰ fe
ſti. ¶ Scdo pp̄ a xp̄o aſſumptã circũciſio
neꝫ: quã xp̄s pp̄ ſex cauſas aſſummere vo
luit. ¶ Primo rõne ſui. ſ. vt verã carnem
aſſumpſiſſe oſtẽderet: vt ex hoc cõfunde
ret errorẽ manicheoꝝ dicẽtiũ: xp̄m corpꝰ
fantaſticũ habuiſſe. Corpus eniꝫ fantaſti
cuꝫ nec mutilat̃: nec ex eo ſanguis effun
ditur. ¶ Scdo rõne nr̃i. Nam qꝛ ſm au
guſtinuꝫ. Ois xp̄i actio nr̃a eſt inſtructio:
ideo circũciſus eſt in carne: vt nos circũci
di deberet monſtraret in mẽte: ⁊ etiã ex
terius in ope ⁊ ſermone. Circũciſio auteꝫ
nr̃a exterior debet eſſe in habitu: ne ſit no
tabilis. In ſermone ne ſit reprehẽſibilis.
Et in actione ne ſit cõtemptibilis: vt ſ. cir
cuncidatur viſus a ſuperflua viſione: au
ditus a ſuperflua auditione ⁊c. Interior
autem ſimiliter debet eſſe. In cogitatio
ne vt ſit ſcã. In affectione vt ſit pura. Et
in intentione vt ſit recta: col. ij. Circũciſi
eſtis circũciſione nõ manufacta in expo
liatione carnis: ſꝫ circũciſione xp̄i. ¶ Ter
tio rõne iudeoꝝ: vt inexcuſabiles eſſent.
Si eniꝫ circũciſus nõ fuiſſet: iudei ſe ex
cuſare potuiſſent dicẽtes: diſſimilis es pa
tribꝰ: ideo nõ recipimꝰ te. ¶ Quarto rõ
ne demonũ: ne myſteriũ incarnatiõis co
gnoſcerẽt. Cũ eniꝫ circũciſio ſit cõtra pec
catũ originale: credidit diabolus ⁊ hunc
ſimiliter peccatorẽ eſſe. Eadẽ rõne voluit
matrẽ deſponſatã habere: vt crederet dia
bolus ieſum a ioſeph genitũ eẽ. ¶ Quĩto
rõne perfecte iuſtitie adimplende. Sicut
enim baptizari voluit: ſit oẽm iuſtitiã ad
impleret: ſic etiã circũcidi: vt eandem no
bis humilitatẽ oſtenderet. ¶ Sexto rõne
legis adimplende ſiue approbande. Quõ
enim diceret: nõ veni ſoluere legem: ſed
adimplere: ſi circũciſionem reſpuens ſta
tim a mandati ſolutione cepiſſet: vt dicit
Ambroſius. ¶ Põt addi ⁊ ſeptia rõ: qꝛ. ſ.
octaua die circũciſus eſt: vt ſpũaliter in
nuat: q in octaua reſurrectionis ab oĩ pe
na ⁊ miſeria circũcidemur. Et hoc hꝫ de
notare circunciſio: que fiebat octaua die:
vt qꝛ mundi decurſus ſex etatibꝰ deuol
uit̃: ſeptima etas morientiũ: octaua reſur
gentiũ: in qua pfecta erit circunciſio facta
in carne nr̃a: in qua oẽs defectus ⁊ miſe
rie precident̃. ¶ Cauſe aũt quare circũci
ſio data fuit: ſunt ſex: que his verſibꝰ con
tinent̃. Cauteriũ: ſignũ: meritũ: medicia
figura. Exempluꝫ fuit olim circũciſio du
ra. ¶ Tertio pp̄ ſanguinis xp̄i primã effu
ſionẽ. Hodie enim xp̄s ſanguinẽ ſuũ pro
nobis fundere cepit: qui ipm pluries vi
delicet qnq̄ vicibus pro nobis effunde
re voluit. ¶ Prio in circũciſione: qd̄ fuit
nr̃e redemptõis initiũ. ¶ Scdo in oꝛone
qd̄ fuit nr̃e redemptiõis ꝺſideriũ. ¶ Ter
tio in flagellatione: qd̄ fuit nr̃e redẽptiõis
meritũ: qꝛ liuore eius ſci ſumꝰ. ¶ Quar
to in crucifixione: qd̄ fuit nr̃e redemptio
nis pciũ: tũc enim que nõ rapuit exoluit.
¶ Quinto in lateris aptione: qd̄ fuit nr̃e
redemptiõis ſacramẽtũ. Inde eni exiuit
ſanguis ⁊ aqua: qd̄ figurauit nos per aquã
baptiſmi mũdari debere: qd̄ hꝫ efficaciaꝫ
a ſanguine xp̄i. ¶ Quarto celebrat̃ ꝓpter
noui nominis impoſitionẽ: quia vocatuꝫ
eſt nomen eius ieſus. ¶ Hoc aũt nomen
apparet mirabile. ¶ In figura. ¶ In ſcri
ptura. ¶ In opatura. ¶ Primo in figu
ra: figuratum enim fuit hoc nomen in io
ſeph filio iacob: de quo dicitur geñ. xlj. qꝛ
pharao appellauit nomẽ eius lingua egy
ptia: ſaluatorem mundi: q autẽ ieſus ſal
uator interpretetur: oſtenditur mathei. j.
Uocabis nomen eius ieſum. Ipſe enim
ſaluũ faciet populum ſuum a peccatis eo
rum. Joſeph igitur qui ſaluator a pharao

ne fuit appellatus: figurabat chriſtuz: qui
a deo patre ieſus: ideſt ſaluator eſt noia-
tus: vt ſicut ioſeph a fratribus vendit⁹ tri
ginta argenteis: egyptum. i. tenebras a tē
poralis famis oppreſſione liberauit: ⁊ po
pulum collecto frumento refecit. Sic ie-
ſus ſaluator a iudeis emptus totidez nū-
mis: ſeculum iſtum tenebroſuz a ſpiritua
lis inedie tabefactione redemit: ⁊ popu-
lum celeſti pane hoc eſt ſuo ſacratiſſimo
corpore ſatiauit. Et ſicut ille factus eſt do
minus egypti: ⁊ ieſus factus eſt iudex to-
tius ſeculi. ❡ Item figuratuz eſt hoc no-
men in ieſu filio num: qui alio nomine di
citur ioſue: qui fuit ſucceſſor moyſi in po-
puli hebreoruz ducatu. Ut ſicut ille popu
lum dei per deſertum educens: eundem
ad terram promiſſam introducere nequi
uit: quod ſucceſſor ei⁹ ieſus adimpleuit:
ſicqꝫ per allegoriam moyſes quidem po-
pulo dei legem dedit: ipſum autem ſalua
re non potuit: nec ad promiſſam terram
viuētium introduxit: quod ieſus ſaluator
moyſi ſucceſſor legis gratie lator effuſo
ſanguine ſuo perfecit. Et ſicut ille aperto
iordanis flumine populum ad terram ꝓ-
miſſam induxit: ſic ⁊ ieſus iſte patefacto
baptiſmate: quod ad litterā in eodem flu
uio habuit exordium in chriſto populum
ſuum ad eternam gloriam immiſit. ❡ Itē
figuratum eſt in ieſu ſacerdote magno: q̄
poſt captiuitatē babylonicam populuz in
hieruſalem reducens: templum reedifi-
cauit primo eſdre. v. Figurabat enim ie-
ſum: qui eſt ſacerdos in eternum ſm or-
dinem melchiſadech: qui poſt diaboli ca-
ptiuitatem populum redimens ad hieru
ſalem celeſtem: que eſt mater noſtra per
ſuum ſanguinem reportauit: ⁊ templum
militantis eccleſie propter peccatum ho-
minis dirupte refecit. ❡ Secundo in ſcri
ptura: hoc eſt ineffabile nomen domini:
quod grece dicit̄ tetragramaton: a tetra
quod eſt. iiij. ⁊ grāma littera ⁊ on. deus:
quaſi deus. iiij. litterarū: quod in lamina
aurea dei precepto ſculptū: in fronte ſum
mi ſacerdotis pendebat. Et cum inter. x.
nomina hebraica: quibus deus nomina-
tus eſt: nullum reperiatur. iiij. litteraruz:
quod non ſit plurimū vel paucior: ſolum
hoc nomē ieſus: in hebreo. iiij. litteris in-
ſcribit̄. ſ. ioth: he vau he. His enim litte-
ris nomen dei ineffabile tetragrāmaton
ſcriptum fuit: que. iiij. littere in lingua no
ſtra ſonant principium vite: paſſionis iſte.
q̄ſi dicat̄ ꝙ iſte ieſus ꝑncipiū vite paſſiōis
i. ꝑ paſſionē. Cū enim hebreoruz gram-
matica prepoſitiōibus careat loco prepo-
ſitionum: que ſeruiunt accuſatiuo caſui:
ponūt genitiuū. ❡ Tertio in operatura:
vnde dicit petrus rauēnas. Hoc ē nomē:
quod dedit cecis viſum: ſurdis audituz:
claudis curſum: ſermonez mutis: vitam
mortuis: totamqꝫ diaboli poteſtatem vir
tus huius nominis de obſeſſis corporib⁹
efugauit ⁊c. ❡ De carne autem circūciſio
nis domini dicitur: ꝙ angelus eam caro
lo magno detulit: ⁊ ipſe eam aquiſgrani
in eccleſia beate virginis collocauit: quā
poſtea fertur tranſtuliſſe carolum. Nunc
aūt dr̄ eſſe rome: in capella lateranenſi:
que dicitur ſcāſcōꝝ: vnde ibidem ſcriptū
legitur. Circuncisa caro chriſti: ſandalia
clara. Ac vmbilici viget hic preciſio cara.

❡ De ſancto Baſilio epiſcopo ⁊ confeſſore. Ca. XXVIII.

Baſilius eps ⁊ doctor greco-
rum: cuius vitam amphilo
chius iconii eps ſcripſit: de
ceſarea capadocie oriūdus
ſeptēnis a parentib⁹ ſtudijs
philoſophie traditus: ſtuduit apud athe-
nas: cum gregorio nazanzeno: ⁊ iuliano
⁊ libanio in doctrinis grecis. Cūqꝫ in ſcri
pturis illis ad ſenſum ſuum creatorē in-
uenire non poſſet: eidem nocte orāti quī-
dam ſplendor illuxit: ⁊ induxit eū ad per-
luſtrandum totius religionis ſcripturas.

Profectuſqꝫ in egyptum: ſacrarum litte-
rarum ſtudio ſe exercitans: iam mente
chriſtianus: reuerſus in greciam: multis
philiſophis viam ſalutis oſtendit. Inter
quos eubolum preceptorem ſuum diſpu
tantem redarguit. Cum quo triduo ſine
cibo continue permanēs: ſecumqꝫ de di-
uinis conferens: eum conuertit. Qui om
nibus ſuis pro chriſto erogatis venerūt
antiochiam: vbi ⁊ libanio ſophiſte ⁊ diſci-
pulis eius chriſtum predicauerūt. Inde
venientes hieruſalem ab epiſcopo maxi-
mino baptiſmuꝫ petierunt: qui eos ſecuꝫ
duxit ad iordaneꝫ. Dumqꝫ baſilius ſignū
fidei a deo peteret: venit ſup eos lux im-
menſa ſicut fulgur ⁊ columba ex fulgure
deſcendens turbauit aquam ⁊ auolauit.
Ibiqꝫ baptizati antiochiam reuerſi ſunt:
vbi ſub meletio epiſcopo baſilius diaco-
nus ordinatur. Deinde venerunt ceſareā
vbi euſebio epiſcopo diuinitus reuelat:
baſilium ſibi in epiſcopatu ſucceſſurum:
quod non multo poſt eo decedente factū
eſt. ¶ Quāte ſanctitatis extiterit iſte ſan-
ctus effrē heremite in viſu monſtratum
eſt. Uidit enim in extaſi poſitus colum-
nam ignis: caput cuius ad celum pertin-
gebat: ⁊ vocem deſuper audiuit: ꝙ talis
eſſet magnus baſilius: veniēs ergo ad ci-
uitatem die epiphanie: vt tantum virum
videret: cum ipſum conſpexiſſet in pon-
tificali apparatu: ⁊ cōitiua clericorum ve-
nerabiliter procedentem: deſpexit eum
admirans hominem tanto honore ⁊ con
ſtipatione poſitum eſſe columnaꝫ ignis.
Quod baſilius per ſpiritum cognoſcens
eum ad ſe accerſiri fecit: de cogitatione
redarguit: viditqꝫ effrem linguam igneā
loquentem per os eius: ⁊ compūctus ve-
niam petiit. Cumqꝫ ab eo petiuiſſet: qua-
tenus vt grece loqueretur: quam linguaꝫ
penitus ignorabat: ſibi a deo impetraret:
quāuis difficile videretur: baſilius pro eo
orauit: ⁊ ꝯfeſtiꝫ grece loqui cepit. ¶ Ere
mita quidam alius pontificaliter proce-
dentem baſilium contempſit: arbitrans
ꝙ in tali pompa plurimum delectaretur.
Cui de celo vox facta eſt: ꝙ ipſe magis
peccabat ex delectatione quam habebat
in palpando caudam catte ſue: qꝫ baſi-
lius in omni apparatu ſuo. ¶ Ualens im
perator fautor arrianorum eccleſiaꝫ quā-
dam catholicis ablatam contulerat arria
nis. Ad quem vir ſanctus acceſſit: ⁊ ip-
ſum de eius iniquitate magnanimiter re
darguere cepit. Cui poſt multa verba im
perator conceſſit: vt amore catholicoruꝫ
remoto: ipſe ſecundum iuſtitiam inter
partes ſententiam ferret. Epiſcopus ve-
ro conuocatis partibus iuſſit: vt fores
eccleſie clauderentur: ⁊ vtriuſqꝫ partis
ſigillo munirentur: ⁊ ad quorum oratio-
nes aperirentur ſua eſſet. Quod cum om
nibus placuiſſet: orantibus arrianis per
triduum ianue ſemper eiſdem clauſe mā
ſerunt. Tunc baſilius proceſſione ordi-
nata venit ad eccleſiam: ⁊ facta oratione
leui ictu baculo ſuo fores tetigit dicens:
Tollite portas principes veſtras ⁊c. Et
continuo apertis ianuis: reddita eſt ec-
cleſia catholicis. Cum imperator baſiliū:
nec muneribus: nec precibus: nec com
minationibus corrumpere poſſet: vt di-
citur in tripartita: dum ſententiam de ip
ſius exilio ſcribere vellet fractis tribus
calamis ſucceſſiue: ipſe tremorem ma-
gnum incurrit: ⁊ ſic chartaꝫ fregit ⁊ a ſcri
benda ſententia deſtitit. ¶ Nobilis qui
dam nomine heraclius filiam ſuam vni-
cam deo uouerat: in cuius amorem in-
ſtigante diabolo vnus ex ſeruis exarſit:
⁊ impoſſibile videns: vt ad amplexus
filie domini ſui poſſet accedere: cuidam
mago pecuniā magnam promiſit: ſi tali-
ter ageret: ꝙ puella ſibi conſenſum pre-
beret. Qui ſcriptam epiſtolam ad diabo-
lum iuueni tradidit: ⁊ vt nocte inter ſe-
pulchra gentiliū accederet monuit: ⁊ de-

mones vocaret: atqꝫ carthaꝫ in aere exal
taret: ⁊ ſic demonibus ſibi apparentibus
obediret. Que dum iuuenis perfeciſſet:
adeſt princeps tenebrarum cum multitu
dine demoniorum: ⁊ lecta epiſtola iuue-
nem interrogat: ſi chriſtum negare para-
tus erat: Qui dum chriſto ⁊ chriſtiane fi-
dei abrenunciaſſet: ⁊ abnegatiõis ſue chi
rographum diabolo tradidiſſet: princeps
demoniorum ſpiritum fornicationis ad
puellam miſit in amorem iuuenis inflam
mandam. Que dudum vexata miſerabili
ter clamare cepit: ⁊ patri diceret: ꝙ aut
ipſam ſeruo in coniugeꝫ traderet: aut ſei-
pſam occideret. Pater igitur anxius ⁊ fi-
liam perdere dubitans: de conſilio amico
rum ipſam ſeruo ſuo manumiſſo in vxo-
rem dedit: ⁊ maximam dotem conceſſit.
Et dum dudum inſimul permanerẽt: ad-
uertit vxor: ꝙ vir ſuus nec ſe ſignabat: nec
eccleſiam introibat. Et dum huius cauſã
ſollicite per dies plurimos requiſiſſet: q̃s-
uis dudum ſibi veritatem negaſſet: eidẽ
tandem cuncta que ſibi contigerãt enar-
rauit: ⁊ puella ſuperinde baſilium conſu-
lendum adiit. Qui puerum vocans: ⁊ oĩa
ab eo audiens: interrogauit: ſi ad chriſtũ
redire vellet. Cui ille reſpondit: ꝙ vellet
libenter: ſed non poterat: quia abnegatio
nis ſue chirographuꝫ diabolo fecerat. At
ſanctus eum in domino cõfortauit: ⁊ cru-
ce ſignatum per triduum incluſit: poſtea
eum viſitauit: qui magnas demonum in-
feſtationes ſe pati dicebat: eo ꝙ ipſũ mo-
leſtantes chirographum ſibi oſtendebãt.
Cui ille dans eſcam modicam: iterũ euꝫ
ſignauit: ⁊ incluſit: ac pro ipſo iugiter deũ
orauit. Et poſt aliquot dies iterum ad eũ
veniens: ab eo percepit ꝙ clamores eoꝝ
a longe audiebat: eos tamen nõ videbat:
iterumqꝫ ipſum reficiens abiit: ⁊ pro eo
orauit: ⁊ die quadrageſimo rediens audi
uit: ꝙ viderat ſanctum pro ſe pugnanteꝫ:
⁊ diabolum vincenteꝫ. Quẽ baſilius edu
cens: vocato clero ⁊ populo. ⁊ factis leta-
niis: puerum in eccleſia ducebat: quẽ de-
mones ab alia parte trahebant. Tunc cla
mante puero: baſilius demones increpa-
uit: eoſqꝫ dudum conquerentes effuga-
uit. Et dum ipſe cuꝫ omni populo in ora-
tione perſeueraſſent: ecce ſcriptum iuue-
nis per aera in manibus baſilii conuola-
uit quem ille iuueni oſtenſum lacerauit:
⁊ abſolutum ac cõmunicatum ⁊ bene in
ſtructum vxori reſtituit. ¶ Mulier que-
daꝫ omnia peccata ſua in ſcedula ſcripſe-
rat: ⁊ eam baſilio dederat: ſupplicans vt
pro ſe oraret: vt deus ſibi peccata dimit-
teret. Qui dum pro ea oraſſet: omnia pec
cata preter vnuꝫ grauius de charta dela-
ta ſunt. Quam baſilius ad effrem heremi
tam miſit: vt eius oratione peccatum il-
lud deleri poſſet. Tunc effrem eam ad
baſilium tanquã ſanctiorem remiſit: ⁊ vt
veniens feſtinaret admonuit: eo ꝙ dubi
tabat: an ipſum viuum inuenire poſſet.
Rediens ergo mulier virum dei defun-
ctum repperit: qui iam ad tumulum por-
tabatur. Et dum lamentabiliter fleret: ⁊
ſcedulam ſupra corpus defuncti poſuiſſꝫ:
iterum eam aperuit: ⁊ peccatum deletuꝫ
aſperit. ¶ Dum autem ſanctus dei egro-
taret infirmitate: qua ⁊ deceſſit: quidaꝫ ꝓ
bus medicus iudeus ioſeph nomine euꝫ
viſitabat: quẽ ſanctus ſe conuerſuruꝫ pre
uiderat. Sed duꝫ in extremis poſitus eſ-
ſet: Joſeph ex motu pulſus ⁊ aliis idiciis:
eum ipſo die moriturum nouerat: famu-
lis ſecreto nunciauit: ⁊ vt neceſſaria ſepul
ture pararent cõſuluit. Quod ſanctus per
ſpiritum audiens: hoc eſſe futurũ eo die
oĩno denegauit: ⁊ ioſeph aliter eſſe ĩpoſſi
bile ↄſtãter affirmauit: aſſerẽs ſe velle mo
ri: niſi baſili⁹ eo die ſole occidẽte occũbe-
ret. Tunc ſcũs eũ interrogat: ſi vult mori
pcõ ⁊ viuẽ chro: ſi die ſequẽti vſqꝫ ad ſex-
taꝫ horã ſupuiuẽt: qđ ⁊ ioſeph ſe ſcũꝝ ſpõ
det. Btũs ãt baſili⁹ q̃uis nãlit il lico mo-

riturus eſſet: oratione nõ tantum mortis
inducias ꝙ͠ conualeſcentiã a chõ impe/
trauit: ⁊ vſq; in craſtinũ ad horam nonã
ſupuixit: maneq; hora tertia de lecto ſur/
rexit: ad eccleſiã ꝓpriis pedibus acceſſit:
⁊ ioſeph conuerſum baptizauit: ⁊ rediẽs
ad lectum hora nona ſpiritũ feliciter emi
ſit calen. ianuarij tempore iperatoris gra
tiani: ſepultuſq; eſt in eccleſia ſua. ¶ Hic
contra eunomium inſignes elaborauit li
bros. De ſpirituſancto volumen egregiũ.
In exameron homelias nouem. Epiſto/
las breues: varioſq; tractatus. Ad euchi/
tas epiſtolam vnã contra hereticos. De
incarnatione domini librũ vnum. Uitaʒ
balaam ⁊ ioſaphath. Cõtra iulianum apo
ſtatam libros fortiſſimos. De generibus
peccatorum inquiſitionem librum vnũ.
De fide catholica ad ãphilocũ iconij epm
librũ vnũ. Scripſit ẽt regulã monachoꝝ:
q̃ vtunt̃ armani: ⁊ alia mlta opuſcula fec.

¶ De. ſ. Martina vg. ⁊ mar. Ca. XXIX.

Martina vgo ⁊ martyr rome
ex parte cõſule nata: ibidẽ/
q; ſub alexãdro imperato/
re paſſa eſt. Que ab eo vt
chriſtiana comprehẽſa: ad
apollinis ſacrificiuʒ inuitatur: Et dũ oraſ/
ſet: pars templi cũ idolo cecidit: ⁊ demõ
per aera ſicut fumus clamans euanuit.
Quã alexander alapis ceſam ab octo vi/
ris binatim ſibi ſuccedẽtibus vncinis fer/
reis attrahi fecit. Qui videntes quatuor
angelos virginem confortantes conuerſi
ſunt: propter quod ⁊ ipſi ſuſpenſi: ⁊ vngui/
bus lacerati: demum decollati martyriũ
conſumauerunt. Deinde virgo chriſti ſu/
ſpenſa: ⁊ poſt hoc in quattuor palis exten/
ſa gladiis conciditur: ſed ceſoribus ſubi/
to decedentibus carceri traditur: vbi ab
angelis viſitata confortatur: ⁊ celeſti cibo
reficitur. Indeq; educta in templo arte/
midis ſtatuitur: ⁊ immolare compellitur
Sed corruente idolo et fugato demone
iterum circa mamillas vnguibus laniat̃.
Iterumq; in carceratur. Deinde in am/
phitheatrum ducta beſtijs ſubijcitur. Cu/
ius pedibus leo procidit manſuetus. Et
dum inde educta fuiſſet: ideʒ leo mox eu
menium alexandri cognatum interfecit.
Iterum poſt duos dies ſuſpenſa: ⁊ vngu
lis raſa: atq; decaluata eſt. eo ꝙ virtutem
maleficiorum capillis ineſſe putabãt. Et
duʒ in templo dei recluſa fuiſſet ſola: ido/
lo corruente: audite ſunt voces angeloꝝ
concinẽtium a paganis. Quod imperator
comperiens: ipſam extra vrbem ductam
iuſſit decollari. Et ſtatim maxio terremotu
ccxxx. gẽtiles ↄuerſi ſũt. Cui⁹ corp⁹ calixt⁹
papa cũ ſuis clericis ſepeliuit cal. ianuarij

¶ De. ſ. Cõcordio pſbo ⁊ m. Ca. XXX.

Concordius pſbyter ⁊ mar/
tyr paſſus eſt ſpoleti tẽpo/
re antonini iperatoris. Hic
ex patre gordiano chriſtia/
no rome ort⁹: a ſancto pio
vrbis epiſcopo preſbyter ordinatus ⁊ do/
ctus eſt. Qui cũ via ſalaria habitare apud
ſanctuʒ eutycetem: tentus a torquato co/
mite tuſcie: qui verſabat̃ ſpoleti: cũ chri/
ſtum confiteretur: ⁊ ſacrificare nollet: car/
ceri traditus eſt. Ubi a ſanctis eutycete ⁊
antimo epiſcopo amicis torquati de eius
conſenſu viſitatus ⁊ confortatus fuit. In/
de eductus equuleo ſuſpẽditur ⁊ torque/
tur. Et dum conſtãter in fide perſiſteret:
iteruʒ carceri mancipatur: ⁊ fame triduo
maceratur. Nouiſſime cum ſtatue iouis
eideʒ in ergaſtulo preſentate thurificare
renueret: a duobus ſatellitibus ibidẽ de/
collatur cal. ianua. Sepultus in loco vbi
aq̃ plures emanãt: iux̃ ciuitatẽ ſpoletanã.

¶ De ſcõ Almachio mar. Cap. XXXI.

Almachius martyr rome
martyrium paſſus eſt. Qui
cum ſacrificantibus genti/
lib⁹ diceret: hodie octaue
dñici diei ſunt: ceſſate a ſu/

Digitized b

perſtitionibus idolorum: iubẽte vrbis p̄fecto captus: ⁊ a gladiatoribus occiſus eſt cal. ianuarii: vt dicit̃ i martylogio adonis.

¶ De.ſ.fulgẽtio epo ruſpẽſi. Ca. XXXII

Fulgẽtius epiſcopus ruſpẽſis: ex patre fulgẽtio ⁊ matre marchiana nobilibus i ciuitate tholeto hiſpãie natus eſt. Qui grecis ⁊ latinis litteris non mediocriter eruditus in annis iuuenilibus a fauſto epiſcopo in exiliũ relegato monachalem habitum ſuſcepit. Hic primo ab arrianis multas inſidias ⁊ perſecutiones perpeſſus ⁊ aliquando duriſſime ceſus eſt. Deinde effectus abbas monaſterij ſui: eadem arriana peſte creſcente ab eodem cenobio effugatus ſed auxiliãte chriſto poſt tempus aliquod reductus in epiſcopum ruſpenſem electus fuit. Qui verbo ⁊ exemplo populum ſuuꝫ docens: ad defenſionem catholice veritatis: multa opuſcula contra arrianaꝫ hereſiꝫ compilauit. Propter qḋ ab arrianis in inſula ſardinie cum.lx.catholicis epiſcopis relegatus Demum ad eccleſiam ſuaꝫ reuocatus: quaſi per annum ante obituꝫ ſuum epiſcopatui ceſſit: ⁊ ad monaſteriũ ſuum rediens ibidem non vt abbas: ſed vt ſimplex monachus annum vltimũ vite ſue exegit. Ibiq꜄ plenus ſanctitate humanitatis debituꝫ ſoluit cal. ianuarij epiſcopatus ſui anno.xxv. vite vero ſue anno.lxv. Hic inter cetera vite ſue artiſſime recolenda carnes aut vinum nulla vnq̃ neceſſitate vel infirmitate guſtauit. Floruit autem tempore gelaſii pape: ⁊ anaſtaſii primi imperatoris. ¶ Hic diuina ⁊ humana litteratura preſtantiſſimus: aduerſus fauſtum elegans ſcripſit volumẽ. Cõpoſuit tractatus ⁊ homelias multas plurimoſq꜄ ſermones. Scripſit ⁊ fabularum allegorias: libro quem myrthologiaruꝫ vocabulo intitulauit. Hec ſigibertus.

¶ De.ſ.fulgẽtio epo vtruculañ. cap.xxxiij.

Fulgentius epiſcopus vtruculañ. vir nimie ſanctitatis fuit. Qui dum rex gotorum totilas ad partes ſuas accederet: eidem per clericos ſuos exenia miſit: vt eius inſaniam mitigaret. Que rex vt vidit: ſpreuit: ſuiſq꜄ hominib⁹ iuſſit: vt epiſcopum ſub omni feritate cõſtringerent: eiuſq꜄ examini reſeruarent. Quem feroces gothi detentum circũdantes: eum in vno loco ſtare preceperunt: ſibiq꜄ in terra circulum deſignauerũt: extra quem pedem tẽdere nullo modo auderet. Cumq꜄ in ſole nimio eſtuaret: nec circulum exire preſumeret: repente tonitrua ⁊ coruſcationes: ac plurima nimia erumperunt: adeo vt cuſtodientes eum imenſitateꝫ imbris ferre non poſſent. Et cum inundatio nimia vbiq꜄ fieret: intra deſignationem circuli: intra quaꝫ vir dei ſtetit: ne vna quidem aque gutta deſcendit. Quod dum regi nunciatũ fuiſſet: quẽ primitus inſatiabili furore ſitiebat: poſtmodum reuerendiſſime pertractauit: et cum honore ad propria remiſit. Hec gregorius. iij. dial. cap. xij.

¶ De ſcis trigĩta mar. Cap. XXXIIII.

Triginta milites chriſtiani rome via apia martyrio coronati ſũt. Quos diocletianus imperator ſimul detentos: capitali ſententia condemnatos: decollari fecit. Sicq꜄ coronã martyrii perceperunt calen. ianuarij.

¶ De.ſ.macario abbe alexãdrio. c.xxxv.

Macarius alexandrinus abbas: vt habetur in hiſtoria tripartita: fuit in deſerto de ſcythi: ad differentiam alterius macharij egyptij: antonij diſcipuli: qui fuit in thebaide: de quo dicetur.xviij. calen. februar. Hic deſcendens de ſcythi: intrauit dormire in monumento: vbi ſepulta erant corpora

paganorum. De quorū vno ſibi puluinar ſub capite ſtrauit. Demones autem vt ipſum terrerent: vocabat quaſi mulierē ad balneum inuitantes: ⁊ alter demon ſub ipſo: tanq̃ ex mortuo illo reſpondebat: ſe venire non poſſe: quia ꝑegrinum ſuper ſe habebat. Macarius autē in nullo territus corpus tundebat dicēs: ꝙ iret: ſi poſſet. ¶ Apparuit ſibi diabolus aliquando cum falce meſſoris: voleſq; eum ferire ⁊ non volens dixit: ꝙ ab eo multam violētiam pateretur: quia ſibi preualere nō poterat. Nam quicquid macarius faciebat: ⁊ demon idem peragebat. Si vigilabat: ipſe nunq̃ dormitabat: ſi ieiunabat: ipſe penitus nō comedebat: verum in ſola humilitate ipſum excellebat. ¶ Vexatus a tentationibus carnis. ſaccum magnū harene deferebat: ⁊ interrogatus a theoſebio quid faceret: reſpondit: ꝙ ſe vexantē vexabat. ¶ Vidit alia vice diabolum habentem in veſte perforata ampullas multas: quas dixit eſſe tentationum ſpecies: ⁊ ꝙ ibat potiōare fratres: Ita vt ſi vni aliqua earum non placeret: aliam porrigeret. Et cum rediret: macario interroganti quomodo fecerat: reſpondit: ꝙ omnes ſanctificati erant: preter quēdam theotiſcum: qui ſibi conſenſerat. Surgēſq; macarius illuc iuit: illumq; fratrem tentatū inueniens conuertit. Et poſt hoc iterum demonem eundem repertū interrogat: quomodo ſe fratres habebant: qui reſpōdit: ꝙ male: ⁊ quod plus erat: vnum acq̄ſitū amiſerat: qui ſanctior alijs factus erat. ¶ Dū caput defuncti reperiſſet: ⁊ oraſſet: interrogauit quis eſſet: qui reſpondit: ſe fuiſſe paganū. Interrogatus vbi erat anima ſua: reſpondit: ꝙ in inferno in tanto profundo: quantum diſtat celum a terra: Addiditq;: ꝙ adhuc profundiores ſūt iudei. Et vltra hos profundiſſimi ſūt falſi chriſtiani: qui chri ſanguinē cognitū parvipēdunt. ¶ Ambulās autē per ꝓfundā ſolitudinē: ad quodlibet miliare arundinē figebat: vt poſtmodū redire ſciret. Et iam nouē dietas feciſſet: eas omnes diabolus collegit: ⁊ ad caput eius dormientis poſuit: vnde ad redeundū plurimum laborauit. ¶ Fratri cuidam longe tentato: ꝙ in cella ſua inutiliter p̄maneret conſuluit: vt cogitatiōibus illis ſic reſponderet: ꝙ ſaltē pro chriſti amore celle parietes cuſtodiret. ¶ Dum culicem ſe pungētem occidiſſet: ⁊ ex eo ſanguis exiſſet: redarguens ſe: ꝙ propriam iniuriam vindicaſſet: nudus ſex mēſes in deſerto mãſit: ⁊ inde a ſcabronibus laceratus exiuit. Poſt hec clarus virtutibus in pace quieuit quarto no. ianuarij. Hec in vitis p̄ꝛū.

¶ De ſanctis Argeo Marceſſo ⁊ marcellino martyribus. Cap. XXXVI.

Argeus marceſſus: atq; marcellinus puer fratres: paſſi ſunt in ponto ciuitate tomis. Qui marcellinus ſub licinio principe: inter tyrones comprehēſus: cum nollet militare: dicēs ſe chriſtianum nulla ratione debere terreni p̄ncipis aſcribi militie ceſus ad mortem: ⁊ diu in carcerem maceratus eſt. Et dum ſic detineretur in vinculis: ⁊ argeus ac marceſſus fratres eius ipſum viſitaſſent: ⁊ ipſi deprehenſi: ꝙ chriſtiani eſſent: coeuntur idolis immolare: cum eſſent inter militares aſcripti. Sed non conſentiētes a tribuno ſuo decollati ſunt. Marcellinus vero in mari merſus martyrium cōſumauit: qui paſſi ſunt. iiij. nonam ianuarij. hec ado.

¶ De. ſ. Antherio papa ⁊ mar. ca. xxxvij.

Antherius papa ⁊ martyr: natiōe grecus: ex patre romulo: pontiano pape in epiſcopatu ſucceſſit: ⁊ ſedit annos iij. menſem. i. dies. xxi. Hic conſtituit: vt epiſcopi maxie vtilitatis vel neceſſitatis cauſa poſſint transferri de ſe-

de in ſedem. Hicq̃ geſta martyrum a notariis diligenter exquiſiuit: ⁊ in eccleſiis recondidit legendas. Et hic ſub maximino auguſto martyrio coronaṫ. Sepultuſq̃ ē cū collegis ſuis in cemiterio calixti: via apia. iii. noñ. ianuarij. Et ceſſauit epiſcopatus dies. viij.

¶ De ſcō genoueſa v̉gie. Ca. XXXVIII

Genoueſa virgo pariſieñ. anno. vj. martiani īperatoris claruit: vt ait ſigibert⁹. Hac puellulā dum in domo paterna ſanctus german⁹ pariſieñ. epiſcopus: vadens ad ſynodum cōſpexiſſet: prophetico ſpiritu prenūciauit: eam maximam in ſanctitate futurā: eāq̃ tunc de pudicitia docens ad propoſitum virginitatis incitauit. ¶ Dum autem die quadam prohibēte matre omnino ad eccleſiam ire vellet: ⁊ mater ipſam alapa p̱cuſiſſet: ſubito lumen oculorū amiſit. Qđ puella videns: ⁊ matri condolens: ac reā ſe criminis remordens: aquam de puteo hauſtam inuocato chriſti nomine oculis genitricis infudit: ⁊ mater confeſtim recuperauit viſum. Dū autem in chriſti virginem dedicata fuiſſet: ⁊ ieiuniis ac orationibus vacaret: ex longa carnis tabefactione lebrā incurrit: quam pluribus annis patienter pertulit: ſed demum a chriſto mūdata eſt. Et dum ſancti dionyſij baſilica fabricaretur: ⁊ calce deficiente operarii laborare nō poſſent: ⁊ ex hoc diebus multis vacare ab opere neceſſe eſſet: oratione a virgine effuſa: cameram quā exiſtimabant vacuam adierunt: ⁊ eam calce miraculoſe plenam inuenerunt: ⁊ ſic in edificio proceſſerunt. Sed ⁊ ſitientibus operariis virgo cuppam vini porrexit: de quo refectis omnibus: vſq̃ ad completā eccleſiam non defecit. Multos ab imundoꝝ ſpirituum oppreſſione liberauit: ⁊ aliis iſignibus miraculis renitēs: in pace q̇euit iii. no. ianuarij apđ ſcm̄ dionyſiū ſepulta.

¶ De. ſ. petro aulano mar. Ca. XXXIX

Petrus martyr paſſus eſt in ciuitate aulana tēpore diocletiani ⁊ maximiani iperatorum: qui alio nomine balſamus vocatus eſt. Hic a preſide ſeuero tentus: dum ſe chriſticolā confeſſus eſt crucis ſupplicio affixus: iterēptus eſt: vere petri apoſtoli effectus heres nominis ac imitator paſſionis. Cuius paſſionē tranſtulit anaſtaſius apoſtolice ſedis bibliothecarius: vt ſcribit frater vincētius: qui paſſus eſt. iii. no. ianuarij.

¶ De ſcō Daniele martyre. Cap. LX.

Daniel leuita ⁊ martyr padue quieſcit corpore in eccleſia cathedrali. Quod q̇dem hoc modo repertum eſt. ¶ Anno enim domini dcclxvii. hic ſanctus apparuit cuidam ceco in tuſcia exiſtenti mones: vt ſi illuminari vellet ad corpus ſuū viſitandum paduam accederet: ſeq̃ danielem martyrē nominauit. Qui paduā veniens ⁊ nihil de ſancto inuenire valēs: eo: q̄ ciuitas a longobardis nuper dieb⁹ illis euerſa fuerat: ⁊ diruptis eccleſiis legēde ſanctorum diſperſe: ſe deluſum putauit. Et dum in eccleſia ſancte iuſtine oraret: eidem ceco ſanctus daniel denuo apparuit ⁊ ipſum illuminauit: ac locum ſepulture demōſtrauit. Illeq̃ cōtinuo epiſcopo ioanni ⁊ abbati ſancte iuſtine: tam miraculum q̄ viſa nunciauit. Qui cōgregato clero ⁊ populo: locum effodientes: corpus martyris inuenerunt: iacēs ſuper ligneam tabulam ad inſtar ſue longitudinis ſuppinum ⁊ extenſum: habens ſuper ſe aliam marmoream tabulam eiuſdem longitudinis cum inferiori confixam clauis: videlicet ferreis enormibus: caput martyris: pectus ⁊ ventrē: ac omnia trāſfodictibus membra: ⁊ binas tabulas colligentibus:

ligentibus: que omnia qualiter a gẽtilib⁹
paſſus fuerat: euidẽtius oſtenderunt. Sã
guis vero a corpore diffuſus ita recens in
tabulis apparebat: acſi tunc ex vulnerib⁹
ſtillaret. Et ex parte exteriori ſculptus ti/
tulus legebatur. Hic requieſcit corpus ſan
cti danielis martyris ⁊ leuite. Quo aũt tẽ
pore vel qua die ſeu ſub quo paſſus fuerit
iudice aliter ignorat᷑. ¶ Leuantes igitur
inde corpus ad eccleſiaȝ maioreȝ dei ge-
nitricis trãſtulerunt: ⁊ ibidem honorifice
condiderunt: vbi ⁊ quieſcit miraculis ful
gens. Et quia paſſionis eius feſtũ igno/
tum eſt: feſtuȝ ipſius martyris agitur pa-
due die: qua corpus eius inuẽtũ eſt: vide
licet tertio noñ. ianuarij.

¶ De ſcõ Theogene martyre. Ca. XLI

Theogene martyr filius epi
chriſtiani: paſſus eſt ſub li-
cinio impatore in cyzico: q̃
erat prima ciuitas helleſpõ
ti. Qui cõphenſus ⁊ per
ductus ad regionem: que dicebatur ſera
traiana: dũ ſe xp̃ianũ cõfeſſus eſſet: in q̃t-
tuor pallis extenſus: ⁊ fuſtibus ceſus eſt
diutius: donec. xviij. centuriones ſup eũ
mutarentur. Deinde in carcerem miſſus
⁊ in neruo extẽſus: quattuorq; clauis cõ/
fixus eſt: vbi ab ipſo xp̃o cum ſanctorum
multitudine ſibi apparentibus confortat᷑:
quos ⁊ ipſi cuſtodes audierunt pſallẽtes.
Inde eductus ⁊ tribuno ſuo preſentat⁹:
iuſſus eſt ab eo in mare mergi. Sed duȝ
mergeretur: lux maxima ſuper euȝ reful-
ſit: que oculos mergentium excecauit.
Poſtq̃ autem ipſi ad chriſti fidem con-
uerſi fuerunt: ⁊ baptiſmum ſuſceperunt:
poſt dies. ix. lumen eis reſtitutũ eſt. Cor
pus autem martyris a fluctibus ad littus
iactatum: ⁊ a chriſtianis repertum: ſepul
tum eſt iuxta muros ciuitatis in villa: q̃
dicit᷑ adamãti. Qui paſſus ẽ. ij. no. ianua.

¶ De ſanctis Priſco Priſciliano ⁊ bene
dicta martyribus. Cap. XLII

PRiſcus preſbyter: ⁊ priſci/
lianus clericus: atq; bñdi-
cta religioſa rome martyri
um paſſi ſunt. Qui ſub im/
peratore iuliano apoſtata:
xp̃ianorũ immaniſſimo perſecutore cõpre-
henſi: ⁊ in cõfeſſione nois chriſti: gladio
truncati triumphum impleuerunt. ij. no.
ianuarij. hec ado.

¶ De ſcã Darſoſa martyre. Ca. XLIII.

DArſoſa martyr rome paſſa
eſt tempore decij ceſaris.
Que fuit vxor ſci Fabiani
pape ⁊ martyris. Qui diui
nitus p columbam electus: vt
in eius paſſione dicetur. xiij. cal. februarij
vxorem dimiſit. Et poſt eius martyriuȝ
Darſoſa ſanctiſſima in caſtitate pmanẽs:
primum exilio relegat᷑. Deinde a prefato
pncipe capite iuſſa eſt puniri. ij. noñ. ia-
nuarij. vt dicitur in martylogio adonis.

¶ De. ſ. Aqlino ⁊ ſocijs mar. C. XLIIII.

AQuilinus: geminus: eu-
gentius: martianus: qn-
tus: theodorus: ⁊ tripho/
ni⁹ martyres: apud aphri
cam ſub pſecutione van/
dalica preclariſſimo mar
tyrio corõati ſũt. ij. noñ. ianu. vt dicit ado.

¶ De. ſ. Symeõe mõacho ⁊ c. cap. XLV

SYmeon monachus. xl. an
nis apud antiochiam in co
lũna quadã concaua ſtetit
incluſus: mira vite ſcitate ⁊
penitẽtia clarens. Hic a ſcõ
Timotheo abbate primum monachus fa
ctus eſt. Semel in hebdomada cibum
ſummens: panem videlicet ſolum aut
herbarum radices cum aqua tãtum. Fu-
neq; colligatus adeo corpus artauit: vt
carnes eius circa ligaturas putrefierent:
vixq; iuſſu abbatis hoc ſentientis ſe ſolui
permiſit. Deinde relicto monaſterio ad
deſertum accedens: in puteo ſicco pluri-

bus annis miraꝫ penitentiã egit. Poſtea in colũna. xii. cubitorum ſibi a populo ꝓpe ciuitatẽ edificata: reliquo vite ſue tẽpore videlicet annis. xl. permanſit: ⁊ adeo artiſſimam penitentiam egit: ꝙ femur ipſius putrefactum eſt ex nimia tabefactione. Anno integro ſuper pedem vnũ immobilis ſtetit. Multa quoqꝫ miracula deus per ipſum oſtendit. ¶ Nam cũ populus a dracone ingentiſſimo vexaret: oratione fcã: dum draco impetu nimio verſus ciuitatẽ moueretur: groſſiſſimo ligno oculum eius intrante: ⁊ oculo draconis erupto: draco velociſſime rediẽs: deſerta petiit: ſicqꝫ populuꝫ ab eius infeſtatiõe liberauit. ¶ Mulierem: que in potu ſerpentẽ tranſglutierat: ſerpentem euomere fecit. Et periclitanti populo nimia ſiccitate: aquam abũdanter de terra produxit. Sicqꝫ in columna manens poſt vitã mirabilem ſtando ſpiritum emiſit. Queꝫ abbas antonius veniens viſitatũ: dũ euꝫ primo ſtantẽ reppit: orare putauit: ſed accedens ꝓpius: illum migraſſe cognouit: ⁊ ſepeliuit. In cuius exequijs aues circa corpus volitantes: quaſi vocibus euꝫ deflebãt. Sepultuſqꝫ eſt apd̃ antiochiã miraculis clarẽs: ꝺeuit aũt in die no. ianua.

¶ De. ſ. Theleſporo pp̃. ⁊ mꝛ. C. XLVI.

THeleſpor⁹ papa ⁊ martyr natione grecus ex anachorita: ſixto pmo pape in epatu romão ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. ii. menſes. iii. dies ii. Hic conſtituit: vt miſſam ante tertiam nullus preſumeret canere: q̃ hora dominus noſter ſecundum euangelium marci aſcẽdit in crucem. Et in miſſarum ſolẽnijs diebus celeberrimis hymnũ angelicũ decãtari ꝓcepit. Et in natale dñi tres miſſas iſtituit celebrãdas. Primã i gallicãtu iã nocte media ꝓximãte: qñdo xp̃s in bethleẽ naſci dignat⁹ eſt. Secũdã illuceſcẽte aurora: quãdo i cũabulis adorat⁹ eſt a paſtoribus. Tertiam in hora diei tertia: quãdo illuxit nobis dies redẽptionis noſtre. Hic etiam cõſtituit. vii. hebdomadas ante paſcha potiſſime omnẽ clerũ ab eſu carnium ⁊ in ieiunijs abſtinere: vt ſicut diſcreta debet eẽ vita clericoꝝ a laicorum cõuerſatiõe: ſic ⁊ ieiuniũ. Has aũt vii. hebdomadas omnes clerici nõ in delitijs ieiunẽt. Et hic ſub antonino impatore martyrio coronatus. Sepultus eſt cuꝫ fratrib⁹ ſuis i vaticão iuxta corp⁹ bti petri non. ianuarij. Et ceſſauit epat⁹ dies ſeptẽ.

¶ De epiphania dñi nr̃i. Cap. XLVII.



Epiphania dñi triplici miraculo decoratur. Hodie eni magi xp̃ꝫ adorant Joannes ſaluatorem baptizat: ⁊ aquã in vinum dñs in nuptijs mutat. Pro quorum vtro meruit epiphania nominari: ab epi quod eſt ſupra: ⁊ phanes apparitio: q̃ſi ſuperna apparitio. Stella eniꝫ deſuper apparente xp̃s magis demõſtrat. Et colũba ſpiritusſancti deſuper deſcẽdẽte ieſus baptizatus dei filius patris voce iclamat: ⁊ aq̃ in vinuꝫ miraculoſe trãſmutata: xp̃i ieſu gloria manifeſtat. Hoc aũt annoꝝ reuolutiõe factũ ẽ. Nã xp̃s dieꝝ. xiii. a magis ẽ adorat⁹. Deinde ãnoꝝ. xxx. ⁊ totidẽ dieruꝫ eſt in iordane baptizatus. Et poſt hec ãno reuoluto eodẽ die fuit ad nuptias Joannis euãgeliſte iuitat⁹: vbi aquã diuina potẽtia ꝯuertit i vinũ. Sed q̃a in hoc feſto eccl'ia ꝑncipaliter inſtat circa magoꝝ adorationẽ: iõ ⁊ huiuſmodi materia ꝓſequẽda ẽ. ¶ Et nota: ꝙ q̃a xp̃s rex pacific⁹ venit in mũdũ: vt pacẽ faceret: ⁊ pacẽ adduceret: ipſe eſt eni pax noſtra ſcḋꝫ apoſtolũ ideo triplicẽ pacẽ homi adduxit. ſ. ¶ Paceꝫ tẽporis. ¶ Pacẽ pectoris. ¶ Paceꝫ eternitatis. ¶ Propter hec tria neceſſe

fuit: vt eſſet rex: deus: & homo. Nam fuit neceſſe: vt eſſet ꝓ pace tpis rex vniuerſalis. Pro pace eternitatis deus imortalis. Et ꝓ pace pectoris homo tpalis. Jccirco in hiſtoria huius feſtiuitatis ꝓbat̃: ꝙ xp̃s fuit rex vniuerſalis: & d̃s imortalis: & homo tpalis. Et hec tria vt dicetur. figurata fuerũt in triplici munere ſibi a magis oblato. Nã aurũ decet regiã dignitatẽ: thus diuinã maieſtatẽ. & myrrha humanã mortalitatẽ. ❡ Nato ergo dño: trib⁹ magis in oriẽte poſitis ſup montẽ victorialez orantibus: & aductũ ſtelle a balaã chaldeo in ortu xp̃i manifeſtatã de expectãtibus: noua ſtella apparuit: vt dicit Chriſoſtomus habẽs in medio formã pulcherrimi pueri: in cuius capite crux ſplẽdebat: & audita eſt vox magos aloquẽs: vt in iudeã pergerent: & ibi natũ puerũ inuenirẽt. Qui ſuſceptis munerib⁹ ſtella eadẽ ductrice: iudeã venerũt: hieroſolymã intrãtes: ſtelle viſionem amiſerũt: regem iudeoꝝ natũ queſierũt: eundẽ naſciturũ in bethleẽ ꝓphetico teſtimonio didicerũt: quo ꝓgentes ſtelle ducatũ recuperauerunt: eadem ſtella duce ad puerum natũ deuenerunt: ipſum adorauerũt. tria mũera obtulerũt admoniti in ſomnis ꝑ viam aliã in patriã redierunt. ❡ Oſtendit̃ ergo ex is primo: ꝙ xp̃s eſt rex vniuerſalis. Et hoc patet. ❡ Primo quia ex regibus generatus: & in regia ciuitate natus: Qd̃ enim ex regibus iſrael ſit ꝑ carnẽ genitus: oſtẽdit matheus euangeliſta in principio ſui euangelii anteq̃ deueniat ad hiſtoriã magorum dicens. Liber generatiõis ieſu xp̃i filii dauid &c. Jdeoq̃ voluit xp̃s in bethleez naſci: que eſt in tribu iuda: & appellatur ciuitas dauid: eo ꝙ ipſe vti verus rex iudeorum eſſet de domo & familia dauid: per carnis generationem ꝓpagatus. Jdeoq̃ additur prophetia michee. Et tu bethleẽ terra iuda &c. Jn q̃ ad litteraz oſtẽditur: ꝙ xp̃s verus rex iudeoruz: qui populum iſrael in virga virtutis erat recturus: in ipſa ciuitate fuerat naſciturus. ❡ Secundo quia ab amicis principibus viſitatus. De more enim principum viſitatus. De more enim principum ſeculi eſt: ꝙ rex de nouo regnum acquirens: ab amicis regibus eiuſdẽ coronationi congaudentibus viſitetur. Sic & chriſtus nuper ꝑ carnem aſſumptam regnum mũdi ingrediens: & principem huius ſeculi foras eiiciens: ab amicis regibus nedum perſonaliter viſitatur: ſed etiam muneribus honoratur. Qui licet appellẽtur magi fuiſſe: tamen reges a doctoribus aſſerũtur: & dicũtur ſcd̃m quoſdam ꝙ fuerunt primo magi ideſt malefici: ſed poſtea cõuerſi ſunt. Re vera autem magi ideſt ſapiẽtes. Nã magus ꝑſice habraice ſcriba dicitur: grece philoſophus: latine ſapiens. Venerũt autem ab oriẽte hieroſolymã in .xiii. diebus ſcd̃m remigium miraculoſe & preter naturã: quoniã puer ad quem ꝓperabãt: eos in tam breui ſpacio ducere poterat. Vel dic ſecundum Hieronymum: ꝙ ſuper dromedarios venerũt: quod eſt animal velociſſimuz: quod tantũ currit vno die: q̃tum equus in tribus: & dicit̃ a dromos quod eſt curſus & areti virtus quaſi virtuoſus in curſu. ❡ Venerunt aũt hieroſolymam propter tres ratiões. ❡ Prima fuit quia magi tẽpus natiuitatis xp̃i agnouerũt: ſed locũ ignorãtes exiſtimauerunt nouũ regẽ natuz in ciuitate regia reperiuꝛ que erat hieruſalez. ❡ Secunda vt citius natiuitatis locũ diſcere poſſent: cũ ibi ſapientes iudeoꝝ reſiderẽt. ❡ Tertia vt iudei inexcuſabiles eſſent: qui locũ q̃dẽ naſcẽtis agnouerant: ſed de tpe ſe neſcios ꝑtendere potuiſſent vnde magi iudeis oſtẽderunt tp̃s: & iudei magis locũ. Ex q̃ re arguit̃ iudeorũ negligẽtia: dũ illi vni ꝓphete credunt: iſti pluribus nõ acdeſcũt. Jlli inquirũt regẽ alienũ: iſti cõtennunt ꝓprium. Jlli venerunt e lõginquo:

iſti manſerunt e vicino. Uenerunt autē ⁊ queſierunt illum dicentes. Ubi eſt qui natus eſt ⁊c. His verbis vt dicit remigi⁹ in originali. Uerum regem: veruꝫ hominem: ⁊ verum deū confeſſi ſunt. Uerum hominem: cum dixerunt: vbi eſt: q̄ natus eſt. Uerum regem: cuꝫ addūt: rex iudeorum. Uerum deum: cum concludunt: et venimus adorare eum: cū ſolus deus debeat adorari. ¶ Tertio q̄a ab emulis formidatus. Timuit enim euꝫ rex herodes eius inimicus eiſdē magis nunciantibus xp̄m: quare audiens herodes rex: turbatus eſt. Et hoc triplici de cauſa. ¶ Pria ne iudei ſuuꝫ regē natum reciperent: ⁊ ſe alienigenā expellerent. Fuit enim primus alienigena: qui iudeis dn̄atus eſt. ¶ Secunda: ne a romanis culpari poſſet: ſi aliquis ibi rex vocaretur: queꝫ auguſtus nō conſtituiſſet. ¶ Tertia: vt dicit Gregorius: quia nimirum terrena altitudo ꝯfunditur: cū celſitudo celeſtis aperit. ¶ Turbata eſt ⁊ omnis hieroſolyma cuꝫ illo triplici de cā. ¶ Prima: quia impii nequeunt gaudere de aduentu iuſti. ¶ Secūda: vt regi turbato adularentur ſe turbatos oſtendentes. ¶ Tertia: quia timuerunt: ne preſente ⁊ venturo rege adinuicem certantibus: ipſi in pturbationibus inuoluerentur. Tūc herodes principib⁹ conuocatis: ſciſcitabatur ab eis: vbi xp̄s naſceretur. Et pphetia michee in mediū profertur: ꝙ xp̄s in bethleem ſit naſciturus. Quod cū audiſſet: cōuocatis magis didicit ab eis tēpus ſtelle: q̄ apparuit eis: eoſqꝫ in bethleē ad requirendum puerū d̄ſtinauit: ⁊ vt eū reptū ſibi nūciarēt rogauit: ſimulās ſe adorare velle: quē pdere cupiebat. ¶ Secūdo oſtēditur: ꝙ eſt deus imortalis. ¶ Prio in noue creature: pductione: qđ ſoli deo ptinet. Stella eni illa: q̄ magis apparuit: fuit de nouo creata: que peracto ſuo officio in preiacenteꝫ materiam eſt reuerſa. Et hoc vt plurimi doctores tenēt. Hec autem ſtella ab aliis differebat in ſex: quarum tres differentias primas aſſignat fulgentius: ⁊ alie tres tanguntur in gloſa. ¶ Primo enim differebat in ſitu: quia nō erat localiter in firmamento celi: ſed pendebat in aere proxima terre. ¶ Secundo in fulgore: quia ceteris erat ſplendidior. Nam ſole meridie fulgēte lucidiſſima appebat. ¶ Tertio in motu: non enim mouebatur motu circulari: ſed precedebat magos motu pgreſſiuo more viatoris: ⁊ cum ſtantibus quieſcebat. ¶ Quarto in origie: quia alie facte ſunt in mundi principio: hec auteꝫ modo. ¶ Quinto in officio: quia alie facte ſunt: vt ſint in ſigna ⁊ tēpora: hec autē vt prebeat magis viam. ¶ Sexta in duratione: quia alie facte ſunt perpetue: hec aūt rediit in materiam p̄iacentem officio ſuo cōpleto. ¶ Secundo oſtenditur deus in ſecretorum ⁊ futurorum cognitiōe Cognouit eniꝫ xp̄s: q̄d herodes facturus erat: idō ⁊ magos ad eum mittere noluit. Cognouit etiam: ꝙ ſe non adoraturum: ſed occiſurum cogitabat: idō per aliā viam redire precepit. Et nota: ꝙ cuꝫ magi hieroſolymam ingreſſi ſunt: ſtelle ducatum amiſerunt propter tres rationes: vt dicit gloſa. ¶ Prima: vt de loco natiuitatis chriſti querere cogerentur: vt ſic de eius ortu certiores redderentur: tam per ſtelle apparitionem q̄ per prophetie reuelationem. ¶ Secūdo quoniam iuſte querentes humanum auxilium: amiſerunt diuinum. ¶ Tertio: quia ſicut dicit apoſtolus prophetia fidelibus: ſigna infidelibus data ſunt: ideo ſignum iſtis gentilibus datum: inter iudeos fideles eis apparere non debuit. Cum autem de hieruſalem regreſſi fuiſſent: ſtella antecedebat eos: vſqꝫ dū veniens ſtaret ſupra: vbi erat puer. Quā vidētes illi gauiſi ſūt gaudio magno valde. ¶ Tertio in magoꝝ adoratōe. Nā itrātes domū iuenerūt pueꝝ

cum maria matre eius: ⁊ procidētes ado
rauerunt eum. In quo oſtenditur verus
deus: quia preceptum erat: vt nullus ado
raretur: niſi ſolus deus: vt dictum eſt. Ei
dem quoqꝫ munera obtulerunt: videli
cet aurum: thus: ⁊ myrrham: obſeruātes
in hoc antiquum legis preceptum. Non
apparebis in ꝯſpectu meo vacu⁹. ¶ Hec
autem munera in ſpē obtulerunt propter
quattuor rationes. ¶ Primo: quia vt di
cit bernardus beate virgini aurum obtu
lerunt: propter inopie ſubleuationē: thus
contra ſtabuli fetorem: myrrham propter
membrorum pueri conſolidationē ⁊ ver
mium expulſionem. ¶ Secundo: vt dicit
auguſtinus: quoniam aurum ad tributū:
thus ad ſacrificium: myrrha ad ſepulturā
pertinet. Per hec intimantes: ꝙ in chri
ſto confeſſi ſunt regiā poteſtatem: diuinā
maieſtatem: ⁊ humanam mortalitatem.
Et hec eſt cōmunis ratio doctorum. ¶ Ter
tio vt dicit maximus: quoniam in auro
oſtēditur captiuitatis noſtre redemptio
precioſa: in thure demonum ſuperſtitio
ceſſatura: ⁊ futurus ve[illegible] cultus
aperitur: in myrrha vero: qua exanimata
ſolent corpora ꝯſeruari: prefiguratur car
nis noſtre reparatio ⁊ reſurrectio mortuo
rum. Et hec omnia per chrm̄ futura erāt.
¶ Quarto: vt dicit Gregorius: ⁊ eſt ratio
moralis: vt ex hoc ſignificetur: quid chri
ſto conferre debeamus. Auro namqꝫ ſa
pientia deſignatur: ſalomone atteſtante:
qui ait: Theſaurus deſiderabilis requie
ſcit in ore ſapientis. Thure autem: quod
deo impenditur: virtus orationis expri
mitur: pſalmiſta atteſtante: qui ait: Diri
gatur oratio mea ſicut incenſum in cōſpe
ctu tuo. Per myrrham vero carnis morti
ficatio figuratur. vnde ⁊ ſcā eccleſia de
ſuis operariis vſqꝫ ad mortē pro deo cer
tantibus dicit. Manus mee deſtillauerūt
myrrham. Nato ergo regi aurum offeri
mus: ſi in conſpectu illius claritate ſuper
ne ſapientie reſplendemus. Thus offeri
mus: ſi cogitationes carnis per ſancta ora
tionū ſtudia in ara cordis icendim⁹: myr
rham offerim⁹: ſi carnis vitia p abſtinēti
am mortificam⁹: hec gregorius. ¶ Ter
tio oſtēditur: ꝙ eſt homo tpalis. ¶ Primo
qr vt hō voluit naſci ⁊ educari: ideo inue
nerunt puer cū maria matre ei⁹. ¶ Se
cundo qr vt timens mortē voluit occulta
ri: quā naturaliter hoies fugiunt. Ideo cū
ſicut deus preſciuiſſet: ꝙ herodes eum q̄
rebat occidere: vt hō verus voluit in egy
ptum aufugere. ¶ Tertio quia amans ſo
cietatem voluit a coetaneis ſociari: homo
enim naturaliter diligit ſocietatem: cū ſit
animal ſociale: vt dicit philoſophus: ⁊ ma
xime appetit ꝯſortium coetaneorum. Ideo
chriſtus voluit a pueris inocētibus ⁊ coe
taneis aſſociari: cuius fidei preconiū non
loquendo: ſed moriendo ꝯfeſſi ſunt: ⁊ flo
res martyrium extiterūt. vt dicit auguſti
nus. ⁊ celebratur dies epiphanie ab eccle
ſia. viii. idus ianuarii: quo die iidem ma
gi chriſtum adoraſſe creduntur.

¶ De ſanctis Gaſpar Balthaſar ⁊ Melchior magis. Cap. XLVIII.

GAſpar Balthaſar ⁊ Melchi
or fuerunt illi tres magi: ⁊ re
ges ſanctiſſimi: qui ad chriſtū
adorandū ſtella duce ab oriē
te venerunt. Hi de regiōe pſ
dis orientalis: que eſt prouincia ſabba di
cuntur extitiſſe. Horum nomina hebraice
dicūtur. Appellius. Amerius. Damaſc⁹.
Grece autem Galgalath. Malgalath. Sa
rachin. Latine autem nominantur vt di
ctum eſt. Fertur quoqꝫ cū ad chriſtum ve
nerunt. Gaſpar fuiſſe annorum ſexaginta:
Balthaſar q̄draginta. ⁊ Melchior vigin
ti: ⁊ ita communiter pinguntur. Hi ſapiē
tiſſimi philoſophi ⁊ aſtrorum ſcientie pe
riti: ſucceſſores balaam arioli fuerunt: ⁊
ad viſionem ſtelle venerunt ex illa ꝓphe
tia. Orietur ſtella ex iacob ⁊c. Nam vt po

nit Chryſoſtomus quidaꝫ ſecretoꝝ inſpectores elegerant de ſeipſis .xij. ⁊ ſi q̃s moriebatur: filius eius ſubſtituebat̃. Hi per ſingulos annos poſt meſſes aſcēdebant ſuper montē excelſum: q̃ dicit̃ victorialis: ⁊ tribus diebus ibi morātes ſe lauabant: deum orantes vt ſtellā ⁊ balaā eoꝝ patre p̄dictam oſtenderet. Et ſic ſucceſſiue terni ⁊ terni: oēs .xij. faciebāt. Dum aūt iſti tres reges in nocte natiuitatis dn̄i ibidem reperti eſſent: ſtella de nouo creata eis apparuit: ⁊ vt dictū eſt: illis natum regem iudeoꝝ indicauit: eoſq; ad eū adorādū inuitauit. Qui iuſſa fidelr̄ pagēter: p aliā viā admoniti in ſōnis ab āgelo reuerſi ſūt in regionē ſuā. Nā veniētes tarſis cū nauibꝰ tarſēſiū trāſfretarūt. Et q̄uis oi relicta gētilitate: exinde fideles extitiſſent: tn̄ baptiſmuꝫ non ſuſceperūt: donec diſperſis apoſtolis ad p̄dicanduꝫ a ſancto Thoma apoſtolo: qui apud indiaꝫ p̄dicauit: baptizati ſunt: ⁊ in fide xp̄i cōfirmati: eiuſdem in p̄dicatione coadiutores fuerūt. Qui ⁊ in eadē regione in pace quieuerūt. Quoꝝ corpora inde tranſlata: conſtantinus magnꝰ impator cōſtantinopolim deportari fecit. Et deinde pceſſu tp̄is a ſancto euſtorgio ep̄o mediolanū trāſlata ſunt vt in eius vita dicetur .iij. idus aprilis. Nunc auteꝫ requieſcunt apud coloniam iſtuc de mediolano delata.

¶ De ſcō Melanio ep̄o. Ca. XLIX.

Melanius ep̄s rodoneñ. venetenſi parochia villa que dicit̃ plautio oriundus: claruit tp̄e clodouei regis ⁊ anaſtaſij imperatoris. Qui inter cetera virtutum eius inſignia maxima viguit potētia aduerſus demones de obſeſſis hominibus expellendos. Hic cuidaꝫ fratri: quē malignus inuaſerat ſpiritus: dum iret ad aquam hauriendam: alapam in maxilla prebens: demoneꝫ ab eo excuſſit. Oratorium aūt ſuum: qd̄ dicitur plautium propriis manibus fabricauit. In venetēſi pago: diabolus quēdaꝫ virum inuadens: ad hoc eum induxit: vt ſeipſum ſuſpendens laqueo ſtrangularet. Quē ſanctus ſuperueniens ⁊ factum abhorrens: oratiōe facta: nedum hoiem ſuſcitauit: ſed etiā ab imūdo ſpiritu totaliter liberauit. Tandē poſt multa ſigna virtutū iugiter intētus in celum migrauit a ſeculo .viij. idus ianuarij. Et cum ſancti albinus: victor: lautorius ⁊ marſus: corpus eius deferrēt per vicenaꝫ rodoñ. ſepeliendum .xij. vinculati in turri detenti: ſciſſa turre per medium ſoluti ⁊ incolumes exierunt: Sanctuꝫ corpus ad tumulum comitantes.

¶ De ſcā Macra virgīe ⁊ mar. Ca. L.

Macra virgo in ciuitate auguſtana rictiouaro preſide martyrium paſſa eſt. Que duꝫ ſacrificare nollet: iubente preſide: primū in equuleo ſuſpēſa ⁊ diutius torta: deinde in igne precipitata eſt. Que cum ibideꝫ diu pmanſiſſet illeſa: mamillis eius abſciſſis ſqualidiſſimis carceris afflicta ē: omni luce ac cibo negatis. Uerū circa noctis medium lumine imenſo circūfuſa: viroq; venerādo canicie aſperſo ſibi apparēte cōfortata eſt: ⁊ cunctis plagis ſanata: vberibꝰ reſtitutis. Nouiſſime iubēte preſide ſuper teſtas acutiſſimas ⁊ prunas extēſa: ⁊ diu volutata orās migrauit ad xp̄m. Sepultaq; eſt in territorio remē .viij. idus ianuarij. Cuius corpus poſt multos annos cuidaꝫ leudulfo bubulco diuinitus reuelat̃: oſteſoq; ſibi loco p viſionē: ibideꝫ a fidelibus inuenit̃. ſ. iuxta eccleſia ſcī martini: ⁊ inde leuatū honore cōdigno recōdituꝫ eſt.

¶ De reuelatōe pueri ieſu ex egypto. Cap. LI.

Reuelatio pueri ieſu ex egypto facta eſt regnante in iudea archelao pro herode patre

ſuo: vt dicitur Matthei ſecundo ca. circa annos quinquagita imperij octauiani augusti: dum videlicet puer ieſus ſeptennium etatis impleuiſſet: vt hiſtoria ſcholaſtica tradit. Qualiter autem chriſtus in egypto trãſlatus fuerit: in auctẽtico non habetur: niſi ꝙ dicitur matth. eodez ca. q angelus dñi apparuit in ſomnis ioſeph: admonens vt tolleret puerũ: ⁊ matrẽ eius: ⁊ fugeret in egyptũ: ⁊ eſſet ibi vſqȝ ad obituz herodis. Eo ꝙ herodes querebat puerũ ad ꝑdenduz eum. Qui conſurgẽs accepit puerũ ⁊ matrẽ eius nocte: ⁊ ſeceſſit in egyptum: ⁊ erat ibi vſqȝ ad obitũ herodis ⁊c. ¶ In libro tñ de infantia xpi: quẽ hieronymus chromatio ⁊ heliodoro epis tranſtulit ex hebraico in latinũ: ſcribitur: ꝙ Joſeph virginẽ cuz filio iumẽto impoſuit: ⁊ ipſe in alio aſcẽdit: ⁊ arripuerunt iter ꝑ montana ⁊ per deſertum: nolentes ire ꝑ maritimaz timore herodis. Erantqȝ cũ eis. iij. pueri ⁊ vna puella in obſequium xpi. Et exeuntes dracones de quadaz ſpelunca: cum ceteri timentes fugierent: ſerpentes puerum adorauerunt. Similiter leones ⁊ leopardi ⁊ alia genera ferarum adorantes ieſum per deſertum antecedẽtes: viã eis oſtendebant. ¶ Et poſt dies tres duz aqua in vtribus defeciſſet: ⁊ omnes feſſi ſub palme arbore quieſcerent: virgo maria reſpiciens ad comã arboris de fructibus eius concupiuit. Et confeſtim palma cacumẽ ſuum ante pedes virginis inclinauit: ⁊ collectis ex ea fructibus ad ſatietatem oium: arbor ſe iteruz erigẽs ad ſtatum priſtinum rediit. Tũcqȝ angelus apparuit: ⁊ ramũ ex palma euellens ⁊ aſportans: ad celeſtia euolauit. Deinde ad radices palme fons aque limpidiſſime erupit: ex quo omnes recti ſunt. Et dum iter agentes nimio calore comprimerentur: ⁊ adhuc. xxvij. diebus itinerari opporteret: ante ꝙ̃ ad egyptum perueniret: miro modo poſt tres dies in egyptum deuenerunt: ⁊ in ciuitatez hermopolim ſe receperunt. Ibiqȝ manſerũt peregrini vſqȝ ad obitum herodis. ¶ Multa quoqȝ miracula de chriſto puero ab eodem oſtẽſa: in prefato libello reperiuntur: que taz breuitatis cauſa ꝙ̃ ex eo ꝙ inter apocripha cõnumeratur omittuntur. Illud tamen memorabile pro conſtantia doctorib⁹ habetur: ꝙ ingrediente puero ieſu in templum idoloꝝ cũ maria matre ſua: omnia phani idola corruerunt: iuxta prophetiaz Eſaie propter quod miraculuz multi egyptiorum conuerſi ſunt ad eum: ⁊ virginẽ matrem benigne tractantes: puerũ ieſuz pulcherrimuz plurimum reuerriti ſunt ⁊ ipſum aliquem magnoꝝ deorũ eriſtimabant. ¶ Extat ibidem fons modicus: in quo fertur virginem matrem puerum ſepius balneaſſe: ⁊ pãnos eius proprijs lauaſſe manib⁹. In quo fonte omnes pueri etiam ſaracenorum quacunqȝ valitudine detenti: deſcendentes: confeſtim ſanantur. Eſt ⁊ ibi lapis: vbi virgo panniculos chriſti lotos ad ſiccandum extendebant. Ibi eſt vinea engaddi: que profert balſamum: que dicto fonte irrigatur: ⁊ ſi aqua alia irrigaretur: eo anno nullum fructum produceret. Et hoc notoriuz eſt in omni terra egypti eſt. Et ibi prope eſt arbor que perſidis dicitur: vt ponit caſſiodorus in tripartita. Que fertur vſque ad terram inclinata: chriſtum humiliter adoraſſe: que valet in ſalutem membrorum: ſi fructus: foliuz: vel cortex patientis collo alligentur. Igitur poſtquaz ſeptem annis chriſtus fuerat in egypto: defuncto herode: vt ſcribitur matthei ſecundo. Joſeph in ſomnis monetur ab angelo: vt xpm in terram iuda reducat: qd ⁊ fecit. Sed audiens ꝙ archelaus regnaret in iudea ꝓ herode patre ſuo: qui adhuc erat patre crudelior: timuit illo ire. Et admonit⁹ in ſomnis ab angelo ſeceſſit in partes galilee: habitauitqȝ in ciuitatez

nazareth. Herode antipa herodis aſcalo/
nite minore filio: ⁊ fratre archelai: iaʒ tet/
rarchiam galilee tenente. Dies autē huius
relationis pueri ieſu ex egypto facta ſcri/
bitur a hieronymo in eiꝰ martylogio fuiſ/
ſe die ſequenti poſt epiphaniaʒ: videlicet
ſeptimo idus ianuarii.

¶ De ſcīs Juliano baſiliſſa ⁊ ſociis mar/
tyribus. Cap. LII.

Julianus martyr cū ſociis:
⁊ baſiliſſa virgo cum ſocia/
bus tpibꝰ diocletiani ⁊ ma
ximiani in ciuitate antio/
chia claruerunt. Qui iulia/
nꝰ nobilibꝰ ⁊ xp̄ianis parētibꝰ ꝓgenitꝰ: li
beraliū ſciētiis īdutus: dū annoꝝ. xviij. a
parētibus ad ꝯiugiū cogeret: ⁊ ipſe in vir
ginitate deo ſeruire diſpoſuiſſet: diuina
monitus viſione parentibus conſenſit: ⁊
puellaʒ nobileʒ ⁊ xp̄ianam noīe baſiliſſaʒ
in coniugem accepit. Die igit̄ ſtatuta nu/
ptiis cum gloria celebratis: intrat cubicu
lum cum virgine iulianus: tanq̄ iura ma
trimonii ſoluturus: vbi dum virgo mira/
retur: ꝙ odorē roſaꝝ ⁊ lilioꝝ hyemali tē/
pore ſentiret. Exponit ſibi iulianus hunc
eſſe odorē pudicitie virginalis: ⁊ poſt ſan
ctas admonitiones virginē ad votum cō
tinentie incitauit. Tunc apparētes ſibi ex
vna parte chriſtus cuʒ comitiua ſanctoꝝ:
ex alia dei genitrix cuʒ ſocietate virginū:
nimia luce circūfuſa: ſanctos dei cōiuges
de virginali ꝓpoſito cōmendarunt: ⁊ eis
coronas aureas impoſuerunt: ac librū vi
te aureis ſcriptū litteris oſtēderūt: in quo
nomina ſua cōſcripta iulianus ⁊ baſiliſſa
legerunt. Sicq̄ꝫ viſione ab eoꝝ oculis ab
lata: ambo ſancti in ſancto propoſito per
manſerunt. Adeo vt parētibus iuliani de
medio morte ſublatis: ſua oīa pauperibꝰ
erogarēt: ⁊ duo monaſteria ꝯſtruerēt: in
quoꝝ vno iulianus extitit pater ⁊ admini
ſtrator fere mille monachoꝝ: in altero ba
ſiliſſa cū cetu ſacratiſſimo multaꝝ virginū
dn̄o ſeruiebāt. ¶ Dum aūt ꝑſecutio chri/
ſtianoꝝ in ſyria ⁊ egypto maxime vigeret
orauit baſiliſſa: vt virgines quas ꝯgrega/
uerat: dn̄s periclitari non permitteret. Et
per viſionē a xp̄o confortat: ꝙ omnes fi/
lias ſuas: quas deo acquiſiuerat: ad celos
premittēs: ipſa eaſdem poſtmodū ſeque
retur. Quod dum ſancta ſuis refert virgi/
nibus: ſubito cōmotus eſt locus: ⁊ appa/
ruit colūna lucis inter eas: in qua lr̄is au/
reis ſcriptum erat: qualiter omne illud ſa
crum collegium chriſtus infra certū tem
poris ſpatium ad celeſtia inuitabat: qđ ⁊
factum eſt. Nam intra conſtitutuʒ tēpus:
omnes ille ſacre virgines ad celos in ſan/
cta confeſſione migrauerūt. Que poſtmo
duʒ cuncte auro ⁊ gēmis indute: baſiliſſe
apparuerunt oranti: ⁊ ꝙ eam expectabāt
dicētes: ⁊ ad celeſtia inuitantes. Hec dū
baſiliſſa iuliano gaudens retuliſſet orās:
iuxta eum emiſit ſpiritū: quā ille cōdigne
tradidit ſepulture. ¶ Poſt hec duʒ mar/
tianus preſes antiochiam ab imperatori/
bus miſſus eſſet: ⁊ chriſtianos oēs diis i/
molare cōpelleret: ⁊ ep̄s ciuitatis multi/
tudine cleri ⁊ populi ad ſanctū iulianum
confugiſſent: miſit martianus aſſeſſorem
ſuū cum ſatellituʒ multitudine. vt de pre
dictis: an ita eſſent inquirere. Qui veniēs
ad ſanctū iulianum: ⁊ ipſum cum oībus:
qui cum eo erant: in fide xp̄i feruētes in/
ueniens: eadem preſidi nunciauit. Tunc
preſes iulianū ſolum: vti auctorē omniuʒ
iuſſit teneri. Reliquos vero oēs in quo
erant loco incluſos incēſo cenobio igne
cremari: vbi martyrum occiſoruʒ audie/
bant ſingulis horis canonicis voces pſal/
lentium. ¶ Poſt hec martianus iulianuʒ
in cuſtodia detētum ante ſe in foro dedu
ctum: cepit compellere ad ſacrificia deo/
rum. Quem ſacrificare nolentem: iuſſit
primo nodoſis fuſtibus cedi. Et dum ce/
deretur: caſu vnus cedentium eruit alte/
rius oculum: qui erat notiſſimus impe/

ratoꝝ. Qui dum iuſſu preſidis ad templa
deoꝝ ductus eſſet: vt eis inuocatis oculū
recuperaret: demones hoc ſacerdotibus
ſe non poſſe facere clamabant: quin po-
tius eterno igni vna cum ſuis cultoribus
reſeruatos affirmabant. Et dum illuc pre
ſes ingreſſus eſſet: plus ꝙ̃ quinquaginta
idola de auro: argento: chryſtallo ꝛ ebore
in puluerē redacta ſunt. Quod dum ꝑſes
magice arti iuliani aſcriberet: lotione ip-
ſum perfundi iubet: vt ſic maleficia ſolue
ret: quod tamē in balſami odorē verſum
eſt. Sanctus aūt martyr viro illi excecato
facto ſigno crucis oculuꝫ reſtituit: q̇ mox
ad chriſtum cōuerſus: mandato preſidis
gladio interemptus eſt. ¶ Deinde ꝑſes
iuſſit ſanctū ferro vinctum per totam ciui
tatem circūduci. Et dum ante ſcholas: in
quibus celſus puer filius martiani ſtude-
bat trāſiret: vidit celſus circa ſanctū mul-
titudinem angeloꝝ coronam precioſam
ſibi imponētem. Moxq; relictis ſcholis
conuerſus: ad pedes ſancti iuliani cucur-
rit: ꝛ chriſtum confiteri voce clariſſima ce
pit. Et dum pater preſes vna cum matre
ꝛ aliis magnatibus eum vellent traheret
cepit puer eos durius increpare. Quos ꝑ-
ſes indignatus in artum: obſcuruꝫ: ꝛ feti-
dum carcerem iuſſit recludi: ſed chriſti
virtute lux de celo ſup eos ingens infundi
tur: fetor in odorē cōuertitur: ſed de vin-
cula quibus fuerant alligati ſoluūtur: atq;
viginti milites: qui eos cuſtodiebant: ad
dn̄m conuertunť: qđ audiens preſes eos
vna cū iuliano ꝛ celſo filio ſuo fecit in ea-
dem cuſtodia detineri. ¶ Contigit autē:
vt eo tpe ſeptē fratres filij cuiuſdaꝫ nobi-
lis chriſtiani: qui fuerat de genere carini
imperatoris: ꝛ ipſi fideles imperatorib⁹
adeo grati forent: vt ipſos ſine vlla ꝑſecu-
tione cum quodam antonio preſbytero:
religione fidei vti ꝑmitteret. Qui ꝑ viſio-
nem a xp̄o moniti ad ſanctū iulianum in
carcerē vna cum ꝑfato ꝑſbytero acceſſe-
runt: ꝛ ipſum ac ſocios hortari ceperunt.
Et ab ātonio preſbytero celſus puer: vna
cū viginti militib⁹ cōuerſis baptiſmi gra
tiam ꝑceperunt. Quos martianus in ea-
dem cuſtodia detineri ꝑcepit: ꝛ oīa que
geſta fuerant principibus per litteras in-
timauit. Cui imꝑatores remiſerunt: ꝙ ſi
ſacrificare nollent: ſingulos in cuppis pi-
ce: ſulphure: ꝛ bitumine repletis concre-
maret. Et dum eos oēs eductos de cuſto
dia preſes ante ſe ſtatuiſſet: vt eos iuxta
imperatoꝝ decreta mori faceret. Sanct⁹
iulianus iuuenē quēdam defunctum: qui
portabatur ad tumulū ſuſcitauit qui ꝛ mi
rabilia que in alio ſeculo viderat: coram
oībus enarrauit: ꝛ ipſe fidem xp̄i recepit:
Et cum vxor preſidis plorans filio ſuade-
ret: vt tam acerba morte interfici nollet:
promittit eideꝫ celſus: ꝙ in cuppa ignea
permaneret inuſtus. At preſes filij iterri-
tum horrens vicarium dereliquit: ꝛ inde
cum lachrymis abſceſſit. Igitur omnes
illi ſancti in cuppis miſſi: ꝛ igne ſuccenſo
permanſerant illeſi. Quod preſes audiēs
admiratus illuc acceſſit: ꝛ magie iuliani
hec omnia deputans: matri celſum ꝑ tri-
duum conceſſit: vt ab ea eius anim⁹ mu-
taretur. Que vna cuꝫ oībus illis: in hone
ſta cuſtodia detēta: a filio celſo cōuerſa ē:
ꝛ ab antonio preſbytero baptizata. Quod
audiens martianus viginti milites extra
vrbē eductos tradidit decollandos. Se-
pteꝫ vero fratres igne conſumi fecit. Iu-
lianus aūt cum celſo filio ꝛ matre eius cō
iuge: ꝛ cuꝫ antonio preſbytero ac iuuene
a mortuis ſuſcitato: ſuo iudicio reſerua-
uit. Quos oēs diutius examinatos: ꝛ in
xp̄i confeſſione imobiles reptos: iterum
carceri tradidit cruciādos. Sequenti die
ingreſſus in tēpluꝫ iouis eos oēs illuc ad-
ductos: cepit ad ſacrificia ſuadere. Orāte
aūt iuliano tēpluꝫ cū oīb⁹ idolis ſubmer
ſum eſt: ꝛ mille de ſacerdotib⁹ ꝛ multitu
dine gentiliuꝫ perierunt: vbi ad miraculū

atteſtationez ignis vſqȝ in pſens eructat. Tunc martianus territus eos iterum carceri mancipauit: vbi media nocte ad eos veniētes baſiliſſa cuȝ oibus ſanctis: quos iulianus xpo acquiſiuerat: eos hortantes ad ſuperna dulcius inuitabant. Die autē ſequenti iuſſit preſes digitos manuū ⁊ pedum ſanctoꝝ licinio oleo infuſo ligari: ⁊ igni ſuperponi. Dehinc celſo filio ſuo cutem capitis auferri: Antonio vero presbytero ⁊ Anaſtaſio iuueni ſuſcitato oculos effodi. Sanctam aūt matrem celſi cuȝ aliquis tangere vellet: excecabatur. Sancti vero exoculati diuinitus illuminantur: ⁊ alij ab omnibus tormētis liberanť. Cūqȝ martianus eos omnes in amphitheatro beſtijs expoſuiſſet: ⁊ fere omnes ſanctorū pedibus procidiſſent: iuſſu preſidis: oēs rei mortis ibidem deducunť: cuȝ quibus iulianus ⁊ ceteri capitali ſentētia feriunť: vt ſic ſanctoꝝ corpora areorum cadaueribus: chriſtianis eēnt incognita. Statimqȝ facto terremotu cū coruſcationibꝰ ⁊ grādine: tertia pars ciuitatis cum oibus templis funditus corruerūt: preſes aūt inde vix euadens eadem nocte interijt vermibus ebuliens. Sed dum chriſtiani corpora ſanctoꝝ diſcernere non poſſent: anime ſingulorꝝ in ſpecie virginum ſup ſinguloꝝ corpora viſe ſunt: ⁊ ſic corpora ſunt collecta ⁊ in eccleſia ſub altari tumulata. Paſſio autē horum oium ſanctoꝝ agitur ſeptimo idus ianuarij.

¶ De ſancto Lutiano preſbytero ⁊ martyre. Ca. LIII.

Lutianus antiochene eccleſie preſbyter ⁊ martyr vir doctiſſimus atqȝ eloquentiſſimus fuit. De quo Hieronymus libro de viris illuſtribus ſcribit: qȝ tantum in ſcripturaruȝ ſtudio elaborauit: vt vſqȝ nunc: quedam exemplaria quorūdaȝ opuſculorum Luciani nuncuparentur. Ferūtur ⁊ de eius fide libelli: ⁊ breues ad nonnullos epiſtole. Paſſus eſt nicomedie ob chriſti confeſſionem ſub perſecutiōe maximiani tempore antherij pape: ⁊ ſepultꝰ helenopoli bithynie. Quam vrbem cum prius drepana vocaretur: conſtātinus imperator inſtaurans: in honore matris et nomine ipſius helenopolim vocauit. Beda lucianum hunc ſub alio maximo imperatore: qui vna cum conſtantino imperauit: paſſum fuiſſe ſcribit: qui paſſus eſt vij. idus ianuarij.

¶ De ſcō Clero diacono ⁊ m̄. Ca. LIIII.

Clerus diaconus apud antiochiam pro confeſſionis gloria: ſepties tortus: ⁊ diu in carcerem maceratus ad vltimuȝ decollatus martyrium conſumauit. vij. idus ianuarij: hec ado in martyrologio ſuo.

¶ De ſanctis Luciano maximiano ⁊ iuliano martyribus. Ca. LV.

Lucianus preſbyter: maximianus ⁊ iulianus pueri: apud beluacum ciuitatem pro xpi nomine paſſi ſunt. Qui lucianus beati petri diſcipulus fuit. Et a ſancto Clemente papa cum beato dionyſio epo ad gallias predicantes directus: eidēqȝ comes ⁊ coadiutor datus extitit. Poſt hec idem preſbyter: a ſancto Dionyſio beluacē. vrbi deſtinatus: xpm euangelizans: pluſqȝ. xxx. milium gentiliū ad xpm cōuertit. Inter quos maximianū: ⁊ iulianuȝ pueros baptizauit. Ad hunc cōprehendendum vbicūqȝ foret inuentus: Julianus prefectus tres pueros deſtinauit. latrinuȝ: larium: ⁊ antrum. Qui ipſuȝ in beluaco predicantē repertuȝ cū duobus pueris iam dictis tenuerunt: ⁊ ad prefectū adduxerunt. Qui primo maximianū ⁊ iulianū pueros capite cedi fecit. Deinde lucianū preſbyterū fuſtibus ceſum: xpm confitentē ſimiliter

decollari mandauit. Cuius corpus trun-
catum ⁊ exanime caput ꝓpriis manibus
Melantius eps vt dicit ſocrates in hiſtoria tripartita diſcipulus euagrii fuit. Cui⁹ eccleſiã cũ adiſſent hi q̃ iuſſu regis hunerici epos arrianis reſiſtẽtes exilio deportabant viderũt eũ vt vltimũ eccl'ie miſtrũ cãdelas p̃parãteꝫ ⁊ lãpades refouẽteꝫ. Quẽ cũ iterrogaſſent vbi eẽt eps: ille ſe oſtẽſuꝫ illis r̃ndit: ⁊ fatigatos ex itinere ad hoſpitiũ ſuũ duxit ⁊ refecit. Et poſt prãdiũ ſe eẽ epm eis patefecit. Qui pp ei⁹ hũilitatẽ ⁊ reuerẽtiã admirati dederũt ſibi fugã. At ille noluit declinare dicẽs ꝙ libẽter pati volebat qd̃ ſui ſimiles patiebant. Sicq; vna cũ ceteris voluntariũ pro xp̃o ſubiit exiliũ: vbi ⁊ poſt multos agones i xp̃o dormiuit. xvii. calẽ. febr. huius frater fuit ſalomon ex negociatore monachus effectus.

¶ De ſancto Fauſto epiſcopo. Ca.XCI

Fauſtus eps apud regiũ gallie ex lerineñ. abbate electus eſt: vir ſcitate plenus

⁊ diuinis iugiť ſcripturis intẽtus. Librū edidit de ſpũſancto. Itẽ opus egregium de grã dei qua ſaluamur. libellũ aduerſus arrianos ⁊ macedonianos cõſpicuũ. Itẽ ⁊ aliuꝫ aduerſus eos q̇ dicũt eẽ in creaturis aliq̇d incorporeũ. Epiſtolaꝫ ẽt ad diaconũ quẽdam noie grecũ: qui a catholica fide deſcẽdẽs ad neſtorij ipietatẽ abierat. Scripſit ẽt epiſtolaꝫ aliã ad felicẽ ꝓfectuꝫ ꝓtorij ad dei timorẽ exhortatoriã. Et alia plura que nũduꝫ ſe vidiſſe gẽnadius hec ſcribẽs dicit. Ideoq3 nominare nõ audet. Anaſtaſij primi tꝑibus claruit. xvij. calen. febr. in pace pauſauit.

¶ De ſanctis Berardo: Petro: Accurſio: Adiuto: ⁊ Othone confeſſoribus ⁊ martyribus. Ca. XCII.

Berard⁹: petr⁹: accurſius: adiut⁹ ⁊ otho cõfeſſores a btõ frãciſco diuinitus monito: ad miracolini regnũ mahumetanis euangeliuꝫ predicaturi miſſi ſunt qui per argoniaꝫ: colimbriam portugallenſeꝫ deuenientes: regine orachae mĩri ſui ordinem: ⁊ qualiter reliquie ſue colimbriã eſſent deferende: ⁊ ab ea honorifice ſuſcipiẽde: reuelarunt: ⁊ hic alanquearũ ad xanthiam virgineꝫ deuotam: a qua ſecularibus ſupinduti veſtibus (nam aliter transmeandi nõ dabatur facultas) hiſpalim: que nũc diciť ſibylla: applicuerunt: vbi depoſitis ſecularib⁹ indumentis: ad miſq̇titiã regem multis laniati verberibus igrediunť: ⁊ corã eo mahumeticã dãnantes fidem: xp̃m predicant: quos ira concitus ex vrbe marochiũ duci iuſſit: vnde pariter a miramolino bis ex//pelluntur: ſed martyriũ affectantes reuertuntur: ⁊ predicationibus inſiſtẽtes ab indignato rege in teterrimũ carcerẽ detruduntur: quos. xx. dierũ inedia maceratos ligatis poſt terga manib⁹: nudos ad ſe trahi iubet: ⁊ vſq3 ad viſcerũ atq3 oſſiũ enudationem cedi: ac ſuper teſtas per nocteꝫ volutari: oleo ⁊ aceto: laceris corporibus ſupinfuſis: ⁊ tandeꝫ laſſis in flagella lictoribus: eoꝝ capita per medium frontis amputari: ⁊ ſic optata corona ſancti martyres potiti ſunt: quoꝝ corpora flãmis illeſa iacuerunt: ⁊ inde chriſtianis vendita per multas ſaracenoꝝ inſidias colimbriaꝫ ad reginam orachã delata: ab eadẽ: vt ſancti predixerant: in monaſterio ſancte crucis inter multa miracula honorifice ſepulta ſunt: ex quibus adhuc ſanguineus manat liquor fragrãtiſſimus: ⁊ pluribus medela infirmitatibus. Paſſi ſunt aũt ſancti anno ſalutis. Mccxxvij. calen. februarij. Sꝫ nec ſaraceni euaſerũt ipune. Rex eni eodẽ ãno a dextris aruit: ⁊ ppl's ꝑ q̇nquẽniũ ſterilitate peſtilẽtiaq3 pene ꝯſupt⁹ ẽ: eoꝝ vero feſtũ colitur. xvij. cal. februarij.

¶ De ſcõ Antonio abbate. Ca. XCIII



Antoni⁹ abbas cui⁹ vitã athanaſius ſcripſit nobilibus ⁊ religioſis parẽtibus in egypto ortus: ⁊ delicate nutritus ab annis puerilib⁹ eccleſiã frequẽtabat. Et cũ eſſet annoꝝ. xviij. parẽtib⁹ defunctis audiẽs in euãgelio. Si vis ꝑfect⁹ eẽ ⁊c. oib⁹ diſtractis facultates ſuas pauperũ viſceribus iclu ſit. Sororẽ aũt ſcis ṽginib⁹ in monaſterio commendãs: ipſe monaſtico habitu aſſumpto extra ciuitatem progreſſus cuidam ſeniori ſolitario adheſit: cui⁹ doctrina ⁊ exemplo informat⁹: etiaꝫ per alioꝝ cellulas diſcurrebat: ⁊ a ſingulis monachis exẽpla ſalutaria colligebat. Poſt hec ſolitari⁹ manere cepit: ⁊ multas diaboli ꝑſecutiões ſuſtinuit: quas ieiunijs ⁊ oronib⁹ ac vigilijs ſupauit. Et cũ ſpũꝫ fornicatiõis viciſſet: diabolus in ſpẽ pueri teterrimi aũ eũ ꝓſtrat⁹ apparuit: ſeq3 ſpũꝫ fornicatiõis ab eo victũ aſſeruit: quẽ antoni⁹

ſigno crucis effugauit: dicēs ꝙ adeo tur-
piſſimꝰ eēt ꝙ ipm abinde amplꝰ nō time
ret: ⁊ deinde aſpiori pnia ſe afflixit: in orō
nibꝰ ſepius pnoctās: ſemel in die poſt ve-
ſperas panē ſolum cū ſale ⁊ modicū aque
degustās: nō nunꝙ duobꝰ vel tribꝰ diebꝰ
ſine cibo pdurās: ſup nudaꝫ humū cubās
carnē vnico cilicio domās: deide longe a
villa iter ſepulchra ſe poſuit: vni ſoli no-
tiori vicino mādans: vt ſtatutis diebꝰ ſibi
alimēta deferret: vbi multitudo demonū
ipm verberibꝰ adeo lacerauit: ꝙ miſter
eius eū qſi mortuū ad villaꝫ hūeris aſpor
tauit. Et cū a cunctis vt mortuꝰ plāgeret:
dormitātibꝰ illis antonius reuixit: ⁊ a mi
niſtro ad pdictū locū ſe iteꝝ portari fecit.
Et cū ex dolore vulneruꝫ pſtratꝰ iaceret:
aioſus ad belluꝫ demones inuitabat qbꝰ
illi in diuerſaꝝ feraꝝ formis apparuerūt:
⁊ vnguibus ac cornibꝰ crudeliter lacera-
runt: ⁊ duꝫ xpm inuocaret: ſubito mirabi
lis ſplendor illuxit: ⁊ demones effugauit.
Cui vox de celo inſonuit: ꝙ qr viriliter di
micauerat faceret eum deus in toto orbe
noiari. Et cū xpiani ex martyrio necabāt
ipſe martyres ſequebāt: volēſqꝫ ſibi mar
tyriū nō dabāt. Poſt hec annoꝝ .xxxv. ad
heremū ſecretiorē acceſſit ⁊ ibi artiorem
adhuc vitā ducere cepit: vbi argēteum di
ſcuꝫ reperiēs admirās: vnde ibi diſcus ar
genteus hēret: vbi veſtigia hoium nulla
eſſent: itellexit diaboli figmētuꝫ: ⁊ ſcō cru
cis ſigno diſcus euanuit. Poſtmodū ingē
tem maſſā auri reppit: quā vt ignem effu
git: ⁊ ad montē aſcēdens .xx. annis icogni
tus manſit. Deinde a multis frequentari
cepit: ⁊ pcipue a monachis q heremū per
diuerſa loca colebāt: quibꝰ ⁊ monita ſalu
tis dabat. Et dū ad viſitādos frēs pgeret:
riuuluꝫ nili crocodilis ⁊ ſerpētibꝰ plenuꝫ
cū comitibꝰ trāſiuit illeſus: ⁊ rediuit inco
lumis. Quadaꝫ vice in ſpū raptꝰ vidit mū
dum laqueis plenū: ⁊ audiuit: ꝙ ſola hu-
militas ipſos euaderet. Uidit aliquando
demonē celſum corpē: qui ſe dei virtuteꝫ
⁊ puidētiaꝫ dicebat: petens a viro ſancto
quid ſibi donari volebat: in quē ille ſputa
cōgeminās: vt fumū effugauit. Alijs etiaꝫ
diabolus ſibi ieiunanti in figura monachi
panes obtulit: ſuadens vt ederet: ne cor-
pore nimis abſtinentia tabefacto defice-
ret: quē vir dei diaboluꝫ intelligēs: xpi no
mine inuocato mox effugauit. Multis
quoqꝫ miraculoꝝ ſignis effulſit. Naꝫ plu-
rimos ab imundis ſpiritibꝰ vexatos ⁊ va
rijs detētos langoribꝰ liberauit. Dum in-
cluſus monaſterio nulluꝫ ſuſcipet: marti-
nianus quidā militū ppoſitꝰ: inſtāter pul-
ſans ad hoſtiū obſecrabat: vt filiam eius
obſeſſaꝫ liberaret: qui noluit ei apire: ſed
de feneſtra eideꝫ loquēs filie ſalutem p-
miſit. Ille vero credēs ⁊ abiens filiaꝫ ſal-
uam factā inuenit. Multi etiā vexati ante
fores cenobij clauſis foribus dormientes
purgabant. Et duꝫ ex frequētia populoꝝ
nō haberet quietē: diuinitus admonitus
cum ſaracenis ad pfundiorem deſertum
acceſſit itinere dierū trium: ⁊ habitare ce
pit in campo modico ſibi a deo demon-
ſtrato paucis palmaꝝ arboribus cōſerto:
vbi ad radices montis fons limpiſſimus
labebatur: vbi de palmarū fructibus ⁊ pa
nibus ſibi aliquādo a ſaracenis delatis vi
ſcebatur. Uolens autē labori deferētium
parcere ſarculo ſibi apportato terram co-
luit ⁊ triticum ſeminauit: ſicqꝫ de labore
manuum victum ducebat. Ibi etiaꝫ plā-
tauit olera propter aduentantium recrea
tionem. Preterea etiam de palmaruꝫ fo-
lijs manibus operabāt. Elapſis ānis plu-
ribus victus a fratribus venit monachos
viſitare: quibus dum aqua in via defe-
ciſſet: ⁊ tam ipſi qua eorum camelus: qui
ſarcinas baiulabat ſiti periclitarentur: ora
tionem fudit ⁊ fons in deſerto erupit:
cunctoſqꝫ refecit: veniēſqꝫ ad mona-
chos: vt pater cunctorum ſuſcipitur: ⁊ vi
dens ſororē iam vetulā aliaꝝ magiſtraꝫ.

letatur. Iterūq ad mōtez redijt: vbi ſolitaz vitā ducebat: ⁊ frēs ad ſe veniētes ſermonibus edificabat: ⁊ lāguētes ſanabat. ¶ Fronto palatinus a demonio obſeſſus ad ipſm ꝓ liberatiōe acceſſit: quē remiſit dicens: ꝙ vbi terrā egypti calcaret ſaluus eēt qḋ ⁊ factum ē. ¶ Virginē tripolitanā pluribus grauibus morbis detentam ad monachoꝝ inſtātiaz ēt abſentez oīone ſanauit. Prius tñ oēs eius īfirmitates ſibi a dño reuelatas fribus declarauit. ¶ Aliaz quoq virginē laodicie reſidentē: dolorē ſtomachi validū patientē ad preces archelai comitis lōge poſit⁹ oratiōe curauit: comes q̄z reuerſus virginē ſanataz inuenit. Nauigans cum quibuſdam fratribus dixit ſe fetorem peſſimum ſenſiſſe: ⁊ nunciauit demonē nauem ingreſſum eſſe. Et ſubito quidam ex nautis vexatus a demonio ꝓſiliit: quem mox antonius liberauit. ¶ Alium inſuper nobilem demoniacū ſibi adductum: qui furens vix poterat detineri: dum ſcō abbati maxillam percuſſiſſet: ſigno crucis edito ab immundo ſpiritu eripuit: ⁊ demonem in deſerto alligauit. Dum aliquando ab angelis in aere leuaretur: adſunt demones eius tranſitum ꝓhibētes ⁊ peccata eius ab exordio obijcientes: quos angeli redarguunt: ⁊ peccata omnia illa dimiſſa excipiūt. Sed ſiq̄d contra eum habent: poſtq̄ȝ monachus factus eſt vt ea edicant imponunt. Et cum in hoc defeciſſent: liber antonius in ethera tollitur: ⁊ liber deponitur. Huic etiam aliquando diabolus in tanta proceritate apparuit ꝙ celum capite contingebat. Et interrogatus quis eſſet: dixit ſe eſſe ſathā qui multum a monachis impugnabatur: ⁊ a chriſtianis maledicebatur: addens ꝙ iam ad nihilum eēt redactus: poſtq̄ȝ in cūctis partibus regnabat chriſtus. ¶ Alias etiaz vocatus vt exiret ⁊ videret: vidit demonem lōgum vſq ad nubes attingentē qui q̄ſdam pennatos ad celum volare cupientes extēſis manibus ꝓhibebat: quoſdaz vero retinere nequibat. Et intellexit illum fore animaꝝ aſcenſum ⁊ demonis ꝓhibitiōem: aliquibus reſiſtentē: quibuſdam autem obſiſtere nō valentez. ¶ Sacerdotes ⁊ clericos venerabiliter tractabat: ⁊ ab eis benedici humiliter implorabat. Et cum litteras ignoraret: etiā philoſophos ⁊ hereticos ſcripturaruȝ allegatione ⁊ ratiōibus cōuicebat. Unde aliquando alexandriam veniens ſermonēq publice faciens arrianos ibi aſtantes mirabiliter cōfutauit: ⁊ multa miracula fecit. Rediensq in porta ciuitatis puellam ab immundo ſpiritu exoluit. ¶ Quidaȝ gentiles philoſophi eum adeuntes vt ſibi illuderent: auditis eius ſermonibus edificati ſunt ⁊ ad chriſtum cōuerſi. Ab imperatore Cōſtantino ſepius per litteras viſitatus: eidem epiſtolam exhortatoriam remiſit: cōfortans eum in chriſtiana religione: ⁊ monens ne in terrena cōſideret poteſtate. Eccleſie quoq perſecutionez futuram arrianorum infeſtatiōe precognouit: ⁊ fratribus lachrymando predixit. ¶ Duci cuidaȝ nomine balachio arriano eccleſiam infeſtanti: adeo vt monachos ⁊ virgines publice nudatos virgis cederet: epiſtolam miſit eum de impietate redarguens: ⁊ iram dei ſuperuenturam cōminans. Qui epiſtolam legens irriſit ⁊ nuncios verberauit. Sed poſt dies. v. equo īſidens ad terram deijcitur: ⁊ morſibus ac vngulis compreſſus: poſt triduum deficiens ſepelitur. ¶ Tandem iuxta morem ſuum ad viſitandos fratres qui in interitori monte latebant adiit: eiſq obituȝ ſuum longe ante predixit: ac in domino cōfortauit. Et ad cellam regreſſus poſt dies modicos egrotare cepit: duoſq monachos: qui ſibi annis. xv. ſeruierant: accerſiuit monitiſq ſalutaribus eis traditis inter eoꝝ manus cū eēt annoꝝ. cv. in deo felicit⁹ obdormiuit. xvj. cal. febr. Cuius cor/

pus in eodē eremo prefati duo diſcipuli
ſepelierant: ⁊ nemini locū ſepulture vn/
q̄ꝫ reuelare voluerunt: eo ꝙ ſic ipſe illos
moriēs adiurauit: quia ēt decedēs mira/
culoꝝ famā recuſauit. ¶ Hic ad diuerſa
egypti monaſteria .vii. ſcripſit epiſtolas
apoſtolici ſenſus ſermoniſqꝫ refertas que
in linguā grecam poſtmodū trāſlate ſunt
vt dicit hieronym⁹ de viris illuſtribus.

¶ De ſanctis Speuſippo Heleuſippo ⁊
Meleuſippo martyrib⁹. Cap. XCIIII

Speuſippus heleuſippus ⁊
meleuſippus exiſtētes an/
noꝝ .xxv. cū auia ſua leonil
la ⁊ ſorore illius ionilla in
ciuitate ligonien̄. ſub aure/
liano īpatore martyriū paſſi ſunt. Nā cuꝫ
p̄dicti fratres cū iā dicta eoꝝ auia: a ſan/
cto benigno p̄ſbytero v̄buꝫ dn̄i ꝑcepiſſet
⁊ baptizati eēnt: in ligonien̄. ciuitate a q̄/
drato p̄ſide tanq̄ꝫ xp̄iani detenti ſunt. Et
ad p̄maꝫ quidem ſacre fidei ꝯfeſſionem
pugnis in facie ceſi ſūt. Deīde ligatis pedi
bus ⁊ manib⁹ v̄ſo capite in arboreꝫ ſuſpē
ſi ab auia leonilla ꝯfortabant̄. Poſthec ī
ignē miſſi illeſi ꝑmanētes: orātes ad dn̄ꝫ
vt aīas eoꝝ in pace ſuſciperet: expirarūt.
Viſiqꝫ ſunt angeli cum luce multa eoruꝫ
aīas colligentes: corporaqꝫ eoruꝫ intacta
ab igne repta ſunt. Quo viſo miraculo io
nilla matrona ſoror leonille ad xp̄m ꝯuer
ſa eſt. Et cū relicto viro ⁊ duob⁹ paruulis
xp̄m ꝯfiteret̄: a paganis tēta ⁊ capillis ſu/
ſpēſa ē. Deīde poſt plurima ſibi illata ſup/
plicia cū leonilla ſorore ſcōꝝ auia pariter
decollat̄ .xvi. cal. februarij. Quoꝝ omniū
corpa diu latētia ꝓceſſu tēporis inēta ſūt.
⁊ digno honore tumulata.

¶ De ſcō Sulpicio ep̄o. Ca. XCV

Sulpicius ep̄us de ciuitate
bituricen̄. claris parētibus
ortus: puerilib⁹ ānis miſe/
ricordie opib⁹ īſtētus erat.
Quadā nocte cuꝫ duobus
pueris vigilās: vidit eos a duobus ſpiri/
tibus teterrimis de eccleſia eijci: ſignoqꝫ
crucis demones effugauit: inde multas
antiqui hoſtis inſidias ꝑpeſſus xp̄i gratia
ſuperauit. Sed dum fama eius crebreſce
ret: ad inſtātiam Lotharij francorum re/
gis ab auſtregiſillo bituricen̄. ep̄o in dia/
conum ordinatur: deīde in abbatē eligi
tur: ac demū defuncto auſtregiſillo in epi/
ſcopū ſublimatur: qui ⁊ meruit primā aq/
tanie ſedem. Hic multis renitens ſignis
egros ſanabat: ⁊ demōes effugabat. Die
quadā dum ignis tectum domus eius in
uaſiſſet: ſigno crucis oppoſito tādiu con/
tra incendium ſtetit: donec flāmas extin
xit. Alias ēt cum ignis domum aliā incē/
deret: ⁊ mulier quadam ꝓ ſegete quam
ibi iuxta repoſuerat ſolicita eēt: ſignū cru
cis edidit contra flāmas: mādās ne illud
tranſire preſumeret: ⁊ extunc ignis ac ſi
mōs interiectus fuiſſet: ſeipſum compe/
ſcuit. Cū quedam arbor exciſa ſuper pue
rum alijs intentum caderet: ſcūs accurrit
⁊ ſigno dominico arborē eiectā in ꝑtem
oppoſitam concidere cōpulit: ſicqꝫ puerū
liberauit. Latro q̇daꝫ vt furaret̄: eius prō
ptuarium intrauit ⁊ nocte tota circuiens
exitū minime reperire valuit. Ad quem
dū ſanctus māe miſiſſet familiā: latro ſu/
ſpēdium metuēs in puteum .lxxx. paſſuū
ſe p̄cipitauit: auxiliuꝫ ſulpicij nihilomin⁹
inuocādo: quē vir dn̄i de puteo extractū
illeſum reppit cōpūctū ad pn̄iam recepit:
ſibiqꝫ de neceſſarijs ꝓuidit: Leuita q̇daꝫ
cōtra eius mandatū ad domuꝫ ſuā ꝑgere
volēs cecitate ꝑcuſſus vnde erat tota no
cte ſe mouere neq̇uit: ⁊ rediēs de inobe/
diētia pn̄iam egit. Quadā vice ī eccleſia
cū clericis ſuis ꝑnoctās: orōni procūbēs
ſtrepitus demonū ⁊ infeſtatōes tumultū
plures ſenſit: adeo vt putaretur eccleſia
euerti: nec ab oratiōe ceſſauit: donec om
nis fantaſtica illuſio euanuit. Quēdaꝫ ho
minem, cui die ſancto paſche lingua pre/

cidenti manus ſecuri adherens aruit: lachrymis ⁊ ſuffragijs tota nocte incumbẽs mane ſanatum remiſit. Qui plenus dierum in pace quieuit. xvj. calen. februarij. Sepultus in biturica ciuitate.

¶ De cathedra ſci petri rome. C. XCVI

Cathedra ſancti petri apoſtoli: qua in vrbe Roma primum vt ſummus pontifex ſedit: facte eſt anno quarto claudij imperatoris: que ideo cõmuniter ab eccleſia minime celebratur: quia huius memoria ſub feſto alterius cathedre: qua petrus primũ antiochie ſedit recolitur: vt dicetur. viij. calen. martij. Nam quãuis beati petri in vrbe roma fuerit ſedes principalior: illa tamen celebrius agitur: quia fuit tempore prior: ⁊ honorificentia potior. Beatus ergo apoſtolus poſtq̃ antiochie. vij. annis ſedit: hieruſalem venit: ⁊ cum ſimone mago diſceptationem habens: eum inde fugauit: Et cum ipſum romam veniſſe comparuit: eũ inſecutus eſt: ⁊ quarto anno claudij romam veniens a fidelibus reuerenter ſuſcipitur: ⁊ in cathedrali ſede ſublimatur: in qua ſedit annis xxv ⁊ ſic vicariatum chriſti in terris. xxxij. annis tenuit: ad quod tempus nullus romanorum pontificum exinde deuenit: ſicut ⁊ eius nomine nemo ſe vocari pſumpſit. Duos autẽ pontifices petrus ſibi coadiutores ordinauit: vnum intra vrbẽ. ſ. linũ: aliũ extra vrbẽ. ſ. cletum: vt dicit ioannes beleth: ipſe vero pdicatõi inſiſtebat. Mõſtratur autem vſq; ad pñs eius cathedra: in qua rome fuit pmitus exaltatus in eccleſia videlicet ſancti petri: vbi ⁊ pro antiquis ⁊ venerabilibus reliquijs conſeruatur: ⁊ dicitur q nullus papa in ipſa ſede aliquando ſedere pſumpſit. Celebrat autem feſtum huius cathedre videlicet romane ſedis. xv. calen. februarij vt in martyrologio hieronymi reperitur.

¶ De ſcã Priſca vgĩe ⁊ mar. C. XCVII.

Priſca vgo ⁊ mater paſſa eſt in vrbe Roma ſub claudio ceſare anno. iij. imperij ſui: que filia fuit nobilis ciuis: qui ter conſulatũ in vrbe hũerat. Quã in eccleſia reptã orantem miniſtri iperatoris ceperũt ⁊ duxerũt ad claudiũ: iuſſuq; eius ad tẽplum apollinis ducit: vt ibi ſacrificaret. Sed dũ orõnẽ fudiſſet ad dñm fctõ terremotu corruit idolũ ⁊ q̃rta pars templi diruta eſt: ⁊ oppſſit multitudinẽ paganoꝝ cũ ſacerdotibꝰ idoloꝝ. Imperator vero territus fugit. Demon autẽ per aera clamabat: ſed expulſum de habitatione ſua: in qua per annos. lxv. manſerat: q ex eo die de vrbe electꝰ fuerat cuꝫ ſpiritibꝰ. xxiij. ſibi ſubiectis. Tunc iperator iuſſit virginẽ alapis cedi: que lumine de celo ſuperfuſo: ⁊ voce dñica cõfortata eſt. Die ſequẽti iuſſit eam claudius expoliatã flagellis verberari. ⁊ poſt hoc fuſtibꝰ mactari: que a chõo conſolata: facie vt ſtellas ſplendens apparuit. Miſſa eſt igitur carcerem: ⁊ pinguedine adipum diſſoluta: toto corpore iuſſu ceſaris perungitur: vt ſic maleficia ſoluerent. que nocte tota cum multitudine ſanctorum pſallens audiebatur: ſed dum mane eam limenius iperatoris cõſanguineꝰ educere vellet: odore pfuſus ingreſſus carcerẽ repperit illaꝫ in throno ſedẽtẽ ⁊ angelorum multitudinẽ circunſtantẽ: ⁊ dum ſedẽ euertere vellet: circũſtantes angeli diſparuerũt. Cuꝫ igit ante ceſarẽ ſteiſſet ⁊ ipſam ad tẽpluꝫ ſacrificaturam duci feciſſet: clamabat demon: dicens q ignis a. iiij. angulis tẽpli procedẽs ipm incendebat. Moxq; ignis de celo cecidit: ⁊ ſacerdotes cuꝫ parte gẽtilium combuſſit: ⁊ idolum in fauillaꝫ redegit. Quod videns iperator priſcaꝫ prefecto tradidit puniendam. Que ducta ad pretorium pfecti vncinis ferreis attrahit ⁊ gladijs toto corpore diſſipatur: deinde

carceri mancipatur. Sed dum prefectus
iuxta carcerem equitaret ⁊ lumen conſpe
xiſſet: proſpiciens per feneſtram vidit vir
ginem in throno ſedentem: ⁊ faciem eius
claritate nimia refulgentem. Qui carce-
rem anulo ſuo ſignans. L. milites ad cu-
ſtodiam dimiſit. Illi vero noctu eam cū
angelis pſallentem audiebant. ¶ Mane
autem facto iuſſit eam imperator preſen-
te prefecto in amphiteatrum duci et be-
ſtijs exponi. Et dum ſibi leo immaniſſi-
mus: qui ouem quotidie comedebat: et
iiij. diebus fuerat ſine cibo detentus di-
miſſus eſſet: leo curſum arripiens ad pe-
des virginis procidit ⁊ plantas lingere ce
pit. Quem dum ceſar ad locum ſuum re
duci faceret: in conſanguineum eius irru
it ⁊ eum protinus interfecit. Tunc impe-
rator iuſſit eam in ergaſtulum recludi: et
triduo in edia macerari. Deinde ipſam
eductam facieqꝫ ſplendentem in equu-
leo ſuſpendi et vngulis latera eius radi.
Statimqꝫ brachia cum manibus carnifi-
cum dolore nimio torquebant̄. Poſt hec
in ignem copioſum mittitur: ſed pluuia
maxima cum vento ſubito erumpente:
flamma diſpergitur: ⁊ ignis extinguitur:
virgoqꝫ omnino illeſa conſpicitur. Quod
dum claudius magie deputaret: fecit ca-
pillos ipſius radi: vt ſic eius maleficia tol
lerentur. Poſthec in templum idolorum
eam incluſit ⁊ hoſtiū anulo conſignauit:
vbi audite ſunt voces angelice vna ſecū
deum laudantes. ¶ Poſt diem tertium
ingreſſus imperator in templum reppe-
rit priſcam in throno ſedentem vallatam
agminibus angelorum: ⁊ iuxta baſem co
lūne idolū cōminutum. Propter qđ ira-
tus ceſar eā foras vrbem eductā ꝑcepit
gladio necari: que prius oratiōe facta ad
dn̄m vt ſuſciperet ſpm̄ eius: voce celica
ad gloriā inuitatur: ſicqꝫ decollata eſt: et
continuo carnifices mortui ceciderunt.
Quod dum ſancto vrbis rome ep̄o nun-
ciatum eēt: acceſſit cū clericis: vt collige-
ret corpus martyris reppperitqꝫ duas aqui
las corpori inſidētes: ⁊ ipm̄ ne a feris tā-
gerēt cuſtodientes: qđ ab ep̄o collectum
miliario. x. ab vrbe via oſtieñ. ſepultū eſt:
vbi ⁊ fuerat decollata. Imꝑator vero gra
ui langore ꝑcuſſus dentibus proprijs car-
nes ſuas mordens: poſt dies paucos miſe
rabilit̄ expirauit. Tp̄e autē eutyciani pa-
pe corpus btē priſce eidem diuinitus re-
uelat̄: ⁊ locus per viſionē oſtendit̄. vbi ip-
ſe cum clero ⁊ ppl'o effodiēs ⁊ corpus in-
ueniens: ipſum inde leuauit: ⁊ ad vrbem
deducens in eccleſia ſanctorum martyꝝ
aquile ⁊ priſcille venerabilit̄ tumulauit:
in loco vero vbi fuerat decollata eccleſia
a fidelibus facta eſt: eius memorie dedi-
cata. Que paſſa eſt. xv. calen. februarij.

¶ De. ſ. moſeo ⁊ amonio m̄. C. XCVIII

HOſeus ⁊ Amonius apud pon
tum inſulā paſſi ſunt: qui cū
eſſent milites ⁊ xp̄m conſtā
ter confiterentur: primo mili
taribus cingulis exuti: dein-
de ad metalla damnati ſunt:
poſt aliquod vero tempus īde abſtracti:
diuerſiſqꝫ ſupplicijs affecti. Nouiſſime
igni traditi ſunt. Sicqꝫ martyrium ſuum
conſumauerunt. xv. calendas. februarij:
vt ait ado.

¶ De ſancto Deicolo abbate. Ca. XCIX

DEicolus abbas diſcipulus
fuit ſancti columbani abba
tis. Quo quidem ſancto cū
diſcipulis a britānijs ab ſe-
dente: ipſe de licētia patris
eo ꝙ debilis eſſet pedibus ibidem remā
ſit: mandato ſibi per obedientiam ne ad
monaſterium luxouieñ. vnde diſceſſerāt
aliquando rediret. Recedente ergo ma-
giſtro dum diſcipulus per incerta loca va
garetur: ⁊ ſitis eum arida comprimeret:
baculo terrā percuſſit fonſqꝫ ibi ſtatī eru
pit: q ſcm̄ reficiens vſqꝫ hodie ibi manet.

Cum autem bubulcum oues paſcentem
de loco quereret: illeq; ſibi intimaſſet ro/
gauit eū ut illucuſq; ſecum peragraret.
Dūq; paſtor pro pecorib⁹ dubitaret nec
haberet cui cuſtodiēdas dimitteret: ſcūs
baculum pro cuſtode in terraʒ fixit eaſq;
baculo in ſua fide cōmendauit. Queʒ bu-
bulcus uſq; ad locum aſſociauit: ⁊ reuer-
ſus oues circa baculū acſi circa paſtorem
illeſas ⁊ accubātes inuenit. Ueniens er/
go deicolus ad locum oſtenſum eccleſiā
ſancti Martini ibi poſitam clauſam con/
ſperit: ſed ianue ꝓpinquus: ꝑ eandē ſpon
te ſibi diuinitus reſeratam intrauit ⁊ ora/
tionem fecit. Et dum hec crebro fierent:
pſbyter eccleſie illius inuidia motus hec
patrono nomine v̄ſario nūciauit: de cui⁹
licentia cū ſuis ordinauit: ut dum mona
chus ille ꝑ noctem eccleſiā introiſſet: ipſe
eū inſecutus cum illis occideret. Dū igiť
horam obſeruaſſet: ⁊ ad ſancti interitum
feſtinaret ueniens ad eccleſiā ianuas ⁊ fe
neſtras ſpinis ⁊ rubis obſtructas inuenit
⁊ ſic intrare nō ualens uiruʒ dei dimiſit.
Quod audiēs v̄ſarius: ⁊ hoc magicis ar/
tibus atribuēs: mandauit ſuis ut ubicūq;
mōachus repireť ſibi genitalia ꝑciderē
tur. Statimq; in ipſa hora verſarius in eiſ
dem mēbris ſibi mirabiliter tumefactis
dolere admodū cepit. Quod uxor eius et
iniuria ſcō illata contigiſſe recognoſcens
virū dei ad ſe humiliter accerſiri fecit: ut
ad maritū liberādū feſtinaret. Sed ante
ꝙ deicolus illuc ꝑueniſſet verſarius expi
rauit: veniēs ergo ſcūs itinere feſſus: capā
exuit eāq; radio ſolis ꝑ feneſtrā intrantis
ſupiecit: ubi acſi in ꝑtica māſit. Deide orō
ne ſua v̄ſariū ſuſcitauit: q̄ oēs ſuas poſſeſ/
ſiones ⁊ capellā ſibi ꝯceſſit: ubi deicolus
ꝯgregatis fratribus monaſteriū ꝯſtruxit.
Cum die q̄dā clotarius rex circa locū ve-
nādo cū ſuis apꝛū inſeq̄reť: ap fugiēs ec/
cleſiam introiuit: ⁊ ante altare proſtratus
manſuetus ꝑmanſit: deicolū aſpiciens et
quaſi eius auxilium petēs: quod dū vena
tores cū rege apruʒ inſequētes vidiſſent
admirati ſunt: ⁊ ſanctū reuerētes aprum
dimiſſerunt. Cui etiam rex multa priuile
gia cōceſſit: ⁊ locū predijs dotauit. Poſt
hec deicolus apoſtoloꝝ limina viſitauit:
⁊ repatrians ac obituʒ ſuū precognoſcēs:
columbanū ſibi ſucceſſorem monaſterio
delegauit. Ipſe autem ſecretiorem pe-
tens eremum poſt plures annos in pace
quieuit. xv. calen. februarij.

De trāſlatiō ſcē Lucie. Cap. C.

TRanſlatio corporis ſancte
Lucie ad ciuitateʒ venetia
rum circa anno dñi. M. xl.
facta eſt. Nam dum rogeri
us ꝯſtantinopolitanus im/
perator circa ānū domini.
M. x. in romania ⁊ ſicilia dñaretur: ma
neiacem principem ſibi dilectum ⁊ pru-
dentem vicarium ad ſiciliā miſit. Qui ſa
gaciter imperatori rebellās ſiciliā tyrani
de occupauit: quod imꝑator audiens do
luit: ⁊ de cōſilio regine ſe egrotantē ⁊ dei-
de mortuū ſimulauit. Pauperē quoq; de
functuʒ capſa incluſum ſui loco regaliter
tumulari fecit. Ipſe v̄o biennio latuit: ita
ꝙ vere mortuus ob omnib⁹ credebatur.
Poſt duos annos regina per ſolēnes
nuncios maneiacem de ſuo coniugio re-
quiſiuit: qui aſſenſum prebens ordinatis
nuptijs ſolēniter cōſtantinopoliʒ cū mu-
neribus aduenit: ⁊ corpora ſanctaꝝ aga-
the ⁊ Lucie ſecū de ſicilia aſportauit. Qui
dum cōſtātinopolim veniſſet ab imꝑato-
re de latibulis prodeunte interficitur: et
regnum ſicilie recuperatur: ⁊ corpora vir
ginum cōſtantinopoli honorifice recōdū
tur. Poſt hec anno dñi. M. xl. dū veneti
cum ſiculis cōſtantinopoliʒ cepiſſent: cor
pora duarum virginum auferentes cōdi/
xerūt adinuicē ut corpus ſancte agathe ſi
culi rehaberēt: ⁊ corpus ſcē Lucie veneti
ferent ſecum. Quod ⁊ factum eſt. Sicq;

corpus

corpus ſancte virginis delatū venetias: p̄mo quidez in monaſterio ſancti gregorii maioris pluribus ānis ſtetit: deinde a duce ⁊ populo ad eccleſiam ſuo nomini edificatā tranſlatum fuit: vbi vſqꝫ in preſens iacet miraculis coruſcans. Factaqꝫ ē huiuſmodi tranſlatio videlicet de coſtantinopoli venetias. xv. calen. februarij.

¶ De ſanctis Mario Martha Audifax ⁊ Abbacucb martyribus. Cap. CI

Marius ⁊ Martha vxor eiꝰ et filii ſui audifax et abbacucb rome ſub claudio imperatore martyriū paſſi ſūt: Hi nobiliſſimi ⁊ diuiter de perſida oriundi venerūt romaz cauſa orationis: cū eſſent chriſtiani. Et ceperunt corpora ſanctoꝝ perquirere: ⁊ xp̄ianos in carceribus ſuis corpora quoqꝫ martyrū pro xp̄o interfectoꝝ requirentes ſepeliebāt. Et dum in caſtro tranſtyberim beatū quirinum in carcere viſitaſſent: ⁊ multorum martyrū corpora tumulaſſent: viſitauerunt beatum calixtū papā cū xp̄ianorum multitudinem latitantem. Cum quibus duobus menſibus p̄manſerunt: multaqꝫ ſibi ⁊ ceteris chriſtianis neceſſaria prouiderūt: ipſiuſqꝫ benedictione p̄cepta abierunt ſanctorum martyrū corpora req̄rentes ⁊ honorifice tumulātes: inter que prefatum beatū quirinum in tyberi necatuz ⁊ . cclxij. chriſtianos iubēte claudio ſagittis interfectos condigna reuerētia ſepelierunt. Hec claudius audiēs ſanctos dei detineri fecit: quos ſibi preſentatos diutius examinauit: ⁊ deinde muſciano vicario puniendos tradidit: Qui duz coraz ipſo in tellure ꝯſiſtentes xp̄z cōſtanti aio cōfiterent̄: oiaqꝫ idola vt demōia execrarent̄: iuſſu muſciani marius cū filiis fuſtibus ceſi ſūt: martha aſſiſtēte ⁊ viꝝ ac natos viriliter exhortāte: deīde in equuleo leuati canapinis funibꝰ crudeliter flagelāt̄ur: facule q̄qꝫ ignee lateribꝰ apponūtur: ⁊ vnguibꝰ ferreis laniant̄. Et cū hec omnia patiētiſſime toleraſſent: iuſſit eos vicarius de equuleo deponi: ⁊ manꝰ eoꝝ p̄cidi: quibus ad colla ligatis p̄ ciuitatē circūduci ſub voce p̄conia: ne deos blaſphemare p̄ſumerēt. Martha vero omnibꝰ iſtis aſtās: ⁊ ſancti ſermonibus eos corroborās: de ſanguine illoꝝ caput ⁊ faciē liniebat. Nouiſſime aūt iubēte muſciāo extra vrbē via cornelia militario. xiij. ad nymphas catabaſis deducti ſunt: ibiqꝫ pariter ſub harenario decollati. Martha vō nympha necata eſt. Quoꝝ corpora iteꝝ iuſſit icēdi: vt ſepultura carerent: ſed quedā matrona nomie felicitas ea ſemiuſta ex igne latenter rapuit: corpus autem marthe de puteo leuauit: ⁊ ipſa omnia in ſuo predio ſepeliuit. xiiij. calen. februarij.

¶ De ſcō Baſſiano ep̄o. Cap. CII

Baſſianus ep̄s natiōe ſyracuſanꝰ patre ſergio natus: ānoꝝ. xii. ab eodē romam miſſus ē gratia ſtudioꝝ: vbi a ſcō gordiano p̄ſbytero doctus iacꝫ baptiſmū ſuſcepit. Quod dū pater ipſius gētilis audiſſet: ⁊ eū reuocare diſpōeret: iuuenis baſſianꝰ in eccl'ia ſci Joānis euāgeliſte rome p̄ viſionē monitus rauēnā fugit vt p̄ tp̄s aliq̄d latitaret. Et dū in via poſitus eſſet: ceruā cū duobꝰ hinulis a vēatoribꝰ iaculata ad eū p̄fuga venit vēti: ⁊ p̄des ligē cepit: illoqꝫ mirāte vēatores ſupueniūt: ⁊ ſcūz vidētes ſubſtiſtūt: quoꝝ vnꝰ ceruā demanibus ſci rapenitit̄: ſed mox a diabolo vexat̄: quez ſcūs cū liberaſſet ceruā dimiſerūt. Veniēs aūt rauēnā apud ecclīā ſci appollinaris extra ciuitatē manēs orōni vacabat: fama ſcitatis p̄clarꝰ. ¶ Bithyniꝰ iudex vt reꝰ maieſtatis iuſſu p̄ſidis rauēnatis ad decollādū ductus eſt: q̄ dū baſſiani nomē inuocaſſet: bipēnis tertio de manu ſpiculatoris p̄ſiliit: ⁊ ſic inocēs apparuit ⁊ abſolutꝰ fuit. Poſt h̄ factꝰ p̄ſbyter i eccl'ia lauden. ep̄s

eligit̄ ⁊ ab oībus approbat̄: ⁊ dū ad eṗatū veniret intrās ciuitatis lauden̄. ſuburbia: paralyticū ⁊ mutū ab vtroq; morbo curauit ⁊ multos leproſos mūdauit. Alias ēt puer̄ a ſerpēte occiſum ſuſcitauit: ⁊ puellē obſeſſam a demonio liberauit. Uocat⁹ medi olanū ad btm̄ ambroſiū egrotantē: obitū ſuū clericis eius ꝑdixit: ⁊ ipm̄ defūctū venerabili obſequio tumulauit. Poſt hec reuerſus ad eccleſiā ſuā miraculis et ſcitate conſpicuus multo tp̄e ſuperuixit: obitū ſuum annis pluribus ꝓnunciauit: ⁊ xc. etatis ſue anno conſummatus ſanctitate: in pace quieuit. xiiii. cal'. februa. tēpore honorii ⁊ theodoſii auguſtoꝝ: ſepultus eſt in baſilica apoſtoloꝝ: quā ipſe a fundamentis erexerat. Tēporis ꝓceſſu deſolata ciuitate lauden̄ ꝑ ciues mediolan̄. ⁊ totaliter igne ꝯſumpta: corpus ſci nunq̄ inde potuit amoueri: quinimo oēs accedētes ad locū: vt mortui ſternebant̄: ſicq; ibidē dimiſſum eſt: qua ciuitate poſtmodū in loco vbi nūc eſt recōſtructa ꝑ iperatorē federicū: corpus ſancti confeſſis eodem delatū eſt: vbi ⁊ quieſcit miraculis ſplēdēs.

¶ De ſcō Pōtiano martyre. Cap. CIII.

Pontianus martyr tp̄e antonini iꝑatoris i ciuitate ſpoleti paſſus eſt: q̇ tent⁹ a iudice fabiano cū ſacrificare nollet: prio virgis grauiter ceſus donec ſanguis in terrā q̄ſi de fonte ꝓflueret: deīde ſuꝑ carbones accēſos ambulare cōpulſus illeſus ꝑmanſit. Poſt hoc in equuleo appenſus vncinis ferreis vſq; ad oſſium nudationē laniatus in carcere miſſus eſt. Seq̄nti vero die in amphiteatro poſitus laxatis ſibi duob⁹ leonib⁹ eiſdē māſuefactis ꝑmāſit intactus. Iter̄ in cuſtodia artiſſima diebus. xii. ſine vllo cibo detentus: angelo dn̄o ſibi de celo miniſtrāte refectus: inde in nullo maceratus educit̄: ⁊ plūbo liquefacto ꝑfundit̄. Cum hec oīa tā mentis q̄ꝫ corporis ꝯſtātia toleraſſet. Nouiſſime iuſſu ꝑſidis extra ciuitatē ductus gladio animaduerſus martyriū ꝯſumauit. Sepultus a fidelibus non longe a muro vrbis ſpoletane in loco qui dicitur lucianus. xiiii. calen. februarii.

¶ De ſcō Germanico mar. Cap. CIIII.

Germanic⁹ martyr ſub marco antonio et Lucio aurelio i ſmyrna ciuitate paſſus eſt. xiiii. cal'. febꝛ. q̇ plurib⁹ ſuꝑatis ſuppliciis ꝑ grāꝫ dn̄i tutis dei metuꝫ corpee fragilitatis excludēs ſpōte ꝑparatā ſibi beſtiā ꝓuocauit: cuius dētibus cōminut⁹ dn̄o pani. i. dn̄o ieſu chꝛo pro ipo moriēs meruit incorporari: vt dicit̄ in martylogio hieronymi.

¶ De ſcō Launomarico abbe. Ca. CV.

Launomaric⁹ abbas carnoten̄. ciuis parētib⁹ chꝛianis ꝓgenit⁹ eſt: h̄ cū adhuc eēt puer: ⁊ oues pr̄is paſceret: q̄ ſibi victui ſuperāt: pauperib⁹ errogabat. Qui tradit⁹ a parētib⁹ cuidā ſacerdoti ſacras lr̄as didicit: ⁊ ad ſacerdotii ordinem ꝑuenit: deīde adhuc iuuenis media nocte dn̄o demo pr̄na fugiēs eremū petiit: cū aūt ad ipm̄ occidēdū latrōes tota nocte laboraſſent: putātes eū pecunias hr̄e: mane diuino miraculo viſiōe ei⁹ territi ⁊ ipſi⁹ pedib⁹ ꝓuoluti veniā poſtularūt. Cuiuſdā viri filiū claudū dū ꝓ eo miſſaꝫ celebraſſet erexit: ⁊ dū claues eccl̄ie ꝑiſſent an̄ fores humi proſtrat⁹ orōne ſcā ianuas reſerauit. ¶ Poſt q̄ dū manipulos meſſiū ſub tecto de viminib⁹ ſcō repoſuiſſet: ⁊ ignis ſegetes inuaſiſſet ſigno crucis mox incēdiū ſedauit. Sequēti nocte duꝫ orādo ꝑnoctaret: diabolus ſibi ter lumen extinxit terq; diuinitus accenſum fuit. ¶ Et cū diſcipulos ꝯgregaſſet: ⁊ quercus maxis ad oratoriū ꝯſtruēdū exciſa fuiſſꝫ: q̄ nō apto loco ad volādū ceciderat nec a fribus adhuc paucis alio deferri poterat: orōne ſua loco ꝯgruo eā trāſportauit. Qui

dā hermoaldus nobilis egrotans.xl. ſoli-
dos ſibi miſit vt ꝑ ſe oraret. Quos ille al-
tari ſuppoſitos: dū ꝑ ſpm̄ oēs vno excepto
de male acq̄ſito cognouiſſet: illū ſolū reti-
nuit ceteroſqꝫ remiſit: ⁊ q̄ ex h̄ de⁹ placa-
ri nō poſſet eidē ꝑdixit. Atqꝫ ille mortu⁹
eſt. ¶ Inuitat⁹ tandē a malardo epō car-
noten. eū viſitauit: ⁊ ſecū aliquo tpe com-
moratus multa ſibi futura predixit. ſicqꝫ
ſenex in pace quieuit. xiiij. calen. februa.

¶ De.i. Fabiano papa ⁊ mar. Ca. CVI.

Fabian⁹ papa martyr natiōe
roman⁹ ex pr̄e fabio de re-
giōe celij montis: antherio
pape i ep̄atu ſucceſſit: ſedit-
qꝫ ānis.xiij.mēſib⁹.xj. Hic
papa romano defūcto: cū cler⁹ ⁊ ppl's pro
alio eligēdo ꝯueniſſent: ⁊ ipſe de q̄dā lo-
co cū amicis rediret: venit iter eos rei exi-
tū ſcire volēs. Et ecce colūba cādida ſuꝑ
caput ei⁹ d̄ celo d̄ſcēdit dicēs Rome ep̄s
coronaberis. Q̄d oēs mirātes eū in papā
elegerūt. Hic ꝯſtituit vt oī anno in cena
dn̄i chriſma ab ep̄o ꝯſecraret: ⁊ vet⁹ cōbu-
reret. Hic regiōes diuiſit.vij.diaconib⁹ ⁊
eis.vij.ſubdiacones ſubſtituit: q̄.vij.no-
tariis iminerēt: ⁊ geſta martyꝝ in īteg̃ro re-
colligerēt. Iſte philippo ipatori neophy-
to volēti itereſſe vigiliis paſche: ⁊ myſte-
riis cōicare reſtitit: nec quouſqꝫ ꝯfiteret ⁊
inter penitētes ſtaret itereſſe ꝑmiſit: q̄d ⁊
deuot⁹ ipator fidel'r adimpleuit. Hic fec̄ or-
dinatiōes.v. ꝑ mēſem decēbris p̄ſbros.
xxij.diacōes.vij.ep̄s ꝑ diuerſa loca nume-
ro.xj. Cui⁹ tpe nouatian⁹ q̄dā p̄ſbr̄ eccl'ie
romane ambiēs ep̄atū: ⁊ vidēs fabianū
electū hereticus f̄cūs eſt: ꝯtra quem cele-
bratū eſt ꝯciliū in vrbe roma.xl.ep̄orum.
Hic enī hereticus lapſis ſpē venie dene-
gabat vn̄ in ꝯcilio hoc reprobato ſtatue-
rūt vt lapſis venia miſericordit̄ ꝑmitte-
ret: dū mō ꝑ pn̄iam reuertant̄. Hic ſub ꝑ-
ſecutōe decij capitis obtrūcatōe martyrio
corōat⁹ ē. Et ſepult⁹ i cimiterio calixti via
apia.xiij.cal'.feb. Et ceſſauit ep̄at⁹ dies.vij.

¶ De ſcō Sebaſtiano mar. Cap. CVII.



Sebaſtianus martyr narbonē-
gene re nobilis ciuis
mediolani celi⁹ dio-
cletiano et maximia-
no iperatoribus valde
dilect⁹. ꝑncipatū ꝑme
cohortis ab eis obtinu-
it: coꝝ cōſpectui ſp̄ aſſiſtēs. Hic ſapiētia ⁊
virtutibus ꝑditus ab omnibus militibus
vt pater amabat̄. Qui ⁊ militarē habitū
ad hoc tantū ferebat: vt chriſtianiſſimus
ipſe chriſtianorū animas quas in tormen-
tis videbat deficere cōfortaret. ¶ Cū au-
tē preclariſſimi viri marcus ⁊ marcellia-
nus fratres gemini filii tranquillini nobi-
lis: a beato ſebaſtiano in fide eruditi poſt
multa ſupplicia ex ſentētia chromatij vr-
bis p̄fecti decollari deberēt: ſi infra dies
xxx nō reſipiſcerēt. Ad eos parētes adue-
niunt: vt ipſoꝝ aīos a ſuo propoſito reuo-
carēt. Aduenit ⁊ mr̄ martia ſoluto capite
reſolutis crinibus oſtenſiſqꝫ vberibus la-
chrymis genas in ꝯſolabilit̄ rigabat. Ad-
ducit̄ ⁊ pater ſenior manibus famulorū: et
capite aſperſo puluere: detectaqꝫ canicie
lamētabiles voces emittebat. Aduenīūt
⁊ ꝯiuges ꝓprios paruulos offerētes: ⁊ in-
cōparabilibus gemitibus ⁊ ſuſpiriis eiu-
lantes. Inter hec ceperūt virorum corda
molleſcere. Tūc ſebaſtianus ibi aſſiſtēs:
erūpens in medio: diuino repletus flami-
ne: de contemptu vite preſentis ⁊ de glo-
ria futuri regni: ſermonē aſſumēs ꝓlixā
orationē contexuit: ⁊ elegāti eloquio ſan-
ctorū aīos ad amorē martyrij contēptis
oībus incitauit. Hec autē agebant̄ in do-
mo nicoſtrati primiſcrinii: vbi marcus et
marcellianus cuſtodiebant̄. Cuius vxor
zoe nomine: graui infirmitate loquelā. vi-
dnis amiſerat: vſuꝫ tamē audiēdi aut ſen-

ſum animi minime pdiderat. Que cũ oĩa verba ſebaſtiani audiſſet: pedib⁹ eius ꝓuoluta: nutibus veniam poſtulabat. Igit̃ martyr xp̄i orauit: vt q̄ os zacharie pphete reſerauerat linguã quoqꝫ eius apire dignaret̃. Statiqꝫ mulier loquẽdi facultate recepta ſermones bti ſebaſtiani benedicere cepit: ſeqꝫ angelum dñi iuxta euꝫ vidiſſe aſſeruit: qui imẽſo lumie circũdatus librũ apertum tenebat: vbi omnia q̄ ſanctus dixerat ſcripta erãt. Juxta queꝫ etiã alij. vij. angeli candidiſſimi circũſtabãt. Quo viſo miraculo: nicoſtrat⁹ vir cuꝫ vxore ↄuerſus ẽ vna cũ trãquillino ⁊ martia parẽtibus marci ⁊ marcelliani: ⁊ a ſcõ policarpo pſbytero baptizati ſunt. Marcus vero ⁊ marcellian⁹ in dño confortati martyrij gloriã ꝑoptabant. Quos duꝫ nicoſtratus vellet ſolutos dimittere: oĩo abire noluerũt aſſerẽtes ſe paſſionis caliceꝫ nullatenus dimiſſuros. Trãquilin⁹ autẽ graui morbo laborãs ſtatiꝫ vt baptizatus eſt: ſanitatẽ ſuſcepit. Poſtq̃ aũt marcus ⁊ marcelliãus martyriũ paſſi ſunt: ⁊ mater eoꝝ martia poſt dies modicos i pace migrauit ad xp̄m. Chromaticus p̄fectus graui morbo laborans a ſancto ſebaſtiano ſanatus eſt: ⁊ ab eodẽ atqꝫ a tranquillino in fide doctus vna cũ tyburtio filio ſuo: per manus policarpi pſbyteri ſacrum baptiſmum ſuſcepit: vt in paſſione tyburtij dicetur. iij. idus auguſti. Quibus omnib⁹ ꝑ martyrium cõſumatis beatus ſebaſtianus latere nõ potuit. Nam cũ imperator diocletianus cognouiſſet qualiter duduꝫ in chriſtianitate latuiſſet: ⁊ multos tali occaſiõe ad martyriũ ꝓuocaſſet: eum ad ſe cõuocauit: ⁊ de ingratitudine quam erga deos ⁊ impatores habuerat dure redarguit. Qui cũ ſe chriſtianuꝫ pro ſalute imperij ſemper orare dixiſſet: iuſſit eum imperator in medio campi ligari: ⁊ quaſi in ſignum a militibus ſagittari. Qui ita euꝫ ſagittis impleuerunt: vt quaſi ericius videretur: ⁊ exiſtimãtes illuꝫ mortuũ abierunt. Ueruꝫ hyrene relicta caſtuli mater abijt noctu vt corpus tolleret: ⁊ inueniẽs ipſum adhuc viuũ ad domuꝫ ſuam adduxit: ⁊ curaꝫ eius egit. Qui intra paucos dies conualuit: ⁊ ſtans ſuper gradus heliogabali venientibus impatoribus ſe exhibuit: eoſqꝫ de perſecutiõe quaꝫ in chriſtianos iniuſte agebãt: icrepare cepit. Quod cum diocletianus miraret̃: dixit ſe ad hoc a chriſto dño ſuſcitatum: vt eiſdeꝫ veritatem fidei cõteſtaretur. Tunc imperator iuſſit eum in hippodromum palatij duci: ⁊ tãdiu fuſtibus cedi: donec ſpiritũ exhalaret. Corpuſqꝫ ipſius in cloacam ꝓicine a chriſtianis nomine martyris coleretur. Sanctus vero martyr apparuit lucine matrone religioſe: eiqꝫ corpus ſuũ reuelauit: ⁊ vt iuxta apoſtolorũ veſtigia ſepeliret admonuit. Quod ⁊ illa cuꝫ ſeruis nocte ſequenti adimplere curauit: ipſumqꝫ in catacũbis iuxta corpora apoſtoloꝝ vt iuſſerat collocauit. Paſſus eſt aũt circa ãnos dñi. cclxxxvij. xiij. calen. februarij.

¶ De ſcã Agnete vḡie ⁊ mar. C. CVIII.

Agnes virgo ⁊ martyr ſacratiſſima: cui⁹ paſſionẽ ſcribit ãbroſi⁹: nobiliſſima romanoꝝ. xiij. etatis ſue ãno morteꝫ pdidit: ⁊ vitaꝫ inuenit: corpe iuuẽcula ſed animo cana: pulchra facie ſed pulchrior fide. Hec dũ a ſcholis reuertit̃: a p̄fecti vrbis nomine ſimphrõij filio iuuene adamat̃: cuius parentes req̄ſiuit: ⁊ multis ꝓmiſſionib⁹ eius cõiugium poſtulauit. Deide diuitias ⁊ gẽmas ⁊ theſauros obtulit infinitos: que omnia a virgine vt ſtercora reputata ſunt. Juuenẽqꝫ curioſa oratiõe licẽtiauit: eo q̄ ab alio amatore preuenta eſſet: quem de quinqꝫ excellentijs commendauit: que a mulieribus in ſponſis plurimum requirũtur. P̄ de nobilitate generis: qꝛ longe illo nobilior genere et dignitate: cuius mater vḡo

eſt: cuius pater feminam neſcit. De deco
re pulchritudinis: quia eius pulchritudi-
nem ſol ⁊ luna mirantur. De diuitiarum
abundantia: quia eius opes nūquam de-
ficiunt: ⁊ diuitie nūquam decreſcunt. De
potentie efficacia: quia eius odore reui-
uiſcunt mortui: eiuſq; tactu confortantur
infirmi. Et de amoris excellētia: quia ei⁹
amor eſt ſuauior: ⁊ gratia elegantior. De-
inde ſubiecit quinq; beneficia ſibi ab ipſo
ſponſo collata. Quia anulo fidei ſue eam
ſubarrauit. Multiplici virtutum varietate
veſtiuit. Paſſionis ſue ſanguine ſignauit.
Vinculo amoris copulauit. Et celeſtis the
ſauri gloria ditauit. Audiens hec inſanus
iuuenis: lecto proſternitur: ⁊ ꝙ amore
egrotaret: a medicis aperitur. Cumq; pa
ter iuuenis eadem virgini replicaret: ⁊ il-
la prioris ſponſi federa violare non poſſe
diceret: cepit prefectus inquirere: quis eſ
ſet ſponſus ille nobilis: de cuius ſe agnes
poteſtate iactaret. Cūq; didiciſſet: ꝙ vir-
go chriſtum deum ſuum ſponſum aſſere
ret: prefectus eam ſibi preſentari fecit: ⁊
primo blandis ſermonibus: dehinc ter-
roribus pulſare cepit. Que illum blandi-
entem ſicut ⁊ terrentem animo deride-
bat. Et quia nobilis erat: ꝙ vim ei prefe-
ctus inferre non poterat: titulo ſibi chri-
ſtianitatis obiecto: ſequenti die eam ſibi
aſſiſti fecit: ⁊ iterato de amore iuuenis ap
pellauit. Et cum in ſermone caſſo labore
deficeret: alterum de duobus ſibi propo-
ſuit eligendum: aut ſi virginitatem elege
rat: dee veſte cum virginibus immolare:
aut cum meretricibus publice ſcortari.
Que cum neutrum elegiſſet: dicens ſecū
habere angelum domini: qui eaʒ ſemper
impollutam cuſtodieret. Juſſu ſimphro-
nii ſpoliata ad lupanar ducitur voce preco
nia agnetem ſacrilegaʒ proclamante. Tā
tam autem denſitatem dominus capillis
eius mox creſcentibus contulit: vt meli-
us quam ſuis veſtibus videretur induta.

¶ Jngreſſa autem turpitudinis locum:
angelum domini preparatum inuenit: qui
eam immenſo lumine circundedit: ⁊ ſto-
la candidiſſima ad menſuraʒ eius corpo-
ris diuinitus contexta veſtiuit. Tunc pre
fecti filius cum ſodalibus ad lupanar ve-
nit: ⁊ volēs ſibi illudere: illos prius ad eā
inuitauit. Qui ingreſſi ⁊ immenſo lumi-
ne territi: compuncti redierunt. Sicq; lu
panar locus oratiōis efficitur: adeo vt q̄ſ-
q; mundior exiret: q̄ʒ ingrederetur. Ju-
uenis ergo laſciu⁹ ſocios vt puſillanimes
irridens: intrans in lumen irruit: moxq;
vt eā contingere voluit: prefocatus a dia
bolo expirauit. Quem ſocij videntes diu
tius immorari: putabant illum obſcenis
operibus occupari. Tandem ad locuʒ ac
ceſſerunt: ⁊ cum mortuum inuenirētes: ꝑ
foribus clamauerunt. Cōcurrit populus:
concurrit ⁊ defiens prefectus: ⁊ quidam
eam maleficam: quidam innocentem ex
clamabant. Prefectus vero cauſaʒ necis
filij interrogat. Cui virgo reſpondit: ꝙ il-
le cuius voluntatem perficere noluit: in
eum poteſtatem accepit. Nam ⁊ alij qui
honorem deo intrantes dederant: illeſi
exiuerāt. Cui cum prefectus ſe eideʒ cre
diturum diceret: ſi iuuenē ſuſcitaret: ora-
uit agnes cū lachrymis ⁊ ↄfeſtiʒ ab ange
lo ſuſcitatur iuuenis: q̄ egreſſus cepit chri
ſtuʒ publice predicare: ⁊ oīa idola confu-
tare. Tunc ſeditione in populo excitata ꝑ
pontifices idoloꝝ: ꝑfectus hec videns ob-
ſtupuit eāq; dimittere voluit: ſʒ ꝓſcriptio
nem timēs: virginē aſpaſio vicario dereli
quit: ⁊ dolens abiit ꝙ ipſam liberare non
potuit. Quā vicarius in ignē copioſū iacta
ri fecit: ſʒ in duas partes flāma diuiſa ſedi
tioſum pplm cōburebat: ⁊ eā minime cō
tingebat: virgo āt chriſti ad dnm orauit:
moxq; ignis ita extinctus fuit: vt nec q̄deʒ
tepor incendij remaneret. Aſpaſius autē
ſeditionem ppli timens in gutture eius
gladium mergi fecit: ⁊ ſic chriſtus ſibi ſpō

ſam ⁊ martyrem conſecrauit. Cuius cor-
pus xp̄iani cum parentibus nullam triſti-
tiam habentibus tulerunt: illudq; in pre-
dio ſuo via numētana ſepelierunt: virq; a
paganis in eos mittentibꝰ lapides euaſe-
runt. Paſſa eſt aūt. xii. calē. februarij.

De ſcō Patroclo marty. Ca. CIX.

Patroclus martyr paſſus eſt
apud ſenonas gallie ſub va
leriano impatore. Qui cuꝫ
de partibus illis egredere
tur: audita fāma patrocli ꝙ
vir nobilis aſſiduis orationibus vacans:
hora. xii. vix cibum capiebat: ⁊ quia xp̄m
publice predicabat fecit eum teneri ⁊ du
ci ad ſacrificandum. Qui cum ſacrificare
cōteneret iuſſu imperatoris fuſtibus ce-
ditur: deinde miſſis compedibus in cru-
ribus ipſius ⁊ catenis in manibꝰ vinctus
triduo carceri patroclus mancipat̄. Sed
cum in chriſti confeſſione conſtanter pſe-
ueraret: iuſſit euꝫ aurelianus iuxta flumē
ſequana duci: ibiq; gladio caput eiꝰ abſci
di. Ductus ergo ad locum: oratione pre-
miſſa: lumina eum tenentium obſcurata
ſunt: ipſe vero flumen tranſiuit: aqua vix
ad genua pertingente. Quod dum ꝗdam
illoꝝ diuine virtuti: quidam magice arti
aſcriberent: flumen ⁊ ipſi tranſierūt: ⁊ dū
ſanctum requirerēt a muliere gentile eiſ-
dem orans oſtēditur. Sicq; caput ipſius
amputat̄. xii. cal. februarij. Cuius corpus
a viris fidelibus pſecutione ſedata in ciui
tate ſenoñ. ſepultum iacet.

De ſcō Publio epō ⁊ mar. Ca. CX.

Publius epūs athenieñ. ⁊ mar
tyr glorioſus fuit. Hic huma
na ⁊ diuina ſapientia clarus:
ſecūdus poſt dionyſiū ariopa
gitā ad modū effulſit. Eccle-
ſiamq; athenienſiū nobiliter rexit: ⁊ ꝑcla
ris virtutibus ac doctrina prefulgens ob
chriſti fidem martyrio coronatur. xij. cal.
februarij. hec ado.

De ſanctis Fructuoſo epiſcopo ⁊ ſociis
martyribus. Ca. CXI.

Fructuoſus epūs augurius
⁊ eulogius diaconi ⁊ mar-
tyres: tp̄e galieni impera-
toris martyrium paſſi ſunt
apud terragoneꝫ hiſpanie
ciuitatē. Qui primo in carcerē truſi: diebꝰ
pluribus afflicti ſunt. Deinde educti: pro
chriſti confeſſione flāmis iniecti: vinculis
quibus alligati fuerant exuſtis manibus
in modū crucis expanſis: orantes vt vre-
rent̄ obtinuerunt. Et mox quidā ex fratri
bus: ⁊ filia pſidis que aſtabat: viderunt
ſanctoꝝ animas celum cōſcendere coro-
natas. Qui paſſi ſunt. xii. calē. ianuarij: vt
dicit Ado in martylogio ſuo.

De ſancto Uincentio leuita ⁊ marty-
re. Ca. CXII.



Uincētiꝰ
leuita ⁊ martyr gene
re hiſpanus de ciuita
te oſcha: pie euitiyo:
agreſtis olim nobiliſſi
mi ⁊ cōſulis filio ma-
tre enola ꝓgenitꝰ eſt.
Qui a pueritia ſacris
litteris eruditꝰ erat: ⁊ ſub valerio ceſarau
guſtañ. epō moribus ⁊ ſcientia clarebat.
A quo ⁊ adhuc iuuenis archidiaconꝰ eius
ordinat̄. Cui epō qꝛ impeditioris lingue
fuerat: ꝑdicanduꝫ vices ſuas cōmiſerat:
ipſe vero oratiōi vacabat. Tempore igit̄
diocletiani ⁊ maximiani impatoꝝ: cum
dacianꝰ hiſpaniaꝝ pſes nequiſſimꝰ ciuita
teꝫ ceſarauguſtanā eēt ingreſſus: vt xp̄ia-
nos ad ſacrificia tormētis cōpelleret: ⁊ vin
centii laudabileꝫ famā audiret: fecit eum
vna cum epō valerio in carcere detineri.
Deīde pergens valentiā catenis vinctos
in collo ⁊ manibꝰ poſt ſe trahi: ipſoſq; ibi-
deꝫ cuſtodie duriſſime mancipari ⁊ fame
ac inopia diebꝰ plurimis macerari. Quos

poſtmodũ ſibi pñtatos cũ in nullo cõſpe/
xiſſet afflictos: cuſtodes redarguebat: pu
tans ꝙ ipſos in ergaſtulo reſouiſſent. Et
irat⁹ valeriũ iterrogauit: cur ꝯ pcepta pn-
cipiũ agere pſumpſiſſet. Qui cũ lingue ru
dis ⁊ imperit⁹ q̄ſi ſub murmure rñderet:
vincẽtius ab epo licentiã petiit rñdendi.
Qua obtẽta libera ⁊ conſtantiſſima voce
deos gentiuʒ demonia eẽ aſſeruit: ⁊ xp̄m
dñm ſe nunq̄ꝫ abnegaturos expſſit. Tunc
pſes iratus epm in exiliũ miſit: vbi ⁊ poſt
tp̄s in pace quieuit: vincentiũ vero vti re
bellẽ ⁊ iuuenẽ temerariũ grauiſſimis tor
mẽtis cruciari mãdauit. Et primo quidẽ
illuʒ fecit in equuleo leuari: ⁊ mẽbris di-
ſtẽdi totoq̄ʒ corpe diſſipari. Interrogãs
eũ vbi naʒ corp⁹ ſuũ miſerabile cerneret.
Qui cũ ſubridendo diceret: hoc ſemp op-
taſſe: ⁊ pſidẽʒ ſuis votis optime cõcorda
re. Iratus dacian⁹ tortores flagellabat: eo
ꝙ ipm torquẽdo deficiebãt: ſtridore den
tiuʒ fremẽs: ac q̄ſi ſe magis ꝙ̄ dei marty-
rem torqueri nutib⁹ oſtẽdens. Carnifices
vero pectines ⁊ vngulas ferreas vſq̄ʒ ad
intima coſtaꝝ fixerũt. Ita vt de toto cor/
pore ſanguis efflueret: ⁊ ſolutis cõpagib⁹
viſcera interna paterẽt: ⁊ cũ miniſtri laſſi
deficerẽt: ipſe iam iuictus in oĩbus appa-
rebat. ¶ Poſt hec iubẽte pſide equuleo
deponit̄: ⁊ ad ignis patibuluʒ ducit̄: q̄ mo
ras carnificũ arguebat: ⁊ ad penaʒ alacri/
ter pperabat. Craticulaʒ igit̄ candentem
vltro cõſcendens: ibidẽ aſſat̄: exurit̄: ⁊ cre
mat̄: mẽbriſq̄ʒ oĩbus vncinis ferreis inf-
git̄: flãma ſanguie cõſpergit̄: vulnera vul
nerib⁹ inſtaurãtur: ſal iſup in ignẽ mittit̄:
vt in corpus vulneratũ inſiliẽs: ſtridẽtib⁹
flãmis crudelius cõburat̄. Jamq̄ʒ nõ ad
artus ſed ad nudata viſcera tela iaciũtur:
ipſeq̄ʒ fibre de ei⁹ corpe extra labunt̄. In
ter hec manet imot⁹: ⁊ erectis in celũ ocu
lis dñm pcabat̄. Cũq̄ʒ hec daciano nũcia
ta fuiſſent: iuſſit euʒ in carcere teterrimo
recludi: ⁊ ibi teſtas acutiſſimas cõgeri: pe
deſq̄ʒ eius in ligno cõfigi: ⁊ extenſum ſup
teſtas reliqui. Que cũ adimpleta fuiſſent:
pena mutat̄ in gloriã: nã tenebre carceris
diuina ſupfuſa luce fugant̄: teſtaꝝ aſperi
tas in floꝝ ſuauitatẽ mutat̄: pedes ſoluũ-
tur: ⁊ martyr dñi angeloꝝ dulci modula-
tione conſolat̄. Que cuſtodes per rimas
aſpiciẽtes cõuerſi ſunt. Quidam vero hec
preſidi nunciarũt. At ille ſe victũ reputãs:
iuſſit martyrẽ ad lectũ transferri. ⁊ molli-
bus ſtramẽtis foueri: reputãs euʒ magis
glorioſum facere: ſi deficeret in tormẽtis.
Cuʒ ergo in lectulo paululuʒ quieuiſſet:
orans emiſit ſpũm. Quod audiens dacia
nus doluit: ⁊ quẽ nõ valuit vincere viuũ:
putauit vincere vel defunctũ. Juſſit igit̄
corp⁹ in campũ deduci: ⁊ auibus ac feris
deuorãduʒ exponi. Statimq̄ꝫ coruus in-
gluuie deditus corpus cuſtodiens: alias
aues ſe maiores impetu alaꝝ abegit: ⁊ lu/
pum morſib⁹ ⁊ clamoribus effugauit. Et
in cõſpectu ſacri corporis fixus cernitur:
vtpote qui ibi ãgeloꝝ cuſtodiã mirabat̄.
Tunc iuſſu pſidis hoc audientis: ingens
mola corpori alligat̄: ⁊ in pelagus piicit̄:
vt ſaltẽ piſcib⁹ in paſtuʒ daret̄. Sed anq̄ꝫ
naute q̄ corp⁹ in mare demerſerãt ad litt⁹
puenirẽt: cadauer ſolutũ in litt⁹ a fluctib⁹
deductũ ẽ. Qd a q̄dã matrona vidua ipſo
reuelãte repcũ ẽ: ⁊ ab ipſa vna cũ q̄buſdaʒ
fidelib⁹ i modica baſilica ſepultũ. Ceſſan
te vo pſecutõe corp⁹ ad ciuitatẽ valẽtianã
deducit̄: ⁊ iuxta muros honorificẽtius tu
mulat̄. Paſſus ẽ aũt xp̄i martyr. xi. calẽ. fe
bruarij: hui⁹ venerabile corp⁹ in ciuitate
caſtras i ouẽtu fratrũ pdicatoꝝ i regiõe frã
cie requieſcit multis clarens miraculis.

¶ De ſanctis Uincentio ⁊ Orontio mar/
tyribus. Ca. XIII.

Vincentius ⁊ Orontius mar
tyres paſſi ſunt apud hiſpa
niã tpe diocletiani ⁊ maxi
miani impatorũ ſub rufino
preſide hiſpaniaꝝ. Qui ſer

tiam cōprobare: dixit clericis ſuis: vt quā
do ad altare accederet: eum cum iniuria
expellerent. Deinde ipſum inſequentes
quid loqueretur audirent. Proijcientes
ergo eū foras dicebāt. Exi foras ethiops:
nam ethiops niger erat: qui egreſſus iter
ſe dicebat: ꝙ illi optime fecerāt ipſum ex
pellendo: eo ꝙ cum homo nō eſſet inter
homines ſtare preſumpſiſſet. Hic aūt ſex
annis in cella incluſus ſtetit quibus nulla
neceſſitate exiuit: panē ſolū comedens ꝛ
aquā ad menſuram bibens: totaqꝫ nocte
ſtans apertis oculis orabat: vt tentiones
q̄bꝰ in ſomnis fatigabatᷣ deuinceret. Trā
ſactis ſex ānis omnibuſqꝫ tentationibus
ſuperatis ex charitate ductꝰ nocturno tē
pore cellas monachorū circuibat: ꝛ aquā
aliquando a decem aliquādo a duodeciꝫ
aliquando a .xx. deferens ſtadijs: oīuꝫ fra
trū lagenas implebat: factoqꝫ mane vt ne
ſciretᷣ ꝗs eſſet ad cellā redibat. Quē nocte
q̄dā demō vt eū ab hoc ope euerteret: q̄ſi
ad mortē in dorſo ꝑcuſſit: q̄ mane iacēs re
ptꝰ: ꝛ q̄s eēt agnitꝰ ad eiꝰ tuguriū ꝑ fratres
reductꝰ fuit. Quieuit i pace i deſerto ſcy
thi. vij. idꝰ febꝛ. lxxx. diſcipulis derelictis.

¶ De. ſ. Augulio epō. Cap. CVI.

Augulius epiſcopus in bri
tannia martyriū paſſus eſt
Hic enim pōtifex auguſte
ciuitates britānie etate ac
virtutibus prouectus cur
ſum tpis ꝑ martyriuꝫ cōplens eterna me
ruit ſuſcipere premia ſeptimo idus fe
bruarij: vt ait ado.

¶ De ſcā Coiuta v̄gi. ꝛ m̄. Cap. CVII.

Coiuta v̄go ꝛ martyr apud
alexandriā ſub Decio ceſa
re paſſa eſt agente diuino
ꝓſide. Qui vt habetᷣ ſexto
eccl'iaſte hiſtorie libro: bea
tum metranum ſenē nolētem impia ver
ba proferre: iuſſit omne corpus eius mē
bratim fuſtibus collidi: vultumqꝫ eius ac
oculos acutis calamis terebrari. Deinde
ipſum extra ciuitatem eiectum lapidibus
mactari: vt ſuperius dictum eſt ſecundo
calen. februarij. ¶ Poſt hec iubente ini
quiſſimo preſide. Coiutaꝫ virginem ado
rare idola recuſanteꝫ: pagani pedibus in
nectentes: ꝛ per plateas ciuitatis hinc in
de trahentes horrendo ſupplicio corpore
diſcerpſerunt. Sicqꝫ chriſto ſpirituꝫ red
didit ſexto idus februarij.

¶ De ſcā Apollonia v̄. ꝛ m̄. Ca. CVIII.



Apollonia vir
go ꝛ martyr apud ale
xandriā ſub Decio ce
ſare paſſa ē agente di
uino preſide ꝑdicto.
Quam pagani deten
taꝫ ad idola producē
tes iuſſu preſidis ado
rare cogebant. Quod cum illa execraretᷣ
perſecutores ipſius omnes primum den
tes excuſſerunt. Deinde copioſo igne accē
ſo cum minarenᷣ viuam ſe eam incenſu
ros: niſi cū eis impia verba proferret: pau
lulū quidem intra ſemetipſam deliberās:
repente de manibus impiorū ꝓrupit:
ꝛ in ignē queꝫ parauerant: proſiliuit. Sic
qꝫ igne combuſtam in odorem ſuauitatis
ſuauiſſimum chriſto hoſtiam obtulerunt
quinto idus februarij. Cuius corpus vna
cuꝫ reliq̄s coiute v̄ginis ꝛ metrani mar
tyꝛ a chriſtianis alexandrie ſepultuꝫ eſt.

¶ De ſancto Auſberto epo. Ca. CIX.

AUſbertus epo filius ſircanii illuſtris cũ eſſet iuuenis andragaſinã virginẽ filiam illuſtris roberti officialis lotharii regis francoꝝ: ſatis renitentẽ tandem a parẽtibꝰ coactã deſponſauit vxorẽ. Nam cũ ab annis puerilibus deo virginitatez vouiſſet: vix omnino accipe recuſabat. Cum autẽ deum lachrymis ꝓpulſaſſet vt eius pudicitiam ↄſeruaret antequã a viro traducta eẽt: ſubito graui in faciẽ lepra ꝑcutitur: ⁊ a ↄſortio hoium ſeparatur. Sicque diſpẽſante andoeuo epo a viro repudiaꝛ: ⁊ in cenobio virginũ iuxta monaſteriũ beluaci ſitum virgo ipſa ſacro velamine ↄſecratur. Sꝫ poſt dies modicos a lepra mũdata: priorẽ ſpeciez reaſſumpſit. Que ⁊ poſtmodum eiuſdẽ loci abbatiſſa facta laudabiliter vixit. ¶ Anſbertus ꝟo vxoris exẽplo relicta aula regia in qua inuite morabatur: de voluntate lotharii regis monachus effectus eſt in monaſterio fontanelle: ſub ſcõ vandegiſillo abbate. Deide ab andoeuo epo preſbyter ↄſecratus: theodorico regi nundũ regnanti: eũ ad regnũ aſcenſuꝝ predixit. Et in huius ſignum in agro ipſius theodorici tpe hyemis herbã virentem ꝓduxit: q̃ vſque in preſens ibidem ꝑpetua viriditate ↄſpicitur. Succeſſit aũt vandegiſillo in regimine monaſterii fontanelle. Ac deinde poſt btm̃ Andoeuum ad epatum rothomagẽ. electus fuit. Qui vti bonus paſtor cõmiſſi ſibi gregis dñici mirabilẽ curam egit. Sꝫ tandez regi Pipino quãuis falſo tñ de ꝓditiõe ſuſpectus ab eodẽ apud altum mõtez in exilium actus eſt. Ubi in pace vitam finiuit. v. idus februarii. Cuius corpus duz inde transferretur: viſum eſt oculos tertio aperuiſſe. Sepultuſq; ẽ ad preſens apud beluacum virtutibus clarens.

¶ De ſancto Amonio confeſſore ⁊ abbate. Cap. CX.

AMonius ↄfeſſor vir eruditiſſimus origenis didymiq; diſcipulus fuit. Qui a iuuẽtute vſq; ad mortẽ preter panez aſſum nihil vnquã comedit. Nunq̃ viſus eſt iraſcẽs: aut iurãs: aut mentiens: aut vanũ vel aſpeꝛ vel infirmum ꝓtuliſſe ſermonẽ. Cum athanaſio epo romaz tendens ⁊ rediens: nullũ ciuitatis edificium vel opus ſpectabile preter aploꝝ ⁊ lateranẽ. eccleſias ↄſpexiſſet narrauit. Electꝰ aliquando in epm̃: aurẽ ſibi precidit: vt ſicuti mãcus ⁊ mutilatus epatu iudicareꝛ indignus. Et dũ adhuc oino hoc non obſtãte electiõi inſiſterent, preſtans q̃ ſibi linguam precideret: dimiſſus eſt. Ignez de domo vicinoꝝ aſſumens nec in quo deferret paratũ habens prunas in ullis veſtibus in ſinu portauit. Quieuit in pace apd cyprũ. v. idus februarii. vbi ⁊ ſepultus eſt.

¶ De ſancta ſcholaſtica vir. Cap. CXI

SCholaſtica ꝟgo btĩ bñdicti ſoror ab ipſo ĩfantie tpe domino dedicata in monaſterio fuit. Ad quã vir dei ſemel ꝑ annum viſitandã venire ↄſueuerat. Quadã die cuz diſcipulis ad eam ex more deſcẽdit. Qui totũ diez in ſacris collogiis deducẽtes: incũbentibꝰ iã noctis tenebris ſimul cibũ ſumpſerunt. Cũ ergo adhuc ad mẽſam ſederẽt: ⁊ tardior ſe hora ꝓtraheret: ſcimonialis virgo frẽm rogauit: vt ibi ſecũ eadẽ nocte ꝑmanens diuinis eã ſermonibus refoueret. Qđ ille oimode facere denegauit. Et cũ tãta eẽt in celo ſerenitas: vt nec parua nubecula appareret. Scholaſtica iſertis digitis manus ſup menſam poſuit: ⁊ caput i manibus dñꝫ rogatura declinauit. Mox q; tanta coruſcationis ⁊ tonitrui virtꝰ tantaque inundatio pluuie erupit: vt neq; pr̃ ſanctus, neque qui cũ eo erant fratres: ex

tra loci limen pedem mouere potuiſſent.
Sicq̃ ipſe exire extra tectū nō valens: q̃
remanere ſponte noluit: inuit⁹ in loco cū
ſorore ꝑmanſit. Totamq̃ noctē ꝑuigilē
deduxerūt ⁊ per ſacra vite colloquia ſe vi
caria relatione refecerūt. Dieq̃ ſequenti
vir dei ad monaſteriū rediit. ¶ Poſt tri-
duum vero in cella cōſiſtens eleuatis ocu
lis: vidit ſororis aīaʒ de corpore egreſſaʒ
in columbe ſpecie celi ſecreta penetrare.
Quod mox fratribus nunciauit: eoſq̃ vt
corpus ad monaſteriū ſuū deferrent trāſ-
miſit. Quod in ſepulchro qđ ipſe ſibi pa
uerat tumulauit. Sicq̃ cōtigit: vt quoꝝ
vna mens ſemꝑ in deo fuerat: eoꝝ quoq̃
corpora nec ſepultura ſepararet: Quieuit
in pace virgo dn̄i quarto idus februarij.
Hec gregorius ſcđo dialogo ca. xxxiiij.

¶ De ſcā Sothera vir. ⁊ m. Ca. CXII.

SOthera virgo ⁊ martyr in
orientis partib⁹ paſſa eſt.
Que grauiter ⁊ diutiſſime
alapis ceſa: cū cetera quo-
q̃ penarū genera viciſſet
nouiſſime gladio martyriū ↄſumauit. iiij.
idus febr̄. Hec ado in martylogio.

¶ De ſcā Auſtreberta ṽgi. Ca. CXIII

AVſtreberta virgo filia ſifin
nij illuſtris: ⁊ ſcti auſberti
rothomageñ. epī ſoror fuit
Que voto ṽginitatis emiſ-
ſo ab eodē fratre ſuo in ce-
nobio virginū apud ciuita
tem rothomaguʒ incluſa: poſt laudabilia
ſanctitatis ⁊ vite teſtimonia quarto idus
februarij migrauit ad dominum: vt dicit
Guilelmus.

¶ De ſcā Euphroſyna ṽgi. Ca. CXIIII.

EVphroſyna virgo apđ ale-
xandriā claruit. Que ipſi⁹
ciuitatis nobiliſſimo pr̄e
pānutio ꝓgenita fuit. Hic
enim dum prole careret:
⁊ monaſteriū quoddam monachoꝝ ciui-
tati proximū freq̄ntius viſitaret eiq̃ mul-
tas elemoſynas cōferret agabitū abbatē
⁊ monachos exorauit: vt ſibi gratā ſobo-
lem a dn̄o precibus impetrarent. Cui de⁹
orationibus fratrū filiam euphroſynā cō-
ceſſit. Dum aūt ad annos nubiles perue-
niſſet: ⁊ virginitatē ſuam chriſto vouiſſet:
eamq̃ pater licet inuitam cuidam nobili
iuueni deſpondiſſet: virgo chriſti votum
adimplere cupiens de paterna domo la-
tēter abſceſſit: ⁊ ſumpto virili habitu ſeq̃
ſmaragdum nominans ad dictū mona-
ſterium ſexum virilem fingens acceſſit:
ſeq̃ monachum fieri poſtulauit. Quem
abbas gratanter excepit: ⁊ monaſticū ha-
bitum ſibi tradidit. Que in ſancta religio-
ne ieiunijs ⁊ vigilijs pre oībus occupaba-
tur: ⁊ ab omnibus maſculus putabaẗ. Cū
autem eius eleganti decore fratres aliq̄n
tentarenẗ: iuſſu abbatis ſeparatim cellu-
lam petijt: ⁊ ſola incluſa deo ſeruiens oī
tempore manſit. Uerum pater ⁊ ſponſus
euphroſynā vbiq̃ perquirētes: nec vſq̄
inuenientes: nimia triſtitia afflicti eaʒ vt
mortuam deflebant. Pater vero occupa-
tus triſtitia: ſepius ad abbatem agabituʒ
veniebat ⁊ ſe ſuis orationibus cōmenda-
bat. Ille vero cū fratribus deū exorabāt:
vt qui pānutio cōceſſerat filiam: eadē ſibi
reuelaret vel defunctā. Sed cuʒ abbas a
dn̄o ſe exaudiri minime ↄſperiſſet: ⁊ pan-
nutius nullam conſolationē recipere poſ-
ſet: perduxit abbas pānutiuʒ ad ſmarag-
dum incluſum: vt eius facūdo colloquio
conſolareẗ. Quē Euphroſyna cognoſcēs:
ſed ab eo minime cognita: vtpote habitu
virili vultu ſqualida ⁊ afflicta: patrem ſuꝑ
amiſſione filie blandis adeo ſermonibus
conſolaẗ: ⁊ ſacris colloquijs exhortatur q̄
quaſi rediuiuus effectus ex mortuo eam
frequentius viſitabat. Sicq̃ trigintaocto
annis incluſa omnibus incognita manſit.
Poſt hec graui valitudie preſſa mortiq̃
proxima: patrem ſecretius aduocat: eiq̃

omnia ſua occlta reſerat: ꝛ ꝙ ſit Euphro
ſina ipſius filia veris indicijs manifeſtat.
Omnibuſqꝫ detectis inter eius manꝰ ſpi
ritum exhalauit. Quam pater amariſſime
deflens: vtpote ſero cognitā: audita abba
ti ꝛ fratribus reuelauit. Dum corpꝰ lauari
deberet veritas detegitur: ꝛ virgo domi
ni a fratribus cū lachrymis in monaſterio
ſepelitur. In cuius exequiis monachus
monoculus corpus deoſculans lumē ac
cepit. Pannutius vero omnibus vendi
tis pauperibꝰ mediuꝫ precij: ꝛ aliud me
dium monaſterio ceſſit. Ubi ꝛ ipſe mona
chus factus in ſancto propoſito decennio
ſibi ſupuixit. Quieuit in chriſto virgo ſan
cta tertio februarij.

¶ De ſanctis Saturnino ꝛ ſocijs marty
ribus. Ca.CXV.

Saturninus preſbyter: Da
uid: felix: apuleus: ꝛ plures
ſocij eorūdam martyres:
apud aphricam paſſi ſunt.
Qui ſub anolino ꝓconſule
ꝑ diuerſa tormēta glorioſiſſime triūpha
runt. iij. idus febꝛ. Ubi ſcribit ado.

¶ De ſcō ſeuerino ꝯfeſ. Ca.CXVI.

Seuerinus cōfeſſor claruit
tēpore clodouei regis frā
coꝝ. Hic abbas fuit mona
ſterij aganenſis multorum
miraculoꝝ gloria celeber
rimus effulſit. Nam prefatum clodoueuꝫ
regem dudum validiſſimis febribꝰ op
preſſum quē nullus medicoꝝ curare po
tuerat: ab eo accerſitus ſua confeſtim ora
tione ſanauit: ꝛ in ciuitate pariſienſi mul
tos languētes a diuerſis infirmitatibꝰ li
berauit. Dum aūt rex eideꝫ pro beneficij
viciſſitudine multas pecunias obtuliſſet:
nihil oīno recepit: nihilqꝫ aliud pro mu
nere petijt: niſi vt in toto regno quicunqꝫ
in carceribꝰ qualitercunqꝫ detenti libere
laxarent: qꝺ ꝛ factū eſt. Qui diebꝰ aliqui
bus pariſius reſidens: poſtqꝫ obitū ſuum
angelo nunciante cognouit: egreſſus vr
be ad montē qui caſtrū nauonis dicit ꝑ
perauit. Ibiqꝫ in oratorio quōdam inter
manus ſacerdotū domino ſeruientiū ex
pirauit. Admirabili luce inſtar ſtelle in
eius trāſitu eccleſia circūfuſa: ibiqꝫ ſepul
tus eſt. ij. idus februarij.

¶ De ſancto Iuliano hoſpitatore confeſ
ſore. Ca.CXVII.

Iulianus ꝯfeſſor qui a trāſeū
tibus pro bono hoſpitio inuo
catur: qui ꝛ hoſpitator bonus
dicit vtrūqꝫ parentem igno
ranter occidit. Cum eniꝫ exi
ſtens iuuenis venationi inſiſtens ceruuꝫ
inſequeret: ceruus conuerſus ei miracu
loſe locutus ꝑdixit: ꝙ patrē ſuū ꝛ matreꝫ
ſuam occidere debebat. Qꝺ iuuenis au
diens timuit: ꝛ ne ſibi ꝓphetata cōtinge
rent ad regionē longe remotam latenter
abſceſſit: vbi cuidaꝫ principi adheſit: ꝛ tā
ſtrenue ſecū ſe habuit: ꝙ principē militie
eum fecit: ꝛ quādaꝫ caſtellanam viduam
in cōiugem ei tradidit: ꝛ caſtelluꝫ pro do
te accepit. Interea parentes iuliani pro
amiſſione filij vagantes eum vbiqꝫ ſolici
te requirebant. Tandem ad caſtrum cui
filius preerat deuenerūt. Caſuqꝫ iulianus
abſceſſerat. Quos cū vxor iuliani vidiſſet:
ꝛ qui nam eſſent inquiſiſſent: ꝛ illi cuncta
que de filio cōtigerant enarraſſent: intel
lexit ꝙ viri ſui parētes erāt: vtpote ꝗ hec
a viro frequēter audierat. Ipſos igit be
nigne ſuſcepit: ꝛ ꝓ amore viri ſui lectū eis
dimiſit: ꝛ ipſa ſibi alibi cubile preparauit.
Facto mane ſūmo diluculo caſtellana ad
eccl'iā perexit. Julianꝰ rediēs thalamū ſuū
vxorē excitaturꝰ intrauit. Et inueniēs duos
parit dormiētes: vxorē cū adultero ſuſpi
catꝰ: exēcto gladio ambos parit iugulauit.
Exiēs aūt domū obuiauit vxori ab eccl'ia
redeūti: ꝛ admirās interrogauit: ꝗ nā eēnt
illi ꝗ i ſuo lecto dormirēt: ꝗ rñdit parētes
ſuos eē: ꝗ ipm dudū ꝗſierāt: quos bono

rifice ſuſceptos in ſuo thalamo collocaue
rat. Jlle hoc audiens effectus exanimis
amariſſime flebat: ⁊ ſe miſerum ⁊ patrici
dam exclamabat. Et dum coniugem vel/
let deſerere pro penitentia peragenda:
vxor omnino euȝ ſequi propoſuit: vt que
fuerat ſecum particeps letitie: fieret ⁊ do
loris. Sicqȝ abeuntes iuxta fluuium vbi
multi peribant: hoſpitale fecerūt: in quo
omnes pauperes hoſpitio recipiebant: ⁊
penitentiam peragebant: omneſqȝ inde
itinerantes iulianus tranſuadabat. Poſt
multum temporis media nocte cum eēt
grauiſſimū gelu: audiuit iulianus vocem
lugubrem: vt ſe traduceret inuocantem.
Qui concitus ſurrexit: ⁊ pauperem frigo
re deficientem tranſuexit: ⁊ accenſo igne
in domo ſua calefacere fecit. Sed cuȝ ca/
lefieri non poſſet: ipſum in lectulum ſuū
portauit: ⁊ diligenter operuit. Poſt modi
cam horam qui infirmus ⁊ quaſi leproſus
apparuerat: ſplendidus ad ethera cōſcen/
dit: ⁊ vale faciens hoſpiti ſuo: dixit ꝙ ipȝ
ad eum deus miſerat: ⁊ peccatuȝ ſuū ſibi
dimiſſum propter hoſpitalitatem nuncia
bat. Sicqȝ ille diſparuit. Et iulianus cum
vxore poſt modicum plenus ſanctis ope/
ribus vitam finiuit ſecundo idus februa/
rij. Et quia fuit pauperum peregrinorum
ſuſceptor: inde a viatoribus pro bono in/
uocatus hoſpitio dicitur iulianus cogno/
mine hoſpitator.

De quadrageſima. Ca. CXVIII.

Quadrageſima incipit a do/
minica qua cantatur Jnuo
cauit me ⁊c. ⁊ ſignificat tē
pus afflictionis: vbi eccle/
ſia que tot tribulationibus
clamauerat Circūdederūt me ⁊c. Et poſt
modum inuocādum adiutoriū reſpirane
rat dicens. Exurge dn̄e ⁊c. Eſto mihi in
deum protectorem ⁊c. Nunc ſe exauditaȝ
oſtendit dicens Jnuocauit me ⁊c. Notā/
duȝ aūt: ꝙ quadrageſima quādoqȝ dicit
habere q̄dragintaſex dies: qn̄qȝ quadra/
gintaduos: qn̄qȝ quadraginta: qn̄qȝ vero
tātum trigintaſex ſm diuerſos reſpect⁹.
Dicitur aūt eſſe quadragintaſex dierū.
omnibus ipſius diebus computatis inci/
piendo videlicet a feria quarta cineruȝ: ⁊
procedendo vſqȝ ad diem paſche oībus
diebus taȝ dominicis q̄ȝ ferijs cōputatis.
Quāuis enim diebus dominicis nō ieiu/
nemus: tn̄ a carnibus abſtinemus. Ratio
autez huius obſeruātie eſt: quia licet ſm
theologos corpus humanū quadraginta
diebus formetur: tamen ſm philoſophos
quod verius reperitur: hoīs corpus qua/
dragintaquinqȝ diebus organizatur: ⁊ ꝑ/
ficitur: ⁊ quadrageſimoſexto die aīa cor/
pori infunditur. Jdeoqȝ quadragintaſex
diebus abſtinemus: vt ſicut anima corpo
ri infuſa ex carnis cōmixtione quadrage/
ſimoſexto die maculat: ſic in carnis affli/
ctione quadragintaſex diebus a macula
expietur. Velut homo tot diebus deo
perſoluat abſtinentie debitum: quot ab
eius clementia ſe nouit eſſe perfectum.
Dicitur etiam quadrageſima fore qua/
dragintaduoꝝ dierum incipiendo a pri/
ma dn̄ica a qua quadrageſima inchoatur
⁊ numerando omnes dies vſqȝ ad reſur/
rectionem tam dn̄icos q̄ȝ feriales. Cuius
obſeruantie ratio eſt. Quoniaȝ mattheus
quadragintaduas generationes ab abraā
vſqȝ ad xp̄m poſuit: ex quib⁹ xp̄s ſm car/
nem deſcendit: Quoto ergo numero ad
nos deſcendit per carnis generationē to/
to ad eum aſcēdere debemus per carnis
macerationem. Et hec eſt ratio ambroſij.
Vel quia ſicut filij iſrael ad terraȝ pro/
miſſionis pergentes. xlij. manſiōibus per
deſertum factis ad ipſam terraȝ deuene/
runt. Sic ⁊ nos ad patriā eterne ꝓmiſſio/
nis feſtinātes. xlij. diebus per huius mūdi
eremū ieiunijs afflicti ad eandē patriam
deuenire oportet: ⁊ hec eſt rō auguſtini.
Dicit inſuꝑ quadrageſima dieruȝ inci/

piendo a die cinerũ vſq₃ ad paſcha ſolis diebus ferialib⁹ cõputatis ⁊ dominicis in quibus non ieiunamus deductus. Cuius obſeruantie rõ eſt: q2 vt dicit auguſtinus. Ad hoc vt habeamus quinquagenarium quadragenario denarius adiciẽdus eſt. Quia ad hoc vt veniamus ad eternaꝫ requiem: oportet non pſentis vite tpe laborare: Vñ dñs poſt reſurrectionẽ .xl. diebus cum diſcipulis manſit ⁊ poſtea .x. die ſpiritũ eis paraclitum miſit. ¶ Vel vt dicit gregorius. Cur in abſtinentia quadragenarius numerus cuſtodit: niſi quia virtus decalogi p libros quattuor ſancti euãgelii implet. In hoc etiam mortali corpe ex quattuor elementis ſubſiſtimus: ⁊ per voluptates eiuſdeꝫ corporis decalogi preceptis cõtrahimus. Quia ergo per carnis deſideria decalogi mandata contempſimus: dignum eſt vt eandeꝫ carnẽ quater decies affligamus. ¶ Dicit preterea quadrageſima eſſe .xxxvi. dierum incipiendo a pria dñica vſq₃ ad paſcha deductis diebus dominicis ⁊ ſolis ferijs computatis. Cuius ratio eſt: vt dicit gregorius: q2 duꝫ per ccclxv. dies annũ ducimus .xxxvi. diebus ieiunantes quaſi anni noſtri ſiue temporis decimas deo damus. Non ſolũ eni deo debent decime rerum ſed etiã decime dieꝝ. Notandum auteꝫ q₃ xps poſtq̃ baptiſmũ ſuſcepit ſtatim ſuũ ieiuniũ inchoauit. Quare aũt eo tempore noſtrũ ieiunium non obſeruamus ſed cum paſcha potius illud cõtinuamus: quadruplicem rõnem aſſignat ioãnes beleth in ſumma de officijs. ¶ Prima eſt ſi volumus cum chriſto reſurgere quia pro nobis paſſus ẽ ⁊ nos cum eo cõpati debemus. ¶ Scda cauſa ẽ vt per hoc filios iſrael imitemur: qui eo tempore exierũt de egypto ⁊ ſubſequẽter eodẽ tpe de babylonia. Quod ide probat: qm̃ tam iſti q̃ illi ſtatim egreſſi celebrauerunt paſcha. Sic ⁊ nos imitantes illos: hoc tpe ieiunamus vt de egypto ⁊ babylonia .i. hoc mũdo exeuntes in terram hereditatis eterne ingredi mereamur. ¶ Tertia ẽ: qm̃ feruor libidinis magis accendit tempore veris; vt ergo refrenemus corporis eſtum hoc tempore maxime ieiunamus. ¶ Quarta eſt: q2 ſtatim poſt ieiunium debemus eucbariſtiam ſumere. Sicut igitur filij iſrael priuſq₃ agnũ comederent ſe affligebant: edentes latucas agreſtes ⁊ amaras. Ita nos debemus per penitentiam prius affligi: vt digni ad eſum agni vite peruenire valeamus: hec ioãnes beleth vbi ſupra.

¶ De ſcõ Agabo ꝓpheta. Ca. CXIX.

Agabus ꝓpheta vt ait dorotheus ſcribit vnus fuit ex lxxij. diſcipulis xpi. Hic natione antiochenus vt habetur actuũ .xi. tpe aplorũ ex hieroſolymis antiochiã veniẽs: ſignificabat per ſpũm famẽ in vniuerſo orbe futuraꝫ: que facta ẽ ſub claudio ceſare. Cuius rei grã diſcipuli ꝓut quiſq₃ habebat ꝓpoſuerũt i miniſteriũ mittere habitãtib⁹ in iudea frib⁹: qd ⁊ fecerũt mittentes ad ſeniores p manus barnabe ⁊ pauli. ¶ Hic etiã cum paulus eſſet ceſaree illuc ſuperueniens tulit zonam pauli: ⁊ alligans ſibi pedes ⁊ manus dixit p ſpũm ſanctũ: viꝝ cui⁹ erat zona illa ſic alligãdum per iudeos in hieruſaleꝫ ⁊ tradendũ in manus gentiuꝫ ſicut ⁊ rei euentus ꝓbauit. Sic ergo ſub noui teſtamẽti grã iſte ꝓphetico ſpũ claruit. Qui ⁊ ãtiochie i pace qeuit i dib⁹ febru.



¶ De ſcis fuſca vgie ⁊ maura mrĩ. Ca CXX

Fuſca virgo ⁊ maura nutrix ei⁹ apud rauẽnam martyrium paſſe ſunt ſub pſide quitiano. Hec nobili patre eiuſdem vrbis noie ſyroi gentilitatis errore detento

progenita: cum eſſet annoꝝ .xv. deſidera
bat eſſe xpiana. Quod cuꝫ maure nutrici
ſue ſecreto reuelaſſet: ⁊ ipſa puelle ꝯſen
ſiſſet: imo etiã ad xpi fidẽ trãſire diſpone
ret: venerãt occulte noctu ad ſanctũ pſby
teruꝫ hermolauꝫ: q̇ eas baptiſmi vnda
pfudit ⁊ de fide diligẽter iſtruxit. Que cũ
ſyroi p̄r eius didiciſſet: ⁊ filiã ab intentõe
xpiana reuocare nõ poſſet: eaꝫ in carcere
clauſit: ⁊ cibũ omnem triduo denegauit.
Quibus diebus ſyroi miſſis ad filiaꝫ ma
tronis ⁊ coetaneis puellis vt eã ad patris
volũtatẽ inflecterent virgini pſuaderi fe
cit: ſed nihil oino pfecit. Deinde ipſe idẽ
in carcerẽ pſonaliter acceſſit: ⁊ fuſcã blan
dis ſermonibꝰ demulcẽs aiũ eius in nul
lo mutare pualuit. Quã inde poſtmoduꝫ
eductã gladio pimere voluit: ſed mr̄ eius
ſe interpoſuit ſperãs ex dilatione tpis filiã
ad patris voluntatẽ blanditiis demulcen
dam. Tũc ad ſacrificandũ diis ſuis pater
acceſſit: vt ipſi filie ppoſitum cõmutarẽt.
¶ Poſt dies aliquot preſes quintianus
rauennam ingreſſus hoc audiẽs mãdauit
fuſcã ⁊ maurã cũ parentibꝰ ſuis ad ſe vin
ctos adduci. Miniſtri vero videntes eaꝫ
orantẽ: ⁊ angelum dñi ſplendidum iuxta
eam ſtantẽ territi redierũt. Et dũ hec pre
ſidi renũciarent: fuſca ⁊ maura ſe ſponte
ſibi preſentauerũt: ⁊ xpianas eẽ viua vo
ce pnunciarũt. Dum aũt preſes ſyroi ten
tum iterrogaſſet: cur filiã xpianã fieri per
miſiſſet: illeq̃ ecõtra ſe excuſans oia ge
ſta per ordinẽ retuliſſet: quintianus qdẽ
ſyroi dimiſit: fuſcam vero xpm cõfitenteꝫ
⁊ idola confutanteꝫ flagellari mandauit.
Deinde in carcerẽ vna cũ maura trudi fe
cit. Et dum in fide imobiliter pſeuerarẽt:
iuſſit eas preſes ex vrbe educi: ibiq̃ i.las
gladio tranſuerberari. Cum aũt ad locuꝫ
certaminis adducte fuiſſent: fuſca oratõe
fuſa ad dñm: vt ſuſciperet animas eaꝝ in
pace: voce celica cõfortat̃: deinde a ſpicu
latore gladio per latera tranſfixa necatur.

Maura vero nutrix eius tenens corpus
virginis cũ lachrymis rogauit carnifices:
vt eam ſimili paſſione tranſfoderent: qḋ
⁊ factũ eſt. Quarũ corpora naute quidam
chriſtiani noctu rapientes ad puinciaꝫ tri
politanam ciuitatẽ ſabrataꝫ eas deduxerũt
⁊ ibidem honorifice cõdiderunt. ¶ Trã
factis vero multis annoꝝ curriculis ciui
tate illa a paganis depopulata: vitalis q̇
dam venetus diuinitus ad vrbem ipſam
deſertam nauigauit: ⁊ corpus ſancte fuſce
inde ſublatum ad puinciam venetie trã
ſtulit: ⁊ in ciuitate torcellenſi cuꝫ honore
collocauit: vbi ⁊ eccleſia eius nomini fa
bricata eſt. Paſſa eſt aũt virgo chriſti cuꝫ
eius nutrice idibus februarij.

¶ De ſcõ Stephano abbate. Ca. CXXI.

Stephanus abbas ordis grã
dimonteñ. fundator claruit
anno dñi. clxxxij. Hic de al
uernia natus nobiliſſimi cu
iuſdaꝫ ſtephani filiꝰ in ãnis
puerilibꝰ ab eodem beneuentũ deductꝰ
ſanctoq̃ miloni archiepõ traditus annis
xij. ſub ipſo doctus ⁊ educatus eſt. A quo
poſtmodũ diſcedens vitãq̃ anachoriticã
ducere cupiẽs: multis eremis peragratis
vt locũ quietis iueniret: tandem deuenit
aquitaniã ppe ciuitatẽ lemõniceñ. mon
temq̃ nemoroſuꝫ ⁊ aſperũ qui dr̄ muretꝰ
cõſcendit quẽ ſibi locuꝫ aptum elegit: fa
ctoq̃ paruo tugurio monaſticã vitã duce
re cepit: pane ſolo ⁊ aqua refectꝰ: lectulo
ex tabulis tantũ abſq̃ aliquibꝰ ſtramẽtis
decũbens: veſtes viles ⁊ leues induens:
quas nullo calore minuebat: nullo frigo
re paugebat. Ibiq̃ ordinẽ inchoauit plu
ribus miraculis fulgens. Inter que duꝫ
quidã miles peccatũ aliqḋ ſibi confeſſus
eẽt: a quo nullatenꝰ deſiſtere volebat: imo
etiã ne crimẽ deſereret: ſi forte pro ſe ſan
ctus oraret valde dubitabat: abbatẽ roga
uit inſtãter: ne pro ſe p̄ces ad deum vllas
effunderet. Pro eo tñ ſtephanꝰ orauit: ⁊

anteq̃ inde recederet: militez a peccato voluntarie ſubtraxit. ¶ Cū quidaz diues ei victualia ſepe deferret: quadā die cibaria portās: a p̄donib⁹ in itinere capitur ꝛ ſpoliat. Qđ ſanct⁹ dei p ſpūz intelligens: p viro xp̄m orauit. Et ecce nocte vir ille liber dimittit: ꝛ cū furib⁹ diuinitus vinculatis mane victualia deferēs ante monaſterij ianuas repꝛit. Predoneſq; viſo miraculo cōuertunt: ꝛ ipoſita eis per abbatē pnia relaxant. ¶ Ipſe obitū ſuū ſibi reuelatuz a deo longe ante p̄dixit: ꝛ anno etatis ſue. lxxx. ſanctitate mirificus in pace quieuit idibus februarij. Cuz aūt fratres eius obitū occultarēt: vt pacifice ſine populoruz cōcurſu corpus ſepelire poſſent. Adeſt ſubito p̄ſbyter ciuitatis ꝛ pplī multitudo eius obitū cognouiſſe clamātes: ꝛ eius ſepulture intereſſe ſupplicantes. Et interrogati quō eius tranſitū didiciſſent. Reſponderūt: ꝙ puer q̄dam nup migrauerat: qui biduo ante loquelam amiſerat ſed dum ad vltimā deueniſſet horā locutus fuerat dicens: ꝙ ſcalam lucidiſſimaz viderat cuius cacumē celuz ꝛ infima po montē muretū tenebat: per quā dūm ſtephanū cōſcendiſſe conſpexerat: cū quo ꝛ ipſuz ſtatim abire oportebat. Et his dictis cōtinuo expirauerat. Sicq; populus eius interfuit exequijs. Sepultuſq; eſt in monaſterio ipſo. ¶ Poſt aliquot annos ſub abbate petro eius ſucceſſore monachi diuina reuelatiōe moniti: cenobiū ꝛ ordinē ad grādimontē trāſtulerūt: a quo ꝛ ordis vocabulum aſſumpſerūt: vbi ꝛ nouū monaſteriū cōſtruētes corp⁹ ſancti ſtephani detulerunt: vbi ꝛ iacet ſignis coruſcās.

¶ De ſcō ſtephano alio abb. Ca. CXXII.

Stephanus alius abbas monaſterij iuxta reatine ciuitatis menia cōſtituti pater fuit tp̄e Gregorij pape primi. De quo idez doctor ſcribit: ꝙ fuit vir valde ſanctus patiētie ſingularis. Cuius lingua licet eēt ruſtica: docta erat ei⁹ vita. Hic pro amore celeſtis patrie cūcta deſpexerat: tumultus hoium deuitabat: crebris orationib⁹ intētus erat: in quo virtus patiētie in tantū excreuerat: vt eū ſibi amicū crederet: qui ſibi moleſtiā irrogaſſet. Reddebat in cōtumelijs gratias: ſiqđ ſibi dāni fuiſſet illatū: hoc maximū lucruz putabat. Hunc cū dies mortis egredi de corpe vrgeret cōuenerūt multi: vt taz ſancte anime de mundo recedenti ſuas aīas cōmendarēt. Quoꝝ alij circa eius lectulū cōſiſtentes corporeis oculis angelos ingrediētes viderūt: ſed dicere quicquā nō potuerūt: alij oino nil viderūt. Et hi ergo qui viderant: ꝛ qui nil penit⁹ cōſpexerat: vno oēs timore pcuſſi fugierunt: nulluſq; illic aſſiſtere eo moriēte potuit: vt palam daret itelligi: que illa egrediēs ſancta aīa ſuſciperet: cuius egreſſuz nemo mortaliū ferre potuiſſet. Hec gregorius.

¶ De ſancto Ualentino epiſcopo ꝛ martyre ꝛ ſocijs. Ca. CXXIII.

Ualentin⁹ ep̄s ichtyrañ. in vrbe roma martyriuz paſſus ē. Nā cū craton q̄dā ciuis athenieñ orator cōſpicuus grece ꝛ latine lingue perit⁹. Rome clar⁹ hēret treſq; hēret diſcipulos cōciues nobiles athenieñ ſ. pculuz phebū ꝛ apollonīū ſecū i vrbe perorātes: cōtingit filiū ei⁹ ceremonē tāta egritudine p̄rienniū detineri: vt icuruat⁹ dorſo caput circa genua deflexuz teneret: ꝛ niſi portaret ab alijs ſe oino mouere nō poſſet. Cuz aūt nullus medicoꝝ eidē ſubuenire potuiſſet: extitit quidaz tribun⁹ frontonius: qui germanā ſuā aſſeruit p quēdā valentinū ichtyrañ. ep̄m a ſimili paſſione liberatā. Quē craton p quoſdam nobiles amicos ſuos ad ſe romā accerſiuit: ꝛ vt filiuz ſuū ſanaret ſicut ꝛ germanaz tribuni ſanauerat iſtanti⁹ ſupplicauit. Promittēs ei dimidiū ſuaꝝ facultatū: ſi filium ſuum

redderet ſibi ſanum. Sanctus vero eius diuitias contempſit: ſed pauperibus dandas perſuaſit: nihilqꝫ aliud ab eo petijt: niſi vt in chriſtum crederet: ⁊ filius eius ſalutem perciperet. Qui dum ſe cum omni familia ⁊ tribus eius diſcipulis fideꝫ chriſti percepturos ꝓmitteret: ſi filiū eius curaret igreſſus valētinus cuꝫ filio cratonis cubiculuꝫ: tota nocte in oratione pſeuerauit. Et circa mediā noctem ſubito lux maxima in cubiculo effulſit: ⁊ ceremon ſanatus cum epiſcopo pſallere cepit. Et facto mane valentinus pueꝝ patri erectū reſtituit atqꝫ cratonē cuꝫ vxore ⁊ filio ⁊ omni eius familia: nec non proculum phebum ⁊ apollonium baptizauit. ⁊ in fide diligenter inſtruxit Ceremon autem diſcipulus eius effectus epiſcopum predicantem ſequebatur. ¶ Cum auteꝫ prefati cratonis diſcipuli chriſtum predicando multos cōuerterēt: ⁊ valētinus epiſcopus plurima miraculorum ſigna faceret: ſenatores romani inuidia accenſi eo ꝙ propter iſtos multi deorum cultum deſerebant: valentinum epiſcopuꝫ detineri fecerunt: ⁊ virgis ceſum eo ꝙ ſacrificare nollet placido vrbis prefecto tradiderunt. Qui ipſuꝫ in arta cuſtodia recluſit: ⁊ media nocte populum timens illum in ipſo carcere decollari fecit. Cuius corpus proculus phebus ⁊ apollonius noctu rapuerunt: ⁊ ad ciuitateꝫ ichtyraneñ. deferentes in suburbano ciuitatis honeſte ſepulture tradiderunt. Ubi cum in dei laudibus iugiter ꝑſiſterent tenti a gentilibus traditi ſunt licentio conſulari. Qui ſciens eos a multis populorum iſignibus dilectos: noctis medio iuſſit eos ſibi preſentari: ⁊ immolare diis recuſantes capitali ſententia clandeſtine puniri. Statimqꝫ de ciuitate illa diſceſſit: ⁊ q̄ abiret nemini reuelauit. Quorum corpora a quodam abundio presbytero iuxta corpus ſancti Ualentini tumulata fuerunt. Paſſio horum recolitur decimoſexto calendas martij.

¶ De ſancto Ualentino presbitero ⁊ martyre. Ca. CXXIIII

Ualētinus presbyter ⁊ martyr. Rome paſſus eſt ſub claudio imperatore. Queꝫ iperator de chriſtianitate accuſatum teneri fecit in vinculis. Deinde ſibi in āphitheatro pītatū interrogauit: cur deos nō adoraret. Sanctus vō chriſti fidem conſtāter multis ratiōibus veriſſimam comprobauit ⁊ oēs deos gentium ꝯfutauit: intantū vt imperator ipſum de ſapientia cōmendaret. Ueꝝ dum calphurnius prefectus aſſiſtens claudio diceret iperatoreꝫ ſeductum timens imperator ppl̄i aſtantis ꝯfuſiōem animo imutatus valentinū tradidit aſterio principi vt eū in domum ſuam adductū patiēter tractaret: ⁊ ipſū ad deoꝝ ſacrificia ſuaderet. Cū autem ſctūs domū principis itroiſſet: ⁊ chr̄m lumē verum inuocaſſet: vt domū aſterij illuminaret: dixit ei aſteri⁹: ꝙ q̄ chr̄m lumen appellauerat ſi filiā eius adoptiuā cecā illuminare in chr̄i noīe poſſet: ipſe cū oī eius familia chr̄o crederet. Scūs auteꝫ pſ bī oīone facta pūellā illuminauit ⁊ aſteriuꝫ cum oī domo ſua ⁊ filia ꝯuertit ⁊ baptizauit. Que cū audiſſet claudius iuſſit aſterium ⁊ puellā atqꝫ oēm eius familiaꝫ teneri: ipſoſqꝫ cūctos ad ciuitateꝫ oſtiā miſſos ꝑ diuerſa tormēta vita pñte priuari. Scm̄ vō valentinū iuſſit fuſtib⁹ cedi: ⁊ ꝯſtātem chr̄ꝫ via flaminea adductū capite trūcari. Cui⁹ corpus a q̄dā mrona fauinella collectū in eodē loco ſepultū ē. xvi. cal. martij.

¶ De ſanctis Baſſo ⁊ Antonino ⁊ ſocijs martyribus. Cap. CXXV

Baſſus: antoninus: protoliſcus: tyrion preſbyter: moyſes: baſſianus agathon: dionyſi⁹ ⁊ amoni⁹ apud alexādriā paſſi ſ̄t. Quoꝝ baſſ⁹ an

tonin⁹ ⁊ ꝑolicus pꝛo chꝛiſti nominis cõ
feſſione in mare demerſi ſunt. Tyrion ve
ro pꝛeſbyter: moyſes baſſianus ⁊ agathõ
igne combuſti fuerunt. Dionyſius autem
⁊ amonius gladio cedente paſſionem cõ
ſumauerunt. xvj. calẽdas martij. Hec hie
ronymus in martylogio.

¶ De ſcõ Siſinnio epõ. Cap. CXXVI.

[S]Iſinnius ep̃s thauſineñ. que
ciuitas eſt ꝓpe epheſum et
vocatur thaus apud ipſaȝ vr
bem claruit. Hic eutityo ⁊ eu
titya nobilibus parentibus ſmyrne ciui
tatis oꝛtus eſt. quoꝝ precibus a deo ob
tentus eſt: cum ꝓus ꝓle carerent: ⁊ gra
tia ſuſcipiẽde ſobolis eccleſiam beati ioã
nis euãgeliſte apud epheſum ſepius cum
oblationibus viſitarent. Qui dum infans
adhuc vbera matris lamberet: quarta ſex
ta feria ⁊ ſabbato ſemel tantũ in die mã
millas ſuggebat. Cum autem eſſet anno
rũ octo a patre liberalibus diſciplinis im
buẽdus traditur: ⁊ in eis breui tẽpoꝛe per
fectus eruditur. ¶ Die quadam miſſus a
patre vt blada ſubiectis ſibi gentibus di
ſpenſaret: totum triticũ pauperibus erro
gauit: quod pater audiens moleſte tulit:
ad ſuggeſtionẽ tamen filij ad hoꝛrea que
pꝛius ille vacuauerat proceſſit: ⁊ ea om
nia decoꝛo ⁊ nouo frumẽto repleta diui
nitus inuenit. ¶ Moꝛtuo vero epiſcopo
tauſineñ. theodoꝛ⁹ ep̃s ephefinus metro
politanus ipſius diuina reuelatione eidẽ
ciuitati ſiſinnium licet ſatis recuſantẽ cũ
adhuc eſſet annoꝝ viginti in epiſcopũ
pꝛefecit. Qui gregem dominicum ſibi cõ
miſſum verbis ⁊ exemplis ſolicite paſce
re curauit. ¶ Cuȝ quidã leontius pꝛeſby
ter per annos octo loquelam amiſiſſet:
ſiſinnius ei in chꝛiſti nomine mandauit:
vt die natalis domini tunc de pꝛoximo fu
turo miſſam populo celebꝛaret: quod et
ille adimpleuit: loquela ſibi exinde pleni
us reſtituta. ¶ Poſt hec ſiſinnius filium
mulieris vidue ab ãnis. xiiij. maligno ve
xatum ſpiritu: poſt triduanum ieiunium
⁊ oꝛationem ac vigilias tribus diebus in
eccleſia celebꝛatas a demonio liberauit.
¶ Sed dum per annos. xxxiiij. eccleſiaȝ
ſuam feliciter gubernaſſet die quadã ho
ra ſexta eo celebꝛante audita eſt vox de
celis eum ad celeſtia vocans. Qui omni
clero ⁊ populo cõuocato: ⁊ in domino cõ
foꝛtato: ea die qua poſtmoduȝ deceſſit ſe
ad dominum migraturum pꝛedixit: ⁊ vt
pꝛedixerat: ſic euenit. Quieuit namq̃ in
pace. xvj. calẽ. martij. Cuius coꝛpus in ec
cleſia ſancti ioãnis euãgeliſte apud ephe
ſum pꝛout ipſe iuſſerat delatum: ibiq̃ cõ
digna veneratione tumulatuȝ ſeruatur.

¶ De ſcõ Cratone mar. Cap. CXXVII

[C]Raton martyr ciuis athe
nienſis oꝛatoꝛ inſignis rome
paſſus eſt. Cuius cum filiũ
ceremoneȝ contractũ ſan
ctus Ualentinus epiſcop⁹
ſanaſſet: vt dictũ eſt in eius
paſſione. xvi. cal. martij: conuerſus eſt ad
chꝛm craton cuȝ filio ⁊ omni familia ſua:
⁊ ab eodeȝ ep̃o baptizati ſunt. Poſtq̃ ve
ro valentinus epiſcopus paſſus eſt. Cra
ton etiam a ſenatu romano ex inuidia de
tentus ⁊ eoꝝ ſententia decollatus eſt.
Cuius coꝛpus ceremon filius ſepeliuit in
pꝛedio ſuo. xv. calen. martij. Qui poſt pa
tris martyrium ſanctis operibus chꝛiſto
deſeruiens: ⁊ ipſe poſt tempus aliquod
laudabiliter ex hac vita deceſſit.

¶ De. ſ. fauſtio ⁊ iouita m̃. C. CXXVIII



Fauſtin⁹
⁊ iouita martyres apd
ciuitatem bꝛixie paſſi
ſunt ſub hadriano im
peratoꝛe. Quoꝝ pꝛi
oꝛ in preſbyterum: ſe
cundus vero in diaco
nuȝ in ciuitate medio

lanēſt a ſancto apollonio epiſcopo ordinati: apud brixiam chriſtum dominum predicabant. Quos imperator hadrianus ipſam vrbem ingreſſus comprehēdi fecit: ⁊ ſacrificare nolentes in equuleo leuari ⁊ torqueri iuſſit. Qui cum ex equuleo ſoluti ante capitolium ſtarent illeſi: vnus de miniſtris noīe calocerus conuerſus eſt: ⁊ magnū deū chriſtianoꝝ clamare cepit. Quē hadrian⁹ extra capitoliū eiici fecit: fauſtinū vero ⁊ iouitam in ergaſtulo ↄcludi. Ad quos viſendos xp̄s noctu veniēs cū luce nimia ↄfortauit eos. Cūqꝫ hec cuſtodes carceris calocero nūciaſſet venit ille ad hoſtiū carceris: ⁊ viſionē vidit: atqꝫ a dn̄o exhortationē accepit: ipſe vͦo cuſtodibus fidē xp̄i predicauit: ⁊ eos ipa nocte ↄuertit. Et cum a ſanctis martyribus omnes ſtātes ante ianuā carceris baptiſmū expeterēt: angelus dn̄i eduxit ſanctos ianuis clauſis: q̇ calocerū cū militibus ad ſanctū apolloniū adduxerūt. Illeqꝫ ipos baptizauit hora q̄ſi. xii. Et cū altare nō haberent: in quo dominicum corpus ↄficerēt: ſubito apparuit q̄ſi linteamē niueū extēſum hn̄s corpus dn̄i inuolutū cuꝫ quattuor luminaribus accenſis. Sicqꝫ oēs ſacram eucharistiam ſumpſerunt. Deinde ab angelo ↄfortati ſunt. Qui ⁊ ſcōs martyres in carcerē reduxit: ⁊ cū eis calocerū et eius milites clauſis ianuis ⁊ ſignatis itromiſit. Mane aūt facto cū hec hadrianus vidiſſet: ⁊ quia calocerus cum ei⁹ officio intra carcerē clauſum itroiſſet. Irat⁹ oēs milites illos ante ſe adduci p̄cepit: ⁊ eos oēs chr̄m cōfitentes decollari mandauit. Calocerū vero fauſtinū ⁊ iouitā ſecuꝫ vinctos mediolanum adduxit. Quos ſacrificare nolentes in equuleo leuatos diu mādauit torqueri: deinde lampades ardentes eoꝝ lateribus apponi: ⁊ poſt hec ſtupa reſina ⁊ oleo adhibitis ignem copioſū ſubter eos accendi. Orātibus autem ſanctis: ignis ad ſtatuas deorum, que capiti imperatoris ſupereminebant: proſiliit: ⁊ eas incēdit. Imperator vero fugiens ſanctos dei pedibus ad poſteriora tauroꝝ ferocium ligari fecit: ⁊ in ſilua dimitti: vt tracti poſt eos diſcerperentur. Tauri vero in ſilua vti agni ad preſepe ſteterunt. Angeli vero martyres exoluerunt: ⁊ eos tauris cum omni manſuetudine inſequētibus ad ciuitatem reduxerunt. Venienteſqꝫ ad palatium coram imperatore ſteterunt illeſi: tauri vero omnes ſibi obuios cornibus vulnerabant: ⁊ ad ſanctoꝝ pedes humiliter procumbebant. Cūqꝫ hec hadrianus arti magice deputaret voluit eos abinuicem ſeparare. Et calocerum quidem antiocho preſidi tradidit puniēdum: fauſtinuꝫ ⁊ iouitam carceratos ſuo iudicio reſeruauit. Antiochus autem cuꝫ alpes cotias eēt trāſiturus calocerū ante ſe p̄miſit cuſtodie traditū. Cuſtodes vͦo calocerū ad ciuitatē aſteñ. adductū carceri tradiderūt: expectātes aduētum antiochi. Interea imperator cū ſibi antiochus neceſſarius eſſet miſit prefectum ſapritiū ad ciuitatē aſteñ. cōmitens eidē vt calocerū diris tormētis cruciaret: antiochum vero ſecum detinuit. Calocerus vero in ciuitate aſteñ. carceri mācipatus: ſc̄dm militē conuertit: ⁊ cū ad fauſtinū ⁊ iouitā baptizandū mediolañ. tranſmiſit: vt dicetur in paſſione ſc̄di. iiij. calē. aprilis. ¶ Dū autēꝫ mediolanū veniſſet angelus domini fauſtinum ⁊ iouitam de carcere ad ſecundū extra ciuitatem eduxit: a q̇bus baptiſma nube quadā aquā p̄bēte ſuſcepit. Et ecce colūba de celo venit ⁊ ſacram hoſtiā deferēs martyribus tribuit. Fauſtin⁹ vero ſc̄dm cōmunicauit: ⁊ reſiduū eucharistie ei dedit: vt ad martianum deferret q̇ apud terdonā vinctus detinebat̄: vt in eius paſſiōe dicet̄. ii. noñ. martij. Quo abeunte angelus dn̄i martyres ad carcereꝫ reduxit. Poſt hec hadrian⁹ brixiā rediit ⁊ martyres xp̄i ſecū reduxit: q̄s ſacrificare

nolētes capitali ſnīa dānauit. Quoꝝ cor/
pora brixie a xp̄ianis ſepulta ſunt.xv.cal.
martii. Calocerus vero poſt hec ſub ſapri
tio pcōſule in ciuitate aſtēn. martyriū cō/
ſummauit: vt ſuo loco dicet.xiiij. cal. aplis.

¶ De.ſ.fauſto monacho ⁊ ɔfeſ.C.cxxix.

Fauſtus monachus bti bn/
dci diſcipulus fuit. Qui eiuſ
dē beati patris vitā conſcri
pſit. A quo cum ſcō mauro
abbate ad gallias miſſus ei
dē mauro exinde ſemper adheſit ꝙ ipſi⁹
vite ac ſanctitatis imitatoꝛ effect⁹ hoꝛtā
tibus eū fratribus ſuis ſuos actus ⁊ geſta
memorie tradidit: ⁊ in andegauen̄. mo
naſterio laudabilē vitā duxit: ⁊ poſt magi
ſtri trāſitum ad caſſinen̄. monaſteriū re/
diit: vbi ⁊ in pace i xp̄o deuit.xv.cal.mar.

¶ De ieiuniis q̄ttuoꝛ tēpoꝝ.Ca.CXXX

Ieiunia quattuoꝛ tēpoꝛū a
calixto papa inſtituta ſunt.
¶ Circa que tria viden/
da occurrūt.ſ. ¶ Quare ie/
iunamus.quattuoꝛ anni tē
poꝛibus. ¶ Quare illis mēſib⁹. ſ.martio:
iunio: ſeptembꝛi: ⁊ decembꝛi: ⁊ non aliis.
¶ Et quare tribus in ſeptimana dieb⁹ ſci
licet feria.iiii.vi.⁊ ſabbato. ¶ Pꝛimo igit̄
videndum eſt quare quattuoꝛ anni tem/
poꝛibus ieiunamus.ſ.in vere: eſtate: au/
tūno: ⁊ hyeme. Cuius quattuoꝛ aſſignan/
tur ratiōes. ¶ Pꝛia ratio ſumitur ex par/
te ipſoꝛū quattuoꝛ tempoꝛū āni. Quoniā
ver eſt calidum ⁊ humidū. Eſtas calida
⁊ ſicca. Autūn⁹ frigidus ⁊ ſiccus. Hyems
frigida ⁊ humida. Ieiunam⁹ igitur in ve/
re vt noxium humoꝛem luxurie tempere
mus. In eſtate vt noxium caloꝛem auari
tie extinguamus. In autumno vt caſti/
gemus ariditatē ſuperbie. In hyeme vt
refrenemus frigiditatem accidie. ¶ Se/
cunda ratio ſumitur ex parte quattuoꝛ cō
plexionum: quoniam in vere augmenta/
tur ſanguis: in eſtate cholera: in autūno
melancholia: ⁊ in hyeme phlegma. Ieiu/
namus igitur in vere vt in nobis debilite
tur ſanguis concupiſcentie ⁊ inepte leti/
tie. Sāguineus enim eſt libidinoſus ⁊ le
tus. In eſtate vt debilitetur cholera ira/
die ⁊ fallacie. Cholericus enim eſt iracū
dus ⁊ verſut⁹. In autūno vt debilitetur
melācholia cupiditatis ⁊ triſtitie. Melā/
cholicus eni eſt naturalr̄ cupidus ⁊ triſtis.
In hyeme vt debilitet̄ phlegma hebetu/
dis ⁊ pigritie. Nā phlegmatic⁹ eſt hebes
⁊ piger. ¶ Tertia rō ſumit̄ ex pte q̄ttuoꝛ
elemētoꝝ. Qm̄ ver cōparatur aeri. Eſtas
igni autūnus terre. Hyemes aq̄. Ieiuna/
m⁹ ergo in vere vt in nobis edomet̄ aer
elatiōis ⁊ ſupbie. In eſtate vt edometur
ignis cupiditatis ⁊ auaritie. In autūno vt
edomet̄ terra frigiditatis ⁊ ignoꝛātie. In
hyeme vt edometur aqua leuitatis ⁊ in/
conſtantie. ¶ Quarta ratio ſumitur a par
te quattuoꝛ etatum. Quoniam ver refer/
tur ad pueritiam. Eſtas ad adoleſcentiā.
Autumnus ad etatem virilem. Hyems
ad ſenectutem. Igitur ieiunamus in ve/
re vt ſimus pueri per innocentiā. In eſta
te vt efficiamur iuuenes per conſtantiā.
In autumno vt efficiamur ſenes per pꝛu
dentiam ⁊ honeſtam vitam. ¶ Uel poti⁹
vt ſatiſfaciamus deo quicquid per illas
etates aut per illas cōplexiones in quat/
tuoꝛ āni tempoꝛibus vel in quattuoꝛ ele/
mentis eum offendimus. ¶ Quare autē
in illis potius menſibus q̄ in aliis ieiuna
mus duplex ratio aſſignat̄. ¶ Pꝛima rō
eſt vt iudeos imitemur qui quater in an/
no ieiunabant: ſcilicet ante paſcha: an̄ pē
tecoſtē: ante ſcenophegiā.i. fixionem ta
bernaculi in ſeptēbꝛi: ante encenia.i. de/
dicationē tēpli in decēbꝛi. ¶ Scḋa rō eſt
quoniam hec ieiunia fiunt: in martio ger
minātē terra vt in nobis virtutū germi/
na oꝛiantur: vt maio vel iunio quando ſe/
getes colliguntur. vt nos manipulos bo/
noꝝ opeꝝ deo nr̄o reddamus. In ſeptē/

bre quando vue vindemiantur: vt nos di/
uina charitate inebriari valeamꝰ. Jn de/
cembre quando herbe moriũtur: vt nos
vitia carnis mortificemus. ¶ Quare aũt
tribꝰ diebus in hebdomoda ieiunamus
duplex similiter ratio reddit. ¶ Primo
quia sicut homo constat ex quattuor ele/
mentis quantum ad corpus: ⁊ tribus vir/
tutibus quantum ad animaꝫ videlicet ra/
tionali: cõcupiscibili: ⁊ irascibili: sic ꝑ tres
dies quattuor ãni tẽporibus ieiunamus:
vt quicquid in carne vel anima delinqui/
mus: deo per ieiunium exoluamꝰ: sicut ꝙ
ternarius ad corpus ternariꝰ vero ad ani/
mam refertur. ¶ Scḋo vt per hoc satis/
faciamus in die ꝗcquid peccamus in mẽ/
se. Nam singulis mensibus tribus diebus
ieiunamus. Et sunt hec ieiunia in q̃rta fe/
ria: quia dñs a iuda ea die venditus fuit.
Jn sexta quia in cruce pependit. Jn sab/
bato quia in sepulchro iacẽs discipulis tri/
stitiam dereliquit. Hec ex summa de of/
ficio ioannis beleth: ⁊ ex dictis damasce/
ni ⁊ guilelmi.

¶ De. s. Onesimo discipulo. C. CXXXI.

Onesimus discipulus apo/
stoli pauli seruus fuit phile/
mõis nobilis colosceñ. eius/
dẽ apostoli familiarissimi
Hic a domino suo fugiens
romam ad apostolum iam in carcere de/
tentũ venit: eiq; sedule ministrauit. Quẽ
paulus ad christũ conuertit ⁊ baptizauit.
Et ad dominum cum epistola que intitu/
latur ad philemonẽ christianũ ⁊ correctũ
remisit. Jn qua epistola paulus philemo/
nem rogat: vt onesimo delictũ ignoscat: ⁊
ipsuꝫ vt christianum ⁊ ꝯfratrem benigne
suscipiat. Quem philemon apostoli intui/
tu manumisit: ⁊ ipm̃ ad euꝫ remisit. Apo/
stolus vero ipsum episcopum ephesi ordi/
nauit. Qui peracto predicationis officio
pꝰ passionẽ pauli iterũ romã rediit: vbi ⁊ ꝓ
fide xp̃i lapidatus occubuit. Corpusq; eiꝰ
inde ad locum vbi fuerat episcopus con/
stitutus: delatum est. Qui passus est deci/
moquarto calendas martij: vt dicit ado.

¶ De scã Juliana ṽg. ⁊ m̃. Ca. CXXXII.

Juliana virgo ⁊ martyr pas/
sa est i ciuitate nicomedia
tẽpore maximiani impera/
toris. Hec aphricani nobi/
lis ⁊ gentilis filia ex eadeꝫ
vrbe oriunda ab ãnis infantilibꝰ christia/
na: tradita est in spõsam a p̃re cuidaꝫ eleu/
sio ꝑfecto. Quã cuꝫ sponsus traducere vel/
let ⁊ virgo dñi sibi copulari nollet: nisi fie/
ret xp̃ianus: fecit eam pater suus expolia/
ri ⁊ grauiter cedi. Sicq; flagellatã tradi/
dit ꝑfecto sponso eius. Ille ergo eã sibi ꝑ/
sentatam ⁊ dudum examinatam: cã dice/
ret se nullatenus sibi copulãdaꝫ nisi fieret
xp̃ianus: iratus iussit virginem extensaꝫ a
q̃ttuor sibi inuicẽ succedẽtibus virgis cru/
deliter cedi: deinde per sex horas capillis
appendi: ⁊ post hoc plumbũ liquefactum
in caput ipsius ꝓfundi Quod cum nihil si/
bi nocuisset eam catenis ligauit: ⁊ in car/
cerem reclusit. Ad quam venit belial de/
mon in specie boni angeli: eiq; dixit: ꝙ
christus ipsum ad eam miserat: et cuius
sibi parte mandabat: vt diis sacrificaret:
ne in tormentis male deficeret. Juliana
vero dubitans: cum lachrymis orauit vt
dominus sibi reuelaret: quis esset qui ta/
lia suaderet. Factaq; est vox ad eã: vt ipꝫ
appꝛhenderet ⁊ quis esset ꝯfiteri cogeret.
Que cum demoneꝫ tenuisset: interrogãs/
q; quis eẽt: dixit ei: ꝙ belial demõ erat: ⁊
ꝙ pater suus beelzebub ipsuꝫ ad eã deci/
piẽdam miserat: qui ⁊ demones facit gra/
uiter flagellari quoties a xp̃ianis fuerint
effugati. Dixitq;: ꝙ erãt innumerabiles de/
mões ꝗ a dicto beelzebub ad oĩa mala ꝑ/
petrãda mittebãt. Ipse multa scelera cõ/
mitti fecerat: ⁊ nũq̃ ab aliq̃ xp̃ião eo mo/
do detẽtus fuerat. Nã qdã ⁊ euã fecerat ĩ
paradiso ꝑuaricare: ⁊ abel a cai occidi: ⁊

populum in deſerto ad vitulum adoꝛādū cōuerti: ⁊ tres pueros in caminum ignis immitti: ⁊ hieruſalē inflāmari: ⁊ alia multa plurimis peſſima opera ꝑpetrari. Tūc iuliana manibus retroꝛſum ipſuꝫ ligauit: ⁊ cū catena q̄ vincta erat diutiſſime verberauit. Et cū die ſequenti iuſſu pꝛefecti de carcere educeret̄: demonē poſt ſe trahebat ligatū. Qui cum miſericoꝛdiam ei⁹ peteret: ne amplius de ſe ridiculum faceret: p totum foꝛum illum traxit: ⁊ tādem in latrinam quandam ꝓiecit. Et cuꝫ ante ꝓfectum conſiſtens xp̄m confiteretur: in quadam rota extenditur: intātum vt oia oſſa eius vſqꝫ ad exitum medullarū confringerentur. Angelus aūt domini rotam comminuens virginem in momento ſanauit. Quo miraculo viſo. cxx. gentiles ꝑmiſcui ſecus ad xp̄m cōuerſi ſunt: ⁊ in cōfeſſione nominis chꝛiſti decollati. Deinde in ollā plumbo liquefacto repletam iuſſu eleuſii mittitur: ſed plūbo velut ſuaui balneo tepefacto virgo illeſa educitur: qua educta plumbuꝫ ebuliens pꝛoſiliit: ⁊. lxxv. gentiles ex circūſtantibus iterfecit. Tūc pꝛeſes gladio caput ei⁹ amputari ꝑcepit. Quā demon que verberauerat in ſpē iuuenis inſeq̄ cepit: ⁊ gētiles exhoꝛtari: ne ſibi parcerent que deos vituperauerat: ⁊ ſe nocte ꝑcedēte grauiter flagellauerat. Et cum ipſuꝫ virgo reſpexiſſet: aufugit demon: dubitans ne iterū ſe capere vellet. Ducta eſt igitur extra ciuitatem ⁊ oꝛone pꝛemiſſa decollata eſt. Cuius coꝛpus ſephonia ſenatrix accepit: ⁊ eū in naui detulit: vt romā veniens ipſum ibidem ſepeliret. Sed oꝛta tēpeſtate nauis in fines cāpanie ad poꝛtum puteolanum impellit̄: ⁊ ibidem vno miliario a mare coꝛpus virginis ſepelit̄. Eleuſius vero nō poſt multo tempoꝛe nauigās maris tempeſtate cū triginta q̄ttuoꝛ viris ſubmerſus eſt. Paſſa eſt aūt virgo xp̄i. xiiii. calendas martij.

¶ De. ſ. Pollochꝛōio ep̄o ⁊ m̄. ca. cxxxiij

Pollochꝛoni⁹ ep̄s ⁊ martyr apud babyloniam ciuitatē paſſus eſt ſub decio ceſare. Qui cum aduerſus perſas congreſſus eēt: ⁊ habita victoꝛia multas ciuitates obtinuiſſet: veniens ad ciuitatē babylonie. Pollochꝛoniū ep̄m chꝛiſtianoꝛum teneri iuſſit cuꝫ p̄ſbyteris parmenio: elimate ⁊ chꝛyſotello: et diaconibus luca ⁊ mutio: quos fecit duci ad ſacrificandum: ⁊ ſacrificare nolētes ac xp̄m ꝯfitentes in cuſtodiam recluſit multis diebus. Interimqꝫ in ipſa vꝛbe tēplū ſaturno edificauit. Et ad nouū tēplū ep̄m cuꝫ eius clero duci feciſſet: ⁊ vt ſacrificia offerrent inſtaret: ⁊ pollochꝛoni⁹ neqꝫ ſacrificare neqꝫ verbū aliq̄d decio reſpōdere vellet interrogauit decius ꝑmeniū cur ep̄s eoꝛum mutus effectus eſſet: q̄ reſpōdit: ꝙ nō obmutuerat: ſed os ſanctū inter ſtercoꝛa coinq̄nare nolebat. Propter q̄d decius linguā parmenij pꝛecidi fecit: qui tamē vt pꝛius expedite loquebat̄. Tūc iratus deci⁹ iuſſit os pollochꝛonij lapidibus contūdi. Et dū cederet̄ emiſit ſpiritum. Poſt hec decius ambulans i ciuitatē coꝛdulam: parmeniuꝫ ⁊ ſocios ſecū vinctos adduxit: de quib⁹ in eoꝝ paſſione agetur decimo calendas maii. Coꝛpus vero pollochꝛonij ante tēpluꝫ dimiſit. Quod duo reguli abdon ⁊ ſenen xp̄iani noctu colligētes ante muros babylonie tumularūt decimotertio calendas martij.

¶ De ſcō Sauino ep̄o. Cap. CXXXIIII.

Sauinus ep̄s ciuitatis canuſine claruit tp̄e totille regis gothoꝝ. Qui int̄ cetera dona ſibi a deo ꝯceſſa ſpū pꝛophetico claruit. Quod totilla rex gothoꝝ audiēs minime credidit ſed ꝓbare ſtuduit q̄d audiuit. Cū eni in eiſdē partibus deueniſſet: ⁊ a viro dei inuitatus ad eius dexterā diſcubuiſſet: cū iā ep̄s lōgo ſenio lumen oculoꝝ amiſiſſet: puer ex

more eidez patri poculū prebuit: ſed rex ſilēter manū extēdens calicē puero abſtulit: eūq3 p ſe vice pueri epo porrexit. Tūc ille calicem accipiens: ſed tamē miniſtrū non videns dixit: viuat iſta manus viuat talis miniſter. De quo rex letus erubuit: quia quāuis deprehēſus eſſet: in ſacto qd querebat inuenit. Cum aūt ſauinus lōgo ſenio traheret: archidiaconus eius epatū ambiēs: viniſuſoris eius aium ꝑcio precibuſq3 corrupit vt mixtū vino ſibi venenū ppinaret. Qui refectionis hora epo veneni poculū obtulit: ſed eps eidem vt illud ſtatim biberet imperauit. Tremefactus picerna deprehēſuz ſe ſentiēs maluit moriturus bibere: quā penas ꝑ tāta homicidii culpa toleraret. Cūq3 ad os ſibi calicē poſuiſſet: eps cōpeſcuit ſeq3 venenū bibiturum obtulit: mādans vt ad illum qui ſibi dederat iret: eiq3 diceret qꝫ ſauinus q̄dem venenum biberet: ſed ipſe minime eps eēt. Facto ergo ſigno crucis venenuz eps bibit: ⁊ illeſus pmāſit: eadēq3 hora archidiaconus eius alibi exiſtens ſubito defunctus eſt: acſi p os epi ad archidiaconi viſcera mortiferū tranſiuiſſet. Quieuit in pace vir dni .xiii. calen. martii. Hec gregorius .iii. dial. cap. v.

De ſanctis Maximo ⁊ Claudio ⁊ ſociis martyribus. Cap. CXXXV.

Maximus ⁊ claudius fratres caii pape ⁊ gabini preſbyteri ⁊ vxor claudii ꝑpedigna ⁊ filii eius alexander ⁊ cutia preclariſſimi genere ex vrbe: agente fratre eorum bino preſbytero a ſcō caio papa baptizati ſunt. Ob hoc iuſſu diocletiani imperatoris tenti ſunt a iudice iulio. Et maximus quidez capitalē ſententiam accipit. Claudi⁹ vero cum cōiuge ⁊ filiis in exilium deportati: deinde incendio concremati odoriferum martyrii ſacrificium domino reddiderunt. Quorum corpora in mare apud oſtiaz iactata fuerunt. Sed eorū reliquias chriſtiani requirētes cū corpore maximi iuxta muros oſtie vrbis ſepelierunt. Qui paſſi ſunt .xii. calendas martii.

De .ſ. Symeōe epo ⁊ m. Cap. CXXXVI

Symeō eps hieroſolymitanus ⁊ martyr: propiquus ſaluatoris ſecundū carnē extitiſſe dignoſcit ac filius cleophe qui fuit frater ioſeph iuſti: vt dicit Hieronymus. Hic vt .iii. eccleſiaſtice hiſtorie habetur poſt iacobum fratrez dni hieroſolymorum pōtifex: ſub perſecutione traiani impatoris cū iaz eēt decrepitus accuſat⁹ eſt attico conſulari tāquam xpianus. Qui ab eo tētus multiſq3 ſuppliciis affectus tādē crucis patibulo appēſus martyrio cōſumatus eſt omnibus qui aderāt etiaz ipſo iudice de eius patientia admirantibus ⁊ qꝫ .cxx. ānoꝝ ſenex crucis patibulū ptuliſſet: q̄ paſſus eſt .xii. calen. martii.

De ſancto Sabino preſbytero et martyre. Cap. CXXXVII.

Sabinus pſbyter ⁊ martyr nobilis ciuis roman⁹ ex genere diocletiani impatoris et frater ſci Caii pape fuit. Hic liberalib⁹ ſtudiis dum eēt gētilis nō mediocriter eruditus: fact⁹ xpianus ⁊ pſbyter libros ⁊ tractatus ad ſi dei eruditionem plurimos ɔpilabat. Hic germanos maximum ⁊ claudiū cū vxore claudii ⁊ filiis ad xpm conuertit: ⁊ per manūs caii pape baptizari fecit. Filiā quoq3 ſuā ſuſannā virginem pulcherrimā ab infantia xpianā ſacris litteris erudiuit. Que cum ob eius nobilitatez et elegantiam a maximiano diocletiani filio in coniugiuz peteretur: ⁊ puella conſentire nollet: dicens ſe chriſto domino deſpōſatam non poſſe alicui viro: ⁊ potiſſime idoloruz cultori matrimonio copulari: ⁊ gabinus preſbyter ab imperatore req̄ſitus: eam ad hoc compellere nollet: in carcerem iuſſu

auguſti mittitur : ibiqꝫ fame et vinculis maceratur. Qui etiam poſt aliquod tempus ibidem expirauit. Cuius corpus caius papa germanus eius ſepeliuit .xi. calendas martij.

¶ De ſanctis innumerabilibus martyribus. Cap. CXXXVIII.

Innumerabiles ſancti martyres quorum numeruz ſolius dei ſciētia colligit apud tyrum ciuitatem paſſi ſunt. De quibus octauo libro eccleſiaſtice hiſtorie ſcribitur: ꝙ diuerſi ſexus ⁊ etatis ac ordinis ex egypto illuc aduenientes perſecutione in chriſtianos imminēte a paganis tenti ſunt. Et confitentes chriſtum primo quidez per omne corpus flagris laniati: deinde in harena beſtiis diuerſorum generum traditi ſunt. Cuz autem a feris minime leſi fuiſſent: aliiqꝫ gentiles rei mortis beſtiis ſubiecti ſubito lacerati eſſent. Iterum ſancti martyres feris exponuntur: vt ex paganorum morſibus incitate in ſanctos ferociores redderentur. Et cum nec ſic in eos preualuiſſent mutatis ſuper eos ferocioribus animalibus omnino intacti permanſerunt. Quod dum pagani magice aſcriberent: ad alias feritates feris immaniores ſe conuertentur. Et alios quidem ex ſanctis gladiis trucidarunt: alios flammis incenderunt alios in mari necauerunt: alios capitibus abſciderunt: nonnullos etiam inedia cōſumauerunt: quoſdam vero rectos quoſdam vero deorſuz verſo vertice patibulis affixerūt: qui omnes in confeſſione veritatis coronas paſſionis a domino perceperunt. Horuz glorioſam multitudinem ad victoriam incitabant beati tyrannus ſiluanus philen⁹ atque linus epiſcopi nec non cenobius preſbyter: qui omnes vna ſecum felici agone palmas adepti ſunt. Nam tyrannus et ſiluanus epiſcopi beſtiarum morſibus interierunt: philenus ⁊ linus epiſcopi ignibus conſumpti: cenobius vero preſbyter cum pluribus aliis decollatus eſt. Horuz omnium paſſio recolitur .x. calen. martii.

¶ De ſcis .lxxix. martyrib⁹. Cap. cxxxix.

Septuagintanouem martyres apud ſiciliam paſſi ſunt Qui ſub diocletiano auguſto per diuerſa tormēta cōfeſſionis ſue coronā a chriſto ſibi paratam percipere meruerunt .ix. calē. martii. Hec hieronym⁹ i martyrologio

¶ De ſancto Symmacho papa et confeſſore. Cap. CXL.

Symmachus papa natione ſardus ex parte fortunato anaſtaſio ſecundo pape in pontificatu romāo ſucceſſit: ⁊ ſedit annos .xv. mēſes .vii. dies .xxviii. In cuius electione tanta rome diſſenſio fuit: vt electo quodam laurentio vna cuz ſymmacho: ſenatores laurentii partibus fauentes aduerſus ceteros q̄ ſymmacho adherebant belluz inferrent: multaſqꝫ cedes ⁊ homicidia facientes: pleroſqꝫ ſacerdotum ⁊ clericorum ac ciuiuz extinxerūt. Deniqꝫ ābo vno die ordinati ſunt. Symmachus quidem in eccleſia conſtantina: laurentius vero in eccleſia ſancte marie. Sed cum neutra pars alteri cederet: condixerunt: vt lis incepta iudicio regis theodorici fineretur. Qui rauenne poſitus dū legatos prius audiſſet: decreuit: vt quem maior pars cleri ⁊ populi elegiſſet: ipſe in ſede apoſtolica reſideret. Sicqꝫ ſymmachus in quem maior pars cōuenerat pōtifex factus: conſtituit laurentiū epiſcopū in nicera ciuitate intuitu miſericordie. In hac diſſenſiōe ſanctiſſimus paſchaſius eccleſie romana diaconus partibus fauebat laurentii bona fide. ¶ Hic ſymmach⁹ cōſtituit: vt omni die dominico ⁊ i natalitiis apoſtoloꝝ ⁊ ſcōꝝ ꝑcipuoꝝ Gloria in excelſis deo cātet: Et q̄ ſequūt̄ poſt verba an

geli addidit in eodez hymno. Poſt paucos annos criminatur ſymmachus ex inuidia p falſos teſtes: ⁊ occulte laurētius reuocatur: ⁊ iterato clerus diuidit quibuſdaz adherētibus ſymmacho nōnullis aūt laurētio. ſed cōuocata ſynodo. cxxv. epoꝝ expurgat ſymmachus de crimine falſo: ⁊ cū gloria reſtituit. Laurentius vero depoſitus cū ſuis cōdemnat. Poſt hec ſymmachus in pace ſedi apoſtolice p̄ſidens: ſcitate cōſpicu⁹ quieuit in pace. ix. cal. martij. Sepultuſq₃ eſt apud ſanctum petrum miraculis coruſcans.

¶ De cathedra ſācti petri apoſtoli antiochie facta. Cap. CXLI.



Cathedra ſācti petri apl̄i ab eccleſia feſtiue celebrat: quia tunc btūs petrus apud antiochiam in cathedrali honore ſublimatus fuiſſe phibetur. ¶ Huius aūt ſolēnitatis inſtitutio triplicē cauſam videt habere. ſ. ¶ Propter hiſtoriam. ¶ Propter figurā. ¶ Et ꝓpter prauā cōſuetudinē abolendam. ¶ Prima cauſa eſt ꝓpter hiſtoriā. Cum enim btūs petrus antiochie predicaret theophilus princeps illius ciuitatis eo ꝙ populū ſeduceret petrus credētur: apoſtolū fecit incarcerem vinculari ⁊ fame diebus plurib⁹ affligi. Qui iaz pene deficiēs xp̄m ne ſe deſerat deprecat: ⁊ ab eodē celica voce cōfortat. Audiēs paulus de carceratione petri ad theophilū iuit: ⁊ ſe multaꝝ artiū ſummū opificē eſſe dixit: ꝓpter quod a p̄ncipe rogat⁹ in eius curia māſit. Et poſt dies tres ad petrū in carcerē latēter itrauit: ⁊ vidēs eū pene cōſumptū amariſſime plorās eū vocauit: ⁊ in ei⁹ ruēs amplex⁹ ipz cibo refocillauit: ⁊ multis cōfortatū ſermōib⁹ dimiſit. Deide paulus caute repto tpe theophilo ſuggerebat ꝙ eius gloriā petri vinculatiōe dehoneſtauerat: qui mēdicus ⁊ paup nil mali ꝑpetrauerat: ſibiq₃ in multis ꝓdeſſe poterat. Et cū theophilus paulū interrogaret: in q̄ ſibi petrus ꝓdeſſe poſſet. Paulus tāq̄ ſe alienū fingēs dixit: ꝙ audiuerat petꝝ oēs egros ſanaſſe ⁊ mortuos ſuſcitaſſe. Cum hec theophil⁹ vti delirametā deſpiceret: ad hoc tādē deuenit: vt ſi petr⁹ filium ſuū xiiii. ānos ante defūctū ſuſcitaret. ipe eū in pace dimitteret: ⁊ fidē eius cū oī populo ſuo ſuſciperet. Ingreſſus ḡ paulus ad petrū eidē narrauit: q̄liter theophilo filiū ſuſcitādū pmiſit. Educt⁹ ergo petrus de carcere ad ſepulchꝝ acceſſit: ⁊ cū orōnē fudiſſet ꝯtinuo iuuēis reſurrexit. Tūc theophilus cū vniuerſo populo credidit: ⁊ glorioſam eccleſiā ad nutū apoſtoli fabricauit. In cuius medio populi cathedrā locauerūt: ⁊ in ipa petꝝ exaltauerūt. In q̄ ſedit ānis. vii. Deide romā veniēs in cathedra romana p̄fuit ānis. xxv. Cū aūt petrus ex antiochia ad tēpus diſceſſiſſet. Simō magus illuc acceſſit: ⁊ p̄dicās figmenta multa atq₃ ſigna fallacia oſtēdēs populū oēm a fidei veritate puertit: ⁊ cōtra petꝝ ipm terribiliter cōcitauit. Petrus vero rediēs ⁊ p̄dicta reperiēs. Simoniſq₃ fallacias detegens: vexatos ab omni langore curauit: ⁊ oppreſſos a demonib⁹ liberauit. Sicq₃ populum ad veritatē fidei reuocauit: ⁊ infra dies. vii. pluſq₃ decem milia hominū baptizauit. Tuncq₃ populus nudis pedibus ad petrū acceſſit: agens penitētiaz ꝙ ſimoni mago cōſenſit: ⁊ ipm vna cū principe theophilo iterꝝ in cathedra ſublimauit. Ideo eccleſia de ipſius prima cathedratiōe feſtum agit: q̄uis ſcda qua rome ſedit principalior fuerit vt dictū eſt ſupra in alia cathedra petri. xv. calen. februarij. ¶ Scda ratio eſt ꝓpter figuram. Naz petrus in triplici eccl'ia exaltat⁹ fuit. ſ. ¶ In eccleſia militantium. ¶ Malignantium. ¶ Et triumphantium: ⁊ hoc ſecundum

triplicem feſtiuitatem quā de ipſo eccleſia celebrat. ¶ Eſt eni exaltatus in eccleſia militantiū ei preſidēdo: ⁊ eam in fide laudabilr̄ regendo. Et hoc quantū ad preſentē ſolennitatez que dicit̄ cathedra: q̄ tunc ſuper eccleſiam antiochenam pontificatum accepit: ⁊ eā ſeptennio gubernauit. ¶ Eſt etiam exaltatus in eccleſia malignantium ipſam diſſipando ⁊ ad dominum ↄuertendo. Et hoc quantuz ad ſecūdam feſtiuitatez que dicitur ad vincula: tunc enim malignantium iudeoꝛuz eccleſiam diſſipauit: ⁊ multos conuertit. ¶ Extitit inſuper exaltatus in eccleſia triumphantium in ipſam. ſ. feliciter introeūdo ⁊ Chriſto domino conregnando. Et hoc quantum ad tertiam feſtiuitatem que eſt paſſionis ipſius: quia tunc in eccleſia triūphantium introiuit. Celebratur autem ⁊ feſtum eius ter in anno. ¶ Propter priuilegium. ¶ Propter officium. ¶ Et beneficium. ¶ Propter priuilegium quod habuit triplex. ¶ Fuit enim pre ceteris dignioꝛ auctoꝛitate: quia claues regni celorum accepit. ¶ Fuit ⁊ feruentioꝛ in amore: quia cum maioꝛi feruore Chriſtum dilexit quam alii apoſtoli. ¶ Fuit etiam efficacioꝛ in virtute: quia ad vmbram petri ſanabantur infirmi. Ideoque feſtuz eius tertio celebratur. ¶ Propter officiuz: q̄ officium prelationis habuit ſuper vniuerſam eccleſiaz: que diffuſa eſt in aſia: aphrica ⁊ europa: ideo eccleſia ter in anno celebrat feſtum eius. ¶ Propter beneficiuz quia abſoluit nos a tribus generibus peccatoꝛum ſcilicet Cogitationis locutionis ⁊ operationis: vel quod homo facit in deum: in proximum: ⁊ in ſeipſum. ¶ Tertia cauſa huius feſti eſt propter prauaz cōſuetudinem tollendaz. Cōſuetudo eni fuit gentilibus vt ait. Joan. beleth ſingulis annis circa dies iſtos epulas offerre ſuper tumulos parentum ſuoꝛum: quas nocte demones conſumebant. Ipſi autē eas ab animabus circa ſepulchra erranti bus quas vmbras vocabant eas putabāt abſumi. Que ↄſuetudo epularum cum a chriſtianis extirpari non poſſet: ſtatuerūt ſancti patres feſtū cathedre ſci petri tum de illa q̄ fuit rome: tū de illa que fuit antiochie: vt eo die quo talia p̄ paganos fiebant: in reuerētia demonum: eodem die chꝛiani charitatiue epularent̄ adinuicem in ſubſidium paupeꝝ: ⁊ honoꝛe principis apoſtoloꝛum. Ideoque tali die in aliquibus locis celebrantur cōuiuia: ⁊ vocatur feſtum epularum ſancti petri. ſ. viij. calē. martii hec Joan. beleth. ¶ Poſt cathedrationem autem ſuaz beatus apoſtolus ſcripſit duas epiſtolas que canonice nominatur: quaruz ſecunda propter ſtili diſſonantiam a pleriſq̄ non illius fuiſſe narratur. Marci euangelium dictaſſe dicitur. hec hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Papia epiſcopo hieropolitano. Ca. CXLII.

Papias hieropolitan⁹ ep̄s Joannis apl̄i auditoꝛ polycarpi q̄z ↄdiſcipulus ⁊ ↄſodalis fuit. Hic ab eodē apl̄o apud hieropoliz predicāte oꝛdinatus ep̄s eiuſdez ciuitatis: poſt q̄z gregi dñico plurib⁹ annis laudabilr̄ prefuit: bt̄o fine in Chriſto q̄euit. viij. calē. martij. Hic. v. libros de verbis domini cōpoſuit. hec hieronymus de illuſtrib⁹ viris.

¶ De ſcō Ariſtione diſcipulo. C. CXLIII

Ariſtiō diſcipulus vn⁹ de lxxii. fuit: q̄ bini ab eo miſſi ſunt ad p̄dicādū. De q̄ in paſſione barnabe apl̄i mētio habetur. Qui poſt peractum predicationis officium apud ſalaminā in cypro inſula in domino requieuit. viij. calen. martij. vt dicit ado.

¶ De ſcō Abilio ep̄o. Ca. CXLIIII

Anianus ep̄s alexãdrinꝰ fuit. Qui poſt beatū marcuꝫ ſecundus pōtifex ibideꝫ cōſtitutus ſiquidē poſt ip̄m marcuꝫ primus extiterat anianus. annos. xiij. eideꝫ ſedi p̄ſidēs ⁊ ſacerdotū vita cōſpicuꝰ miniſtrauit: ⁊ . viij. cal. martij in xp̄o quieuit: vt dicit ado.

¶ De ſcō Policarpo p̄ſbīo. Ca. CXLV.

Policarpus preſbyter ⁊ cōfeſſor xp̄i tp̄e diocletiani ⁊ maximiani īpatoꝝ claruit. De quo in beati ſebaſtiani paſſione ſupra. xiij. calē. februarij mētio facta eſt: ⁊ dicet̄ īfra in paſſione tyburtij. iij. idus auguſti. Hic vna cū beato ſebaſtiano multos ad xp̄m conuertit: ⁊ plurimos baptizauit. Naꝫ cū beatus ſebaſtianus zoe vxori nicoſtrati primicerinij: que diu dux muta extiterat loquelaꝫ reſtituiſſet: ⁊ ipſaꝫ vna cū viro ſuo ⁊ familia nec nō trāquillinū ⁊ martiā parētes marci ⁊ marcelliani cōuertiſſet: ipſos oēs policarpus ſacri fontis vnda p̄fudit. Et cum nicoſtratꝰ a fratre ſuo claudio cōmentarienſe obtinuiſſet: oēs carceratos ad domuꝫ ſuā adduci: eos oēs ad xp̄m per ſebaſtianū cōuerſos idē preſbyter baptizauit. Cūqꝫ eidem claudio nicoſtratus retulit: qualiter vxori ſue loquelaꝫ ſebaſtianꝰ recupaſſet: obtulit claudius ſebaſtiano duos filios: quoꝝ vnus hydropicus: alter vulneribus obſeſſus erat: quos ſanctꝰ ſebaſtianus ſimilit̄ ſanos effecit. Claudiū quoqꝫ vna cū ipſis cōuerſos: policarpus p̄dictus diuino fonte regenerauit. Deide cū chromatius vrbis prefectus graui morbo languens decūberet: ⁊ tranquillinus ad euꝫ policarpuꝫ ⁊ ſebaſtianū adduxiſſet: illeqꝫ ab eis cōuerſus oia idola in domo ſua exiſtentia deſtrui permiſiſſet: ſanatus ē mox chromatius cū tyburtio eius filio ad fidē xp̄i reductus: quos policarpus preſbyter cū familia ſua q̄ erant vltra. Mcccc. p̄miſcui ſextꝰ ſimiliter baptizauit. Poſt hec aūt cum iuſſu diocletiani chromatius prefectus in exilium apud cāpaniā cū multis xp̄ianis mitteret: policarpus p̄ſbyter ſpōte ſecum exilium ſubijt: vt xp̄ianos exiſtētes ibideꝫ exhortaret̄: vbi multo tp̄e fideliter deo ſeruiens: orationibus ⁊ predicationi inſiſtens: in pace vitam finiuit. vij. calendas martij.

¶ De ſcō Gerardo ep̄o ⁊ m̄. C. CXLVI.



Gerardꝰ ep̄s ⁊ martyr venetiarum ciuitate ex nobilibus parentibus vꝫ de domo ſagrea patritia oriundus: a pueritia deo deuotus eccleſie ſancti marci canonicꝰ fuit. Sed ad vitam artiorē anhelans religionis habitu ſuſcepto: duꝫ ad ſepulchrū dominicū pergeret viſitāduꝫ: pānoniam deuenit: vbi a ſancto ſtephano xp̄ianiſſimo vngarie regē: qui eum ſeruū xp̄i eſſe cognouit retētus eſt: dimiſſiſqꝫ ſocijs cuꝫ quibꝰ pergebat ibideꝫ manſit. Et in quodam eremo qui bel vocat̄ per ānos ſeptē ſolitariā vitaꝫ duxit. Poſt hec a rege quāuis ſatis renitēs ad ep̄atum p̄motus eſt. Qui per ciuitates ⁊ caſtella pānonie circuiens verbū dn̄i p̄dicabat. Sedem autē ſuā iuxta flumē moriſſi fluminis ſtatuit: quā ⁊ moriſenā appellauit. Ubi ⁊ eccleꝫ ſancti martyris georgij cōſtruxit: in qua ⁊ altare dei genitricis erexit: ante qḋ argenteū thuribuluꝫ cū thymiamate perpetuo collocauit: ⁊ ibideꝫ ſemp̄ cōſeruari decreuit. Beatā eniꝫ dei genitricē deuotius coluit. Uñ ⁊ ſingulis ſabbati diebꝰ officium eius cum nouē lectionibꝰ ibideꝫ cōſtituit celebrādum qḋ vſqꝫ in preſens ſeruatur. Epiſcopatuꝫ quoqꝫ ſtrenue gubernabat: ſepius ad eremū aliquot diebus diuertebat. Deinde ad ſedem ſuā rediens offiū

ſi bi iniūctū adminiſtrabat: ⁊ iugiter pre/
dicationi vacabat. Defuncto ergo ſtepha/
no rege ſucceſſit ei rex petrus. Cuius re/
gnum cum vnus ex principib⁹ inuaſiſſet:
⁊ plurimos nobiles occidiſſet: venit mo/
riſenam vt ab epo gerardo die paſche co/
ronaret. Cuius coronationē nedum ſan/
ctus facere recuſauit: ſed nec ipſi itereſſe
voluit: quin potius eidē vt regni iuaſori
⁊ proditori interfectionē ipſius poſt trien
nium futurā predixit. Quod vt pdixerat
euenit. Deinde poſt annos quinq₃ cū ad
albam ciuitatē pergeret: hoſpitatus apud
eccleſiā ſancte ſauine. martyriū ſuum in
craſtinum futurū prenūciauit. Sequēti
die miſſarū ſolēnijs celebratis cum eſſet
iuxta flumen danubiū ab infidelibus ca
ptus lapidari cepit. Dumq₃ lapides in ip/
ſum iacti in aera penderent: lancea tranſ/
uerberatus cū pluribus alijs chriſtianis
gladio ceſis ibidem occubuit: vbi ⁊ ſepul
tus fuit. Sed proceſſu temporis inclytus
rex andreas corpus martyris trāſtulit mo
riſenam: vbi ⁊ miraculis claret. Paſſus ē
aūt. vij. cal. martij. Nūc aūt muriani ꝓpe
venetias quieſcit in eccleſia ſancte marie
que vulgo ſancti donati appellať. Hic ſan
ctis plures homelias ⁊ ſermones precla/
ros per ſolēnitates per anni circulum edi
dit: in quibus eius doctrina ⁊ ſapientia li
quido demonſtratur: ⁊ precipue q̄ deuo
tus beatiſſime virginis fuerit in cui⁹ lau/
dem multa preclare dictauit.

¶ De ſancto Gerardo epiſcopo ⁊ confeſ. ſore. Ca. CXLVII

GErardus epiſcopus leucorū
ſanctitate vite mirabilis ex/
titit. Qui. xiij. anno henrici
imperatoris tertij miraculis
clarēs ad xpm migrauit. Et
a leone papa chalcidonenſi ſynodo quar/
ta celebrata canonizatus fuit: ⁊ intra ſan/
ctorum confeſſorū numerum in eccleſia
honorandus cenſitus eſt: vt dicit frater
vincentius in ſpeculo.

¶ De ſcō Sereno marty. Ca. CXLVIII.

SErenus monachus ⁊ mar/
tyr ſub maximiano impato
re apud ſyrmiū paſſus eſt.
Nā cū ipſe ſibi hortū exco
leret: ⁊ vnus ex domeſticis
imparoris amicus intimus eēt: quadam
die vxorē illi⁹ in horto ſuo hora icōgrua
deambulantē repperit: eamq₃ acriter de
inhoneſtate increpauit: q̄ ſola hora iepta
monachi pomeriū introiſſet: eā quoq₃ cū
indignatione eiecit. Que viro ſuo de ſere
no conqueriť: ⁊ q̄ eam turpiter eiecerit
lamentať. Qui verbis iugis ad iracūdiā
motus: quē dudum vt amicū coluerat:
maximiano vti chriſtianū accuſat. Sicq₃
ſerenus iubente imperatore tentus ⁊ ſe
chriſtianum confeſſus capite ceſus eſt. vij.
calen. martij.

¶ De ſcō Sereno abbate. Ca. CXLIX.

SErenus abbas ſumme cō/
tinentie fuit. Que non ſo/
lum in eius actibus: ſed ēt
in aſpectu conſpici pote/
rat. Quam a deo in tantū
crebris orationibus impetrauit: vt nec
etiam ſe naturalibus incentiuis inquieta
ri vel in ſopore ſentiret. Quod adhuc for
tioribus ieiunijs ⁊ aſſiduis oratiōibus exe
ſtuans: ad tantam mentis ⁊ corporis pu
ritatem deuenit: vt vix in ſe motum na/
turalem ſentiret ac ſi paruulus ⁊ lactens
ſentire dignoſcitur. Et dum huiuſmodi
gratie perſeuerantiam lachrymis flagi/
taret: angelus eidem in ſomnijs aſtitit ⁊
eum per ventrem nouacula ſecuit: ⁊ ieco
re ac inteſtinis eductis ⁊ extricatis: om/
nibuſq₃ mundiſſime lotis: cuncta interio
ra ſuo loco repoſuit: ſibiq₃ dixit omnia in/
centiua carnis in eo abinde fore preciſa:
perpetuāq₃ in poſterū mentis ⁊ corporis
ipſum obtinuiſſe: vti petierat a dn̄o puri/
tatem. Hec in vitis patrum.

¶ De ſcō Matthia aplō. Ca. CL.



Matthias apoſtolus in loco iude proditoris ſubſtitutus eſt. Cū eniꝫ inter aſcēſionem ⁊ pentecoſten apoſtoli i cenaculo ſimul eſſent. Uidēs petrus ꝙ numerus apoſtoloꝝ erat imminutus: quos dn̄s tamen in numero duodenario elegerat: vt fidē trinitatis: in quattuor mūdi partibus p̄dicarent: cum eſſent oēs diſcipuli in cenaculo ſyon numero .cxx. exurgēs in medio eoꝝ eos allocutus eſt: oſtendens ex textu diuine ſcripture in pſalmo ꝓphetatū: ꝙ iudas ꝓditor futurus erat: cuius apoſtolatū alius accipere debebat. Exhortās fratres vt aliquē ex ipſis eligerent: quē in locum iude ſurrogarent. Quod cum oībus placuiſſet: elegerūt duos inter ceteros ſanctiores. ſ. ioſeph iuſtum: qui vocabat̄ barſabas: filiuꝫ cleophe ⁊ frēꝫ iacobi minoris: ⁊ matthiaꝫ: ⁊ oratiōe premiſſa dederunt ſortes eis. Et cecidit ſors ſup matthiā: ⁊ ānumeratus eſt cuꝫ .xi. apoſtolis. Et nota ꝙ hoc exēplo non eſt ſortib⁹ vtenduꝫ vt dicit hieronymus: q2 priuilegia paucoꝝ nō faciunt legeꝫ cōem. Hec que dicta ſunt habentur act. primo. Cū ergo apoſtoli ad p̄dicāduꝫ eſſent diuiſi: matthias apoſtolus iudeam in ſortem p̄dicationis accepit. Qui tamē vt alibi reperit̄ prius in macedonia p̄dicauit. Gentiles vero eius fidem ⁊ ſanctitatē ꝓbare volentes: quādaꝫ potionē toſſicatā que cūctos bibētes viſu priuabat: ſibi dederūt. Quā in noīe xp̄i bibit: ⁊ nullaꝫ leſionē incurrit. Et cū illa potio pluſq̄ ccl. excecaſſet: ille ſingulis man⁹ iponens oēs illuminauit. Diabolus vero in ſimilitudinē infantis cani eis appuit: ſuadēs vt matthiā occiderēt qui cultū eoꝝ euacuabat. Quē ꝑ triduū queſierunt ⁊ in eoꝝ medio cōſiſtentem minime viderūt. Tertia vero die ſe eis ſponte manifeſtatum vinctum in carcerē recluſerūt: vbi demones ſibi apparētes in eū dentibus fremebant: ſed appropinquare nō poterāt. Dominus aūt cuꝫ multo lumine ſibi aſſiſtēs eū ꝯfortauit: ⁊ hoſtio apto liberū abire ꝑmiſit. Et duꝫ iterū p̄dicaret: ⁊ q̄daꝫ obſtinati ꝑſiſterent: mox terra ſe aperuit ⁊ cunctos illos deglutiuit. Reliqui vero ad xp̄m cōuerſi ſunt. ¶ Poſt hec reuerſus apoſtolus ad iudeā verbū dn̄i predicabat: multoſq3 ſignis ⁊ ꝓdigiis cōuertebat. Cui inuidētes iudei eū in concilio ſtatuerunt. Duoſq3 teſtes qui illuꝫ accuſauerāt primo in ipſum lapides miſerūt. Quos lapides i teſtimoniuꝫ ſecū petiit ſepeliri. Qui dū lapideret̄ ſecuri in capite ꝑcuſſus ſpūm deo reddidit. Cuius corp⁹ in iudea ſepultū: deinde romā trāſlatū in eccl̄ia ſancte marie maioris eē di ⁊ ibidē caput eius populo demōſtrat̄. Qui paſſus eſt .vi. calē. martii.

¶ De ſcīs .lxxij. martyrib⁹. Ca. CLI.

Septuagitaduo martyres ſub maximiano imꝑatore apd̄ ciuitateꝫ ſyriniū paſſi ſunt. Qui martyrij certamē in prefata vrbe cōſumātes regna māſura ꝑceperūt ſexto calen. martij: vt dicit hieronym⁹ in martylogio ſuo.

¶ De ſanctis Uictorino ⁊ Uictore ⁊ ſociis martyribus. Ca. CLII.

Victorinus: victor: nicophorus: claudianus: dioſcorus ſerapion ⁊ papias apd̄ egyptuꝫ ſub numeriano imperatore martyriuꝫ paſſi ſunt agente iudice ſabino. Quoꝝ primus in pilam vndiq3 circūforatā miſſus: ⁊ ꝑ ſingula foramina diutiſſime cultris tranſpunctus eſt. Et deinde capite trūcatus. Scd̄s amputatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ in eadē piſtā miſſus: ⁊ ſicuti prior trāſpunct⁹ ⁊ poſtmodum decollat⁹ eſt. Tertius cū in pilaꝫ ip-

ſam ſponte fuiſſet ingreſſus: iudex indi-
gnatus illuꝫ inde educi: ⁊ ouduum ĩpera
ticulaꝫ fecit aſſari. Et cũ tali ſupplicio non
moreretᷣ: ipſum minutatim gladijs iuſſit
concidi. Claudianus ⁊ dioſcorus flãmis
incenſi fuerũt. Serapion ⁊ papias gladio
ceſi: omnes celebre martyriuꝫ dedicaue-
runt. v. calen. martij.

¶ De ſcõ Neſtore epõ ⁊ m̃. Ca. CLIII.

NEſtor ep̃s ⁊ martyr in ciui
tate ꝑgen pãphylie paſſus
eſt ſub ꝑſecutõe decij. Qui
cũ die noctuq; orationi in
ſiſteret poſtulans vt grex
xp̃i cuſtodiret: cõprehenſus eſt a quodaꝫ
pҫincipe curie hyrenarcho: qui eũ obtulit
preſidi pollioni: quẽ ille nomẽ dñi mira li
bertate ⁊ alacritate confitentẽ in equuleo
leuatũ: ⁊ crudeliſſime tortũ: nolentẽ xp̃m
negare: cruci cõfigi mandauit. In qua dũ
oraſſet emiſit ſpũm. A fidelibuſq; ſepul-
tus eſt. iiij. calen. martij.

¶ De ſancto Alexandro epiſcopo ⁊ con-
feſſore. Ca. CLIIII.

ALexander ep̃s alexãdrinus
glorioſo ſenio venerandus
extitit. Hic poſt beatum pe
trum alexandrinuꝫ ep̃m ⁊
martyrẽ ad eundẽ ꝓmotus
ep̃atum nõ ĩmediate ſed poſt achilaꝫ: qui
eidem petro ĩmediate ſucceſſeraṫ ſicut ⁊
ipſe beat⁹ petrus eiſdeꝫ duobus tũc ſuis
diſcipulis ꝑdixerat ſibi dño reuelatuꝫ: ar-
rium p̃ſbyterũ ſuũ heretica prauitate cor
ruptũ ⁊ diuina veritate cõuictũ de eccl̃ia
alexãdrina eiecit: ⁊ poſtea inter. cccxviij.
patres in niceno cõſilio dãnauit. Qui ĩ re-
uerẽda ſenectute ãnoꝝ. xcviij. apud eãdẽ
vrbẽ laudabili fine q̃euit. iiij. cal. martij.

¶ De ſcis iuliãno ⁊ eanio ei⁹
miniſtro martyri. Ca. CLV.
IUlianus ⁊ q̃daꝫ ei⁹ miniſter
noĩe eanius martyres apud
alexandriã paſſi ſunt. Cũ enim xp̃ianoruꝫ
perſecutio deſeuiret: ⁊ iulianus ita poda
gra cõſtrictus eẽt: vt neq; incedere: neq;
ſtare poſſet cũ duob⁹ miniſtris chriſtianis
eum geſtantib⁹ in ſella iudici offertur: ex
quib⁹ miniſtris vnus timore tormentoꝝ
que videbat xp̃ianis inferri: confeſtim ne
gauit: alter vero eanius noĩe cuꝫ iuliano
dño ſuo in ↄfeſſione perſtitit. Quos iudex
camelis ĩpoſitos per totã iuſſit vrbẽ circũ
duci: ⁊ flagris hincinde inſpectãte populo
tandiu laniari vſq; quo finẽ ipſis ꝯberib⁹
ſortirentᷣ. Qui paſſi ſunt. iij. cal. martij.

¶ De ſcõ Leandro epõ. Ca. CLVI.

LEander ep̃s in hiſpaniarũ
ꝓuincia hiſpaleñ. eccleſiaꝫ
feliciter paſtorali cura gu-
bernauit. Hic eſt ad quem
beatus gregorius moraliũ
libros ſcripſit. Cuius ꝑdicatione ⁊ indu-
ſtria tota gothoꝝ gens ꝑ regem recarẽdũ
deprauata ab arriana prauitate conuerſa
eſt. Qui etiã fratrẽ eiuſdem recaredi her
minigildum regem viuente adhuc patre
heretico ab eadem hereſi conuerſum ad
martyrij paſſionẽ exhortãdo perduxit: vt
ponit gregorius. iij. dial. ca. xxx. ⁊ dicetᷣ in
paſſione herminigildi idibus aprilis. Qui
⁊ officio ꝑdicationis fideliter pacto: q̃euit
in dño. iij. calen. martij.

¶ De ſcõ Ioãne monacho. Ca. CLVII.

IOannes monachus filius
eutropij magiſtri militum
vrbis rome ⁊ theodoꝛ chri-
ſtianoꝝ cum eſſet annoruꝫ
xij. a parentib⁹ liberalibus
ſtudijs traditus eſt. Cum aũt p̄r in domo
ſua abbatẽ monaſterij acimiteñ. hieroſo-
lymã pergentẽ hoſpitio ſuſcepiſſet: iuue-
nis ad vitã monaſticã animat⁹: ab eodeꝫ
regularib⁹ diſciplinis imbuit: ꝓmiſſione
ſibi facta ꝙ regrediens domũ illuc diuer
teret: eo ꝙ ſecum ire ⁊ monachus fieri di
ſponeret. Interea ioãnes a patre euãge-
lium ſibi ſcribi petijt: in quo ſtudere cu-

piebat: quod mater gemmis ⁊ auro ad
filij allectionez ornauit. In quo quotidie
ioãnes legebat: ⁊ ad vite perfectioris cu-
mulum anhelabat. Reuerſus igit̃ abbas
in domo ioãnis recipitur: cum quo habi-
to colloquio de fuga petenda: quia paren
tes timebat: nauem reperiunt iuxta litt⁹:
a quibus dum naute multum pro naulo
exigerent: ⁊ pecunia carerent: abbaſq
ad repatriandum feſtinaret. Iuuenis pa-
trem rogat: vt det ſibi centum aureos pro
conuiuio conſodalibus celebrãdo. Qui-
bus acceptis ioãnes q̃ſi neceſſaria emptu
rus abiit: vrbem exiuit: ⁊ ad abbatem ſe
iuxta mare preſtolantẽ concitus venit: da
toq̃ naulo nauem ſecum aſcendit. Quez
parentes dudum perquirẽtes ⁊ minime
inuenientes ad mortez affligebant̃. Ille
igitur ad monaſteriũ perueniens factus
eſt monachus. vbi in omni vite ſanctitate
⁊ ſumma obedientia ſeptẽnium peregit.
Poſt hec cuz de viſione parentum nimiũ
tentaret̃: obtenta abbatis ⁊ monachorũ
licẽtia: relicto cenobio romã venit: muta
toq̃ habitu conſciſſis veſtib⁹ indutus: fa-
cie pre ieiunijs tabefacta: in domo paren-
tum incognitus hoſpitat̃: minime ſe reue
lans. Cui mane pater domũ egrediẽs: vt
pauperi peregrino cõpatiens: tuguriũ ſibi
iuxta domũ ſuam cõſtruxit: eũq̃ de mẽſa
propria vti pauperẽ aluit. Qui multis ieiu
nijs affectus cõtinue orationib⁹ iſiſtebat.
Sed tandẽ infirmitate corrept⁹: mortiq̃
vicinus: matrẽ vocauit: eiq̃ pſalteriũ gẽ-
mis ⁊ auro ornatũ exhibuit. Que libro co
gnitio viroq̃ vocato ioãnem interrogat:
qũo pſalteriuz illud habuiſſet: ⁊ ſi qua de
eoꝝ genito audiuiſſet. Qui cuncta per or-
dinem narrans: ſe ioãnez eoꝝ filium pa-
tefecit: moxq̃ in eoꝝ brachijs expirauit. Cu
ius corpus cum multarũ effuſione lachry
marũ parẽtes in nouo edificato oratorio
ſepelierunt: ⁊ eidẽ pro peregrinoꝝ ſuſce-
ptione cenobiũ addiderũt: ibiq̃ dño ſer-
uiẽtes p̃ter quotidianũ victũ oẽm ſubſtã
tiaz ſuã paup̃ib⁹ miniſtrabãt. Quieuit aũt
in pace vir dñi. iij. calen. martij.

De ſcõ Ioãne abbate. Ca. CLVIII.

Ioãnes abbas in ſcythi claruit. Ad
quẽ cum quidaz anachorita noie
epiſius viſitandum veniſſet: qui p
annos. xl. in eremo habitauerat:
interrogatus eſt a ioãne quãtum
exinde p̃feciſſet: qui reſpondit: ꝙ ex quo
ceperat ſolitarius eẽ: nũq̃ ſol eũ viderat
manducantẽ. Cui ioãnes inquit: nec me
iraſcentẽ. Dum aũt ioãnes vellet ad ſi-
militudinẽ angeloꝝ nihil operari: ſꝫ dño
ſine intermiſſione vacare: ſeipſum expo-
liauit: ⁊ hebdomadaz in eremo perfecit.
Cum aũt fame periclitaret̃: ⁊ aculeis mu
ſcarum ⁊ veſparũ totus vulneratus eſſet
reuerſus ad hoſtium fratris ſui pulſauit:
dicens ſe eẽ ioãnem: qui rñdit: ꝙ hoc eẽ
non poterat: q2 ioãnes angelus fact⁹ erat:
⁊ inter hoies ampli⁹ nõ habitabat. Sicq̃
dimiſit eũ affligi vſq̃ mane. Poſtea eidẽ
apperuit ⁊ ipſuz de preſumptione redar-
guit: dicẽs ꝙ ſi homo erat iterũ euz vt pa-
ſceret̃ inter hoies operari oportebat. Si
aũt angelus eẽt: intrare cellam non que-
reret: ioãneſq̃ cõpunctus veniã poſtula-
uit. Cum aũt moreret̃ rogauerunt eũ fra-
tres vt aliq̃d verbũ ſalutare cõpendioſuz
loco hereditatis ſibi relinqueret. Qui eis
dixit: ꝙ ex quo fuerat monachus nunquã
propriã fecerat voluntatem. nec aliquid
docuerat quod nõ prius ipſe feciſſet. Hec
in vitis patrum: quieuit in domino. iij. ca-
len. martij.

De ſcõ Ioãne alio abbate. Ca. CLIX.

Ioannes abbas alius in eremo ſu-
perioris thebaidis etate p̃uectus
vita moribus ⁊ abſtinentia precel
lens claruit. Hic primũ ſecedens
ad eremum tribus annis cõtinuis
ſub quadam rupe ſtando ſemper orauit.
Ita vt nunq̃ ſedẽt neq̃ iaceret. Somni

aūt tantum ceperit: q̄ tum quis ſtans ra-
pere poterit. Cibum vero niſi die domi-
nico ſumpſit. Preſbyter enim tūc ad euȝ
veniens pro eo ſacrificiū offerebat: ⁊ ip-
ſum ſacra hoſtia cōicabat: idq; ei erat ſa-
cramentū ⁊ victus. Hunc die quadā dia-
bolus ſe in preſbyteruȝ transfigurans vt
ipſuȝ deciperet: horā ſolitā preuenit: ſimu-
lans ſe ſacramētoꝝ grā aduenīſſe. Quem
ſanctus ꝑpter intempeſtiuā horā demo-
nem ſuſpicatus: ipſum redarguit: moxq;
diabolus confuſus abſceſſit. Pedes autē
eius ex nimia imobilitate dirumpebant:
adeo vt ſanie effluerent. Sed completis
tribus annis: angelus ſibi apparuit eiuſq;
pedum vulnera ſanauit: ⁊ celeſti cibo re-
fecit: ac diuina repletum ſapiētia ad alios
edocendos ire mandauit. Qui iuſſa com
plens: dominica ſemper die ad eundem
locum redibat: ⁊ ipſuȝ angelus reficiebat
ceteris vero diebus ioānes ex palmaruȝ
foliis manib⁹ opabat. Cū qdā claud⁹ ad
ipȝ curatiōis gratia ire diſponeret: aſinū
aſcendit. Qui cingulo manibus ſancti vi-
ri operato: ſella cōſtrictus erat: moxq; vt
pedes claudi cingulum tetigerunt: ſana-
tus eſt. Secreta etiam hominum agno-
ſcebat: ita vt monachis vicinorum locoꝝ
eorum peccata occulta cōſcriberet: ⁊ eo-
rum patribus vt tales vel tales fratres de
tali vel tali culpa corrigerent. Eoꝝ etiam
merita eiſdem per litteras inſinuabat: ad
monens vt in eis perſeuerarent. Simili-
ter ⁊ patribus cenobiorum ſcribebat in
quibus eos per ſpirituȝ deliquiſſe cogno
uerat ita vt illi conſcientie remorſu con-
uicti: negare non poſſent multis quoq;
aliis virtutib⁹ ⁊ miraculis admodū efful
ſit. hec omnia appelles hieronymo narra-
uit. vt idem refert in vitis
patrum.

Ⅽ De ſcō Ioāne viro dei
confeſſore. Ca. CLX.

IOannes vir ſcūs anacho-
rita in deſerto ſuitrie claruit: q̄ toti⁹ grē ho
mo fuit: in quo vt dicit hieronymus vbi
ſupra tanta conſolationuȝ gratia refulſit:
vt quacunq; meſtitia quocunq; tedio q̄s
oppreſſus fuiſſet: paucis eius ſermonib⁹
alacritate ⁊ letitia repleretur: ſed ⁊ ſanita
tum gratia plurima ſibi a deo donata eſt.
Hec in vitis patruȝ.

Ⅽ De ſcō Romano abbate. Ca. CLXI.

ROmanus abbas in territo
rio lugdunēſi. in locis virē
tibus claruit. Qui prim⁹ in
eodem loco vitam eremi-
ticam duxit: ⁊ multis vir-
tutib⁹ ⁊ miraculis inſigniter effulſit: ac plu
rimoruȝ poſtmodum pater extitit mona-
chorum. Qui ⁊ in eodem loco ſanctitate
famoſus in chriſto quieuit pridie calen.
martii: hec vſuardus.

Ⅽ De tranſlatione ſancti Auguſtini epi-
ſcopi. Ca. CLXII.

TRanſlatio corporis ſancti
Auguſtini facta ē anno do
mini. Dccxviij. tranſactis
ab obitu ſancti annis. cc-
lxxx. tempore luithprandi
regis longobardorum. Nam cum beatus
doctor apud hipponēſ. ciuitatem aphri-
ce cuius epiſcopus fuit in domino quie-
uiſſet ibiq; ſepultus fuiſſet. Poſt aliquod
tempus barbari terram illam occupaue-
runt: ⁊ loca ſancta prophanauerunt: pro-
pter quod fideles corpus ſancti Augu-
ſtini inde tulerunt: ⁊ ipſum in ſardiniam
tranſtulerunt. Tempore igitur premiſſo
luithprandus predictus longobardorum
rex audiens ſardiniam a ſaracenis de-
populatam: ſolennes illuc nuncios mi-
ſit: vt doctoris ſancti reliquias Papiā
deferrent. Qui magno precio dato cor-
pus ſancti Auguſtini tulerunt: et ip-
ſum vſq; ianuam nauigio adduxerunt.
Quod deuotus rex audiens vſque ad
dictam ciuitatem eidem obuiauit. ⁊ re-

uerenter illud excepit. Cũ aũt mane cor-
pus vellent educere: nullo mõ inde mo-
ueri potuit: donec rex votũ emiſit: ꝙ ſi ſe
inde deduci ꝑmitteret: ibidem in nomi-
ne eius eccliam fabricaret. Statimq; cor
pus ſine vlla difficultate inde motũ eſt: ⁊
rex qđ vouerat adimpleuit. Idem miracu-
lum die ſeq̃nti in villa epiſcopatus terdo
nenſis q̃ dicitur caſſelle ↄtigit: ⁊ eodẽ mo
do ibidem in honore ſancti rex aliam ec
cleſiã ↄſtruxit. Et qꝛ videret ſcõ compla
cere vt in ſuo noĩe eccleſie plures fierẽt:
vbicũq; manſiſſet corpus nocte cũ rege ti
mens ne aliũ locum q̃ꝫ vbi deſiderabat ſi
bi eligeret: in honore ei⁹ eccleſiã incoha-
bat. Sicq; cũ gaudio papiam deducitur:
⁊ in eccl'ia ſancti petri q̃ dicitur celũ aure-
um honorifice collocatur: pridie calend.
martij: vbi claris virtutuꝫ ſignis effulget.

¶ De ſanctis ducentis ⁊ ſexagintaduob⁹
martyribus. Ca. CLXIII.

DUcẽti ⁊ ſexagintaduo mar
tyres rome ſub claudio paſ
ſi ſunt: quos p̃io pro Chri
ſti noĩe ad harenam fodiẽ-
dam dãnatos iuſſit claudi⁹
vt foras muros porte ſala-
rie in amphitheatro mitterent ibiq; ſagit
tis militũ interficerent. Quod audiẽs ma
rius cũ filiis ſuis audifax ⁊ abacuch vt in
eoꝝ paſſione haberẽt. xiiii. cal. fe. illuc acceſ
ſerunt ioanne preſ bytero ſecum aſſum-
pto: vt ſanctoꝝ corpora ſepelirent. Et in-
uenerunt ipſa igni ſuppoſita. Tunc exuen
tes ſe ceperunt corpora ſubtrahere: ⁊ ſepe
lire: quotquot ex ipſis potuerũt: que ⁊ ibi
dẽ ſub cliuio cucumeris recondiderunt.
Cetera vero igne cõſumpta ſunt. Qui paſ
ſi ſunt cal. martii.

¶ De ſcõ Herculano epi
ſcopo. Ca. CLXIIII

HErculanus ep̃s ciuitatis
peruſine ãno xvij. iuſtinia
ni iperatoris ſub rege go-
thorum totilla paſſus ẽ: vt ait ſigibertus.
Hic ex ↄuerſatiõe monaſterii ad ſacerdo-
talis ordinis grãm deduct⁹ eſt. Totille ãt
regis gothoꝝ tꝑibus eandẽ vrbem annis
ſeptẽ ↄtinuis exercitus gothoꝝ obſedit:
ex q̃ multi ciuiũ fugerunt: q̃ periculum fa
mis ferre nõ poterant. Anno võ ſeptimo
nec dũ finito obſeſſam vrbẽ exercitus go
thoꝝ intrauit. Tunc comes qui exercitui
preerat ad regẽ nuncios miſit exq̃rens:
q̃d de ep̃o vel pp'lo fieri iuberet. Qui mã-
dauit ep̃o primo a vertice vſq; ad calca-
neum corrigã tolli: ⁊ tunc caput eius am-
putari: oẽm vero pp'lm gladio extingui.
Tunc idẽ comes crudelitatẽ tantã abhor
rens herculanũ ep̃m ſuper muꝝ vrbis ca
pite truncauit: eiuſdẽq; cutem iã mortui
a vertice vſq; ad calcaneuꝫ incidit: vt ex
eius corꝑe corriga ſubtracta videretur: ⁊
moxq; corpus extra muꝝ ꝓiecit. Qđ qui-
dam humanitate cõpulſi abſciſum caput
ceruici apponẽtes cũ corpore paruuli in-
fantis illic iuxta muros reperto ſepulture
tradiderunt. Cũq; poſt eandẽ cedeꝫ die
quadrageſimo rex totilla miſiſſet: vt ciues
vbilibet diſꝑſi ad ipſam ciuitatẽ ſine tre-
pidatione remearent. hi q̃ prius famem
fugerant: accepta viuendi licentia reuerſi
ſunt. Qui corpus ep̃i ſui perquirẽtes: effoſ
ſa terra vbi iacebat corpus pueri pariter
humati: vtpote die q̃drageſimo corruptũ
⁊ vermibus plenũ: corpus vero epiſcopi
acſi die eodeꝫ eẽt ſepultum inuenerunt.
Et quod mirabilius eſt: ita caput eius vni
tum fuerat corpori: acſi nequaquã fuiſſet
abſciſſum: in quo nec ſectiõis veſtigia ap
parerent: ⁊ ſimiliter tergum eius perqui-
rentibus ita ſanũ atq; intemeratuꝫ oẽ cor
pus inuẽtum eſt: acſi hoc nulla inciſio fer
ri tetigiſſet. qđ intra vrbem adducentes
honorifice ſepelierunt: qui paſſus eſt ca-
lendis martii. Hec gregorius tertio dialo
go capitulo. xiiii.

¶ De. ſ. Albino epiſcopo. Ca. CLXV

Albinus epiſcopus tempore ſancti egidij abbatis floruit. Hic de regione venetina que oceani britannici confinis eſt: nobilibus parentib⁹ ortus tinilaceñ. monaſterij primo monachus fuit. Qui cum aliquando ad obedientiam abbatis perficiendam pergeret: ⁊ ſubito tempeſtas nimia ingrueret: ⁊ domum ad quam cuz aliis diuerterat ipſa tempeſtas ⁊ tectum contriuiſſet: omnibus alijs qui in eadem ſe domo reduxerunt madefactis: ipſe ſolus a pluuia immunis fuit. Deinde annorum .xxxv. exiſtens ipſius monaſterij abbas factus eſt. Qui ipſi regimini laudabiliter preſuit annis .xxv. Poſt hec annorũ lx. andegauis epiſcopus ordinatur. Cureq3 paſtorali vigilãter inſedit annis .xx. diuinis operibus vacans multiſq3 miraculis coruſcans. Inter que duos mortuos ſuſcitauit. In aſiaco monaſterio cecum illuminauit: ⁊ mulierem dudum ab imundo ſpiritu vexatam liberauit. ¶ In andegaueñ. ciuitate ſedis ſue: dum pro carceratis in turri detentis ad iudicem interueniſſet: nec alicuius liberationem obtinere potuiſſet: orationem fudit. Statimq3 ſaxum quadrum de muro turris exiliens: incluſis exeundi aditum fecit: omneſq3 continuo exierant ⁊ deo ac ſancto gratias egerũt. Quieuit in pace calē. martij. Sepult⁹ andegauis. In cui⁹ exeq̄is paralytici tres ſanati ⁊ duo ceci illumīati ſũt.

¶ De ſcõ Donato mar. Cap. CLXVI.

Donatus martyr apud carthaginem aphrice ciuitatem paſſus eſt. Qui ſub iudice niſatio et marcellino tribuno: cum eſſet militaris: in chriſti confeſſione gladio cedente martyrij coronam percepit calen. martij. vt dicit ado.

¶ De ſcis pluribus mar. Cap. CLXVII.

Martyres plurimi quorum tamē certus numerus minime reperit̃. Rome ſub alexandro imperatore paſſi ſunt. Quos idē auguſt⁹ diu cruciatos capitali ſnia in extremo dãnauit. vi. no. mar. Hec ado ī mãtylogio

¶ De ſcis q̄dringētis mar. C. CLXVIII.

Quadringenti fere martyres a lõgobardis paſſi ſũt. Quos cum longobardi italiam deuaſtantes cepiſſent: more ſuo immolauerunt caput capre diabolo. Hoc circunferentes per circuitum ⁊ carmine nephãdo dedicantes. Cũq3 illud ipſi prius ſubmiſſis ceruicibus adorarent: eoſq3 quos ceperant hoc adorare pariter compellebant. Sed ex eiſdem captiuis per maxima multitudo paucis videlicet exceptis obtemperare iuſſis ſacrilegis noluit: ⁊ ceruicem quã ſemper creatori flexerat: creature inclinare cõtempſit. Quapropter hoſtes qui eos ceperãt graui iracundia accenſi: cunctos gladijs interfecerũt. Quos in errore ſuo participes habere nequiuerunt. hec Gregorius. iij. dial. c. xxviij. Qui paſſi ſunt. vi. noñ. martij.

¶ De ſcis plurib⁹ epīs mar. C. CLXIX.

Epiſcopi plures martyres: quorum etiam nec certus numerus ſcriptus colligitur: iuſtiniani auguſti temporibus apud aphricã paſſi ſunt. Nam cum perſecutio vandalica in partibus illis vehemēter inſaniret: quidam in defenſione veritatis epiſcopi fortiter perſiſtentes ad medium ſunt deducti. Quos vandalorum rex verbis ac muneribus flectere ad perfidiam non valēs: tormētis frangere eos poſſe credidit. Nã cũ eis in ipſa defenſiõe veritatis ſilentium indiceret: nec tamē ipſi ɔtra perfidiã tacerent: raptus in furorem

eorū linguas abſcidi radicitus fecit. Qui ita poſt pro defenſione veritatis etiam ſine lingua loquebatur ſicut prius loqui per linguam cōſueuerant. Hos omnes iuſſit poſtmodum idem rex in exilium deportari. Qui multo poſt tempore ſuperuixerunt. Et quidam ex ipſis miraculum narrantes conſtantinopolim venerunt: vnus autem illorum ſtatim vt in luxuriam decidit loquendi facultatem amiſit. Hec idē qui et vbi ſupra.cap.xxxij.

De.ſ. Jouio et Baſileo m. C.CLXX.

Iouinus et baſileus martyres rome via latia paſſi ſūt ſub valeriano et galieno imperatoribus. Qui per gladium palmam martyrij perceperunt ſexto non. martij vt ait ado.

De ſcō Guilermo pſbō. Ca. CLXXI.

Guilermus anglicus ſacerdos vir charitatiuus: ſanctitate vite pollens ac moribus: et officii ſui profecutor ſtrenuus tempore henrici.iij.imperatoris plenus ſanctitate migrauit ad chriſtum. vj. non. martij. Ad cuius ſepulchrum tēpore mortis eius ceci illuminati ſunt: claudi erecti: et alij plures a diuerſis infirmitatibus liberati: vnde et corpus eius a multis peregrinantibus viſitatur: pergentibus ad ipſum deuotiōis cauſa. Hec vincentius.

De ſanctis Marino et Aſterio martyribus. Cap. CLXXII.

Marinus milles et aſterius ſenator apud ceſaream paleſtine ſub valeriani imperatoris perſecutione paſſi ſunt. De quibus habet. vij. eccleſiaſtice hiſtorie libro. Quorū prior ciuis hieroſolyme clarus a cōmilitonibus accuſatus quod eſſet chriſtianus: datoque ſibi a iudice ſpatio trium horarū ad deliberādū: an ſacrificare an mori eligeret. Interim quoque a ſcō theoteno eiuſdem vrbis epiſcopo confortatus: dum imolare renuiſſet pro chriſto decollatus eſt. Cuius corpus cū aſterius truncatum ſubiectis humeris et expoliata veſte excepiſſet: et ſepeliſſet. Honorem quē martyrij detulit continuo martyr ipſe accepit. De quo aſterio ſcribitur: vbi ſupra: quod dū eēt apud ceſaream philippi que nunc paneas dicitur: et gentiles ſuo more idolis imolarent: victima arte demonis ſubito rapiebatur: et nuſquam comparens celo delata putabatur. Quod dum ſanctus fieri cerneret: orationem fundi: ad dominum. Et ecce victima que credebatur aſſumpta: aquis ſuperferri cōſpicitur: et populus ab errore cõuertitur. Paſſi ſūt aūt.v.no. martij.

De ſanctis Emitrerio et Chelidonio martyribus. Cap. CLXXIII.

Emitrerius et chelidonius martyres: vt ſcribit aurelius clemēs in libro coronatorum: primum apud legionum gallie ciuitatem exurgente perſecutionis procella pro confeſſiōe nominis ieſu chriſti plurimis tormentis afflicti: deinde calagurriū vſque perducti: atque ibi capite ceſi martyrio coronati ſunt. In quorum decollatione anulus vnius et ſtola alba alterius nube ſuſcepti: et in celum euecti ſunt: quouſque ab aſſiſtentibus anuli aurei fulgor et lintei candor: intētis luminibus diſcerni potuerūt. Paſſi ſunt autem.v.non.martij.

De ſcō Lucio papa et m. C.CLXXIIII.

Lucius papa et martyr natione romanus ex patre porphyrio cornelio pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: et ſedit annos.iij. mēſes.iij. dies.iij. Hic precepit vt duo preſbyteri et tres diaconi in omni loco epiſcopum non dehererent: propter teſtimonium eccleſiaſticum et ſtilum erroris. Hic primum in exilium miſſus: demū ad eccleſiā ſuā reuer-

ſus a valeriano capite trūcatus martyrio
coronat̄. Et ſepultus eſt cum collegis ſuis
ep̄is via apia in cimiterio caliſti. iij. noñ.
martij. Et ceſſauit ep̄atus dies. v.

¶ De ſcis Caio ꝛ ſocijs m̄. C. CLXXV.

Caius palatinus ꝛ alij. xxvij
martyres apud vrbem ro-
maȝ paſſi ſunt. Qui omnes
maris fluctibus imerſi vi-
ctorie coronas a domio p-
cipere meruerunt. iiij. no.
martij: vt dicit ado.

¶ De ſcis nongētis mar. Ca. CLXXVI.

Nongenti martyres rome
via apia paſſi ſūt. Qui om-
nes vna die laurea marty-
rii coronati: poſiti ſūt in ci-
miterio ad ſanctam cecili-
am. iiij. no. martij. Ibiq̄ȝ tumulati digna
fidelium deuotione venerant̄. hec ado.

¶ De ſcō Phoca mar. Ca. CLXXVII.

Phocas martyr apd antbio-
chiā paſſus eſt. Qui pꝰ mul
tas quas pro chriſti nomi-
ne redemptoris eſt paſſus
iniurias: qualiter de illo an
tiquo ſerpente triumphauerit vſq̄ȝ hodie
populis declaratur. Nam ſi in quempiaȝ
in locis illis coluber venena diffunderit:
mox vt ianuam baſilice martyris credēs
attigerit euacuata virtute veneni ſaluat̄.
Sed ꝛ longe ſatis ab eius templo an ma
lia q̄cq̄ȝ mortifera approximare nō audēt.
Paſſus eſt aūt. iii. noñ. martij. hec ado.

¶ De ſancto Theophilo epiſcopo turris
ſtratoneñ. Cap. CLXXVIII.

Theophilus epiſcopus pale
ſtine ciuitatis que quon-
daȝ turris ſtratonis ſiue ce
ſarea dicebatur: nunc vero
paneas dicitur: ſub ſeuero
principe inſignis ſapientia et conſpicuus
ſanctitate admoduȝ effulſit. Qui inter ce-
tera laudabilia cum ceteris epiſcopis ſy-
nodicam ꝛ vtilem valde aduerſus eos q̄
cuȝ iudeis luna decimaquarta paſcha ce
lebrabant: compoſuit epiſtolam. Et quie
uit in domino. iij. noñ. martij. hec hiero-
nymus de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Theophilo epiſcopo alexan
drino. Cap. CLXXIX.

Theophilus epiſcopus aliꝰ. ſ.
alexandrinus ſtudio ꝛ doctri
na clariſſimus extitit. Hic ad
uerſus originem grande ſcri
pſit volumen: in quo ipſum
ꝛ omnia fere ſua pariter damnat: docens
illum a ſanctis patribus ꝛ maxime ab he-
racla fuiſſe a preſbyterio eiectum: eccle-
ſia pulſum: vrbe fugatum. Scripſit ꝛ con
tra antropomorphitas hereticos aſſeren-
tes deum humana effigie ꝛ membris cō
ſtare humanis eos longiſſima diſputatio
ne confutās. Tres libros ſub illius nomi-
ne inſcriptos ſe legiſſe: ſed eis non mul-
tū crediſſe propter ſtili diſſonantiā tra-
dit gennadius: qui hec de illo.

¶ De. ſ. Martiano ep̄o ꝛ m̄. C. CLXXX

Martianus martyr ꝛ epiſcopꝰ
apud terdonā paſſus eſt ſub
hadriano imperatore agen-
te prefecto ſapritio. Qui a ci-
uitate mediolanenſi ad par-
tes illas ab imperatore dele
gatus ciuitatem terdonaȝ ingreſſus: mar
tianum de chriſtianitate ſuſpectuȝ in car
cere recluſum inuenit. Ad quem viſitan-
dū ſanctus ſcōs miles iam a calocero in
ciuitate aſteñ. in fide edoctus: ſed occultꝰ
chriſtianus cum ſapritio venerat: eumq̄ȝ
ſatis videre deſiderabat. Tunc educente
ip̄m angelo martianus de carcere exiit: ꝛ
ſcōm viſitauit: atq̄ȝ in domino ꝯfortauit:
vt dicetur in paſſiōe ſcōi. iiij. calē. aprilis.
Poſt hec ſecundus mediolanum iuit: ꝛ a
ſanctis fauſtio ꝛ iouita baptizatus fuit vt
ſuperius in eorum paſſione dictum eſt.
xv. calē. martij. Corpus quoq̄ȝ dominicū

quod eis columba de celo detulerat: ab eiſdē ſuſcepit: partemqꝫ ipſius martiano detulit: quē terdone in carcē reliquerat. Rediēs autē ſecūdus cum iam nox eēt: ⁊ ad ripaꝫ padi veniſſet: angelus domini frenum equi accipiens ſuper padū ipſuꝫ tranſuexit: ⁊ vſqꝫ ad terdonam perducēs ad martianū in carcereꝫ introduxit. Cui ⁊ ſcōs munus euchariſtie ex parte fauſtini preſentauit quo ſuſcepto: ſcōs āgelico mādato ad ſuū hoſpitiū rediit. Poſt hec martianus eductus de carcere cum laminis ferreis candentibus ſuper verticē eiꝰ appoſitis illeſus permāſiſſet: a ſapricio capitalē ſniam accepit. Et ſcōs corpus eius rapiens ſepeliuit ſecundo non. martii.

¶ De ſanctis Victore ⁊ Victorino martyribus. Cap. CLXXXI.

Victor ⁊ victorinus martyres apud nicomediam ciuitatē paſſionis gloriam ꝑceperūt. Qui per trienniū cuꝫ claudiano ⁊ baſſa vxore eius tormentis multis afflicti: ⁊ retruſi in carcerē. Ibidem vite ſue curſum cum palma martyrii complerunt. ii. non. martii. Hec ado.

¶ De ſcō Thoma de aq̄no cf. C. clxxxii.



Thomas confeſſor ordinis predicatorum ex illuſtri proſapia comitum de aquino patre landulfo comite matre theodora nobili de neapoli que habuit duas ſorores carnales reginas. vnā. vꝫ. reginam arragonie ⁊ alteram neapolitanaꝫ in confinibus cāpanie ⁊ regni ſicilie extitit oriūdus. Cuius ortus ⁊ vite ꝓgreſſus anteqꝫ naſceret: fuit diuinitus ꝑmonſtratꝰ. Naꝫ a quodā eremita re ⁊ noie bono in partibus illis ſolitariā vitā ducēte: matri eius exiſtēti in caſtro ſuo noie rocchaſicca: ⁊ qꝫ eſſet ꝑgnās adhuc ignoranti fuit ꝓphetatū: qꝫ filium pareret Thomā nominādū: ordinis ꝑdicatorū habitū ⁊ regulā aſſumpturum ⁊ ꝑclarum ſapientia in toto orbe futurū. Que oia vt predixerat ſunt cōpleta. Natus ergo puerulus thomas vocatꝰ eſt. Quē cum die quadam nutrix balnearet ſtrictam ſcedulā vidit in manu eius: quā cum de manu ipſius vix mater auelleret: repperit in ea ſcriptā ſalutationē angelicā. Sed puer fletibꝰ ⁊ ſignis ſcedulā inſtanter repetiit quā ſibi traditā protinꝰ in ore poſitā tranſglutiuit. Et extūc in cōſuetudinē duxit: vt ſi quando fleret: nūqꝫ deſiſteret: niſi aliq̄ ſibi charta vel liber pñtaret. Et cum adhuc vix ſciret aliqua v̄ba diſſerere: cū libros videret ad eos feſtināter currebat: ⁊ chartas reuoluens tali ſe ludo more puerorꝫ exercebat. ¶ Cū aūt eēt annorū. v. traditus eſt a patre abbati monaſterii caſſineñ. vt ibi litteris erudiret. Quē abbas videns eſſe mirabilis indolis ad patrē remiſit: vt ipſuꝫ ad neapolitanū ſtudiū deſtinaret: profectus ſapiētia ibuēdū. Pater ergo ipſum annorꝫ decem neapolim deſtinauit: vbi in liberalibus ſciētiis modico tempore optime ꝓfecit. Sed cuꝫ ſepius ad locū predicatorū pergeret: ⁊ fratrum ſermones audiret: delectatus illoruꝫ ſapientia ⁊ regulari vita relicto ſeculo annorum. xiii. ordineꝫ ingreſſus eſt: vbi ſanctis operibus ⁊ ſtudio ſacre ſapiētie vacare cepit. Quod fratres eius carnales patre iā defuncto audientes moleſte tulerunt: ⁊ primo quidem ad ipſuꝫ veniētes: eumqꝫ ab ordine reuocare nitentes: nihil protinus profecerunt. Tandē ab ipſis Thomas violēter rapitur ⁊ quaſi per biennium turris cuſtodie mancipatur.

¶ Cumqꝫ nec minis nec blanditiis poſſet a propoſito reuocari: per ſpeciem puelle impudice ad eum introducte: ſubuertere querunt animū innocētis. Qui mox

de igne

de igne titionem arripiens ſuggeſtricem
ignite libidinis extra cameraꝫ effugauit.
Factoq; ſigno crucis in oratione ſe ꝓſtra
uit: petens cū lachrymis a domino ſibi da
ri ꝑpetue continentie caſtitatē. Mox orā
ti duo angeli affuerunt dicentes ipſum a
deo clementius exauditū: qui etiam euꝫ
cingulo quodā circa renes ſtringētes di
xerūt. Ex parte dei te cingimus cingulo
caſtitatis qd̄ nullatenus diſſolueť. Et ex
tunc in vita ſua nunquā ſenſit ſtimulū ve
neree voluptatis. ¶ Tandē mater ipſius
dubitans diuine reſiſtere voluntati: ⁊ re
cordata eorum que de ipſo predicta fue
rāt: ipſa permittēte per fratres ordinis ad
ordinē eſt reductus: ⁊ qr ſanctus dubita
bat ne adhuc carnaliū fratrum perſeque
retur pertinacia: ꝓcurauit de neapoli di
ſcedere: miſſuſq; romā ad capitulū gene
rale: inde cum magiſtro ioāne teutonico
iuit pariſius: ibidē in ſacre theologie ſtu
dio mācipādus. Deinde miſſus coloniaꝫ
magiſtrum albertū virum ſapientia mira
bile: in philoſophia ⁊ theologia habuit ꝓ
ceptorē: vbi ſtudio intētus ab aliis condi
ſcipulis quodāmodo deſpiciebať: eo ꝙ i
ſcholis nunq̄ꝫ verbū ꝓferret. Et qr natu
rali cōplexiōe magnꝰ corpore ⁊ carnoſus
erat bouē mutū eum appellabāt. Duꝫ aūt
quidā ex fratribus de eius induſtria aliq̄
notabilia cōperiſſent: ⁊ hec magiſtro re
uelaſſent: ex mandato ipſius quādā que
ſtionē diſputandā aſſumpſit. Ad quā duꝫ
mirabilibus argumentis rn̄diſſet: magi
ſter albertus ꝓphetico ſpiritu ꝑdixit ipm̄
eſſe futurū bouem: qui talem daturus eſ
ſet mugitū: ꝙ totus eum mundus audi
ret. ¶ Poſt hec miſſus eſt baccalarius
ad ſtudium pariſieñ. vbi poſt lecturā libri
ſententiaꝝ: quā luculentiſſime tranſcur
rit. Dū ad magiſtratum petereť: ex humi
litate reputans ſe indignuꝫ: potiſſime qr
annorū. xxx. nōdum impletoꝝ erat omni
no recuſabat. Cui appꝑuit ſanctus quidaꝫ
ſenior: qui ſibi ex parte dei vt magiſteriū
aſſumē mādauit: ⁊ thema qd̄ in ſui ſmo
ne proponeret edocuit: auctoritatem vi
delicet illam pſalmi. Rigās mōtes de ſu
perioribꝰ tuis ⁊c. Sicq; Thomas humi
liter ad magiſterium aſcēdit: in quo non
ſegniter maiori adhuc ſtudio intēdebat:
⁊ velut apis ſpūalia mella colligens: ſuo
tpe mellita doctrinaꝝ eloqa effundebat.
¶ Tanto etiaꝫ gaudio in contēplatione
replebatur: vt quāpluries dum in ſecreto
loco oraret: viſus fuerit ſtare totaliter ele
uatus a terra: nullo prorſus innixus cor
poris fulcimento. ¶ Quoties autē diſpu
tare: legē: vel dictare voluit: prius ad ora
tionis ſecretum acceſſit: ⁊ inde ſurgēs in
ueniebat qd̄ querebat quaſi in libro aliq̄
didiciſſet. Naꝫ vt ſocio ſuo fratri reginal
do in ꝯfeſſiōe reuelauit: ſciam ſuā nō taꝫ
humano ingenio vel ſtudio q̄ꝫ orationis
diuinitus impetrauit ſuffragio. Et qr cau
ſe per effectus cognoſcunť: quātuꝫ in eo
diuine ſapie gratia abundauerit: ſiqs co
gnoſcere velit ꝑ ipſius ſcripturaꝝ opa ꝑci
pere pōt. ¶ Hic doctor cū quadaꝫ nocte
oratōi incūberet: viſi ſunt apoſtoli ſancti
petrus ⁊ paulus: ipm̄ de textu aliquo du
bio ſcripture ꝓphetice pleniſſime inſtruē
tes. Ex ſtudii etiā contemplatiōe nimia:
adeo a ſenſibus abſtrahebať: vt quaſi in
extaſi raptus nullis ſenſibus vel motibus
corporeis vti videreť: ⁊ quodāmō ſepius
mortuus vel inſenſibilis reddereť. Non
ſolū eni inter homines ſtans hoies nō ad
uertebat: ſꝫ nec viſibilia videbat: nec ad
interrogata rn̄debat. Aliquādo etiā tan
to feruore mētis ſtudio contemplationis
ſpiritu inherebat: vt de nocte ad librū ſe
dens: ⁊ candelā manu tenens: ac ipſiꝰ cā
li ſorte elegerant: ⁊ more ſue gentilitatis
ſuſpenſum demonis immolare volebāt.
Quē illico ſanct⁹ ſola orōne dirupto laq̄o:
⁊ ipſo illeſo cadente a morte eripuit: ⁊ ta
li miraculo multos ad fidem conuertit.
¶ Cum autem filiū ducis ratboldi ba
ptizaſſet: ⁊ albis induiſſet: ille ſubito ex
pirauit: quod epiſcopus iccirco a deo ob
tinuit: ne iuuenis a patre gentili ad cul
turam idolorum reduceretur. Comple
ta vero predicatione ſua poſt annos. v. re
uerſus ad eccleſiam ſuam epiſcopatui re
ſignauit. Et ordinato ſibi ſucceſſore geri
co: in monaſterio fontanelle monach⁹ fa
ctus: vitam in ſanctis operibus conſuma
uit anno domini. Dccxl. xiij. calen. aprilis
Sepultuſq̄ eſt iuxta ſanctū vandegiſilū.

¶ De ſcō Bñdcō abbate ⁊ cf. C.CCXV

Benedictus abbas cuius vi/
tam grego. ius. ii. dial. ſcri
bit ex nurſia ꝓuicia: claris
parentibus ortus. Cum ro
me liberalibus ſtudijs tra
ditus eſſet: in ipſa infantia
mundū deſeruit ⁊ deſertū petere decre
uit. Quē nutrix eius ipſum tenere diligēs
vſq̄ ad locū qui effide dicitur ſecuta eſt:
vbi dum ad purgandū triticū capiſteriū
mutuo accepiſſet. ⁊ illud cadēs in terram
fractū fuiſſet: Bñdictus nutrici flēti cōpaſ
ſus capiſterij partes accepit: ⁊ orōne fuſa
ipſum reintegrauit. Poſt hec nutricē fu
giēs in locū qui ſublacus dicit̄ deuenit:
vbi triēnio hoībus cunctis excepto roma
no monacho icognitus māſit: qui ei neceſ
ſaria miniſtrabat. Et cum ad ſpecū ipſius
iter nō eſſet: panē in fune ligatū ei depo
nebat. In quo ⁊ tintinabulū ligauerat: vt
ad eius ſonitū bñdictus panē ſibi delatū
audiret. Sed diabolus ex inuidia proie
cto lapide tintinabulū fregit: nihilomin⁹
tamen romanus ſcō miniſtrare aliter nō
deſijt. ¶ Poſt hec dominus cuidā pſ by
tero qui die paſche ſibi refectionē paraue
rat: apparuit: ⁊ vt cibos viro dei tali in lo
co ferre deberet: admonuit. Qui cū mul
to labore ad eum veniēs: inuitauit patrē
vt cibos ſumeret: qꝛ eo die paſcha eſſet.
Qui rñdit: ꝙ vere paſcha eēt: ex ꝙ illū vi
dere meruiſſe: lōge q̄ppe ab hoībus: poſi
tus: ꝙ die eadē paſchalis foret ſolēnitas
ignorabat. Sicq̄ bñdicentes dñm ambo
refecti ſunt. ¶ Quadā die auicula meru
la circa faciem eius volitāte: ſignoq̄ cru
cis effugata tanta libidinis tentatione ac
ceſus eſt: quantam nunquā expertus fuiſ
ſet. Qui in ſpinis ⁊ vepribus adeo ſe vo
lutauit ꝙ exinde totus cruentus ⁊ lacera
tus exiuit. Et ſic per cutis vulnera men
tis vulnus eduxit. Ab illo ergo die talis
nunquā tentatio in eius corpe pullulauit.
¶ Fama igitur eius creſcēte venerūt ad

eum monachi cuiuſdaȝ monaſterij abba-
te vacantis: ⁊ ipſum in patrem elegerunt.
Qui ſatis recuſabat: eo ꝙ ſe eorum mori-
bus minime conuenire dicebat: tandem
inſtantibus acquieuit. Cūqꝫ ille diſtricti⁹
eos regulā ſeruare cōpelleret: illiqꝫ illici-
ta ſibi nō licere conſpicerent: penitentes
ꝙ euȝ elegerāt: venenū vino miſcuerūt:
⁊ ei in poculū porrexerūt: ſed ſigno crucis
edito: ſic vitreum vas qđ vinum tenebat
confregit: acſi pro ſigno lapideȝ dediſſet.
Moxqꝫītelligēs: ꝙ illi fecerant: ab eis di
ſceſſit ⁊ ad locū dilecte ſolitudis īmeauit.
Ubi mltis ad eū diſciplis ꝯueniētib⁹ duo
decim monaſteria conſtruxit. ¶ In vno
quoꝝ mōachus erat: qui ceteris in eccle-
ſia orantibus mox foras exibat: ⁊ aliqua
temporalia peragebat. Qđ dum benedi-
ctus ꝑ abbatē illius loci didicit: illuc iuit:
viditqꝫ puerū nigrū monachum illū cete-
ris orantibus extra eccleſiā per veſtimē-
ta trahentē: Qđ etiā maurum monachuȝ
videre oratione īpetrauit. Egrediens er-
go ſanctus monachū virga ꝑcuſſit: ⁊ tūc
īmobilis in orōne perſeuerauit: acſi ma-
lignus ſpirit⁹ eius verbere ꝑcuſſus fuiſſȝ.
¶ Ex ipſis monaſterijs tria in cacumine
montis erāt: que deorſum aquas cum ni-
mio labore hauriebant. Ubi ſctūs pater
aſcendens cum puero: nocte tres lapides
pro ſigno poſuit: reuerſuſqꝫ domū fratri-
bus illis mādauit: vt in locis vbi lapides
erant: foderent: ⁊ aquā inuenirēt: Quod
⁊ factum eſt: in illis locis aqua vſqꝫ in pre
ſens largiflue inundante. ¶ Cum quidā
frater circa monaſteriū vepres ſecuri ab-
ſcideret: ferrum de manubrio ꝓſiliit: ⁊ in
lacum proximum ſe demerſit: vir autem
domini manubrium in aquam poſuit et
ferrum ad ſuum locum enatauit. Placi-
dus puer ⁊ monachus cum ad aquā hau-
riendam deſcendiſſet: ipſum mox vnda
rapuit: et in momento introrſus a terra
ſubtraxit. Quod dum ſanctus in cella per

ſpiritum cognouiſſet: maurum vocauit: ⁊
quod acciderat enarrauit: atqꝫ vt ad eri-
piēdum puerū pergeret imperauit. Tūc
ille concitus cucurrit: ⁊ per terram ſe ire
exiſtimans: ad puerū ſuper aquas venit:
eumqꝫ ad terram per capillos adduxit: ⁊
deinde ꝙ ſuper vndas ambulaſſet aduer
tit. Ad virum dei ergo veniēs qđ accide-
rat enarrauit. quod abbas non ſuis meri-
tis ſed eius obedientie deputauit. Cūqꝫ
exinde inter eos pia contentio oriret̄: dū
alter alterius meritis miraculum aſcribe
bat: Placidus puer ex aqua liberatus ar-
biter acceſſit: qui dum eſſet in periculum
melotem abbatis ſuper ſe exiſtentem: ſe
qꝫ protegentem vidiſſe narrauit. ¶ Pre-
ſbyter florentius ſancto inuidēs: panem
veneno infectum quaſi pro benedictiōe
miſit: quem ille gratāter accepit. Coruo
quoqꝫ qui de manibus eius quotidie pa-
nem accipiebat mandauit: vt panem illū
in loco deferret: vbi a nullo hominum ſu
mi valeret. Coruus ergo patris mādatuȝ
impleuit: ⁊ poſt triduum reuerſus ſolitaȝ
ab eo eſcam accepit. Quod preſbyter ſen
tiens ſeptem puellas nudas in horto mo
naſterij ludentes ⁊ canentes īmiſit: vt ſic
vel fratres eius ad libidineȝ inflāmaret.
Quod ſanctus proſpiciēs emulationi ceſ-
ſit: ⁊ quibuſdam fratribus ſecum aſſum-
ptis habitationē mutauit. Statimqꝫ ſola-
rium domus in qua erat florentius cor-
ruit ⁊ malignantem oppreſſit. ¶ Bene-
dictus autem locum non hoſtem muta-
uit. Nam ad montem caſſinum veniens
templum apollinis ibi ſitum in ſancti Jo
annis baptiſte eccleſiam cōmutauit: ⁊ cir
cum adiacentes homines ab idolatria cō
uertit. Quod diabolus moleſte ferens:
eidem teterrimus apparebat: et in eum
ignem viſibiliter emittebat multaqꝫ eidē
conuitia inferebat. ¶ Quadam die lapi-
dem in terra iacentem multitudo fratrū
in edificium leuare non poterant: donec

vir ſanctus aduenit: ⁊ demonẽ lapidi inſi
dentẽ cõſpexit: ſed ſigno crucis edito dia
bolus effugatur: ⁊ lapis faciliter a paucis
fratribus ſubleuatur. ¶ Alia etiam vice
demõ coquinam monaſterij vt cunctis vi
debatur inflãmauerat: fratreſq; omnes vt
ignem extinguerẽt aquaʒ ſolicite defere
bant: vbi autẽ abbas ſuperuenit: ⁊ ſignũ
crucis edidit: omne illud incendiũ vt phã
taſia euanuit: ⁊ nihil combuſiſſe per effe
ctum oſtẽdit. ¶ Alias etiaʒ malignus ſpi
ritus parietem quem fratres edificabant
euertit: ⁊ puerum monachuʒ ruina extin
xit: quem vir dñi mortuum ⁊ laceratum
in ſago ad ſe adduci fecit: ⁊ ipſum oratio
ne ſuſcitauit ⁊ operi predicto eadem ho
ra reſtituit. ¶ Laicus quidam ex deuotio
ne ſemel per annuʒ ad eum ieiunus veni
re conſueuerat. Et cum ſemel ad eum va
dens: alteriq; viatori ſe iũgens ab eo ter
tio pulſatus in quodam prato comedit: ⁊
ſic ad benedictuʒ venit. Cui ille ꝙ come
derat mox patefecit: ⁊ de guloſitate redar
guit: laicuſq; penitentiam egit. ¶ Totilla
rex gothorum audiens: ꝙ ſpiritum pro
pheticum haberet: eum probare volens:
quendam ſpatharium ſuis regiis veſtibus
induit: ⁊ cum magno comitatu: vti regeʒ
ad benedictum miſit. Quem ille venien
tem conſpiciens mox agnouit: ⁊ vt veſtes
regales ſibi non pertinentes deponeret
mãdauit: ⁊ ſpatharius confuſus erubuit.
¶ Clericum quendam a maligno ſpiri
tu vexatum liberauit. ei tamen precepit
ne ad ſacros ordines vnquam aſcẽderet:
quod ſi ſecus faceret eum demon itera
to opprimeret. Cum autem clericus du
dum mandatis paruiſſet: poſt tempus ali
quod ſe conſecrari fecit: ipſumq; cõtinuo
demon vſq; ad ſpiritus effuſionem inua
ſit. ¶ Uir quidam duos flaſcones vini ſi
bi miſerat: quorum alterum portior in
via abſconderat. Qui cũ gratiarũ actione
vnum accepit: ſed latorem ne de altero
quem abſconderat biberet omnino pro
hibuit. Qui confuſus ab eo receſſit ⁊ in fla
ſcone occultato ſerpentem inuenit: ⁊ de
commiſſo penitentiaʒ fecit. ¶ Filius de
fenſoris monachus eideʒ cenanti cande
lam tenebat: ⁊ ſpiritu ſupbie in corde ſuo
murmurabat indignum reputans: ꝙ fili
us tãti viri illi comedẽti aſſiſteret. Quod
vir dei ſtatim per ſpiritũ agnouit: ⁊ vt cor
ſuum contra tentationem ſignaret admo
nuit: atq; de manu eius lumen auferri ꝑ
cepit. Alia quoq; multa cordium ſecreta
cognouit: ⁊ multa que ventura erant ſpi
ritu prophetico predixit. ¶ Cum quoſdã
fratres ad locum conſtruendum miſiſſet:
certo die ſe ad illos venturuʒ dixit: ⁊ qua
liter operari debeãt indicabit. Nocte ve
ro diem ſtatutam precedentem abbati ⁊ ꝓ
poſito illius loci per ſomnium apparuit: ⁊
qualiter locus conſtruendus eſſet per ſin
gula indicauit. Cum autem viſioni nõ cre
derent ſed ipſum expectarent: tandeʒ re
uerſi ſunt dicentes ꝙ nõ venerat diutius
expectatus. Qui ſe veniſſe vt promiſerat
per viſum aſſeruit: ⁊ ꝙ vt in ſomnis mo
niti fuerant oĩa facerẽt ordinauit. ¶ Qui
dam eius monachus tentatus de mona
ſterio abiit: ſed draconem maximum ſe
deuorare nitenteʒ inuenit: perterrituſq;
ad clauſtrum rediit ⁊ in promiſſione per
ſeuerauit. ¶ Cum fames valida regionẽ
illam premeret: ⁊ quinq; ſolummodo pa
nes in monaſterio ſupereſſent: fratribus
conquerentibus diuidi iuſſit: ipſe vero
nocte in oratione permanſit. Et ecce ma
ne ducenti farine modii ante fores mona
ſterii inuenti ſunt: ſed vnde vel a quo miſ
ſi fuerint ignoratur. ¶ Eodem quoq; tẽ
pore cum omnia que in domo erant pau
peribus diſpenſaſſet: modicuʒ olei quod
in vitreo vaſe remãſerat: pauperi elemo
ſynam petenti dari iuſſit. Quod diſpen
ſator obedire contempſit: timens ne fra
tribus oleum deeſſʒ. Quod pater audiẽs:

oleum per feneſtram abiici iuſſit ne quid ibidem per inobedientiam remanēt. Cū autem vas ſuper ſaxa deiectum nec fractum eſſet: nec oleum effuſum: oleum cū vaſe petenti tribuit: ⁊ cum oraſſet doliuꝫ olei quod vacuum erat vſqꝫ ad ſummuꝫ repletum oleum per pauimentū effudit. ¶ Ruſticus quidam corpus defuncti filii in vlnis ad monaſterium detulit: et vt puerum ſuſcitaret: virum dei cum lachrymis exorauit. Quem oratione premiſſa: ipſe ſuſcitatum patri reſtituit. Multiſqꝫ aliis ſignoruꝫ virtutibus effulſit. Scripſit qꝫ monachorum regulaꝫ diſcretione precipuam ſermone luculentaꝫ: quia vir dei non potuit aliter docere ꝙ̄ vixit. ¶ Eodē anno quo migraturus erat: obitum ſuum etiam abſentibus fratribus nūciauit. Ante ſextum vero exitus ſui diem: aperiri ſibi ſepulturaꝫ iuſſit. Morqꝫ correptus febribus. vii. die in eccleſiam portari ſe fecit: ſumpto quoqꝫ viatico: inter diſcipulorum manus. vltimū ſpiritum inter verba orationis efflauit. Eadem hora maurus monachus longe poſitus: ipſum verſus celos tendentē conſpexit per viam videlicet oriētis perlucidam ab eius cenobio vſqꝫ ad celos pertingentem. Cuiꝰ corpus in caſſinēſi monaſterio ſepultuꝫ eſt. Quieuit in chriſto. xii. calen. aprilis: circa ānos dñi. D. xviii. tēpore iuſtini ſenioris.

¶ De ſancto Benedicto papa p̊. c. ccxvi



Benedictus papa huius nominis ſecundus natione romanus ex patre Joanne leoni ſecundo in pōtificatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit mēſes x. dies. xii. Hic Benedictus ex vite ſanctitate cum nomine concordauit. Et cum tam modico tempore ſederit: multas tamen in vrbe eccleſias reparauit. Hic ab ineunte etate eccleſie militauit. Atqꝫ ſic ſe diuinis ſcripturis et cantilene a puero: ⁊ in preſbyteri dignitate nomie pariter ⁊ operibus exhibuit: vt digne ad pontificatus honorem perueniret. Paupertatis namqꝫ fuit amator. Humilis manſuetus: ⁊ in omnibus patiētiaꝫ habens: manuqꝫ largiſſima. Hic conſtituit vt ad tumulandum romanum pontificem: omnes eiuſdem eccleſie clerici conuenirent: ſimiliter ⁊ ipſe in eorum faceret obſequiis. Sepultuſqꝫ eſt apud ſanctum petrum. Et ceſſauit epiſcopatus mēſibus. ii. diebus. xv.

¶ De ſcō Bndcō monacho. C. CCVII.

Benedictus monachꝰ in cāpanie partibus. xl. ab vrbe miliario in quodam monaſterio fuit: etate quideꝫ iuuenis ſed moribus grādeuus ⁊ in ſancte cōuerſationis regula ſe fortiter ſtringens. Quem cū tempore totille regis gothi repperiſſent: hunc incendere cū ſua cellula moliti ſūt. Ignem namqꝫ ſuppoſuerunt: ⁊ in circuitu omnia arſerunt: cellulam vero comburere nequiuerunt. Quod illi vidētes magiſqꝫ ſeuientes: ipſumqꝫ ex ſuo habitaculo educentes proximum accenſum clibanum pro coquendis panibus inſpexerūt: eumqꝫ in illo proiecerūt clibanūqꝫ clauſerunt. Sed die altero ita illeſus inuentꝰ eſt: vt nec caro eiꝰ: nec extrema veſtimēta vllo modo cremarentur. hec gregoriꝰ. iii. dialog. cap. xviii.

¶ De ſcō Serapiōe abbe. C. CCXVIII.

Serapion abbas vt in octauo libro hiſtorie tripartite: ⁊ in vitis patrum habetur: fuit in regiōe arſenoite pater decem milium monachorum: de labore manuū victum querentiuꝫ quotidianum. Tempore autem meſſis omnes ad metenduꝫ

precio conducebantur: ⁊ quicquid acquirere potuiſſent indigentibus regionis et alexandrie carceratis ac peregrinis in eorum neceſſitatibus expendebant. Hic tẽpore iuuentutis exiſtens monachus: poſt menſam communem panem furabatur: quem ſero latenter comedebat. Tandẽ ad cor rediens: abbati peccatum confeſſus eſt: moxq; ex ore eius quaſi flamma ignis egreſſa fetorem ſulphureum exhalauit. Hic ſola vnica ſindone amictus: panẽ tantum pro cibo ⁊ aque potu contentus: nihil aliud quotidie ſumebat. ¶ Cum autem ſemel amictum ſuũ pauperi tribuiſſet: ⁊ alteri nudo obuians tunicam dediſſet euangeliumq; tenens nudus ſederet. Interrogatus quis eum expoliaſſet: reſpondit: q euangeliũ quod tenebat. Alias inſuper pauperem tertiũ videns euangelium ipſum vendidit: ⁊ pauperi precium dedit: dicens q euangelium omnia precipit vendi: ⁊ pauperibus dari. Seipſum ergo euangelium vendi mandat.

¶ Alio tempore exiſtens in quodam oppido paganorum: ſeipſum eis vẽdidit: q̃s poſtquam verbo ⁊ exemplo conuerterat: reddito precio ab eis receſſit. Hoc idem fecit in lacedemonia apud athenas: ſeipſum vendens viro primario ciuitatis: vt ipſum conuerteret: qđ ⁊ fecit. Dormiuitq; in pace duodecimo calendas aprilis alexandrie tumulatus.

¶ De ſancto aphrodiſio epiſcopo et confeſſore. Cap. CCXIX.

APhrodiſius genere egypti⁹ prefectus toti⁹ egypti erat tempore quo puero ieſu in egyptum fugato: ⁊ in templo deorũ delato idola omnia corruerant. Quod cũ aphrodiſius tunc p̃fectus audiſſet: ad phanum in quo ſimulacra euerſa fuerant acceſſit ⁊ viſo puero ieſu eum adorauit: ipſumq; vna cum parentibus a furore pontificum idolorum eos in deorum ſuorum vltionem occidere volentiũ viriliter defenſauit. Et ex tunc in chriſtum quaſi per ſomnium credidit. Sed poſt aſcenſionẽ dominicam cum predicatio euangelij ad egyptum perueniſſet: prefecturam deſerens antiochiã venit: ⁊ ibi baptizatus atq; beati petri diſcipulus factus eſt. Cum quo poſtmodum romam iuit. A quo ⁊ directus eſt ad gallias ad predicandũ. Qui etiam ibidem ſancto paulo ſergio epiſcopo narbonenſi ſe aſſociauit. A quo ordinatus bituricenſis epiſcopus ad ipſam ciuitatẽ deuenit: vbi multo tempore officio predicationis inſiſtens: ⁊ miraculorũ gloria refulgens: omnem populum eiuſdẽ vrbis chriſti nomini ſubiugauit. Et virtutibus ac etate maturus in domino quieuit. xj. calendas aprilis. Et ſepultus eſt in eccleſia ſua ſignis clareſcens.

¶ De. ſ. Victoriano marty. Ca. CCXX.



Victorianus adrumentine ciuitatis nobilis: vt dicit aphricanus: a quodã procõſule carthaginis quo null⁹ in pſecutione ecclie durior fuit: dum idolis immolare cogeretur: ⁊ omnino renueret: primo rebus ſpoliatus: deinde tantis tormentorũ generibus cruciatus: quantus humanus ſmo nõ poterit explicare: felicit̃ tripudiãs martyriũ in eadem vrbe cõſumauit decimo cal. aprilis. hec aphricanus.

¶ De ſanctis frumentio et alio frumentio martyribus. Cap. CCXXI

GErmani duo q̃rũ vterq; frumẽti⁹ vocabat aquiſregienſ. citate oriũdi apđ tabadenſ. oppidũ paſſi ſũt. Qui ſibi iuuicẽ iurauerũt tortores rogañ: vt ſi pari ſupplicio torq̃rent. Tẽri igit̃ a

¶ De ſancto murita mar. C. CCXXV.

Murita diaconus et martyr
cum pluribus aliis apud a
phricā paſſus ē. Qui cū qn
dā elpidephoꝝ baptizaſſz:
illeq; poſtmodū apoſtataſ
ſet: ⁊ ad preſidis dignitatem ꝑueniſſet: ab
eodem tentus ſuaſus eſt: vt arrianoꝝum
fidei conſentiret. Cum autem murita nō
ſolum ei conſenſum ꝓbere renueret: ſed
etiā ipm de apoſtaſia icreparet: ⁊ veſtes
cādidas q̄s ei in baptiſmate dederat: re-
ſeruatas ad eius ꝯfuſionē oſtēderet. Elpi
dephoꝛus ira accēſus muritā cum pluri-
bus clericis ceſos ⁊ nudos in exiliū rele-
gauit: vbi fame ⁊ inedia ac frigore conſū
pti martyrium compleuerunt. ix. cal. apri
lis. Hec victoꝛ aphꝛicanus.

¶ De annunciatione beate Marie ſem-
per virginis. Cap. CCXXVI.



Annūcia
tio dñica dicitur: qꝛ ta-
li die ab angelo aduē-
tus filii dei in carnem
virgini marie annūcia
tus fuit: videlicet. viii.
cal. aprilis. Cum enim
virgo beata a tertio eta
tis ſue anno vſq; ad. xiiii. in templo cum
aliis virginibus extitiſſet: ⁊ votum virgi-
nitatis niſi deus aliter diſponeret emiſiſ-
ſet: eam ioſeph deſpōſauit dño reuelāte:
⁊ ioſeph virga frondente: ſicut in hiſtoꝛia
natiuitatis ei⁹ dicet. vi. idus ſeptēber. Et
in bethleē vnde erat ioſeph neceſſaria ꝓ-
uiſurus iuit: ipaꝫ quoq; in nazareth in do
mo pñia dimiſit: vbi ad eam angelus ve
nit ⁊ eidē verbi dei aduentuꝫ nunciauit.
¶ Circa hāc annūciationē ſex ꝯſiderāda
occurrunt videlꝫ. ¶ Tpis opportunitas.
¶ Miſſi nobilitas. ¶ Mittētis auctori-
tas. ¶ Loci ꝯgruitas. ¶ Nūciū ſuſcipiētiſ
ſcitas. ¶ Et annūciatiōis nouitas. ¶ Pri
mū ergo ꝯſiderādū occurrit tpis opportu
nitas: qđ fuit in mēſe. vi. a ꝯceptōe ioānis
baptiſte: que facta eſt. viii. cal. octobꝛis: vt
per hoc detꝰ intelligi ꝙ ioānes fuit figura
veteris teſtamēti vt dicit auguſti. Cuius
aductū chꝛi aduētus ſequit̃. vi. menſe: qꝛ
ſexta mūdi etate dñs incarnatus eſt: ⁊. vi.
feria: ⁊ hoc. ¶ Primo ꝓꝑ numeri ꝑfectio-
nē qꝛ numer⁹ ſenarius ex ipſis ꝑtib⁹ ſuis
cōponit̃ ſcilꝫ. iii. ii. ⁊. i. nullo ſuperāte vel
deficiēte: vt ꝑ hoc ꝑfectio ipſi⁹ incarnatio-
nis denotet̃: in qua ꝯcurrūt tria. ſ. eterna
diuinitas: aīa de nouo creata: ⁊ caro ab
adā traducta: ⁊ due nature. ſ. diuinitas et
humanitas: ⁊ hec ꝯſtituūt vnā ꝑſonā xpi.
¶ Scđo ꝓpter hoīs formationē. Nā ſicut
adā prim⁹ ſexta feria de terra virgine for-
matus eſt: ſic ⁊ adā ſcđs q̄ eſt xp̄s de femi
na ṽgine icarnatus: ⁊ eodē die anni ad lit
terā vt q̄dā tradūt: qđ eſt. viii cal. aprilis
ꝓmi ⁊ ſcđi ade diuerſo tpe: videlꝫ poſt an
nos. 5199 foꝛmatio facta eſt. ¶ Tertio ꝓ
pter nature renouationē. Nā filius dei in
equinoctio vernali: quo tpe oīa renouāt̃
icarnari voluit: ꝑ hoc oſtēdēs: ꝙ ꝑ ipaꝫ in
carnationē oīa renouabāt̃. apocal. xxi. Ec
ce noua facio oīa. ¶ Secunduꝫ eſt miſſi
nobilitas. qui fuit angelus gabꝛiel. Con-
gruū eñi fuit ꝙ āgelus ad ṽginē mitteret̃:
¶ Pꝛio ex pte oꝛdis: vt oꝛdo reparatiōis
reſpōderet oꝛdini ꝑuaricationis: vt ſicut
malus angelus muliere ad peccati lapſuꝫ
inclinauerat: ſic bonus angelus virgineꝫ
ad verbi cōceptū inducēt. ¶ Scđo rōne
ipſi⁹ ṽgis. Nā vt dic̃ hieronymus: Recte
mittit̃ angelus ad virginē: qꝛ ſemper eſt
angelis cognata ṽginitas: In carne ꝓter
carne viuē: nō terrena vita ē ſed celeſtis
ec ¶ Tertio rōne finis ſubſequētis. Nā
incarnatio chꝛiſti oꝛdinabat̃ ad finē ruine
angelice ꝑ ſaluandos homines reparan-
de. Jō āgeli nō debuerūt excludi. ¶ De
q̄ autē oꝛdine hic angelus fuerit dubita
tur. Gregoꝛius tenet: ꝙ fuerit de oꝛdine

ſuppremo dicēs ſummū angelum venire dignum fuit: qui ſummū omniū nunciabat. ¶ Alii tenent ꝙ de ordine archangelorum: quia ipſum eccl'ia archangelū nominat: dicētes ꝙ hoc magis cedit ad honorē ỽginis: quia ſiquis de ſupiorib⁹ mitteret: ab eo illuminari potius q̄ʒ nunciari videret. Quid aūt gabriel interptetur: dicet infra pͥma hiſtoria gabrielis. ¶ Apparuit autem ſibi corporaliter: vt viſio eēt certior: quia corpaliter viſa certiora ſūt. Cognitio plenior: quia viſa ēt ꝑ intellectū melius cognoſcunt. Et ſcō ſimilior q̄a nūciabat ſpūale verbū incarnādū: ideo fuit ↄgruū: vt corporalit̄ appareret. Et appͥuit corpe hūano: q̄a dei filiū nō q̄dcūq₃ aial ſed hoiem aſſumpturū nunciabat. ¶ In ſexu maſculino: tū q̄a dignior: tū quia magis illuminatiu⁹: tū quia in ipſo ſexu dei filius erat hoiem aſſumpturus. ¶ In etate iuuenili: q̄a iuuenis dicit nouitatē cū ꝑfectiōe. Nā i puero eſt nouitas impfecta. In ſene perfecto āti q̄ta. Et quia angelus nūciabat illū: qui erat nou⁹ hūanitate: ⁊ ꝑfectus diuinitate: iō appͥuit in iuuenili etate. ¶ In veſte alba: q̄ denotat inocētiā ⁊ āgeli nūciātis ⁊ ỽginis recipiētis: ⁊ verbi carnē inocētē aſumentis. ¶ In ortu ſolis q̄a veri ſolis ortū venerat nūciare. ¶ Tertiū ē mittētis auctoritatis: qui ē ipſe deus Miſſus ē eni angel⁹ a deo p̄re: qui ibi poſuit ſuā oipotētiā: vt p̄ter naturā virgo mirabiliter pareret. A deo filio: qui ibi poſuit ſuā ſapiētiā: vt ſaluo pudicitie ſigillo i vētrē ỽginis intrare ⁊ ide exire ſapiēter ſciret. A deo ſpūſcō: qui poſuit ſuā gratiā: vt mulier ſine peccato ↄcipet. ¶ Quartū ē loci cōgruitas: quia miſſus ē in ciuitatē galilee cui nomē nazareth: qđ interpretatur flos: vt ſic locus xp̄i ↄgruat. Unde dicit bernard⁹: ꝙ flos nat⁹ eſt de flore in flore ⁊ floris tp̄e. ¶ Quintū ē virginis nūcium recipiētis ſcitas: quia miſſus ē ad ỽginē ⁊c. Ubi tria vidēda occurrūt. ¶ Prio q̄re xp̄s in matrē elegit virginem feminā. Hoc enim fuit ↄueniens. ¶ Primo ex ꝑte mittētis p̄ris. Nō enim fuit ↄueniēs: vt xp̄s qui ſcđʒ naturā diuinā nāliter eſt filius dei: alium hēret patrē q̄ʒ deū. ¶ Scđo ex parte ↄcipientis m̄ris. Naʒ xp̄i generatio tēporalis: ē imago generatiōis eterne: vt ſicut de vno p̄re indiuiſibiliter naſcit̄ generatione eterna: ſic de vna matre incorruptibiliter naſcat̄ generatiōe tēporali: vt in vtraq₃ generatione de vno ſolo principio ꝓcedat. ¶ Tertio ex parte incarnati germinis: vt ſicut ỽbuʒ ſine corruptiōe in mēte ↄcipit̄: ſic verbū dei incorrupte carni vniat̄. ¶ Quarto ex p̄te ſubſequentis muneris: vt ſicut filius dei naturalis ſine corruptiōe naſcit̄ de ỽgine femina: ſic filij dei adoptiui renaſcant̄ ſine corruptiōe d ỽgine eccl'ia. ¶ Scđo q̄re elegit ỽginē deſpōſatā. Huius aūt ſex rōnes a doctorib⁹ aſſignant̄. ¶ Pria rō eſt: vt per hoc ſacrm iſtud diabolo celaret̄: q̄ vidēs mariā pregnātem: ⁊ eā deſpōſatā ſciens: putauit eā de ioſeph ↄcepiſſe: ⁊ ꝑ hoc aduētuʒ xp̄i nō plene cognoſcere potuit: queʒ ſciebat de virgine naſcituꝝ: ⁊ hec ratio eſt origenis. ¶ Scđa vt ꝑ hoc xp̄s legē implere videret̄. Quō enim legē nō ſolueret: q̄ ab iniuria legis cepiſſet: cū p̄tus inupte lege dānet: ⁊ hec ē rō hieronymi. ¶ Tertia vt ꝑ hoc infamia virginis tolleret̄. Maluit. n. dn̄s aliq̄s de ſuo ortu q̄ʒ de m̄ris pudore dubitare. Iō potius voluit credi ad tēpus filius eſſe ioſeph q̄ʒ matrē ipudicaʒ. ⁊ hec eſt ambroſii. ¶ Quarto vt per hoc ceteris mulieribus exemplū daret̄. Nam ſi beata virgo infamata fuiſſet: cetere virginis ſiniſtra opinione viuentes velamē excuſationis haberēt: ꝙ infamata quoq₃ mat̄ domini videretur. Et hec etiam eſt ambroſii. ¶ Quinto vt per hoc virgini teſtimonium ꝑberetur. Fuit enim ioſeph virginitatis domine teſtis veridicus: q̄ eam ⁊ virginē probauit ⁊ ſi aliter cognouiſſet

occurſare potuit: Et hec eſt auguſti. ¶ Sexta vt per hoc nato puero a ioſeph miniſterium preberetur. Cui ioſeph nutritius fuit: ⁊ omnis eius īfantie educator: vt dictum eſt ſupra de ſancto ioſeph. xiiij. kal. aprilis: ⁊ hec eſt hieronymi. ¶ Tertio q̄re elegit virginem nomine mariam. Hoc enim nomen interpretatur. Illuminatrix. Illuminata. Mare amarū. Et domina: Atq; ſtella maris. ¶ Fuit enim illuminata in verbi conceptione. Illuminatrix in eius parturitione. Mare amarum in eius paſſione. Domina in ipſius aſſumptione. Stella maris eſt in peccatorum conuerſione. ¶ Sextum eſt legationis nouitas: que conſiſtit in. vi. ¶ Primo in angelica ſalutatione. Ingreſſus enim angelus ad eam in cubiculum: ⁊ orantem inueniēs cum nimia claritate ⁊ ſumma reuerentia proſtratus vt ſeruus ad dominā: qui ante alias venerat eidemq; apparuerat vt ſocius ad amicam: vultu in terrā demiſſo iocunda voce inquit. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus ⁊c. Et oſtendit ipſam a ſeruitute liberatam. Aue ideſt ſine ve. Triplici enī ve mulieres laborant: quod notatur in triplici littera huius nominis eua. Eſt enim ve pudoris quoad concipientes: ⁊ hoc denotat littera. E. que eſt nota irriſionis. Eſt ve doloris quoad parturientes: ⁊ hoc denotat littera. U. que eſt nota lamētatōis. Eſt ve laboris quoad nutriētes: ⁊ hoc denotat littera. A. que eſt nota fatigationis. Sed econtra nomē eua vertit̄ ⁊ fit Aue. ideſt ſine Ue pudoris: doloris: ⁊ laboris: quia ſine pudore concepit: ſine dolore peperit: ⁊ ſine labore filiū educauit. ¶ Dotibus adornatam: gratia plena. Hieronymus ſingulis enim gratia largitur per partes: marie vero ſimul ſe totam infundit gratie plenitudo. ¶ Matrimonio copulatam: dominus tecum: pluſq̄ mecum dicit. Chryſoſtomus quia mecum per gratiam tecum per naturam: mecum in mēte: tecum in carne. mecum ꝙ ab eo ſum creatus: tecum qui ex te eſt incarnatus. ¶ In reginam ordinatam: benedicta tu in mulieribus. Auguſtinus maledictio eue in benedictionem mutatur marie ⁊c. ¶ Secundo notatur hec nouitas in virginis cogitatione. Hec enim cum virgo audiſſet turbata eſt non perturbata: ꝙ enī turbata eſt fuit pudicitie virginalis: ꝙ nō perturbata fortitudinis: vt dicit. Bernardus. Et turbata eſt nō ī angeli viſiōe: quē ſepe videre conſueuerat ſed in noua ſalutatione. Ideo turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eēt iſta ſalutatio. ¶ Tertio in facti ſiue legatiōis narratione. Angelus enim more ſapiētum legatorum poſt ſalutationē virgini factā ex parte dei narrat ei cauſā ſui aduētus dicēs. Ne timeas maria ⁊c. Annuncians ei dei filium ex eius vtero incarnandū: ⁊ ipſum ſcd̄m hominem ſuper ſedem dauid patris eius perpetuo regnaturū. ¶ Quarto in dubij cuiuſdā interrogatōe. Nā virgo cū credula verbis angelicis redderet̄ quantū in facto: nō dubitās aliqualr quin hoc fieret ꝙ mater filii dei eſſet. dubitās de modo vt doctores dicūt: angelū ſuper hoc interrogauit dicēs quo modo fiet illud ⁊c. Et debet ſcribi diuiſe vt ſint due dictōes ſcilicet: quo pronomē ⁊ modo nomen: et nō vna dictio: quomō que eſt aduerbium interrogandi: quaſi dicat virgo. Tantum virginitatem predilexi: vt ſalua diuina diſpoſitione: potius eligerem virginem permanere: q̄ corruptam dei matrem eſſe. ¶ Quīto in ipſius dubij ſolutiōe: qd imediate angelus ſoluit dicēs. Spūſſcūs ſuperueniet in te ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et notanter dicitur nō venire ſed ſuperuenire: vt ſuperabundātie gratia oſtēdatur. Et virtus altiſſimi eidē obūbratura prenuncietur. Hec autē obūbratio ipa eſt diuini verbi īcarnatio. Nā vmbra a lu

mine ⁊ corpore obiecto formatur. Sicut
enim ſol quodãmodo eſt pater vmbre: ⁊
ſtatua ſiue quodlibet corpus eius mater:
⁊ ſtatua ex ſolis lumine concipiẽs lumẽ:
vmbrã format in terra: q̃ vmbra prẽm ſo
lem habet in celis: ſtatuam vero matrem
in terris. Sic chriſtus patrẽ deum habet
in celis matrem virginem in terris: que
dei lumen concipiens chriſti humanitatẽ
iſtar vmbre ex ſui natura formauit in ter
ris. ¶ Ultra hec angelus ad letitie virgi
nis cumulum: ⁊ eius perfecte fidei firma
mentum: eliſabeth eius cognatã Zacha
rie coniugem: nunciauit ſterilẽ concepiſ
ſe ⁊ iam menſez ſextũ attigiſſe: vt ex hoc
deo poſſibile quicquid vellet eſſe aſſere
ret. ¶ Sexto in legationis finali conclu
ſione. Nam vbi virgo audiuit ꝙ mater fi
lij dei eſſet futura: nec propter hoc virgi
nitatem quaz deo vouerat amiſſura ſum
ma repleta letitia: genu terre poſito expã
ſis manibus oculiſqʒ ad celuz erectis cũ
lachrymis dixit. Ecce ancilla domini fiat
mihi ſecundum verbum tuum. Staticꝫ
filius dei in vtero virginali de ipſius ſe
mine ſpiritusſancto operante conceptus
eſt: perfectus deus pfectus homo: ex ani
ma rationali ⁊ humana carne ſubſiſtens
Cuius corporis formatio et organizatio
non. xl. ſeu. xlv. dierum numerum expe
ctauit: ſed mox ipſo inſtanti vt virgo ver
bum protulit: diuina operante omnipo
tentia pfecta ⁊ itegralis facta fuit. ¶ Tũc
ſurgens maria abiit in montana ad eliſa
beth viſitandam: quam vt ſalutaſſet ioan
nes in eius vtero exultauit. Illa per ſpiri
tũſcm̃ in exultatõe filij. virginem chr̃m in
vtero cõcepiſſe cognouit ⁊ quod nouerat
pphetauit. Et maria canticũ: magnificat:
cum exultatõe decantauit. Et inde apud
cognatã tribus menſibus manſit: donec
ioanne nato ipſa mater chriſti eidem pri
mum officium obſtetricis impendit.

¶ De ſcõ Gabriele archã. C. CCXXVII

Gabriel archangelus quam
uis nulla ſpeciali ſolemnita
te aliquo anni tempore ab
eccleſia recolatur: merito
tamen. viij. calẽ. aprilis de
ipſo memoria celebris habenda cenſet:
qꝛ ipſo die myſteriũ incarnationis pnci
piũ noſtre ſalutis: vt dictũ eſt beate ṽgini
nũciauit: ⁊ ad ipaz legatõez deferẽdã nũ
ciꝰ idoneꝰ p cũctis ãgelis a deo electꝰ fuit.
Quãuis eni alias plures a deo magna ſa
cramẽta nũciãda pluribus ſanctis fuerit
deſtinatus: in nullo tamen ſicut in myſte
rio incarnationis fuit tanto honore ſubli
matus. De ipſo enim in ſcriptura ſacra ex
preſſum habemus: ꝙ multa predixit da
nieli de tẽpore futuro: ⁊ ſecreta nũciauit
Zacharie de ioãne naſcituro. Hic etiaz ſe
cundum ioãnem beleth ortum beate vir
ginis ioachim ⁊ ãne eius parẽtibus nun
ciauit. Et generalr̃ licet ex noĩe gabrielis
nõ exprimatur: creditur a pluribus: ꝙ ad
queqꝫ magna dei ſacramẽta prenũciãda
hic angelus deſtinet̃. Unde ⁊ ex hoc qui
dã putant eundem fore qui ortuz ſampſo
nis patri manue predixit: ⁊ ioſeph vt chri
ſtum puerum fugaret in egyptum in ſom
nis mãdauit: eidemqʒ in egypto herode
defuncto vt in iudeã rediret imperauit.
Atqꝫ magos vt per aliam viam reuerterẽ
tur ad priam: ſimiliter ſoporatos admo
nuit. Hic inſuper idẽ fuiſſe arbitratur: q̃
chriſto domino paſſionẽ expectãti: ⁊ ſan
guineuz ſudorem emittenti in orõne ap
paruit: eiuſqꝫ humanitatem ſcd̃m motus
ſenſibiles confortauit: quãuis aliis rectiꝰ
videatur: ꝙ ille michael potius fuerit: qꝛ
angelus qui tunc chriſto apparuiſſe legi
tur: non venit ad aliquid nunciãduz ſed
exhortandum: quod potius eſt officiũ mi
chaelis q̃ʒ gabrielis. ¶ Dicunt quidaz: ꝙ
non fuerit ille idem angelus: qui ortum
ioãnis ⁊ virginis ⁊ ortum chriſti pnuncia
uit: licet enim eodez nomine appellent̃.

iſtud tamen nomen eſt officij nõ perſone
Naȝ iſta nomina michael: gabriel: rapha
el nomia ſunt officioꝝ ſicut comes impa
tor epiſcopus ⁊ ſacerdos. Et ideo plures
angeli idẽ exercẽtes officiũ: poſſunt eodẽ
nomine nũcupari. Non enim videt̃ con
ueniens: ꝙ ideȝ angelus fuerit nuncius
natiuitatis ſerui ⁊ domini: ꝑcurſoris ⁊ re
gis. Cuȝ alter de inferioribus: alter de ſu
perioribus ordinibus extiterit. Sed hãc
opinionẽ leo papa reprobat in ſermõe aſ
ſerẽs gloriaȝ baptiſte inter alia in hoc ↄſi
ſtere: ꝙ eius natiuitas eodẽ ãgelo quo ⁊
xpi incarnatio prenunciata fuit. ¶ Gabri
el vero interpretat̃ fortitudo dei. Et hoc
ideo: quia illũ nũciare venit: qui dñs for
tis ⁊ potens in ꝑlio ad debelãdas aereas
poteſtates deſcendit. ¶ Officiũ aũt eius
eſt ſecreta myſteria diuina nũciare. Un
de ⁊ de ſcã eliſabeth de vngaria inuenit̃:
ꝙ gabriel angelus eidẽ pluries apparuit:
⁊ multas ei diuinas viſiones reuelauit ꝗ
etiam ei dixit: ꝙ ipſe erat angelus: q̃ ver
bi dei cõceptum btẽ virgini nũciauit: qui
qꝫ obitum ipſius virginis eideȝ predixit.
¶ Eſt etiã eius officium animas iuſtorũ
cum michael aſſumere. Unde in vitis pa
trum habet̃: ꝙ quidã frater veniẽs ad ci
uitatẽ vidit peregrinũ egrotum in platea
iacentẽ: ⁊ in extremis laborantẽ: cui nul
lus aſſiſtebat: viditqꝫ a dextris eius ⁊ a ſi
niſtris michaelẽ ⁊ gabrielẽ archãgelos: ꝗ
deſcẽderãt ꝓpter animã eius: rogãtes eã
vt egrederet̃. Sed cuȝ ex corꝑis affectõe
egredi recuſaret: dixit gabriel ad michae
lem: vt eã aſſumeret: ⁊ ſic abirẽt. Qui re
ſpõdit: ꝙ nõ poterat: quia impoſitũ a deo
ſibi fuerat: vt animã peregrini ſine dolo
re educerẽt. Et tũc frater ille vidit dauid
cũ cithara ⁊ omnes ciues celeſtis hieruſa
lem pſallentes iuſſu dei deſcẽdere: ad q̃ꝝ
cantus ⁊ ſonit⁹ melodiã aĩa ꝑegrini ſpõte
a corꝑe exiit: quã Michael cuȝ Gabriele
ſuſcipit. Hec in vitis patrum.

¶ De paſſiõe dñi nři ieſu xpi. Ca. cxxxviii



Paſſio domi
ni eo
dẽ die quo ⁊ ei⁹ incar
natio ad litteraȝ poſt
ãnos. xxxiiii. ⁊ eadẽ ſe
xta feria facta ẽ ſcilicet
viii. calẽd. aprilis: quo
etiã die auguſtinus q̃r
to de trinitate hominẽ
primum de terra formatum: ⁊ ipſo die la
pſum fuiſſe teſtatur: ⁊ quidaȝ eundẽ poſt
ãnos. Dcccel. ipſo die dicũt eſſe defunctũ
vt ſic ordo redẽptionis ↄcordet creatiõi.
¶ Et notãdũ: ꝙ paſſio dñi eſt memoriter
retinẽda. ¶ Eo ꝙ quantũ ad ꝓceſſuȝ fuit
iniuſta. ¶ Quãtũ ad moduȝ fuit ignomi
nioſa. ¶ Quãtum ad ſuppliciũ fuit peno
ſa. ¶ Quantũ ad effectum fuit fructuoſa.
¶ Primo quãtũ ad ꝓceſſum fuit iniuſta:
quia peccatũ nõ fecit: nec inuentus eſt do
lus in ore eius. Nã que venit indigne: pe
na dolẽda venit. ¶ Fuit etiã cõtra huma
nã legẽ: ꝙ eni in hominẽ non ↄfeſſuȝ nec
ↄuictũ ſentẽtia mortis ferat̃ eſt cõtra om
nẽ legem. Ecce ego ait pilat⁹ corã vobis
iterrogãs nulla cãm iueni in hoie iſto ex
his ĩ q̃b⁹ eũ accuſatis. De trib⁹ eni eũ ac
cuſabãt: ꝙ ſcilȝ tributũ dari ceſari ꝓhibe
bat. ¶ Qđ ſe regẽ dicebat. ¶ Et qđ filiũ
dei ſe faciebat. ¶ De p̃rio a pilato interro
gat⁹ nõ fuit: q̃a manifeſte de ↄ̃rio ſibi ↄſta
bat: ꝙ ſcilȝ dixerat. Reddite q̃ ſunt ceſa
ris ceſari ⁊c. ¶ De ſcđo interrogatus ſatiſ
fecit: manifeſte ſe regẽ ꝓbans: ⁊ ꝙ regnũ
eius non erat de hoc mundo. De tertio in
terrogatus non reſpõdit. Cũ enim eum p̃
ſes interrogaſſet: vnde es tu: reſpõſuȝ ei
nõ dedit: eo ꝙ diuinam generationẽ ſiue
etiã humanã mirabilẽ audire ĩdign⁹ fuit.
¶ Fuit ſecundo contra conſuetudinem.
Nam temporis curſu nullam dilationem
accepit. Unde a die qua in cõcilio decre
tum fuit ipſum occidendum nullam re

quiem ei dederunt. Et poſt q̄ eum cepe-
runt ſine vlla intermiſſione verberauerūt
hincinde traxerūt: flagellauerunt: iudica-
uerunt. crucifixerunt ꝛc. ¶ Fuit tertio cō
tra legem naturalē. Natura enim ipſa re-
pugnat in corpus hominis mortui plagas
nouare. Chriſtus vero iam defunctus in
cruce lancea tranſuerberatur cōtra natu-
ralem legem. Joā. xix. vnus militum lan
cea latus eius aperuit ꝛc. ¶ Scd̄o quan-
tum ad moduꝫ fuit ignominioſa. Et hoc
propter. vj. cauſas. ¶ Primo ꝑpter igno
minioſum preciū: quia pro. xxx. argenteis
cōparabilis precii ſanguis venalis fcūs eſt:
vt ꝑ tam vili precio quis nō daret aſinuꝫ:
aut deforme mācipiū. zach. xxxiij. appēde
runt mercedem meaꝫ. xxx. argenteis ꝛc.
¶ Scd̄o propter ignominioſum officiuꝫ:
quia crucis ſupplicium ſuum portare cō-
pellitur: quod nuſq̄ȝ de latrōe auditū eſt:
figura iſaac qui ad immolandū vadens li
gna ſibi detulit. geñ. xxii. ¶ Tertio ꝑpter
ignominioſum locum: quia in loco calua
rie vbi malefactores ꝛ ſcelerati extra ciui
tateꝫ puniebant̄. ¶ Propter ignominio-
ſum ſuppliciuꝫ: quia morte turpiſſima cō
dēnatus eſt. Crux enim ſuppliciuꝫ erat la
tronum vel quorūcūq̄ȝ ſceleratorū. Sa-
piē. ij. morte turpiſſima condēnemus eū.
¶ Quinto ꝑpter ignominioſum ludibriū
quia corā multitudine nudus conſtituit̄ ī
cruce ſuſpenſus pſalmiſta. Tota die vere
cundia mea contra me eſt. Et alibi diuiſe
runt ſibi veſtimēta mea ꝛc. ¶ Sexto pro
pter ignominioſum conſortiū: quia cū ſce
leratis deputatus eſt. i. cū latronib⁹: quo-
rum vnus. ſ. diſmas qui erat a dextris vt
dicitur in euangelio nicodemi conuerſus
ad penitentiā ſaluatus eſt. Alius qui erat
a ſiniſtris. ſ. geſtas obſtinatus ꝑmanēs eſt
damnatur: vt dicet̄ infra de ſancto diſma.
¶ Tertio quātum ad ſuppliciuꝫ fuit peno
ſa acerba ꝛ doloroſa. Et hoc ꝑpter. vii. ra
tiones. ¶ Primo ꝑpter carnis chriſti pa
tiētis viuacitatē. Plus enī dolet caro de-
licata q̄ȝ groſſa. Et q꞉ caro chri fuit viuaciſ
ſima: ꝛ delicatiſſima q꞉ optie cōplexiona-
ta: ꝛ ſine oī deordinatione formata. Ideo
magis dolorem ſenſit. Et propter hoc ſu-
dorem ſanguineum emiſit: quia caro op-
time complexionis fuit. In huius figura
dicitur de Dauid. ij. regum. xxiij. Ipſe eſt
enim quaſi tenerimus ligni vermiculus.
¶ Secundo propter occidentium quali-
tatem. Tolerabilius enim quis patitur
vel ab inimicis vel ab extraneis q̄ȝ a ſuis.
Chriſtus autem paſſus eſt ab amicis ꝛ a
proximis. i. de quorum ſtirpe natus eſt: ꝛ
ab his quibus multa bona contulerat: vn
de conquerit̄ dicens in officio huius diei
Popule meus quid fecit tibi ꝛc. Ubi re-
colit omnia beneficia ſibi illata: ꝛ omnia
ſupplicia ſibi retributa. ¶ Tertio propter
paſſionis acerbitatem: quia cōfixus eſt in
locis magis ſenſibilibus ꝛ neruoſis ꝛ cor-
pore diſtentus ſupra cruceꝫ pendens ma
nibus ꝛ pedibus conclauatus: que maxi-
mum ꝛ doloroſum ſupplicium intulerūt.
pſalmiſta. Foderunt manus meas ꝛ pe-
des meos: ꝛ dinumerauerūt omnia oſſa
mea. ¶ Quarto propter paſſionis diutur
nitatem. Nam ab hora qua ipſum cepe-
runt vſq̄ȝ ad horam qua ſpiritum emiſit
ſemper in dolore ꝛ continuo cruciatu fuit
Paſſus eſt ad minus. xij. horis. ſ. vj. noctis
ꝛ. vj. diei. pſalmiſ. Tota die contriſtatus
igrediebar: quoniam nō eſt ſanitas in car
ne mea. ¶ Quinto ꝑpter paſſionis gene-
ralitateꝫ. Nā generaliter paſſus eſt. ¶ In
fama quia eū blaſphemabāt dicētes: vah
qui deſtruis ꝛc. ¶ In rebus: quia nudus
expoliatus eſt vt dictum eſt. ¶ In ani-
ma: vnde paſſionem preſentiens triſta-
batur ꝛ dicebat: triſtis eſt anima mea vſ-
q̄ȝ ad mortē. ¶ In corpore: a planta eniꝫ
pedis vſq̄ȝ ad verticem non fuit in eo ſa-
nitas. Eſaie primo. ¶ In amicis: quia di
ſcipuli ipſum captum videntes fugerunt:

iudas eum prodidit: petrus negauit. ⁊c. quod fuit cauſa atrocis doloris in mente chriſti. ¶ In matre: nam dicit damaſcenus ꝙ tantus fuit dolor chriſti ex dolore quem ſciebat matrem ſentire q̄ꝫtus proprius: queꝫ corporaliter ſentiebat. ¶ In multoruꝫ ingratitudine. Dolor enim maximus fuit chriſti quia preſciebat morteꝫ ſuam inaniter pati pro multis damnandis. Nam intolerabilis dolor eſt homini: cum maximum laborem portat pro filiis: cum videt ſe ex eorum prauis moribus inaniter laboraſſe. ¶ Iteꝫ paſſus eſt chriſtus in ſingulis corporis ſenſibus. ¶ Naꝫ paſſus eſt in oculis: quia velauerunt oculos eius: ⁊ quia in cruce lachrymatus vt dicitur hebre. v. ¶ In auditu cum ei .ſ. opprobria ⁊ blaſphemie irrogate ſunt. Nam qui erat ſumma poteſtas: dicitur ſe ipſum non poſſe ſaluum facere: qui erat ſumma veritas dicitur alios ſubuertendo decipere: qui erat ſumma bonitas vt malefactor dicit̄ pilato tradit⁹ eē. ¶ In olfatu: q: maximum fetorem ſentire potuit in caluaria: vbi erāt fetida corpa mortuorū. Item q: ex ſputorū multiplicatione fetor in eius facie augebat̄. ¶ In guſtu: quia dederunt ei vinū bibere cū felle mixtū. ¶ In tactu quia i oibus corporis mēbris. Ber. Caput angelicis tremebundū ſpiritib⁹ dēſitate ſpinaꝝ pūgitur: facies pulchra pre filiis hoiuꝫ ſputis iudeoꝝ deturpat̄: oculi lucidiores ſole caligātur in morte: aures q̄ audiūt angelicos cāt⁹: audiūt peccatoꝝ inſumpt⁹: os qḋ docet ſanctos: felle. ⁊ aceto potatur: pedes quorū ſcabellum adoratur cruci clauo affiguntur: manus que formauerunt celos: ſunt in cruce extēſe ⁊ clauis affixe: corpus verberatur: latuſqꝫ lācea perforat̄: quid plura? Non remanſit in eo niſi lingua: vt pro peccatoribus oraret: ⁊ matrem diſcipulo commendaret. Et hec ſuo peracto officio potatur felle ⁊ aceto. ¶ Sexto propter paſſionis cauſalitatem: que ſola inuidia fuit ſine vlla culpa patientis. Nam quodammodo quis conſolatur dum iuſte patitur: ſed filius dei agnus innocens pro peccato non ſuo moritur eſaie. liiii. vere lāgores noſtros ipſe tulit ⁊c. ¶ Septimo propter cuiuſcunqꝫ remediū inopiam et egeſtatem. Conſolatur enim aliqualiter quis mortem patiens ex remedio alicuius conſolantis. Chriſtus autem nullum habuit conſolatoreꝫ. pſal. Elongaſti a me amicum ⁊ proximuꝫ ⁊c. vnde ⁊ ipſum patrem conqueſtus eſt humanitatem dereliquiſſe. ¶ Quarto quantum ad effectuꝫ fuit fructuoſa. Cuius vtilitas eſt triplex ſcilicet. ¶ Peccatorum remiſſio. ¶ Gratie collatio. ¶ Et glorie exhibitio. Et hec tria notantur in titulo crucis. Nam ieſus peccatores ſaluans quoad primum nazarenus florem gratie conferens quoad ſecundum: rex iudeorum regnum ſe conſitentib⁹ exhibens quoad tertiuꝫ. ¶ Uel dicenduꝫ: ꝙ fructus huius paſſionis eſt quadruplex. ¶ Primo nāqꝫ fuit acceptiſſimus ad placandum deum. Unde anſelmus in libro cur deus homo. Nihil aſperius ⁊ difficilius poteſt homo pati ad honorē dei ſpōte ⁊ non ex debito q̄ꝫ mortē. Et hoc eſt qḋ dicitur de chriſto ephe. tertio. Tradidit ſemetipſuꝫ pro nobis oblationem ⁊ hoſtiam deo ⁊c. ¶ Secūdo fuit congruentiſſimus ad curandum morbū. Et hoc ex parte temporis. quia eodē mēſe die ⁊ hora qua peccauit adam: ⁊ chriſtus eius peccatuꝫ exoluit: vt dictum eſt. Et ex parte loci: q: locus paſſionis conſideratur: ſiue cōmunis q: in terra promiſſionis: ſiue ſpecialis quia in monte caluaria: ſiue ſingularis quia in cruce. In loco aūt cōmuni p̄imus homo format⁹ fuerat: q: in agro damaſceno. In loco ſpeciali ſepultus: videlicꝫ ibidē vbi paſſus eſt chriſtus. In loco ſingulari deceptus q̄a in ligno. Et ex parte modi: q̄ modus fuit ⁊ p ſimi-

lia ⁊ ꝯ̄ria. Per ſimilia vt dicit Auguſti-
nus: q̄a dō hoīes mortalis: mortales ī mor
te mortuos liberauit. Per ꝯtraria quoniā
vt dicit gregorius. Primus homo pecca-
uit per ſuperbiam: quia voluit deo ſimi la-
ri per ſcientie ſublimitatem per inobedi
entiam: quia tranſgredi voluit mandatū
per ſubtilitatem per gulam: quia guſtauit
pomi ſuauitatē. Econtra dei filius: vt di-
citur ad philip. ſecundo humiliauit ſemet
ipſum contra primū factus obediens cō-
tra ſecundum: vſque ad mortem contra
tertium. ❡ Tertio fuit efficaciſſimus ad
attrahendum genus humanum. Bernar
dus. Super omnia reddit te amabilem
bone ieſu calix quem bibiſti opus redem
ptionis noſtre. ❡ Quarto fuit prudentiſſi
mus ad expugnandum humani generis
inimicum. Job trigeſimoquinto. Prudē
tia eius percuſſit ſuperbum ⁊c. Nunquid
capere poteris leuiathan hamo? Abſcon-
dit enim chriſtus humanā diuinitatis in
eſca humanitatis. Et diabolus volens ca-
pe eſcā carnis: captus ē ab hamo deitatis.

❡ De icō Diſma ꝯfeſ. Cap. CCXXIX.

Diſmas confeſſor fuit ille la
tro q̄ a dextris domini cru-
cifixus eſt: ⁊ credens in eū:
⁊ delictorum ſuorum peni
tens nulla alia pena purga
tus ſtatim vt mortuus eſt
euolauit. Sic enim chriſtus ei promiſerat
dicens. Amen dico tibi: hodie mecum e-
ris in paradiſo. Uidit enim ſtatim chriſti
diuinitatem: quam videre paradiſus eſt:
ꝑpter quod ſanctorum confeſſorum nume-
ro ſociatur. Omnis enim qui cōfeſtim vt
moritur euolat ſcūs eē cenſetur. Nā hec eſt
differētia inter ſcōs ⁊ beatos. Sci nempe
ſunt q̄ nulla pena purgati ſpiritū emitētes
ſtatim euolant. Beati vero qui poſt ali-
quorum purgationem ad celeſtia cōſcen-
dunt. Hic autem ſanctus q̄uis ſanctorū
confeſſorum numero ſocietur: non tamē
vt martyr reputatur: quāuis in cruce paſ-
ſus fuerit. Nā vt dicit auguſtinus: Mar-
tyrem nō facit pena: ſed cauſa. Diſmas er
go ⁊ ſi per paſſionē crucis obierit: nō tamē
ipſam penā pro veritate vel iuſtitia pertu
lit ſed ex propria culpa. Ideoq̄ mortē pa
tiens ⁊ in chriſtum credens ac peccatorū
ſuorum penitēs: per mortē quidem illam
reatum ſuū quo ad purgatorii penam di-
luit: martyr tamen eſſe nō meruit. ❡ Fu-
it aūt latro hic egyptius natōe: vt hētur in
cōpilatiōe damaſcēi. Qui tēpore quo xp̄s
in egyptū fugatus eſt: predo erat: ⁊ in quo
dam nemore habitaculū habēs trāſeun-
tes cū ſociis ſpoliabat. Cū autem ioſeph
cū maria ⁊ puero in egyptū fugiētes illac
tranſitū facerēt: occurrit eis diſmas: vt eis
ſubſtantiā auferet. Uiſa vero v̄ginis mā-
ſuetudine ⁊ pueri ſpecioſitate: admiratus
ſubſtitit: ⁊ q̄ſi diuinitus inſpiratus hoc ver-
bū protulit. Nō eſſe poſſibile puerum ab
homine genitū tāta pulchritudine decora
tum. Et ſi poſſibile eſſet: vt deus haberet
filiū: elegātiſſimum illū infantem diceret
ex aliquo numine generatū. Igitur ⁊ pro-
pter pueri ſpēm: ⁊ matris aſpectum placa
bilem: nō ſolum ab eorum depredatione
abſtinuit: ſed etiā eos illa nocte in domū
ꝓpriam introduxit: ⁊ neceſſaria miniſtra
uit. Habebat aūt vxorem ⁊ filiū tot vlce-
ribus plenū vt leproſus videretur. Cum
aūt vxor diſme puero ieſu balneum ꝑpa-
raſſet: ⁊ virgo xp̄m balneaſſet: latronis cō
iunx quaſi diuino inſtinctu puerū ſuū in ea
dē aq̄ balneauit: ſperās quodāmodo ex q̄
dam latente virtute quā in filio virginis
eſſe cogitabat filium ſuū vlceroſum poſſe
ſanitatem ſuſcipere: qd ⁊ factum eſt. Mox
enim vt puerum vlceroſum aqua illa teti
git: ſine vlla macula confeſtim de balneo
mundatus aſcendit. Quod vidēs diſmas:
puerum ieſum cum matre vt deos adora
uit: ⁊ eoſdem vſq̄ ad ciuitatē cum ſecu
ro cōitatu aſſociauit. Dicitur quoq̄ q̄ puer
ieſus

ieſus in receſſu ſuo latronẽ allocutus pro
humanitate ſibi impenſa eidem in regno
patris ſui premium ſe retributurum pro-
miſit. ¶ Tempore igit̃ mortis xp̄i diſmas
cum alio latrone noĩe geſtas ꝑ facinorib⁹
ſuis a iudeis capti cũ xp̄o morti crucis ad
iudicant̃. Et diſmas quidẽ xp̄m propter
hoc aliter non cognoſcens ad dextris ei⁹
geſtas vero a ſiniſtris confixus eſt. Et cuꝫ
ieſũ oĩs popul⁹ blaſphemaret: ipſi quoqꝫ
ambo latrones qui crucifixi erant cuꝫ eo
improperabãt ei: vt duo euangeliſte teſtã
tur. Cum aũt ſol ad meridiem tenderet:
ꝛ latus xp̄i radio ſuo feriẽs vmbram eius
verſus dextram partem emitteret: gyrãte
ſole mox vt vmbra corporis xp̄i ſup latro-
nem ad dextris exiſtẽtem deſcendit: vir-
tus diuinitatis eius in corde illius ſubin-
trauit. Uidẽſqꝫ qualiter xp̄s pro inimicis
patrem obſecrauerat ꝯpunctus eſt: ꝛ con
tinuo in xp̄m credens nõ ſoluꝫ vt dicit lu
cas euangeliſta conſocium de blaſphe-
mus increpauit. ſed etiã ieſu miſericordi
am implorauit. Cui dn̄s miſericors: qui
pro peccatoribus pendebat ne dum pec-
cata remiſit: ſed etiaꝫ ei morienti paradi-
ſum condonauit. Geſtas vero qui in ſua
obſtinatione permanſit: ad inferna deſcẽ
dit. In euangelio nicodemi legit̃ ꝙ cum
chriſtus ſanctos patres de limbo extra-
xit eos ad terreſtrem paradiſum introdu
xit: vt vſqꝫ ad diem aſcenſionis eius ibi-
dem manerent: ꝛ tunc ſecum aſcenden-
te aſcenderent. Quibus paradiſum intro
greſſis: occurrit vir portãs humeris ſignũ
crucis. Et interrogatus ab eis quis eſſet:
reſpondit: ꝙ latro ille erat: qui cum chri-
ſto crucifixus fuerat: ꝛ in ipſum credens
eius miſericordiaꝫ poſtulauerat. Cui do-
minus regnũ celeſte promiſerat: ſignum
quoqꝫ crucis ſibi tradiderat: mandans vt
illud ad paradiſum portaret: ꝛ angelo ip-
ſius loci cuſtodi oſtenderet: ac ſibi ex par
te chriſti crucifixi mandaret: vt ipſum in
eodem loco intromitteret. Quod poſtꝙ̃
latro fecit angelus ipſuꝫ in paradiſum in-
troduxit. Hec in euangelio nicodemi. Fe
ſtum aũt beati diſme colũt die dñice paſ-
ſionis recolit̃. ſ. viij. cal. aprilis.

¶ De ſ. Hyreno ep̄o ꝛ m̄. Ca. CCXXX.

Hyreneus epiſcopus ſmyr-
neñ. paſſus eſt apud ſmirnã
tp̄e maximiãi ĩpatoris: agẽ
te probo preſide pannonie
Qui primo tormentis acer
rimis vexat⁹: deinde diebus pluribus in
carcere cruciatus. Nouiſſime pro confeſ-
ſione nominis chriſti: vſqꝫ ad morteꝫ gra
uiſſime ceſus eſt. Corpuſqꝫ eius in flumi
ne ſani precipitatum. Ado tamen dicit ꝙ
nouiſſime abſciſo capite ꝯſumat⁹ ẽ. Qui
paſſus eſt octauo cal. aprilis.

¶ De ſcã Dula v̄g. ꝛ m̄. Cap. CCXXXI.

Dula v̄go ꝛ martyr nicome-
die ciuitate paſſa. Hec fuit
ancilla cuiuſdaꝫ militis pa
ganorum. Quam cum ille
cognoſcẽ vellet: ipſaqꝫ om
nino recuſaret: dicens chri
ſtiana lege adulterium eſſe prohibitũ cuꝫ
ipſã chriſtianam audiuiſſet: ab eodem do
mino ſuo pro fide ꝛ caſtitate ociſa eſt. viij
cal. aprilis. Hec ado in martyrologio.

¶ De. ſ. Caſtulo martyre. C. CCXXXII

Caſtulus martyr zetari⁹ pa-
latij imperatoris: ſub dio-
cletiano rome paſſus eſt.
Qui in ſuperiori ipſius pa-
latij ꝛ altiſſimo manẽs: cuꝫ
eſſet occulte chriſtianus.
Caium papam: marcellianuꝫ ꝛ marcum
germanos effectos diacones: atqꝫ tran-
quillinum eorum patrem factum preſby
terum refouebat: et alios chriſtianos de
de ipſo ſuſpitio nulla erat. Tandem de-
prehenſus ꝙ chriſtianus eſſet: et chriſtia
nos p̄textu officij refoueret a ꝑſecutorib⁹
tẽtus: tertio appẽſus: tertio auditus in cõ

feſſione domini perſeuerans miſſus eſt in foueam: ⁊ dimiſſa ſuper eum maſſa harenaria cum palma martyrii migrauit ad chriſtum. vij. calendas aprilis.

¶ De. ſ. Quirino m. Cap. CCXXXIII.

Quirinus martyr rome paſſus eſt tempore claudii imperatoris. De quo legitur in paſſione ſanctorum marii ⁊ marthe audifax et abacuc. xiiii. calendas februarii: ꝙ cum predicti ſanctis veniſſent romam ad orationem: martyres detentos in carceribus viſitabant: venientes autē in caſtrum tranſtyberim intra carcerem inuenerunt hominem venerabilem nomine quirinum: qui iam multa verbera pro chriſti nomine perpeſſus fuerat ⁊ facultate nudatus. Cum quo diebus. viij. manſerunt miniſtrantes ei de facultatibꝰ ſuis ⁊ lauantes pedes eorum qui in vinculis erant conſtricti. Inde abierunt ad martyres alios requirendos: ⁊ poſt dies aliquot redeuntes: beatum quirinum nō inuenerunt. Sed a quodam paſtore preſbytero audierunt: qualiter quirinus gladio in carcere iterfectus fuerat: ⁊ in tyberim iactatus. Cuius corpus remanſerat in inſula lycaonie. Ad quod requirendum marius cum filiis et paſtore preſbytero perrexit noctu: ⁊ inuentum corpus ſepelierunt in cimiterio pontiani in crypta. vij. calendas aprilis.

¶ De ſanctis Montano pſbytero ⁊ Maxima martyribus. Cap. CCXXXIIII.

Montanꝰ preſbyter ⁊ maxima virgo in oppido furnio paſſi ſunt. Qui dū chriſtū dominū viua voce confiterētur ab infidelibus tēti ⁊ vinculis ferreis colligati: ambo in mare merſi ſunt. vii. cal. aprilis: vt hieronymus in martyrologio teſtatur.

¶ Explicit Liber tertius.

¶ Incipit prologus quarti libri.

vocē ſibi dicenteꝫ: ꝙ ſi iordanē tranſiret: ſaluus eſſet. Jordanem ergo tranſiuit: ⁊ in deſertū acceſſit: ⁊ .xlvij. ānis ibidē manēs: nec hominem: nec quodcūqꝫ aīal vidit. Tres aūt panes quos ſecū tulerat: ad inſtar lapidis indurauerūt: ⁊ .xvij. ānis ei ad cibū ſuffecerunt: veſtimētis aūt eiꝰ putrefactis nuda remanſit: eſtu paritercꝫ gelu cute ethiopis inſtar denigrata: capilli vero cani effecti cutis nigredinē operiebāt. Annis aūt .xvij. diuerſis tentationibꝰ moleſtata: ipſas tādeꝫ dei gratia oēs deuicit: ⁊ deīceps annis .xxx. celeſti lumine ſuper eā diebus ſingulis radiāte ſine cibo ꝑmāſit. ¶ Eodem tꝑe abbas zozimas in cenobio ſcōꝝ monachoꝝ iuxta iordanem morabaẗ: qui diuina inſpiratiōe cōmotus: eremum illam ingreſſus ē: vt aliquē ſeruum dei ibidē latitantē inueniret. Qui cū iter .xx. dieꝝ perābulaſſet: vidit quādaꝫ nudo nigrocꝫ corꝑe perābulantē incendio ſolis exuſtā: canis comiſcꝫ reſpſam: ꝗ videns eū fugā arripuit: ⁊ abbas poſt eā currere cepit. Tūc eū ex nomine vocans: cur ſe ꝑſequereẗ interrogat: ⁊ qꝛ nuda erat pallium ſuū ſibi tradi petiit: vt ſic opta eū alloqui poſſit. Qui ſe nominari audiēs ſtupefactus: palliū ei ꝓiecit. ⁊ in terra ꝓſtratus vt ſe bñdiceret exorauit: illa vero ad euꝫ bñdictioneꝫ ſpectare dicebat: eo ꝙ p̄ſbyter erat. Cū aūt nomē ⁊ officiū ſuū audiſſet: magis extimuit: ⁊ inſtāter ab ea bñdictiōem obtinuit. Cūcꝫ ipſa extēſis manibus oraret: vidit ipſaꝫ menſura vnius cubiti a terra in aere eleuatā Et cogitare cepit: ne forte ſpūs eſſet: ꝗ ſe orare ſic fingeret. Cui mox ſcā eius cogitationē apuit: ⁊ quia vere eſſet mulier ⁊ nō ſpūs affirmauit. Et adiurāte ſene cū eo ſedit: ⁊ omnē vite ſue ordinē vt p̄miſſuꝫ ē enarrauit: rogans ſenē vt ad monaſteriuꝫ redeat: ⁊ pꝰ annum die dominice cene ad iordanem veniat: ⁊ corpus dñi ſecū ferat: ꝓmittēs ꝙ tūc ad ipꝫ locū veniet: ⁊ de manu illius ſacramēta dñica ſumet. ¶ Rediēs igiẗ abbas ad monaſteriū reuoluto āno die cene dñi tulit corpus dñicū ⁊ vſcꝫ ad iordaneꝫ ꝑueniens ex alia parte fluminis mulierē ſtantem aſpexit: ⁊ cogitans q̄uo ad euꝫ ſine nauicula pertrāſiret: ſubito vidit eā ſigno crucis edito ſuꝑ aquas ad ſe venientem. Cūcꝫ ſtupens ad pedes eius ſe proſtrare vellet: illa ꝓhibuit eo ꝙ dñi corpus ferret ⁊ ſacerdotii dignitate p̄emineret. Sūptocꝫ ſacro abbatē rogauit vt ſequenti ad ſe anno ad eremuꝫ redire vellet. Et ſuꝑ aquas iteꝝ iordanis ambulās rediit: ⁊ ſolitudinē petiit. Zozimas vero ad ſuuꝫ monaſteriū regreſſus dolere cepit ꝙ eaꝫ de nomine ſuo interrogare nō meminit. Seq̄nti vero āno ad locū vbi eā prius viderat venit: ⁊ ibidē eam defunctā reppit. Qui lachrymans eācꝫ tangere nō audiēs timens ne forte ſibi diſpliceret: ad caput eiꝰ litteras in terra deſcriptas legit ita cōtinentes. Sepeli zozima marie corpuſculū redde terre puluerem ſuuꝫ: ⁊ ora ꝓ me ad deū: cuius p̄cepto die ſcdo aplis reliqui hoc ſeculum. Tūc ille pro certo cognouit ꝙ mox vt ſacramentum dñi accepit: ⁊ ad deſertum rediit vitaꝫ finiuit: ⁊ ꝙ ſpaciū itineris: dieꝝ .xx. illa vna hora perambulauit. Cūcꝫ terram quo foderet nō haberet: leoni ad ſe venienti manſuetiſſime iuſſit effodere terrā. Qui iuſſa humiliter adimpleuit: ⁊ ad deſertū vt agnus acceſſit: Senex quocꝫ corꝑe hūato ad monaſterium ſuum glorificans deum venit. Quieuit in domino ſcā dei maria peccatrix .iiij. nonā aprilis.

¶ De ſcā Theodoſia v̄g. ⁊ m̄. Ca. XXV.

Theodoſia v̄go tꝑe diocletiani apud ceſariā paleſtie paſſa eſt anno etatis ſue .xviij. Que nobili eiuſdē ciuitatis exorta ꝓſapia elegātis pulchritudinis exiſtēs duꝫ ad ſcōs martyres in carceribus detentos ꝯfugiſſet: vt eorū

ſe orationib⁹ cōmēdaret: facta eſt ei vox de celo: ꝙ eam chriſtus oleo athlete perungeret ad paſſiones tolerādas. Hec a p̄ſi de vrbano comprehenſa: dum chrīm cōfiteretur: nudata ad ſtipitez p̄ capillos ſuſpendit̃: ſed nube ſuperueniēte p̄tegitur. Deinde ferro onuſta incarceratur: ſed diuinitus a chriſto dn̄o liberatur. Poſt hec ligato ad collum eius ingenti ſaxo in mare p̄cipitatur: ſed ab angelis ſoluta ad littus reducitur. Subſequēter leopardis exponitur a quibus omnino intacta cuſtoditur. Nouiſſime vero capite ceſa eſt: viſaq₃ eſt ab aſtantibus columba auro ſplendidior de ore eius exire ⁊ celum aſcendere. Cuius corpus a fidelibus in eadez ciuitate conditum eſt. iiij. non̄. aprilis.

¶ De ſancto Nicetio ep̄o. Cap̄. XXVI.

Nicetius epiſcopus lugdunen̄. fuit. Cuius vita virtutibus non mediocriter effulſit: ⁊ precioſa mors nihilominus miraculis commēdatur. Qui ⁊ in chriſto quieuit. iiij. non̄. aprilis in ipſa vrbe tumulatus. Hec in martylogio adonis.

¶ De ſanctis Agape ⁊ Chionia virginibus ⁊ martyribus. Cap̄. XXVII.

Agapes: Chionia ⁊ hyrenes virgines paſſe ſunt in vrbe tēpore diocletiani ſub comite ſiſinnio. He fuerunt ſorores: ⁊ ancille ſancte anaſtaſie: vt in eius paſſione dictum eſt ſupra. viij. calen. ianuarij. Que cum chriſtiane eſſent ⁊ prefecti monitis obedire nollent: in cubiculo eas recluſit vbi coquine vtenſilia ſeruabantur. Et cū in earum amorez exardeſceret: eo ꝙ pulcherrime eſſent: ad eas nocte intrauit vt ſuam libidinem exerceret. Sed in amentiam verſus putans ſe tractare virgines: carbones patellas caldarias ⁊ ſimilia amplexans oſculabatur. ⁊ ex hoc ſatiatus et deformis ad modum exiens a ſeruis putatur in demonium verſus: ⁊ verberibus afficitur. Cūq₃ imperatorez adiiſſet vt de hoc conquereretur ſuſpicātibus cunctis: ꝙ in furiam verſus eſſet: virgis percutit̃ facie conſpuit̃ luto ⁊ puluere in ipſum p̄iectis deterius fedatur. Et q̄r oculi eis tenebantur ne ſe talē vt erat aſpiceret: mirabatur cur ſic omnes euz vituperoſe tractarent: videbaturq₃ ſibi ꝙ ipſe ⁊ omnes alii albis induti eſſent. Cum autem ſic ſe deformē ab aliis didiciſſet: putans ꝙ puelle magicis ſic euz artibus ludificaſſent. Juſſit eas coraz ſe expoliari vt ſaltem nudas aſpiceret: veſtibus autem earuz corporibus adherentibus: nullatenus ſpoliari poterūt. Ipſe vero adeo dormitauit ꝙ a pulſantibus excitari nequibat. Hec audiēs diocletianus virgines tradidit ſiſinnio comiti puniendas. Qui p̄mo hyrenē anditam vti magis iuuēculā carcerauit. Agapem vero ⁊ chioniam ignibus immiſit. Statimq₃ virgines orantes ſpiritum emiſerunt. Corpora vero illarum ⁊ veſtimenta ac capilli omnino intacta ab igne māſerunt. Quarū corpora anaſtaſia earū ſcd̄m ſeculū dn̄a ſepeliuit. iii. non̄. ap̄lis.

¶ De ſcō Euagrio p̄ſb̄o. Cap̄. XXVIII.

Euagrius preſbyter duorū macariorū diſcipulus fuit. Hic a gregorio nazāzeno diaconus ordinatus: ⁊ cuz eo in egyptum deſcendēs: viros monaſticos iſpiciēs relicto ſeculo vitam illorum eſt imitatus. Qui dum ad ſacerdotium promotus eēt: ⁊ pulcherrim⁹ corpore in vrbe reſideret a ſenatore propter vxoris zelotypiam nouit ſibi mortem parari: eo ꝙ eidem familiariſſimus eſſet. Sed diuina monitus viſione eremum petens duorum macariorum ſucceſſiue diſcipulus factus eſt. De hoc heraclides retulit ꝙ. xiiij. ānis in abſtinentia vixit: panis ⁊ olei modicum ſu-

mens. Qui dū de carnis cōcupiſcentia tē/
taretur: tota nocte in puteo ſtabat tempo
re hyemali: vt carnes gelu conſtringeren
tur. Aliquando etiam ſpiritu blaſphemie
tactus .xl. diebus ſine tecto permanſit. A
demonibus etiā pluries verberatus eſt.
¶ Die quadā tres maligni ſpiritus in ſpe
cie clericorum eidē aſtiterūt contra fidē
catholicam diſputantes: quorꝫ vnus ſe ar
rianū: ſcḋs eunomianū: terti⁹ apollinariū
ſe dixit quos omnes ipſe dei ſapiētia ſu/
perauit ¶ Cum eccleſie claues deperiſ/
ſent: ipſe hoſtij partem illam quā claues
introibāt ſignauit ſtatimqꝫ fores aperuit.
Cuidam etiā diſcipulo oīa que ſibi per an
nos .xviij. euenerunt: ante illud tēpus ſi/
bi futura ꝑdixit. Per annos .xvj. neqꝫ car
nes: neqꝫ coctum: neqꝫ pomū: neqꝫ qcq̄
viride comedit: nec balneo vſus fuit. Et
cum anno .xvj ꝓpter ſtomachi paſſionē ſi
bi neceſſitas eſſet coctum comedēdi: pa
nem nō tetigit: ſed olera vel lenticulā bie
nio deguſtauit. Artes qꝫ̄ ⁊ fallacias de/
monū ⁊ ſpiritū differentias ſubtiliter no
uit. Appropinquās neci: ſed tantū per du
os annos antea ſe a carnali impugnatiōe
liberatum fuiſſe dixit. Etateqꝫ longeuus
ſub imperatore valēte e ſeculo migrauit.
iiij. non. aprilis. Huius diſcipul⁹ palladius
fuit. ¶ Hic ſcūs diuina ⁊ humana littera
tura clarus aduerſus octo principaliū vi
tiorum ſuggeſtiōes: quas aut primus ad
uertit: aut inter primos didicit octo ex ſa
crarum litterarum teſtimoniis libros op
poſuit. Ita vt vnaqueqꝫ ſuggeſtio contra
ſe habeat teſtimonium: quem librum ex
greco in latinum vertiſſe ſe tradit gēna/
dius. Scripſit ⁊ anachoritis ſimplicit vi
uentibus librum centum ſniarū per capi
tula digeſtū. Eruditis vero ſtudioſis quin
quaginta quē etiā de greco idē gēnadi⁹
tranſtulit in latinum. Superiorem vero
iam dudum tranſlatū correxit. Scripſit
et cenobitis ſinai montis doctrinam vite
cōmunis. Virgini deo ſacrate libellū edi
dit religioni ſue conuenientem ac ſexui.
Paucas etiā ſentētiolas obſcuras valde:
⁊ ſolis monachorꝫ cordib⁹ cognoſcibiles
oſtēdit. Quas etiā gēnadius ex grecis la
tinas fecit. Scripſit ⁊ alios duos libros
valde perutiles: Quorum vnus de actua/
li vita monachis intitulat̄. Alter vero co
gnitiōalis. hec gēnadius d viris illuſtrib⁹.

¶ De ſancto Euagrio epō. Cap. XXIX.

EUagrius preſbyter alexā
drinus ⁊ poſtmodum an/
tiochenus eṗs vir acris et
ꝯſtantis ingenij ⁊ diſcipu/
lus athanaſij alexandrini
epī fuit. A quo ⁊ preſbyter ordinatus eſt.
Hic vitam beati antonij ab eodem atha
naſio in greco ſcriptam in latinū conuer
tit ſermonē. Dū adhuc pſbyter eēt diuer/
ſorū tractatus beato miſit hieronymo: vt
ipſe libro de viris illuſtribus tradit. Qui
etiam ſanctitate inſignis antiochie qeſcit.

¶ De ſancto vincentio ꝯfeſſore ⁊ ꝑdica
tor egregio ordis ꝑdicatorꝫ. C. XXX.



Beatus vincentius clariſſima
hiſpanie ciuitate valē
tia ⁊ ex ferrariorū an
tiqua honeſtaqꝫ fami
lia duxit originē: parē
tibus vtriqꝫ famoſiſſi
mis ortus. Pr ei⁹ no
tarius publicus fuit qui habuit tres filios:
quorū primus vxoratus laudabilis cōuer
ſatiōis fuit. Alius doctor in vtroqꝫ iure ⁊
cōiugatus mortua vxore chartuſiā ingreſ
ſus ſucceſſu temporis gnalis ipſius ordis
prior effectus eſt. Tertius fuit ſanctus vi
cēti⁹ vgo puriſſim⁹ ⁊ chrī p̄co glorioſiſſim⁹.
¶ Qui qlis quātuſqꝫ futur⁹ eſſet: duplici
iditio matri oſtēſū eſt. Primum qdē
fuit qꝫ cū mater eius ſingulos filios quos
genuerat non ſine magna vteri moleſtia

geſtaſſet vincentio tamen grauida nō ſoluz oneri moleſtia carebat ſed tanta erat ei ventris agilitas ⁊ corporis robur acſi p̄gnās non fuiſſet. Aliud fuit q̄ dū ꝺ eodē ḡuida eēt tanq̄ latrātis canis voces ex vtero ſuo emitti ſepius audiuit. Cūq̄ a multis ſeruis dei ⁊ p̄ſertim a valētino ep̄o peteret q̄d huiuſmodi latratus ſignificarēt reſponſum fuit ei q̄ infantez erat paritura qui ſuo tp̄e futurus eſſet verbi dei p̄dicator tam doctrine q̄ vite integritate ac fame celebritate in toto terrarū orbe clariſſimus. ¶ Natus deinde infans ⁊ diuino p̄ſagio in baptiſmate vincētius vocatus poſtq̄ attigit etatē que moribus ⁊ litteris informari potuit mirum in moduz breui tp̄e clarus euaſit tam moꝝ elegātia q̄z peritia litteraꝝ. Unde prauoꝝ conſortia declinans bonis ⁊ virtuoſis ſotiabat: ⁊ eccleſiaruz limina frequētans auidiſſime verbum dei audiebat. ¶ Agens ṽo annū x viij. videns non eſſe tutum habitare cū ſcorpionibus diuina illuſtratus gratia ordinem predicatorum ingreſſus eſt. In q̄ ſanctiſſime viuens ſtuduit imprimis imitari vitam p̄ris ſui ſancti dn̄ici Inter alia autē totis viribus ſtudio ⁊ lectioni ſacrarū litterarū vacabat: vt ſuo tēpore chriſti euāgelium lōge lateq̄ diffundere poſſet. Miſſus aūt fuit illerdā vbi generale florebat ſtudiū. Et ibi adeptis ſcientiis liberalibus ⁊ p̄hie ac theologie facultatibus breui tp̄e pariſius in cathedra magiſtrali ſublimatus fuit. ¶ Poſt hec a fratrib⁹ valentiā reuocat⁹ doctrinaz quā auidiſſime hauſerat feruēter diſſeminare cepit. Ad quā docti pariter ⁊ indocti confluere ceperunt. Poſtea igitur q̄ beatus vincentius per multos annos valentie predicaſſet ⁊ legiſſet cum omnium admiratiōe ⁊ gratia a domino petro de luna cardinali euocatus coactus fuit etiam inuite eum ſequi. Qui poſtea aſſumptus in papatum a ſua obedientia: fecit euz magiſtrum ſacri palatii cuz quo duobus annis fuit. Cū autem ipſuz frequenter admoneret vt p̄pter ſciſma tollendum papatui reſignaret: vt vidit eum obſtinatum reliquit eū ⁊ contra eum expreſſe predicauit ⁊ adheſit concilio conſtancienſi ⁊ pape martino canonice electo. Cūq̄ adhuc eſſet auinioni: contigit euz febribus grauiſſimis moleſtari. Cui quadam die dominus ieſus mira claritate coruſcās apparuit: atq̄ de multis inſtruxit. Et mittens eum ad predicandum per vniuerſas regiones occidentis precepit ei vt annunciaret populis diem futuro inſtare iudicii. Et conſolans eum poſt longam inſtructionem in ſignū familiaritatis tetigit maxillam eius leniter atq̄ ab omni egritudine ſanatum dimiſit. Qui ſurgēs ſanus ⁊ incolumis mox ſe ad chriſti legationem peragendam ſe ſuccinxit: ⁊ ciuitates ⁊ villas perābulans dei verbum ſequentibus ſignis infinitis predicabat. ¶ Modum autem talem in ſuis predicationibus tenebat. Nam mane populo congregato beatus vincentius miſſam cantabat clericis vel religioſis in chorū reſpondentibus et ea que ad chorum pertinebant cantantibus. In ſecretis autem ob maximam deuotionem totus in lachrymas ſoluebat. Cantata miſſa ambonem aſcendebat ⁊ feruentiſſime predicabat: ſubtilia ⁊ curioſa raro pertractans philoſophica vel ſanctoruz originalia raro inducens ſacram ſcripturam ſecundum quoſdaz nouos ⁊ inauditos morales ſenſus exponens omnes audientes in ſtuporem conuertebat. ¶ Plurimas autem regiones ⁊ prouincias dei verbū euangelizando peragrauit: precipue aūt partes valentie: aragonie: cathalonie: hyſpanie regni caſtelle: normandie: britanie: ſabaudie: pedemontium: riparie ianuenſis dalphinatus: borbonii ⁊ francie. In quibus locis tanta gratia predicationis enituit: vt per totum orbem eſſet vox

⁊ fama publica ꝙ a tempore apoſtolorū
non fuerit ſimilis predicator in toto orbe
terrarum. Quin immo dicebant ipſū eē
angelum dei ⁊ nouum apoſtolum miſſū
a deo ad conuerſionem hominum. Nec
vana fuit huius rei fama. Nam ſicut apo-
ſtoli linguis omnium gentium loqueban
tur: ita iſte in proprio idiomate predicans
ab omnium linguarum populis intellige
batur. Inſuper etiam ab omnibus q̄ eiꝰ
predicationi intererant quātumcūqꝫ re-
moti eſſent adeo vox eius audiebatur et
verba intelligebantur ac ſi prope ambo-
nem fuiſſent. Et quātumcūqꝫ prolixe pre
dicaſſet nullus tedio afficiebatur. Nam
verba eius ardebant vt facule. Et ſi aliqs
vſurarius vel alio quocūqꝫ crimine irre
titus predicationi affuiſſet ita diuina vir
tute ad eum verba dirrigebat: ac ſi sciuiſ-
ſet quecūqꝫ operatus fuiſſet. Propterea
multi ex hoc conuerſi ſunt cognoſcentes
eum noſce ſecreta cordis. Iudei quoqꝫ ⁊
ſaraceni ad eius predicationem conflue-
bant auidiſſime audiendam. Quorum er
rores ita veraciter ⁊ efficaciter oſtende-
bat: ⁊ ex ſcripturis ſacris chriſtum adue-
niſſe probabat ꝙ vltra .xxv. millia iudeo-
rum ⁊ octo millia ſarracenorum. ad chri-
ſtum conuertit: ⁊ pluſqꝫ centū millia pec
catorum deſperatorum ad penitentiā in
duxit. Meretrices quoqꝫ publicas ad ſta
tum coniugalem vel vidualem conuer-
tebat: adeo ꝙ earum lenones voluerunt
eum interficere. Nam eum recedentem
inſequentes nudatis enſibus contra eū
ipſe ſigno crucis ex eorum oppoſito facto
diuina ꝟtute ita eos exterruit vt nefanda
vita relicta ipſum ſequentes in bono per
ſeuerauerint. ¶ Quante autem fuerit hu
militatis in multis apparuit. Nā ſemper
pedeſter ambulabat. Et ſi aliquando infir
mabatur nō mullo aut equo ſꝫ aſello vte
batur. Cardinalatum pluries ſibi oblatū
noluit acceptare: volens animarū lucris
intendere. Populos etiam ſe ſequentes
qui pillos aſini ſui ex deuotiōe vel veſtes
ſuas incidebant grauiter arguebat dicēs
eos idolatrare: ⁊ propterea rogabat do-
minos ciuitatum ne finerent populū ipſū
ſequi recedentem. Hec autem ex magna
humilitate faciebat. ¶ Item dum ſemel
oraret in camera ſua rex aragonum adue
niens vidit circa eum maximam clarita-
te. Propter quod beatus vincentius dixit
ei. Multum me turbaſtis. Et increpauit
camerarium ſuum acriter ꝙ ita improui-
ſe regem intrare permiſiſſet. Qui camera
rius per .vii. annos febres lentas paſſus ē
⁊ continuas: ⁊ creditur ꝙ propter hāc dei
viri offenſionē ei acciderint. ¶ Fuit eti
am maxime abſtinētie ⁊ ſobrietatis. Nā
poſtqꝫ ordinē ingreſſus eſt nūqꝫ carnes
niſi in infirmitate conſtitutus comedit: li
cet in vltima infirmitate ab illis totali-
ter abſtinuerit niſi in qūtum ſeruitores eū
decipiebant. Non ſolum autē ieiunia or
dinis omnia integre ſeruauit ſꝫ etiā per
totum annum ſemꝑ ieiunabat ⁊ non niſi
vnū ferculum comedebat qđ ſibi primo
fuiſſet appoſitū: modicum vinū ⁊ valde
limphatū guſtans. Nūqꝫ dormire voluit
in lecto licet ſibi optimus pararet: ſed ſu
ꝑ ſtramina palleas vel ſaccones dormie-
bat ex toto idutus habitu ordinis. Per tri
ginta ānos nūqꝫ aliquā partē ſui corporis
preter manus vidit. Pro ceruicali lapide
vtebat: cilitio ſuꝑ nudo induebat: Nocte
poſt breuē dormitionē matutinalē horā
ꝑueniebat vigiliis ⁊ particularibus oratio
nibꝰ inſiſtens vſqꝫ ad horā matutinalē: ⁊
poſt matutinas totū pſalteriū ex integro
legebat: Viſus ē autem a multis q̄ eū ob
ſeruabāt in nocte in medio multoꝝ lumi
narium diuinitꝰ accenſoꝝ conſiſtere. De
die vo certa hora audiētiā preſtabat ⁊ cō
ſilia petentibꝰ tribuebat. Exinde ſolitariꝰ
erat ⁊ tacebat: ⁊ leuabat ſe ſupra ſe in diui
noꝝ contemplatione. ¶ Fuit ēt mente ⁊

corpore puriſſimus non ſolum in ſe ſed ẽt in allis. Nam eius aſpectus inboneſtos ad boneſtatem prouocabat. Et in ſignum eius virginalis munditie: ex membris eiꝰ odor mirificus prodibat ſicut ſocij eius ſepius ſentiebant: q̇ a quattuor aut q̄nq; dies in proprijs manibus talem odorem ſentiebãt poſteaq̄ ſancti viri manuz teti giſſẽt. ¶ Claruit etiam prophetie ſpiritu: quia preterita preſentia ⁊ futura cogno- uit. Cum quadaz vice predicaret preſen- te rege aragonuz cepit amariſſime flere. Et interrogatus cur fleret: reſpondit ani- ma patris mei modo migrauit a ſeculo. Diſtabat autem multum a loco vbi pater eius erat. Alia vice exiſtens in britania ⁊ actualiter predicans ſubſtitit per bonum ſpatium a predicatione ⁊ ſilenter orabat. Completa predicatione dixit populo: bo ra qua oraui anima matris mee ex corpo re migrauit ⁊ ego deo eam cõmendaui. Unde compertum eſt animaz patris ſui bora qua plorauerat: ⁊ animã matris ſue bora qua orauerat ad dominũ migraſſe. ¶ Quidam ex ſocijs beati Uincẽtij lon- ge poſitus migrauit ex bac luce ⁊ ad pur- gatoriuz eſt delatus in penis grauiſſimis. Quod cum reuelatum fuiſſet beato vin- cẽtio vocatis ſocijs dixit. Anima talis fra- tris eſt in purgatorio oremus vt dominus ei miſereatur. Orantibus autẽ illis ⁊ ma- xime ſancto Uincentio mane facto voca- tis fratribus predictis dixit. Scitote q̄m dominus miſertus eſt anime fratris no- ſtri ⁊ eam a purgatorio liberataz in para diſum perduxit. ¶ Dominus ferdinãdus poſtmodum epiſcopus tholoſanus dum ſequeretur beatum Uincentium ⁊ non bene viueret dixit ei ſanctus. Niſi ſcirem ꝙ poſt obitum meum multum pro bono re meo laborabis non permitterez te me cum venire adeo peruerſus ẽ. Cui pater. Ora pro me. Et ille. Jam feci: ⁊ reuelatũ eſt mibi ꝙ non dãnaberis. Multa inſup ei predixit futura. ¶ In carbolonia in lo- co qui dicit̃ la iocba ꝯgregato populi mul titudine beatus vincẽtius ambonez aſcẽ dit ⁊ nibil dicebat. Cũq; per longum ſpa tium ſic ſtetiſſet ⁊ populus murmuraret ait. Non murmuretis. Oportet expectare gratiam dei. Nutu aũt dei circa ambonẽ relictus fuerat locus vacuꝰ in quo oẽs iu- dei illius ciuitatis a deo moti cõueniẽtes audita predicatione cõuerſi ſunt ad chri- ſtum plures ex ipſis. ¶ Dux ſemel loque retur cum illuſtriſſima duciſſa britanie ⁊ illa ſe grauidam neſciret dixit ei. Domina tu pregnans es: ⁊ deus benedicet illum ducem quez tu babes in vtero: quia erit petra firma in diño: ⁊ me plurimũ bono- rabit. Et boc dicto fecit ſignuz crucis ſup eam. Que nono menſe peperit filiuz qui dux erat quãdo fuit canonizatus beatus vincentius. ¶ Erat preterea manſuetu- dinis eximie: ⁊ nemo cum niſi cõtra vitia iratum vidit. ¶ Predicãs in ciuitate iler de coraz rege dixit alte. Domine rex mit- tatis duos milites: quia eſt quidam paup qui buc venit reptãs manibus ⁊ pedibꝰ: vt eum cito conducat. Quod cum factuz fuiſſet beatus vir eum integre ſanitati re ſtituit oĩbus qui aderãt mirantibꝰ ⁊ deũ laudantibus. ¶ Tanta aũt bic ſanctꝰ dei miraculoꝝ gratia a deo donatus ẽ: vt vix lingua ſufficiat enarrare. Ex quibꝰ pauca bic ponenda vident̃. ¶ Mulier quedam plena doloribus ⁊ infirmitatibus cũ eſſet pregnans recõmiſit ſe beato vincentio. ro gans vt ſanctas manus ſuas poneret ſup caput eius. Quo facto dixit ei ſanctꝰ. Cito vade ad domũ tuã: q2 nunc ſine periculo paries. Que integre ſanata ad domũ ſuaz accedens peperit. ¶ Predicãs beatꝰ vir in partibus carcaſſone audiuit populũ cõ- querentẽ ꝙ iam ſeptez menſibus nunq̄ pluerat: ⁊ ꝓpterea oẽs fructus peribant. Rogatus ergo a populo beatꝰ vincentius altare fecit ⁊ mãdauit oĩbus vt genua fle

cterent. Et accipiens crucem de altari in
qua erat de ligno crucis ſignauit aerez ſi-
gno crucis premiſſa oratione. Et ſtatim ꝑ
duos continuos dies pluuia deſcendit: et
terra vberes fructus dedit tempore ſuo.
¶ Predicāte ſancto dei in partib⁹ arago
nie ſubito ante predicationē facta eſt tan
ta nubium denſitas ⁊ tonitruoꝝ terribiliū
fragor ⁊ tam cōtinua coruſcationū ⁊ ful-
goꝝ deſcenſio: ꝙ tota mūdi machina rui-
nam videretur ꝑtendere. Quāobrē aſtan
tes morituros ſe putabant. At vbi vir ſan
ctus peracta oratione ſignuz crucis cōtra
iminentē tempeſtatē oppoſuiſſet aquāq̧
benedictā in aere ſparſiſſet ſubito ceſſa-
uit tempeſtas ⁊ celi ſerenitas reddita ē.
¶ Quidam ſceleratiſſimus cum propter
deſperationē ſe diabolo tradidiſſet ⁊ chy
rographuz de ſua deditione ei cōtuliſſet:
reuerſus ad cor adiit ſanctū dn̄i ꝑdicātē.
Qui ſanctum vincentiū rogans vt pro ſe
oraret: impoſuit beatus vincētius oībus
vt orarent pro eo. Ipſe aūt beatus vincē
tius adiurauit demonē vt chyrographuz
redderet: Quod ⁊ fecit licet inuitus. Ille
aūt liberatus beatū vincentiū ſecutus eſt
⁊ laudabiliter vixit. ¶ Quidam infirmus
qui annis. xviij. iacuerat auditis miracu-
lis ſancti vincentij ad ipſum ſe deportari
fecit. Sed cum eſſet maxima multitudo
lāguētiū ⁊ ille nullo modo poſſet ad euz
appropinquare: cepit clamare dicens. O
amice dei miſerere mei. Quem audiens
piiſſimus pater fecit ei dari loc⁹ ad veniē
dum. Et cuz appropinquaſſet ait illi. Qd
vis fili? At ille. Gratiam ſanitatis pr. Tūc
ſanctus vincentius ait Sanet te domin⁹
ieſus chriſtus. Surge ergo in noīe eius ⁊
ambula. Tunc ille ſtatim ſurrexit ꝑfecte
ſanatus ⁊ ambulauit omnibus vidētibus
⁊ deum laudantibus. Tunc beat⁹ vincen
tius dixit. Non nobis dn̄e non nobis: ſed
nomini tuo da gloriam. ¶ Quedam mu-
lier ꝓpter infirmitatem perdiderat viſuz
auditum ⁊ loquellam. Hec per longum
tempus ſic infirma delata fuit ad beatum
vincentium. Qui facta oratione ſuꝑ eam
ſtatim itegre ſanitati reſtituit. ¶ Multe
mulieres ſteriles ad ſanctum dei cōflue-
bant rogantes vt eis a domino prolē im-
petraret. Quas beat⁹ vir admonebat ſer-
uare dei precepta ⁊ ſepius orarent ⁊ pa-
ter noſter ⁊ aue maria ⁊ credo in deū ſe-
pius dicerent de ſero ⁊ de mane: ⁊ ꝙ pſal
muz: Beati omnes qui timent dn̄m de-
uote dicerēt vel dici facerent. Ex quibus
multe que conſilium viri dei ſeruauerūt
prolem habuerunt optatam. ¶ Quidam
armiger ſceleratiſſimus cum ad eius pre
dicationem fuiſſet compunctus ⁊ enor-
mia peccata que fecerat confeſſus iniun-
ctum eſt ei ꝙ ſe verberaret cū ceteris pe-
nitentibus. Qui cum ſe id facere nō poſſe
diceret hortatu ſancti vincētij expoliauit
ſe. Cum autem pro eo oraſſet ſanct⁹ vin-
centius taz valide cepit ſe verberare: ꝙ
niſi fuiſſet chatena de manib⁹ ei⁹ ablata ſe
interfeciſſet: tantam contritionez de pec
catis meritis ſancti vincentij deus illi cō
ceſſit. ¶ Igitur beatus Vincenti⁹ poſtea
ꝙ annis. xl. continuis quotidie predicaſ-
ſet ⁊ ineſtimabilem fructum feciſſet: ⁊ eo
dē tempore quotidie celebraſſet ⁊ ſacra
mentalem confeſſionez feciſſet ſenio cō
fectus cum multa regna ⁊ prouincias ꝑ-
luſtraſſet approbantibus eius ſanam do-
ctrinam mirabilium prodigioꝛuz ⁊ ſigno-
rum innumerabili frequentia: videlicet
mortuos ſuſcitando: cecos illuminando:
leproſos mūdado: paralyticos ꝯſolādo:
claudos erigendo: ſurdis auditum ꝑſtan
do ⁊ omnium infirmitatum curationi in
ſiſtendo: vltra ſeptuagenarius venit in
britanniam. Ubi dum per biennium pre
dicaſſet: familiares ſui dubitantes de
morte ipſius: ipſi vt repatriaret perſua-
ſerunt. Quod ipſe acceptans aſellum a-
ſcendit. Et cum tota nocte ambulaſſent

mane in loco a quo diſceſſerant ſe inue-
nerunt. Cognoſcens aūt vir dñi dei volū
tatem propheticū illum ꝓtulit verſiculū.
Hec requies mea in ſeculū ſeculi ⁊c. Re
manſit igitur ibi ſumma cū oiū venera-
tione vſq ad mortē. Ubi tamē verbū dei
annūciare nō deſtitit: nec cōſueta ordinis
exercitia pretermiſit. Oiū amabilis: ve/
nerabilis: gratus: charus ⁊ benignus: pa/
ter erat pauperū: orfanoꝝ: viduarū ⁊ pu/
pilloꝝ: ⁊ miſeroꝝ oium cōſolatur. Appro/
pinquante autē fine ſui certaminis graui
infirmitate depreſſus eſt. Quam cū pluri/
bus diebus paciētiſſime pertuliſſet: tandē
cū maxima ſanctitate ſumptis deuotiſſi/
me eccleſiaſticis ſacramētis exhortatꝰ ſin
gulis ad eum cōcurrentibus corā poſitis
fratribꝰ ordinis ⁊ illuſtriſſima duciſſa bri
tanie ſancto viro plurimū deuota ⁊ q̄pplu
ribus ſacerdotibꝰ ⁊ laicis deuote petiuit
corpus ſuū in cōuentu ordinis ſepeliri di
ſpoſitionē totalē ordinis pſidentibꝰ de-
relinquēs nonis aprilis hora veſperarū
anno dñi. Mccccxviij. in dño feliciter ob-
dormiuit. Sepultuſq ē in eccleſia cathe-
drali venetenſi britanie cū ſūmo honore.
¶ Tantis aūt ꝓdigiis dñs ſanctū ſuum
poſt eius obitum decorauit ꝙ vix credi
pōt: Nam in pceſſu canonizatiōis eius re
perit̄ ꝙ .xxviij. mortuos ſuſcitauerit vltra
alias incurabiles infirmitates oīs generis
q̄ſi inumerabiles. Horū teſtimonia ſunt
ymagos ad eius ſacrum tumulū depen
dentes: ⁊ feretra mortuoꝝ reſuſcitatorū
ſerle lignee veſtes panni que in pluribus
diebus numerari non poſſent. ¶ Quedā
mulier pregnans in partibus britanie ad
tantum deuenit deſiderium comedendi
carnes: ꝙ mori videbatur ſi eas non ha/
beret. Negante autem hoc ei viro ſuo fi-
lium proprium duoꝝ annoꝝ interfecit di
uiſit ⁊ coxit. Quod intelligens vir eius fi-
lij corpus ſic diuiſum ⁊ coctum ad tumu/
lum ſancti Uincentij detulit. Mira res.
Meritis ſancti Uincentij dominus pue
rum ſuſcitauit tota britania admirāte. In
cuius rei miraculum puero remanſit cica
trix in modū fili in loco diuiſiōis. ¶ Puel
la quedam filia conſiliarij ducis britanie
mortua dum deberet leuari feretrū a ſa/
cerdotibus vt ad eccleſiam deferret̄ pa/
rentes eius dolore filie cōmoti feretrum
leuari prohibuerunt ⁊ alta voce clamātes
dixerunt: O beate Uincenti redde nobis
filiam noſtram ⁊ dabimus tibi calicē dua
rum marcharū. Mira res. Subito puel
la preſentibus ſacerdotibus viua ſurrexit
⁊ perfectiſſime ſanata. Multa alia ⁊ inu/
merabilia ſigna dñs meritis ſancti ſui ope
ratus eſt ⁊ continue operat̄ que breuita/
tis cauſa dimittunt̄. Hec autē pauca ſcri/
pta ſunt ad laudem dei ⁊ ſerui ſui ſancti
vincentij. Anno aūt dñi. Mccccl v. per do
minū calixtum papam .iij. fuit ſanctoꝝ ca
thalogo aſcriptꝰ. Nec putet quiſq ꝙ fra-
tres ordinis pdicatoꝝ modicum curaue-
rint de fama ⁊ honore dicti ſancti ſicut q̄
dam veritatis inimicus in quadam legē
da imprimi fecit aſſerēs ꝙ fratres mino/
res ipſum extulerunt cum hoc oino falſū
ſit: quia fratres predicatores eius cano/
nizationem procurarūt eius laudes ⁊ mi
rabilia facta ac virtutes vbiq predicaue
runt ⁊ non fratres minores vt mendaciſ
ſimus ille ſcripſit more phariſaico frater-
ne charitatis ſemꝑ detrahendo ⁊ ſocium
mordaci ⁊ canino dente mordendo con
tra honeſtatē charitatem ⁊ religioſam cō
uerſationem: aſſerens ordinem predica-
torum de tali viro exaltando non curaſſe
ſed fratres minores hoc feciſſe: ipſi ſacro
ordini hanc ingratitudinē aſcribendo.

¶ De .ſ. Iſidoro epō et cõf. Cap. XXXI

Iſidorus epſ hiſpaleñ. que
ciuitas eſt hiſpanie et eiſ/
dem hiſpanus oriūdus tē-
pore heraclij imperatoris
ſanctitate claruit ⁊ doctri-

na: vt ait ſigbertus: Qui multa volumina eccleſie dei vtilia condidit: videlicet Soliloquiorum libros duos. Sententiarū libros q̃tuor. Synonymoꝝ libros duos. Etymologiarum libros viginti de officiis libros duos. Contra iudeos ad ſororem florentianā libros duos. De ſignificatione noui ⁊ veteris teſtamenti ad oroſium libros duos. Allegoriarum in quinq̃ libros moyſi libros quinq̃. In ioſue vnū. In librum iudicum vnum. In libros regnum librum vnum. De corpore ⁊ ſanguine domini librū vnum: ⁊ plura alia. De origine officiorum libros duos. Item librum differentiarū. Item de vita ⁊ obitu ſanctorum qui dominum preceſſerūt. Item de natura rerum. Item librum artium. Item librū de ſummo bono. Item extat ⁊ liber decretorum apoſtolicorum romanorū pontificum canonumq̃ conciliorum: que per ſucceſſiones temporū diuerſis locis per orbem a catholicis epiſcopis celebrata ſunt: que omnia grandi ⁊ inſigni volumine compinxit. Ex quo cōſtat biuonis prepoſiti beluaceñ. ⁊ gratiani decreta vt plurimum fuiſſe decerpta: vt dicit vincētius: Quieuit hiſpali vita ⁊ doctrina prefulgidus ꝑdie noñ. aprilis: ibiq̃ iacet humatus.

¶ De ſcō Ambroſio ↄfeſ. Ca. XXXII.

AMbroſius diaconus martionis primū labe infect⁹ poſtmodum ab origene correptus chriſtiane fidei confeſſor euaſit. Et in eruditione verbi dei ſtudium feruens adhibuit: atq̃ confeſſionis dominice gloria īſignis fuit. Huius ſolerti ſtudio ⁊ flagranti induſtria vi precum ⁊ obſecrationum coactus origenes infinita ferme dictauit volumina. Notarios nempe ſcriptores ⁊ ſcriptores puellas ſcribēdi peritia apprime eruditas exhibuit: ⁊ ſumptui neceſſaria affatim miniſtrauit. Ipſum etiam elegantis ingenii fuiſſe: epiſtole ipſius ad origenem date indices ſunt. Obiit ante mortem origenis: vt dicit hieronymus libro de illuſtribus: ⁊ de hoc euſebius. vi. eccle. hiſtorie mentionem facit. Quieuit autem in domino ꝑdie noñ. aprilis.

¶ De ſcā Hyrene virg. ⁊ m̄. Ca. XXXIII.

HYrenes virgo ⁊ martyr ſoror ſanctarū agapis ⁊ chionie de quibus ſupius dictū eſt. iii. noñ. aprilis. Poſtq̃ ꝑdicte ſorores ſue a comite ſiſinnio martyrizate fuerunt: cum eſſet ceteris iunior die tertio de carcere educitur: in quo recluſa detinebatᷣ. Quā comes nudatam iuſſit ad lupanar duci: vt oibus proſtituereᷣ. Cum aūt duceretᷣ: apparuerunt miniſtris duo angeli duoꝝ militum quos illi cognoſcebant facies ꝑtendētes: mādantes ſatellitibus ex parte comitis: vt hyrenē ad lupanar non inferrent: ſed eā ad talis montis cacumen deducerēt. Quod dum illi perfeciſſent: ⁊ hec comes qui nihil de hoc illis mādauerat didiciſſet: iratus iſta magie. deputans ad montē illum aſcendit. Et tota die girans ſupciliū ⁊ hyrenē quidem aſpiciens: ſed ad eā pertingere non valens: arcum tetendit ⁊ ſagitta directa ipſam in corde percuſſit. Cuius etiā corpus iuxta ſorores ſuas anaſtaſia ſepeliuit noñ. aprilis.

¶ De ſancto Sixto primo papa et martyre Cap. XXXIIII.

SIxtus papa hui⁹ nominis primus natione romanus ex patre paſtore de regione via latina: alexandro primo pape in epiſcopatu ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. x. mēſes. iii. dies xxi. Hic conſtituit vt prefatione completa chorus hymnū angelicum decantaret. ſ. ſanctus ſanctus ſanctus dominus deus ſabaoth ⁊c. q̄ myſteria ſacra non tangerentur niſi a miniſtris altaris. Conſtituit etiā vt corporale nō fieret ex ſyrico nec pāno

tincto ſed de puriſſimo lino cõtexto: quia corpus dominicū in ſindone alba ⁊ munda inuolutū fuit. Et vt mulier vaſa ſacrata altaris nec pallas auderet contingere. Inſuper conſtituit vt quiſq; epiſcopoꝝ ad ſedem apoſtolicam vocatus eſſet: rediens ad eccleſiam ſuam niſi cum litteris papalibus non ſuſciperetur. Qui etiam ſub hadriano imperatore martyrio coronatꝰ foras muros vrbis via que apia nũcupatur viii. idus aprilis. Et ceſſauit epiſcopatꝰ dies duos. Et ſepultus eſt prope altare beati petri in ſepulchro in quo requieſcunt linus: cletus: anacletꝰ ⁊ euariſtus. Et licet ſit tantoꝝ martyrū altare tamē ſolius ſixti nuncupatꝰ. Hic enim ſeuiente vbiq; perſecutione xp̄ianis in gallia poſcentibꝰ vt aliquē virum dirigeret: qui pene iã fidei lucernã extinctam accenderet: miſit peregrinum ep̄m romanum pluribus ei aſſociatis: qui multis ibidem conuerſis martyrio coronatus eſt: vt dicetur in eius paſſione. xvii. calen. iunij.

¶ De ſancto Theodoro epiſcopo ancyrañ. Ca. XXXV.

Theodorus ancyranus epiſcopus galatie fuit: vir clare ſapientie ⁊ ſanctitatis inſignis. Hic aduerſus neſtorium redargutionis ⁊ confutationis edidit librum veritatis catholice protectorem: arte dialectica ordinatum: multis vtens aſſertionibus anteq̃ ſcripturaꝝ poneret teſtimonium. Quieuit autem in domino. viii. idus aprilis: vt ait gẽnadius libro de illuſtribus.

¶ De ſancto Theodoro preſbytero ⁊ cõfeſſore. Ca. XXXVI.

Theodorꝰ anthiochene eccleſie preſbyter vir moꝝū honeſtate conſpicuꝰ ſcientia clarus: ⁊ lingua diſertus: aduerſus apollinariſtas ⁊ anomeos. xv. de incarnatione domini cõpoſuit libros. Claruit quoq; theodoſij primi imperatoris temporibus. Hec gennadius vbi ſupra.

¶ De ſcõ Egeſippo ꝯfeſ. Ca. XXXVII.

Egeſippus gente iudeus: ſʒ ad chriſti fidē conuerſus vir ſanctiſſimꝰ: ſub hadriano ⁊ antonio principibus floruit: vicinuſq; apoſtolorum temporibus fuit. Qui traditionē apoſtolice predicationis: ⁊ omnium eccleſiaſticorum actuum a paſſione domini vſq; ad ſuam etatem texuit hiſtorias: vt quorum vitam ſectabatur dicendi quoq; exprimeret characterem: multaq; ad vtilitatem credentium hincinde congregans quinq; libros compoſuit. Iudaicã etiam hiſtoriam a mathathia ſumens exordiū vſq; ad belli iudaici ſub veſpeſiano ⁊ tito initi finē: eleganti ſermone digeſſit. Aduerſum idola diſputans quo primo errore creuiſſent hiſtoriam edidit: commentariorum librum compoſuit. Aſſerit ſe venisse ſub aniceto romã: ⁊ vſq; ad eleutherium perſeueraſſe: qui dicti aniceti fuerat diaconus: vbi ⁊ diem vite clauſit extremū. vii. idus aprilis. Hec hieronymꝰ libro de illuſtribus.

¶ De ſancto Dionyſio epiſcopo corinthiorum. Ca. XXXVIII.

Dionyſius epiſcopus corinthiorum temporibus marciantoni ⁊ lucij aurelij cõmodi imperatorū floruit. Cuius eruditione ⁊ gratia quam habuit in verbo dei: multi fruuntur vſq; hodie. Multas enim texuit epiſtolas chriſtiane fidei rudimenta continentes. Huius enim doctrina non ſolū proficiebat populis quos regendos ſuſceperat: ſed etiam procul poſitis: quibus per ſuas epiſtolas ſe preſentem reddebat. Extant nempe eius ad lacedemones ſcripta. Item ad athenieñ. Item ad nico

medeñ. Item ad cortineñ: ⁊ ceteras crete eccleſias. Scribit etiam eccleſie aſmadrine ceteriſq; ponti eccleſiis. Item ad gnoſites ⁊ pbinitum eorum epiſcopum. Ad ſotherum etiam romanũ epiſcopum direxit epiſtolaz. Scripſit ⁊ ad chryſophoram ſanctam feminam vnam. Dormit corinthi quieſcens in pace. vi. idus aprilis. Hec hieronymus vbi ſupra.

¶ De ſcõ Perpetuo epo. Ca. XXXIX.

PErpetuus epiſcopus turoneñ. admirãde ſanctitatis vir extitit. Cuius opere templum ſup corpus ſancti Martini epiſcopi perfectum eſt. Eiuſq; ſacra membra de loco vbi fuerant primitus tumulata ad locum vbi nunc venerantur condigne tranſlata ſunt. Diuine depoſitionis dies recolit. vi. idus aprilis: vt in martylogio ſcribitur vſuardi ⁊ adonis.

¶ De ſancto Procoro diacono et martyre. Cap. XL.

PRocorus diaconus ⁊ martyr de. vij. pmis qui ab apoſtolis electi ſunt: vt dicitur actuum. vi. vir fide ⁊ miraculis preclariſſimus apud antiochiaz paſſus eſt: vt dicit hieronymus in martylogio. Hic vt ipſemet de ſe ſcripſit nepos fuit ſancti ſtephani prothomartyris ⁊ comes ioannis euangeliſte cum ad predicandum miſſus fuiſſet in aſiam: cum quo multo tempore manens factus eſt epiſcopus nicomedie bithynie: vbi poſt multorum conuerſionem ab eodem apoſtolo miſſus eſt antiochiam ad predicandum: vbi martyrio coronatus vitaz finiuit. v. idus aprilis: ibiq; in pace quieſcit.

¶ De ſcis ſeptẽ virginib⁹ ⁊ martyrib⁹. Ca. XLI.

SEptem virgines ⁊ martyres ſacratiſſime apud ſirmium ciuitatem martyriũ paſſi ſunt. Que dato ſimul precio ſanguinis vitam mercate ſunt eternã quinto idus aprilis: vt ſcribit Ado.

¶ De ſcõ Ezechiele pphete. Ca. XLII.



Ezechiel propheta tertius ex quattuor maioribus qui eccleſiaſtici. xlix. capitu. inter ſanctos priſci temporis expreſſe commemoratur: fuit oriundus de terra cl/fore filius buzi: ſacerdos ⁊ ipſe ſicut hieremias de genere ſacerdotum. Hic in babylonem ductus eſt cum ioachim rege iuda ⁊ mardocheo a nabuchodonoſor rege poſtquã daniel ⁊ ſocii eius tres pueri iam tranſlati fuerant. Habitauitq; Ezechiel iuxta fluuium chobar. qui in anno trigeſimo etatis ſue in quinto anno tranſmigrationis ioachim in quarto menſe in quinta die exorſus eſt prophetare ad concaptiuos. ¶ Eodem autem tempore pphetauit quo ⁊ hieremias: licet hic poſterior: ⁊ ille in iudea: hic in chaldea. Cauſa autem eius prophetie fuit hec: legerãt enim iudei in epiſtola hieremie ſibi directã duraturam captiuitatem ſeptuaginta annis. Et ideo flebant exilii prolongationem. Preterea murmurabãt aduerſus dominum: q fraudulenter eos de terra ſua eieciſſet. Dixerat enim per os hieremie prophete remanentes hieruſalem perituros: eis vero qui ſe traderent ſeruo ſuo nabuchodonoſor bona pollicebatur. Nunc in contrariuz res relapſa erat. Florebant enim qui remanſerant: ⁊ ipſi iugo ſeruitutis premebantur. Erant quoq; inter eos: qui dicerent: quia dum ſeruierant militie celi bonis oĩbus abundabant: ex quo ceſſauerant perierant gla

dio fame ⁊ peſte. Adhuc prophetauit eze
chiel euerſionem vrbis hieruſalē ⁊ tēplo
domini incendium iminere: ⁊ eos qui re
māſerant in vrbe fame perituros ⁊ extra
vrbem gladio: eos aūt qui viui traherent
grauē paſſuros ſeruitutē: ipſos autem in
pace quaſi libera ſeruitute manſuros. Ut
aūt auctoritatem preberet ezechieli: dñs
preoſtendit ei q̄ſdā viſiones ſiītudines
ſ. hois: leonis vituli: ⁊ aqle. Non ſolū ad
prefignandū euangeliſtas: ſʒ vt oſtende-
ret deū iſrael dñʒ eſſe totius creature per
hec digniora omne aial creatū intelligēs.
Homo enim preeſt ceteris animantibꝰ:
aquila rex eſt auiū: leo ferarū: bos iumen-
torū. Sub animalibus vero vidit rotaʒ in
medio rote: vt oſtēderet circūuolutioneʒ
oium elementorū in dñi eſſe poteſtate.
Et ſup hoc vidit firmamentum coloris ſa
phirini: ⁊ ſup firmamentum erat ſimilitu
do throni: ⁊ ſup thronum q̄ſi aſpectus ho
minis ⁊c. que in eius pphetia longa nar-
ratiōe ⁊ ſubtili viſione texunt. ¶ Poſtq̄
autem hieruſalē deſtructa eſt ⁊ templum
cōbuſtum: ⁊ iudei in captiuitatē babylo-
nis cū ſedechia rege trāſlati: nuncius ve-
nit ad ezechielē in babylonem: qui hec ei
narrauit de quo nūcio venturo ipſe predi
xerat veſpere precedēti. Et tunc iudeis la
mētantibus q ſpes eorū periſſet: ⁊ q oi-
no nunq̄ reſurgerēt: prophetauit eis: q
dñs eos tolleret de oibus gētibus ⁊ ↄgre-
garet de terris: ⁊ reduceret ad terrā ſuaʒ.
Et preterea in ↄſolationē gentis ſue pdixit
eis calamitates futuras circūſtantium na
tionum q̄ eis aduerſate fuerant. i. filiorū
amon: moab: edom: philiſtinorum: tyri ſi
donis: egypti: ⁊ ethiopie. ¶ Iſte ppheta
ſignum dedit populo in fluuio chobar vt
quando deficeret: ſubſtinerēt deſolatio-
nem terre ſue. Tuncq ſperarent ad hieru
ſalem quando inundaret. Cum autē con
ueniret plurima multitudo captiuorū ad
fluuium chobar: ⁊ chaldei rebellionem ti
merēt irruerunt ſup eos. Ipſe vo prophe
ta pcibus ſuis ſiſtens aquas fluminis ſup
aquas ambulās cū omni multitudine ad
alteram ripā ſe recepit. Et quotquot eum
pſumpſerunt ſeq̄ ſubmerſi ſunt. Et p ora-
tionē ſubito largā piſcium copiam eſuriē-
ti populo pſtitit ad veſcēdum. Sepe quo
q multis deficientibus vitam reſtituit.
¶ Poſtea vo in chaldea conſtitutus iter
concaptiuos legis tranſgreſſores iudica-
uit: ⁊ pcipue quoſdā de tribu dan ⁊ gad
q in deum committerēt impia: legis pſe
quēdo cuſtodes ⁊ fecit: vt dicit epiphani-
us ↄtra eos prodigiū magnum: qꝛ filij eo
rum ⁊ vniuerſa pecora a ſerpētibus perie
runt. Et pdixit q tribus ille non reuerte-
rētur ad propria: ſʒ in medie regionibus
remanerent. Ob hoc exacerbati diſtraxe-
runt eum equis p crepidines ſaxorum: ⁊
excerebrauerūt eū. Sepelieruntq eū in ſe
pulchro ſem ⁊ arphaxath in ſpelūca dupli
ci. iiij. idus ap. hec hiero. ⁊ ioſephꝰ ⁊ ex hi
ſtoria ſcholaſtica atq ex chronica guilel.

¶ De ſcis pluribꝰ mar. Ca. XLIII.

MArtyres plurimi fuerunt il-
li: q̄ cum ſcō alexandro pa
pa in eodē carcere tenebā-
tur incluſi ſub cuſtodia qui
rini tribuni: de quo ſupra
actum ē. iij. cal. aprilis. Qui cū vidiſſet q̄li
ter ſanctus alexander papa quirini filiā
a gibbo ſanaſſet: ⁊ vba eius pdicationis
audiſſent: oēs ad Chriſtum ↄuerſi ſunt: ⁊
a ſanctis pſbyteris euētio ⁊ theodolo ba
ptizati: ⁊ ab eodem pontifice confirmati.
Et cum quirinus eis carcerē aperuiſſent:
vt abirent ſoluti noluerunt abire: marty
rij gloriam expectantes. Poſtq̄ autem
aurelianus princeps quirinum tribunū
martyrizari fecit: ⁊ hos omnes chriſtia-
nos effectos cognouit: vetuſte naui im-
poſitos in altum mare deduci iuſſit: ⁊ il-
lic ligatis ad colla lapidibus in pfundū
demergi. Qui paſſi ſunt. iiij. idus aprilis.

¶ De ſancto Apollonio pſbytero ⁊ martyre ⁊ ſociis martyribus. Cap. XLIIII.

Apollonius pſbyter ⁊ martyr vt ait hieronymus in vitis patrum dum vitam magnificam ſanctitatis inter monachos egiſſet: ⁊ ſacerdos ordinatus eſſet: perſecutionis tempore chriſtianos circuiens ortabatur. Qui tentus a paganis ⁊ in carcerem miſſus a quodam philemone cuſtode maximis conuitijs exprobrabatur. Quem tandem apollonius exemplo ſue mirabilis patientie ad Chriſtum conuertit. Dum autem philemō coram populo ⁊ iudice ſe chriſtianū eſſe clamaret: multis ab eo tormentis exanimatus eſt. Cū vero deceptorem huius apollonium didiciſſet: ipſum coram ſe ductum vna cum philemone ignibus tradi iubet. Sed flāma illos in modum clibani circundante nubes rorida de celo veniens ignem extinxit: ⁊ vterq; oīno illeſus exiuit. Quo miraculo iudex cum multis de populo crediderunt. Hoc autem dum alexandrie prefectus audiſſet apollonium ⁊ philemonē ac omnes chriſtianos effectos in profundo maris demergi fecit: qḋ ſanctis illis baptiſmum fidei reportauit. Qui paſſi ſūt iiij. idus aprilis. Quorum omnium corpora ab vndis ad littus delecta a chriſtianis alexandrie digno ſunt honore tumulata: vbi multis miraculis clarent.

¶ De. ſ. Philippo epō cretēſi. Ca. XLV.

Philippus epiſcop⁹ cretēſis vrbis cortine. Cuius meminit dionyſius in epiſtola ſua: quam ſcripſit ad eccleſiam ipſius ciuitatis: inſignem aduerſus martionē edidit librum: magniſq; virtutibus ⁊ optimis ſtudijs preditus fuit. Floruit quoq; temporibus antonini veri: ⁊ lucij aurelij imperatorum. Qui vita ⁊ doctrina clarēs in ipſa ciuitate: qeuit in xpo. iij. idus apri.

¶ De ſcō Euſtorgio epō. Cap. XLVI.

Euſtorgius epiſcopus natione grecus ab imperatore cōſtantinopolitano legatus ad mediolanenſes miſſus eſt. Qui tantum gratus extitit ciuibus: vt ipſo inde redeunte: cum ſedes vacaſſet ipſum archiepiſcopum eligerent. Sed ille inconſulto principe electioni noluit conſentire. Sicq; conſtantinopolim rediit ⁊ imperatori qḋ factū fuerat nunciauit. Imperator vero gratiſſimū habuit eūq; conſecrandum mediolanū remiſit. In ſuper trium magorū corpora in arca maria ſepulta: dudum de perſide conſtantinopolim adducta euſtorgio pro munere cōceſſit que ſcūs in naui vſq; ad portum detulit. Cum āt arcam cū corporibus curru impoſuiſſet: ⁊ iūctis plurib⁹ paribus boum ea trahere non poſſent: diuina reuelatiōe due ſole iuuence paupercule mulieris deuote plauſtro appoſite leuiſſime currū trahebant: quarū vnā in itinere lup⁹ occidit. Morq; ſcūs eps lupo mādauit: vt vicē iuuēce mediolanū vſq; ſuppleret. Statimq; lup⁹ oī depoſita feritate māſuetus vehiculo ſe exhibuit ⁊ iunctus vna cū alia iuuēca mediolanū currū ptraxit vbi ſcōrū magorū corpa tumulata. Quieuerunt vſq; ad tps federici imperatoris cognomine barbaroſſa. Quo tpe mediolano euerſo arca dimiſſa ſcōrū corpora coloniā trāſlata ſūt. Scūs āt euſtorgi⁹ in pōtificē ꝯſecratus poſt laudabilia ſcitatis opa in domino quieuit mediolani ſepultus. iii. idus aprilis.

¶ De. ſ. Iulio papa ⁊ ꝯfeſ. Cap. XLVII

Iulius papa natiōe roman⁹ ex patre ruſtico marco ſcḋo romano pōtifici i epātu ſucceſſit: ⁊ ſedit ānos. xi. mēſes ij. dies. viij. Hic cōſtituit vt nullus clericus ad cām in publico ducat

niſi in eccl'ia. Huius precepto orientalis epi thronos ſuſcipere: ⁊ conſtituit vt omnia monumēta chartaꝝ eccleſiaſticaꝝ rerum per romane eccl'ie fierent primiſeriniū: Cuius tpe celebrata eſt prima ſynodus nicena. cccxviij. epoꝝ in qua damnata eſt hereſis arrij qui aſſerebat filium minorē patre. Hoc enim factū eſt adhuc viuente cōſtantino auguſto. Quo humanis exēpto iulius papa exiliū. x. annoꝝ ⁊ tribulatōes multas ꝑpeſſus eſt a cōſtantino auguſto heretico. Tādē poſt mortē eius ad ſedem bti petri cū gloria reuerſus ē: fecitqꝫ duas baſilicas vnā in foro aliā ſci valētini via flaminia. Quieuit in pace ꝑdie id⁹ aplis. ⁊ ſepult⁹ ē in cimiterio calepodij. miliario. iij. ab vrbe. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xv. ¶ Hic vnam de incarnatiōe dñi ad Dionyſium ſcripſit epiſtolam.

¶ De ſcō Zenone abbate. Ca. XLVIII.

ZEno monachus ſiluani abbati diſcipulus fuit. De quo refert heraclides inter cetera eius virtutis ⁊ cōſtantie inſigna: ꝙ in ardētiſſimi ſolis egyptia regiōe ſtetit ī caumate. v. diebus ſe deſiccans in ſole: vt ex hoc probaret vtrū tormēta tolerare poſſet. Et poſt mire penitentie opera migrauit in xpo pridie idus aprilis.

¶ De. ſ. Herminigildo rege ⁊ m. ca. xlix.

HErminigildus rex ⁊ martyr anno. vj. tiberij ſecundi imperatoris videlicet anno gratie. Dccv. martyrium paſſus eſt. qui leuuigildi regis viſigothorum filius ſigiberti regis filiam duxit vxorē. Ad cuius ſuggeſtionem audita predicatione ſancti leandri hiſpaleñ. epiſcopi ab arriana hereſi ad catholicam fidem conuerſus ac more catholico baptizatus eſt. Quem pater arrianus vt ad ſuam hereſim rediret: ⁊ premijs ſuaderet ⁊ minis terre conatus eſt. Cumqꝫ ille in veritate fidei catholice conſtanter perſiſteret: primo quidē eum pater regno priuauit rebuſqꝫ omnibus ſpoliauit. Deīde collo manibuſqꝫ ferro vinctum in arta cuſtodia mancipauit. Qui omnia ꝑ chriſti amore contēnebat. Superueniente vero feſtiuitate paſchali miſit ad eū noctu perfidus pater epiſcopum arrianū: vt de manu eius ſacrilegā cōmunionem acciperet. Quod vir domini non ſolum facere renuit: ſed etiam arriano epo durius exprobrauit. Ob hoc pater indignatus miſſis apparitoribus ipſū in eodem carcere ſecuri in capite eius cōfixa excerebrari fecit: ſic regnum celeſte rex ⁊ mr intrauit. Ad cuius corporis tumbam nocturno tempore pſalmodie cātus audiebantur: ⁊ lampades accenſe a pluribus videbantur. Patrē vero poſt filij occiſionem mortis eius penituit: ⁊ ad fidē catholicam deueniſſet: ſi gentis ſue furorem non formidaſſet: moriens tamen recharedum filium ſuum regem futurum ſancto leandro predicto epiſcopo cōmendauit: qui fratrem martyrem non patrē perfidum ſecutus ab arriana peſte cōuerſus: ab eodem epiſcopo baptizatus eſt: totamqꝫ viſigotoꝝ gētem ad veram perduxit fidem. Paſſus eſt autem ſanctus herminigildus idibus aprilis.

¶ De ſcis Carpo epo ⁊ ſocijs m. Cap. L.

CArpus epo: papyrius diaconus: ⁊ agathōica optima femina apud ꝑgamū aſie vrbē exēplo martyris pionij martyriū paſſi ſūt tpe antonini veri ⁊ aurelij cōmodi īperatoꝝ vt in. iiij. libro eccleſ. hiſtorie reperit. Cum quibus ⁊ iuſtinus vir mirabilis qui iam ſcđm librum pro defenſiōe religionis noſtre ſcriptum iudicibus obtulerat remunerationē lingue fidel' ⁊ erudite martyrij mun⁹ accepit: q̄dā philoſopho creſcēte noie ei inſidiāte: quē ſepi⁹ diſpu

tādo ↄſuderat: q̄ paſſi ſunt idibus aprilis.

¶ De ſcō Juſtino martyre. Cap. LI.

IUſtinus martyr de quo ſupra primo dictū eſt bacchia de priſci filius ex vrbe neapoli paleſtie philoſophie noſtre ſectator plurima ſcripſit volumina pro religione xp̄iana. Nā cōtra paganos volumē inſigne protulit: in quo de demonū natura tractat. Scripſit ⁊ aliud xp̄iane fidei defenſionē cōtinens: quē marcoantonio vero ⁊ fratri direxit. Antonio pio ⁊ filijs atq̧ ſenatui apologeticum ꝓ religione xp̄iana conſcripſit. Itē librū de monarchia dei. Dialogū cōtra iudeos ⁊ triphonem eorū principē doctorem illuſtrem. Itē cōtra martionem hereticū inſignia duo cudit volumina. Itē contra oēs hoſtes. Extat ⁊ aliud eiuſdē: qḋ dr̄ confutatio. Itē aliud qḋ intitulat̄ pſaltis. Itē de anima in quo diuerſas q̄ōnes inſeruit. Hic a creſcēte quodā xp̄iani nois blaſphemo delatus: q̄ xp̄i fidei eēt ſectator i pgamo aſie ciuitate martyrij palmā adept⁹ ē idib⁹ aplis. Hūc putāt aliq̄ trogi fuiſſe abbreuiatorē. hec Hiero. li. de viris illuſtrib⁹.

¶ De ſcis Tyburtio ⁊ Ualeriano ⁊ Maximo martyribus. Cap. LII.

TYburtius ⁊ valerianus ⁊ maximus martyres paſſi ſūt rome ſub almachio vrb̄ p̄fecto. Cū eniz btā cecilia valerianū ſponſum ſuū ⁊ tyburtiuz eius fratrem conuertiſſet ad chriſtum: vt in eius paſſiōe dicet̄ infra. x. cal̄. decēbr̄. Tyburti⁹ ⁊ valerianus elemoſynis iſtebat ⁊ corpa martyꝝ ſepulture tradebāt. Quos almachius tētos ſibiq̧ p̄ſtatos interrogabat cur facultates ſuas vilibus pſonis exhibebāt: ⁊ ꝓ ſuis ſcelerib⁹ dānatos ſepeliebāt. Cui cū tyburtius reſpōderet: q̄ optabant illoꝝ ſeruos fieri: quos ille dānatos appellabat. et multa alia de gloria future vite dixiſſet: tyburtium amoueri fecit: et valerianū applicās ad ſacrificia deoꝝ inuitauit. Ille v̄o ſe vni deo ſacrificare dicebat: cuius nomē exp̄mere nemo poterat. Jouē v̄o adulteꝝ ⁊ homicidā aſſerebat: quē almachi⁹ fuſtigari iuſſit: deinde ↄ̄ eos ſniam tulit: vt ad pagū iouis adducti: ſi ſacrificare ↄtēnerēt: capite cederēt̄: tradēs eos mario corniculario vt ſniaz exeq̄ret̄. Qui cū eos ducēt: q̄ſi illis cōpatiēs lamētabat̄: cur ābo germani vitā ↄtēnētes ad mortē q̄ſi ad epulas feſtinarēt. Tyburti⁹ ergo ⁊ valerian⁹ ceperūt ei future vite penas ⁊ gloriā reſerare: promittētes mario: q̄ ſi ſe purificari pmitteret: in hora decollationis cerneret cū q̄ta gloria eoꝝ aīe vitā futurā ſuſciperēt. Maxim⁹ ergo a carnificibus obtinuit: vt ſci martyres ad domū ipſius in cuſtodia ducerent̄ ⁊ in craſtinū decollādi ſeruarēt̄: vbi tyburti⁹ ⁊ valerianus adducti maximū in fide erudierunt: ⁊ mittētes ꝓ vrbano papa ⁊ ꝓ cecilia ipm̄ baptizari fecerūt. Totāq̧ noctē in fidei ſmōib⁹ deduxerūt. Factoq̧ mane ſci martyres a cecilia confortati extra vrbem ad iouis pagū quarto ab vrbe miliario deducunt̄ ⁊ ſacrificare nolentes gladio feriuntur. Tūc maxim⁹ adiuratus dicebat: q̄ viderat angelos pre ſole fulgētes aīaſq̧ ſcōrū de corporibus quaſi ſponſas de thalamo egreſſas in gremio ſuſcipientes ⁊ ad celos cum gloria deferentes: que cū carnificibus narraſſet: plurimi crediderunt. Quod cum almachio nunciatum fuiſſet: iuſſit maximum cū omnibus qui crediderāt in eodē loco tādiu plūbatis cedi q̄uſq̧ ſpiritū excuterēt. Quorum oīum corpora ſancta cecilia ſepeliuit. xviij. cal̄ maij.

¶ De ſcō Maximo epō. Ca. LIII.

MAximus epiſcopus conſtātinopolitanus tēpore gratiani imperatoris floruit: qui vir inſignis p̄conij ſanctitatis ⁊ doctrine. Inter cetera ipſius memoranda

aduerſus arrium nobile volumen pro fide noſtra compoſuit: quod prefato principi apud mediolanum obtulit: ⁊ clarus virtutibus in domino quieuit. Hec hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſanctis Olympiade ⁊ Maximo martyribus. Cap. LIIII.

Olympias ⁊ maximus martyres paſſi ſũt ſub decio ceſare in corduba ciuitate perſarũ. Qui cum tenuiſſet ſanctos regulos abdon ⁊ ſenẽ: traditi ſunt eidem ⁊ iſti nobiles viri pſarũ: eo ꝙ eẽnt chriani. Quos decius primo ſine audientia fuſtibus cedi iuſſit: deinde cum eis diceret vt facultates ſuas proderẽt: illiq; aurũ ⁊ argẽtũ eorũ chrm eſſe dixiſſent. Iterum eos fuſtigari mandauit: donec verberantes deficerẽt. Et poſt hec chrm conſtãtius confitẽtes plumbatis cedi fecit: ⁊ ſubſequẽter in equuleo leuari: ac in lectis ferreis prunis ſubterſtratis extendi. Et cũ hec oia ſuperaſſent tradidit eos vitellio aniſio vicario ſuo. Qui nõ conſentientes ſacrificare diis paganorũ: quos demonia aſſerebãt: Juſſit ſecurib⁹ eoꝝ capita tãdiu contũdi: donec ſpm emiſerũt. Corpora vero ipſorũ canibus expoſita: q̃nq; diebus ab illis pmãſerunt intacta. Sed poſtmodũ a quibuſdã xpianis de genere abdõ ⁊ collecta ſunt: ⁊ in domo victoꝝ martyꝝ in ipſa ciuitate ſepulta. Qui paſſi ſũt. xvij. cal. maij.

¶ De ſanctis Marone eutycete ⁊ Victorino martyribus. Cap. LV.

Maro eutyces ⁊ victorin⁹ martyres ſcãm virginem flauiaꝫ domitillam nepteꝫ domitiani auguſti: ⁊ ſponſam aureliani filij conſulis vna cuꝫ eius eunichis cubicularijs. ſ. nereo ⁊ archileo in fide chri inſtruxerunt: ⁊ ad baptiſmatis gratiam pduxerunt. Poſtq̃ ergo nereus ⁊ archileus a predicto aureliano martyrizati fuerint: vt in eorum paſſione. iiij. idus maij dicetur: maro eutyces ⁊ victorinus apud eundẽ aurelianũ accuſati ſunt ꝙ maiorẽ cũ eis familiaritatẽ haberet ipſa virgo: q̃ cum nereo ⁊ archileo habuiſſet eo ꝙ ipaꝫ in chrm credere docuiſſent: Quapropter ipetrauit aurelian⁹ ab ipatore: vt pdicti viri ducerentur ad exiliũ in inſulã pontianã: vbi cũ dudũ fuiſſent cuꝫ beata flauia domitilla. Inde poſtmodũ educti: aureliano comiti in ſeruitutẽ traditi ſunt. Quos ille vti ſeruos p ſua pdia diuiſit vt terrã colerent. Eutycetẽ q̃dẽ miliario ab vrbe. xvj. via numentana: victorinũ. lx. via ſalaria: ⁊ maronẽ. xxx eadẽ via. Ex q̃bus eutyces filiã conductoris ſui vexatam ab imundo ſpiritu liberauit: victorinus loci vicedominũ palyticũ ſanauit: maro curatorẽ ciuitatis ſeptẽ pedis ab hydropiſi eripuit. Que dum aurelianus audiſſet miſſis famulis eutyceteꝫ in media via vſq; ad mortẽ cedi fecit: vbi ⁊ a chrianis ſepultus eſt victorinus auteꝫ ipſius dñi ſui mandato apud cecilias vbi ſulphuree aque emanãt: capite deorſum in eiſdẽ aquis triduo ſuſpẽſus expirauit. In amiternina ciuitate ſepult⁹: maro vero cum ſaxum grande qḋ vix ſeptuaginta hoies pẽſare potuerunt: in humeris faciliter quaſi plateas deportaſſet ad duo miliaria: ibidẽ capite ceſus eſt. Et in eodem ſaxo corpus ipſius a fidelibus qui viſo miraculo crediderant reconditum eſt. Hoꝝ paſſio. xvij. cal. maij. celebratur.

¶ De. ſ. calixto ⁊ cariſio ⁊ ſoc. m. C. LVI.

Calixt⁹ ⁊ cariſius ⁊ alii ſeptẽ ſocij eorũ apḋ ciuitatẽ corithũ martyriũ paſſi ſũt. Qui oẽs pro confeſſione nominis xpiani i pelago demerſi perpetuas triumphi palmas a domino percipere meruerunt. xvj. calend. maij. vt ait ado.

¶ De ſcis decẽ ⁊ octo mar. Cap. LVII.

Decem

DEcẽ ⁊ octo martyres in ciuitate ceſaraugustana martyrium paſſi ſunt. Quorũ nomina ſũt hec quintilianus: caſſianus: ſaturninus: publi⁹: vrbanus: martialis: fauſtus: ſucceſſus: felix: ianuarius: primitiuus: euotus cecilianus: optatus: frõto: lupertus: apodemus: iulius: Hi omnes ſub daciano hiſpaniarũ preſide diuerſis affecti penis atq; interfecti ſũt. xvi. cal. maij.

¶ De ſcõ Aniceto papa ⁊ m̃. Ca. LVIII.



Anicetus papa ⁊ martyr natione ſyrus ex patre ioanne: pio romano pontifici in epiſcopatu ſucceſſit ⁊ ſedit annos. ix. menſes. iii. dies. iiij. Hic cõſtituit vt clericus non nutriat barbam nec comam: ⁊ habeat coronam ad modum ſpirule: conſtituit etiã ꝙ epiſcopus non debeat conſecrari niſi ad minus a tribus epiſcopis. Si autem archiepiſcopus debeat conſecrari omnes prouinciales epiſcopi debeant adeſſe: ſicut omnes tenentur ei obedire. Itẽ ſtatuit: vt ſi aliquis epiſcopus haberet aliq̃d contra ſuum archiepiſcopum: non alio eſt deferendus niſi ad primatem vel ad ſedem apoſtolicam. Et vt nulli archiepiſcopi primates vocentur: niſi illi qui primatum tenent ciuitatum: quarum epiſcopos apoſtoli vel eorum ſucceſſores regulariter patriarchas ſtatuerunt: ſed metropolitani vocentur. Hic fecit ordinationes. v. per menſem decembriũ: preſbyteros. xvij. diacones. iiii. epiſcopos per diuerſa loca ix. Qui tempore ſeueri ⁊ marci imperatoꝝ martyrio coronat᷑. Et ſepultus eſt in cimiterio calixti via apia. xv. calẽ. maij. Et ceſſauit ep̃atus dies. xv.

¶ De. ſ. Mapalico ⁊ ſociis m̃. C. LIX.

MApalicus martyr cũ pluribus aliis paſſus ẽ apud aphricam ciuitatem tagaſteñ. De quo beatus cyprian⁹ in epiſtola ad martyres ⁊ confeſſores multa laudabilia ſcripſit: ⁊ ꝙ martyrium ſuum prophetica voce predixit. Qui omnes martyrio coronati ſunt. xv. calendas maij.

¶ De. ſ. Heleno abbate. Cap. LX.

HElenus abbas dum in eremo habitaret et fratribus cibaria deferret aggrauat⁹ pondere onegros videns eis p̃cepit: vt in xp̃i nomine vnus eorum eius ſarcinam portaret. Quod ⁊ factum eſt: vno ex illis ſarcinam ad locũ cõſtitutum cũ manſuetudine deferente: alio tẽpore inuenit fratres diem dñicum minus ſolẽniter celebrãtes quia ſacerdotis cõione carebant. Et dum iret pro ſacerdote crocodilum in flumine reptum aſcendit: ⁊ ſuper ipſum flumẽ tranſiens ad cellam p̃ſbyteri venit: quẽ ſecum adduxit: ⁊ flumẽ vt prius trãſiuit. Dũq; ſacerdos timore ſerpẽtis fugeret ſcũs illũ ſigno crucis diſſepſit ſicq; de cetero p̃ſbyter ſecur⁹ ad fratres acceſſit. ¶ Iuuenis helenũ ad eremũ ſecutus grauiter de carnis vitio tẽtabat᷑. Ille vero digitũ in harena circũ cellã iuuenis duxit: ⁊ circulũ fecit: ac demonibus ne ſignũ illud p̃tergrederent᷑ expreſſe mãdauit: moxq; frater a tẽtatione exinde ſecurus p̃manſit. Dũ autem frẽs vndiq; ad eum venirẽt: cõtinue iuuenis incognitus eidẽ apparebat: ⁊ cibos p aduenis deferebat: ac illico abibat. ¶ Dũ ſemel cum quodã heretico diſputaret: ⁊ argumẽta eius ferre nõ poſſet: ignẽ accendi fecit: vt quis eorum igne nõ vreretur. fidem habere verã probaret᷑. Queꝫ helenus intrans dudum in flãmis illeſus permanſit: et intactus exiuit. Hereticus

vero intrare nolens confuſus abiit. Dormiuit in chriſto vir ſanctus. xv. calendas maii hec heraclides.

¶ De. ſ. Paulo abbate. Cap. LXI.

Paulus abbas in lybia quingentos monachos habuit quos monitis ſalutaribus ꝛ exẽplari vita ĩ viã ſalutis direxit. Qui dieb⁹ ſingulis nec cibũ ſumebat: nec manibus operabatur: donec ccc. orõnes deo ſolueret genuflexo: quas numero lapidũ ponebat: ꝛ ad ſingulas orõnes lapides in ſinũ remittebat: vt dicit heraclides: ꝛ ipſe in chrõ pauſauit die quo ſupra videlicꝫ xv. calendas maii.

¶ De ſanctis Eleutherio epiſcopo ꝛ Antia marty. Cap. LXII.

Eleutherius ẽps et antias mater eius paſſi ſunt rome ſub hadriano ĩpatore: Cuius pater nobilis ſenator dũ decederet: matri puerꝫ cõmendauit. Illa vero xp̃ianiſſima filiũ ſacris litteris erudiẽdũ cuidã ẽpo tradidit. Qui iuuenẽ eruditũ de oĩb⁹ ãnoꝝ. xv. in diaconẽ ordiauit: deide ãnoꝝ. xviij. ad ſacerdotiũ ꝑmouit: deide cũ multis claret ſignis ãnoꝝ. xx. ad petitionẽ multorũ ĩpm ĩ apulia ẽpꝫ ↄſecrauit. Hadrian⁹ igiẽ de partibus oriẽtis romã veniẽs audiens eleutherij famã: miſſo felice comite eum ad ſe in vrbẽ adduci mãdauit. Scũs vero comitẽ ad xp̃m ↄuertit: ꝛ veniens ſecum ad vrbẽ in via baptizauit. Et ꝓſentat⁹ hadriano imꝑatori cũ xp̃m dñm ↄfiteret̃: ſuꝑ lectũ ereũ extẽſus eſt igne ſubtermiſſo: quẽ imꝑator mortuũ exiſtimãs deponi fecit. Et vidẽs ĩpm ↄſtantiorẽ effectũ: ipſuꝫ in craticula poni iuſſit carbonib⁹ ſubſtratis ac oleo de ſup ĩfuſo. Statiqꝫ ignis extiguit̃ ꝛ craticula refrigerat̃. P⁹ hec ĩ ſartaginẽ mittit̃ plenam oleo ꝛ adipe liquefactis: in qua ſicut in prato rore madefacto permanſit. Tũc hadrianus ↄſilio corebori prefecti: ipſum in furnũ accẽſum imitti mandauit: in quo die integro oĩno illeſus fuit: ꝛ oĩno inuſtus inde exiuit. Quo miraculo ꝓfectus ↄuerſus eſt. Quem imꝑator in eodẽ clibano miſit: ſed ꝛ ipſe illeſus ꝑmanſit: tũc imꝑator prefectũ decollari fecit: cui vnda ſanguinis ꝑ baptiſmate fuit. Eleutherius vero poſtq̃ dieb⁹ plurimus in cuſtodia detentus fuiſſet: inde educt⁹ iubente alexãdro quattuor equis indomitis pedib⁹ alligat̃: qui ſtimulis ferreis ſub caudis eoꝝ poſitis ad curſuꝫ incitabantur: vt ſic ipſum per inculta ꝛ arida loca ꝑtrahentes minutatim eius membra dirũperent. Angelus autem dñi equos mitigauit: ꝛ eleutherium ſolutũ ad montẽ excelſum duxit: ad quem omnes fere ſiluarũ ↄuenientes eidẽ mitiſſime famulatuꝫ prebebãt. Que cũ a quibuſdã venatorib⁹ qui hec in ipſo mõte feras perſequentes ↄſpexerant: imꝑatori nũciata fuiſſent: miſit apparitores armatos: vt eum ↄprehenderent: quẽ mortuum exiſtimabat. Quorũ plurimos cõuertit ad xp̃m: cuꝫ quibus etiã venit ante hadrianum: quẽ ille in amphitheatrum mitti fecit: ꝛ leenã ei laxari. Illa vero ſci pedibus prouoluta euꝫ oĩno non tetigit: inde dimittit̃ eidem leo ferociſſimus: qui ipſe mitiſſim⁹ effectus ſcũm pedibus amplexat̃. Propter quod multi ĩ gentiliũ in dño crediderunt. Ortaqꝫ ſeditione inter paganos ꝛ ↄuerſos ad chriſtũ plus q̃ quingẽti de populo interfecti ſũt. Quod imperator videns eleutheriuꝫ decollari ꝓcepit. Mater vero eius antias q̃ eum ſecuta fuerat: dum ſuper corpus filij deflẽdo corruiſſet: deprehenſa ab hadriano ꝙ chriſtiana eſſet: ab eodem ꝛ ipſa pariter decollatur. Quorum corpora ciues apulie ad eorum ciuitatem tranſlata ibidem honorifice condiderunt. Qui paſſi ſunt. xiiii. calendas maii.

¶ De. ſ. apollõio ſenatore ꝛ m̃. C. LXIII.

Pollonius ſenator romane vrbis cõmodo imꝑatori a ſcõo proditus ꝙ xp̄ianus eſſet. Juſſus quoq; vt fidei ſue rationem redderet: inſigne volumen xp̄ianitatis compoſuit: quo in ſenatu recitato ſententia eorũ pro xp̄i fide penã capitalẽ excepit xiiii cal. maij. Hec Hieronym⁹ ꝺ illuſtrib⁹

¶ De ſcõ apollonio abbate. Ca. LXIIII.

Pollonius abbas habitauit in ſpelũca in finibus hermopolis pater quīgẽtorũ monachorũ: hĩ ānoꝝ. xv. ſeceſſit ad eremũ ⁊ .xl. annis ibi ↄuerſatus eſt: cui ſemel dñs apparẽs dixit: vt mitteret manum in ſinum ſuum ⁊ quicquid cõprehenderet ↄſtringeret: ⁊ ſub harena obrueret. Ille vero puiſſimũ ethyopem tenuit: qui ſe demonẽ ſupbie ſpiritũ eſſe dixit quẽ ille in harenã demerſit. Factaq; eſt vox ad eum de celo: ꝙ exinde queq; petita obtineret. Cum aũt die paſche paucos panes ⁊ olera ſicca ad refectionẽ haberet: dixit fratribus ſuis vt quiſq; quod vellet a domino poſtularet. Premiſſaq; oratione ab omnibus omnino incognitis ⁊ inuiſis poma ⁊ fructus omnium generꝯ alias in partibus illis nunq̃ reperta miri ſaporis apportantur paneſq; candidiſſimi cum lacte ⁊ aliorum victualiũ copia miniſtrantur. Latoribus vero ſubito nuſq̃ comparentibus cibaria illa fratribus vſq; ad pentecoſten ſatis fuerunt. Cuidam quoq; fratri petenti ſibi a deo dari humilitatis ⁊ manſuetudinis gratiam: quod petierat impetrauit. ¶ Orta maxima fame: multos locorum illorum habitatores cum paruulis ⁊ coniugibus ad ſe recurrentes: tribus ſolis ſportulis panum que vix ad eſum fratrum vno die ſufficerent per quattuor menſes indeſinenter ſubſtentauit. ¶ Cum quidam ei⁹ carnalis frater a iuliano imperatore captus eſſet. acceſſit ad conſolandum eum ⁊ a tribuno repertus cum eodem incluſus eſt: media autem nocte angelus ianuas apperuit: ⁊ luce deſuper infuſa celeſti omnes detẽtos liberauit. Qui poſtmodum predicans multos chriſtianos confortauit ⁊ iuuenem nomine philemonẽ ſe deridentem ad xp̄m conuertit. Et poſt multas exortationes pluribus factas ad eremum rediit: ⁊ in ſancta conuerſatione vitam finiuit. Hec heraclides.

¶ De. ſ. Apollonio ↄfeſſore. Cap. LXV.

Pollonius cõfeſſor cũ nullam artem ſciret: cibaria ⁊ medicamĩa laborantib⁹ ex ꝓp̄a pecunia ↄparabat ſingulaq; ↄmonaſteria vſq; ad horam nonam quaſi quotidie circuibat: ⁊ languentibus miniſtrabat. Hec heraclides.

¶ De. ſ. Leõe papa nono ⁊ ↄf. C. LXVI



Leo papa huius nois nonus natiõe allemãn⁹ de lothoringia damaſo ſcõo romano pontifici in ep̄atu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. v. menſes ij. dies. vi. romani eni ex praua conſuetudine: poſtq̃ ab imperatore henrico .ii. petiſſent ſibi pontificem dari: cum nullum teutonicoꝝ: vt hoc reciperet: poſſent inducere epiſcopũ tulleñ. brunonem nomine virũ ſimplicẽ ad hoc inclinarunt. Qui ad vrbem veniens: ⁊ ex hoc conſciẽtiam habens omnino reſignauit. Et denuo ab oib⁹ elect⁹ q̃uis ſatis renitens tandem multa populi inſtantia acceptauit: ⁊ vocatus eſt leo ipſius nominis nonus. Hic ſanctiſſime vite vir extitit: et pauperibus largas elemoſynas prebens cunctis munificus admodum fuit.

¶ Hic etiam ex deuotione beati marci euā
geliſte corpus venetias veniens viſitauit
anno dñi. M.l. ¶ Hic prim⁹ inter roma-
nos pontifices ad ſuggeſtionem quorūdā
ſannitum contra normanos: qui apuliā
⁊ terras eccleſie inuaſerant arma cepit:
⁊ cum allamanis quos ſibi iperator dire-
xerat hoſtibus occurrit. Quod q̄uis ſan-
cto zelo fecerit eidem tamen male ſucceſ
ſit: eo q̄ multos de ſuis in bello perdidit:
⁊ ſine effectu ad vrbē rediit. Quod ideo
ipſi contingit: quia id non eius erat officij:
neq̄ hoc illi permiſſū fuerat a dño qui ad
pacē venerat ſuoſq̄ magis vt ab aliis pa
terentur q̄ vt alios perſequerētur premo
nuerat. ¶ Sanctus vero pontifex graui
languore detētus die tertio ante eius obi
tum ad ſe omnes epiſcopos ⁊ clericos cō
uocauit: eoſq̄ in ſancte fidei religione
commonuit ⁊ qualiter die tertia migra-
turus erat prout per viſionem a domino
habuerat eiſdem prenunciauit. Altero
vero die in lecto decumbens ad eccleſi-
am apoſtolorū principis ſe deportari iuſ
ſit: vbi ⁊ ſepulchrum ſuum marmoreum
deferri voluit. Et de lectulo ſurgens duo-
bus epiſcopis eum ſubſtentantibus ipſe-
met ad ſepulchrū acceſſit illudq̄ bñdixit
⁊ ad lectulū rediit. Tota quoq̄ ipſa die
et nocte pplm̄ ↄgregatū ſalutiferis ſermo
nibus admonere non ceſſauit. Die vero
tertia de mane conuocatis epiſcopis ⁊ cle
ro: miſſā ſibi celebrari fec̄. Deinde cōmu
nionem ſacram ſuſcepit. Et erectus in le-
ctulo ſuo proſpiciens ad crucem diutius
pro ſe ⁊ omni chriſtiano populo orationē
fudit: morq̄ ſupinus rediens quaſi ſuaui
ſomno ſoporatus feliciter ſpiritū emiſit.
Tunc omnes campane per vrbem per ſe
ipſas ſonare ceperunt. Eadē hora alber-
tus ⁊ v. alij de tuderto in ipſa ciuitate vi-
derunt ſtratam palliis innumeris ornatā
⁊ coruſcam lampadibus: per quā leo pa
pa ducebatur ad celum. Et inuenerūt eū
eadem hora e corpore migraſſe. Et cō-
currente omni populo ipſo die ſepulture
ſue: deus per eum multa miracula oſten-
dit. Nam demoniacus quidam qui. ix. an
nis obſeſſus fuerat liberatus eſt. Alius q̄
erat cecus ⁊ mutus ac ſurdus videndi ⁊
audiendi ac loquendi facultatē accepit:
multi quoq̄ alij a diuerſis infirmitatibus
curati ſunt. Sepultuſq̄ eſt in eccleſia beati
petri manifeſtis miraculis clarens. Quie
uit autem in domino. xiii. calen maij. an-
no domini. M.liiij.

¶ De. ſ. Timōe diacono ⁊ m̄. C. LXVII

Timon diaconus ⁊ martyr
de. vij. primis ab apoſtolis
electus eſt: vt habetur act.
vi. Qui primus apud bero-
am doctor reſedit. Ac dein
de verbum domini diſſeminans venit co
rinthum. Ibiq̄ a iudeis ⁊ grecis vt tradi
tus flammis iniectus: ſed nihil leſus eſt.
Dehinc cruci affixus martyriū ſuū ipleuit
xiij. cal. maij. Hec hieronym⁹ in martylo.

¶ De. ſ. Timone epo ⁊ m̄. Ca. LXVIII.

Timon epiſcopus ⁊ mar
tyr apud arabiam paſſus
eſt: q̄ ex diaconat⁹ ordi-
ne ad pontificatū vrbis
veſegorine: que ciuitas
eſt arabie electus ē. Qui
pro confeſſione nominis
domini flammis combuſtus martyrio ex
titit coronat⁹: ⁊ i ipſa ciuitate reconditur.

¶ De ſctis Sulpicio ⁊ Seruiliano mar-
tyribus. Cap. LXIX.

Sulpicius ⁊ ſeruilianus
rome paſſi ſunt. Qui pre-
dicatiōe ⁊ miraculis fla-
uie domitille ad fidem
chriſti cōuerſi ſunt: que
etiam ſponſas eorum
theodoram ⁊ euphroſy-
nam ad agnitionem chriſtiane veritatis
⁊ perſeuerantiam virginitatis ↄuerterat.

Qui ambo ſub perſecutione traiani imperatoris prefecto vrbis aniano detenti: cum ſacrificare nollent capite plexi ſunt. Sepulti a chriſtianis in predio eorū via latina ſcdo miliario ab vrbe.xij.cal. maij.

¶ De ſancto Marcellino epiſcopo ⁊ confeſſore. Ca.LXX.

Marcellinus primus eps ebredunē. ciuitatis fuit: q̄ diuino iuſſu cū ſociis ſuis domino ⁊ vincentio ex aphrica veniēs maximā partem alpiū maritimarū verbis ⁊ ſignis admirandis: qbus vſq3 hodie refulgent: ad fidem chriſti ↄuertit. Hic inter cetera virtutum eius pconia a deo obtinuit: vt baptiſterium quod ipſe in eadē ciuitate ↄdiderat: ſingulis annis in ſabbato ſcō aquis diuinitus ⁊ ſubito repleať: ⁊ per ſepte3 dies paſche aqua exuberante plenum pmaneat: qđ vſq3 in diem hodiernū ibidem apparet. In eademq3 ciuitate quieuit in pace vbi ⁊ ſepultus eſt duodecimo calē. maij. Socij vero eius confeſſores chriſti in domino dormierunt apud clunenſium vrbem conditi. Hec ado.

¶ De ſancto Uictore epō. Ca.LXXI

Victor carthagineñ. epiſcopus floruit tpe anaſtaſij iperatoris: q̄ preclarus virtutibus ⁊ doctrina. Aduerſum arrianos cōpoſuit librū vnū. De pnia librū vnum: in quo viuēdi regulā penitentibus iuxta ſcripturarū auctoritatē inſtituit. Ad baſiliū quendam ſuper mortē conſolatorium librum vnum ſpe reſurrectionis pfectum ⁊ inſtructiōe munitum. Homelias etia3: que a fratribus ſalutis ꝓprie ſolicitis in libris digeſte ſeruanť: qui ⁊.xij.calen.maij carnis debitum ſoluit.

¶ De ſancto Symeone epiſcopo ⁊ ſociis martyribus. Ca.LXXII

Symeon archieps ſeleucie ⁊ ctheſiphontis regaliū vrbiū cum ſociis ſuis apud perſidē martyriū paſſus eſt ſub rege ſapore tpe ↄſtantini: vt dicitur in hiſtoria tripartita: quo tpe armeni ⁊ indi primo ad chriſtu3 ↄuerſi ſunt. Hic tanq̄ regni pditor comprehēſus ferroq3 vinctus in perſidā ductus eſt. De quo crimine purgatus: ſed de chriſtianitate ſuſpectus cum de domino ieſu chriſto libera voce ⁊ conſtantiſſime teſtaretur ⁊ nollet adorare deu3 ſolē carcerari ergaſtulo cum aliis centum: e qbus alij epiſcopi alij preſ byteri alij diuerſorū ordinum clerici erant diebus pluribus maceratur. Ubi a quodā vſtazadis ſeniore eunucho regis nutritore olim amico ſuo viſitatur: que3 ſymeō deſpexit: nec vidē voluit eo ꝙ oli chriſtianus fuiſſet: metuq3 mortis ſolem adoraſſet. Uñ ille ↄfuſus reſipuit: ⁊ ad regem accedēs ſe chriſtianū publice profitens decollatur. Die vō ſequenti que erat paſcene: ſymeon eductus de carcere: cu3 nollet regi ↄſentire: cu3 omnibus ſuis iuſſus eſt piter capite cedi. Inter quos martyres erant abdecalias ⁊ ananias epiſcopi ſenes glorioſi: cum quibus paſſus eſt: ⁊ puſitius artifex regis eo ꝙ vnū de ſenioribus expauentē gladium ↄfortaſſet. Cui pforata ceruice lingua eius inde extracta eſt. Et cum eiſdē etiam paſſa eſt quedā ſilia pfati puſitij ſacra virgo: qui paſſi ſūt vndecimo calendas maij. Hec in tripartita.

¶ De ſanctis Oratore preſbytero ⁊ ſociis martyribus. Ca.LXXIII.

Orator preſbyter: fortunatus: felix: ⁊ ſilinus atq3 vitalis martyres apud alexandriam paſſi ſunt. Qui multo tempore oneroſis vinculis afflicti ⁊ duriſſima inedia macerati in carcere ↄeuerūt.xj.cal.maij. vt dicit ado.

¶ De.ſ. Sothero papa ⁊ m. C.LXXIIII

Sother papa ⁊ martyr natione cãpanus ex patre cõcordio de ciuitate fundana aniceto pape in pontificatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos nouẽ mẽſes.iij.dies.xxi. Hic cõſtituit: vt nulla monacha pallas ſacratas tangeret: nec incenſum in eccleſia poneret: ⁊ vt velum portaret. Conſtituit etiã: vt legitima nõ habeatꝰ vxor: niſi per ſacerdoteꝫ fuerit benedicta ⁊ a parentibꝰ ſolẽniter tradita: ⁊ a paranymphis cuſtodia: cauens multis piculis que circa matrimonia cõtingere ſolẽt. Huius temporibꝰ cataphryge heretici ſunt exorti a phrygia prouincia vnde habuerũt originem denominati: qui ſpiritũ ſanctũ nec apoſtolis nec alijs datũ aſſerunt niſi ipſis. Quoꝝ auctores fuerunt montanus pſ byter: priſca: ⁊ maximilla. hic fecit ordinationes tres per menſem decembrium preſbyteros octo diacones nouem epiſcopos per diuerſa loca numero vndecim. Qui ſub ſeuero principe martyrio coronatꝰ ẽ. Sepultuſq; ẽ in cimiterio calixti via apia decimo calen.maij. Et ceſſauit epiſcopatus dies.xxij.

¶ De ſcõ Caio papa ⁊ mar. Ca.LXXV.

Caius papa ⁊ martyr natõe dalmatinus de genere diocletiani imperatoris frater gabini preſbyteri de quo ſupra actum eſt.xi. calen. martij ex patre gallo eutychiano pape in epiſcopatu romano ſucceſſit. Seditq; annos.xi.mẽſes.iiij.dies.ix. Hic cõſtituit vt omnes ad ordines in eccleſia ſic aſcenderent: vt ſiquis dignus fuiſſet: primo hoſtiarius: lector: exorziſta: acolythus: deinde ſubdiaconus: ⁊ diaconus ac preſbyter. Deinde vero epiſcopus ordinaretur. Hic conſtituit paganos ⁊ hereticos vel iudeos non poſſe chriſtianos accuſare aut vocem eis infamationis inferre. Item ſtatuit vt nemo epm aut clericos apud iudices ſeculares accuſare preſumeret. Hic etiam rome regiones diuiſit diaconibus: vt geſta martyruꝫ perquirerent ⁊ conſcriberẽt ac etiam alia negocia eccleſiaſtica pertractarent. Hicq; fecit ordinationes.iiij.per menſeꝫ decembriũ preſbyteros.xxv.diacones.viij.epõs p diuerſa loca numero.v. Qui fugiens perſecutioneꝫ diocletiani in cryptis habitando martyrio coronatꝰ. Et ſepultus ẽ in cimiterio calixti via apia.x. calen.maij. Et ceſſauit epiſcopatus dies xi. Hic contra hereticos epiſtolam edidit de verbi dei incarnatione fidem catholicam continentem.

¶ De ſcõ Caio pſ by. ⁊ cf. Ca.LXXVI.

Caius preſ byter ⁊ cõfeſſor rome claruit ſub tempore zepherini pape. Qui ſapiẽtia preditus aduerſus pculum montani ſectatorẽ inſignem habuit diſputationeꝫ quã in vnũ redegit volumẽ. In qua inter cetera ſcribit epiſtolam pauli que inſcribitur ad hebreos eiuſdem non fuiſſe: quã etiaꝫ apud romanos quaſi pro ſua nõ haberi vſq; ad ſua tempora beatus ſcribit hieronymus: qui eundem caium inter illuſtres ſuo libro cõmemorat.

¶ De ſcõ Leõe papa prio. Ca.LXXVII



Leo papa huius nominis primꝰ natiõe tuſcus ex patre quintiano ſixto.iii.pape i epãtu romano ſucceſſit ⁊ ſedit ãnos.xxi. menſes.i.dies.xxvii. Hic poſt cladẽ vandalorum renouauit omnia ſacra miniſteria argentea. Cuius tpe quarta ſynodus chalcidoñ.dcxxx. epoꝝ celebrata eſt inſtãtia leonis pape mãdante martiano imperatore. In qua eutyces conſtantinopolitanus abbas ⁊ dioſcorꝰ alexandrinus epẽ q

dicebant vnam verbi dei ꝛ hominis eſſe naturam damnati ſunt. Et rurſum neſtorius ꝛ eiꝰ error dãnatus eſt: ꝛ diffinitum eſt predicari in chriſto duas naturas dei ꝛ hominis ꝛ vnam perſonaꝫ. Hic leo ſanctiſſimus cum contra ſabianum ꝛ eutycetem epiſtolam ad dictum chalcidonenſe concilium ſcripſiſſet eandem anteq̃uam mitteret epiſtolam ſuper altare ſancti petri apoſtoli ponens: ꝛ per dies quadraginta ieiunijs ꝛ orationibus inſiſtens rogauit apoſtolum: vt ſiquid eẽt in eadeꝫ epiſtola emendandum ad fidei propter quã ſcript.. erat informationeꝫ ipſe corrigere dignaretur. Quod ꝛ factum eſt. Nam in fine .xl. dierum inuenit epiſtolaꝫ in omnibus ad propoſitum emendatam. Hoc ipſum beato ſibi reuelante apoſtolo. ¶ Huius pape manum cum quedaꝫ femina cõmunicando cum aliis die paſche oſculata eſſet: tantam ex hoc tentationeꝫ in carne concepit: vt manuꝫ que occaſio fuerat ſcãdali amputaret: verum cum tumultꝰ contra eum inualeſceret: eo ꝙ nõ celebraret ipſe in anguſtia conſtitutus beate marie virgini ſe cõmiſit. Cui vigiliis ꝛ orationibus intendenti beata virgo manũ portãs viſibiliter apparuit: ꝛ ſibi ſuam manũ appoſuit. De quo non ſolum ſanctus pontifex gratias egit: ſed etiam miraculum frequenter publice predicauit. ¶ Cum aũt atila rex hũnorum italiam vaſtaret: ꝛ per triennium aquileiam obſidens cepiſſet. ꝛ ferro ac igne ipſam cum multis aliis ciuitatibus conſumpſiſſet: timens leo ſanctus ne romam veniens idem faceret eidem occurrit: vbi circa padum morabatur: ꝛ non ſoluꝫ rome ſed etiam totiꝰ italie ſalutem reportauit. Et mirantibꝰ barbaris cur ſic honorifice atila papam contra conſuetudinem recepiſſe: ꝛ in omnibus exaudiſſet: reſpondit quẽdam vultu terribilem pape aſtitiſſe: ꝛ mortẽ ſibi cõminantem niſi ei in omnibus obediſſet. Unde ſtatim de italia exiens pãnoniam rediit. Sanctus auteꝫ pontifex cum eſſet apud ſenonũ galliarum ciuitateꝫ in domino quieuit .x. calen. maij. Et corpus eius romaꝫ tranſlatum ſepultum eſt in eccleſia ſancti petri apoſtoli. ¶ Hic ſcripſit epiſtolam martiano auguſto eiuſq̃ coniugi pulcherrime omneꝫ fidem exponens. Et miſit epiſtolas ad flauianum epm conſtãtinopolitanũ .viii. Inter quas ſcripſit vnã preclaram aduerſus eutycetem de incarnatione domini in qua eius blaſphemiã redarguit. Scripſit ꝛ aliam epiſtolam ad chalcidoneñ. concilium de qua ſuperius actum eſt.

¶ De ſcõ agapito pp̃. ꝛ cõf. C. LXXVIII

Agapitus papa huius nominis primus natione romanus ex patre gordiano presbyter cardinalis eccleſie ſanctorum ioannis ꝛ pauli ioãni pape ſecũdo in epiſcopatu romano ſucceſſit ꝛ ſedit annum .i. menſes .xi. dies xviii. Hic cõſtituit proceſſiones fieri diebus dominicis. Anno vero iuſtiniani imperatoris .vi. theodoricꝰ rex italie ꝛ oſtrogothorum reginam amalaſuntã matrem athanarici regis in exilium duci ꝛ in balneo ſtrangulari fecit: propter quod timẽs iram imperatoris: agapitum papam conſtantinopolim direxit quatenus ſibi ipunitatem a principe impetraret. Cui adhuc in via exiſtenti in partibus greciaruꝫ oblatus eſt mutus ꝛ claudus curandus: qui nunquam neq̃ loqui neq̃ ambulare potuerat: pro quo ſanctus põtifex orationem fudit: ꝛ miſſarum ſolẽnia celebrauit: qua miſſa peracta claudo manuꝫ porrigens mox illum erexit: ꝛ dum in os eius credentis corpus dominicũ poſuiſſet: eidem lingue vſum cõtinuo cõceſſit: vt dicit gregorius .iii. dial. cap. iij. ¶ Ueniẽs igit̃ ad imperatorẽ cũ gloria ſuſceptus eſt. Cum quo collocutiõe habita de fidei integritate:

repperit eum eutycetis errore maculatū:
a quo primitus graues minas accepit: vñ
& eidē ſanctus antiſtes tale verbum pro
tulit: ꝙ deſiderauerat videre iuſtinianū:
& inuenerat diocletianum. Diſputatione
tandem habita imperatorem ad veritatis
catholice confeſſionē reuocauit: multos
quoq; eadem hereſi infectos conuertit.
Antoninum quoq; eiuſdem vrbis regie
epiſcopum ipſius hereſis defenſorem pu
blice conuictum a cōmunione priuauit:
quem ad eius inſtantiā imperator in exi/
lium miſit: mennāq; virum catholicū ei-
dem eccleſie prefecit. Omnibus quoq; q̄
popoſcerat plenius obtentis: beatus pon
tifex langore preſſus ibidem occubuit. x.
calen. maij. Cuius corpus loculo plūbeo
reconditum romāq; tranſuectū ſepultū
eſt in baſilica beati petri.

¶ De ſcis. xvj. milib᷑ mar. Ca. LXXIX.

Sedecim milia martyres:
vt dicit hieronymus paſſi
ſunt apud perſidam ſub ſa
pore rege perſarum. Qui
eiuſdem iuſſu in omnibus
ciuitatibus regni ſui eadē
die qua paſſio domini eodē anno occur-
rebat. ſ. die paraſceue a paganis tēti quot
quot xpiani inuenti ſunt per diuerſa ſup-
plicia vſq; ad prefatum numerū trucidati
fuerunt. Numerus quoq; occiſoꝝ in ſcri/
ptis regi oblatus ad predictā ſummā de-
ueniſſe coptus eſt. In quib᷑ multi ex re-
galibus interfecti fuerunt: inter quos fuit
azarius eunuchus regi gratiſſimus: & que/
dam regina ſoror ſymeonis epiſcopi no-
mine tarbula cū quadam pediſſequa ſua
ſtipitibus affixe ſerra ſecate ſunt. Eodem
etiam die paſſus eſt nichor eṗs cum ma-
rea diacono & clericis circa. ccl. & l. mona
chis ac ſacris virginib᷑ plurimis: nec non
mileſius olim miles perſaꝝ iclytus: qui
relicta militia in ciuitate perſica eṗs fue-
rat ordinat᷑. Acepſima quoq; eṗs & iaco-
bus pſbyter ſuus & alij religioſi viri q̄ꝫ plu
res. Qui oēs eodem die per diuerſa loca:
vt dictū eſt ex diuerſis ſupplicijs interie-
runt: videlicet decimo calendas maij.

¶ De ſanctis Parmena preſbytero & ſo/
cijs martyribus. Ca. LXXX.

Parmenas & elimas et
chryſotellus preſbyteri
& lucas ac mutius diaco
ni ſub decio ceſare apd̄
cordubam perſaruꝫ ci/
uitatem paſſi ſunt. Qui
omnes vna cum pollo-
chronio eṗo tenti ſunt in ciuitate perſaꝝ
babylonia ab eodem decio & plurib᷑ die-
bus in carcere detenti. Decius quidē pol
lochronium decollari iuſſit: vt in eius paſ
ſione ſuperius actum eſt. xiij. calē. martij.
Parmene vero linguaꝫ precidi fecit: qui
nihilominus expedite vt prius loqueba-
tur. Poſt hec peragrans decius ad cordu
bam ciuitateꝫ parmenā & ſocios preſby/
teros ac diacones vinctos catenis ſecum
adduxit: quos ibidem ſibi preſentatos &
diis imolare libamia recuſantes i equu-
leo leuari fecit. Et cum diu torti deo gra-
tias agerent: mirabatur ceſar parmenam
abſciſa lingua loquentem artiq; magice
deputabat: & fecit eos lampadibus exuri:
laminaſq; ardentes eoꝝ lateribus appo-
ni: atq; vnguib᷑ lacerari. Que omnia ſan
cti martyres voce celica confortati conſtā
tiſſime ſuperarunt. Tūc eos equuleo de/
poſitos fecit decius omnes pariter decol
lari. Quoruꝫ corpora ſancti abdon & ſenē
ſubreguli rapuerunt: & in ṗdio ſuo iuxta
ciuitateꝫ cordubam ſepelierūt. Qui paſſi
ſunt. x. calen. maij.

¶ De ſcō Epipodio mar. Ca. LXXXI

Epipodius martyr apd̄ lu/
gdunū gallie paſſus ē: qui
ꝑſecutione antonini ver
imperatoris poſt glorioſos
quadragintaocto martyꝝ

agones: de quibus infra dicet̃. viij. calen.
maij cū alexandro chariſſimo collega ſuo
detentus ⁊ in carcerē cum eodē miſſus
eſt. Ipſo vero alexandro inter ea in cuſto
dia vinculato epipodius eductus cū xp̄m
dn̄m confiteret̃: pmo pugnoꝝ ictib⁹ ore
ceſus: deinde in equuleo tortus nouiſſi-
me martyriū capitiſq; abſciſione compleuit
decimo calendas maij.


¶ De ſcō Georgio mar. Ca. LXXXII.



Georgi⁹ martyr ciuitate cappa
docia oriundus ab in-
fantia chriſtianus tri-
bunus militū fuit tpe
diocletiāi ⁊ maximia-
ni impatoꝝ. Erat tunc
tpis in prouincia libye
iuxta ciuitatem lyſiam ſtagnum ad inſtar
maris: in quo draco ingens latitabat: qui
populum armatū contra ſe venientē in fu
gam vertebat: ⁊ ad muros vrbis veniens
flatu multos perimebat. Quapropter cō
pulſus populus duas oues quotidie ei da
bant: ⁊ ſic eius furorē ſedebant. Cū igit̃
oues deficerent: ouem cū hoīe adiuncto
tribuebant: ⁊ ſortibus miſſis cunctorum
ciuium filios ⁊ filias ei dabant: ſorſq; ne-
minē excipiebat. Conſumptis igit̃ pene
oībus ciuium natis filia regis vnica ſorte
deprehenſa ē: ⁊ draconi adiudicata. Rex
autem auri ⁊ argenti copiā populo offe-
rebat vt filiā eius admitterent: populus
vero furens regi reſpondebat. ꝙ omnes
filij eoꝝ extincti fuerant ⁊ ꝙ ipſe rex hoc
edictū poſuerat vnde filiam eius ab hac
lege imunem nullatenus eſſe volebant.
Alioquin regem cū palatio ⁊ omni fami-
lia incenſuros cōminabantur. Cum autē
multis precibus rex ab eis ſpatium octo
dierū obtinuiſſet: vt interim filiam ſuam
lugere poſſet: cōpulſus tandē filiā regali-
bus indutā eis tradidit quā populus ex-
tra muros draconi expoſuit: omni popu-
lo ſup muros ad ſpectaculū concurrēte.
Quam cū ſanctus georgius illac tranſitū
habens flentē vidiſſet: ⁊ quid haberet in
terrogaſſet. Illa fletus ſibi cām explica-
uit: ⁊ vt velociter abiret: ne vna ſecū pe-
riret admonuit: quā ſanctus miles horta
ri cepit eāq; in chriſti noīe ſe iuuaturū ob
tulit. Illa vero ecōtra: vt abiret ſuadebat eo
ꝙ ipſum ſecū periclitari nolebat. Dū hec
loquerent̃ ecce draco caput de lacu leua-
uit. Georgius vero cōfeſtim equū aſcēdit
⁊ cruce munitus audacter draconem im
petijt: ⁊ lanceā vibrans ſeq; deo cōmen-
dans ipſū grauiter vulnerauit: ⁊ ad ter-
ram deiecit. Deīde educto enſe caput ei⁹
vno ictu amputauit: quē quattuor paria
boum vix traxerūt ad ignē populus vero
viſo tanto miraculo ad p̄dicationē beati
georgij xp̄o credidit: ⁊ baptizata ſunt de-
cem milia viroꝝ exceptis paruulis ⁊ mu-
lieribus. Rex vero eccleſiā in honore dei
genetricis mire magnitudinis cōſtruxit:
de cuius altare fons emanat viuus cuius
potus oēs languidos ſanat. Inſup infini-
tam pecuniā ſancto obtulit quam ille acci
pere nolens pauperibus dari fecit: ⁊ rege
ac populo diligēter admonitis inde receſ
ſit. ¶ Cum aūt beatus georgius in ciuita-
te militena tribunatus officio fungeret̃: ⁊
dacianus quidā preſes chriſtianos vltra
modum perſequeretur. Georgius oīa ſua
pauperibus diſtribuit: militarē habitum
depoſuit: chriſtianū aſſumpſit: ⁊ ad p̄ſidē
accedens oēs deos gentiū demonia ex-
clamauit. Cum aūt preſes illum in chriſti
fide conſtantiſſimū repperiſſet: eūq; ad ſe
inclinare nō poſſet: iuſſit eum primo fuſti
bus cedi. Deinde in equuleo leuari: ⁊ mē
bratim corpus eius vngulis laniari appo
ſitis in ſup ad latera eius facibus paten-
tibus viſcerū rimis ſale plagas ei⁹ fricari
fecit: ⁊ ſic in carcerē trudi: vbi xp̄o domi-
no ſibi apparente cōfortat̃ eiuſq; vulnera

ſolidantur. Quod cum diaconus die ſe-
quenti vidiſſet: magum aduocauit q̇ ma-
giam Georgij ſuis artibus ſuperaret. Jlle
vero bis venenum peſſimū vino miſcuit:
qđ ſanctus ſigno crucis edito ſine vlla le-
ſione tam primo q̄ȝ ſecundo deguſtauit.
Quod magus ille cernens veniā petit: ⁊
in xp̄m credens a preſide capitaleȝ ſñiam
accepit. ¶ Poſt hec georgiū fecit in rota
ligari gladijs acutis vndiq̧ circūſepta: ſȝ
ſtatim oratione fuſa rota frangit̄ ⁊ ſanct⁹
illeſus penitus inuenit̄. Quod cū quidaȝ
magiſter militū noīe magnētius aſpexiſ-
ſet: cum omni officio ſuo credidit: quos
oēs ſimiliter dacianus decollari manda-
uit. Georgium vero iteruȝ in cuſtodia re-
cluſit. Ad quē veniens vidua quedā filiū
ſuū cecum mutū ſurdum ⁊ clauduȝ eideȝ
obtulit: quē ſanctus in chriſti nomine ab
omni paſſione curauit ⁊ ipſum cuȝ matre
⁊ alijs multis ad xp̄m cōuertit. Quod cū
dacianus audiſſet ip̄m eductum coraȝ ſe
p̄ntari fecit ⁊ hortabat̄ vt ſacrificaret. Cui
georgius r̄ndit: q̄ ſi omnis populus cōue-
niret ipſe ad templū apollinis accederet:
vt eius oīpotentiā coram multitudine cō-
probaret. Juſſu ergo p̄ſidis ꝯuenit oīs po-
pulus ciuitatis. Sanctus vero martyr tē-
plum ingreſſus apollini mādauit: vt q̄lis
deus eſſet manifeſtius explicaret. Qui ſe
⁊ oēs deos gentiū demones eſſe aſſeruit:
ad hoc intēdentes vt animas hoīum deci-
piant ⁊ ad inferna demergant. Statimq̧
ignis de celo cecidit: ⁊ omnia idola cū ſa-
cerdotibus cōcremauit. Tunc iratus pre-
ſes iuſſit ſartaginē pice ⁊ ſulphure liqueſa-
ctis plenā adduci: ⁊ georgiū intus iactari.
Angelus vero domini de celo deſcendit:
⁊ igne extincto ſartaginē tepefecit: ⁊ ſan-
ctus illeſus p̄manſit. Quod videns alexā-
dria vxor preſidis xp̄o credidit ⁊ virū de
impietate redarguere cepit. Quā ille per
capillos fecit ſuſpendi ⁊ duriſſime cedi.
Et dum cederet̄ emiſit ſp̄m. Sequenti
vero die preſes iuſſit georgium miſſo fre-
no in ore eius per totam ciuitateȝ trahi: ⁊
poſt hec extra ciuitatē adduci ⁊ ibidē de-
collari. Qui oīone ſua voce ſibi de celo la-
pſa a domino impetrauit: vt quicūq̧ ei⁹
implorarent auxilium petitionis ſue con-
ſequerent̄ effectū. Sicq̧ capitis abſciſio-
ne martyriū conſumauit: circa annos do-
mini. ccxcj. nono calen. maij. Dacian⁹ ve-
ro de loco ī quo ſñiam p̄tulerat domū re-
diens igne celeſti cū miniſtris cōſumpt⁹
eſt. ¶ Huius martyris legenda in niceno
cōcilio inter apocripha cōnumerat̄: eo q̄
in eius martyrio multa diuerſitas inueni-
tur taȝ ex parte loci q̄ȝ ex parte modi ⁊ tā
ex parte temporis q̄ȝ ex parte iudicis. Nā
in calendario bede dicit̄ q̄ paſſus eſt in
perſida ciuitate dioſpoli que pri⁹ lyda di-
cebatur. Et eſt iuxta ioppem. Alibi q̄ paſ-
ſus ſit ſub diocletiano ⁊ maximiano īpe-
ratoribus. Alibi q̄ ſub diocletiano impe-
ratore perſarū preſentib⁹ ſui imperij regi-
bus. lxx. Alibi q̄ ſub daciano p̄ſide in ciui-
tate militena imperatorib⁹ diocletiano ⁊
maximiano. Ex diuerſis igitur legēdis ea
que magis autentica videntur: circa eius
martyriū ⁊ miracula oſtenſa hic collecta
ſūt: mltis diſſonis ⁊ īcredibilib⁹ omiſſis ⁊
diuerſitatib⁹ p̄ poſſe ad ꝯcordātiā r̄ducti.

¶ De ſcō Malachia p̄pheta. Ca. lxxxuij.



Malachi-
as p̄pheta poſt regreſ-
ſum populi iudeoꝝ de
captiuitate babyloni-
ca natus ē in iudea in
ſophim: quē quia opti-
me vite fuit ⁊ aſpectu
decorus: populus ap-
pellauit eum malachi. i. angelus. Quem
quidaȝ ex hebreis autumant fuiſſe eſdraȝ
ſcribam: qui ex cognomine dictus fuerit
malachias. i. angelus dei. Sed hec opinio
a ioſepho reprobatur eo q̄ vt dictuȝ eſt:

malachias poſt populi reuerſionem in iudea natus eſt. Tradunt etiā: ꝙ quecunq̄ prophetice dicebat: eadē die angelus dei apparens populo reiterabat. Dirigit autē eius ꝓphetia precipue ad ſacerdotes: qui increpant a domino per os ꝓphete: eo ꝙ ſacerdotalis muneris gratiā cōtemnētes circa ſacrificiorꝫ exhibitionē in offerendis hoſtiis vitioſis ꝛ maculoſis legem dei preuaricabant. Reliqua aūt que eius lectiōe cōprehenſa ſunt preuaricationem populi iſrael in obſeruādis mādatis dei: increpationem quoq̄ populi qui deos alienos coluerunt ſignificāt: nomen quoq̄ domini altiſſimi magnū predicatione apoſtolica futuruꝫ in gentibus ab ortu ſolis vſq̄ ad occaſum manifeſte prenūciat. Propheta uit aūt tēpibus eſdre ſacerdotis ꝛ neemie ſub artaxerxe perſarū rege: poſtq̄ tēplum domini in hieruſalem fuerat edificatuꝫ. Et mortuus eſt: dum adhuc iuuenis eſſet eſdra iam ſacerdote humanis exempto neemia adhuc ſuperſtite. Sepultuſq̄ eſt in agro proprio in ſophim que ciuitas eſt iudee dicta poſtmoduꝫ ramatha ſiue arimathia. Dormiuitq̄ in dn̄o. ix. calē. maij. Hec ioſephus ꝛ hieronymus ꝛ ex hiſtoria ſcholaſtica comeſtoris. Hic enim ꝓpheta vltimus in numero. xij. reperitur: qui eccleſiaſtici. xlix. in ſanctorum patrum catalogo deſcribuntur.

¶ De ſanctis Felice preſbytero ꝛ ſociis martyribus. Ca. LXXXIIII.

Felix preſbyter fortunatus ꝛ archileus diaconi ꝛ martyres a ſancto hyreneo epiſcopo lugduneñ. ad vrbem valentiam que eſt ciuitas hiſpanie ad predicanduꝫ miſſi: maximaꝫ partē eiuſdem vrbis cōuerterūt ad xp̄m. Inde a duce cornelio in carcerem miſſi: deinde in ꝯfeſſione nōis xp̄i neruis duriſſime ac diutius verberati: ac poſtmoduꝫ vinctis poſt terga manibus rhenib⁹ cruribuſq̄ cōfractis circa rotarū vertiginem aſtricti: vt i ipſis rotis q̄ſi ꝯterī viderēt. Succeſſiue q̄ꝫ equulei extēſiōe ſuſpēſi: fumoq̄ ſubtꝰ poſito die ꝛ nocte itegra vexati Ad extremū gladio ꝯſūati ſūt. ix. cal. maij.

¶ De ſancto Alexandro martyre ꝛ ſociis eius. Ca. LXXXV.

Alexander martyr cū ſociis apō lugdunū gallie paſſus eſt ſub ātonino vero impatore. Quicum ſcō martyre epipodio cōprehēſus ꝛ in carcere cōpeditꝰ: vt dictū eſt ſupra. x. cal. maij die tertio a paſſione ipſius epipodij eductꝰ de carcere: prio crudelitate verberantiū adeo laniatꝰ ē: vt cute ſoluta coſtarum patefactiſq̄ꝫ viſcerib⁹ interiora corporis pāderent: deinde crucis affixus patibulo beatū ſpiritum exanimatꝰ emiſit. Paſſi ſunt aūt cū eo ꝛ alij. xlviij. ſepulti ex vtroq̄ꝫ altaris latere i crypta que in colle ſuppoſito ciuitati pulchro ꝛ antiquo ope cōſtituta ē: qui paſſi ſunt. viij. cal. maij.

¶ De ſcō Melito epō. Ca LXXXVI

Melitus aſianus ſardineñ. eccleſie epūs ioānis euāgeliſte diſcipulus: qui eiꝰ geſta cōſcripſit: tpe marciantonij impatoris floruit: q̄ multa vtilia opuſcula eccleſie dedit. Naꝫ p̄fato p̄ncipi ꝓ xp̄iana religione librū apologeticū ſcripſit. Extare dicūt ꝛ alia: vꝫ d̄ paſcha libri duo. De optia ꝯuerſatōe liber vn⁹. De ꝓphetī liber vn⁹. De eccl̄ia liber vn⁹. De ſenſib⁹ liber vn⁹. De aīa ꝛ corpe liber vn⁹: De lauacro ſiue baptiſmo liber vn⁹. De veritate liber vn⁹. De generatiōe xp̄i liber vnus. De ꝓphetia eiuſdeꝫ liber vn⁹. De hoſpitalitate liber vn⁹. Itē liber qui clauis ītitulat. De diabolo liber vn⁹. De apocalypſi liber vn⁹. Eglogarꝫ libri. vi. Hui⁹ elegā ꝛ declamatoriū igeniū tertullian⁹ cauillat i libris. vii. quos ꝓ mōtano aduerſus eccl̄iā edidit: dicēs illū a pleriſ-

que prophanuz reputari. Quieuit in chri
ſto ſanctus melitus octauo calend. maij.
Hec hieronymus libro de illuſtribus.

¶ De ſctō Marco euang. C.LXXXVII



Marcus
euangeliſta diſcipulus
& interpres petri apo//
ſtoli & eiuſdez in baptiſ
mate filius leuiticus ge
nere & ſacerdos legalis:
diſcipulus apoſtolorum
poſt paſſionem domi//
ni effectus: cum beato petro romam pro
fectus eſt eidem fideliter adherens: Ubi
cum petrus chriſti euangelium predica/
ret: rogatus a fratribus q̄ erant rome: bea
tus marcus breue euangelium ad perpe/
tuam memoriaz: prout ex ore petri audie
rat fideli ſtilo latinoq; ſermone conſcri-/
pſit. Quod videns petrus approbauit: &
eccleſie legendum ſua auctoritate tradi//
dit. Uidens autem petrus marcum in fi
de conſtantem ipſum protoepiſcopū aq̄/
leiam deſtinauit. Quo cum veniſſet mar
cus in ſuburbio ciuitatis repperit iuuenē
leproſum filium vlphi. Quez in chriſti no
mine a lepra mundauit: & ipſum cum pa
tre & omni eius familia ad fidez chriſti cō
uerſos ſacri baptiſmatis vnda perfudit.
Ibi quoq; ſua predicatione infinituz po/
pulum chriſto domino acquiſiuit. Ibi eti
am euangelium ſuum quod alias rome
latinis litteris conſcripſerat: iterum gre
co eloquio exarauit. Quod vſq; hodie in
aquileieñ. eccleſia cum ſede eburnea in
qua ſedens illud ſcripſerat demōſtratur.
¶ Cuz ergo beatus marcus ad magiſtrū
reuiſendum poſt aliquot annos vellet ac
cedere. Hermagoram ciuem aquileieñ.
eius diſcipulum a populo in pontificē ele
ctum romā ſecum adduxit: ipſumq; loco
marci in epm̄ ɔſecratū: beatus petrus ad
gubernandā aquileieñ eccleſiam deſtina
uit: marcū vero diuina admonitiōe ad p̄
dicādum alexandriā miſit. ¶ Tante aūt
humilitatis euāgeliſta domini fuiſſe dici/
tur: vt ſibi pollicē amputaret ne ad ſacer/
dotiū quaſi mancus p̄moueri poſſet: vez
diſpoſitio dei & auctoritas petri preualuit
vt nec ſic amitteret in ope quod meruiſ//
ſet in genere: mox aūt vt ſanctus alexan/
driam veniēs de naui egreſſus eſt: calcia
mentū eius diruptū eſt. Quod cuidā col/
ciſſci noīe aniano iuxta portā ciuitatis ha
bitāti tradidit reſarciendū. At ille calceū
emendans in laborando ſubulo ſiniſtraz
manum grauiter vulnerauit: & pre dolo/
re: vnus deus: voce magna exclamauit.
Cū autem beatus euangeliſta vnius dei
nomen audiſſet gauiſus eſt eo q̄ proſperz
feciſſet dominus iter ſuuz expuēſq; in ter
raz fecit lutū ex ſputo: & in chriſti nomine
vnxit manū viri & ſtatim ſanata eſt. Quez
onianus in domū ſuam introduxit. Inter
rogans q̄s: vel vnde eēt illud nomen qđ
tantaz efficaciā haberet. Cui beatus mar
cus chriſtum dn̄m predicauit & ipſum cū
omni domo ſua baptizauit. ¶ Deinde in
greſſus ciuitatē euangelium predicabat &
omnes infirmitates curabat ac demones
effugabat: etiā mortuos ſuſcitabat. Sicq;
doctrinis & virtutibus īfinitum chriſto po
pulum acq̄rebat. Et vt ſcribunt de eo phi
lo iudeorū doctor & papias epūs hieropoli
tanus ad tantam p̄fectionem vite chriſtia
nos quos ɔuerterat adduxit: vt vitā apo/
ſtolicam primitiue eccl'ie ſectantes om//
nes communiter viuerent & nemo quic/
q̄ proprium poſſideret: monaſticuz quo/
q; ordinem primus egyptiis tradidit: & ſa
cre profeſſionis regulam multis inſtituit.
Unī & poſtmodū in egypto monachorū ce
nobia & cellule infinite excreuerūt. Sic/
q; ſanctus euāgeliſta oēs pene egypti vr
bes luſtrauit: & in p̄p̄ſis gentilibus verbū
dn̄i ſeminauit. ¶ Uerū cū multi de ciuita
te alexādrie gentiles deorū ſuorū emula

tione ei inſidias poſuiſſent: beatus mar-
cus loco ſui anianum olim calcificez epi-
ſcopum ordinauit: tres quoq; pſbros ſcilz
melitum ſauinum ⁊ cerdonium ⁊ .vii. dia
cones ⁊ alios .xii. clericos eidem ad eccle
ſie miniſterium adiunxit: ⁊ inde occulte
diſcedens pẽtapolim perrexit: vbi ⁊ bien
nio chriſtũ euangelizãs pmanſit. Et mul-
titudinẽ ibidem gẽtiliũ conuertit. eccle-
ſias plurimas fabricauit: ⁊ ordinatis epis
⁊ pſbyteris per ciuitates illas poſt duos an
nos alexandriam rediit. Et cum multipli
catos fideles repperiſſet deo gratias egit.
Pontifices autẽ idolorum eum compre-
hẽdere conabant. ¶ Cum autem in ſolẽ
nitate paſchali que anno illo .xxiiii. die
aprilis occurrit miſſam fidelibus celebra
ret: ⁊ eadem die feſtum ſerapis dei egy-
ptiorum pagani colerẽt: conueniens mul
titudo gentilium ad eccleſiaz que erat iu
xta portuz vbi euãgeliſta dñi ſacra myſte-
ria peragebat: miſerunt funẽ in collo eius
⁊ ipſum per rupes ⁊ ſaxa trahebant ad lo
cum qui dicit bucculi dicẽtes: q trahebãt
bubalum ad loca buculi. Carnes aũt eius
in terram fluebant ⁊ ſaxa inficiebant ſan
guine: veſpere autẽ facto miſerunt eũ in
carcerez: vbi cuſtodibus appoſitis ⁊ no-
cte dormientibus prio angelica viſiõe cõ
fortatus eſt. Deinde circa noctem mediã
ipſo domino chro ſibi cum ingenti lumi-
ne apparẽte: ⁊ pacem ſibi annunciãte: ad
celeſtia regna inuitatur. Mane autem fa
cto funem iterum in collo eius mittunt:
⁊ iterum huc illucq; certatim pertrahũt.
Qui gratias agens deo ⁊ ſpiritum ſuũ do
mino cõmendans beatam chro animam
reddidit. Cum autẽ gentiles corpus eius
vellẽt comburere ſubito aer turbat: gran
do exoritur: tonitrua intonant: fulguraq;
coruſcant. Ita vt cuncti timentes corpus
dimitterẽt. Qđ chriſtiani rapuerunt ⁊ in
loco vbi eccleſiam cõſtruxerat: in loco bu
culi tumularunt: vbi quieuit vſq; ad tẽ-
pus: quo inde ipſum veneti venetias trã
ſtulerunt: vt ſupra dictum eſt: in eius trã
latione pridie calen. februarii. Paſſus eſt
autẽ beatus euangeliſta .vii. cal. maii. Cir
ca annos dñi .lxiiii. videlz octauo neronis
anno. In loco autem per quem tractus
fuit: ſi quis in die paſſionis eius herbã ibi
naſcẽtẽ lacerauerit ſãguinẽ viuũ emittit.

¶ De ſancto Adelberto epiſcopo ⁊ martyre. Cap. LXXXVIII.

Adelbertus epiſcop⁹ ⁊ mar
tyr de partibus ſclauonie
nobilibus parẽtibus nat⁹
ab archiepo parthenopo-
lis nomine adelberto ab in-
fantia educatus et doctus
eiuſq; nomine vocatus eſt. Qui a iuueni-
libus annis elemoſynis ⁊ orationibus ac
ieiuniis intẽtus liberalibus ⁊ catholice fi
dei diſciplinis ĩbutus magiſter fuit ſcho-
larum imperatoris othonis. Defuncto au
tez ſancto epo adelberto: iuuenis ſub epi
ſcopo pragẽ. miles efficit tpalis qui mi-
litiam ⁊ imperatoris curiam ſtrenue gu-
bernabat. Cum autẽ epiſcopus prage ci-
uitatis obiiſſz: ⁊ populus cum clero de ele
gendo paſtore tractaret die quodã domi
nico demon per os cuiuſdam obſeſſi ad
eccleſiam delati clamare cepit: ſed nullũ
timere niſi adelbertum militem: qui ca-
thedram epalem erat aſcenſurus: ⁊ ipſe
ab eodem conſeſtim eiiciendus. Statimq;
vocato adelberto oppreſſus liberatur: et
ipſe in epiſcopum ab omnibus eligit: qđ
dum otho imperator tunc exiſtens vero-
ne audiſſet: gratiſſimum habuit: ⁊ ipſum
continuo cõſecrari mandauit. Qui factus
epus diuinis operibus vacabat: ⁊ predica-
tioni iugiter inſiſtebat. ¶ Sed cum popu
lum vitiis obſtinatum corrigere nõ poſ-
ſet: relicto epatu romã acceſſit ⁊ diſpẽſa-
tione romani põtificis obtenta peregrina
ri ad tempus decreuit: omnibuſq; paupe
ribus erogatis peruenit ad montem caſ-

ſtium: vbi cõſilio fretus abbatis tulli qui
ſcdm regulam ſancti bñdicti cum mona
chis ibidem deo ſeruiebat : acceptis ab eo
epiſtolis romã rediit: ⁊ diſpẽſatiõe papa/
li ad abbatẽ leonẽ acceſſit: a quo ⁊ mona/
chus fcũs fuit: vbi dudũ exiſtens quãdaʒ
illuſtrem dñam romanorũ que nimio lã
gore detẽta per annũ panem nõ guſtaue
rat oĩone ſola ſanauit. Ueruʒ cũ ab archi
epiſcopo maguntino eius metropolitano
iterũ ad ſuum epiſcopatuʒ peteret: iuſſu
ſummi põtificis licet ſatis renitẽs ad epi
ſcopatũ reuerſus eſt: ea tamẽ conditiõe:
vt ſi populũ omnino incorrigibilẽ inueni
ret : ad monaſterium ſibi redire liceret.
¶ Cum autẽ exigẽs prage die quadã no/
bilem dñam in adulterio deprehẽſaʒ ad
ſe vt patrẽ miſericordie confugientem in
monaſterio virginum incluſiſſet : eamqʒ
inde violenter raptã parẽtes vltores ſce/
leris decollaſſent: turbatus adelbertꝰ epi/
ſcopatui reſignauit: ⁊ romam regreſſus
monaſterium ſuũ repetiit: vbi poſtq̃ mo
dico tpe cõmoratus fuiſſet ſaluti anima
rũ intẽdens aſſumptis ſecũ gaudẽtio eiꝰ
germano ⁊ monacho ac quodaʒ bñdicto
preſbytero ad predicãdũ polloniã adiit:
ſed a duce baliſtano repulſus cunctas re/
giones illius peragrauit. Et cuʒ iuxta vil
lã per planiciẽ quandã pgeret: ſociis alibi
dimiſſis ab infidelibus tentus lãcea trãſ
fixus diriſqʒ vulneribus cõfoſſus atqʒ de
mum capite ceſus martyriũ conſumauit
feria ſexta. vij. cal. maii. Cuius corpus pra
gram trãſlatum ibidẽqʒ cõditũ quieſcit.

¶ De ſcõ Cleto papa ⁊ mř. C.LXXXIX.

CLetus papa ⁊ martyr natio/
ne romanus de regione vi/
copatritio pře emiliano: li/
no põtifici in ẽpatu roma
no ſucceſſit : ⁊ ſedit annos
ſeptẽ menſeʒ vnũ dies. xi.
Hic ex precepto beati petri apoſtoli. xxv.
preſbyteros ordinauit in vrbe roma mẽ
ſynam. Que ei humiliter reſpondens ait
Promitto tibi frater chariſſime ꝙ nullaz
habeo pecuniam. Cui ille. Dn̄a bene poſ
ſetis mihi dare clamidem veſtrum quez
circa vos habetis. Et catherina reſpōdit.
Tu dicis veritatem valde bene. Et ex-
poliato ſibi clamide illuz dedit ei. Quod
videntes confeſſores eius qui eaz ſeque
bātur expoſitis pluribus pecunijs rehabu
erunt clamidez. Poſtea ad cauſa accedē
tes dure eam redarguerūt aſſerentes eā
madefacere q; ſine habitu incedebat. Et
illa. Uolo potius eſſe ſine habitu q̄ ſine
charitate. ¶ Habebat pater eius in do/
mo vegetē quandam vini que toti fami-
lie per dies. xx. ſolebat ſufficere: ex qua cū
catherina pauperibus omnibus petenti-
bus habunde dediſſet: ⁊ alijs perſonis in
neceſſitate conſtitutis miſiſſet ſuffecit taz
familie q̄ pauperibus per duos integros
menſes ⁊ plures dies tertij. Et poſt eua-
cuationez vegetis ita ſicca reperta ē ac ſi
in ea vinum nō ſtetiſſet in argumētuz mi
raculi. Nec ſuffecit facere elemoſynā i re
bus ſed etiā pſonam propriā in ſeruitiuz
proximi libēter expoſuit. Nā cuidam mu
lieri leproſe horribili chethe nomie diu
humiliter ſeruiuit licet ab ea iniuriaretur
quā dulcibus v̄bis virgo placabat. Lapa
vero mater catherine dubitās ꝙ filia nō
efficeret̄ leproſa ei ꝓhibuit ne ad eam ac
cederet. Uerū ipſa prudenter matri ſatiſ
faciens continuauit ſeruitiū ſuū; vſq; ad
mortē dicte infirme licet manus ſue deo
diſponēte effecte eſſent leproſe. Mortuā
aūt etiā proprijs manibus ſepeliuit: ⁊ ex
tunc ois lepra ex de manibus illius eua-
nuit: ⁊ remanſerunt pulchriores q̄ antea
eſſent. ¶ Alia quedam ſoror ſui ordinis
palmeria noie que catherinā nulla ratiōe
poterat videre ſed erga eā maximo odio
mouebat̄. Que adeo pcuſſa ꝓpter hoc ad
mortē infirmata cum tali odio ſine ſacris
moriebat̄. Pro qua intentiſſime orāte ca
therina: dicta ſoror ad cor rediit odiū di/
miſit eccleſiaſtica ſacra ſuſcepit ⁊ in pace
quieuit. Et obtinuit tunc catherina a dn̄o
videre aīam palmerie: quā īfinite pulchri
tudinis aſpexit. Tunc ⁊ ad non obtinuit
cognitionē qualitatem aīaruz tam pn̄tiū
q̄ abſcentium. ¶ Alia eiuſdem ordinis
ſoror andrea nomine que peſtiferam lin/
guam habens tam catherine q̄ reliq̄s ſo-
roribꝰ detrahebat. Et ꝓpterea deus iudex
iuſtus plaga eā inſanabili in pectore pcuſ
ſit. Quā ab oibus derelictā pp inextimabi
lē fetorē catherina ſola ex charitate ſuſce
pit ⁊ ei humiliter miſtrauit. Et cuz ſemel
plagā eius mūdaret cōmotus fuit ſtoma
cus eius pre maximo fetore. Qḋ catheri-
na ſine pnīa inultū eſſe nolēs appoſuit os
ad vulnus ⁊ taz diu ibi tenuit donec nau/
ſea ceſſauit. Alia vice cū ex eadē cauſa ſto
macus nauſeaſſet totā loturā cum ſanie q̄
ex vulnere extraxerat bibit. Et ſicut cōfeſ
ſori dixit nunq̄ tam delicatū ferculum ſe
ſumpſiſſe teſtata eſt. Quibꝰ ſeruitiis femi
na ingrata cepit corā ſororibus honeſtati
catherine detrahere. Que ab illis redar-
guta ad ſpōſi ſui patrociniū ꝯfugit: cōque
rens de tali infamia. Cui oranti apparuit
ieſus duas in manibꝰ ſuis coronas portās
vnam q̄dā auream aliam vero ſpineā: et
ei optionē obtulit vt ex his quā vellet ſu-
ſciperet. Et ſi aureā ſuſciperet in pn̄ti bo-
na ⁊ in futuro mala hēret: ſi v̄o ſpineā hic
tribulatiōes ⁊ mala pateret̄ in futuro v̄o
ſeculo eternam beatitudinez conſeq̄ret̄.
Tūc catherina corona ſpinea d̄ manu ſal
uatoris accepit ⁊ capiti ſuo īpoſuit ⁊ ma-

nibus compreſſit adeo ꝙ dolorem imen
ſum ſuſtinuit. Qua viſione conſolata pla
cata propria matre que nolebat ipſaȝ ad
talē iſamatricē acedere ꝯtinuauit ſeruitiū
ſuū. Uidēs aūt dicta ſoror eius conſtātiā
⁊ ſemel ſup eā imenſum lumē ⁊ faciē eius
in faciem angelicam trāſmutatā vocatis
ſororibus publice confeſſa eſt qui falſo eā
infamauerat addens viſionē quaȝ corpo
ralibus oculis ſuper eam viderat. Et pro
pter hoc creuit fama catherine ⁊ ab om
nibus ſancta appellari cepit. Sequēti no
cte poſteaꝗȝ catherina ſaniē illā biberat
apparuit ei chriſtus dñs oſtendens ei qn
ꝙ vulnera ſua ⁊ dicens. filia cum biberes
ſaniē illam rem mihi gratiſſimam feciſti
ſed veni ⁊ dabo tibi poculuȝ ꝗ te ſemper
ſine fame ꝯſeruabit. Et applicās eā ad la
tus ſuū permiſit eam ad ſuū beneplacitū
ſatiari. Propter qḋ deinceps vita q̄ſi ſpi
rituali vixit quaſi nihil comedendo ſȝ ſo
la eucbariſtia ſe cibando. Et dū multi de
ea murmurarēt ꝙ nō comederet: ad mā
datū confeſſoris aliq̄d ſumens cogebat
omnia euomere ⁊ vt facilius hoc faceret
ramū feniculi per os ad ſtomacū dimitte
bat ⁊ q̄cq̄d erat in ſtomaco emittebat nō
ſine grauiſſimo dolore. Nec poterat ali
quatenus q̄ſcere donec totū cibum emi
ſiſſet. ¶ Creſcēs catherina de virtute in
virtutē ad maximā puritatē deuenit. Unḋ
ſemel orans cum pſalmiſta cor munduȝ
crea in me de⁹ apparuit chriſtus ei viſibi
liter ⁊ latus ſiniſtrū pectoris ei aperiens
cor ei extraxit ⁊ ab ea diſceſſit ipſam ſine
corde relinquēs mirabiliter. Et poſt aliq̄t
dies regreſſus iterū aperto eodem latere
cor ei ex toto rubeū ⁊ ſplendēs imiſit di
cens. Filia abſtuli a te cor tuum: ⁊ modo
tibi trado meū vt ſemp viuas. Et hoc di
cto lateris aperturam ſanauit. Et in ſignū
huius miraculi cicatrix in eodeȝ pectore
ipſius aperture ſemper remanſit. Ab illa
hora catherina nunꝗȝ potuit dicē domie
tibi recōmendo cor meum ſed dicebat ti
bi recōmendo cor tuū. Qua mutatiōe cor
dis ita ſemper gaudebat: ꝙ mirum erat
quomō tantā flāmam diuini amoris poſ
ſet in ſe ſufferre. Et tantā cōſolationeȝ in
ſumptione eucbariſtie habebat ꝙ narra
ri nō poteſt. Et dum ſemel in feſto ſancti
alexij deberet cōicari petiuit a dō ſibi pu
ritatē iſundi: ꝑpter qḋ ſenſit ſuper ſe plu
uiaȝ ſanguinis cū igne mixti ſup ſe deſcē
dere: ex quo mirabiliter conſolata reman
ſit. Et tanta erat deuotio quā in ſacra cō
muniōe recipiebat: ꝙ ſubito rapiebat in
extaſi ⁊ per tres horas inſenſibilis ꝑma
nebat. Tanta autem affectione ad chriſti
paſſioneȝ mouebat. ꝙ eius amore lāgue
bat. Unde ſemel cum eſſet piſis in eccle
ſia ſcē chriſtine et oraret deuote vidētib⁹
confeſſoribus ſuis ⁊ aliis pluribus de ſo
cietate eius brachia aperuit ⁊ poſtea ceci
dit ſuppina ac ſi fuiſſet letaliter percuſſa.
Deducta aūt ad domum ⁊ in ſe reuerſa di
xit confeſſori ſuo pater ego ſtigmata chri
ſti in corpore meo parto. Et narrauit ei q̄
dum oraret ꝙ chriſtus ſibi ſtigmata con
cederet vidit viſibiliter chriſtū in cruce ſi
bi apparere ⁊ ex q̄nꝙ locis vulnerū eius
miſit quaſdā lineas ſanguinolentas que
verſus catherinā veniebant. Cui catheri
na. Nō appareāt mihi domie obſecro ſti
gmata iſta: ſed ſufficit ꝙ ea habeam inte
rius. Et hoc dicto linee ille ſanguinee in
radios aureos mutate ſunt. ⁊ ſic peruene
runt ad ſe. Et ſubiūxit. Pater tantus eſt
dolor quem in manibus pedibus ⁊ cor
de ſentio ꝙ niſi deus prouiderit cito ex
hac luce tranſibo. Orante autem illa ⁊ a
lijs dolor ille mitigatus eſt ⁊ in talibus lo
cis in quibus mirabilem confortationeȝ
ſentiebat. Paſſionis chriſti recordatio
ne alia vice beata catherina intenta adeo
in eius amore exarſit ꝙ cor eius ſciſſum
eſt vna cum vitalibus venis ⁊ veraciter
mortua ⁊ in gloriaȝ paradiſi trāſlata fuit.

Ubi vidit diuinam eſſentiam ⁊ quicquid
glorie eſt in celo. Et dum crederet ſe illic
permanere dominus duxit eam ad pur-
gatorium ⁊ poſtea ad infernum ⁊ ibi o-
ſtendit ei penas que ibi pro peccatis infli-
gūtur. Et addidit. Filia mi volo vt ad cor-
pus tuuȝ reuertaris ⁊ dicas peccatoribus
quantum bonum amittunt ⁊ quanta ma
la acquirūt propter peccata: vt ex hoc ad
me conuertantur. Uolo autem ꝙ portes
nomen meum coram pontificibus cardi-
nalibus ⁊ aliis prelatis ⁊ aliis perſonis re-
ligioſis ⁊ ſecularibus. Et ne timeas quia
tecum ſemper ero. Quo dicto imperceptī
biliter anima corpori vnita fuit. Et per cō
tinuum triduum non ceſſauit indeſinen-
ter amariſſime flere. fuerat aūt vere mor
tua per ſpacium horarum quattuor. Quo
tempore quendam fratrem a ruptura ve
ne manu virginis mortue ſuper pectus
eius appoſita ſanauit pleniſſime. Reddi-
ta corpori cepit inſignibus coruſcare mi
raculis ⁊ doctrina ſibi infuſa clarere. Nec
erat aliquid dubium quod dei virtute nō
ſolueret. Et quoſdam prelatos ⁊ religio-
ſos ſacre theologie doctiſſimos magros
eius ſanctitatē ⁊ doctrinam probare vo-
lentes ſic confudit ꝙ de cetero talia non
attēptarent et deinceps vitam in melius
commutarent. Et cum florentini omnes
romane eccleſie ciuitates eideȝ ſuis aſtu-
tiis rebellare feciſſent a papaq; gregorio.
xi. fuiſſet anathemate notati ⁊ ſpirituali-
bus interdicti cogitantes catherinam to-
to orbe ſanctitate famoſam ⁊ curie gratā
ipſam ad papam in auinione exiſtentem
miſerunt vt ſuo interuentu gratiaȝ abſo-
lutionis obtinerent. Uerum cum ad pa-
pam perueniſſet et gratiſſime excepta ab
eo ⁊ tota curia fuiſſet in publico conciſto-
rio coram papa et cardinalibus luculen-
tiſſime perorauit. Dehinc dotata ſingula-
ribus gratiis ad propria eſt reuerſa. De-
functo autem gregorio predicto ⁊ vrba-
no ſexto creato ab ipſo euocata ad vrbeȝ
acceſſit. Ubi coram et cardinalibus ad-
eo ſapienter orauit ꝙ omnes audientes
dixerunt. Nunquā ſic locutus eſt homo.
Tandem ibidem exiſtens a domino euo
cata multis coram aſtantibus omnes lon
ga oratione ſolata eſt. Et acceptis deuote
eccleſiaſticis ſacramentis dicens in ma-
nus tuas domine cōmendo ſpirituȝ meū
anima deuotiſſimam ſponſo reddidit et
in eccleſia ſancte marie ſuper mineruaȝ
honorabiliter tumulata. Obijt aūt. iij. ca
len. maij cuius feſtum ex inſtitutione pij
pape. ij. qui eam canonizauit ſit ſemper
prima dominica maij. Multis preterea
virtutibus ⁊ miraculis eam dominus de
corauit que breuitatis cauſa dimittuntur
ad preſens. Hec auteȝ pauciſſima ſcripta
ſunt vt ſciatis quoniam vera ſponſa chri-
ſti ⁊ inter inſignes mulieres totius huma
ni generis numerari poteſt. Ad laudem
domini noſtri ieſu chri. Cui ⁊ laus ⁊ glo-
ria in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De ſancto hieremia ꝓpha. C.CX.

Hieremias propheta ⁊ ſa-
cerdos ex tribu ſacerdota
li ortus vico anathoth qui
tribus milibus a hieruſa-
lē diſtat patre elichan ſer-
mone q̄dē apud hebreos
ruſticiore prophetauit: que ſimplicitas el
loquij de loco ei in quo natus eſt accidit.
Cuius ꝓphetia ꝑ tpa quattuor regnū ex-
tēdit. ſ. ioſie: ⁊ ioachim p̄mi: ⁊ ioachim ſe
cūdi: a ſedechie regū iuda: ꝓphetauit aūt
in regno iuda iam. x. tribubus in aſſyrios
tranſlatis. Hic ex vtero matris ſcificatus
extitit: et etate puerili prophetare cepit.
Anno videlicet. xiij. ioſie regis iude: ⁊ ꝓ-
phetauit vſq; ad euerſionem vrbis hieru
ſalē. xli. annis preter illud tempus quo in
egypto prophetauit in tānis. Et cum pu-
er eſſet tetigit domin9 os eius cepitq; pro
phetare ⁊ p̄dicare: mane conſurgēs ⁊ fre

quenter ſtans in porta domus domini in atriis templi. Et oſtendit ei dominus ſigna euerſionis hieruſalez quam predicabat. Prio ſigno ſignificauit auctorē euerſionis deuz ſub figura furis cum virga vigilantiſqz iam vigilabat ad percutienduz populum. Secundo oſtendit ei quo miniſtro ad hoc vteretur per ollam ſuccenſam a facie aquilonis.i.a chaldeis qui iuxta ſitum hieruſalē venerunt ab aquilone. In tertia vero de lumbare putrefacto oſtendit ei cauſam euerſiōis nec fuit hec viſio imaginaria ſed corporalis. Quia enim filij hieruſalem receſſerunt a domino fornicando poſt deos alienos comparantur lumbari putrefacto: vt ſicut lumbare adheret lumbis viri ſic prio adherebant domino. ¶ Anno autez quarto ioachim primi regis iuda cum hieremias propheta deſtructionem vrbis hieruſalez ⁊ templi in proximo fiendaz publice denunciaret a principibus populi ceſus miſſus eſt in carcerem ne publice predicaret. Qui vocato baruch filio nerie ſcriptore ſuo ſcribi fecit in volumine que prophetabat: et miſit populo et regi per manus baruch. Que cuz baruch in templo legiſſet populus penitens ieiunium predicauit. Rex autem cum hec audiſſet volumen combuſſit. Hieremiam quoqz iam de carcere a populo dimiſſum: ⁊ baruch apprehendere voluit: ſed deus eos ad tempus abſcōdit. ¶ Poſt hec nabuchodonoſor rex babylonis aſcendens hieroſolymam: cepit ioachim: ⁊ partem vaſorū tēpli aſportauit: ipſumqꝫ in babylonez ducebat. In itinere vero remiſit eum acceptis obſidibus: daniele cum tribus pueris ⁊ aliis nobilibus iudeorum: ⁊ impoſito ei tributo: qui ſoluit ei tributum annis tribus. Poſt modū vero audiens: ꝙ rex egypti contra nabuchodonoſor bellum aſſumeret: tributum denegauit: vnde ⁊ rex babylonis veniens hieruſalem: intrauit eam ſub iure federis: ſꝫ fide mox rupta iuuenes fortiſſimos ioachim rege occidit ⁊ ioachim iechoniam ioachim filium patri equiuocum regē conſtituit. Poſtea autē timens ne ioachim memor paterne iniurie adherendo egyptiis cōtra ſe pugnaret: rediēs iterum hieruſalem obſedit. Sed de conſilio hieremie ioachim ſe cū matre ⁊ omni familia nabuchodonoſor tradidit: qui capta ciuitate ioachim ⁊ principes ⁊ multos de populo tranſmigrauit in babylonē cum ezechiele ⁊ mardocheo. Hec autez traductio filiorum iuda in babylonem dicitur tranſmigratio: ſed alia que facta eſt poſt euerſionem hieruſalez dicitur captiuitas. Conſtituit autez nabuchodonoſor regem patruum ioachim ſedechiam ſub iureiurando: ꝙ ei fuiret ſub tributo. Qui duobus annis promiſſa compleuit. Cum autem pſeudo prophete deciperēt ſedechiam dicentes in proximo babylonios ab egyptiis eē vincēdos. Sedechias rex iuda contra iuramentum ſuum regi chaldeorum denegauit tributum. Qua de re nabuchodonoſor veniens in iudeam obſedit hieruſalem. Interim vero falſi prophete nunciabant regi proſpera ſed falſa hieremias vero his ꝯtraria ſed vera. Qui egrediens hieruſalem vt veniret ad vicū ſuuz anathoth tanqꝫ fugeret ad hoſtes captus eſt ⁊ incarceratus: nabuchodonoſor vero ⁊ nabuzardan hieruſalem.xviij. mēſibus obſederunt. Tunc ſedechias territus hieremiam de carcere tulit: ⁊ prophetie veritatem ſecreto inquirens audiuit Hieremias autem prenoſcens templum domini euertendum diuino oraculo admonitus: tulit arcam teſtamenti cum his que in ipſa erāt: ⁊ in montē abarin quem moyſes aſcēderat: vt terraz promiſſionis videret deportauit: ⁊ pcibus ſuis eaz abſorberi fecit in petra: digito vero nomen dei dſignās ipreſſit: acſi ferro ſculptū eēt. Et extūc nec locū ꝗs cognoſcere pōt: nec

nomen

nomē legere vſqꝫ in preſens. Sepeqꝫ nu/
bes vt ignis fit ſuper locum illū nocturno
tēpore: eo ꝙ gloria dñi ab eius lege non
deſinat. Dixitqꝫ hieremias preſentib⁹. Do
minus de ſyon receſſit ad celos rurſus in
virtute venturus. Eritqꝫ ſignuꝫ preſentie
eius quādo vniuerſe gentes adorauerint
lignum. ¶ Deinde cū hieremias captiui/
tateꝫ publice predicaret. Sedechias rex
principibus eum petētibus tradidit. Qui
cum euꝫ in lacū depoſuiſſent: vbi erat in
luto vſqꝫ ad guttur: extraxit euꝫ inde ab/
demelech ethiops vir eunuchus pietate
commotus. Tamen in carcere detentus
eſt vſqꝫ ad diē quo capta ē hieruſalē. Qua
nabuchodonoſor. xviii. mēſibus obſeſſam
tandem cepit: fugientēqꝫ regem ſedechiā
comprehendit: filios eius occidit: ⁊ ocu/
los ei eruit: ac vinctum cum principibus
in babyloneꝫ adduxit. Nabuzardan vero
princeps militie regis qui remāſerat: tē/
plum ⁊ vrbem ſuccendit: muruꝫ euertit:
⁊ captiuos multos ⁊ vaſa tēpli in babylo/
nem tranſtulit. Godoliam vero pauperi/
bus in terra relictis prefecit: ⁊ hieremiaꝫ
nolentem ſecum abire: ſicut a rege in mā/
datis acceperat dimiſit. Sed poſtꝙ godo
lias a quodaꝫ iſmaele de ſemine regio in
terfectus eſt timentes ſibi reliquie iudeo
rū contra conſilium hieremie in egyptuꝫ
deſcenderūt: ⁊ hieremiam ⁊ baruch ſecū
⁊ inuitos duxerūt ⁊ habitauerūt in mag/
dalo tānis ⁊ mēphi atqꝫ ſatureos. Cūqꝫ eſ/
ſent ibi hieremias regibus egypti ſignum
dedit: ⁊ eoꝝ idola ſub verti oporteret: cū
virgo pareret: vnde ſacerdotes eorū in ſe
creto templi loco imagineꝫ virginis quā
pueri adorabāt. Dum vero poſt tempora
ptolemeus eos interrogaſſet: cur hoc age
rent: dixerunt paterne traditiōis eſſe my/
ſterium: quod a ſancto propheta maiores
eorum acceperant: ⁊ ita futurum eſſe cre
debant. ¶ Et cum hieremias ibidem po
puluꝫ de idolatria redargueret: īſurrexit
populus iudeorum contra eū: ⁊ lapidaue
runt eum. Porro egyptii eum honoraue/
runt: ſepelientes iuxta tumulum regum
ſuorū memores beneficiorūꝫ que preſti/
terat egyptijs. Oratione enim ſua fugaue
rat aſpides ⁊ beſtias aquarum quas greci
crocodilos vocant: quibus prius egyptus
infeſtabať. Cuius corpus alexander ma/
cedo trāſtulit alexandriaꝫ: ⁊ ſepeliuit glo
rioſe. Extunc quoqꝫ a terra illa prohibiti
ſūt crocodili ⁊ aſpides memorati. ¶ Nō
ſolum auteꝫ hieremias eius prophetiam
ſuo libro conſcripſit: ſed etiā propter mor
tem ioſie regis iude elego metro trenorū
lamentatiōes cōpoſuit: quibus in exequis
funeralibus vtebantur cantores ⁊ cātatri
ces. Occubuit autē ſanctus propheta cal.
maij. Et hic nō ſolum eccleſiaſtici. xlix. in
ſanctorum patrum catalogo ſcribitur: ſed
etiaꝫ in pleriſqꝫ diuine ſcripture locis ⁊ a
multis doctorib⁹ vt ſanctiſſimus memo
ratur. Hec ioſephus: hieronymus: come/
ſtor ⁊ guilelmus.

¶ De ſcō Baruch ꝓpheta. Cap. CXI.



Baruch ꝓpheta ⁊ ſcriptor hie/
remie fuit ac ei in car/
cere miniſter ⁊ in exi/
lio ſocius vſqꝫ ad diē
mortis ipſius eum nō
deſeruit. Multaqꝫ ex
ore ipſius cōſcripſit: ip
ſe quoqꝫ ſpiritum propheticum habuit et
multa ac magna myſteria de incarnatiōe
dñi prophetauit. Qui ⁊ cuꝫ magiſtro ſuo
a populo in egyptum deductus poſt eius
interfectioneꝫ in pace dormiuit. Sed qꝛ
dies certus eius obitus non habetur ſuo
recte preceptori ⁊ magiſtro ſubiicitur. San
ctitatem vero huius prophete non ſolum
doctoris eius hieremie vita ſanctiſſima
quam bonum diſcipulum imitatum fuiſ/
ſe credendum eſt: ſed etiam eidem a ſpi/

ritu ſancto tradita indicat prophetia: prophetauit autem baruch in babylonia tempore captiuitatis iude: ꝛ verba prophetie legit in auribus iecōie filie ioachim regis iuda ꝛ ceteri populi tranſmigrati: vt ex textu ipſi⁹ libri liquido patet: propter quod arguendum eſt baruch cum ceteris captiuis in babylonem adductum. Et inde forſitan obtenta a rege gratia redeundi: eo ꝙ hieremie fuiſſet conſocius ꝛ diſcipulus taliter ad iudeam reuerſum: vt cum hieremia poſtmodum vt dictum eſt deſcenderit in egyptum. Hec notant ſupra.

¶ De ſcō Andeolo martyre. Cap. CXII.



Andeol⁹ ſubdiaconus ꝛ martyr a ſancto policarpo epiſcopo ex oriente cum benigno ꝛ andochio pꝛeſbyteris: ꝛ thyrſo diacono ad gallias predicandas miſſus ē. Quez ſeuerus ceſar eius predicatione comperta in territorio niuarieñ. comprehenſum ꝛ ſpinoſis fuſtibus flagellatum: xp̄m conſitentez in carcerem trudi fecit. Dieqꝫ ſequēti facto de ligno duriſſimo enſe ad formam gladii caput eius in modum crucis findi precepit. Et ſic eliſo cerebro martyrium conſumauit calendas maij: vt dicit ado.

¶ De ſancto Sigiſmundo rege et martyre. Cap. CXIII.

Sigiſmundus rex ꝛ martyr filius genebaudi regis burgundie ꝛ eius poſt mortez in regno ſucceſſor fuit tempore anaſtaſii imperatoris vt ait ſigibertus. Qui a pueritia chriſtianiſſimus eccleſias ꝛ monaſteria ꝛ ſanctoꝝ limina viſitabat. Ieiuniis quoqꝫ ꝛ orationib⁹ intentus aſſidue pauperibus vberes elemoſynas impēdebat. Aſſumpto vero regno cultum chriſti ampliare curabat: eo ꝙ adhuc burgūdieñ. gētilitati ſeruiebant. Dumqꝫ loca martyruꝫ perluſtraret venit ad ciuitatez ſeduneñ. ad locum agauneñ. vbi beatus mauriti⁹ cum ſancta legione thebeoruꝫ paſſi ſunt. Ibiqꝫ diuinitus inſpiratus orabat ad dominum vt de conſortio martyrum effici mereretur. Angelus vero eidem tunc apparuit eumqꝫ docuit: vt ſicut audiret militie celeſtis alternatim pſallentiū choros: ſic in eccleſia pſalmos decantari inſtitueret. Sāctus ergo extenſis auribus choros angelicos canentes audiuit: ꝛ angelica mandata ſicut audierat adimpleuit. Naꝫ vſqꝫ ad illud tempus in eccleſiis gallie nō alternatim: ſed inſimul ab omnibus pſallebatur. ¶ Cum igitur franci adhuc gentiles regnum burgundionum depopulaſſent: ꝛ multos ex ſuis adhuc paganis rex ſibi aduerſantes ꝛ gallis adherentes haberet: tonſa capitis coma ꝛ habitu religionis indutus ad locum predictorum agaunenſium martyruꝫ latenter aufugit. Quo franci cum burgundionibus proditorib⁹ peruenerunt. Tunc burgundieñ. regem cognitum ꝛ vinctuꝫ francis tradiderunt: vna cum coniuge ꝛ duobus filiis ſigiberto ꝛ gunterano. Quos illi ad locum qui dicitur belſa deducentes in puteo antiquo capitibus deorſuꝫ proiecerunt: taliqꝫ martyrio ad dominum migrauerunt. calēdas maii. Quoruꝫ corpora a limo contecta ibidem triennio iacuerunt. Sed cuꝫ ſepius noctu a multis viris ſanctis ſupra locum ipſum accenſe lampades viderentur: expletis tribus annis abbas ipſius loci ab angelo monitus corpora ſanctorum de puteo leuata in eccleſia ſancti ioannis euangeliſte tumulauit: vbi eoruꝫ meritis multa miracula fiunt. Hoc autē ſpeciali priuilegio ſanctus iſte martyr effulget: qꝛ a febricitantibus inuocatus cuiuſcunqꝫ generis febrem expellit. Hec ſigibertus.

¶ De ſcõ Amatore epo. Cap. CXIIII



Amator epſ antiſiodoreñ. in ãnis iuuenilibus litteris eruditus deo iã deuotiſſimus a parẽtibus inſignibus coact⁹ virginẽ deſpõſauit. Quã tamẽ vt ꝟginitatẽ profiteret induxit: ⁊ ipſe ſimili ſe voto ɔſtrinxit. Cũ autẽ vterqꝫ votum emiſiſſet: angelus domini eiuſdem aſtitit: duas coronas ſibi afferẽs: ⁊ ſingulas ſingulis iponens: eos in ſcõ ꝓpoſito ɔfortauit. Puella igit̃ monaſteriũ ꝟginũ ingreſſa ẽ. Amator vero clericus factus poſt mortẽ eladii ãtiſiodoreñ. epi eodẽ in pontificatu ſurrogat̃. Qui pluribus miraculis effulſit. Inter q̃ duꝫ paruam hẽret eccleſiam q̃ populũ omnino capere nõ valebat: rogauit obnixius ciuem quẽdã reptiliũ nomine: vt domũ ſuam tẽplo dei contiguam ɔcederet ad eccleſiaꝫ ampliãdam. Q̃ ille facere denegãs: grauiter infirmat̃. Sed ſcõ poſtulata ɔcedẽs continuo liberat̃. Scũs ergo epſ domuꝫ eccleſie adiciens eãdem in honorẽ prothomartyris ſtephãi fabricauit. In q̃ verbũ dñi predicabat. Sed cũ obitũ ſuũ iminere ɔſpiceret ad eccleſiaꝫ prexit: celebrataqꝫ miſſa pplo ſmonẽ fecit: ⁊ in throno ſuo reſidẽs expirauit. Cui⁹ aĩa in colũbe ſpẽ celũ petere viſa fuit. Corp⁹ q̃ꝫ eius in ipa eccleſia tumulatũ deſcit. Aq̃ vero qua corpus lotũ fuerat: pfuſus paralyticus curatus eſt. Quieuit in pace cal. maij.

¶ De Letanijs. Cap. CXV.

Letanie bis in anno fiunt ſcilicet i feſto ſancti marci: que dicitur letania maior: ⁊ triduo ante aſcẽſionem: que dicitur minor. Et interpetratur letania ſupplicatio vel rogatio. ¶ Letania autem maior tripliciter nominatur ſcilicet. ¶ Letania maior. ¶ Proceſſio ſeptiformis. ¶ Et cruces nigre. ¶ Dicitur autem letania maior: ratione inſtituentis: quia a magno Gregorio papa vrbis inſtituta eſt. ¶ Ratione loci: q̃a rome inſtituta eſt: q̃ caput orbis ẽ. ¶ Ratione cauſe: quia ꝓ magno morbo ⁊ grauiſſimo q̃ rome viguit: ſcilicet pro epidemia inguinaria: que infinitum populum romanum extinxit: de quo dictum eſt ſupra in legenda gregorij pape quarto idus martij. ¶ Dicitur etiã proceſſio ſeptiformis: ex eo ꝙ beatus gregorius proceſſiones ſuas per ſeptem ordines diſpoſuerat. In primo enim ordine erat clerus. In ſecundo monachi religioſi. In tertio ſancti moniales. In quarto iſantes. In quinto laici. In ſexto vidue ⁊ continentes. In ſeptimo coniugate. Sed quod modo non poteſt in numero perſonarum: ſuppletur in numero letaniarum: quia ſepties dici debent. ¶ Dicũtur ⁊ cruces nigre: quoniam in ſignum meroris ex tanta ſtrage hominum ⁊ in ſignum penitentie nigris veſtibus induebantur: propter eandem etiam cauſam cruces ⁊ altaria cilicijs velabantur. ¶ Alia vero eſt letania minor: q̃ fit tribus diebus ante aſcenſionem: quaꝫ ſanctus mamertus vienñ. epiſcopus ante inſtitutionem prime inſtituit. Et dicitur minor ad differentiam prime: quia inſtituta eſt a minore epiſcopo: in minori loco: ⁊ pro minori morbo. ¶ Cauſa autem huius inſtitutionis fuit: quia tũc apud vienam crebris et validis terremotibus domus ⁊ eccleſie ſubuertebantur: nocturni ſonitus ⁊ clamores audiebantur: ⁊ lupi etiam nimia feritate ipſas ciuitates intrãtibus pueri et homines perfecti lacerabantur. Predictus ergo epiſcopus triduanum ieiunium indixit: letanias inſtituit: et ſic tribulatio conquieuit. Deinde ab eccleſia ſtatutum eſt: vt hec leta

nia vniuerſaliter obſeruetur. ¶ Dicunt etiam rogationes: quia tunc ſanctorũ ſuffragia iploramus. ¶ Et merito talis obſeruantia his diebus obſeruanda eſt multiplici ratione. ¶ Primo vt deus bella pacificet: q̃ in vere frequentius concitantur. ¶ Secundo vt teneros adhuc fructus cõſeruando multiplicet. ¶ Tertio vt motus carnales qui hoc tempore magis vigent in ſe vnuſquiſqꝫ mortificet. ¶ Quarto vt ad receptionem ſpiritusſancti ſe quilibet magis habilitet. ¶ Quito vt chriſto aſcendente ⁊ dicente: petite ⁊ accipietis: quiſqꝫ confidentius poſtulet. ¶ Sexto vt eccleſia ſe carne macerans per ieiunium ⁊ plumis amplificans per orationem cuꝫ chriſto aſcendente liberius ⁊ facilius euolet. De due vltime rationes ſunt guilelmi antiſiodoreñ. ¶ In his ergo letanijs cruces deferunt: campane pulſantur: vexilla portantur: ⁊ omnium ſanctorum patrocinia generaliter implorantur. Ideo autem cruces deferimus: ⁊ cãpanas pulſamus: vt demones territi fugiant: vexilla regis eterni cõſpicientes: eiuſqꝫ tubas excitatorias audientes. Vexilla deferimus ad repreſentanduꝫ victoriam aſcenſionis chriſti: qui cum preda celos aſcendit. Unde vexillum per aerea incedens eſt chriſtus ad celos aſcendens: populi q̃ ſequuntur: ſũt ſancti qui ab eo ad celeſtia ſubleuantur. ¶ Sanctorum autem omnium ſingulariter ⁊ generaliter ſuffragia imploramus ¶ Primo propter noſtram inopiam: quam habemus in merendo: vt vbi noſtra non ſuppetunt merita: patrocinentur aliena. ¶ Uel propter inopiam quam habemus in contemplando: vt qui non poſſumus ſummam in ſe lucem aſpicere ſaltem in ſanctis aſpiciamus. ¶ Uel propter inopiam: quaꝫ habemus in amãdo: quia plerũqꝫ imperfectus homo magis afficitur circa aliquem ſanctum q̃ circa ipſum deum. ¶ Secundo propter ſanctorum gloriam: vt dum per eoꝝ ſuffragia quod petimus imploramus: ipſos magnificẽtius collaudemus. ¶ Tertio propter dei reuerentiam: vt peccator qui deum offendit quaſi non audeat ipſum in perſonam propriam adire: ſed ſanctoruꝫ poſſit patrocinia implorare. ¶ In his autem letanijs cõſtituit illud canticũ angelicuꝫ frequentari Sancte deus: ſcẽ fortis: ſcẽ ⁊ immortalis miſerere nobis. De quo refert damaſcenus libro tertio: q̄ cũ apud conſtantinopolim propter epidemiam letanie cum proceſſione fierent. Puer de medio populi in celum raptus ⁊ iſtud beate trinitatis canticum ibidem edoctus rediens ad populuꝫ: illud frequentari docuit: ⁊ mox tribulatio ceſſauit. ¶ In chalcidoneñ. quoqꝫ concilio fuit iſtud canticum approbatuꝫ.

¶ De ſancto athanaſio epiſcopo et confeſſore. Cap. CXVI.



Athanaſius epũs alexãdrinus ⁊ doctor grecoꝝ: de q̃ in libro decimo eccleſiaſtice hiſtorie: et ab alijs pluribus multa ſcribũtur tempore cõſtantini ⁊ cõſtantij ei⁹ filij arriani claruit. Qui a puerilibus ãnis liberalibus diſcipulis ibutus: ⁊ ſacra philoſophia eruditus: a ſancto alexandro epiſcopo glorioſo ſene clericus factus ⁊ preſbyter ordinatus: in ꝑdicando verbũ dñi eidem coadiutor effectus eſt. Et inde vna ſecum niceno concilio interfuit: ⁊ arriuꝫ hereticum mirabiliter confutauit. Propter quod ab arrianis odio conceptus innumeras ab eiſdem perſecutiones perpeſſus eſt. Quibus ſuggerentibus concilio iterũ apud laodiciam conuocato dum omnes ſederent: ⁊ diſputatio incepta eſſet oratione tamẽ alexãdri epiſcopi ⁊ atha

diſciplinis

naſij preſbyteri p̄miſſa arrius ſecreta
nature compulſus expetijt: vbi inteſtinis
omnibus in ſeceſſum defluentibus expi-
rauit. Quo miraculo multi arrianoꝝ ad
fidem catholicā redeunt: ceteri vero in
athanaſium amplius obſtinati deſeuiūt.
Cum autem poſt mortē alexandri eidē
in pontificatu ſucceſſiſſet fidem catholicā
ſcriptis ⁊ ſermonibus defenſabat: ⁊ arria
nam perfidiam impugnabat. ¶ Uerum
ex arrianorum emulatione ac ſuſurratio-
ne conſtantio imperatori arriano exoſus
factus velut hoſtis imperij cenſebat. De-
latus autem auguſto de adulterio violen
ter illato: ⁊ de dextera arſenio eius diaco
no preciſa apud tyrum ciuitatem impera
toris iuſſu ad conciliū euocatur. Jngreſ-
ſuſq; ſynodum mulier ipſū de adulterio
falſo accuſabat: que ⁊ ipſum quem accu-
ſabat non cognoſcebat. At vero timothe-
us ſub nomine athanaſii ſe excuſat: muli-
er vero ipſum athanaſium credens obiur
gat: ſicq; de falſo crimine conuicta eſt et
confuſa. Deinde manus arida in loculo
producitur: q̄ arſenio ab epiſcopo abſciſ-
ſa fuiſſe aſſeritur. Epiſcopus vero arſeni-
um latentem qui longius eſſe putabatur
adeſſe fecit: quo ambas manus exhiben-
te ſe innocentem probauit. Cum autē hec
arriani magicis artibus deputarent: inno
cens athanaſius vti culpabilis iudicatur
ex vrbe ⁊ ſede propellitur ab imperatore
proſcribitur ⁊ per totum orbem occiden-
dus iquiritur. Qui vbique profugus a ma
ximino treuereñ. epiſcopo benigne ſuſci-
pitur: ſed poſt modicum metu principis i
de progreditur. Deinde. vi. ānis latuit in
ſicca ciſterna ſola ei quadam ancilla vir-
gine miniſtrāte catholica: vbi ſimbolū.
Quicūq; vult ſaluus eſſe: dictauit ⁊ ſcri-
pſit. Cum autē perſecutores ſui illuc ad
ueniſſent: ⁊ nunciante ei ancilla athanaſi
us aufugiſſet: illi hoc cognoſcentes virgi-
nem ad mortem ceciderunt. Poſt hec cū
ad partes imperatoris conſtantis fratris
conſtantij occidentales veniſſet: cauſam
que ipſius conſtans examinaſſet ſup̄ epi-
ſcopi iniuſto exilio litteras fratri direxit:
conſtantiuſq; ipſū vt fratri complaceret
ad ſedem ſuam reuocauit. Sed modico
poſt tempore ad inſtantiam arrianorum:
iterum eum conſtantius eijciens perſeq̄-
tur. Jterumque conſtantis comminatio-
nibus reuocatur. ¶ Defuncto vero cōſtā-
te ſoloque regnante conſtantio cum atha-
naſium ſuſpectum haberet ꝙ ſibi germa-
num inimicum feciſſet ſuaſu arrianorum
tertio ipſum de ſede propulit: ⁊ georgiū
arrianum ſibi in epiſcopum ſurrogauit:
miſſis per vniuerſum orbem romanum
litteris vt vbicūq; repertus fuerit athana-
ſius occidatur remuneratione taxata cui
cūque: qui caput athanaſij imperatori ob-
tuliſſet. Quo tempore ſanctus vir toto or-
be hincinde profugus euagatur. Aduer-
ſus quem reges ac principes ⁊ populi cō-
mouentur. Sed multis euaſis periculis:
⁊ perſecutionibus dei gratia reſeruatur.
Mortuo vero conſtantio ⁊ iuliano apo-
ſtata ei ſuccedente: ⁊ humanitatem fictā
pretendente: vt ex hoc in initio ſuum im-
periū roboraret iuſſu iuliani omnes epi-
ſcopi exulantes ad ſuas eccleſias redire
permittuntur. Sicque athanaſius alexan-
driam remeauit. ¶ Poſt modicum vero
tempus diabolo ſuadente ad ſuggeſtiōē
magorum iuliano fauentium miſit mili-
tes multos alexandriam ad athanaſium
perimendū. Qui per flumen nili cū pau-
cis catholicis nauicula fugiens: perſecuto-
res obuios habuit. Jlli vero eum preſen-
tem cernentes non agnoſcunt: ⁊ de atha-
naſio vti de alio interrogantes pertranſe-
unt. Jpſe vero alexandriam alia via repe-
tens vſque ad tempus pacis ibidem latē-
ter permanſit. Poſt mortem vero iuliani
ſuccedente in imperium iouiano catholi-
co reducitur athanaſius in propriam ſe-

dem: ⁊ reſtitutus honorifice poſt menſes
octo quieuit in pace anno epiſcopatus ſui
quinquageſimoſexto ſexto nonas maij.
Ibiqꝫ clarens miraculis tumulatur. ¶ Hic
glorioſus doctor inter multa inſignia eius
ſapientie opuſcula: Duos aduerſus gẽtes
excludit volumina: Contra vrſatiũ ⁊ va-
lentem vnum: De virginitate vnum: De
perſecutione arrianorum plurima: De pſal-
morum titulis vnum: Hiſtoriam antonij
monachi vitam continentem inſigni volu-
mine texuit. Epiſtolas inſuper ⁊ alia mul-
ta que enarrare longũ eſt edidit. Hec hie-
ronymus libro de illuſtribus: huius vene-
rabile corpus venetias tranſlatũ requie-
ſcit in eccleſia ſancte crucis apud iudaicã
miraculis clarens.

¶ De ſcõ Florentio epõ. Ca. CXVII

Florentius ⁊ vindemialis
epiſcopi tauriſij trãſlati de-
ſcunt. Quorum vindemia-
lis apher natione a ſancto
alpiano confeſſore doctus
ad preſbyteratus ordinem inde ad epiſco-
patum peruenit: vbi vna cum eugenio mi-
raculis multis oſtenſis populum copioſum
conuertit. Deinde peregrinationis gratia
ad inſulam corſicam venientes in caſtris
fauneñ. ⁊ vadeñ. populum a cultura dra-
conis eruerunt: ligato orario ad collũ ſer-
pentis ⁊ ipſo in mare demerſo. Sicqꝫ cõ-
uerſum populum baptizarunt. Poſt que
ſanctus eugenius ibidẽ in caſtro vandeñ.
cõmoratus quieuit in pace: vbi etiã extat
puteus ab eodem in mare defoſſus preter
naturam dulcem aquam emanans. Vin-
demialis vero regreſſus corſicam: ibidem
in pace vitam finiuit: ⁊ ſepultus ẽ ibi: vbi
⁊ olim ſanctus florentius epiſcopus quie-
ſcebat. Vaſtata vero corſica a ſaracenis:
tityanus taruiſinus epiſcopus illuc naui-
gio accedens: corpora ſanctorum florentij
⁊ vindemialis obtinuit. ⁊ taruiſium tranſ-
lata in baſilica ſancti ioãnis baptiſte de-
poſuit. Que ſucceſſor eius rhothari⁹ poſt-
modum in maiori eccleſia ſancti petri ho-
norabilius tumulauit. Horum feſtum co-
litur. vj. nonas maij.

¶ De inuentiõe ſctẽ crucis. C. CXVIII



Inuentio
ſancte crucis dicitur:
qꝛ eo die a ſancta he-
lena matre cõſtantini
imperatoris crux inuẽ-
ta fuiſſe perhibetur: il-
lud enim precioſum
lignum dominicum in
quo chriſtus confixus fuit ducentis fere
annis ſub terra iacuit. Anno autem domi-
ni ducenteſimo trigeſimotertio congre-
gata eſt iuxta fluuium danubium multi-
tudo innumerabilis barbarorum: volẽtes
fluuium tranſire: ⁊ omnes regiones vſqꝫ
ad orientem ſubiugare. Contra quos cõ-
ſtantinus imperator caſtra mouit: ⁊ con-
tra danubium ſe cum ſuo exercitu collo-
cauit. Viſaqꝫ barbarorum multitudine in-
finita iam tranſeunte flumẽ extimuit: cũ
qua die ſequenti erat prelium cõmiſſurus
nocte autem ab angelo excitatur: ⁊ vt ſur-
ſum reſpiciat admonetur. Qui ſignũ cru-
cis vidit in celo ex clariſſimo lumine fa-
ctum. litteris habens aureis circũſcriptũ.
In hoc ſigno vinces. Qui confortat⁹ licet
adhuc gentilis crucis ſimilitudinem fecit:
⁊ ipſam ante exercitum portari iuſſit. Ve-
xilla quoqꝫ militaria ⁊ arma cruce ſignari
fecit: ⁊ irruens in hoſtes: ipſos in fugam
vertit: eorumqꝫ maximã multitudinẽ in-
terfecit. Reuerſus ergo ad vrbem omnes
idolorum pontifices conuocauit: ⁊ cuius
deorum hoc eſſet ſignum diligentius in-
quiſiuit. Quibus ſe neſcire dicentib⁹: qui-
dam chriſtiani eidem crucis myſterium
explicarunt. Qui licet chriſtum tanqꝫ vnũ
deorum more gentilitatis in reuerentiam

haberet: tamen nec tūc perfecte credidit:
nec baptiſma ſuſcepit: donec plaga lepre
eidem ſuperueniente a ſancto ſilueſtro
mundatus pariter ⁊ baptizatus eſt: vt ſu-
pra actū eſt in legenda ſancti ſilueſtri pri
die calendas ianuarij. ¶ Cum autē poſt
diſputationem quā ſilueſter cum iudeis
habuerat: vt ibidem dictū eſt. Helena im
peratrix conſtantini mater ad chriſtū cō
uerſa fuiſſet: infudit ei ſpiritus: vt lignum
dominice crucis requirēt. Veniēs igitur
hieroſolymā cum exercitu maximo de/
cima octaua die ſecundi menſis qui eſt
aprilis omnes ſapientes iudeorū qui per
totam regionē reperiri potuerunt: ad ſe
congregari mandauit vſqꝫ ad numerum
quingentorum. Qui nimiū formidantes in-
ter ſeſe perquirebant: cur eos regina ſic-
co adunari mādauerat. Unus ergo ex ip
ſis iudas nomine dicere cepit: ꝙ dubita
bat: ne ab eis diſcere vellet: vbi lignū in
quo ieſus crucifixus eſt exiſteret. Admo/
nens vt nemo hoc confiteri preſumeret:
quia ſtatim vt crux illa reperiretur: lex iu
deorum euacuabit. Dicebat quoqꝫ ꝙ no
uerat locum vbi illud abſconditum erat
lignum. Nam zacheus auus eius illud ſe
creto reuelauerat pr̄i ſuo ſimoni: ⁊ pater
ipſius iude ſimon propalauerat ſibi. Ad-
dens ipſe zacheus: ꝙ cum illud lignū con
tigeri reuelari: gens iudeorum de cetero
nunquā regnaret: ſed illi qui crucifixum
adorant: eo ꝙ vere filius dei fuerat: put
ipſe zacheus clare didicerat. Nam in cō-
ſpiratione mortis chriſti nunquam aſſen-
ſerat: paterqꝫ protomartyris ſtephani fue
rat. ¶ Cum autē iudei omnes predicta
ſe nunquā audiuiſſe aſſererent: iude ſub
obedientia mandauerunt: vt crucis lignū
nullatenus reuelaret. Et cū ante reginā
ſtetiſſent: ⁊ ipſa eos de loco vbi crucifixus
fuerat ieſus iterrogaſſet: ipſiqꝫ ſe illud ſci/
re negarēt: iuſſit eos omnes igne crema-
ri. At illi timentes tradiderunt iudā: viri

iuſti ⁊ prophete filium: ⁊ optime legem
ſcientem. Regina omnes dimittens iu-
dam ſolum tenuit: eique mortem aut vi/
tam propoſuit: niſi ſibi crucem dominicā
demonſtrabit. Qui nec crucem nec locū
ſe ſcire dicebat: eo ꝙ anni ducenti a paſ-
ſione chriſti iam lapſi fuerant: quo tempo
re ipſe minime natus erat: ipſum ergo in
puteum ſiccum iuſſit mitti: ⁊ ibidem fa-
me cruciari. Cum autem ſeptem diebus
ſine cibo manſiſſet: die ſeptimo ſe extra-
hi petijt: ⁊ crucem dominicam indicatu
rum promittit. Extractus igitur concitus
venit ad locum golgotha: ⁊ cum ibidem
oraſſet: locus ſubito cōmouetur ⁊ fumus
aromatum miri odoris ſentitur: ita vt iu
das miratus chriſtum confiteretur. Erat
autem in loco prout in hiſtoria eccleſiaſti
ca traditur templum veneris: quod ha-
drianus imperator ibi conſtruxerat: vt ſi-
quis in ipſo loco chriſtum adorare vellet
venerem adorare videretur: ob hoc lo-
cus pene obliuioni datus: regina igitur
templum funditus fecit deſtrui ⁊ locum
arari. ¶ Poſt hec iudas cum ſocijs viri/
liter fodere cepit: ⁊ viginti paſſus fodi/
ens tres cruces inuenit: quas regine de-
tulit. Sed cum chriſti crucem a duabus
latronum neſcirent diſcernere: ⁊ circa ho
ram nonam quidam mortuus in phere-
tro portaretur iudas pheretrum tenuit: ⁊
prima ac ſecunda cruce appoſitis mor-
tuus minime ſe mouit. Apponit tertiam
⁊ protinus defunctus rediit ad vitā. Que
dam etiam mulier ciuitatis primaria ſe/
miuiua iacebat: vt dicitur in eccleſiaſti/
ca hiſtoria. Ad quam hieroſolymitanus
epiſcopus primam ⁊ ſecundam crucem
adhibuit ⁊ nihil profecit: tertia vero ap
poſita confeſtim mulier ſana ſurrexit.
Hanc ergo crucem domini fore intellexe
runt: quam poſtmodum lecto eius titu-
lo quem pilatus ſuperpoſuerat: qui ex
antiquitate fere delet⁹ erat pleni⁹ cogno

uerunt. Diabolus aũt terribiles emittẽs
voces cunctis audientibus de iuda con/
querebatur: eidem quoqꝫ toꝛmẽta ⁊ per-
ſecutiones plurimas mirabatur. ¶ Poſt
hec iudas baptizatus quiriacus vocať: ⁊
hieroſolymoꝝ epiſcopo defuncto iuſſu he
lene in epiſcopum oꝛdinať. Nam multo
tempoꝛe regina ibidez fuit ⁊ cuncta ſacra
loca perluſtrauit. Cum autem clauos do
mini habere deſideraret: rogauit epiſco-
pum quiriacum vt ad locũ pergeret ⁊ cla
uos perquireret. Qui cũ veniſſet ⁊ oꝛatio
nem fudiſſet cõtinuo claui velut auruz in
terra fulgentes apparuerũt. Quos eps̃ re
gine detulit: illaqꝫ eos reuerenter adoꝛa/
uit. Crucem vero dominicã per medium
ſecari fecit: ⁊ partem filio depoꝛtauit: par
tem vero thecis argenteis incluſam hie-
roſolyme reliquit. Clauos vero domini-
cos ſecum adduxit. Quoꝝ vnum in galea
alteruz in freno imperatoꝛis cõpoſuit: vt
ſic armatus armis ſecurus ad bellum p̱-
cederet. Tertium vero reſeruauit vel vt
quidam aſſerunt in mare adriaticũ quod
tũc erat voꝛago nauigantiũ iactauit. Pre
cipiens feſtum inuentionis ſancte crucis
ſingulis annis ſolemniter celebꝛari p̱ vni
uerſuz oꝛbem: videlz. v. noñ. maij.

¶ In feſto coꝛone dñi. Ca. CXIX



Imperio
cõſtãtinopolitano per
potentiam vaſtachij ⁊
auxentij tyrãnoꝝ gre-
tie plurimũ oppreſſo:
balduinus heres dicti
imperij de cõſilio prin
cipum ⁊ pꝛelatoꝝ lati
noꝝ venit in franciã ab illuſtri rege fran-
coꝝ ſancto ludouico ſuo cõſanguineo: et
ab alijs amicis ſuis auxiliũ petiturus: ioã
ne de bꝛẽna bone memoꝛie rege hieroſo-
lymitano viro ſtrenuo ⁊ ſocero ſuo admi
niſtratoꝛe ⁊ tutoꝛe relicto. Sed dicto bal
duino in his ⁊ alijs negotijs ipſum cõtin-
gentibus detento ⁊ redire tardante dict⁹
ioãnes e medio ſublatus eſt. Tunc ↄſtan
tinopolitane ciuitatis ⁊ terre adiacentis ⁊
totius imperij ſtatus ita per incurſus ho-
ſtium artatus eſt: ꝙ relicte dicti ioãnis ⁊
pꝛoceribus ⁊ vulgo in ciuitate ĩcluſis nõ
permittebanť deferri victualia: nec etiaz
eis ad vicinos cãpos tritus patebat egreſ
ſus. Ipſi etiã ciuitati obſidio parabatur.
Propter que mala multi de populo ⁊ de
nobilib⁹ noctu vel alias furtiue exeuntes
de ciuitate: p̱ mare ⁊ viarũ diſcrimina fu-
giebant. Quibus dño regi ⁊ dñe blanche
religioſe matri eius per balduinũ flebili-
ter expoſitis: rex ⁊ regina magnã pecunie
quãtitatẽ ei ↄferũt: ſtipendiarios ⁊ mili/
tes adiungũt ⁊ ſtrenuos bellatoꝛes. Per/
pendẽs itaqꝫ balduinus deuotionẽ regis
⁊ matris eius erga deũ ⁊ ſepedictũ impe-
riuz: ſpineã chꝛiſti coꝛonã quã pꝛoceres in
cluſi cogente inopia vẽdere vel obligare
volebãt: que toti⁹ iperij titulus erat ⁊ glo
ria ſpecialis gratis ei ↄfert. Qd̃ rex intelli-
gens a dño fieri: nomẽqꝫ xp̃i p̱ hoc ampli⁹
in frãcia dilatãduz: ãnuit cũ gr̃aꝝ actiõe.
mittunť a rege cõſtãtinopoliz nuntij ſolẽ
nes: mittit ẽt balduin⁹ ad barones iperij
nunciũ ſpãlez. Tanta aũt barones ipſos
neceſſitas artauerat: ꝙ cõpulſi erãt vrgẽte
inopia ſanctã dñi coꝛonã ciuib⁹ venetoꝛũ
pꝛo magna ſumma pecunie taliter oblig-
re: ꝙ niſi infra certuz ⁊ breue tẽpus redi-
mereť ipſa caderet in cõmiſſuz: itaqꝫ obli
gatio vertẽť in tituluz venditiõis. Appo-
ſuerũt ẽt ſupꝛadicti ciues in pacto: ꝙ inte
rim venetias deferreť. Coꝛona itaqꝫ ſigil
lis p̃cerum in vaſe aureo aſſignata tradi-
taqꝫ dictis nunciis adiunctis ſibi magnis
ciuib⁹ venetoꝝ qd̃ agereť finaliter ignoꝛã
tibus media hyeme que nautis ſolet eſſe
inuia inſidiãte vaſtachio p̱ diuerſos ſinus
maris pꝛſpero curſu nuncij regales vene-
tias ducẽte dño ꝑuenerũt. Uni per altos

regis nuncios ⁊ mercatores francos obligationis pecunia ꝑſoluta: nuncii ꝑdicti cū ſacratiſſima dñi corona ꝓſpero itinere pariſius ꝑuenerūt. Ubi a dño rege ⁊ dño roberto fratre ſuo tūc comite attrebatenſi ⁊ multis eccleſiaꝝ ꝓlatis ⁊ ꝓplis innumeris nudis pedibꝰ ei occurrentibꝰ poſt venerationē ſolēnē ad ꝑpetuū honorē dñi nři ieſu xp̄i ⁊ regni ꝯſeruationē in capella regia beati nicolai honorifice collocatᷣ in octauis beati laurētii. Sed qꝛ dies huius tranſlatiōis in frācia celebratᷣ īfra octauas beati laurētii qua die primū ſenonis recepta fuit viſuꝫ eſt feſtū iſtud in craſtino inuentiōis ſancte crucis celebrari vt qꝛ xp̄i paſſione ⁊ ludibrio crucis patibuluꝫ ⁊ corona ſpinea cōcurrunt: ꝓ ſolēnitates ꝯiunctas ipſiꝰ reſurrectionis triūphus ⁊ gloria deuotoꝝ aīs amplius inculcetᷣ: ⁊ ꝑdicetᷣ vocibus ⁊ opibus exaltetur.

¶ De ſanctis Alexandro papa Euentio ⁊ Theodolo martyribꝰ. Ca. CXIX.



Alexander papa ⁊ martyr huius nominis primꝰ cū duobꝰ pr̄ſbyteris euētio ⁊ theodolo paſſus eſt rome ſub perſecutione traiani agēte aureliano comite vtriuſqꝫ militie. Hic natione romanus ex patre Alexandro de regione caputauri: Euariſto pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: iuuenis quidem etate: videlicet annoꝛuꝫ forte. xxij. ſed ſenior moribus: ſeditqꝫ annos decem menſes octo dies duodeciꝫ. Hic ſanctitate ⁊ ſcientia incomparabilis fideqꝫ preclariſſimus maximam partem ſenatorum vrbis conuertit ad dominuꝫ: prefectum quoqꝫ hermetem cum vxore ⁊ ſorore theodora ⁊ filiis baptizauit cum M. ccl. ſeruis ſuis cum vxoribus quoqꝫ eoruꝫ ⁊ filijs quos omnes die ſabbati paſche factos ingenuos ſacri fontis vnda ꝑfudit. Cum autem traianus impator ſūc abſcens hec audiens aurelianū comiteꝫ miſiſſet ad vrbem de ſeleucia iſaurie ad perſequendos chriſtianos. Aurelianus hermetem prefectum apud quirinuꝫ tribunum carcerauit. Alexandrum vero in alia cuſtodia in vinculis poſuit. Qui tamē vt ſupradictū eſt in paſſione quirini martyris tertio calendas aprilis per puerum qui faculam ferebat ardentem e carcere noctu per feneſtram eductus ad domuꝫ quirini tribuni vbi hermes in cuſtodia tenebatur ipſum quirinum conuertit: ⁊ iterum eadem nocte per eundem puerum ad carcerem ſuū reductus filiam ipſiꝰ quirini balbinā ſibi oblatā a ſtrumate ſanauit: q̄rinū ⁊ cū filia ⁊ oībꝰ in cuſtodia ipſa detentis baptizauit. ¶ Poſtq̄ autē hermes ⁊ quirinꝰ ac theodora ſoror hermetis nec non ceteri xp̄iani in cuſtodia repti ab aureliano comite paſſi ſunt: vt in eoꝝ ſingulis paſſionibꝰ agitᷣ: traiano iam defuncto hadriano vero in imperiū ſublimato: exhibitus eſt alexāder cū ſanctis theodolo ⁊ euentio preſbyteris iam biēnio in carcere detentis. Erat aūt theodolus iam ſenex annoꝝ videlicet. lxxxi. qui ānorum viginti preſbyter fuerat ordinatus. Cumqꝫ alexander confiteretur chriſtum iuſſit eū iudex in equuleo leuari ⁊ vngulis ac lapidibus attrectari. Et cum hec patiētiſſime toleraſſet: fecit euꝫ deponi ⁊ preſbyteros applicari. Cum autem ⁊ ipſi chriſtum cōfiterentur: iuſſit furnum incēdi: ⁊ alexandrum atqꝫ euentium ſimul vinctos intus iactari theodolo quaſi ſeniore ſpectante. Cum eis autem ⁊ ipſe ſponte in flāmas proſiliuit. Et cum illeſi educti fuiſſent: fecit aurelianus ſanctū alexandruꝫ punctis creberrimis per tota pungi membra donec deficeret. Duos vero ſanctos preſbyteros gladio conſumari. Quoꝝ corpora ſeuera quedam religioſa via numentana

in ſuo predio ſepeliuit quinto non̄. maij. ¶ Hic in canone memoriaȝ paſſionis domini miſcuit: a loco qui pridie quam pateretur vſqȝ in mihi memoriã facietis. Hic precepit vt aqua vino miſceretur i ſacrificio ad deſignandã chriſti ꝛ eccleſie vnionẽ: ꝛ vt oblatio fieret ex azimo nõ ex fermento propter chriſti corporis puritateȝ: ꝛ fieret in modica quãtitate dicẽs ꝙ hec oblatio quanto rarior tanto potior. Conſtituit etiam aquã exorzizatã cuȝ ſale diebus dominicis benedici ꝛ ex ea populuȝ aſpergi ad effugandas cõtrarias valitudines ꝛ aereas ptãtes. Qui poſtea martyrio coronatus eſt: ꝛ ceſſauit epatus dies. xx v.

¶ De ſancto Juuenale epo. Ca. XX



Juuenalis eps narnienſ. dum eſſet preſbyter ꝛ medic⁹ ex aphrica romã veniẽs a matrona chriſtiana ſuſceptus ẽ. Audiens autem ab ea ꝙ narniẽſis populus chriſtianitatem nunꝙ̄ recipere voluiſſet: romanum pontificem adijt: ꝛ ab ipſo predicandi ad ipſam vrbem licentiam poſtulauit. Quem papa eidem ciuitati epiſcopuȝ delegauit vbi predicans verbũ ꝛ miraculis coruſcans multum populum conuertebat. ¶ Cum quidam de templo idolorum egreſſus: de imolatis idolo boluȝ in os epiſcopi mitteret: illeqȝ recipere recuſans: os dentibus obſeraret: produxit ille cultellum: vt in mabrio os eius violenter aperiret. Sed manu eius elapſa gladium in guttur propium intromittens continuo iugulat⁹ expirauit. Quo miraculo viſo ſeptem milia gentilium conuertũtur: inter quos baptizatur venantia quedam nobilis matrona cum duobus filijs que deinceps ſancto de ſuis facultatibus miniſtrauit. ¶ Dum ligures ꝛ carpi multas ciuitates italie depopulaſſent: narnium obſederent: ſed oratiõe ſancti epiſcopi nimia tempeſtate ꝛ tonitruis ſubito ingruẽtibus: pluſꝙ̄ tria milia ex eis extincti ſunt. Reliqui vero territi ab obſidione diſceſſerunt. ¶ Cum die quadam de calice puro cryſtallino quem habebat populum communicaret: nihil ſuperinfuſo de vino ſed libamine diuinitus excreſcente omnib⁹ ſatiſfecit. Quieuit in domino vir ſanctus anno ſeptimo epiſcopatus ſui completo quinto non̄. maij: ſepultus ad portam ſuperioreȝ via flamina miliario ab vrbe roma quinquageſimoquito. Cuius meritis nautee fere trecenti in naufragio poſiti ſanctum iuuenalem vocantes: ipſoqȝ ſuper vndas eis apparente tempeſtate ſedata ad portum incolumes peruenerunt.

¶ De ſanctis Quiriaco epiſcopo Anna ꝛ Amonio martyribus. Ca. CXXI

Quiriacus epiſcopus ille iudeus fuit: qui cuȝ helena crucem dominicã inuenit: vt ſupra actũ eſt de inuentione ſancte crucis quinto nonas maij. Qui baptizatus: ꝛ quiriac⁹ vocatus epiſcopus hieroſolymorum ordinatus eſt. ¶ Cum autẽ iulianus imperator apoſtata nominis chriſtiani ad perſas pergeret: veniens hieruſalem quiriacum epm teneri fecit: ꝛ ad deorum ſacrificia inuitauit. Quod cuȝ renueret: dexteram eius abſcidi fecit: eo ꝙ manu illa multis epiſtolas ſcripſerat quib⁹ a deorum ſacrificijs reuocabat. Ille vero ſcandaluȝ ſui corporis preciſum gaudebat: eo ꝙ exiſtens iude⁹ multos ne chriſtum colerent ſcribens epiſtolas confortabat. Tunc iulianus plumbuȝ liquefactum in os eius infundi iuſſit: Deinde ſuper lectum ferreum ventre deorſum extendi: ꝛ carbones ſubterponi: ac ſalem ꝛ adipem aſpergi: dorſuȝ quoqȝ eius deſuper virgis cedi. Et cum in omnibus immobilis permanſiſſet: iuſſit euȝ in car

terem trudi. Ad quem veniens anna ma
ter eius filium in dño hortabat. Quod iu
lianus audiens: fecit eam teneri: ⁊ per ca
pillos appēſam vngulari: ac lampades ar
dentes eius laterib⁹ apponi: que cū vre
retur emiſit ſpūs. ¶ Poſt hec imperator
quiriacū eductum ilarem vultum hñtē:
iuſſit in foueā ꝓfundam ſerpentib⁹ plenā
iactari eodem a venefico imiſſis. Sed tñ
ſerpentes oēs ſubito extincti ſunt. Quo
viſo miraculo amonius incantator conuer
ſus eſt: ⁊ in xp̄i confeſſione iuſſu impera
toris decollatus. Deinde mandauit iulia
nus quiriacū i caldariā oleo feruentiſſi
mo plenā imergi. Quā ille ſe ſignās ſpō
te ingredit: orans deum: vt iterum mar
tyrio baptizaret. Iratuſqꝫ iulianus i ipſo
cacabo eum gladio pectore tranſfodi mā
dauit. Sicqꝫ martyrium ſuū conſumauit
quarto noñ. maii die ſabbati. Sepultuſqꝫ
eſt hieroſolymis cum anna matre eius ⁊
amonio martyre.

¶ De ſcō Urſio ꝯfeſ. Ca. CXXII

Urſius ꝯfeſſor ex nobili frā
coꝝ genere. traxit originē:
quē adhuc lactentē quidā
peregrinus matri prenun
ciauit futurū patricidam.
Quū vero adoleuiſſet puer annoꝝ. xviij.
ad palatia caroli īpatoris accedens ſiue
pedes ſiue eques adeo ſe ſtrenue gerebat
ꝙ armoꝝ ductor creatus eſt. Qui quū pa
rentes aliqñ viſitaret matrē ꝓnoſtici me
morē ſemꝑ flentē inueniebat. Que de la
chrymis ſepius interrogata: tandē dulci
bus victa precib⁹ filio cām ꝓpalauit: Qui
vt horrēdū ſcelus declinaret: ānoꝝ iā
xxvi. cū cliēte ſodali dalmatiā verſus pre
rerunt: vbi multos paganoꝝ ab eoꝝ rege
miſſos: vt ſe xp̄ianos caperēt: trucidarūt.
Ad quoꝝ vindictā rex exercitū parās per
filiā admonet: vt prius iubeat ipſos ad ſe
impune accedere: ⁊ de eoꝝ peregrinatōe
interroget. Quo facto rex cum populo ab
ipſis cōuertit ad dñm: ⁊ filiā vnicā vrſio
deſponſauit: cui poſtmodū in regnū ſuc
ceſſit: hoc aūt pater ꝑ lrās intelligēs ꝓno
ſticū ꝑegrini floci faciēs ad aulā filii ſe cō
tulit. Ubi datis indiciis a nuru ſuſcipit: ⁊
qꝛ vrſius extra vrbē venatū iuerat: in ꝓprio
lecto cū ſene ⁊ filio paruulo maioris grā
honoris ſe collocauit: ſꝫ ecce humani ge
neris hoſtis ſub ipſi⁹ cubicularij facie re
gi denūciat: virū cū vxorē cōcūbere. Qui
domū feſtinās icōſultus prē filiū ⁊ vxorē
interfecit. Quo cognito: facti penitens ro
mam prexit: cui pro peccato ab hadriano
pontifice adhibet pnīa: vt in habitu pere
grino eccleſiā ſancte marie in mōte ſum
mano viſitet a nemine petēs: vbi ſit: qui in
de cū bullis remiſſionis receſſit: ⁊ tandē
ſepulchro dñi: monte ſina: ⁊ liminib⁹ bea
ti iacobi viſitatis annuēte deo vincentiā
applicuit: ⁊ inde mōtes verſus tendēs pa
ſtores audiuit dicētes: eamus domū: qm̄
nebule circūdant montē ſummanū. Ad
quoꝝ verba beatus vrſius genibus flexis
deo grās agens: ſalzenā poſtea ꝑ impium
ezelinū dirutū: ſe ꝯtulit: vbi ab ancilla his
potū petens: ⁊ nō impetrās expirauit: cā
panis ex ſemet ipſis pſonātib⁹: ⁊ ſic inuē
tus eſt ſanctus cū bullis ⁊ bacculo floren
ti. Cui ſtatim erecta fuit eccleſia: qḋ intel
ligens imperator cum eius affinib⁹ vene
runt: vt aſportarent corpus. At quū ſuble
uare nequiſſent: cum brachio ⁊ florido ba
culo in galliā redierūt. Eius feſtiua dies
colitur quinto nonas maij.

¶ De ſcā Monica vidua. Ca. CXXIII



Monica
vidua ex honeſtis pa
rentibus orta: a matre
facūdia pudice ſobrie
qꝫ educata: deo deuo
tiſſima adoleuit: que
annoꝝ. xiii. p̄tricio taga
ſtēſi ciui dſpōſata: poſt

annos.xij.dei gratia ⁊ dexteritate ſua fe-
rociſſimum virum deo lucerata eſt. Et
exinde cum eo in caſtitate perſeuerauit.
quo poſt.lxxiij.etatiſ ſue annum defūcto:
cepit de filio auguſtino manicheorum er
rore inflato vehemēter angi. Pro quo la
chrymas:preces:⁊ oblationes deo indeſi
nenter offerens meruit ab angelo audi-
re. Eſto viuitoq; ſecura: vbi enim tu: ibi
⁊ ille. Quum autem ex aphrica pia mater
filium ſequeretur itinerum labores ⁊ ma
ris diſcrimina ſuperando:non manicheū
nec adhuc chriſtianum repperit auguſti-
num.cuius in amplexus ⁊ dulcia ruens ī
oſcula:letitia reſoluta penam dereliquit:
ſic dicens. Credo filiani in chriſto te ve-
re conuerſum ⁊ perfectum catholicuʒ vi-
ſuram. Hec beata mulierum bonoꝝ ope
rorum ſtudioſa:infirmis inſeruire:orpha
nos cuſtodire viduas conſolari nunq̄ ceſ
ſabat:⁊ vbertim paſſioneʒ domini deplo
rabat. In ſpiritu per diem non nunq̄ de-
ſcebat. Quodam die in ſolennitate beati
cypriani eucharistiam ſumptura:per cubi
tum a terra eleuata bis clamauit. Uole-
mus ad celū: volemus ad celum fideles.
Appropinquāte vero vite ſue termio hec
dixit auguſtino. Unū erat:propter quod ī
hac vita morari cupiebā: vt te catholicuʒ
chriſtianūq; viderem: priuſq̄ morerer.
Ecce accumulatius mihi deus preſtitit:
vt te contempta etiā felicitate terrena: vi
deā chriſti ſeruum. Quid iā amodo hic fa
cio:neſcio. Poſt que diebus quinq; vix
peractis apud oſtiā tyberinā inter natos
febribus decumbens:ſic ait. Ponetis hic
matrem veſtrā:rogo vos vt ad altare do-
mini memineritis mei: vbi fueritis: ⁊ ſic
nocte media: q2 vexatiōe ſtomachi ſacra
mentum ſumere nequiuerat:ſuper lectū
puerulus eā amplectens viſibiliter appa
ruit:inter quos āplexus anima illa ſācta
volauit ad celum.anno domini.cccxciij.
iiij.non.maij etatis ſue.lvj.⁊ oſtie corpus
eius ſepultum:quod tempore martini pa
pe quinti anno ſalutis. M.ccccxvij. v.
idus aprilis repertum eſt ⁊ ſimiliter pau
lo poſt eius ſepulchrum: romam tran-
ſlatum eſt.incredibili miraculoꝝ nūero.

¶ De ſctō Angelo mar.⁊ ɔ.C. CXXIIII

Angel⁹ martyr ⁊ ɔfeſſor.na
tōe ſiculus ī vrbe lycate ex
generoſa pſapia ortus: ab
infātia deo deuote inſerui
ens:ieiuniis ⁊ orationibus
vacās:habitum carmelite
religionis ſuſcepit. In q̄ vitā maxima cū
auſteritate degens eximius predicator ef
fectus eſt. Hūc ſi quidē finita q̄dā predi-
catione ſcī dominicus ⁊ frāciſcus audien
te frequenti populo in terra proſtrati mi-
rum in moduʒ venerati ſunt. Qui poſt lō-
gos āplexus btō frāciſco predixit ſtigma-
ta:⁊ viciſſim ipſe frāciſcus ei martyrium:
quod vtriuſq; adimpletum eſt vaticinū.
Hic enim dum fidelibus chriſtum predi-
caſſet a paganis tentus:letiferis carceri-
bus mācipatus:⁊ penis vndiq; afflictus:
tādeʒ fronte gladio percuſſa:deo vite ob
tulit holocauſtum.iij.non.maij. Cui⁹ cor-
pus in eccleſia eius nomini dedicata re-
quieſcit miraculis decoratum. in eo autē
loco vbi martyris ſanguis effuſus eſt. Fōs
olei a primis vſq; ad ſecundas veſperas
ſcaturit: quo eodem die:ſiqui perungun-
tur:a diuerſis langoribus redimuntur.

¶ De ſcō Floriano marty. Cap. CXXV.



Florian⁹
martyr paſſus eſt apud
lauriacū oppidū tpib⁹
diocletiani ⁊ maximia-
ni īperatorū ſub pſide
aqlino. Qui cū eēt prin-
ceps officii militaris in
cetia vrbe audiēs qua-
liter q̄draginta martyres chriani poſt di-
uerſa ſupplicia ab aqlino pſide i carcē de-

veti eẽnt, đſiderio martyrii vale faciẽs mi/
litibus ſuis verſus lariacenſem ciuitatez
ire cepit. Obuiiſq; militibus qui a preſi/
de miſſi fuerant ad perquirẽdos chriſtia/
nos: ſeipſuz ſpõte illis obtulit vti chriſtia/
num. Quem illi tenẽtes duxerunt ad pre/
ſidem: qui florianum chriſti nomen con/
fitentem: primo atq; iterum à militibus
propriis cedi iuſſit: deinde ſcapulas eius
acutis configi. Et cum euz ad omnia ſup/
plicia paratum vidiſſet: iuſſit illum ad flu/
uium aniſi adduci: ꝛ ligato ad collum ei⁹
ſaxo ipſum de ponte precipitari. Cum au/
tem ibidem adductus orandi ſpacium à
militibus impetraſſet: quidam miles ce/
teris crudelior ſuperueniẽs, ceteroſq; de
mora necis eius redarguens: illum in flu/
men precipitauit. Statimq; oculi illius
crepuerunt. ¶ Poſtq; vero ſanctus mar/
tyr animam chriſto reddidit corpus eius
ſuper vndas enatans in eminenti ſaxo ab
aquis eiectum eſt. Et ſuperueniens aqui/
la aliis expanſis in modum crucis corpus
a feris protegebat. Tunc reuelante ſe ſan/
cto martyre cuidaz deuote matrone chri/
ſtiane, oſtenſiſq; ei indiciis loci, vbi eum
inueniret ꝛ vbi euz ſepeliret: mulier iun/
ctis bobus cum plauſtro ad locum deue/
nit: ꝛ corpus inuentum vehiculo impo/
ſuit: ſentibus quoq; ſpinoſis timore pa/
ganorum operuit. Et interrogãtibus qui/
buſdam ſpinas collectas ad claudenduz
hortum ducere ſimulauit. Deduxitq; cor/
pus ad locum ſibi a beato martyre demõ/
ſtratum: vbi ipſum ſecreto tumulauit.
Sed dum boues plauſtrum trahẽtes in
via ſiti deficerent nec aquaz reperire poſ/
ſent: orante muliere et martyris auxili/
um poſtulante ſubito fons de terra erupit,
ꝛ ſatiatis animalibus vſq; in pñs in ipo
loco fluere non deſiſtit. Paſſus eſt autez
ſanctus martyr. iiii. noñ. maii.

¶ De ſancta herina virgine et mar/
tyre. Cap. CXXVI.



Herina virgo
ꝛ martyr filia fuit lici/
nii imperatoris in ci/
uitate magedon ꝛ lici/
nie regine, que virgo
prius penelope voca/
batur. Pater vero ei⁹
turrim nobiliſſimã cõ/
ſtruxit: ꝛ muro circumcinxit ac viridariuz
plantauit: ipſumq; locum cunctis delitiis
repleuit: ſtatuaſq;. 98. deorum appoſuit:
vbi filiam ſuam annorum. vi. propter ei⁹
elegantiam vſq; ad tempus nuptiarum
incluſit: datis ei ancillis. xiii. ad miniſteri/
um ꝛ apeliano magiſtro ad litteras edo/
cendum. Cum autem eſſet annoruz. xii.
die quadam columba per feneſtram tur/
ris orientalem ſuper menſaz paratam tu/
lit oliuam: ꝛ per aliam feneſtram occidẽ/
talem coruus in eadem menſa depoſuit
viperam. Quod cum magiſtro retuliſſz:
expoſuit coruum regem impiorum vipe/
ram tribulationem ſibi inferendam: co/
lumbam regem celoruz: oliuam vero pa/
cem celicam ſibi dandã. Pater vero eius
volens illaz nuptui tradere ipſius animũ
requiſiuit. Puella vero dierum. vii. acce/
ptis induciis deos patris ſuperinde con/
ſuluit. Sed ab eis nullo reſponſo habito
deum chriſtianorum de quo audierat in/
uocauit. Cui ſtatim angelus dñi apparẽs
eam in fide docuit mutatoq; nomine he/
rinam vocauit. Sequenti vero die theoti/
mus quidã preſbyter ab angelo in turrẽ
intromiſſus eã baptizauit: moxq; illa pa/
tris idola de turri ꝓiecit: pr̃ vo poſt dies
vii. reuerſus cum idola confracta vidiſſet
ipſamq; chrĩanam didiciſſet eã ad ciuita/
tem duci fecit: que iuxta vrbis portã dia/
bolum ſibi apparẽtem ꝛ eidem cõminan/
tẽ crucis ſigno fugauit. ¶ Cum aũt chrm̃
ɔfiteret iuſſu patris vincta vngulis indo/
mitorũ equorũ terẽda ſubiicitur: ſed ipſa

angelo aſſiſtente nil leſa: pater morſu vnius ex equis occiditur. Quē virgo a mortuis ſuſcitauit: ⁊ conuerſum vna cum matre ſua in turri recluſit donec penitentiā agerent. Ipſa vero in ciuitate remanſit: vbi chriſtum annuncians multos conuertit. Quod audiens ſedechias decius frater licinij rex potētiſſimus venit ad ipſā ciuitatem: ⁊ herinam comprehenſam in foueam ſerpentibus plenam immitti fecit: vt ibi fame ⁊ reptilium morſibus deficeret. Que ab angelo confortata ⁊ ſerpentibus interfectis ibidem diebus .xiii. ſine cibo permāſit. Deinde decius pedes eius ſecari fecit. Sed continuo ab angelo ei reſtituti ſunt. Poſt hec de conſilio hipparchi comitis ſub rota molendini ligatur ⁊ aqua laxatur: ſed mox aque diuidunt̄ vincula eius rūpuntur: rotaq̄ permanſit immobilis: ⁊ virgo ſurrexit incolumis: vnde ⁊ .vii. milia paganorum conuerſi ſunt: ⁊ lapidantes deciū ex vrbe deiecerunt: qui poſt dies modicos propter ictus lapidum expirauit. Filius autem nomine ſapor mortem patris vindicare cupiens cū exercitu ciuitatem obſedit: ſed dū virgo ſtetiſſet in porta hoſtes omnes excecantur: ⁊ iterū eius orōnibus illuminant̄. Sapor vero vrbē ingreſſus cōfixis clauis in calcaneis virginis eidē īpoſuit maſſam quā portare fecit ad ſeptē miliaria. Cūq̄ illeſa rediſſet. triginta milia hoium cōuerſi ſunt. Sapor vero a diabolo oppreſſus expirauit. ¶ Poſt hec veniens theotimus pſbr parētes virginis ⁊ pplm baptizauit: ⁊ eos in fide diligēter inſtruxit. Poſt annos vero tres veniēs virgo ad ciuitatē calanicū tēta eſt a numeriano rege pro xpi nois ↄfeſſiōe. A quo in tres boues eneos ignitos ſucceſſiue incluſa cū ꝑmanſiſſet illeſa: ⁊ tertius bos ac ſi viuus calorē ſentiens: mugiens diſcurrēt decē milia gentilium conuertunt̄. Huic mortuo rege ꝑdicto a ꝑtore quodā in igne miſſa cū exiſſet tam membris quā veſtibus inuſta ꝑtorē conuertit. ¶ Hinc ad vrbē cōſtantinā deueniēs ramūq̄ oliue deferens diebus octo ꝑmanſit ibidē: ⁊ multos ad fidē adduxit. ¶ Inde ad niceam accedēs ſaporē quendā regē cū multis de pplo xpo acquiſiuit: vbi dieb⁹ .lxxviij. ꝑmāſit. Poſt hec ad vrbē ꝓpriam rediens patrem defunctum repperit: ⁊ dieb⁹ aliquib⁹ ibi degens matrē in dño cōfortauit. Nouiſſime vero diuina virtute aſſumpta epheſū deducit̄: vbi multis oſtēſis miraculis ⁊ plurimis dño lucratis poſt dies .xv. aſſumpto apeliano didaſcalo ſuo cum alijs .vi. viris vrbe exiuit: vbi nouū ſepulchrū repperit. In quo ſe includi fecit: ⁊ vt poſt dies .iiij. ad ſe redirēt mandauit. Qui ad terminū reuerſi: amotoq̄ lapide ſepulchrum vacuū inuenerūt. Cuius feſtum agit̄ .iiij. no. maij quo videlȝ die ſepulcrū intrauit.

¶ De ſcā antōia vgi. ⁊ m̄. Ca. CXXVII.

Antonia ꝟgo apud nicomediā paſſa eſt que nimiū torta et varijs afflicta cruciatibus: poſt ab vno brachio tribus diebus ſuſpenſa: deinde in carcere bieñio detruſa a priſcilliano preſide nouiſſime flāmis exuſta eſt. iiij. non. maij. Hec hieronymus in martyrologio.

¶ De. ſ. ſiluāo epō ⁊ ſo. m̄. C. CXXVIII.

Siluanus epiſcopus cum ſocijs ſuis in paleſtina ciuitate gaza martyriū paſſus eſt. Hic enim cum eſſet epſ tyri phenicis ⁊ annis fere quadraginta ſacerdotio functus fuiſſet ſub ꝑſecutiōe maximiani imperatoris vir māſuetudine animi ⁊ ipſa iam ſenectute venerabilis: cum plurimis clericis ſuis ⁊ tribus iuuenibus chriſtianis beſtijs ſubiecti hoſtia chriſti effecti ſūt: ſicq̄ martyrio coronati .iiij. non̄. maij.

¶ De ſcis q̄draginta mar. Ca. CXXIX.

Quadraginta martyres ſub pſecutiõe diocletiani apud caſtrũ lauriacũ paſſi ſũt agẽte pſide aqlino: d qbꝰ ſupra ĩ paſſiõe ſci floriãi martyris dctũ ẽ. Qui ab eodẽ pſide pꝰ varia & exqſita eis illata ſupplicia: vinculis duris artati i carcerẽ miſſi ſũt. Quoꝝ paſſioibꝰ floriãnꝰ martyr pdictꝰ ad martyrij tollerãtiam aiatꝰ ẽ. Qui oẽs diu reclusi & inedia afflicti: tãdẽ ĩ carcẽ ſpm tradidert. iiij. no. ma.

¶ De ſcis aliis qdragita mar. C. CXXX.

Quadragita alij ſci martyres ĩ metallo pbanẽſi paſſi ſũt: d qbꝰ ſcribit euſebiꝰ. viij. li. eccl'aſtice hiſtorie ca. xiij. q tpe pſecutionis diocletiane omnes inſimul pro chriſti nominis confeſſione capite ceſi ſunt. iiij. noñ. maii.

¶ De ſcis. xl. ruſticis mar. C. CXXXI.

Quadragita ruſtici martyres tpibus gregorij pape primi martyriũ paſſi ſunt: q a longobardis capti carnes immolatitias comedere ↄpellabãt. Cũq diu reſiſterẽt poſt multas cõminatiões eiſdẽ a lõgobardis illatas: fidelit pſtiterũt: ac in ſua ↄſtãtia ſimul omnes gladiis ceſi ſũt. Hec gregorius. ij. dialo. ca. xxvij.

¶ De Aſcẽſiõe dñi nri ieſu xpi. C. cxxxij.



Aſcẽſio dñi die quadrageſimo a reſurrectõe ipſius facta ẽ. Nã in ipſa die dñs diſcipulis bis apparuit: ſemel. xi. diſcipulis comedentibus in cenaculo. Omnes quidẽ tam apoſtoli q alij diſcipuli: nec non mulieres habitabant in illa parte hieruſalẽ: que dicebatur mello in arce dauid: ſcilz in monte ſyon Et erat ibi cenaculũ illud grande ſtratum: in quo dominus pcepit ſibi paſcha parari: & in illo cenaculo tunc vndecim apoſtoli habitabant. Ceteri autem diſcipuli & mulieres in eadem arce per diuerſa hoſpitia: vbi dum diſcipuli recumberent dominus eiſdem apparuit: & illorum incredulitatez exprobrauit: & cũ comediſſet cum eis: & precepiſſet vt ĩ mõtem oliueti verſus bethaniam irent ibidem eis iterum apparuit: ac ſpiritum ſanctum eis ſe miſſurum promiſit. Jndiſcrete quoq de tempore futuro querentibus reſpondit: q eis datum non erat noſſe tẽpora vel momenta. ¶ Tunc eleuatis manibus eis benedixit: & inde coram eis in celum aſcendit. Jn quo loco cuz poſtmodum edificata fuiſſet eccleſia: locus ille in quo ſteterũt chriſti veſtigia nunq ſterni potuit pauimẽto ſed reſiliebant marmora in ora calcantium. Calcato quoqz puluere a domino adhuc veſtigia ipreſſa cernuntur: & eãdem adhuc ſpeciem terra cuſtodit. Cum autem chriſtus ppria ꝟtute eleuatus aliquantulũ aſcendiſſet: videlz vſqz ad nubes: tunc nubes clara inuoluit eum: & obtexit ab oculis diſcipulorum cũ qua ſimul celos aſcendit. Et intuentibus illis in aerea poſtq ipſum amplius videre non poterant: duo eiſdem angeli in albis aſtiterunt dicẽtes: q ieſus q ab eis aſſumptus in celum fuerat: in eadez carne & eodem modo & in ipſo loco iudicaturus orbem venturus erat. Tunc illi hieroſolymã ad locũ hitatiõis ſue reuerſi ſunt: pmiſſum ſpiritum paraclitũ expectãtes. Cuius aſcẽſiõis feſtũ ad lrãm contigit. iij. noñ. maij. ¶ Et qꝛ de more eſt: vt cũ aliqs magnꝰ dñs ad aliqs ptes vadit: qttuor. ſãn ſolẽt. ſ. ¶ De loco vñ abiit. ¶ De tpe

quando receſſit. ¶ De modo quē tenuit. ¶ Et de fine ad quē pgrauit. Jccirco circa hanc aſcenſionē predicta quattuor inquirenda ſunt: videlicet. ¶ Loci celſitudo. ¶ Tpis plenitudo. ¶ Modi rectitudo. ¶ Et finis magnitudo. ¶ Circa pmū videlicet circa loci celſitudinē ſciendum eſt: φ chrs aſcendit ſuper oēs celos: vt dicitur eph. iiij. Qui deſcēdit ipſe ē: ꝛ q̄ aſcēdit ſuper oēs celos. Eſt autē celū. ¶ Materiale. ¶ Rationale. ¶ Jntellectuale. ¶ Et ſupſubſtātiale. ¶ Celuꝫ materiale triplex eſt. ſ. ¶ Aereū vnde ꝛ aues celi dicunt per aera volitātes matth. vj. Reſpicite volatil. ꝛc. ¶ Ethereū qḋ diuiſuꝫ eſt in. vij. orbes planetarū ꝛ firmamētū ſtellarum fixarū. eccle. xliij. Spēs celi gloria ſtellarum. ¶ Et empyreum qḋ eſt de pura luce in quo eſt paradiſus et ſedes dei: pſalmiſ. Dominus in celo parauit ſedem ſuam. ¶ Celū rationale eſt homo iuſtus ratione inhabitationis diuine: q2 ſicut celuꝫ eſt ſedes dei: ſic anima iuſti ſedes eſt ſapientie. ¶ Celū intellectuale eſt angelus: Angeli enim dicuntur celi per ſimilitudinem: quia ſunt altiſſimi ratione dignitatis ꝛ excellentie: pulcherrimi ratione nature ꝛ glorie: ꝛ fortiſſimi rōne virtutis ꝛ potentie iob. Celi. i. angeli non ſunt mundi in conſpectu eius. ¶ Celum ſupſubſtantiale eſt ipſa diuina excellentia de quo celo chrs venit: ꝛ poſtea vſqꝫ ad illḋ aſcendit: pſal. A ſummo celo egreſſio ei⁹ ꝛc. Aſcendit ergo chrs ſup oēs celos materiales: pſalmiſta. Eleuata eſt magnificētia tua ſuper celos. ¶ Super omnes celos rationales pſalmiſta. Ponis nubem aſcenſum qui ambu. ſuper pēnas ventorum. i. ſanctorum. ¶ Super celos intellectuales pſalmiſta. Aſcendit ſuper cherubin. ¶ Et aſcendit vſqꝫ ad celū ſuperſubſtantiale videlicet vſqꝫ ad dei equalitatē marc. vlti. Aſſumptus eſt in celum ꝛ ſe. a de. dei. ¶ Circa ſcḋꝫ videlicet circa tpis plenitudinē videndum eſt quare non ſtatim vt ſurrexit aſcēdit: ſed tot diebus expectauit. Hoc āt fecit triplici rōne. ¶ Primo propter reſurrectionis certificationē: que difficilius probatur φ̄ mors. Nam a prima die vſqꝫ ad terrā vere poterat probari mors ꝛ paſſio: ſed ad veram reſurrectionem probandam plures dies requirebātur. leo papa. Quadragenarius ideo ɔpletus eſt numerus ſacratiſſima ordinatione diſpoſitus vt dum in hoc ſpatio mora penitentie corporalis extēditur: fides reſurrectōis documentis neceſſariis muniretur. ¶ Secundo propter apoſtolorū conſolationem. Quia enim conſolatiōes diuine tribulationibus ſuperabundant: ꝛ tempus paſſionis fuit tribulationis apoſtolorum: tempus autem reſurrectionis fuit conſolationis eorum ideo plures debuerunt eſſe iſti φ̄ illi. Et hec eſt ratio damaſceni. ¶ Tertio propter myſticam ſignificationē: vt per hoc detur intelligi φ conſolationes diuine tribulationibus cōparantur ſicut dies ad horā. Qḋ patet per hoc φ domin⁹. xl. horis mortuus fuit: qḋ erat tēpus tribulationis: per. xl. vero dies reſurgens apparuit: qḋ erat tempus conſolationis. Unde glo. xl. inquit horis mortuus fuerat: propter hoc. xl. diebus viuere confirmabat. ¶ Circa tertium videlicet circa modi rectitudinē q̄lr̄. ſ. aſcēdit ſciēdū ē φ aſcēdit. ¶ Primo potēter: q2 viribꝰ ppriis eſa. lxvij. Quis eſt iſte q̄ venit de edon ꝛ iſra gradiēs in multitudinē virtutis ſue. Jo. iii. Nemo aſcendit in celuꝫ ſcꝫ virtute propria niſi qui deſcendit de celo ꝛc. licet enim in quodam quaſi globo nubis aſcenderit. hoc tamen non fecit quia nubis officio idigeret: ſed vt per hoc oſtenderetur φ omnis creatura parata eſt obſequi creatori ſuo. Jpſe enim potentia ſue diuinitatis aſcēdit. Et in hoc notatur differentia ſecundū quod dicitur in hiſtoria ſcholaſtica inter chriſtū enoch ꝛ heliam.

⁊ heliam. Nam enoch trãſlatus eſt. Heli/
as igneo curru ſubuectus ſed ieſus ꝓpria
virtute aſcendit. Primus ſcdm gregoriũ
per coituʒ generatus ⁊ generans. Scds
generatus ſed nõ generans. Tertius nec
generatus nec generans. ¶ Scdo aſcen/
dit patenter: quia videntibus diſcipulis
act.i. Uidentibus illis eleuatus ē. Jdeo
enim illis videntibus aſcendere voluit vt
dicit glo. vt ipſius aſcenſionis teſtes exi/
ſterent ⁊ naturã humanaʒ in celum ferri
gauderent: ⁊ ipſuʒ ſemper deſiderarent.
¶ Tertio letanter quia iubilantibus an/
gelis pſalmiſta. Aſcendit deus in iubila/
tione. Dicitur ꝙ hymnũ illũ aſcenſionis:
Jeſu noſtra redẽptio: aſcẽdente xp̄o an/
geli in perſonaʒ humane nature cõpoſue/
runt ⁊ eadẽ forma ⁊ eodem tono quo ip/
ſum canit eccleſia ipſum decantauerunt.
Quẽ apoſtoli audientes per ſpiritũſanctũ
mox didicerunt ⁊ eccleſie canendũ tradi
derunt. ¶ Quarto feliciter: quia comitã/
tibus ſanctis. Nã predaʒ quã inferno ſub
traxit ad celos ſecũ deducit pſalmiſta. Do
minus in ſinai ſancto aſcendens in altuʒ
cap. duxit captiuitatẽ. ¶ Quinto veloci/
ter quia velocius ꝙ̃ volantibus aliis. pſal
miſta Uolauit ſuper pẽnas ventoruʒ: nõ
eniʒ venti tãta velocitate impellũtur pſal
miſta. Exultauit vt gigas ad cur. viaʒ ⁊c.
Ualde enim velociter aſcendit quando
tantum ſpacium in momento percurrit.
ambroſius. Saltu quodaʒ chriſtus venit
in hunc munduʒ ⁊ ſaltu velociſſimo aſcẽ
dit in celum. ¶ Circa quartum autem vi
delicet circa finis magnitudinem ſcien/
dum eſt ꝙ aſcenſionis chriſti. x. fuerunt
fructus ſiue vtilitates. ¶ Prima ē iſinua
tio amoris diuini ioan. xvi. niſi ego abie/
ro para.non veni.ad vos ⁊c. vbi dicit au/
guſtinus. Si carnaliter heſitaueritis ca/
paces ſpiritusſancti non eritis. ¶ Secũda
maior cognitio dei Joan.xiiii.ſi diligere/
tis me gauderetis vtiqꝫ ꝗa vado ad patrẽ:
vbi auguſtinus. Jdeo ſubtraho formam
iſtã ſerui in qua pater maior me eſt: vt de
um ſpecialiter videre poſſitis. ¶ Tertia
eſt meritum fidei. Leo papa in ſermone.
Magnarum enim hic vigor eſt mentiuʒ
incunctanter credere que corporeo non
videntur intuitu: ⁊ ibi figere deſiderium
quo nequeas inferre conſpectũ. ¶ Quar
ta eſt noſtra ſecuritas. Jdeo enim aſcen/
dit vt noſter ad patrem aduocatus ſit. pri
me Joan.ij. Aduocatum habemus apud
patrem ieſum chriſtum iuſtum ⁊c. Ber.
Securum acceſſum habes ad deum o ho
mo: vbi mater eſt ante filiuʒ ⁊ filius ante
patrem: mater oſtendit filio pectus ⁊ vbe
ra: filius oſtẽdit patri latus ⁊ vulnera: nul
la ergo poterit eſſe repulſa vbi tot concur
runt charitatis inſignia ¶ Quinta eſt ma
xima dignitas: magna enim dignitas eſt
quando noſtra natura vſqꝫ ad dexteram
dei patris exaltata eſt. Hanc dignitatem
in hominibus angeli conſiderantes: qui
in lege veteri ſe adorari permittunt: dein
ceps adorare ſe prohibent apoca.xix. Ce
cidi ante pedes angeli: vt adorareʒ eum:
⁊ dixit mihi: vide ne feceris ⁊c. Leo papa
Natura hodie noſtre humilitatis vltra cũ
ctarum altitudinem poteſtatũ ad dei pa
tris eſt prouecta cõſeſſuʒ. ¶ Sexta ē ſpei
noſtre ſoliditas heb.iiij. Habentes põtifi
cẽ magnũ qui penetrauit celos: ieſuʒ filiũ
dei teneamus ſpei nr̃e confeſſionẽ Hiero
nymus: Xpi aſcenſio nr̃a eſt prouectio: ⁊
quo proceſſit gloria capitis eo ſpes tendit
⁊ corporis. ¶ Septima ē vie oſtẽſio Mich.
ij. Aſcendit iter pandens ante eos Au/
guſtinus Uia tibi factus eſt ipſe ſaluator:
ſurge ⁊ ambula: habes quo: noli pigreſce/
re. ¶ Octaua eſt ianue celeſtis apertio.
Sicut enim primus adam aperuit ianuaʒ
inferni: ſic ⁊ ſecundus paradiſi. Unde cã
tat eccleſia. Tu deuicto mortis acu. ape/
rui.creden. regna celorum. ¶ Nona eſt
loci ꝑparatio. Joan.xv. Uado parare vo-

bis locum. Auguſtinus Dn̄e para: quod paras: ⁊ te nobis paras: quando ante lo/cum paras ⁊ tibi in nobis ⁊ in te nobis.
¶ Decima ⁊ vltima eſt ſpiritusſancti miſ-ſio. Joā. xv. Expedit vobis vt ego vadā. Si enim nō abiero: paraclitus nō veniet ad vos. Si autē abiero: mittā eū ad vos. Hoc aūt ideo xp̄s diſpoſuit: vt ſpiritūſan/ctū a p̄re ⁊ filio mitti oſtenderet: ne ſi an/teq̄ xp̄s aſcēderet mitteret: a ſolo fortaſ/ſe p̄re mitti putaretur: ⁊ per conſequēs a ſolo p̄re procedere videret: ſcd̄m q̄d gre/cus error ſuadet: contra quē eſt expreſſa auctoritas veritatis. Joan. xv. Cū vene/rit paclit⁹: quē ego mittā vobis a p̄re ⁊c. vbi dic̄ beda: q̄ ipa miſſio ipa ē ⁊ pceſſio.

¶ De. ſ. Gotardo ep̄o ⁊ ɔfeſ. Ca. cxxxiij.



Gotard⁹ ep̄s tēpore ſancti hen-rici ipatoris claruit: q̄ in alcenſi monaſterio enutritus: ſub henrico duce bauarie ibidē ab bas effectus: monaſte rio laudabilit̄ prefuit Deinde mandato regis per viligiſum ar-chiepiſcopū hercl. ad monaſterii veldeū. regimen pmotus ē: gareū. ⁊ cremeū. mo naſteriis eidem in cura cōmiſſis: inde alo ben rediēs a ſancto impatore henrico ad himeū. epiſcopatū vocatus diudum renu/it. Cum autē domina noſtra ei apparuiſ/ſet: ⁊ eum in eccleſia ductum vt a crucifi xo veniam peteret induxiſſet: ille proſtra tus humi ante crucifixum miſericordiā poſtulauit. Statimq̄ beata virgo verſicu lum illum concinere cepit. Infunde vn/ctionem tuam ⁊c. Quod ille intelligens: ⁊ diuine voluntati reſiſtere metuens: epi ſcopari cōſenſit. Et in epiſcopatu ſuo gre-gem dominicū ſolicite procurauit. ¶ Cū a quadam nobile domina nomine ſophia de poſſeſſione eccleſie infeſtaretur: die q̄dam ad eam acceſſit. ⁊ ipſam coram ſum mo iudice ſup cā eccleſie in proximo ven turo feſto purificatiōis citauit. Seque cū quodam eius clerico puero eadem hora migraturum poſt dies modicos eſſe pre/dixit. Morq̄ vna cū predicto puero lāgo re detineri cepit. Et dum in feſto aſcēſio/nis quod anno illo die tranſitus eius oc/currit hora matutinali in eccleſia cantare tur antiphona illa. Aſcendo ad patrē me/um ⁊c. Ille vna cū dcō puero vna ⁊ eadē hora ſpiritū emiſit. Poſt cuius obitū in ſtante purificatiōis feſto: tūc ſubſequente predicta ſophia defuncta eſt. Quieuit in chriſto ſanctus Gotardus. iij. noū. maij. Hec frater bartholomeus.

¶ De ſcō Andoeno ep̄o. Ca. CXXXIIII.

Andoeu⁹ ep̄s oppido ſue nōis noie ſauciato claris parētib⁹ ortus frater ſcō rū adonis ⁊ rhadonis ſub rege francoꝝ lothario ide ſub dagoberto in regali palatio regni negotia ſtre nue miniſtrabat. Sed cū ado monachus fact⁹ fuiſſet: rhado theſauroꝝ regaliū curā hēbat. Quo tp̄e ſcūs eligi⁹ nouioneū. etiā in regis palatio clarus erat. Andoeu⁹ ve/ro xp̄o militare cupiens: a rege phibebat ſctitate tamen ꝑpollens ſub veſte precio ſa cilicio vtebat. In propriū poſſeſſiōe pa/trimonii monaſteriū cōſtruxit: ⁊ dotauit: eiq̄ ſcūm agilum columbani diſcipulum prefecit. ¶ Deīde cōſentiente rege cleri/cus factus defuncto romano rotomageū. ep̄o: andoeu⁹ eligit: ſed anteq̄ conſecrari vellet: ad hiſpanias ꝑdicādas acceſſit: vbi ⁊ miracula oſtēdit. Nā quendā die dn̄ico ī mola laborātē: cui man⁹ arida facta mo le adheſerat ſubito penitētē ſanauit. Cō/ſecratuſq̄ ē eodē die cū ſcō eligio nouio/neū. ep̄o. In hui⁹ ſci cubiculo lux imenſa ſepi⁹ celit⁹ iſuſa ɔſpicit: ⁊ voces angelice ſecum colloquētes audiunt. ¶ Dum ſe/

mul parochiā ſuā circuiens iuxta locū q̄
dicit̄ ad crucē ſancti andoeui in curru ſe/
dēs trāſiret: ⁊ muli currū trahentes nullo
ſtimulo vel vbere ſe ide moueri poſſent:
ep̄s in aere ſignū crucis fulgētē pſpexit:
vbi ⁊ crucē ligneā in teſtimoniū affixit: ⁊
ſcōꝝ reliq̄as apposuit. Ibiqꝫ nocte ſequē/
ti colūna ignea i aere apparuit. Ubi ⁊ poſt
modū monaſterio fabricato: ſctūs leufri/
dus cū monachis plurimis dn̄o ſeruiue/
rūt. ¶ Uaſuingū quēdam diuitem in ex
tremis laborantē: pmiſſione ab eo ſuſce/
pta q̄ in beneficii vicē cenobium ↄſtrue/
ret: priſtine ſanitati reſtituit: illeqꝫ pmiſſa
ↄplere curauit. ¶ Cuidā quoqꝫ muto per
xi. annos loquelā amiſſam reſtituit. Et in
verduneñ. vrbe oppreſſū a diabolo libe
rauit. Rexit eccleſiam ſuam annis. xliiii.
⁊ nonagenarius ad dominum emigrauit
iii. noñ. maii. ibiqꝫ ſepultus eſt.

¶ De ſcō hilario ep̄o. Cap. CXXXV.

Hilarius arelateñ. ep̄s vir i
ſanctis ſcripturis doctus ⁊
doctor iclytus fuit. Qui pau
ptatis amator erga inopū
puiſionē pietate mentis ⁊
corporis labore ſolicitus grandi ⁊ ſolerti
cura paupes aluit: ⁊ in docēdo gratiſſim⁹
extitit: multos ſermones ſplēdidos ad po
pulū fecit: ⁊ plurima eruditionū opuſcula
ↄpilauit: volumē grāde de fide. xiii. libris
explicitū ſermone ſplēdido exarauit. Hi
quoqꝫ honorati p̄deceſſoris ſui vitā cum
multoꝝ vtilitate cōpoſuit. Finē vite dedit
valētiani ⁊ martiani tpibus. iii. noñ. maij.
Hec gēnadi⁹ libro de viris illuſtribus.

¶ De. ſ. Eutimo marty. Cap. CXXXVI

Eutimus diaconus ⁊ mar/
tyr apud alexandrie ciuita
tem pro chriſti fide ab in/
fidelibus chriſtianitatem
emulantibus detentus: ⁊
dudum in carcerali ergaſtulo vinculis ar
tatus: ⁊ inedia maceratus in confeſſione
emiſit ſpiritū. iii. noñ. maij. vt dicit ado.

¶ De ſcis Pyreneo ⁊ ſocij. m̄. C. cxxxvij.

Pyreneus ⁊ peregrin⁹ mar/
tyres ⁊ hyrenis virgo apud
theſſalonicam ciuitatem
dum veritatē ſacre fidei
proteſtari auſi fuiſſent: pa/
ganorum rabie detenti at/
q̄ in ſimul ignib⁹ combuſti palmas mar/
tyrii perceperunt iii. noñ. maii. hec ado.

¶ De. ſ. Joāne añ portā latinā. c. cxxxviij



Joā/
nes euāge/
liſta ideo
ante portā
latinam di
citur: quia
in vrbe ro/
ma in ipſo
loco in fer/
uentis olei
dolio miſ/
ſus diuina
gratia inde exiuit illeſus. Nam vt in eius
legēda aliq̄lit̄ tactū ē. vi. cal. ianuarij. Cū
domitianus impator ſcdam poſt neronē
in xp̄ianos perſecutionē excitaſſet: ⁊ bea/
tus euāgeliſta apud epheſū p̄dicaret a p
conſule tētus iuxta edictū impiale admo
nebatur xp̄m negare ⁊ a predicatione ceſ
ſare. Quod cū apoſtolus recuſaret dicens
q̄ obedire deo magis q̄ȝ hoibus oporte/
ret: pconſule eū in cuſtodiā miſit ⁊ de eo
p litteras impatori ſuggeſſit. Cui domitia
nus reſcripſit vt Joānē catenis vinctū ab
epheſo ſecū romā adduceret. Cū ergo a p
conſule ad vrbē adduct⁹ eēt: mandauit
imperator proconſuli: vt Joannem apud
portam que latina dicitur in dolium fer/
uentis olei mitteret: prius tamen ipſum
more romāo flagellis cederet ⁊ crines ca
pitis ei⁹ funditus tonderet vt ſic deſpect⁹
⁊ illuſus omnibus appareret. Tunc pro/

conſul iuxta mandatum ceſaris ioannem ante portam latinaȝ adductū prius flagellari: deinde crinibus tondi fecit: ac demū in dolium feruentis olei mergi. Qui coniectus in illud vnctus nō aduſtus deuaſe exijt: ⁊ tā a pena illeſus fuit q̄ȝ a corruptione carnis immunis permāſit. Proconſul autem tanto miraculo ſtupefactus eum liberꝫ dimiſiſſet niſi imperatorem offendere timuiſſet. Sed in inſulam pathmos ipſuȝ in exilium duci fecit: ⁊ ſic furorē domitiani temperauit. In loco autem illo vbi in oleum miſſus eſt: xp̄iani proceſſu temporis eccleſiam eius nomini fabricarūt: ⁊ feſtum eius ipſa die celebrare ceperunt: videlicet pridie non̄. maij. ¶ Hic btūs apoſtolus ⁊ euangeliſta in predicta inſula relegatus: apocalypſiȝ quā ei dn̄s reuelauit greco ſermone manu ſua conſcripſit: quā interpretati ſunt iuſtinus martyr ⁊ hyreneus. Scripſit ⁊ epiſtolam canonicā cuiꝰ initium eſt. Quod fuit ab initio ⁊c. que a cūctis eccleſijs ⁊ viris eruditiſſimis approbatur. Relique aūt due que Ioānis intitulantur. Alteri Ioanni preſbytero aſcribuntur. Cuius ⁊ ſepulchrum apud epheſum demōſtratur. Nouiſſimus autē omnium ⁊ finem ſcripturam ſuarum ſcripſit euangelium ab aſie epis rogatus aduerſus cerithū alioſq̄ hereticos: ⁊ p̄cipue ebionitaruȝ tunc dogma conſurgēs: q̄ aſſerūt xp̄m ante mariam non fuiſſe: vnde etiam compulſus eſt diuinam verbi natiuitateȝ edicere. Hec hieronymꝰ de viris illuſtribus. ¶ Refert quoq̄ hellinādus q̄ euāgelium conſcriptuȝ triduanum ieiuniuȝ omni eccleſie indixit: vt digne deo conſcribere poſſet. In loco autem vbi euangelium ſcripſerat: licet nullo ſit operimēto munitus: nihil hactenꝰ imbris aut pluuie decidit: vt per hoc appareat quantaȝ ipſi loco elementa vſq̄ȝ in preſens reuerentiam ſeruant.

¶ De. ſ. Ioāne damaſcēo p̄ſby. C.cxxxvi

IOannes preſbyter cognomine damaſcenus apud cōſtantinopolim floruit t̄pe theodoſij. iij. imperatoris. Hic filius meſue ſaraceni apud damaſcuȝ exortus vn̄ ⁊ damaſcenꝰ dictus eſt ab ānis puerilibꝰ cultu iudeus in iudaiſmo natus ⁊ educatus liberalibꝰ ſcientijs ⁊ philoſophicis imbutus: litteriſq̄ȝ grecis hebraicis pariter ⁊ latinis eruditus libros vtiles in medicinalibus vtpote peritiſſimꝰ medicus cōfecit. De iudaiſmo tandem adhuc iuuenis ad chriſtum conuerſus cōſtantinopolim veniens ſub anaſtaſio ſc̄do imperatore monacalē habitū ſumpſit. Et virgo permanens in amorem beate virginis totum ſe contulit: pluraq̄ȝ dictamina i eiꝰ laudibꝰ cōponebat: ⁊ cōpoſita ſcribebat: multiſq̄ȝ nobilium filijs multa legebat. Cū aūt die quadā poſt lectionem cum ſcholaribus iret ſpatiando: pyrate ſaracenoruȝ eum ſubito rapuerūt ⁊ ad egyptum ducentes cuidam ſaraceno diuiti vendiderunt. Qui aduertēs eiꝰ peritiam filium ſuum eidem inſtruendū tradidit: ⁊ ip̄m honorifice tractauit. Qui puerum acerrimi ingenii infra paucos annos plenius erudiuit: illeq̄ȝ magiſtri modum dictandi ⁊ ſcribendi adeo didicit vt nec ſtilum nec ſcripturā alterutrius quis diſcernere poſſet. Mortuo vero anaſtaſio imperatore: theodoſius factus imp̄ator: qui in iuuentute ei fuerat amiciſſimꝰ Ioannem precibus ac precio multo a ſaraceno redemit: quē ꝯſtantinopoliȝ deductum ſuum cancellariuȝ fecit: eiuſq̄ȝ conſilio ⁊ induſtrie curiam totam regēdam cōmiſit. Filius aūt ſaraceni quem docuerat iam magnus effectus ⁊ glorie p̄ceptoris inuidens: cogitans quō honorem magiſtri conſequi poſſet: conſtantinopolim veniēs ſub nomine ioānis litteras finxit q̄s ſaracenoꝝ ſoldano dirigebat: i q̄bꝰ ei ſignificabat: q̄ memor bn̄ficioꝝ in partibꝰ

egypti a ſaracenis receptorū libenter vel
let ſoldanuꝫ grecie dominari: ⁊ ꝙ impe-
rator exercitum grecorū ad partes remo
tas conducere debebat. Et ꝙ ſi cum gen
te ſua ad vrbem regiam feſtinaret: ſubito
⁊ ſine obſtaculo imperium grecie obtine
ret. Has autem litteras iuuenis ille in cō
ſiſtorio cauſarum ex induſtria proiecit: ⁊
abiit. Reperte igitur littere ⁊ imperatori
theodoſio exhibite: procul dubio ioānis
epiſtole ſunt iudicate attēto modo dicta-
minis ⁊ ſcripture. Captus ioannes impe
ratori preſentatur: ⁊ an litteras illas ſcri/
pſerit: ipſum auguſtus ſciſcitatur. Joan-
nes reſpondet: ꝙ ſtilum ⁊ litterarum for
mam ſuum eſſe negare nequit: ſed teſte
deo illas epiſtolas nunꝗ̄ ſcripſit. Cūqꝫ
propter confuſam reſponſionem adhuc
maior ſuſpitio eſſet contra eum: ⁊ quidā
ipſum vt proditorem dicerent occidēdū.
Imperator fecit ei dexteram amputari: ⁊
proditorem ſuum ⁊ imperij publice pro-
clamari: ⁊ ad perpetuam eius confuſionē
manum in eccleſia ſue abbatie ſuſpendi:
ipſumqꝫ ad monaſterium ſuum iuſſit re
duci. Qui ſepius cuꝫ lachrymis virginis
ſolatium implorabat: ⁊ iniuriam patien-
tiſſime tolerabat. ¶ Cum autem quadaꝫ
die veneris nocte diei ſabbati aduenien/
tis dudum in oratione vigilaſſet: ⁊ trun-
cum brachium virgini oſtendiſſet: ⁊ poſt
fletum leuiter dormitaſſet: virgo glorio-
ſa ei apparuit: eumqꝫ confortare cepit. Il
le vero econtra ſe nimium aſſerebat do/
lere: quia confuſionem ſuam ⁊ monacho
rum continue compellebatur aſpicere: ⁊
quia de ea reperta dictamina non pote-
rat vt ſolebat conſcribere: nec corpus do
minicum de ipſa celebrans amplius con
trectare. Tunc beata virgo manum appē
ſam: vt ſibi per ſomnium videbatur: acce
pit ⁊ omni dolore remoto brachio reſti-
tuit. Euigilās ioānes manum ſibi reſtitu
tā inuenit ⁊ q̄ erat iā arida carne recentē
ꝯſperit. Ipſaqꝫ die ſacris indutus miſſam
btē virginis cunctis ſtupētibus ſolēniter
celebrauit. Imperator miraculū videns
ioāni veniam petiit: ipſumqꝫ offō ſuo re-
ſtituēs honorifice eū pertractauit. Queſi-
uitqꝫ ab eo: ſi aliquem ſuū modum dictā
di ⁊ ſcribēdi docuerat: illeqꝫ cūcta per or
dinē ei narrat. Queſit9 calumniator capit
⁊ petiā ꝯfitens ſuſpendio iudicat. Sꝫ ioā-
ne pro eo intercedēte mors in exiliuꝫ cō
mutat. Poſt aliquot ānos ſanctus vir of-
ficio renūciauit: ⁊ in monaſterio ſuo de-
gens in ſcā religiōe vitā finiuit āno. lxxv.
etatis ſue pridie noñ. maij: ſepultus con-
ſtātinopoli miraculis clarus. ¶ Hic ſcūs
doctor librum cōpoſuit orthodoxe fidei
certā traditionē continentem in quattu
or libris digeſtum: quē burgundius piſa/
nus cauſidic9 eugenio pape tertio de gre
co trāſtulit in latinū. Librum etiā compi/
lauit de vita ⁊ moribus ⁊ ſaluatoris: oīa
chriſti ⁊ genitricis geſta ab incarnatione
vſqꝫ ad aſcenſionē ſerioſe ⁊ particulariter
ꝯtinentē. Libruꝫ de laude virginis rhyth
mico ſtilo latine cōpoſitum. Scripſit etiā
vitā balaā ⁊ ioſaphath eremitaruꝫ. Alioſ
qꝫ plures elegātes ſermones ⁊ tractatus
per vtiles cōpilauit. hymnos ⁊ ſequētias
⁊ alias laudes in honorē genitricis ⁊ ge/
niti metro dictauit: que quia greco ſer/
mone congeſta fuerant metro transferri
nō potuerūt. Et alia plura vtilia digeſſit.

¶ De. ſ. Lucio cyreñ. ep̄o. c. CXXXVII

Lucius ep̄s cyreñ. de quo ſā
ctus lucas act. xiii. mētionē
facit: a ſcis ap̄lis prim9 apud
cyrenē pōtifex ordinat9 eſt:
quo officio ꝓdicationis fide
liſſime peracto ſanctitate ⁊
doctrina conſpicuus quieuit in pace pri-
die noñ. maii. vt dicit hieronym9 in mar-
tylogio ſuo.

¶ De ſancto Enodio epiſcopo ⁊ marty/
re. Ca. CXXXVIII.

ENodius ep̄s apud antiochiam martyriū paſſus ē: de quo ſanctꝰ ignatiꝰ ſcribit: ꝙ primus ibidem ab apoſtolis ep̄s eſt inſtitutꝰ. Qui apud eandem vrbem ſub perſecutione neronis impatoris glorioſo martyrio coronatus vitaꝫ finiuit: ibiqꝫ ſepultus eſt pridie nonas maij.

¶ De trāſlatōe ſcī Petri m̄.c. CXXXIX



Poſt beati Petri martyris glorioſum triūphuꝫ multis eum dn̄s miraculis illuſtrare dignatꝰ eſt. Nam lampades ⁊ luminaria ad eius tumulum viſa ſunt a ꝗbuſdam religioſis: inter que duo fratres predicatores ſtare viſibiliter viſi ſunt. Inſuꝑ tot ⁊ tanta miracula ad eius tumuluꝫ fiebant: ꝙ in carrucis ⁊ vehiculis ⁊ alijs ſuſtentaculis diuerſis oppreſſi langoribus deferebanť: ⁊ exinde ſine aliquo ſuſtentaculo plena accepta ſanitate ad propria incolumes redibāt. Cūqꝫ huiuſmodi fama ad aures ſummi pontificis ꝑueniſſet: exhibita prius ſolerti inq̄ſitione de vita ⁊ morte ⁊ miraculis eiuſdem beati viri: de fratrum ſuoꝝ cardinalium ⁊ prelatorū tunc apud romanā curiaꝫ conſiſtētiū vnanimi aſcenſu ſanctoꝝ martyrū cathalogo aſcripſit magna adhibita ſolēnitate: antequaꝫ eſſet completus annus ab eius paſſione. fratres igitur volentes eum altius tumulare cōuenientes ad capitulūꝫ ꝓuinciale poſt eius canonizationē mediolani celebratum cum pluſqꝫ per annum ſub terra iacuiſſet eius ſacrum corpus leuauerunt illud ita integrum ⁊ incorruptum ac ſine alicuius exalatione fetoris ac ſi eadeꝫ die fuiſſet tumulatum. Parantes aūt ſolariū magnuꝫ corpus ſacrum deſuper poſuerūt cum multa deuotione ⁊ ſolēni ꝓceſſione illud portantes: ⁊ ibidem ſanū ⁊ integrū omni populo eſt oſtenſum: ⁊ ab eo ſuppliciter adoratum. Quo tempore multa miracula facta ſunt ad laudem ſaluatoris ⁊ ſacri martyris ſui. Hoc autem cōtigit ā̄no domini. M.cclij. nonis maij. Et hec fuit prima trāſlatio martyris glorioſi. ¶ Succeſſu temporis creſcente deuotiōe fidelium ad chriſti fidelem pugilem beatum petrum martyreꝫ ⁊ corruſcantibus ſignis ⁊ miraculis per vniuerſum orbem ſtatuerunt corpus eiꝰ in precioſiori tumulo collocare. Unde preparantes ſarchophaguꝫ ex alabaſtro ſubtiliſſime cum eius vita et paſſione ſculptum: ipſius venerabile corpus ſine capite ibidem ponere decreuerunt. Et aſſiſtentibus reuerendiſſimo domino ioāne de vicecomitibus archiep̄o ⁊ domino mediolani ⁊ totius lombardie ligurie ⁊ bone partis thuſcie cum vniuerſo clero ſuo principibus ⁊ baronibus ac ciuibus ⁊ vniuerſo populo: nec non ⁊ reuerēde patre fratre Ugone campano gallico magiſtro in theologia ⁊ totiꝰ ordinis predicatorum generali magiſtro ⁊ diffinitoribus capituli generalis quod ibi celebrabatur ⁊ fratruꝫ copioſiſſima multitudine: cum precipua ſolēnitate ⁊ reuerentia corpus ſacri martyris ex priori tumulo leuauerunt ⁊ ad nouū ⁊ precioſum ſepulchrū habita prius ſolēni ꝓceſſione deportauerunt. Quo tēpore inouata ſunt priora miracula ad gloriam ſancti martyris chriſti. Caput autem eius integrum cum barba ⁊ corona oculis auribus carne ⁊ pelle ac ſi tunc mortuum eſſet in tabernaculo argenteo collocarūt ⁊ in ſpeciali capella poſuerunt. Ubi adhuc in eadem forma videtur. M.dxv. Acta autem fuit hec ſecunda tranſlatio anno domini. M.cccxl. nonis maij.

¶ De ſancta Flauia domitilla virgine et martyre. Ca. CXL.

FLauia domitilla virgo apd teracinam cāpanie ciuitatē ſub domitiano paſſa eſt. Que cū3 eſſet flauii clemētis cōſulis ex ſorore neptis Aurelio filio conſulis nepoti domitiani imperatoris in coniugium tradita eſt: datis ſibi duobus eunuchis cubiculariis: videlicet nereo ⁊ archileo. Cūq; puella auro ⁊ precioſis veſtibus tegeretur: nereus ⁊ archileus qui occulte chriſtiani erāt: eidem fidem predicauerunt: ⁊ virginitate3 multipliciter cōmendauerunt: in tantum vt ipſa in chriſtum crederet: ⁊ virginitatis votum emitteret: Quam ſanctus clemēs papa baptizauit: ⁊ ſacro velamine conſecrauit. Quod audiens aurelianus ſponſus eius a domitiano impetrauit: ⁊ virginem cum nereo ⁊ archileo in pontianam inſulam relegauit: putans ſe per hoc propoſitum virginis imutare: Poſtq̄ autē ſancti martyres nereus ⁊ archileus martyrium paſſi ſunt: vt dicetur infra in eorum paſſione. iii. idus ſeptembris: ⁊ vbi ſancti maro eutyces ⁊ victorinus qui etiam domitillam in fide confortauerant: agonē ſuu3 compleuerunt: vt dictum eſt ſupra de eis xvii. calen. maii. Aurelianus virgine3 de exilio reduxit: ⁊ duas virgines euphroſynam ⁊ theodora3 collactaneas eius vt ei ſuaderent: miſit q̄s tñ domitilla ad fidē conuertit. Tunc aurelianus cum ſponſis dictarum puellarum ⁊ trib⁹ ioculatorib⁹ ⁊ aliis ſociis ad eam acceſſit: vt ipſam ſaltē violenter opprimeret. Sed cum virgo chriſti prefatos duos iuuenes conuertiſſet. Aurelianus eam in thalamū introduxit: ⁊ ibidem mimos canere ⁊ ceteros ſaltare ſecum fecit vt ad libidinē magis accenſus: ipſam poſtmodu3 violaret. Sed cum mimi deficerent in canendo ⁊ ceteri in ſaltando: ipſe tamen per biduum ſaltare non ceſſauit donec in ſaltando expirauit. Luxurius vero frater eius ab imperatore obtenta licētia omnes qui per virginem crediderant interfecit: ⁊ cubiculo vbi domitilla cum euphroſyna ⁊ theodora morabatur igne3 ſuppoſuit. Que ſimul orantes ſpiritum emiſerunt nonas maii. Quarum corpora ſanctus ceſarius mane illeſa reperiens ſepeliuit.

¶ De coniunctione corporum ſanctoru3 ſtephani ⁊ laurentii. Ca. CXLI.

COniunctio corporum ſanctorum martyrum ſtephani ⁊ laurētii facta eſt rome ſub theodoſio iuniore. Nā cum eudoxia filia theodoſii imperatoris ⁊ vxor valētiani apud vrbem cum viro degens a demonio vexaretur: ⁊ valentianus illud patri conſtantinopoli exiſtenti ſignificaſſet: iubet filiam conſtantinopolim adduci: vt a reliquiis prothomartyris ſtephani tangeretur. Corpus enim ſancti Sthephani dudum conſtantinopolim ex hieroſolymis tranſlatum fuerat: vt dicetur infra in inuentione eius tertio nonas Auguſti. Demon autem in eudoxia clamabat ꝙ inde nunquam exiret niſi ſtephanus romam veniret: quia ſic erat volūtas apoſtolorum. Quod imperator audiens a clero ⁊ populo cōſtantinopolitano obtinuit: vt corpus ſtephani romanis daretur: et corpus laurentii grecis traderetur. Hoc autem imperator pelagio pape ſcripſit: qui de conſenſu romanorum petitiōi imperatoris conſenſit: miſſi igitur conſtantinopolim cardinales corpus ſancti Stephani romam deferunt ⁊ greci pro accipiendo corpore ſancti laurentii cu3 eis roma3 perueniunt: Capue aūt corpus ſancti ſtephani recipit: ⁊ a ciuibus illis dextrum brachiū ſummis precibus obtinet: ⁊ metropolitana ecclia ei⁹ nomini fabricat. Cū

autem romaʒ veniſſent ⁊ corpus ac eccle
ſiam ſancti petri ad vincula deferre diſpo
ſuiſſent: vectores ſubſiſtunt nec vltra pce
dere poſſunt. Demon autēʒ in regina cla
mabat eos fruſtra fatigari: eo ꝙ non ibi
ſed in eccleſia fratris ſui laurentii ⁊ iuxta
eum elegerat collocari. Illuc ergo corpꝰ
defertur: ad cuius tactū puella mox a de
monio liberat̃. Cūqꝫ ſepulchꝝ adeo artū
eſſet: ꝙ vtraqꝫ corpora capere nō potuiſ
ſet: laurentius aduentui fratris quaſi cō
gratulans in alterā partem ſepulchri ver
ſus ſuper latus receſſit: ⁊ medietatem ſte
phano vacuā dereliquit. Sicqꝫ ſtephanū
ſimiliter ſuper latus verſa facie ad conſo
cium collocarūt. Greci vero dum manus
apponunt vt laurentiū auferāt ad terraʒ
velut exanimes corruerūt: ſed orantibus
pro eis papa cuʒ clero ⁊ populo vix ad ſe
ad veſperā redierunt. Omnes tamē infra
decē dies mortui ſunt. Latini vero q̄ eis
conſenſerāt in phreneſim verſi ſanari nō
poterant: quo adusqꝫ amboꝝ corpora vt
dictuʒ eſt inſimul tumulata ſunt. Hec au
tem coniunctio facta eſt non. maii: vt di
cit frater bartholomeus.

¶ De apparitione ſancti Michaelis ar
changeli. Ca. CXLIII.



Appari
tio ſancti michaelis ar
chāgeli dupliciter no
minatur videlicet ap
paritio ⁊ victoria. Ap
paritiones autēʒ eius
due ſunt pricipales p
pter quas feſtum hoc
inſtitutū eſt. ¶ Prima qua in monte gar
gano apparuit: qui mons eſt in apulia. xl.
milibus diſtans a ſiponto ciuitate. Anno
aūt dn̄i. cccxc. in predicta ciuitate erat q̄
daʒ vir noīe garganꝰ: a quo ille mons no
men accepit: qui aīaliuʒ multitudine pol
lebat. Cuʒ aūt circa p̄dicti montis latera
paſcerent̃: cōtigit taurū ceteros boues re
linquere ⁊ verticē montis ꝯſcēdere. Quē
dn̄s cum eius familia per deuia queqꝫ re
quirens ip̄m tandeʒ in vertice montis iu
xta hoſtiū ſpelunce inuenit ⁊ mox in ip̄m
arcum tendens ſagittaʒ toſſicatā direxit.
Sed ſtatim illa velut a vento retorta ip
ſum qui eā iecerat repercuſſit. Turbati ſu
per hoc ciues ep̄m ſuperinde cōſulēdum
decernunt. Qui eis triduanū indixit ieiu
nium: ⁊ a deo monuit eſſe querēdū. Quo
peracto ſanctus archangelus michael ꝑ
viſionē ep̄o apparuit: eiqꝫ reuelauit: qua
liter loci illius cuſtos ⁊ īſpector erat: ⁊ qꝛ
eius voluntate vir ille mortuꝰ fuerat: ſeqꝫ
locuʒ incolere tali iudicio cōprobauerat.
Statimqꝫ ep̄us ⁊ ciues cū pceſſione lo
cum adeunt: ⁊ ingredi non preſumentes
orationibꝰ ante fores īſiſtūt. ¶ Scd̄a ap
paritio eſt q̄ rome tp̄e gregorii pape legit̃
cōtigiſſe. Nam vt ſupra actū eſt in legēda
gregorii. iiii. idus martii. Cum idem pon
tifex pp̄ter peſtem inguinariam letanias
maiores inſtituiſſet: ⁊ deuote pro ſalute
populi exoraſſet vidit ſup caſtrū qđ olim
memoria hadriani dicebat̃ angeluʒ dn̄i:
qui gladiuʒ cruentatū tenebat: ⁊ in vagi
na reponebat. Unde gregorius intelligēs
preces a deo exauditas: eccleſiā in hono
re angeloꝝ ibideʒ cōſtruxit: caſtrū quoqꝫ
illud exinde ſancti angeli dictum eſt. De
aūt due apparitiones ad litterā. viii. idus
maii occurrerūt: pp̄ter quas hoc feſtum
inſtitutuʒ eſt. ¶ Eſt ⁊ alia apparitio que
celebrat̃. xvii. calen. nouēbris: de qua ibi
dem cū quibuſdam miraculis ex ipſa ſub
ſequentibus aget̃. ¶ Dicitur etiā hoc fe
ſtum victoria pp̄ter multiplicē victoriam
michaelis. Nam re vera iſte glorioſus ar
changelus ad omnē ſtrenuū actum triū
phi ſeu victorie in chriſtiano populo dele
gatur. Unde ſicut eo tempore quo popu
lus iudeoꝝ erat peculiaris populus dei:
michael erat in omnibꝰ princeps ⁊ adiu

tot ſynagoge ipſorum: vt habet danie.x. Sic poſtq̃ populus chriſtian⁹ per fidē chriſti factus eſt populus dei: Michael fact⁹ eſt pīceps ⁊ adiutor eccleſie chriſtianorum. Unde cantat eccleſia: Prīceps glorioſiſſime michael ⁊c. Et ideo interpretatur quis vt deus: qꝛ ſicut nullus facere poteſt quod facere pualet deus: ſic quotiēs aliquid mire virtutis agitur: michael mitti pꝛhibet: vt ait gregorius. Licet autem in aliis victoriis mirabilior apparuerit: tamen victoria pncipalis ꝑpter quā hoc feſtum denominatur: fuit illa quā ſipōtinis hoc modo conceſſit. ¶ Poſt aliqđ nēpe tempus ab inuento loco: vt ſupra dictuꝫ eſt. Neapolitani gentiles cū ſipontinis et beneuentanis qui .l. milibus a ſiponto diſtant: ambobus fidelibus ordinato exercitu bellari ceperunt. Qui de epiſcopi cōſilio triduo inducias petierunt: vt ieiunio triduano vacarēt: ⁊ patroni michaelis auxilium iplorarent. Tertia autē nocte michael epo apparuit: preces exauditas aſſerit: victoriam affuturā promittit: ⁊ quarta diei hora hoſtibus occurrendum premonuit. Quibus occurrētibus mons garganus immēſo tremore concutit: fulgura crebra volant: ⁊ caligo tenebroſa montem obtexit: ita vt ſexcēti de aduerſariis tam ex ferro hoſtium q̃ ex ſagittis igneis interirent. Reliqui in fugam conuerſi: virtute comperta archangeli: cōtinuo colla chriſtiane fidei ſubmiſerunt. Hec autē victoria eodem die euoluto anno ab apparitione predicta: videlꝫ. viii. idus maii dicitur contigiſſe. ¶ Sūt ⁊ alie plures victorie tam michaelis q̃ angelorum: que qꝛ diem certum nō habent ſub hoc feſto comprehēduntur. ¶ Prima victoria eſt illa: quam michael archangelus cuꝫ ſuis angelis obtinuit: quando draconem .i. luciferum cum ſuis ſequacibus de celo eiecit. De quo exponitur illud apocal.xii. Factum eſt prelium magnū in celo michael ⁊ angeli eius preliabantur cum dracone ⁊c. Cum enim lucifer dei equalitatē appetiſſet: archangelus hic celeſtis exercit⁹ ſignifer adeo miſſus ipſum cū ſuis ſequacibus de celo expulit: ⁊ in hunc aerem caliginoſum vſq̧ ad diem iudicii remiſit. ¶ Secūda eſt illa qua cuꝫ diabolo diſputans de moyſi corpore ipſum triūphauit. De qua habet iude primo. Cum eniꝫ diabolus corpus moyſi prodere vellet: vt ipſum pro deo iudeoꝝ populus adoraret. Michael non iudiciū blaſphemie imperans: ſed imperio domini ei mandās demoneꝫ expulit: ⁊ corpus moyſi diuina prouidentia occultauit. ¶ Tertia ē quaꝫ de antichriſto habiturus eſt: quādo ipſuꝫ occidet. Tunc eniꝫ michael princeps magnus: vt dicit danie.xii. conſurget: ⁊ pro electis contra antichriſtū fortiter aſſiſtet. Deinde antichriſtus vt dicit glo. ſup illud apoca.xiii. Uidi vnum de capitibus eius occiſum ⁊c. mortuū ſe finget: ⁊ per triduū latens poſtea apparebit: dicens ſe ſuſcitatum: arte q̧ magica ferētib⁹ euꝫ demonibus in aera aſcendet: ⁊ oēs populi ipſum mirātes adorabunt. Tandem vt dicit gloſa ſuper illud ſecūda timo.ii. quē domin⁹ ieſus interficiet ⁊c. In monte oliueti aſcēdet: ⁊ dū ſtabit in papilione ⁊ in ſolio ſuo in loco contra quē dominus aſcendit: michael adueniens ipm interficiet. ¶ Quarta eſt quā angeli quotidie de demonibus obtinent: dum pro nobis pugnantes ab eoꝝ tentatione nos liberant. Hoc autem tripliciter faciunt. ¶ Primo poteſtatem demonis refrenando. Figura apocal.xx. de angelo qui demoneꝫ ligauit ⁊ in abyſſum miſit. ⁊ thobie.viii. de diabolo in deſerto ſuperiori ligato. Huius enim religatio ipſa eſt ptātis eius refrenatio. ¶ Secundo concupiſcentiam refrigerādo. Figura geñ.xxxii. Angelus tetigit neruuꝫ femoris iacob: ⁊ ſtatiꝫ emarcuit. ¶ Tertio memoriā paſſionis mentibus imprimen

do. Figura apocal. vij. de angelo aſcēdente ab ortu ſolis habente ſignuz dei viui .i. memoriam crucis. ⁊ infra Nolite nocere terre ⁊ mari ⁊c. quoaduſqꝫ ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus ideſt mentibus eorum.

¶ De ſcō Raphaele archā. Ca. CXLIII



Raphael archangelus: quia nulla ſpāli ſolēnitate vllo tempore recolit̄: ideo huic feſto apparitionis michaelis merito coniungit̄. Ut de ipſo aliqualis mentio habeatur. Interpretatur autem raphael medicina dei. Hoc autem ideo nomē angelus ille ſortitur: quia quotiēs ad aliquē morbum incurabilem ſanandum angelus aliquis a deo deſtinari proponitur: tunc raphael angelus mitti creditur. Unde huic angelo duplex officiuz attribuitur: videlicet officium vie ⁊ officium medicine. Eſt enim hic angelus ⁊ dux itinerantibus ⁊ medicus morbo laborātibus. Unde ⁊ in horum comprobationem: non ſolum tobiam iuniorem in via conduxit ⁊ ſanum cuſtodiuit ac coniugatum in diuitijs opulentum ad domū paternam reduxit: ſed etiam tobiam ſeniorez excecatum illuminauit. De quibus per ſingula agetur cum ad hiſtoriam tobie peruenietur. ¶ Quod autem hic angelus dux ⁊ cuſtos in via itinerantibus exiſtat: patet in quodaz miraculo: qđ legitur in libro de geſtis frācoꝝ. Dum enim quidaz aurelianenſis ad ſanctum iacobum peregrinaretur: angelo raphaeli quez in deuotione habebat: ⁊ quē ducem ⁊ cuſtodez viatoꝝ audierat ſe ſpecialiter cōmendauit. Cum autem in via erraſſet: ⁊ appropinquās ſilue predones ſuperuenientes conſpiceret: feſtinare cepit iter vt eos euaderet. Et cum aliquantulum proceſſiſſet: quidaz ſe ſibi quaſi comitem vie coniunxit: ⁊ cauſam tante feſtinationis queſiuit. Cui cum cauſam expoſuiſſet ⁊ hoſtes ſe inſequentes oſtēdiſſet: ille eum hortari cepit ne timeret: quia ipſum ſine leſione ad rectam viam reduceret. Et cum hoc loqueretur superuenerūt ad fluuium. Cumqꝫ ille nec pontem nec nauem ad tranſeundum conſpiceret: nec viam tranſuadandi ſciret adhuc magis timuit: ⁊ ſe a comite deceptum putauit. Et ecce cum predonibus irruentibus ille oī auxilio deſtitutus ſe angelo raphaeli cōmendaſſet: ſubito ex alia parte fluminis cum ſocio ſe tranſlatum vidit: ⁊ hoſtes citra flumen mirantes dimiſit. Subitoqꝫ ei comes ille diſparuit. Sicqꝫ viam ſuā proſecutus eſt. Cum autē iterum rediens ad locum illum appropinquans in eoſdem hoſtes irruere dubitaret: graui ſopore ſubito depſſus ſub arbore dormitauit. Cui in ſomnis comes ille qui euz tranſflumē euexerat apparuit: ſeqꝫ eſſe raphaelez archangelum cui ſe cōmendaret aſſeruit: q̄ eū ī via cuſtodierat ⁊ vſqꝫ ad domū ſaluū ducere intendebat. Euigilans ille ſe ad vnam dietam prope ciuitatem ſuam repperit: ⁊ ſaluus rediens beato archangelo gratias egit. ¶ Quod etiam medelaz infirmantibus conferat patet in hoc miraculo. Circa annum domini. M. cccxv. iuuenis robuſtus ordinem predicatoꝝ intrauit in conuentum derbeie inſule anglicane: qui morbum caducum patiebat̄: ſed tamen hoc fratribus non reuelauit. Adeo autem ipſa egritudine opprimebat̄ ꝙ ſepius cadens quaſi tribus horis detinebatur. Quare completo anno noluit a fratribus ad profeſſionē admitti. De gratia tñ manſurus ad cōuentuz letiſtrie miſſus ē: vbi dum dicto morbo multum affligeretur: frater quidaz ricardus de ponte fineto pro ipſo deuz orare cepit. Cui dormiēti raphael angelus apparuit: eiqꝫ dixit ꝙ

ſi frater ille voueret ſe continenter victu-
rum: ⁊ in vita ſua feria ſecunda in hono-
rem angelorum ieiunaturum ſanitatem
perciperet: ⁊ q̄ ipſe ad eum ſanandum a
domino miſſus eſſet Seq̄ȝ raphaelem ar-
changelum nominauit. Quod cum frater
ille nouitio retuliſſet: illeq̄ȝ votum emi-
ſiſſet: eadem die a morbo cecidit: ⁊ per vi
ſum angelum raphaelem conſpexit: qui
ipſum eleuauit ac perfecte ſanatum nun-
ciauit: ⁊ vt promiſſa impleret admonuit:
addens vt ſi quando contraueniret illico
in morbum recideret. Statimq̄ȝ ille ſana
tus eſt: ⁊ ex illo die morbum minime paſ
ſus. Qui poſt modum ad profeſſionem re
ceptus factus eſt bonus clericus ⁊ ordi-
ni gratioſus.

¶ De ſcō Victore martyre. C. CXLIIII



Victor miles ⁊ mar
tyr apud mediolanū
ſub maximiano augu-
ſto paſſus ē. Qui mau
rus genere a p̄ma eta
te chriſtianus canicie
venerandus maximia
no amiciſſimus fuit.
Quem vt exiſtens mediolani comperuit
chriſtianum primo in carcere. vi. diebus
afflictum inde eductum flagellis cedi fe-
cit. Et iterum per triduum in carcere cō
peditū detineri. Ruruſumq̄ȝ de cuſtodia
emiſſum chriſtumq̄ȝ inuictiſſime confitē
tem fuſtibus duriſſime ceſum: tertio cu-
ſtodie artiori mancipauit. Dum autem ab
anolino conſulari ad ſacrificandum ſua-
deretur: ⁊ imolare cōtemneret: tertio p-
ductus corpus eius plumbo ⁊ cera lique-
factis perfunditur. Sȝ plumbo ac cera in
modum aque balnearis ab angelo tepe-
factis victor a cruciatu liberat̄. Jnde edu
ctus extra portam vercellinam expectan-
tibuſq̄ȝ militibus iuſſionem imperatoris
omnibuſq̄ȝ dormitātibus ipſe ab angelo
ſolutus ipſiuſq̄ȝ mandato fugiens in ſta-
bulo latuit. Sed poſtmodum quadam ip-
ſum matrona indicante productus a mi-
litibus: ⁊ ferro artatus in ſilnulo que dici
tur ad vltimos in viridario imperatoris
decollatus eſt: qui ⁊ mortem maximiani
eodem anno vt euenit futurā predixit.
Corpus autem eius ſex diebus expoſitū
vt a beſtiis vorarerur duob⁹ leonibus cū
cuſtodientibus protectum eſt: ⁊ integrū
repertum a ſancto materno epiſcopo in
ipſo loco tumulatum eſt. Qui paſſus eſt
octauo idus maii.

¶ De ſancto Cataldo epiſcopo ⁊ confeſ-
ſore. Ca. CXLV

Cataldus epiſcopus ex hi-
bernie partibus oppido qđ
dicitur catandus patre cu-
cho matre atheua exortus
fuit. Hic nimia claruit ſan-
ctitate ⁊ inſignib⁹ miraculis coruſcauit.
Nam ſtatim vt ex vtero matris ad lucem
prodijt: caputq̄ȝ in marmore percuſſit: ca
put eius in ipſum marmor acſi in ceram
molliſſimā intrauit: ⁊ ſignum verticis cō
cauitatem dimiſit. Et cum mater ex dolo
re partus expiraſſet: infans ſine cuiuſpiā
auxilio ſe erexit: ⁊ matrem brachiolis am
plexus ipſam ſuo tactu dei gratia mirabi
liter ſuſcitauit. Cūq̄ȝ marmor in quo na-
ſcens caput defixerat: ſub diuo poſitum eēt
⁊ in ipſa eius in concauitate pluuia cade-
ret: omnes egri ex aqua illa ſumentes a
quacunq̄ȝ egritudine ſanabat̄. ¶ Poſtq̄
autem ad preſbyteratum aſcendit: ⁊ con
ciues ſuos ad fabricandum eccleſiam pro-
uocauit: dum ipſe quoq̄ȝ in opere exerci-
taretur: quidam nobilis cadauer filij nup
defuncti lachrymabiliter ei preſentauit:
ipſeq̄ȝ lachrymis illius compatiens ⁊ do-
lori: oratione fuſa puerum continuo ſuſci
tauit. Quo miraculo multos ad deū cō-
uertit. ¶ Creſcente autem eius fama fili-
us alterius nobiliſſimi militis moritur: cū

ius cadauer a patre in pheretro viro domini apportatur: ⁊ vt ipſum ſuſcitet ſicut ⁊ puerum alterum ſuſcitauit: inſtantius exoratur. Cum autem ipſe ex humilitate recuſaret: ⁊ operi eccleſie intentus terraȝ effoderet: caſu terram abijciens ſuper corpus iuuenis aſperſit: ⁊ ille repente viuus ſurrexit. ¶ Rex autez inſule hec audiēs: ⁊ ipſa magicis artibus attribuēs: nauigio venit ad ſanctum de ſuis finibus propellendum. Sed nocte ab angelis per viſuȝ territur: ꝙ niſi reſipiſcat ſubito morietur. Eademqȝ nocte quidam eius dux in hoc facto conſiliarius repente interiit. Quod rex audiens ⁊ dei vltionem expauens a ſancto veniā petijt: ⁊ ducatum ducis illius defuncti eccleſie que fabricabatur imperpetuum conceſſit. In qua eccleſia cataldus poſt breue tempus archiepiſcopꝰ electus eſt: qui laudabiliter viuens duodecim ſibi ſuffraganeos epiſcopos conſtituit: ⁊ totam inſulam verbo ⁊ exēplo ad chriſti cognitioneȝ adduxit. Omnibuſqȝ recte diſpoſitis in pace quieuit octauo idus maij. Cuius corpus cum multo tempore latuiſſet: a dracone archiepiſcopo domino reuelante repertum ⁊ in eccleſia tarentinenſi apulie honorabiliter tumulatum: miraculis radiare non ceſſat.

¶ De tranſlatione ſci andree. c. CXLVI

TRanſlatio corporis bti andree apoſtoli tempore conſtantini iperatoris facta ē. Cuius corpus de patraceñ. ciuitate vbi paſſus fuerat: ⁊ a maximilla ſenatrice ſepultus cum oſſibus ſanctoruȝ beati luce euāgeliſte de bithynia ſublatis: ⁊ timothei diſcipuli ſancti pauli ab epheſo ſumptis: cōſtantinopolim tranſlata ſunt: ibiqȝ reuerentia digna recondita. viij. idus maij: vt dicit ado.

¶ De tranſlatione ſancti hieronymi. Cap. CXLVII



Trāſlatō corporis ſancti hieronymi duplex eſt. Prima eſt illa de qua ſcribit cyrillus hieroſolymitanꝰ epiſcopus ī epiſtola ad auguſtinum de eiꝰ miraculis tranſmiſſa. Cū enim corpus glorioſi doctoris apud bethleem iuxta preſepe domini vt ipſe mādauerat humo obrutum fuiſſet: ⁊ ibideȝ inſignibꝰ ⁊ inauditis miraculis coruſcaret. Videbatur fidelibus: ꝙ illud corpus ſanctiſſimuȝ iacens in terra indignius tractaretur. Ideoqȝ decoro ſepulchro marmoreo in eccleſia bethleemitica fabricato: Cyrillus hieroſolymitanus patriarcha cū clero ⁊ populo ſanctū corpus eodem trāſferendum decreuerunt: ⁊ dieȝ dominicū poſt pentecoſten ad hoc faciendum celebrius ſtatuerunt. Et ↄcurrēte populi multitudine ex vrbibus conuicinis: terrā vbi iacebat corpus effodiūt ⁊ euacuata fouea illud in aere pēdere conſpiciūt: ita ꝙ nulla ſui parte humum contingens integruȝ ⁊ incorruptum omnino reperiunt odoriſqȝ fragrantiam miram cuncti ſenſerunt. Corpus autem inde leuatum ⁊ ſuper altare poſituȝ eſt. vt a fidelibus videretur. Cuius cōtactu die ipſo. xvi. ceci illuminati ſūt: tres quoqȝ demonio vexati illuc adducti liberationeȝ perceperunt. Filiꝰ mulieris vidue populi frequentia compreſſus ſuffocatus eſt. Quē mater in foſſa vbi corpus ſcm̄ iacuerat: piecit exanimē: ⁊ cōtinuo viuus ſurrexit. Qđ cernēs ruſticus: cuius filij cadauer defūcti añ tres dies ſepultū fuerat accedēs ad locū corpuſqȝ filij exhumatū ad eccleſiam attulit ⁊ in foueā proiecit: ſtatiqȝ ſpiritum vite recepit. Circa veſperas autē poſt predicta ⁊ alia multa miracula exhibita: corpus ī monumēto repoſitū fuit: ⁊ fouea ītra īpleta. Sȝ

mane monumentum vacuum eſt inuentum: ⁊ euacuata iterum fouea corpus repertū eſt loco priſtino reſtitutum. Stupētibus cunctis ſequenti nocte cyrillo dormiēti hieronymꝰ glorioſus apparuit: corpuſqꝫ de loco vbi iacebat nullatenꝰ amouendum admonuit dicēs: ꝙ ibidez quieſcere debebat donec hieruſalem ab īfidelibꝰ caperet̄: ⁊ tunc ad vrbem romam deportaret̄. Qđ cyrillus ceteris enarrauit: ⁊ vnuſquiſqꝫ deo gratias egit. Hec autem tranſlatio diem certum non habet: niſi ꝙ cyrillus eam die octaua penthecoſtes factā fuiſſe ſcribit: que tamen dies neſcitur quoto die cuiuſue mēſis eodem anno ↄtigerit. ¶ Scđa tranſlatio eſt que in romanis chronicis reperitur qua corpus eiꝰ de bethleem romā tranſlatum eſt: ⁊ in eccleſia ſancte marie maioris reconditū. Poſt multa enim annorum curricula ab obitu hieronymi glorioſi hieruſalem đſtructa ⁊ a ſaracenis occupata cum pene omnium ſanctoruꝫ eſſet orbata reliquijs: ſolo beati hieronymi corpore in partibus illis relicto: apparuit ipſe doctor vni monacho ibi degēti mandans eidez vt corpus ſuū romam deferet ⁊ in eccleſia dei genitricis iuxta preſepe domini tumularet. Qui cum hoc facere formidaret: a ſcō doctore ſcđa vice admonet̄: ⁊ iuſſa adimplere recuſans: tertio de negligentia durius increpatur. Tunc ſancti hieronymi reliquias latenter ſurripuit: ⁊ cum duobus fidelibꝰ comitibus proſperis ſuccedētibus romā venit. Quē ſanctus iterum iuxta vrbez ꝑ viſione admonuit: vt ſolis canonicis eccleſie conuocatis corpus de nocte quaſi clādeſtine reconderet: ne ex ſuperueniētibus turbis diminutionem aliquā in reliquijs ſubſtineret. Itaqꝫ prout ſcūs mandauerat iuſſa ꝑfecit: ꝑmiſſa ſolis ipſius eccleſie canonicis nunciauit: ⁊ ipſis preſentibus in loco humili videlicet in terra ante preſepe domini corpus noctu deuote repoſuit: vbi a quibuſdam voces angelice concinentes audite: luxqꝫ immēſa vti ſolis radius meridianus ibidem effulſit: miraqꝫ odoris fragrantia vnumquēqꝫ reſperſit. Celebratur autem hec feſtiuitas die quo corpꝰ almi doctoris ibi depoſitū eſt: videlicet .vii. idus maij.

¶ De .ſ. hermete diſciplo. C. CXLVIII

HErmes diſcipulus ⁊ epiſcopus de quo apoſtolus paulus ad romanos .xvi. ſcribens meminit. Hic dicit̄ fuiſſe auctor libri q̄ dr paſtor: ⁊ apud multas grecie eccleſias publice legitur: multiqꝫ de eo libro ſcriptorum veterum ſcripſerunt teſtimonia: ſed a latinis pene ignotus eſt. Sepultus eſt rome apud baptiſterium ex facultatibus ſancte praxedis conſtructum: vt dicit Hieronymus de viris illuſtribus. Dorotheus abbas hunc ex numero .lxxij. diſcipulorū fuiſſe dicit. qui epiſcopus philopoleos fuit ⁊ rome ꝗeuit. In libro etiā pontificum habetur: ꝙ ſub epiſcopatu pij pape hermes librum compoſuit: in quo mandatum cōtinetur ꝙ ei precepit angelus domini cum ad eum in habitu paſtoris venit: ⁊ die dominico paſcha celebrari ↄſtituit. Cuius feſtū agit̄ .vii. idus maij.

¶ De ſcō Metrone ↄfeſ. Cap. CXLIX.

MEtron confeſſor verone colit̄ in eccleſia ſcti vitalis ſepultꝰ. De quo fert̄ ꝙ illuc ꝑegrinus aduenerit: ſed vn̄ venerit aut quo loco exortus fuerit ignorat̄. Ibiqꝫ exiſtēs nouū penitentie modū adinuenit. Nā lapidi magno compede in crure poſito mediāte ſe affixit: clauemqꝫ compedis in flumen atheſis proiecit hoc ſibi ſignum proponens ꝙ quādocunqꝫ clauem reperire cōtingeret ab omnibus peccatis ſe abſolutuꝫ cognoſceret: poſt plures itaqꝫ annos ac propinquante die vocatiōis eius piſcis capit̄ in

cuius ventre clauis illa reperit̄: aīam iaꝫ
ſanctificatā deſignans ⁊ corporis diſſolu/
tionē inſtantem ꝑnunciās. Que poſt dies
modicos facta eſt. vij. idus maij.

¶ De ſancto Job ꝓpheta. Cap. CL.



Job iuſt⁹
⁊ propheta domini li/
cet de gentibus natus
fuerit: ꝙ tamē ſanctiſ/
ſimus extiterit non ſo
lum in libro tobie. ij.
cap. ⁊ eze. xiiij. ⁊ ei⁹ no
minis per totum ſcri/
pto volumine expreſſe dicitur: ſed etiam
ab omnibus doctoribus approbat̄. Fuit
autem incola terre hus que eſt in finibus
idumee ⁊ arabie: vt dicit Hieronym⁹. Et
erat ei Antea nomen. iobab genuitqꝫ fi/
lium ſibi in regno ſucceſſorem cui nomē
enon. Erat ꝗdā ipſe filius zare de eſau fi/
lijs filius de mr̄e vero boſra: ita vt ſit ꝗn/
tus ab Abraā nepos Eſau: ⁊ regnauit ī re
gione Edon rex magnus ac potens inter
oēs orientales: ⁊ accepit vxorē arabiſſaꝫ:
genuitqꝫ filios. vij. ⁊ tres filias. Fuitqꝫ poſ
ſeſſio eius locupletiſſima in ouibus ⁊ bo
bus aſinis ⁊ camelis ⁊ poſſeſſiōibus terra
rū ac familia multa nimis. Et licet eēt ex
gentilibus pr̄ibus ortus ipſe diuino ſpiri/
tu reuelante: nō ſolum ab idolatria abſti/
nuit: ſed inſuꝑ ſanctiſſime vite fuit. Nam
erat vir ille rectus ⁊ ſimplex timēs deum
ac recedens a malo. Et cū filij eius in cō/
uiuijs quotidie laſciuirent ipſe poſt cōui/
uia dn̄o pro filijs immolabat: vt ſic que in
comeſationibus per filios in deum com
miſſa fuerant: ipſe ſacrificijs expiaret. Cu
ius ſanctitas ore dei approbat̄: dum in to
to orbe non hēre ſimilē ꝓhibet̄. ¶ Ut au/
tem eius patiētia manifeſtior fieret: de⁹
eum a diabolo tentari permiſit: data ei ꝑ
mo in rebus deinde in filijs tertio in car/
ne propria poteſtate. Demon autem ac/
cepta poteſtate a domino: primo in exte/
rioribus eum percuſſit. Nam boues ⁊ aſi
nos a ſabeis auferri fec̄: oues ex aere miſ/
ſo igne combuſſit: camelos a chaldeis tol
li procurauit pueroſqꝫ ac familiaꝫ gladio
hoſtili ⁊ igne conſumpſit. Deinde ipſum
in prole inuaſit. Nam filios omnes ac fili
as palatio ſuper eos corruente vno impe
tu interfecit. Et cuꝫ in his omnibus Job
patientem ⁊ in nullo commotum vidiſſꝫ
ad carnes eius perſequēdas acceſſit. Gra
ui enim ipſum a plāta pedis vſqꝫ ad ver/
ticem vlcere vulnerauit. Solāqꝫ ſibi vxo
rem in grauiorem afflictionem dimiſit:
quam ⁊ in eius contumeliam incitauit.
Et cū in his omnibus non peccaſſet Job
labijs ſuis neqꝫ ſtultum quid contra de/
um locutus eēt. Nouiſſime tres amicos
eius ⁊ reges ſingulos de loco ſuo ad euꝫ
deſtinauit: qui licet ad conſolanduꝫ Job
principali intentione veniſſent: ipſos ta/
men diabolica ſuggeſtione longa verbo/
rum exacerbatione in ipſius odium ⁊ cō
crepationes prouocauit. Et cū ipſos Job
ſapienti diſputatione ⁊ patienti ſermone
ſuperaſſet. Ad vltimum heliu quendam
iuuenem arrogantem contra iob in acer
ba conuitia ⁊ grauiſſima improperia ſuſci
tauit. ¶ Cumqꝫ poſt multa flagella do/
minus ſeruum ſuum iob manifeſtiſſime
comprobaſſet: ⁊ per ſeptem annos vt di/
cit beatus Hieronymus ipſius patientia
dudum expertus in lucem produxiſſet:
miſertus ipſius ad ſtatum illum felicio/
rem reduxit: omnemqꝫ facultatem eius
duplicauit. Filios vero ⁊ filias totideꝫ nu
mero quot amiſerat: ei conceſſit: ſed eos
duplici virtute ⁊ elegantia prioribus de/
corauit. Uixit quoqꝫ iob poſt flagella ſua
annis centum ⁊ quadraginta: ⁊ vidit fili/
os ſuos ⁊ filiorū ſuorū vſqꝫ ad quartā ge/
nerationē. Et mortuus eſt ſenex plenus
dierū: annoꝝ videlꝫ cētū ⁊ octagintatriū.
Nā vt tradit Hieronymus annorū trigin

taſer erat: quando a dño flagellatus eſt: ⁊
in ipſis flagellis annis ſeptem permāſit:
poſt que vt ex textu libri ſui habetur ānis
centū ⁊ quadraginta ſuperuixit. ¶ Scri-
pſit ipſe idem librum vite ſue ⁊ ſermonū
ſuorum arabico ſermone: vt hieronymus
ait. Qui certe liber proſa incipit: metro la
bitur pedeſtri ſermōe finitur. Nam a pri
cipio vſq; ad locum illum vbi iob dicit.
Pereat dies in qua natus ſum. ſtilo pro-
ſaico incohat. Inde vſq; circa finem: vbi
dominus tres iob amicos redarguit: he-
roico metro proſequitur: Finē vero rhy
thmico colore concludit. Omniſq; legis
dialetice: propoſitione: aſſumptione: con
firmatione: concluſiōe ſingula verba ſua
determinat. ¶ Nam quattuor diſputatio
num genera in ipſo libro complectitur.
¶ Quarum prima eſt dialetica: que pro-
cedit ex probabilibus. Et hec conſiſtit in-
ter iob ⁊ tres amicos eius: vbi concluſio-
nem hanc tenet: ⁊ probat: ꝙ deus homi-
nem iuſtum ſine ſui culpa flagellat: ami-
ci vero eius oppoſitam concluſionem af-
firmant: videlicet ꝙ deus neminem ſine
culpa condemnat. ¶ Secunda eſt ſophi-
ſtica: que procedit ex apparētibus. Et hec
eſt inter iob ⁊ heliu: quamuis iob non re
ſpondeat: qui quidē iuuenis p̄ſumptuo-
ſus ⁊ vaniloquus: concluſionem amicoꝝ
iob approbās ſophiſtice ſyllogizat. ¶ Ter
tia eſt tentatiua inter dominū ⁊ iob: qui
eum de multis queſtionibus tentat: ⁊ in-
terrogat: vt declaret ei: ꝙ nulla ſapientia
eſt apud deum comparata. ¶ Quarta eſt
demonſtratiua: in qua pro ipſo iob domi
nus contra tres amicos eius queſtionē
diffiniendo demonſtrat. Et ſic concludi-
tur totus liber plen⁹ myſteriis ⁊ maximis
diuine fidei ſacramentis. ¶ Quieuit au-
tē ſanctus iob in pace ⁊ optima ſenectu-
te ſexto idus maii vt hieronymus in ſuo
calendario ponit. Sepultuſq; eſt in terra
hus in finibus edon ſiue in boſra: vbi et
ſepulchrum eius cernitur vſq; in p̄ſens.

¶ De ſctis Gordiano ⁊ Epimacho mar-
tyribus. Cap. CLI.

Gordianus martyr rome paſ
ſus eſt ſub iuliano apoſtata
imperatore. Qui iulian⁹ cū
inter alios chriſtianū quendā
ſenem p̄ſbyteꝝ noīe ianua-
riū tenuiſſet: dedit eū in cuſtodia cuidā
eius vicario Gordiano. Qui ianuarius ad
domum ſuā adducens: dū ipſū ad ſacri
ficia ſermonibus hortaret: ianuarius gor
diano chriſtum p̄dicans eum conuertit:
⁊ ſtatuam iouis eream quā apud ſe habe
bat in igne conflauit: ac ipſum cum vxore
marina et familia eius p̄miſcui ſexus nu
mero quinquaginta tribus cum eorū do
mibus baptizauit. Quod cū iulianus cō
periſſet: ianuarium preſbyterū in exiliū
proſcriptiōe damnauit. Uxorē vero Gor
diani marinam ad aquas ſalinas manere
precepit in ſeruitio ruſticorū. Gordianū
autem cuidam clementiano quem loco
eius vicarium prefecerat: puniendū tra
didit. Qui clemētianus gordianū ſibi ca
tenis victum preſentari fecit: ⁊ in confeſ
ſione chriſti perſiſtentē: primo quidē du
dum plumbatis cedi deinde capite trun
cari precepit. Cuius corpus canibus p̄ie
ctū: cū diebus ſeptē manſiſſet intactum:
tandem a familia ſua rapitur: ⁊ cum bea-
to Epimacho quē dudū ante predictus
iulianus occidi iuſſerat ſepelitur via lati-
na: miliario vno lōge ab vrbe roma. Qui
paſſus eſt circa annum domini tricenteſi
mum ⁊ ſexageſimum ſexto idus maii.

¶ De ſanctis Calepodio preſbytero ⁊ ſo
ciis martyribus. Cap. CLII.

Calepodius preſbyter: pal-
matius: ſimplicius. felix et
blanda cum ſociis eorum
rome paſſi ſunt ſub alexan
dro imperatore. Cum eni
palmatius conſul de māda

to imperatoris ad regionem tranſtyberi
acceſſiſſet vt calepodium preſbyterū cuꝫ
aliis chriſtianis in domo quadam laten-
tibus comprehenderet: decem milites ꝙ
domum intrauerūt: excecati ſunt. Quod
alexander conſpiciens iuſſit omnem po-
pulum pro liberatione militum deo mer
curio immolare. Tunc vna ex virginibus
paganorum arepta a demone deum viuū
⁊ verum deum chriſtianorum clamabat.
Quod palmatius audiēs conuerſus abijt
ad ſanctum papam calixtum: ⁊ ab eo ba-
ptiſmum expetiit: quem calixtus preſen-
te calepodio baptizauit omnēq; eius fa-
miliam cum vxore ⁊ filiis numero qua-
draginta duobus vnda ſalutari perfudit.
Qui palmatius exinde cepit facultates ſu
as pauperibus erogare. Poſt dies pluri-
mos Alexander hoc audiens fecit teneri
palmatium eumq; examinatuꝫ ⁊ chriſtū
confitentem tradidit ſimplicio ſenatori
quatenus ei perſuaderet vt ad culturam
deorum accederet. Cum autem ſimpli-
cius ipſum plurimuꝫ honoraret: ⁊ palma
tius omnia ſeculi blandimenta contem-
nens oratiōibus ⁊ ieiuniis inſiſteret: qui-
dam nomine felix venit ad palmatiuꝫ de
ferens vxorem ſuam nomine blandā ab
annis quattuor paralyticam: vt eam ſana
ret. Quaꝫ palmatius in conſpectu ſimpli-
cij ⁊ omnis eius familie fuſa oratione ſa-
nauit. quo viſo miraculo ꝯuerſus eſt ſim
plicius ſenator cuꝫ omni domo ſua: felix
quoqꝫ cum vxore ſua blanda ſana effe-
cta: ceperuntqꝫ omnes baptiſmati gratiā
expetere: vocatoq; ſancto papa calixto cū
beato calepodio: ſuperuenientes ad do-
mum ſimplicii baptizauerunt eum cum
tota eius familia atq; felicem cum coniu
ge ſua blanda. Quod cum Alexander au
diſſet: quia multitudo hominum per bea
tos calixtum ⁊ calepodium in chriſto cre-
didiſſet: miſit exercitum militum: ⁊ te-
nuit omnes qui baptiſmum perceperāt:
quos precepit capitalem ſubire ſenten-
tiaꝫ: ⁊ per diuerſas portas vrbis rome ca
pita eorum ſuſpendi ad exemplum chri-
ſtianorum. Tenuit etiam calepodiū quē
gladio fecit occidi: ⁊ corpus eius in tybe-
rim iactari ante inſulam lycaoniā. Quod
tandem a piſcatoribus repertum ⁊ beato
calixto pape preſentatum ab eodē in ſuo
cimiterio via apia ſepultum eſt. Paſſi ſūt
autem ſancti martyres ſexto idus maij.

¶ De ſanctis Primo Marco iaſone et
Celiano martyribus. Ca. CLIII.

Primꝰ: marcus: iaſon:
⁊ celianꝰ martyres ter-
geſti ciuitate paſſi ſunt
tempore hadriani im-
peratoris ſub Artaſio
preſide. Qui primū pſ-
byterum ⁊ marcū dia-
conum fuſtibus cedi iuſſit: ⁊ ſub ventres
eoꝝ ignē accēdi. Deinde ſulphur ſolutū ī
ora eorum infundi. Et cū hec omnia ſup-
plicia ſine vlla eoruꝫ leſione ſuperaſſent ⁊
multiqꝫ exinde conuerſi fuiſſent iaſoneꝫ
⁊ celianum fuſtibus tā diu verberari mā
dauit donec ceſſi ſpiritum emitterent De
inde primum ⁊ marcum extra vrbis me-
nia decollari. Quorum corpora in eodeꝫ
tumulo iuxta eandem ciuitatem ſepulta
ſunt quinto idus maij.

¶ De ſancto Mamerto epiſcopo et con
feſſore. Cap. CLIIII.

Mamertus epiſcopus viē
neſi. miraculis ⁊ ſanctita
te apud eandem vrbem
celebris habet. Qui ob
imminentē terremotuꝫ
⁊ tēpeſtatum cladē atq;
luporum rabiē ſolēnes tribus diebus an-
te aſcenſionē dn̄i letanias inſtituit: vt ha-
betur ſupra de letaniis. Qui etiam apud
ꝑfatā ciuitatē quieuit in domino quinto
idus maij: vbi ⁊ ſepultus v̄tutibꝰ claret.

¶ De ſcō Maiolo abbate. Cap. CLV.

Maiolus

Maiolus abbas nobilib⁹ parentibus ꝓgenitus: ⁊ ſacris litteris imbutus: ac ỽginitatis flore decoratus: primo archidiaconus eccleſie maticeñ. fuit. Deinde factus ē monachus cluniacenſis ſub bernoardo abbate ſci odonis ſucceſſore ſanctitate vite mirabiliter pollens: ſummaq₃ patientia decoratus. Qui propter grauem infirmitatem quam incurrit lumen oculoꝝ amiſit: nec tamē exinde in aliquo vnquā ꝑturbari viſus fuit. Sexto aūt anno monachationis ipſius decedēte abbate monaſterii maticenſis ad eiuſdē loci regimē licet inuitus eligit: nō obſtante ꝙ lumine foret oculoꝝ priuatus ⁊ corpore quaſi viribus ꝑ longa egritudine deſtitut⁹. In ipſa āt abbatia ſanctiſſime iubar vite fuit: ⁊ multa miracula oſtendit. Cecis viſu₃: ſurdis auditum: claudis greſſum: Aliiſq₃ diuerſorum generum langoribus detentis conferens medicinam. Plures etiam a morſibus ſerpentum venenatos: ⁊ a periculis fluminum ⁊ ictibus fulgurum liberauit. Candele ſeu lampades in eius eccleſia ardentes ex negligentia vel aliter extincte ſepius ſine humano ſtudio ſunt diuinitus reacenſe. ¶ Quadam nocte dū in monaſterio ſancti dionyſii librum ei⁹ de principatu celi perlegeret ad lumē candele graui ſomno preſſus dormitauit: ⁊ cādela de manu eius ſuper librum cecidit. S₃ ſola ipſius cera ꝯſumpta: libri pagina oīno illeſa ꝑmāſit. Soluit aūt carnis debitū q̄nto id⁹ maii. Et recōditus ē in monaſterio ſuo miraculis clarens.

¶ De ſancto Antimo preſbytero ⁊ martyre. Cap. CLVI.

Antimus preſbyter ⁊ martyr rome via ſalaria paſſus eſt. Qui poſt virtutum ⁊ ꝑdicatiōis inſignia in tyberi₃ precipitatus et ab angelo ſancto exinde ereptus eſt: ac proprio reſtitutus oratorio. Deinde in confeſſione nominis ieſu xpi capite punitus victor migrauit ad celos q̄nto idus maii. Hec ado.

¶ De. ſ. Nereo ⁊ Archileo m̄. C.CLVII

Nereus ⁊ archileus martyres fuerunt ſerui plautille vxoris clementis conſulis germani domitiani imperatoris ⁊ ſci clementis pape. Que plautilla exiſtens vidua eos pueros cōparauit: ⁊ eunuchos fecit. Cum aūt ad predicationem beati petri apoſtoli plautilla cōuerſa eſſet fecit ſe ab eodem cum prefatis pueris baptizari. Et ad extrema deueniens eoſde₃ iuuenes cubicularios flauie domitille filie ſue dimiſit. Cu₃ aūt domitianus flauiam domitillam aureliano comiti in coniugem tradidiſſet vt ſuperius in eius paſſione actū eſt non. maii Nereus ⁊ archileus eidem virgini xpm ānunciātes eādem ꝯuerterunt: ⁊ votum virginitatis emittere ſuaſerūt. Que a ſctō clemente papa baptizata ⁊ ſacro fuit velamine ꝯſecrata. Quod cu₃ Aurelianus cognouiſſet: obtenta ab imperatore licentia ſponſam ſuam cum eunuchis in pontianam inſula₃ relegauit: quo plures xpiani ꝑ xp̄i noīe fuerant exilio deportati. Erāt ꝗ₃ ibi malefici duo diſcipuli ſimonis magi furius ⁊ priſcus: qui magicis artib⁹ populum fallendo ſimonem magum ꝓ deo fecerant adorari. Quibus beati nereus ⁊ archileus reſiſtētes eorum maleficia ſermonibus ⁊ miraculis detegebāt: ⁊ ſic populum ab errore reuocabāt. ¶ Poſt multum vero tempus Aurelianus ad inſula₃ perrexit: ⁊ ſanctos promiſſis ⁊ oblatis muneribus vt virgini ad nuptias ſuaderent exorauit. Quod ipſi omnino facere reſpuentes eam magis in domino confortabant. Qua propter ad vrbem adducti et ad ſacrificia compulſi ſunt. Et cum dicerent ſe a beato petro apoſtolo baptizatos

nulla ratiõe poſſe idolis immolare capite
ceſi ſunt. Quorum corpora via ardeatina
iuxta corpus ſancte petronille virginis ſe
pulta ſunt.iiij.idus maij.

¶ De ſcõ Pãcratio marty. Cap.CLVIII



Pancrati
us martyr nobiliſſimis
parentibus ortus apd
phrygiam cuius pater
dedonius dictus eſt
vtroq; parente orba-
tus ſub dionyſij cura
patrui ſui relictus eſt.
Ambo igitur Romam vbi largum habe-
bant: patrimonium perrexerunt. Et dum
in eorũ poſſeſſionibus in monte celio mo
rarentur: in eorum vico papa cornelius
cum quibuſdam fidelibus propter perſe-
cutionem latitabat: a quo pontifice fidẽ
chriſti ⁊ baptiſmum ſuſceperunt patruus
cum nepote. Poſt dies modicos Diony-
ſius in pace quieuit. Et pancratius om-
nia ſua pauperibus erogauit. Deinde ſe
ꝑſecutoribus vltroneus offerens chriſtia
num ſe eſſe dixit. Quem illi tentum Ua-
leriano imperatori preſentauerunt. Cũ-
q; puero tredecim annorum et filio quõ-
dam ſibi amiciſſimi viri condoleret ſua-
debat ei: vt diis thura poneret: ne mala
morte in tanta iuuentute periret. Ille ve
ro econtra ſacrificare recuſans ſe licet iu-
uenculum corpore: ſenem tamen animo
eſſe dicebat: ⁊ deum iouem patricidam
et inceſtuoſum comprobabat. Propter
quod auguſtus iuſſit eum via aurelia du-
ci ⁊ ibidem decollari. Cuius corpus ceta
villa ſenatrix tulit: ⁊ in eodem loco cum
aromatibus ſepeliuit quarto idus maii.
Supra cuius tumulum proceſſu tempo-
ris a fidelib' eccleſia fabricata fuit. ¶ Ad
eius quoq; ſepulchrum: vt ait Gregori-
us turoñ. ſi quis falſum iurare voluerit
antequam ad cancellum chori perueni-
at: aut ſtatĩ a demone captus inſanit: aut
cadens in pauimentum protinus vitam
perdit. Nunc autem dictum corpus Ue-
netiis in monaſterio ſancti Zacharie de-
ſcere ab eiuſdem loci ſororibus ꝓhibet.

¶ De.ſ.Epiphanio epo. Cap. CLIX.

Epiphanius eps ſalamine
que ciuitas eſt in inſula cy
prioꝝ tẽporibus honorij ⁊
archadij.imperatoꝝ floruit:
vt dr̃ in hiſtoria tripartita:
Uir hic ſumme extitit ſcitatis ⁊ elemoſy-
naꝝ largifluus exhibitor. Qui cum oẽm
ſubſtantiam ſui epatus' pauperibus erro-
garet: ⁊ nihil petentibus denegaret. Defi
ciẽtibus pecuniis iconomus eccl'ie mur-
murabat. Subitoq; eidẽ vir aſtitit: ſaccũ
q; magnũ multa plenũ pecunia coraz eo
depoſuit: nec tamẽ quis eẽt aut vnde ve
niſſet explicauit: ⁊ repẽte diſcedẽs nuſq̃
cõparuit. ¶ Duo pauperes volẽtes btũ
viꝝ arte deludere: vt aliquid eis vberius
daret ipſo iter agente talem fictionẽ inue-
nerunt vt vnus eoꝝ ſe ſupinum in terra
proſtraret: alter vero ipſum quaſi mortu-
um defleret: ⁊ ꝙ ſe non habere vnde euz
ſepeliret poſſet: ſicq; epiphanio neceſſa-
ria pro exequiis poſtularet. Cum aũt ſan-
ct' apropinquaſſet: ⁊ ille lachrymabiliter
ab eo ſubſidium pro tumulãdo ſocio peti
uiſſet eps illum ſuper morte comitis be
nignus cõſolat' ⁊ neceſſaria pro ſepultu-
ra largitur. Quo diſcedente dum ille ſoci
um vocans pulſaret vt ſurgeret quaten'
de queſtu bonum ſibi conuiuiũ prepara-
rent: qui ſe prius mortuũ finxit vere de-
functus apparuit. Tunc ſocius poſt epm
currens caſum ei nunciauit ⁊ de cõmiſſo
penitentiam egit. Sanctus autem euz de
functum ſuſcitare potuiſſet noluit ne tali
occaſione miniſtri domini facile deludã-
tur. ¶ Sapientia ⁊ doctrina ſuaui eloq̃o
admodum claruit. Aduerſus omnes he-
reſes libros compoſuit. Aliaq; multa opu

ſcula que vt hieronymus dicit ab erudi-
tioribus propter res a ſimplicioribus pro
pter verba leguntur. Hec ille de viris il-
luſtribus. Qui etiam in pace ſpiritum bo
na tradidit ſenectute. iiii. idus maij.

¶ De ſcō Dionyſio ↄfeſſore. Cap. CLX.

Dionyſius confeſſor patruꝰ
fuit ſancti pancracij mar-
tyr de quo ſuperius dictuȝ
eſt. Qui a beato cornelio
papa ſacrifontis vnda p-
fuſus: eodem die quo eti
nepos pancratius paſſus eſt anno ſcilicet
eius martyrium precedentem chriſti no
minis ſancta confeſſione feliciter obdor-
miuit: vt ado in martyrlogio inſinuare vi-
detur videlicet. iiij. idus maij.

¶ De feſtiuitate ſancte Maria ad mar-
tyres. Cap. CLXI.

Feſtiuitas
ſancte marie ad mar-
tyres a bonifacio papa
quarto iſtituta eſt pro-
pter templi pantheon
rome dedicationem.
Romani enim cuȝ to-
to orbi dominarentur
non ſolum omnem prouinciarum ſimu-
lacra in vrbe habebant: quin potius fere
ſingulis dijs templa ſingula cōſtruxerāt:
tanquā qui eos cunctarum prouinciaruȝ
victores ⁊ dominos effecerāt. Sed quia
omnia idola templum ibi habere non po
terant ad maiorem ſue gentilitatis vexa-
ne oſtentationem vnum templum cete-
ris mirabilius ⁊ ſublimius in honorē om
nium deorum erexerunt: ⁊ pantheon qđ
ſonat omnes dijs vocauerunt: a pan quod
eſt omne ⁊ theos deus. Pontifices enim
idolorum ad maiorem populi deceptio-
nem finxerunt: ꝙ ſibi a cybele quam om
nium deorum matrem vocabant fuerat
imperatum: vt ſi de omnibus gentibus
vellent victoriaȝ obtinere ſibi ⁊ filijs ſuis
ſcilicet dijs omnibus templum magnifi-
cum fabricarent. Fundamētum ergo ip-
ſius templi ſphericum iacitur: vt ex ipſa
forma deorum eternitas demonſtraret.
Deniqȝ ⁊ pinam eneam deauratam fabri
carunt ⁊ eam in ſummitate collocarunt.
In qua vt aiunt omnes prouincie mira-
biliter erant ſculpte. Hec autem proce-
dēte tempore inde cecidit: vnde in ſum-
mitate apertura remanſit. ¶ Tempore
igitur phoce imperatoris cum iam dudū
roma fidem domini percepiſſet. Bonifa-
cius papa quartus predictum templum
a phoca ceſare ipetrauit ⁊ omniū idolorꝝ
eliminata ſpurcitia ipſum in honorē bea-
te Marie virginis ⁊ omnium martyrum
conſecrauit tertio idus maij: locū quoqȝ
ipſum ſancte marie ad martyres appella
uit qui modo ſancta maria rotunda voca
tur a populo. Nondum enim ↄfeſſorum
ſolēnia ab eccleſia agebant. Sicqȝ in vr-
be roma ipſuȝ diē in honore omniū mar-
tyruȝ celebrari in ipſa eccleſia ordinauit.
Ut ſic templū qđ fabricatum fuerat om-
nibꝰ idolis: nūc dedicatū eſſet oibus ſcis:
⁊ vbi multitudo colebat demonū illic ce-
lebraretur multitudo ſanctorū. Sic quo-
qȝ ex tunc rome i ipſo loco feſtū illud vſqȝ
hodie celebratur tertio idus maij.

¶ De. ſ. Bōifacio papa ꝑ ⁊ ↄf. C. CLXII.

Bonifacius papa huius nomi
nis primus zozimo pape in
epiſcopatu romāo ſucceſſit.
Et ſedit annos tres menſes
octo dies vndecim. Hic na-
tione romanus ex patre iocundo preſby-
tero vrbis: ſub contentione cum eulalio
ordinatur vno die. Eulalius quippe ordi
natur in baſilica cōſtātiniana. Bonifaciꝰ
autē in baſilica iulij. Et fuit magna diſceſ
ſio in clero. Audiēs hoc placida auguſta
cum filio ſuo valētiniano imperatore dū
ſederēt rauēne retulit hoc bonifacio augu

ſto mediolani reſidenti. Tunc ambo au/
guſti miſſa auctoritate preceperūt vt am/
bo exirent de ciuitate. Qui cum pulſi exiſ
ſent tandem vtriqꝫ auguſti bonifaciuꝫ ad
vrbem reuocauerunt ⁊ eum pontificem
conſtituerunt. ¶ Hic conſtituit: vt nulla
mulier aut monacha vaſa ſacrata vel pal/
lam altaris contingeret: aut lauaret: nec
in eccleſia incenſum poneret. Et vt ſeruꝰ
aut curie obnoxius nō fieret clericus. Hic
fecit oratorium in cimiterio ſancte felici/
tatis: ⁊ ornauit ſepulchruꝫ eius. Hic autē
beatiſſimꝰ paterne pietate clericos aluit:
pauperes fouit: cunctos honorās: fuit mi
tiſſimus in diebus ſuis ſuper omnes ho/
mines ⁊ miſericors: vnde ab oībus ama/
batur. Et ſepultus iacet in eccl'ia ſc'i petri.

¶ De. ſ. Bonifacio papa q̄rto. C. CLXIII



Bonifacius papa huius nomi/
nis quartus natione
marſus ex parte ioan/
ne medico bonifacio
pape tertio imediate ī
epiſcopatu romāo ſuc
ceſſit: ⁊ ſedit annos ſe
ptem menſes octo dies vigintiduos. Hic
obtinuit ab auguſto phoca imperatore: vt
eccleſia b'ti petri apoſtoli caput eſſet om/
nium eccleſiarum: quia conſtantinopoli/
tana caput omnium ſe ſcribebat. Hic
etiam obtinuit dari eccleſie templum:
quod ab antiquis in vrbe pantheon voca
batur: vt ſupra dictum eſt. Quod ipſe ab/
latis idolatrie ſordibus conſecrauit in ho
norem dei genetricis marie ⁊ omnium
martyrum Chriſti. Eiuſqꝫ conſecratio/
nis ſolennitatem in vrbe conſtituit cele/
brandam. Aliaqꝫ multa laudabilia ope/
ra fecit. Et hic ſepultus eſt ad ſanctum pe
trum apoſtolum. Et ceſſauit epiſcopatus
menſe ſeptē ⁊ dies vigintiquinqꝫ.

¶ De. ſ. Seruatio ep'o ⁊ cf. C. CLXIIII.

Seruatius epiſcopus traie/
ctenſis temporibus hiero/
nymi ⁊ ambroſij doctoruꝫ
claruit. Hic propinquuſ ſal
uatori ſecundum carnem
extitit. Fuit enim filius emin filij eliud
fratris Eliſabeth ⁊ filij heſmerie ſororis
ſancte anne matris domine noſtre: vt ſic
eliud ⁊ eliſabeth mater baptiſte beate vir
ginis fuerunt conſobrini ſecundo videli/
cet cōſanguinitatis gradu. Emin vero pa
ter ſeruatij ex vna parte ⁊ chriſtus ex alte
ra filij conſobrinarum extiterunt tertio
gradu. Sicqꝫ ſi chriſtus filium habuiſſet
cum ſeruatio fuiſſent quarto gradu ex cō/
ſobrinis nepotes. Mater vero ſancti ſer/
uatij vxor emin vocata eſt memilia. Na/
tuſqꝫ eſt in oppido pheſtia ad auſtrum ar/
menie terra hebreorum in regione preſi
dis: quo decez tribus iſrael tranſlate fue/
rant. Qui adhuc exiſtens infantulus loca
ſacra hieroſolymis viſitauit: ⁊ in ſanctis ꝑ
ſeuerans operibus ad preſbyteratus or/
dinem aſcendit. Deinde ab angelo moni
tus abiit ad octauiam ciuitatem galliarū
ſitam in littore oceani ad predicandum
verbum domini eodem angelo ſibi duce.
Ad quem locum deueniens repperit ſe/
ptuagintaduas congregationes inuicem
diſſidentes que ſegregatim conuenerant
pro epiſcopo ipſius verbis eligendo: cuiꝰ
ſedes per ſeptennium vacauerat poſt obi
tum epiſcopi valentini: qui ad extrema
deueniens diuino ſpiritu eis mandaue/
rat neminem eligendum niſi diuina reue
latione communis omnium electio ali/
quem nominaſſet. Hec autem ſeruatius
audiens: dum pro eorum concordia ante
altare deum orans procumberet: ange/
lus eiſdem apparens baculum ſancto pa
ſtoralem tradidit: ⁊ ſic repente in ipſum
omnis populus conuenit. Factꝰ ergo epi
ſcopus tante gratie fuit: vt patria lingua
predicans ab omnibus nationibus ſuo

idiomate verba eius perciperentur: mul torumq; miraculorum gloria claruit. Nā ciborum eius reliquias egri quicuq; gu ſtantes: aut pedes vel manus deoſculan tes continuo ſanabātur. ¶ Poſt aliquod vero tempus emulatione ciuiū a ciuita te pulſus venit traiectum. Jbiq; iuxta dīi petri eccleſiam tugurium edificans peni tentie operibus vacabat: vbi ſibi per viſū a domino reuelatur: hunorū gentes gal liarum vrbes & maxime octauiaz euerſu ras: quam viſionem octauiam accedens cum populo nunciaſſet: illi quoq; timen tes: ne propter peccatum in ipſum cōmiſ ſum hec ſibi futura contingerent: ſeruati um pro impetranda venia nunciū popu li ad ſedem apoſtolicā delegarūt. ¶ Qui veniens traiectum lapidem altaris pul cherrimum trabe ruente conſciſſuz digi to ſuper ſciſſuram deducto reintegrauit. Jndeq; romam acceſſit: vbi cum in feſto dominice annunciationis in eccleſia bea ti petri oraret pro populo apoſtolorū prin ceps ſibi in ſomnis apparuit: galliamq; di uinam euadere nō poſſe ſententiam pro pter eorum peccata reuelauit. Jn cuius teſtimonium clauem argenteaz ei dedit: quam ille euigilans in manu repperit: & p petuo pro reliquiis reſeruauit. ¶ Cū au tem reuerteretur egreſſus romam a go this capit: qui tunc italiā deuaſtabāt. Cui per noctem angeli cū luce nimia in cuſto dia apparuerūt: eumq; ſolutū dimiſerūt. Cū autem die altero a gothis torquēdus quereret in carcere clauſo nō inuenit. Re peritur tandē ab ipſis ſolutus in quodaz campo ſopitus: cui aqla grandis inſidēs: altera alaz eum a ſole obumbrabat: alte ram mouēs quaſi flabello ei aurā ventila bat. Qd gothi cementes & ſtupentes illum in pace dimiſerunt. ¶ Veniens autez in terram vagionum cuz ſiti affligaretur: di gito ſigno crucis in terram facto fons aq de humo ſcaturijt: & exinde vſq; in preſens nunquaz defecit. ¶ Degēs colonie apud ſanctum ſeuerinum cum oraret a cōſocio ſuper caput eius ignis columna conſpici tur: que nimia celeritate celum pregredi tur. ¶ Apud metenſem vrbem celebrās facies eius ſolis claritate refulſit. ¶ Re uerſus ergo octauiam: & que viderat refe rens ſanctorū reliquias & vaſa ſacra vna cum populo traiectum tranſtulit peſti ſu peruenture reſeruanda. Et cū ii iter ceſ ſus quieſcere vellet: nec ſedem paratam haberet: terra tumens in modum puluī naris ſe extulit: vbi & ſedendo quieuit. Sicq; ibidem vſq; in preſens manet. Di em obitus ſui preſciens celebrata miſſa populum ſacris exhortationibus dudum admonuit: cui angelus aſſiſtere viſus fu it. Et cum diutius oraſſet luce conſpicua inſtar ſolis radij cum per tres horas pro tegente emiſit ſpiritum. vj. idus maij. que tunc dies pentecoſtes occurrerat. Cuius corpus memorato quo ſupra tempore in eccleſia traiecten. ſepultum eſt: vbi infini tis & admirandis ſignis effulget. ¶ Jn ter que cum primo in via publica ſub di lio ſepultus diutius quieuiſſet cum tem pore hyemis omnia in circuitu nix reple ret nunq; ſepulchrum eius tetigit: donec induſtria ciuium baſilica ſuper ipſuz edi ficata eſt. ¶ Reuera de iſto ſancto ſingu laris annorū longeuitas reperitur: quia ſi vera ſunt que de ipſo ſcribuntur preter communem modernum nature curſum vita eius per annos vltra. ccc. cōcluditur adeo fuiſſe mirabiliter protelata. Si eniz diligenter tempora computentur ſerua tius vel chriſto fuit contemporaneus: vel ſi poſt eius aſcenſionez natus non potue runt vltra annos. lx. elapſos fuiſſe vel ad plus. lxxx. Quod ſi ambroſio & hierony mo contemporaneus extitit illos circa an nos domini conſtat. ccclxxx. vel circa flo ruiſſe. Et ſic ſeruatium ad etatem quā di ximus perueniſſe. Quod ſiquis legendaz

ſeruatij de mēdacio accuſet: nouerit eaȝ tempore henrici.v.imperatoris a celeſtino papa.iij.in publico conſiſtorio auctēticatam: vbi omnia que dicta ſunt approbata fuerunt.

¶ De ſcō Hilaro abbate. Ca. CLXV

Hilarus abbas tēpore theodorici regis longobardorū claruit. Hic de tuſcia oriūdus dum puerulus epiſtolas pauli legeret diuino ſpiritu inſpirat⁹ ⁊ a ſeniore de vita ſolitaria informatus annorum.xiij.relicto ſeculo deū orauit: vt eum ad locum duceret vbi ſolitarius deo ſeruire poſſet. Cui angelus domini apparuit ipſumqȝ de vrbe roma vbi habitabat eduxit: ⁊ vſqȝ ad montē emilie ei ductor extitit. Ad cui⁹ radices vno miliario fluuius decurrebat: vbi in ſanctitate vite deo ſoli vacare cepit. Adeoqȝ pfecit vt infra trienniū in vertice montis eccleſiam conſtrueret inferiuſqȝ ſpeluncaȝ habitationis ſue locaret: ac de labore manuū victum acquireret. Sicqȝ annorum exiſtens.xx.ſummū perfectionis apiceȝ vite regularis attigit. Eodeȝ tempore olibry⁹ quidam nobilis ciuis rauennas a demonio oppreſſus eſt clamante per os eius immundo ſpiritu q a nullo inde niſi ab hilaro eiici poſſet. Et deſignato loco ⁊ viri effigie ductus eſt olibryus ad virū dei: quem ſibi in eccleſia oblatum confeſtiȝ ab obſeſſione liberauit: ⁊ ad xp̄m conuertit. Queȝ quidam iulianus preſbyter caſu illac trāſiens cum vxore ⁊ omni familia pmiſcui ſexus numero.xc. baptizauit. Et poſt triduum vxor eius euſtaſia a ſeculo migrauit. Olibryus vero omnibus pro xp̄o erogatis cum filiis ſuis iulio ⁊ eunomio monachus ſancti hilari factus eſt: qui ⁊ cenobium prediis ditauit: vbi ⁊ magna monachorum multitudo breui tempore excreuit: quibus ſanctus deo viuendi regulam ordinauit. ¶ Cuȝ aūt ad inſtantiā quorūdam emulorum dicentiū hilarum cum ſociis inobedientes regis mādatis: theodericus rex milites ſuos miſiſſet ad monaſteriū ſpoliādū: illi biduo p deuia montium oberrātes ad id minime venire potuerunt. Qđ rex audiens pſonaliter illuc acceſſit: ⁊ dum equo inſidens curiā introiſſet. Equuſqȝ dudū ſtimulat⁹ vlteri⁹ pcedē nō poſſet: tādē regem ad terrā deiecit nec ipſe nec iumentum inde ſe mouere valuit donec rex penitens a ſancto veniā cum liberatione percepit. ¶ Inter cetera vero regule mandata fratres de collectis frugibus guſtare non audebāt niſi ea prius abbati offerebant. Quidaȝ vero frater imaturā vuam conſpiciens tentatione pulſatus ipſam expetiit: ⁊ ab abbate guſtādam obtinuit. Sed vt racemū capere voluit ſerpentem in manu ſua inuenit queȝ abiiciens ſancto nunciauit. Ille vero vbi demoneȝ eſſe cognouit per caudaȝ ad eccleſiam traxit: ipſumqȝ humana voce loqui compulit q fratrem ad hoc deſiderio guſtus tentauerat: vt ſi guſtaſſet ipſum de monaſterio recedere feciſſet. Quo dicto ſerpens crepuit ⁊ demon euanuit. Anno autem etatis ſue.lxxxii.apparente ſibi angelo ⁊ ſuū obitum poſt triduū predicēte: locellū ſibi parari iuſſit quaſi paſſib⁹.ioo. longe ab eccleſia ſua: vbi ⁊ quieſcēs in pace conditus eſt tertio idus maii.

¶ De ſcō Mutio martyre. Ca. CLXVI

Mutius preſbyter ⁊ martyr: primo in amphipoli ciuitate detētus multiſqȝ penis atqȝ cruciatibus pro chriſti confeſſione affect⁹. Poſtea bizantium que nunc conſtantinopolis dicitur vſque perductus capitali ſententia occubuit quarto idus maii vt dicit ado in martyrologio.

¶ De ſcō Bonifacio mar. Ca.CLXVII



Bonifaci
us martyr paſſꝰ ē apd
tarſum cilicie ciuitatē
temporibus dioclecia
ni ⁊ maximiani impe-
ratoꝝ ſub preſide ſulpi
tio. Hic cū eſſet ſeruus
⁊ procurator rerū cu-
iuſdam nobiliſſime matrone noīe aglaes
in vrbe roma: homoqꝫ ebrioſus ⁊ adulter
ac vitiis deditus ⁊ cum ipſa eius domina
diudum in ſtupro miſceretur hoſpitalita
ti tamen ⁊ operibus miſericordie inten-
debat. Tandem vterqꝫ diuino nutu com-
puncti conſilium habuerunt: vt ad requi-
rendas martyrū aliquoꝝ reliquias boni
faciꝰ mitteretur ad partes cilicie vbi chri
ſtianoꝝ ingens perſecutio fiebat: quatenꝰ
vterqꝫ eoꝝ orationibus martyrū ſaluari
mererentur. Erant enim vterqꝫ xp̄iani.
Bonifacius autem recedens: dixit domi-
ne ſue quaſi prophetico ſpiritu inſpiratꝰ:
vt ſi inuenire poſſet ad emendum corpo-
ra martyrū ſecum deferret. Sin autē ipſa
corpus ſuū martyris nomine ſuſciperet.
In ipſo autem itinere martyr chriſti a car
nibus ⁊ vino abſtinuit ꝓpter martyrū re-
uerentiam: quoꝝ corpora tractaturꝰ erat.
Perueniens igitur cum duodecim equi-
tibus ⁊ tribus vehiculis ad ciuitatē tar-
ſum conſeruos licentiauit: vt irent ad ho-
ſpitia procuranda: ipſe vero ad videndos
martyres feſtinauit. Inuenitqꝫ aliū pedi-
bus ſuſpenſum igne ſuppoſito: alium in
quattuor lignis extenſū ⁊ diutius ceſū:
alium vngulis exaratum: alium manibus
abſciſū: alium ſtipite in collo fixo a terra
leuatum. Et ſic per diuerſa ſupplicia eos
a carnifice cruciari. Qui cum magnū deū
martyrum acclamaret: ⁊ eorum ſe pedi-
bus proſterneret: ac illos in domino con-
fortaret: a iudice tentus ⁊ interrogatus ſe
chriſtianum viua voce profeſſus eſt. Quē
ſupplicijs preſes iuſſit ſuſpēdi: ⁊ vſqꝫ ad
oſſium nudationem radi latera eius. De-
inde calamos acutos ſub vnguibus ma-
nuum eius configi: ⁊ poſt hec in ore ipſius
plumbum liquefactum infundi. Et cum
in his omnibus gratias ageret: multi ex
gentilibus conuerſi furentes aram idoli
deſtruxerunt: ⁊ preſidem lapidare volue-
runt. Qui timens furorem populi vſqꝫ in
craſtinum inde receſſit. Die vero ſequēti
bonifacium ſibi preſentatum in confeſſio
ne perſiſtentem iuſſit in ollam bulliēti pi-
ce repletam verſo capite iactari. Sed ab
angelo protectus illeſus permanſit: olla
quoqꝫ ſicut cera liq̄facta multos de aſtan
tibus incendit. Tunc iuſſit preſes: vt gla-
dio caput eius abſcideret. Quo facto ter-
remotꝰ magnus factꝰ eſt: ⁊ multi ad chri-
ſtum conuerſi ſunt. Conſerui vero Boni
facij eum vndiqꝫ perquirentes: putabant
eum in taberna aut in adulterio laſciuire.
Et obuiantes vni ex cōmentarienſibus:
querebant eū an vidiſſet romanū aliquē
peregrinū: datiſqꝫ ſignoꝝ indiciis: ille eis
denūciauit: ip̄m die ꝑcedenti vitā marty-
rio ſic finiuiſſe: deducenſqꝫ eos ad locū ⁊
oſtēdens eis caput ⁊ corpꝰ. Quē illi boni-
faciū cognoſcētes admirati: ꝑcio corpꝰ re
demerūt: ⁊ vngētes illud aromatibus: po
ſuerūt in vno vehiculoꝝ: ⁊ reuerſi ſūt deū
collaudantes. Angelus aūt dn̄i apparuit
aglae olim dn̄e ſue: ⁊ rē geſtā beati mar-
tyris indicauit eidem. Que reuerēter ſan
cto corpori obuiauit: eiqꝫ eccleſiam fabri-
cans quinto ſtadio ab vrbe illud ibidem
honorifice condidit. Qui paſſus eſt pridie
idus maii. ¶ Poſt hec aglaes mūdo ab-
renuncians oēm ſuā familiā manumiſit:
⁊ oīa pauꝑibꝰ ⁊ eccleſiis erogauit. Sum-
ptoqꝫ habitu ſanctimoniali ieiuniis ⁊ ora
tionibꝰ oībus diebus vacauit: miraculoꝝ
quoqꝫ ſignis effulſit: ⁊ exinde annis .xiii.
ſuperuixit. Sepulta apud prefatū martyrē
operibus piis conſumata.

¶ De ſcõ Bonifacio epõ. C.CLXVIII



Bonifa/
cius epiſcopus ferenti
nus dum adhuc puer
cum matre habitaret:
egreſſus hoſpitium ſe
pius ſine linea vel tu/
nica redibat: qꝛ mox
vt nudum aliquez vi/
debat ſe expolians illũ veſtiebat: ꝛ ex hoc
eum mater ſepius minis ꝛ verberibꝰ affli
gebat. ¶ Die quadam mater horreũ ſuũ
ingreſſa granuz qd̓ pro toto anno paraue/
rat repperit a puero pauperibus diſtribu
tum. Cũq; ex hoc ſe pugnis ꝛ alapiſq; cõ/
tunderet: puer horreum ingreſſus in quo
parũ grani remãſerat: matrem aliquãtulũ
exire rogauit: ꝛ fuſa oratione matrem ad
horreum reduxit: qd̓ plus q̃ primitus tri
tico plenũ repertũ eſt: materq; viſo mira
culo compuncta: exinde cepit vberes ele
moſynas elargiri. ¶ Cum autem gallinas
plures nutriret: die quadam vulpis galli/
nam aſportauit. Puer aũt concitus eccle
ſiam intrauit: ꝛ oratiõe fuſa vulpis redijt:
gallinam quã tenebat: dimiſit: morq; añ
oculos pueri expirauit. ¶ Procedẽte igiẗ
etate cũ in moribus ꝛ ſanctis operibꝰ pfi/
ceret: ad epatuz ferẽtine ciuitatis electus
eſt: Cui eccleſie grauis paupertas inerat:
quia vnam tantuz vineam habebat. Que
dũ quodaz tpe grãdine ita vaſtata eẽt: vt
vix in ea parui rariq; racemi remãſiſſent:
ille tpe vindemie cõſtantino preſbytero
nepoti ſuo iuſſit: vt cũcta vini vaſcula mo
re ſolito ppararet. Qui licet miratꝰ vnde
impleri debuiſſent: iuſſa tñ epi cõpleuit.
Bonifacius ergo calcatoriũ cũ ſolo puero
ingreſſus modicos racemos puerũ calca/
re iuſſit: ex quibus modicũ vini defluxit.
Quod ipſe a paruulo vaſe ſuſcipiẽs cepit
in cuncta vaſa diuidere: vt vix eo infuſa vi
derenẗ. Uocato quoq; nepote pſbytero
pauperes adeſſe mandauit. Statimq; vi/
nuz adeo in calcatorio excreuit: vt oĩa va/
ſa pauperum replerenẗ. Quo facto egreſ/
ſus apothecã clauſit ꝛ ſignauit. Tertio ve
ro die oratione pmiſſa cum conſtantio re
dijt: ꝛ vaſa in quibus modicũ vinuz infu/
derat: vbertim vinũ fundentia īuenit: ita
vt pauimentũ infuſum eſſet ſi epus tardiꝰ
intraſſet. Super quo miraculo ipſe nepo
ti ſub anathemate ſilentium imperauit.
¶ Uocatus ſemel a fortunato preſbyte
ro ad feſtuz ſancti pculi martyris celebrã
dum acceſſit: parataq; miſſa ad refectio/
nem intrauit: vbi quidaz ioculator cuz ſi/
mia ludẽte aſtitit ꝛ cymbala percutere ce
pit. Quod vir ſanctus dedignãs fleuit vi/
rumq; illum mortuũ pnũciauit: Finitoq;
cõuiuio cuz ille poſtq̃ comederat domũ
exiret: ſaxum de tecto corruit ꝛ ipſum re/
pente percutiens extinxit. ¶ Alio tẽpore
nepos eius predictus cõſtantius preſby/
ter equũ ſuum aureis. xij. vendidit: ꝛ ipſo
conſcio patruo in arca repoſuit. Cũq; ſu/
bito pauperes pro elemoſyna conueniſ/
ſent: ꝛ ille quid eis daret penitus non ha
beret abſente nepote arcam violẽter ape/
ruit: ꝛ. xij. aureos inter pauperes condiui
ſit. Reuerſus igiẗ preſbyter cũ ea que ge
ſta fuerant repperiſſet magnis clamori/
bus pecunias ſuas repetere cepit. Quem
cum patruus placare nõ poſſet eccleſiam
adijt orationẽ ad deum fecit: pallium ſuũ
extendit: ꝛ ſubito in eo aureos. xij. fulgẽ/
tes conſperit. Egreſſus quoq; illos in fa/
ciem preſbyteri proiecit dicens ei qꝛ nõ
habebat amplius quid quereret: ſꝫ tamẽ
propter auaritiaz ſuam epiſcopus nõ eẽt.
In qua proteſtatiõe ſe nepotis ſecreta co
gnouiſſe ꝛ ſpiritũ habere pphetie demõ/
ſtrauit. Ille enim pro adipiſcendo epiſco
patu pecuniã preparauit: ſed tamẽ in pre
ſbyteratꝰ officio vita exceſſit. ¶ Die qua/
dam duo gothi apud eum hoſpitati ſunt:
qui rauẽnam pergebant quibꝰ ille paruũ

vini flaſculum manu ſua prebuit: qd' fortaſſe in vno prandio cõſumere potuiſſent. Ex quo illi vt gothi cõtinue bibẽtes vſq; rauẽnam peruenerunt: diebus ibidẽ pluribus cõmorati idem vinū ſibi diuinitus abundans in vſū quotidie habuerũt. Et cum eodem poculo ad patrem redierũt.

uaret: globus igneus ſuper caput eiꝰ cun-
ctis videntibus ⁊ ſtupentibus apparuit.
¶ Pauperes in domo ꝓprie charitatiue
ſuſcipiēs eis largit᷑ miniſtrabat: nec nūq̄
ſine pauperibus hoſpitibus eſſe volebat.
Nam pauperē vnū cuꝫ vxore ⁊ quattuor
filiis per nouē menſes in domo retinens
eis de victu ⁊ veſtitu ꝓuidit. Domū etiaꝫ
quādaꝫ diſpoſuerat iuxta ſuā cum lectis ⁊
aliis neceſſariis pro ſuſcipiēdis egenis: q̄-
bus ipſemet in vilibus miniſteriis obſe-
quens ſepius cū eis in mēſa comedebat:
multis miraculoꝝ ſignis effulſit. ¶ Cum
aliquando in domo ſua per eius vicariuꝫ
vnicus panis ſolūmodo repertus eſſet: ⁊
beatus Yuo multis venientibus pauperi
bus ſubueniri vellet: vicario murmurāti
medietatē panis dedit aliaꝫ inter paupe-
res diuiſit: medietaſq̄ prima diuiſa cun-
ctis ad eſum ſatiſfecit. Cum aūt in menſa
cuꝫ vicario predicto ſederet mulier alias
inuiſa tres panes maximos ⁊ cādidos vi
ro dei preſentauit: ⁊ ab eo inuitata diuꝫ re
cubuiſſet ſubito nuſq̄ cōparuit. ¶ Alias
etiam de vnico ſolo pane quem habebat:
infinitos quaſi pauperes ad ſe venientes
refecit. ¶ Alias quoq̄ pauperi elemoſy-
nam petenti cum nil aliud danduꝫ habe
ret caputiuꝫ ſuum prebuit: ⁊ diſcooperto
capite tranſiens poſt iter medie leuce idē
caputium in capite ſuo ſibi repoſitū diui-
nitus inuenit. ¶ Cum maxima fames re
gionem occupaſſet: ipſeq̄ famulis man-
daſſet vt frumentū quod habebat in arca
repoſitū pauperibꝰ diſtribuerēt: illiq̄ tri-
ticum quaſi totū ex arca furto ſublatū in-
ueniſſent: ſanctus confeſſor in oratione ſe
dedit: ⁊ redeuntibus famulis arca fru-
mento repleta inuenta fuit. ¶ Mulier q̄-
dam longa infirmitate detenta dum ſecū
diſcumberet: ⁊ comedere nō valens vinū
de calice ī quo ipſe bibebat ſumpſiſſet cō-
tinuo liberat᷑. ¶ Quendam etiam virum
triēnio a ſpiritu maligno vexatuꝫ in lectu
lo ſuo vna ſola nocte ad quieſcēdum ſecū
componens mane a demone ereptuꝫ ad
propria remiſit. ¶ Cum quidā homines
pro ponte edificādo trabes plurimas cō-
gregaſſent ipſaq̄ ligna nimis breuia ad
opus inuenta fuiſſent: oratione ſancti tra-
bes ad loci ſufficientiam prolongate inuē
te ſunt. ¶ A domo cuiuſdam ſigno crucis
edito ſine vlla rerum amiſſione igneꝫ pe
nitus effugauit. Cum tamen domus tota
iam incendio conflagraret. ¶ Matreꝫ ⁊
filium dudum inter ſe diſcordes miſſam
pro eis celebrās ad pacē reduxit. ¶ Pro
eccleſia dei ⁊ pauperibus contra magna-
tes quoſq̄ ſe opponebat: ⁊ in curiis iudi-
cum pro eiſdem aduocās intrepidus aſſi
ſtebat: vrbes etiam ⁊ vicos circuiens ver
bum domini ſolicitus predicabat: ⁊ mul-
tos ad penitentiā conuertebat. Qui dum
ſemel ad predicandum accederet: ⁊ pon-
tem quēdam tranſire deberet: inuenit cū
ab inundāte flumine occupatū: ſed ſigno
crucis edito aque mox diuidunt᷑: ⁊ poſt-
quā ſanctus tranſiit ſubito ad ſtatum pri-
ſtinum reuertuntur. ¶ Cum pauperem
quēdam vlceroſum ⁊ deſpectum ac habi
tu vilem ad menſaꝫ inuitaſſet: ⁊ ambo in
eadē ſcutella comederent: repente pau-
per ille pulcher ⁊ ſplendidus ⁊ niueis in-
dutus apparuit: ⁊ poſt morulam ex oculis
oium euanuit. ¶ Alias etiā eidem ad mē
ſam ſedenti auis quedā candidi ⁊ viridis
coloris ſuper eum reſedit: que etiā a ſan-
cto manu ſe capi ꝑmittens dudum in mē-
ſa q̄euit: nec niſi ab eo licentiata receſſit.
¶ De quadam dū in ſacriſtia eccleſie ſue
pro defenſione theſauri domus ei quem

quidam ex clericis diſtrahere volebāt ſe-
deret: columba ſplendida ſupuolauit. Cu
ius fulgore tota ecclīa coruſcauit. ¶ Ho-
ſpitatus a quodā nobile ⁊ in camera ſua
ad dormiendū poſitus: media nocte ipſe
nobilis diuinitus excitatus ⁊ monitus vt
ad camerā ſuā iret: illuc acceſſit: biuonē
abiſſe vidit: eumꝙ requirens in concaua
rupe penitentiam agentē inuenit. ¶ Obi
tum ſuum ſibi a domino reuelatum ⁊ pre
ſciuit ⁊ predixit: ⁊ dum infirmus decūbe-
ret nunꝙ abſtinentiam conſuetā dimiſit.
Ad extremaꝙ deueniens ſumpto viatico
⁊ ſacra vnctione: per totam noctem diei
ſabbati apertis oculis ad crucem intētus
perſtitit: ⁊ in ſilentio orans in aurora ſe-
quentis diei dominice que fuit infra octa
uam aſcēſionis decimonono mēſis maij:
videlicet decimoquarto calēdas iunij ſpi
ritum deo feliciter emiſit. Cuius corpus
in eccleſia trecborenſi ſepultū quieſcit: ⁊
in miraculis que per eum chriſtus iugiter
operatur glorioſus viuit.

¶ De ſanctis Euſtachio ⁊ ſociis martyri-
bus. Ca. XXII



Euſtachi
us cū vxore theopiſta
⁊ filijs agabito ⁊ theo-
piſto rome ſub hadria-
no principe paſſi ſunt.
Temporibus enī tra
iani imperatoris erat q̄-
dam magiſter militū
nomine placidus: qui licet gentilis eſſet:
operibus tamen miſericordie ⁊ hoſpitali
tatis aſſiduus: ⁊ iuſtitie intentus: oppreſ-
ſis ſubueniebat: Cui vxor nobilis duos fi-
lios procreauit: quos ipſa mater propria
educauit. Erat autem ſtrenuus ac potens
in bello: ⁊ omnes barbari ſubiugabantur
ab eo. Et quia miſericordie operibus inſi
ſtebat: ad viā veritatis meruit illuſtrari.
Quadam die cū venationi inſiſteret: cun-
ctis circa gregem ceruorum inſiſtentibus
militibus ſuis: ipſe vnum ceteris maiorē
in ſiluam vaſtiorem inſecutus eſt. Et cū
in quādam rupis altitudinem conſcēdiſ-
ſet: ⁊ placidus vt eum caperet appropin-
quaſſet: inter cornua eius formam crucis
fulgentem vt ſolem: ⁊ imaginem chriſti
conſpexit: territusꝙ de equo ad terrā ce
cidit. Chriſtus vero per os cerui ſicut olī
per aſinam balaam ei locutus eſt: dicens
ſe eſſe chriſtum quem ille ignorans cole-
bat. Et cuius ad eum elemoſyne aſcende
rant: quiꝙ illius gratia ad animal illud
deuenerat. Cui cum placidus peteret: ſe
reuelari plenius quid eſſet: Chriſtus ei ꝑ
os cerui myſterium mundane creatiōis ⁊
humane redemptionis: diuineꝙ incarna
tionis: paſſionis ⁊ reſurrectionis patefecit
addens vt ſe baptizari faceret: ſi ab eo ſal
uari vellet. Mandans vt premiſſa ſue cō
iugi nunciaret: vt ⁊ ipſa quoꝙ ſecum cre
deret: ⁊ die ſequenti ad ipſum locum re-
uerti deberet: cui dominus que ei futura
eſſent plenius panderet. Placidus igitur
iam perfecte credens: ⁊ de fide noſtra in-
formatus domum rediit: ⁊ predicta oīa
vxori reſerauit que nocte precedēte chri-
ſtum ſibi apparuiſſe dicebat: ⁊ ſibi prenun
ciaſſe ꝙ ipſa cum viro ⁊ filius ad ſe acce-
dere deberent. Nocte igitur media perre
xerunt ſimul placidus ⁊ vxor cū duobus
filijs ſuis ad preſbyterum vrbis ioannē
occulte omni eorum familia ignorante:
qui eos in chriſti nomine baptizauit. ⁊ pla
cidum euſtachium vxorem theopiſtam
duos vero filios ſuos paruulos agabitum
⁊ theophiſtum nominauit. Mane autē
euſtachius ſub ꝑtextu venationis cū pau-
cis militibꝰ exiuit: ⁊ ipſos q̄ſi ad feras in
ueſtigandas circūquaꝙ diſpergens ſolus
ad locū acceſſit vbi ⁊ formā prīe viſiōis
aſpexit. Dñs enī eidē apparuit eūꝙ de pce
pto lauacro cōmendauit: multaſꝙ ⁊ du-

ras ei tentationes futuras ꝑdixit: ⁊ vt patienter omnia toleraret: ⁊ contra diabolū dimicaret admonuit: addens ꝙ per tentatiões duriſſimas ⁊ varias oporteret eū alterum iob mundo demonſtrari. Qui in oratione proſtratus ad omnia ſe paratū offerebat: virtutem tamen conſtantie ſibi donari a domino ſupplicabat. Sic dominus celos euſtachio conſpiciente conſcendit: ⁊ ipſe domum rediens hec omnia coniugi nūciauit. ¶ Poſt paucos igitur dies egritudine peſtifera cuncti ſerui eius ⁊ ancille interierunt: vt ne vnus quidem ex miraculo remaneret. Deīde poſt aliquot dies equi ⁊ omnia pecora eius ⁊ diuerſi generis animalia mortua ſūt. Qui quaſi ad peſtilentiam euitandam diſceſſit de domo ſua cum vxore ⁊ filijs. Quidā autem ſceleſtes per noctem in domū eiꝰ irruerunt: ⁊ cuncta aſportantes: domum auro ⁊ argenteo ⁊ rebus omnibus ſpoliarunt. Ipſe vero cum vxore ⁊ filijs nudus aufugit. Qui cum ruborem verentes ab vrbe occulte diſceſſiſſent: vt in egyptum pergerent: tota eorum poſſeſſio per malorum rapinā ad nihilum redacta eſt. Imperator autem totuſq; ſenatus pro tā ſtrenuo viro multū dolebant de quo nullū inditiū habere poterāt. Cū ergo iter agerent Euſtachius cū vxore ⁊ duobus paruulis appropinquerunt mari: ⁊ nauē patroni barbari aſcēdentes in ea nauigare ceperunt. Dñs autem nauis vxorē euſtachij ſpecioſam concupiuit. Et cum transfretaſſent ab eo naulum exegit: quo non habente vnde ſolueret: vxorē pro naulo retinuit. Et cum euſtachius ꝯtra diceret: ipſū in mare iactari mādauit. Sicq; ſanctus martyr vxorem reliquit: ⁊ accipiens infantes nauem concitus exiuit ⁊ abiit. ¶ Cūq; ad fluuiū perueniſſet: propter aquarum inundantiam non eſt auſus cū duobus paruulis pertranſire: ſed vnū maiorem in ripa depoſuit: ⁊ alterum minorem tranſportauit: ⁊ dū pro alio rediret: ⁊ circa mediū fluminis eēt ecce leo maiorem: minorē vero lupus inuaſit: ⁊ aſportauit. Qui capillos euellens ⁊ deflens: ſe in fluuium necare voluit: niſi illū diuina ꝓuidentia cuſtodiſſet. Paſtores sūt leonem viuū puer aſportantē inſecuti ſūt: quē leo intactum dimittens aufugit. Similiter aratores poſt lupū inclamātes alterū infantē incolumem liberarūt. Utriq; vero paſtores ⁊ aratores de eodē vico exiſtētes pueros nutrierunt. Euſtachius vero hec neſciēs: ſed pro vxore ⁊ filijs admodum dolens cum lachrymis ad quendam vicum deuenit: ⁊ ſibi mercede per annos. xv. agros illorum hominum cuſtodiuit. Filij vero in alio vico nutriti ſe fratres eſſe neſciebant. Dominus autē vxorem euſtachij intactam conſeruauit: quā ille barbarus morte preuentus incognitam dereliquit. Que apud matronam viduam degens: viridarium eius cuſtodiebat. Imperator aūt a barbaris moleſtatꝰ: placidiq; recordatus talē ſe hoīē amiſiſſe dolēs miſſis militibꝰ ipſum per vniuerſas mundi partes requirebat. Promittēs his qui eū inueniſſent diuitias ⁊ honorer. Duo aūt olim ex militibus placidi ad eiꝰ vicum deuenerunt. Quos euſtachius recognoſcens: ſed ab eis incognitus eos in hoſpitium ſuū duxit: eiſq; benigne miniſtrauit. Et recordatꝰ ſtatus ſui lachrymas ꝯtinere non valens ſepius exiēs fleuit: ⁊ īde lota facie ad eos itroiuit. Quē illi paulatine diſcernentes ipſum tamen ex cicatrice quam in fronte geſtabat quāq; ī bello habuerat recognouerunt. Quem āplexantes: ⁊ vti ſuum dñm honorantes cum ipſum de vxore ⁊ filijs interrogaſſent ⁊ ipſe omnia expoſuiſſet: concurrentibus omnibus vicinis ⁊ qualis placidus fuerat audientibus: ꝙ eum iuxta condignū non tractauerūt veniā poſtulabant. Sicq; milites ipſū honorifice indutū: romam

ad traianum imperatorem deduxerunt. Qui eius audiens aduentum eidẽ occurrit: ꝛ ipm vidẽs in oſcula eius ruit. Cūq ei euſtachius que ei cõtigerãt enarraſſet: ꝛ iperator ipſum ad officium priſtinū reſtituiſſet. Euſtachius numeratis ſuis militibus: cum paucos contra tot hoſtes repperiſſet: iuſſit tyrones collegi per vicos ꝛ ciuitates: vnde ꝛ terra illa in qua filij eius enutriti fuerãt cū duos tyrões dare teneret: filios euſtachij iuuenes aptos ad exercitus deſtinarūt. Euſtachius vero eos elegãtes videns ꝛ morib⁹ cõpoſitos: inter cõuiuias ſuos eos aſcripſit. Profectus igit ad bellū ex hoſtibus triūphauit: ꝛ rediẽs victor exercitū ſuum triduo in loco vbi coniunx eius morabatur quieſcere fecit. Duo vero adoleſcentes in matris tabernaculo: matre tamen incognita hoſpitati ſunt. Et ſedentes circa meridiẽ ꝛ mutuo cõfabulantes exponebant ſibi inuicẽ que recordabant: vel que ab eorum nutritoribus audierant de infantia ſua. Et cum maior minori omnia enarraſſet ꝛ ille ecõtra que a ruſticis audierat retuliſſet: frẽs ſe mutuo amplexãtes ꝙ eẽnt germani recognoſcebant: qui tamen eorum parẽtes fuiſſent aliter neſciebant. Quod cum mr eorum audiuiſſet: diu apud ſe tractauit: an illi filij ſui eſſent. ¶ Altera autem die magiſtrum militum adijt: ꝛ euz interpellans omnia aduerſa que ſibi contigerant enarrauit. Quod ille audiẽs eam vxorez ſuaz eſſe recognouit: ꝛ illa ipſum virum ſuuz comperit. Sicq alter in amplexus alterius irruerunt. Cumq theopiſta vir de filijs queſiuiſſet: ꝛ ille ipſos a feris deuoratos aſſeret: cunctaq per ordinẽ enarraſſet. et illa econtra que a duobus iuuenibus audierat retuliſſet vocati ſunt iuuenes illi a magiſtro militum: ꝛ qui fuerant interrogati. Qui dum omnia eorum geſta prout recordabãt vel audierant rettuliſſent cognouerunt parẽtes ꝙ filij ſui eſſent. Et ruentes in oſcula inuicem congaudebant. Omneſq exercitus tã de habita victoria quã de inuentiõe illorū plurimum letabat. Cum ergo rediret ad vrbem traianuz defunctū repperit: ꝛ hadrianum paganiſſimum ꝛ crudelem ei ſucceſſiſſe inuenit. Qui tam pro victoria ſuſcepta quã pro inuentione ſuorū euſtachiū magnifice ſuſcepit: ꝛ magnum conuiuiuz preparauit. Altera vero die templū deoruz adijt ſacrificaturus pro victoria barbarorum. Quo dum euſtachius itrare nollet: eumq imperator chriſtianum cuz vxore ac filijs didiciſſet: eos nudos i harena ſtatuit: ꝛ eis leonem ferocem dimitti fecit. Qui demiſſo capite eos adorãs a ſanctis humiliter receſſit: propter qd miraculuz multi gentilium conuertuntur. Tunc imperator bouem eneū incendi iuſſit: ꝛ ſanctos introcludi mandauit. Qui orantes ꝛ ſe domino cõmendantes ac pro ſe in omni periculo inuocantibus deum orantes: bouem intrauerunt: ꝛ in pace ſpirituz domino reddierunt. Tertia vero die de boue educti ſunt ſic penitus inuſti: vt nec capilos eorum ignis tetigiſſet nec pilos corporis conſumpſiſſet. Quorum corpora a chriſtianis digno honore tumulant: vbi in eorum memoriam oratorium fabricatur. Qui paſſi ſunt. xiij. calendas iunij. circa annum domini. cxxx. Quorū corpora a nonnullis venetias tranſlata dicunt ꝛ in eccleſia ſancti euſtachij collocata.

¶ De ſcã Babilla vg. ꝛ mar. C.XXIII.



Babilla virgo ꝛ martyr ex regio genere neptis galieni imperatoris fuit. Cum autẽ ad eugeniã virginem rome exiſtẽtem multe ſancte virgines conuenirẽt: illa ad eam peruenire nõ valẽs: per internum

cium ei ſignificat qualiter chriſto ſeruire
cupiebat. Ad quã eugenia eunuchos ſuos
protum ⁊ hiacynthum quaſi ſub ſpecie ei
famulãdi deſtinauit. A quibus ſancta vir
go latenter edocta ⁊ a ſancto cornelio pa
pa baptizata eſt. Sꝫ ab vna ex ancillis ſu
is: q̃ eẽt chriſtiana põpeio ipſius illuſtriſ-
ſimo ſponſo accuſatur. Et ab eodẽ ſubito
ſuperueniẽte cum proto ⁊ hiacynto orans
in cubiculo inuenit̃. Cumqꝫ poſt multas
perſuaſiões ipſum habilla a ſe reppuliſſꝫ:
miſit ad eam multas matronas: que ipaꝫ
ad coniugium iuuenis hortabant̃. Quod
cum illa omnino renueret: et matronas
oẽs licentiaſſet. Pompeius ipſius ſpõſus
galieno imperatori virginẽ accuſauit. Et
decretũ eſt ab ipatore: vt aut ſponſuꝫ ſuũ
acciperet aut gladio interiret. Conuenta
de hoc reſpondit ſe chriſtum regẽ regum
ſponſum hẽre. Et renuens aſſenſum pre
bere: qꝛ ex imperiali genere erat ⁊ publi-
ce audiri non poterat intra domum ſuaꝫ
gladio tranſuerberata eſt. xiij. calend. iu-
nij: ⁊ via ſalaria ſepulta.

¶ De ſctõ bernardino ↄfeſ. C.XXIIII.



Bernar/
dinus confeſſor natio
ne tuſcus ex nobili fa-
milia albizeſcorũ pro/
creatꝰ patre toloſenẽ-
ſi: matre nera maſſana
bindi filia poſt tertiuꝫ
eius natiuitatis annũ
defuncta: infra ſextum patre: matertere
diane educãdus remanſit. Qui anno. xi.
a patruis ſenas aduocatus eſt: vbi libera-
libus artibus imbutus: canonico iuri vaca
uit deuotas nunq̃ꝫ pretermittẽs oratões:
quibus corroboratus ſennẽſi fraternitati
ſctẽ marie de ſcala ſanctimonia celeberri
me aſcribi ſe ꝓcurauit. Ubi cilicio indu/
tus ſup tabulas aut paleas dormiens cir
ca languentes erat officioſiſſimus. Inte
rea anno dñi. M.cccc. ſeuiente ſenis epi-
demia: mortuis fere oĩbus miniſtris ho-
ſpitalis dicte ſcẽ marie: quũ nullo ꝓcio cõ
duci poſſent. Bernardinꝰ tyro chr̃i anno-
rũ. xx. languẽtiũ ſe gratis obtulit in mini-
ſtrum. Qui quũ ſe ad tantũ onus imbeci-
lẽ fore perpẽderet. quoſdã eiuſdẽ frater-
nitatis conſocios ad piuꝫ opus ſibi aſciſce
re talibus ꝓcurauit. Euangelio admone/
mur: regnum celoꝝ vim patitur. ⁊ violen
ti rapiũt illud. Inferamus ergo violẽtiã
nobiſmetipſis nec pro chr̃o mori ptime-
ſcamus. Quid tã magnũ atqꝫ pulcherri/
mũ. r. q̃ꝫ pacis tẽpore ad martyrij coronã
peruenire: ſi morimur: pro chriſto certe
morimur: qua morte ⁊ merces augetur: ⁊
oẽ crimen excluditur: ois cõſumatio ⁊ ſta
tus vite martyrio decorat̃: hoc fundamẽ-
tum vite ⁊ fidei: hoc ꝑſidium ſalutis: hoc
vinculũ libertatis ⁊ honoris. Mors q̃ppe
integriorem facit vitaꝫ: Mors magis du
cit ad gloriam. Quid enim nobis cũ hac
luce: quibus lux eterna promittit̃. Quid
cum huius vite natureqꝫ cõmercio: quos
celi altitudo depoſcit. Intra omniuꝫ glo-
riã pulchrior eſt pro chriſto mori titulus:
⁊ integrior corona ſignatur. Porro nobis
cõtemnẽda mors eſt: quibus chriſtus oc-
ciſus eſt. Ante oculos nobis queſo cõcur
rant dñice paſſionis exẽpla: ↄcurrãt obla/
ta ⁊ premia: quoniã miſericordiã preſtan
tes: miſericordiã conſequent̃. His inflã/
mati iuuenes cuncti vnanimes confeſſio
ne rite expurgati ⁊ cõmunione: ad fene-
ſtram illã domũ nõ ſine parentũ ⁊ amico
rũ lachrymis ſe contulerunt. die nocteqꝫ
ſedulo infirmis miniſtrantes: ⁊ quãdoqꝫ
mortuorũ corpora ſepelientes. Demũ ſe-
data peſtilẽtia pluribus de ↄſociis defun-
ctis reliq̃ ad paternas domos remearũt.
q̃d fecit ⁊ bernardinus: qui ſtatim febre
concuſſus: ⁊ non multopoſt ſaluti reſtitu-
tur: ampla facultate pauperibus erogata:
die natiuitatis marie virginis: cuꝰ gr̃a a

pueritia quoad uixit ſabbo ieiunauit: bea
ti frãciſci factus eſt imitator: nihil preter
habitũ femoralia ⁊ funiculũ poſſidẽs. Et
primo in loco columbarij in ſenenſi terri
torio contemplatõi aptiſſimũ deſtinatur:
Ubi vigilijs ieiunijs: diſciplinis vltra re
gule ꝑcepta: ⁊ cilicio corpus macerabat:
illuc per multa miliaria nudis pedib⁹ pa
nis ac vini collectã elemoſynã humeris
afferebat prelatis obediens. Hic inter ce
tera paſſione chriſti amariſſime ſcindeba
tur. qui ſacerdos ordinat⁹ quotidie amo
re in deum inflammatus celebrabat: ſed
altius aſpiciens: ⁊ animarũ ſaltem ſitiẽs:
grauiſ ſumpta cruce: ex colũbario ſaggia
nũ: vt ebrius ſpiritu ꝑdicaturus acceſſit.
Cuius: integritate ꝑus cognita: a prelatis
ordinis ꝑdicandi officiũ ei conceditur.
Sed quum linguam haberet aliquantu
lum prepeditã: facta ad dominum oratio
ne: igneus e celo globus dimittitur: q̃ ſic
eius lingue raucitatem decorit: ꝙ exinde
illud ſanctiſſimũ nomen ieſus: italie vr
bes: caſtella: Uillas quaꝗ perluſtrãs ex
pedite non ſine maximo fructu ꝑdicauit.
Tunc enim terram ⁊ maria ꝑdones ob
ſidebant. tunc tanta guelphorum ac gibil
linorum rabies incalluerat: vt mutuo fra
ternoꝗ cruore ruberet: italia: publica lu
dorum gymnaſia frequentabantur: vſura
rum voragines inhiabant: vigebat ma
gia: religio parum colebatur: ⁊ feſti dies a
ferialibus niſi ſpectaculorũ gratia: digno
ſcebantur. ſed quo magis indigebat ita
lia: eo plus in bernardino ſuperne gratie
fauor ⁊ virtus fecundauit. Quis enarrare
poſſet: quantum boni per bernardinum
conſecuta eſt italia? Per hunc ſedate ce
des: erecta hoſpitalia: extirpate fenerato
rum rapine: adulterini feminarum orna
tus cremati: feſti dies culti. ⁊ plures viri
uſꝗ ſexus non ſine miraculorum ſplen
dore ad dei ſeruitium conuerſi. O virum
italie frugi. In his itaꝗ operibus bernar
dinus perſeuerans apud aquilam aprũ
cii vrbem anno ſalutis. M. ccccxliij. eta
tis vero ſue. lxiij. vite terminum comple
uit. Cuius corpus aquilani ciues plurib⁹
diebus inhumatum tenuerunt: odore ſi
mul ⁊ miraculis fragrãs. ⁊ ibidem in mo
naſterio ſancti franciſci poſtmodum ho
norifice ſepelierunt. Et hunc nicolaus põ
tifex quintus anno domini. M. ccccl. ſan
ctorũ catalogo coaceruauit. ſolẽnis eius
dies. xiij. calendas iunij colitur. Tranſla
tum eſt autem corpus eius in templum
nouum ei dedicatũ anno eiuſdem. M.
cccclxxij. vj. calendas iunij.

¶ De ſcõ Baudelio mar. Cap. XXV.



Baudeli
us ſubdiacon⁹ ⁊ mar
tyr apud ne mauſum
galliarum vrbem paſ
ſus eſt. Hic cum die
quadam ſuper caput
ſancti euurtij eccleſiã
ↄſecrantis vidiſſet lu
cẽ celitus effuſam: ⁊ manũ dñi ſe bñdicẽ
tẽ ad martyriũ q̃ſi diuia inſpiratiõe aiat⁹
eſt. Audiẽs aũt gothoꝝ rabiẽ in galliis ꝑ
ſtrepe nemauſũ acceſſit: ⁊ gẽtiles ſacrifi
cãtes redarguẽ cepit. Ab eis igit̃ detẽtus
diris ſupplicijs afflict⁹: fuſtibus ceſus: in
equuleo ſuſpẽſus: ⁊ diutiſſime tort⁹: atꝗ
laterib⁹ flãmis aduſtus cũ in fide xp̃i imo
bilis iter oĩa tormẽta ꝑſiſteret: nouiſſime
bipẽni capite ceſus ẽ. ꝺ cui⁹ corpe ſanguis
emanãs i lac ↄuerſus: multos egros ide ꝑ
fuſos ſanauit. Hora q̃ꝫ decollatõis ei⁹ vo
ces angelice pſallẽtes audite fuerũt. Cor
pus aũt ei⁹ a fidelib⁹ in ipſa vrbe tumula
tũ eſt: eccleſia deſup edificata. De cui⁹ tu
mulo laurus arbor exorta ⁊ mirabilr̃ per
eccleſie parietẽ egreſſa multo tp̃e ibidẽ
ꝑmanſit: Cuius folijs tacti languidi cura
bant: demoneſꝗ ex obſeſſis corpib⁹ pel
lebant. Qui paſſus eſt. xiij. calẽ. iunij.

❡ De ſcõ Auſtregiſillo epõ. Ca. XXVI.

Auſtregiſillus epũs bituriceñ. floruit in gallijs tp̃e heraclij imperatoris: vt ait ſigibertus. Qui inter cetera virtutũ miracula: cũ molẽdinariꝰ q̃dã die dñico vellet molã emẽdare: ipſamqꝫ dũ terreret: eiꝰ manꝰ ferri manubrio adeo adheſit: q̀ nullo mõ poterat amoueri: Cũqꝫ ad ſcm̃ epm̃ ꝯfugiſſet: ipſꝫ penitentem ⁊ delictũ cõſitentẽ confeſtĩ vir dñi liberauit. Sepultuſqꝫ eſt biturice xiij. cal. iulij: vbi ſignis admirãdis ĩfulget.

❡ De ſcõ Cõſtãtino imꝑatore. C. XXVII.



Cõſtantinus magnꝰ imꝑator ſciſſimꝰ q̃uis a pluribus latinoꝝ iuſtus ⁊ ſctũs reputet̃: a grecis tñ in ſcõꝝ catalogo expꝛeſſiꝰ noiat̃. Huiꝰ pr̃ ꝯſtantius imperator q̃ vna cũ galerio maxio imꝑauit: ãno. xvi. imꝑij ſui cõſtantinũ filiũ ſuũ ex obſcuriore helene olĩ cõcubine mr̃imonio ſibi natũ: vt dicet̃ in legenda helene mr̃is ſue. xv. cal. ſeptẽbꝛ. ad imꝑiũ ſecũ tulit: q̃ imꝑauit annos. xxx. menſes. x. dies. xi. Anno aũt eius imperij q̃rto maxentiꝰ maximini filius rome auguſtus creatus eſt. Liciniꝰ dacia oriũdus ꝯſtãtie ſororis ꝯſtantini vir carnunti in imꝑatorẽ creat̃. Itaqꝫ reſpublica tunc ſub nouis q̃ttuor pn̄cipibꝰ fuit ꝯſtãtino ⁊ maxẽtio filijs auguſtoꝝ: licinio aũt ⁊ maximino hoĩbus nouis. Deinde quĩto pſecutionis anno inter ꝯſtãtinũ ⁊ maxẽtiũ bellũ exortũ eſt. Maxentius ſepe multis bellis fatigatus: vltimo ad pontẽ moluũ interfectus eſt a ꝯſtãtino. Maximinꝰ xp̃iane pſecutiõis inuẽtor apud tarſũ dũ ꝯtra liciniũ bellum diſponit interijt. Poſt que conſtãtinus apud danubiũ de barbaris victoriã obtinuit: vt habitũ eſt ſupꝛa de inuẽtione crucis. v. noñ. maij. Exinde quaſi per ſomniũ in chr̃m credidit: quẽ tamẽ vnum ex dijs magnis reputauit. Deinde ad vrbẽ rediens: poſt aliquod annos lepꝛe plagã incurrit: ⁊ a ſilueſtro papa baptizatus aie corporiſqꝫ ſalutẽ ⁊ mũdationẽ ꝑcepit: vt dictũ eſt ſupꝛa in hiſtoria ſilueſtri. ij. calẽ. ianuarij. Qui pmo die baptiſmi ſui hãc legẽ dedit: vt chr̃s tanq̃ verus deus ab omni vrbe romana coleretur. Scd̃a: vt ſiqs chriſtũ blaſphemaſſet puniret̃. Tertia: vt q̃cunqꝫ xp̃iano feciſſet iniuriã honoꝝ ſuorũ parte dimidia priuaret̃. Quarta: vt ſicut imꝑator rome ſic romanus põtifex caput ab vniuerſis epĩs habeat̃. Quinta: vt q̃cũqꝫ ad eccleſia cõfugerit ab oĩbus ſeruet̃ immunis. Sexta: vt nullus niſi de licẽtia ſui epĩ eccleſiã conſtruat in aliq̃ ciuitate. Septima: vt ad edificationẽ eccleſiarũ decime poſſeſſionum tribuant̃. Octaua: ad ſepulchrũ beati petri venit: ⁊ de ſuis culpis ſe lamẽtabiliter accuſauit. ❡ Poſtmodũ arrepto bidẽte ad fundamẽtũ baſilice cõſtruendũ: terrã primus aperuit: ⁊. xij. cophinos ad honorẽ. xij. apl̃oꝝ in ſuis ſcapulis foras eiecit. Poſtq̃ aũt btã helenam mr̃ẽ ſuã ad xp̃m ꝯuertit vt dictũ eſt ſupꝛa i eadẽ legẽda ſilueſtri. Cõſtãtinus glorioſus pn̄ceps iuſto ordine ⁊ pia vice cõuertit dcm̃. Siquidẽ ſtatuit extra vllã hoium cedẽ tẽpla claudi: ⁊ chꝛianorum eccleſias aperiri: ac de nouo ꝯſtrui mãdauit: chꝛianiſqꝫ dedit licẽtiã inſimul cõgregari. Sicqꝫ poſt. x. annos in q̃bus a pſecutoribus eccleſia vexabat̃: de pſecutore xp̃ianꝰ effectꝰ: pacẽ eccleſie idulſit: romanã eccleſiã mirabilibꝰ et inſignibꝰ p̃uilegijs dotauit. Et vt alios ad eccleſias edificãdas induceret: in pꝛopꝛio laterañ. palatio eccleſiam i honore ſaluatoris mũdi fabricauit. Quã ⁊ ſilueſter papa publice conſecrauit vt dicetur. v. idus nouembꝛ. Deinde vt romanum pontificem excellẽtius ſublimaret: vrbem romam cum terris et oppidis ad

cam per-

eam pertinētibus ⁊ omnibus dignitatib⁹ imꝑialibus ſedi apoſtolice ceſſit: ⁊ ipſe cū principibus ⁊ nobilibus romanoꝝ bizantium: que ciuitas erat bithynie ſe tranſtulit: quā ⁊ ad inſtar rome edificiis ⁊ magnitudine ampliatam: ex nomine ſuo ꝯſtantinopolim appellauit. Ibiqꝫ ſedē imꝑialem ꝯſtituit. Unde ⁊ extūc regio dicta ē romania. i. roma noua: neio enim grece latine dicit̄ nouo. ¶ Poſt hec cū licinius impator quaſi in ꝯſtantini deſpectū qui xpian⁹ effectus fuerat xpianis nouā perſecutionē indixiſſet ꝯſtantinus vir ingēs principatū totius orbis affectans liciniūqꝫ xpi fidei emulatorē deteſtans: eidē bellū intulit: quē primum in pānonia deuicit. Deinde apd̄ chialā oppreſſit: ac demū crebris bellis deo ſibi aduerſante terra mariqꝫ fugiētem ad deditionē coegit: priuatūqꝫ iuſſit occidi anno imꝑij ſui. xv. Quis oibus miniſtris iā nefarie pſecutiōis extinctis. Sicqꝫ totius orbis principatū in pace obtinuit: multaſqꝫ gētes diuerſis ꝓlijs ſubiugauit. Innumerabiles in eo animi corpiſqꝫ virtutes claruerūt. Militaris glorie appetitiſſimus: fortuna ei in bellis ꝓſpera fuit induſtria ſagaciſſimus liberalibus artib⁹ ⁊ ciuilibus deditus: inſectator iuſti amatoris quē ſibi ⁊ liberalitate ⁊ docibilitate ꝯſtituit. In amicis egregius nulla occaſiōe ꝑtermittens: quo opulētiores eos clarioreſqꝫ preſtaret. Multas leges abrogauit multaſqꝫ nouas edidit. Sacerdotes ⁊ eccleſias ſuper oia honorauit: eo ꝙ in ipſis xp̄m ſe honorare teſtaret̄. ¶ Illud vero quod in hiſtoria tripartita legit̄: eū vſqꝫ ad mortem diſtuliſſe baptiſmū: ⁊ i nicea ciuitate in arriana fide baptizatū: mirabiliter abhorret a vero. Quis enim niſi mēte capt⁹ crediderit tātū viꝝ: ſub quo nicena ſynodus. cccxviij. patꝝ ꝯgregata eſt: in qua fides noſtra recitate eſt: ⁊ arrius cuꝫ ſuis cōplicib⁹ dānatus: errori ſe vellet mācipari dānato: maxime cū ⁊ arrium ſciret ſanctoꝝ patrum ⁊ ſua auctoritate dānatū ⁊ apud laodiciam dei iudicio turpiſſima morte mulctatū? Sꝫ ⁊ eccleſia dei et ōes antiq̄ legēde approbāt ipm a beato ſilueſtro baptiſmū ſuſcepiſſe ⁊ ob reuerētiam xpiane fidei romanā vrbē: ⁊ imꝑialeꝫ dignitateꝫ romano pōtifici ꝯtuliſſe: ⁊ ſe ad edificādum ꝯſtantinopolim trāſtuliſſe: ibiqꝫ imꝑium ꝯſtituiſſe: que ipſum nedum baptizatū feciſſe quis credat? Sꝫ ⁊ ſiqs eū rebaptizatū in arriana ꝑfidia dicat: adhuc minus credibile iudicat: vt ſupra rationibus ſuaſum ē. Ea aūt que mēdoſe de cōſtantino dicta ſunt: de conſtantio eius filio vera eſſe inueniunt̄. Unde ꝑpter eximiā quaꝫ habuit ad cultū xpi religionem ⁊ reuerētiā ad cleꝝ: credit̄ ab aduerſarijs confictū eſſe. Nā beatus gregorius cum de ipſo loquit̄ in regiſtro eū bone memorie appellat. Et ambroſius dicit ipſum eſſe magni meriti apud deū quia prim⁹ impator viam fidei ⁊ deuotionis principib⁹ dereliqt. Iſidorus etiaꝫ in chronicis ſuis hoc reprobans oino dicit euꝫ feliciter terminaſſe. Unde greci eum catalogo ſctōꝝ annumerant: vt dictuꝫ eſt: ⁊ feſtū de ipſo ſolēniter agunt. In alia aūt hiſtoria legit̄ ipſuꝫ ab euſebio papa baptizatum fuiſſe: qd̄ ſimiliter falſe conſcriptū apparet. Cuꝫ ⁊ poſt euſebium melchiadē papam a prefecto vrbis tarquinio per martyriū vitam finiuiſſe cōſtet: quod ſub xpiano auguſto quis facere nullatenus ꝓſumpſiſſet. Conſtantinus igit̄ apud nicomediā cum in ꝑſidas bellū moliretur: morbo oppſſus rēpublicam bene diſpoſitā filijs tradēs: deuit in pace. xij. calēdas iunij. Anno imperij ſui. xxxi. etatis vero. lxvij. Sepultus in vrbe regia eius nomini dedicata. ¶ Hic glioſus ꝑnceps fecit baſilicas iſtas i vrbe roma. Videlicet baſilicam domini ſaluatoris in proprio lateraneñ. palatio vt dictum eſt. Baſilicam conſtantionam: vbi baptizatus eſt: vbi ⁊ fonteꝫ porphyretico

lapide conſtituit ex argẽto mirabiliter or/
natum: quam in honore ioannis baptiſte
eccleſie lateranẽ. appendiciam eſſe vo/
luit. Baſilicã beati petri apoſtoli in tem/
plo apollinis cuius loculum auro ⁊ argẽ
to inſigniter contexit. Baſilicã beati pau/
li apoſtoli extra muros in via oſtiẽ. cui⁹
etiam loculum exornauit. Baſilicam in
palatio ſyriano que cognominatur ſancta
hieruſalem in honore venerande crucis:
vbi et de ligno crucis dominice locauit.
Baſilicam ſancte agnetis ex rogatu con/
ſtantie filie ſue extra muros via numen/
tana. Baſilicam beati laurentii martyris
extra muros via tyburtina in agro vera/
no: vbi ipſe beatus laurentius ſepultus
eſt. Baſilicam .xii. apoſtolorum intra vr/
bem. Baſilicam beatorum marcellini ⁊
petri: vbi corpus beate matris eius quie/
ſcit. Baſilicam apoſtolorum petri ⁊ pauli
⁊ ioannis baptiſte in ciuitate oſtiẽ. iuxta
portum vrbis. Baſilicam ſancti ioannis
baptiſte in ciuitate albanẽ. Baſilicam
apoſtolorũ in vrbe capua quam conſtan
tianam nominauit: ⁊ alias plures: quas
oẽs ſacris vaſis ⁊ veſtibus ⁊ aliis ad diuũ
cultũ ptinentib⁹ infiniti precii ꝓdotauit.

¶ De ſcõ hoſpitio ↄfeſ. Cap. XXVIII.

Hoſpitius confeſſor vir do/
mini apud niceriam inclu
ſus ferro ad carnem accin/
ctus omni tempore modi/
co pane ⁊ dactilis veſceba/
tur in quadrageſima vero
ſolis radicibus herbarum vtebatur: vt de
eo ſcripſit paulus longobardorum hiſto/
rio graphus libro .iii. Hic ſpiritu ꝓphetico
dotatus aduentum longobardorum lon/
ge ante predixit. Quos cũ adeſſe cogno
ſceret: oẽs fratres ſuos emittẽs ſolus re/
manſit: longobardi vero ferociſſimi ad lo
cum venientes: ⁊ vt intrarẽt aditum que
rentes: ſed minime inuenire valẽtes aſcẽ
ſo tecto deſcenderunt ad virum dei. Quẽ
vt ferro vinctũ reperiunt: exiſtimauerũt
eum eſſe reum aliquem ibidem ex culpa
recluſum. Sed cum ipſum vnus eoꝝ gla
dio ferire vellet brachium ſibi are factũ
eſt. Qui mox vt veniem petiit ſanctus eũ
illico ſanauit: ⁊ conuerſum ad chriſtũ mo
nachũ fecit. Qui etiam verbum domini
longobardis predicans plures ex eiſdem
domino acquiſiuit. Quieuit in pace. duo/
decimo calendas iunii.

¶ De ſanctis Timotheo ⁊ polio ⁊ euty/
chius martyribus. Cap. XXIX.

Timotheus polius ⁊ eutychi
us martyres apud mauri/
taniam ceſarieñ. paſſi ſunt.
Qui in prefata regione ver
bum domini vndiq3 diſſe/
minantes glorioſo martyrio pariter coro
nari meruerunt .xii. calen. iunii: vt ait ado
in martylogio a hieronymo ſumpto.

¶ De ſcã Julia vgine ⁊ m. Cap. XXX.



Julia virgo ⁊ martyr
ex ciuitate carthagi/
neñ. cũ dicta vrbs ca
pta ⁊ ſubuſa fuiſſet: ca
ptiua ducta fuit: q̃ ſor/
tita cum aliis concapti/
uis deuenit in ſeruitu
tem cuiuſdam euſebii
gentilis nobilis paleſtini: cui diligentiſſi/
me famulabatur ſpatio quo poterat ieiu/
niis ⁊ orationibus vacans. Eãq3 dñs eius
q̃uis chriſtianam ob eius gratum ſeruiti
um diligebat. Cum autẽ ad gallias cum
mercibus tenderet ⁊ in capite corſice cũ
naui applicuiſſet: ancillãq3 ſecum ded/
uxiſſet: contigit in ipſo loco gentiles diis ſu
is ſolẽnia celebrare. Et dum tam naute q̃
nauigantes cũ incolis inſule ad ſacrificia
deorum accederent: ſola iulia remanſit in
naui. Comperto q̃ chriſtiana eſſet felix q̃
dam tribunus petiit ab euſebio ancillam
eius pro quattuor ex ſuis commutari: ad

hoc ſolum vt eã ſacrificare compelleret. Qđ cum ille propter eius gratuꝫ ſeruitiũ oĩmode recuſaret: inito ɔuiuio nautę ex induſtria euſebium inebriarunt. Quo dormiẽte iuliam rapiunt: ⁊ ſacrificare nolẽtem alapis cedũt crinibus torquent: ⁊ dudum flagellant: tandem crucifixũ confitẽtem cruci configunt: vbi poſt modulũ ſpiritum emiſit. xi. calen. iunij. Monachi autẽ quidam qui in inſula marmarica q̃ vulgo gorgona dicitur habitabant diuina reuelatione moniti nauem aſcendentes corſicam deuenerunt: ⁊ corpus martyris xp̃i tollentes celerrime redierunt ⁊ in eoruꝫ inſula ſepelierunt: quod tamen proceſſu temporis aica regina vxor deſiderij lõgobardorum regis inde brixiam tranſtulit: ⁊ in monaſterio ei⁹ nomini fabricato honorifice collocauit.

¶ De ſcis Caſto ⁊ Emilio m̃. C. XXXI.

Caſtus ⁊ emilius martyres in aphrica paſſi ſunt. Qui vt ſcribit beatus cyprianus libro de lapſis ꝓpter verbi ſi dei ɔfeſſionem p ignem cõflagrati paſſionis martyrium conſumauerunt. xi. calendas iunij.

¶ De ſancto Deſiderio epiſcopo ⁊ ſocijs martyribus. Cap. XXXII.

Deſideri⁹ epiſcop⁹ lingoneñ. tẽporibus honorij ⁊ theodoſij imperatorꝫ martyriũ paſſus eſt. Nam dum vandali ligoneñ. ciuitatem dudum obſeſſam debellarent. Sãctus epiſcopus murum aſcẽdẽs p ſuo grege clementiã poſtulabat. Uãdali vero vrbem intrantes: ⁊ multitudinem ciuium xp̃m confitentiuꝫ trucidantes: ep̃m in eccleſia pro populo orantem reperientes ceperunt: ⁊ ſummo duci nomine creſco preſentauerunt. Qui cuꝫ ſe libentiſſime morti obtuliſſet: duꝫ illi reſiduo ppl̃i parcere velleṫ: eductus ex vrbe decollaṫ: nulla ꝓpter hoc erga gregeꝫ miſericordia peccatis exigentib⁹ exhibita. Cuꝫ autem ſpiculator ep̃i portã vrbis intrare vellet: capite illiſo mox expirauit. Staticꝫ ſaxis inuictibus ianua adeo obſtruiṫ: vt nulli deinceps p ipſam adit⁹ patere poſſet in teſtimoniũ martyris xp̃i nulli licere oſtendẽs vt per ianuam illam intraret paganus vnde ſcũs ep̃s exiuerat decollandus. Dũ etiaꝫ ipſe gladiator xp̃i martyreꝫ ꝑcuſſiſſet in libro diuino ibidẽ apto ſanguinis nõ nulle gutte ſtillantes plura folia pforarunt litteris omnino illeſis: qui vſqꝫ hodie in teſtimoniũ conſeruaṫ miraculi. Sed paulo poſt craſcus in ciuitate arelateñ a ſuis capt⁹ ⁊ hoſtib⁹ traditus crudeli nece ꝑemptus ẽ. Sctũs vero deſiderius ſepultus ẽ lingonis miraculis clarens. Inter q̃ ſi quis intra eccleſie ſue ſepta falſo iurare ſcienter nitiṫ: celeſti mox vltione puniṫ. Paſſus ẽ autem decimo calendas iunij.

¶ De ſancto Deſiderio alio epiſcopo et martyre. Cap. XXXIII.

Deſiderius ep̃s lugduñ. cuius vita celebris mirabilib⁹ fulſit paſſus ẽ in eodem territorio lugduneñ. villa priſtiniano: cuius corp⁹ modo ſepultũ veneraṫ i ecclĩa vicinẽ. feſtũqꝫ ei⁹ ibidẽ. x. calen. iunij recoliṫ.

¶ De. ſ. Theopõpo ep̃o ⁊ m̃. C. XXXIIII



Theopõpus ep̃s nicemedieñ. in eadem ciuitate paſſus eſt cũ quodã ſeneſio ſub diocletiano auguſto. Qui primo ãno impij ſui illuc accedẽs iuſſit fieri ſtatuas ex auro appollinis ⁊ artemis ⁊ eas in tẽplo productas a cunctis adorari. Cũqꝫ theopompus ep̃s ad phanum eductus ſimulacra adorare noluiſſet: miſſus eſt in clibanum

ignis: in quo die ꝛ nocte illeſus permanſit. Nocte vero inde exiens luce celeſti ꝑuia ad palatium diocletiani deuenit: oibus qꝫ ianuis reſeratis diuinitus vſqꝫ ad lectū ſuum acceſſit: ſeqꝫ viuentē poteſtans ad clibanū rediit. In cuius medio mane pſallens et omnino inuſtus repertus eſt. Quod dum imperator magie ipſius aſcriberet vt experiret canē in furnū mitti fecit: qui ſubito incenſus eſt. Poſt hec theopompus diebus. xxij. in carcere ſine vllo cibo detinetur ſed a domino confortatus vultu ilari inde producitur. Tunc iuſſu iꝑatoris oculus ſibi dexter effodit: ſed ipſo ad carcerem redeunte ſibi a domino reſtituitur. Quod dum diocletianus iterū artibus magicis deputaret: accerſito ad ſe quodam egiptio maximo mago theona nomine induxit eum ad epiſcopum ſuis preſtigiis occidendū: voluit tamen primo artem eius videre. Qui taurum feroſiſſimum ad ſe ductum dū in aure ipſius aliqua verba dixiſſet ſubito i duas partes diſcerpſit: que in lance ponderate equalr penſauerunt. Tūc magus theopompo obtulit ſpirulas farinulas artis magice: ꝛ venenum in calice demoniis plenum. Et cū ille hec omnia ſine leſione guſtaſſet mag⁹ conuertitur: ꝛ cum eo carceri traditus ab eodem baptizať. Nomenqꝫ ſibi ſeneſius imponitur: inde ſanctus eductus ꝛ in terram ſupinus extenſus atqꝫ ad ſtipites ligatus lapis magnus vix ab. viij. viris portatus: ventri eius ſuperponitur: ſed eleuatus lapis a ſeipſo vltra. xv. cubitos diuinitus proſiluit. Dehinc in eminenti ſuſpenſus pedibus: capite deorſum ſaxoqꝫ ingēti ad eius ceruicem alligato: fune quoqꝫ quo tenebatur preciſo: vt raptim tractus ad terram dirumperetur: ſine vlla leſione in pedibus ſtetit. Nouiſſime autē decollatus eſt. Seneſius vero in defoſſo terre poſitus: humoqꝫ opertus equis ſuper inductis vt calcibus terram premerent: migrauit ad xp̄m. Quoꝝ corpora nicomedie i eodē tumulo ſepulta ſūt. x. cal. iunij.

¶ De. ſ. Manaē diſcipulo. Ca. XXXV.

Manaeꝫ diſcipulus herodis tetrarche collactaneus fuit. De quo ſcribitur act. xiii cap. Hic fidei catholice doctor ꝛ propheta ſub gratia noui teſtmenti apud antiochiam in chriſto quieuit. ix. cal. iunii: vt dicit hieronymus in martylogio ſanctorum.

¶ De ſancta Joanna vxore chuze diſcipula. Cap. XXXVI.

Joāna diſcipula: de qua cōmemorať luc. vltimo cap. que cum tribus marijs circa ſepulturam domini legitur fuiſſe ſolicita. Hec fuit vxor chuze procuratoris herodis antipe: qui fuit tetrarcha galilee: ꝛ hec p⁹ aſcēſionem domini cum diſcipulis fuit: eiſqꝫ ſedule miniſtrauit. Et apud hieroſolymā in pace quieuit nono calen. iunij vt dicit hieronymus vbi ſupra.

¶ De ſcō Seruulo marty. C. XXXVII



Seruul⁹ martyr paſſus eſt temporibus numeriani iꝑatoris i ciuitate tergeſtina ſub iunilio ꝑſide. Qui nobilib⁹ eiuſdem vrbis parentib⁹ ꝛ chriſtianis ortus patre videlicet Eulogio matre clemētia ab annis puerilibus i fide doctus deo ſeruiens eccleſias frequentabat ꝛ in oratione perſiſtebat. Et cum annorum eſſet. xij. exiens ciuitatem in ſpelunca anno vno ꝛ mēſibus. ix. latuit eremiticam vitam ducens. Deinde celeſti voce admonitus vt parētes reuiſceret: qui eū vbiqꝫ perquirebāt ad ciuitatē deuenit: medioqꝫ itiere mire magnitudinis ſerpētē iuenit. Quē ꝑmo ꝺ

dem videns expauit: poſtea autem confiſus in chriſto ſignum crucis edidit: ⁊ exuſflauit in ſerpentem. Statimq; coluber p medium crepuit: veniensq; ad parentes letanter ſuſceptus eis cuncta que ſibi contigerant enarrauit. Poſt dies modicos eulogius mortuus eſt: ⁊ ſeruulus cuz matre vidua morabat ⁊ miraculis coruſcabat. ¶ Filius cuiuſdam ciuis a demonio vexabat clamante demone per os pueri: q ſi puer ad ſeruulũ duceretur ſtatim immundus ab eo ſpũs eiiceretur. Quem cũ dudum reqſiſſent: parentes puer ad ſeruulũ deduxerunt: ⁊ q̃ demon dixerat narrauerunt. Statiq; ſpiritus puerũ elidens cepit dentibus frendere: ⁊ ſpumans ipm diutius agitare. Seruulus vero inuocato noie trinitatis imundum confeſtim ſpiritũ ab eo eiecit ⁊ ipſum cum parentibus ad chriſtum conuertit. ¶ Vidua quedam famoſa nomine fulgentia filiũ habens grauiter febricitantem veniens ad ſcm iuuenẽ pro ſalute filii ſupplicabat. Qui domuz eius igreſſus oratione p̃miſſa egrotantis manũ tenuit: moxq; ipſũ liberatum a febre de lecto pduxit: ⁊ vna cum matre ad baptiſmi graz perduxit. ¶ Quidã domũ conſtruens ex alto ceciderat: qui ſemiuiuus iacebat. Quẽ in lectulo leuatũ ſeruulo obtulerunt: qui p eo ad chriſtũ orauit: ⁊ apprehenſa eius dextera ipſum illico incolumẽ eleuauit. Sed quacũq; detenti valitudine ad eũ concurrentes ſanitatẽ conſequebantur: multiq; gentiliũ conuertebantur. ¶ Deniq; tentus a iunilio preſide vt idolis immolaret: cuz ſacrificare cõtempſiſſet: primo neruis ceditur: dehinc in equuleo ſuſpenditur ⁊ torquetur: eiuſq; latera vnguibus laniantur. Et poſt hec depoſitus oleo feruenti perfunditur: ſed in his omnibus conſtantior redditur. Et cum preſes putaret q magicis artib⁹ ſupplicia ſuperaret: lotione fetenti ipſum lauari iuſſit: vt ſic more gentili malefícia expellerent. Sed virtus diuina fetorem in balſami fragrãtiam in naribus omniũ cõmutauit. Et cũ populus ipſum innocẽtez clamaret: preſes timore multitudinis ipz extra vrbem edoctum gladio iugulari fecit. Cuius corpus mater cum omnibus per eum conuerſis in eadem ciuitate oi leticia ſepeliuit. ix. calen. iunii.

¶ De ſanctis Donatiano ⁊ Rogatiano martyribus. Ca. XXXVIII.

DOnatianus ⁊ rogatian⁹ fratres in galliis ciuitate nãnetis temporibus diocletiani ⁊ maximiani paſſi ſũt. Qui cum in dicta ciuitate reſiderent: ⁊ precepta iperatoris chriſtianos ad imolandũ compellentia audiuiſſent. Donatianus iaz ſenex germanũ corde fidelẽ baptizari cupiebat anteq̃ perſecutor de quo intellexerant: ad vrbẽ attingeret: ſed tamen cũ propter ſacerdotis abſentiaz baptiſmum habere non poſſet: ambo fratres ad dñm orauerunt: vt martyrium rogatiano pro baptiſmo ſuccederet: quod ⁊ factum eſt. Nam ambo comprehenſi ⁊ in cataſta extenſi ac laniati: deinde lancea militari pfoſſi: nouiſſime capite ceſi ſunt nono calen. iunii.

¶ De ſanctis Anolino ⁊ ſociis martyribus Ca. XXXIX.

ANolin⁹ cuſtos carcer erat ſub pfecto vrbis almachio tpe maximiani. Cũ autẽ almachius vrbanũ papam detentũ in carcere cuſtodiendum anolino tradidiſſet: ⁊ ſermones ſci pape anolinus cũ tribus tribunis audiuiſſet: cõuerſi ſunt ad chriſtũ: ⁊ ab vrbano pontifice in carcere baptizati. Ob prefectus cõperiens anolinum teneri fecit: ⁊ ſacrificare nolentẽ confeſtiz iuſſit capitalẽ ſubire ſententiam. Tribunos vero chriſtũ confitentes: primo quidẽ grauiter laniatos ad ſacrificia duci mãdauit.

Sed audiens eos in idolum conſpuiſſe: ipſos eodem loco decollari precepit. Qui paſſi ſunt. ix. calen. iunij: ſepulti iuxta ſanctos tyburtium ⁊ valerianum.

¶ De tranſlatione beati Dominici cōfeſſoris ⁊ doctoris. Ca. XL.



Poſt trāſitum beatiſſimi pr̄is dn̄ici a multiplicādis miraculis ꝑ eius merita diuina potētia inceſſanter nō deſtitit: quoꝝ ꝗ̄plurima indiſcreta fratruꝫ humilitas ne. vꝫ. ſub obtentu miraculoꝝ notam incurrerent ſupbie vel cupiditatis occultauit. Deus aūt oīpotens q̄ in ſanctis ſuis glorioſus oſtēdit̄ nō eſt paſſus ſoleꝫ obūbrari ſub nubilo nec theſaurū in puluere latitare: vt nimirū lucerna tam inclita ſuꝑ candelabrū eccleſie poſita ad ꝑfectū oīuꝫ corruſcaret ſignis radiaret exēplis. Expergefacta eſt ſiquidē reuerētia populi: ⁊ occurrentib⁹ multis qui diuerſis infirmitatum quātūcūqꝫ ꝑmebant̄ moleſtijs ibiqꝫ ꝑmanentib⁹ diebus ⁊ noctib⁹ fatebantur oīno ꝑcepiſſe ſe remedia ſanitatū. Unde curationū ſuaꝝ teſtimonia deferrebāt: ſuſpendētes ad tumulum beati viri cereas imagines oculoꝝ manuū peduꝫ ceteroꝝue mēbroꝝ effigies: ꝓut varia fuerat eoꝝ infirmitas ⁊ corpoꝝ ſiue reꝝ multipharie reddita valitudo. Eteniꝫ vitā quā in celis poſſidebat in terris miraculis oſtēdebat. Et cū vt ꝓdictū ē aliq̄b⁹ videret̄ nō hн̄ere acceptari miracula ne ſub ſpecie pietatis notā queſtus incurrerēt: dicētes ſufficere imortaleꝫ memoriā bti dn̄ici notā eſſe apud deū nec curāduꝫ fore verū ad hoīuꝫ notitiā ꝑueniret. Nā q̄dā caligo frūm corda obtexerat: vt vix eēt q̄ cōdigne gr̄e diuine occurret actiōe frāgebāt itaqꝫ allatas imagines ⁊ deijciebāt. Et dū ꝓpriā opionem incōſiderata zelare cupiūt ſcitate cōmunē eccl̄ie neglexere ꝑfectū: ⁊ gl̄iā ſepelire diuinā. Alij aūt aliter ſentiebāt: ſ; ꝓ puſillanimitatis depſſi ſpū his nō obuiabāt. Sicqꝫ fcm̄ ē vt bti pr̄is dn̄ici gl̄ia abſqꝫ ſolēnitatis veneratiōe ꝑ ānos fere. xij. ſopita maneret. Jacebat nēpe theſaur⁹ abſcōditus carēs vtilitate: ⁊ ſubtrahebant̄ bn̄ficia deſuꝑ a v̄tutū oīuꝫ largitore. Juſtitie eniꝫ eq̄tas exigebat his gr̄aꝫ ſubtrahi: q̄ gratiā dei ⁊ gl̄iaꝫ occultare nitebant̄. Nec enim granū in fructū ꝓdiet: ſi q̄ñ ꝓdierit ſepius pedib⁹ ꝯculcet̄. Prodibat ſepi⁹ v̄t⁹ dn̄ici: ſ; ſuffocabat eā in curia filioꝝ. Patiens ⁊ multū miſericors patiēter expectabat. Sꝫ cū vox nō eēt neqꝫ ſenſus de debito honore ſci dn̄ici cogitās: adiecit de⁹ occaſioneꝫ q̄ frūꝫ ſegnities excitaret̄. Creſcēte nāqꝫ numero frūm apud bononiā neceſſe erat domos ⁊ eccl̄iā dilatari. Nouis ſuccedētibus vetera diruūt̄ ⁊ corp⁹ dei famuli ſub diuo remāſit. Quis rōnis capax dignū extimaret: puritatis ſpeculū: caſtitatis vaſculuꝫ: virginitatis ſacrariū: ſci ſpūs organuꝫ: ſic humili tectū loculo ꝑmanere: q̄ tota vita ſua vt ei⁹ vltima. xij. aſtātib⁹ frib⁹ cōfeſſio declarauit mortalis culpe macula ipꝫ dulcē hoſpitē nūq̄ꝫ a ſue aīe hoſpitio eiecit: Ad coꝝ igit̄ q̄dā e frib⁹ reuerſi ꝯferrebāt itraſſe: vt ad locū decētiorē trāſferret̄. Sꝫ nec hoc abſqꝫ romani pōtificis licētia fieri volebāt. Uere in multis ꝓpēdit̄: hūilitatis v̄tutē exaltatiōeꝫ ꝓmereri. Poterāt ſiq̄dē ꝑ ſe p̄reꝫ ſepelire frēs ⁊ filij: ſꝫ dū in hoc maioris auctoritatē req̄rūt ceſſit i melius: vt nō ſolū ſimplex ſꝫ ⁊ canōica fieret trāſlatio glorioſi. Negletū eſt tū ⁊ hoc diutius fratribus interim de decenti ſarchophago ordinantibus: ⁊ alijs ſummū pontificem dominum gregorium adeuntib⁹: vt predictum negocium eidem intimaret. Jlle vero vt erat vir magni zeli ⁊ fi/

dei: durissime eor corripuit: ꝙ tanto patri
debito honore neglexerāt famulari. Sub
iunxit autē. Noui vir totius apoſtolice
regule ſectatorem: quē ⁊ in celis nō am/
bigo ſanctor ipſorum apoſtolorū glorie
copulatum. Rauēnati igitur archiepiſco
po ſcripſit: vt quia ipſe multis prepeditus
perſonaliter adeſſe non poterat: tāte trāſ/
lationi cū ſuis ſuffraganeis intereſſet. Uo/
lens itaqꝫ oīpotēs de⁹ ꝯſilio vlis ecclie pa
ſtoris ſegnitici nebulas detergere: ape-
ruit ⁊ ipſe manū ſuā de alto ⁊ miraculorū
fragore itonuit de celo. Ut manifeſte da-
ret itelligi totā illā celeſtis bierūſalē cu-
riā imēſa tūc letitia exultare ⁊ ꝯgratulari:
glīā ſui magni cōciuis terrigenis declara-
ri. Sancti nāqꝫ inuidie fomite excluſo ⁊
diuini amoris gremio amplexati: ſue bñdi
ctiōis abūdantiā oīb⁹ volūt eē cōē. Illis
dieb⁹ frēs erāt bononie in magno nume/
ro q ad capl̃z ꝯuenerāt gn̄ale: aderat ⁊ in
ter eos frater nicolaus de iuuenatio: vtu-
te pariter ⁊ opione ꝑclarus. Qui cū in tē-
peſte noctis ſilentio ſuper inſtanti trāſ/
latione eēt ſollicit⁹: an ne dn̄s ad exalta/
tionē ſci ſui dn̄ici ſignū aliqđ dignaretur
oſtēdere: tandē q̄ſi inter ſoporē ⁊ vigiliā
cōſtituto viſū ē ſibi quēdā virū cōſpicere
clara voce ſibi dicentē. Hic accipiet bñdi
ctionem a dn̄o: ⁊ miaꝫ a deo ſalutari ſuo.
Adeſt igit̃ dies celebris vt tranſlatio exi/
mij doctoris celebret̃. Adeſt ⁊ reuerēdiſ/
ſimus archieps ⁊ epoꝝ ac ꝑlatoꝝ multi-
tudo copioſa. Aderat magr̄ Jordanis dul
ciſſim⁹ pr̄ ⁊ bti dn̄ici ſucceſſor cū diffinito
rib⁹ capl̄i gn̄alis ⁊ frūꝫ plurima mltitudo.
Adeſt ⁊ inumerabilis diuerſaꝝ terrarum
ppl̄i deuotio. Adſunt ⁊ ptās bononiēſis ⁊
bononiēſium caterue armate: ne ſctiſſimi
corpis ꝑtocinia ſibi auferant̃. Sūt fratres
anxij: pallent: ⁊ orāt timidi: illic trepidan/
tes timore vbi nō erat timor ne. ſ. ſci dn̄ici
corp⁹ qđ pluuijs ⁊ eſtui tāto tpe vili recō
ditū loculo ſicut alius ꝗ inter mortuos cō
putabat̃ patuerat vermiū ſcateret vora/
gine: fetore horrido pn̄tiuꝫ odoratū graua
ret: ⁊ ſic tanti viri deuotio fuſcaret̃. Igno
rantes ergo qđ agerēt hoc ſolum hn̄t re-
ſidui vt ſe totos deo cōmittant. Accedit
pia epoꝝ deuotio accedunt ⁊ alij. Inſtru/
mentis fabrilib⁹ lapis duriori cemento
ſepulchro cōpaginat⁹ auferet̃. Et erat de-
ſubtus capſa lignea terre ſuffoſa: ſicut ve-
nerabilis papa gregorius oſtiēſis tunc eps
cardinalis ſacrū corp⁹ humauerat in qua
paruuluꝫ foramē eminebat. Ablato ſiqdē
lapidem cepit odor quidā mirificus ex fo
ramine exalare. Cuius fragrātia aſtantes
atoniti: mirabant̃ qđ eēt. Remoueri iu-
bent capſe tabulam: ⁊ ecce apotheca vn-
guētoꝝ: paradiſus aromatū: ortus roſaꝝ:
cāpus lilioꝝ ⁊ violaꝝ: ac oium floꝝ ſuaui-
tas victa ꝓhibet̃. Bononia quōdam adue
niente rocha fetore ꝑfundit̃: ſꝫ dū glorioſi
dominici ſepulchrū panditur odore om-
nium aromatū ſuauitatē vincente purifi/
cata exhilaratur. Stupent qui aderant: ⁊
ſtupore perteriti cadunt. Hinc ruunt dei
fletus: miſcētur ⁊ gaudia: timor ⁊ ſpes in
campo anime conſurgūt: mouentqꝫ bella
mirifica: mirifici odoris ſuauitatem ſen-
tientes. Beatiſſimus quoqꝫ pater iorda-
nis magiſter ordinis caput ſacroſanctuꝫ
manibus ſuis puriſſimis accipiens: pluſq̄
trecentis fratribus oſculandum exhibuit:
qui omnes hunc ſuauiſſimū odorem ſen/
ſerunt. O ſtupendum ſed omni prorſus
conſentaneum rationi miraculum. Dece/
bat namqꝫ vt corp⁹ illud qđ vt luce clari⁹
patuit diuina conſeruante virtute perpe-
tua virginitate illibatum permanſerat: ⁊
ipſius virginitatis etiam mortuum teſti-
monium perhiberet: dum ad honorem ⁊
gloriā conditoris vnde nullus vnq̄ exala
uerat fetor deteſtande libidinis: inde mi
ra ſuauitas fragraret odoris: ⁊ quod per
incorruptionis munditiam aliarūqꝫ poſ-
ſeſſionem virtutum ſuper terram poſituꝫ

⁊ iiij

ſancti ſpiritus odoriferum extiterat orga-
num ſub terra recõditũ vnguentoꝝ fieret
fragrantiũ alabaſtrum: odoriq; odor per
cõtinentiã reſpõderet. Odor ſuauiſſimus:
odor i ennarrabilis. Cui⁹ ſuauitas ſi antiq̃
condam patris iſaac nares attigiſſet: vere
ſiquidez potuiſſet exultare ⁊ dicere. Ecce
odor filij mei ſicut odor agri pleni: cui be-
nedixit dñs. An nõ vere benedixit domi-
nus illum: de quo vox vt ſupradiximus il
lata teſtata eſt hic accipiet benedictionẽ
a dño ⁊c. An nõ inquã illi vere benedixit
dñs: quem in benedictionib⁹ tot ꝑuenit:
Benedictionib⁹ quidem celi deſup: per
virtutũ que de celo ſunt quib⁹ duz vixit
clarius abundantiã poſſedit: Benedictiõ
nibus abyſſi iacentis deorſum: per eã que
de tumulo ipſi⁹ odoris poſt mortẽ erupit
fragrantiã. Ideoq; illius memoria in be
nedictione non imerito perſeuerat. Erat
autez odor ille tantus tanq; mirabilis: vt
inuſitate ſuauitate fragrãtie cuncta ſupe-
raret aromata: nec alicuius rei naturalis
odori ſimilis videret. Nec ſolum oſſibus
aut pulueri ſacri corporis ⁊ capſe inerat:
veruz ẽt in re circũquaq; cõgeſta ita vt ad
longinquas poſtmodum regiones delata
odorẽ ipm longo tpe detineret. Fratrũ ve
ro manibus maxime aliquid de reliquijs
ſacroſanctis tangentib⁹ ſic inheſit: vt quã-
tumcũq; lote vel cõfricate ꝑ plures dies
cõſeruate fragrãtie teſtimoniũ pſtarent.
Nunq̃ enim licet diutius quis ſtetiſſet
iuxta corpus dñici eloquij portitoris ſcti
dñici ſtudioſe: poterat tãto dulcore ſatia-
ri. Dulcor ille faſtidiuz exiliabat: deuotio-
nem ingerebat: miracula ſuſcitabat. Si
manu ſi cingulo ſi aliqua re tangebat cor-
pus: per tempus plurimum odor ille rema-
nebat. Delatum eſt corpus ad monumẽ-
tum marmoreũ: cum ꝓprijs aromatibus
ibidem recõdendum. Spirabat odor mi-
rificus ex corpore ſancto oſtẽdens cũctis
lucide q̃ bonus chriſti odor hic eſſet.

Tranſpoſita aũt fuerũt oſſa patris beatiſ-
ſimi dñici ex capſa antiqua i alia capſa no
ua ⁊ per manus epoꝝ in nouo tumulo re
poſita. Celebrãtur miſſaruz ſolẽnia ab ar-
chiepõ. Et quia tertius dies pẽthecoſten
enituit. Accipite iocũditatẽ glorie veſtre
gratias agentes deo qui vos ad celeſtia
regna vocauit in introitũ chorus intonat.
Quã vocem de celis ſonantẽ fratres i ſuã
iocũditate ſuſceperunt. Tumbe cõcrepãt
inumeraz cereoꝝ multitudinẽ populi eri-
gunt proceſſiones etiaz honeſte ſiunt: be-
nedict⁹ ieſus chriſtus vbiq; reſultat. Nõ
ſolum aũt per odorem mirificum dñs ſan
ctum ſuũ exaltare dignatus eſt: ſed ⁊ mi-
raculoꝝ glia illuſtrauit. Cecis viſus: clau-
dis greſſus: paralyticis ſanitas: mutis lo-
quella: demonibus fuga: febribus cõuale-
ſcentia: ⁊ diuerſis langoribus exiliuz indi
citur: ⁊ electi dei dñici ſanctitas luculẽter
omnibus demonſtrat. Morbus fici incu-
rabilis voto emiſſo ceſſit: apoſtemata fu-
giunt: ⁊ multa alia in ipſius canonizatiõe
coram ſummo pontifice ⁊ dominis cardi
nalibus ⁊ vniuerſis aſtantibus perlecta ⁊
expoſita clariſſime patuerunt. Multi etiã
de populo eodem ſacro cõſperſi puluere
ſanitatum varia beneficia receperũt. Sic
re vera prudenter ⁊ ſuauiter ſapientia di
ſponit redemptoris: vt illius corpus mor
tuum corpoꝝ cederet in medellaz: cuius
nimirũ viuentis lingua felix animaꝝ lan-
guentium ſalutaris extiterat medicina: ⁊
illius caro ſanctiſſima digne in opinione
mortalium venerabilis haberet propter
corruſcantia beneficia ſanitatuz: que per
virginitatis gloriã illibatam germana fue
rat angeloꝝ. Quod deniq; mirum ſi virtu
tes ſpũales retinerent pulueres illi⁹ cor-
poris: qḋ tandiu largitor virtutũ omniuz
inhabitauit ſpũs dei. Nec mirũ ſi cũ deo
regnans hec facere potuit: qui mortali the
ſta veſtitus librum fidei ab igne illeſuz re
habuit: virginẽ mrẽz ifirmãti fratri adeſſe

perſenſit: pluuiaꝫ ſigno dñico repulit: ꝑce
candellam in luto accendit. nouitiū a ſtu-
pendo ardore veſtium eripuit: demoneꝫ
cruce expulit duobus mortē corporis duo
bus anime prenūciauit: tribus rome vitā
reſtituit: chriſtum ſe vocantē in morte vi-
dit: in canone exiſtenti diſcipulo corona-
tus apparuit: ſtellis candidis a virgie ma
ria ⁊ eius filio in throno glorie eleuatus
oſtenſus fuit. Interfuerunt igitur huic ve
nerande tranſlationi exceptis fratrib⁹ ve
nerabiles viri. vꝫ. dñs archieps rauēnas:
dñs eps mutinenſis: poſtmodum vero ſa
binenſis: dñs eps bononienſis: ⁊ domi-
nus epa brixienſis: ⁊ dñs eps tornacēſis.
Inſuper ⁊ poteſtas bononienſis cuꝫ ſuis
militibus ⁊ vniuerſa ciuitate: ⁊ infinito di
uerſarū terrarū populo. Hi omnes teſtes
omniū que circa patris ſanctiſſimi nego-
cium vel humanitus geſta ſunt vel oſtēſa
diuinitus extiterunt. Acta ſunt hec in ciui
tate bononienſi nono calen. iunij āno gra-
tie. Mccxxxiij. indictione. vj. Romane ſe
di dño gregorio. ix. preſidente: ad honorē
dñi noſtri ieſu chriſti: ⁊ beati dominici ſer
ui ſui fideliſſimi.

De ſcō Urbano papa ⁊ m. Ca. XLI.



Urbanus papa ⁊ martyr hui⁹ no-
minis primus natione
romanus ex patre pō-
tiano de regiōe via la-
tina: calixto pape prio
in epatu romano ſuc-
ceſſit: ſeditque annos
viij. menſes. ij. dies. xij. Hic genere nobi
lis ab infantia xpian⁹ virtute abſtinētie ⁊
caſtitatis ornat⁹: dignitatis offm̄ virtutū
ſtudijs adornauit. Multoties pro fide ex
vrbe pſcribit: ſed a fidelib⁹ claꝫ reuocat.
Hui⁹ tpe incepit eccl'ia rome ꝑdia poſſi-
dere: de qb⁹ ſcūs pontifex clericis ⁊ nota
rijs q geſta martyrū cōſcribebāt ſumptus
miniſtrabat. Ante eni eccl'ia ad iſtar apo-
ſtoloꝝ in cōi viuebat: pecunias tantū reci
piēs pro egenis. Hic multos xpianos ad
fidē ↄuertit. Ualerianū ſpōſuꝫ ſcē cecilie
⁊ fratrē ei⁹ tyburtiū nedū baptizauit: ſed
ad martyrij palmā exhortando perduxit.
Poſtq̄ aūt beata cecilia ſcō pape vrbano
domū ſuā tradidit dedicandā: ⁊ ipſa i ea-
deꝫ vitā martyrio finiuit. Urban⁹ ꝑdica-
tioni ⁊ baptizationi iſiſtens fideliū ab al-
machio ꝑfecto vrbis capit: ⁊ in carcere de
tinet: deinde ſibi oblat⁹ cū ꝑfectus eidem
xpianitatē opponeret: ⁊ theſauros cecilie
reqſiſſet: Rñdit vrban⁹: q plus mouebat
almachius ↄcupiſcētia theſauroꝝ q̄ʒ cultu
ra deoꝝ. Et cū ipm prefect⁹ ſuperare non
poſſet: anolino tribuno in cuſtodia tradi-
dit: vbi exiſtēs anolinū cū alijs trib⁹ tribu
nis cōuertit: vt ſupra ꝓxime dictū ē: qbus
ꝑ martyriū aſſumptis. Urban⁹ ad ſimula-
cra ducit: ⁊ thura imponere purget. Sed
orante ſcō idolū cecidit: ⁊. xxij. ſacerdotes
ignē miniſtrātes occidit: quē in ipſo loco
prefect⁹ decollari iuſſit: cuius corp⁹ mar-
menia vxor carpaſij nuꝑ cōuerſa cuꝫ filia
lucina ſepeliuit cū cecilia tyburtio valeria
no ⁊ maximo in eodē ſepulchro: qui paſſus
eſt. viij. cal. iunij circa annū dñi. ccxx. Hic
ↄſtituit: vt oia vaſa eccl'iaſtica ad ſacrū mi
niſteriū ꝑtinētia aurea vel argētea fierent,
vel ſi pauper eēt eccl'ia ſtānea: nō autē vi-
trea ꝑꝑ fragilitatē: nec lignea ꝑꝑ poroſita-
teꝫ: nec cuprea ꝑꝑ nauſeā ⁊ abominatio-
nem. Hic ēt fecit ordinatiōes. iij. ꝑ mēſeꝫ
decembris ꝑſbyteros. xij. diacones. viij.
epos per diuerſa loca numero. xv. ⁊ ceſſa-
uit epatus dies. xix.

De ſcō Niceto marty. Ca. XLII.

NIcetus martyr: qđ inter-
pretat victor: gothoꝝ gen-
te oriundus ſed ab eorum
ꝓſus vitijs alienus ab an-
nis puerilibus ꝑ ſcm̄ theo-
philum gothoꝝ epm: qui ⁊ primo cōcilio

nicee celebrato iterfuerat in fide doctus ⁊ baptizatus eſt. Cū aūt inter gothos diſcordia orta eſſet: ⁊ due ex eis ptes fierēt: quaꝝ vni fritirgenes alteri vero athanaricus prefuit ⁊ ipſe ptes ad inuicē decertaſſent: fritirgenes ab athanarico victus eſt. Qui ſe tūc cōtulit ad preſidiū romanoꝝ: ⁊ ab ipatore valētiniano ad xpianitatē ſuſcipiendā cū ſuis inductus: ſumpta romana militia que erat in thracia cruceq xpi preuia aduerſarios expugnauit. Qua propter athanaricus cū ſuis fidē ſuſcepit. Et ſuccedente p̄dicto theophilo ep̄o vlphilo qui ⁊ ipſe cōſtantinopoli ſc'do fuerat cōcilio celebrato: oēs gothi ptis illius ab eodē vlphilo in fide docti ⁊ baptizati ſunt. Qui etiā ep̄us ſacre ſcripture libros de latino trāſtulit in linguam gothoꝝ: vt ppl'm ad fidei rudimēta pduceret. Nicetus aūt q̄ xpiane parti adherebat xp̄m viriliter p̄dicabat. Qui ab aduerſariis athanarici gothis: qui iuxta danubiū habitabāt: detētus ⁊ ad fidem xp̄i denegādam cōpulſus eſt. Quod cū facere recuſaret: in ignē copioſū mittit: ⁊ ſic ſpiritū deo reddens martyr dign⁹ efficit. ❡ Cū aūt quidā noie marian⁹ de ciuitate maſeupſtia olim ſcō martyri amicitia ſpāli cōiunctus corp⁹ eius reqreret: ⁊ furore gothoꝝ gentiliū formidaret: nocte cōſurgens ad corp⁹ pquirēdū acceſſit: verū cū locū ignoraret: ſtella ſibi apparēte: ⁊ vt olim magis viā oſtēdente ad locū perducit: qua ſupra corp⁹ martyris quieſcēte ſacre ſibi reliquie reuelant: ⁊ ab eodem collecte in domū ſuā honorifice collocant: multaq ſanitatū miracula earum virtute demonſtrant. Proceſſu vero tēporis a fidelib⁹ eccleſia in ciuitate ꝯſtruit ⁊ corp⁹ martyris illuc transfert: ſolo manus pollice ad eius ſolatium mariano dimiſſo. De corpore vero ſacro nihil ampli⁹ vllo tpe potuit amoueri. Nam dū auxentius ep̄s maſeupſtie eccleſiā fabricaſſet: ⁊ de reliquiis ſanctoꝝ tharaci probi ⁊ andronici de auarzana vrbe vicina partem pro cōſecratione eccleſie obtinuiſſet: promiſſione facta q de reliquiis niceti martyris partē in recompenſatione referret: apertoq ſepulchro manū ad auferendū ex mēbris aliquid poſuiſſet cōfeſtim manus eius arida ⁊ cōtracta facta ē: nec pri⁹ reſtituta donec ep̄s de temeritate penitens: manum vt potuit pro conſequenda ſanitate ad corpus reduxit. ❡ Poſt tēporis decurſū corpus ipſum venetias trāſlatum quieſcere dicitur in eccleſia ſancti Nicolai. Paſſus eſt autem ſanctus mar. viij. calen. iunij.

❡ De ſancto Zenobio epiſcopo ⁊ confeſſore. Ca. XLIII.



Zenobius epiſcopus ciuis florentine vrbis nobiliſſim⁹ a puerilibus annis diuinitus litteris imbutus: ſanctitate conſpicuus: poſt miores gradus ad ep̄atū eiuſdē ciuitatis electus ē. In quo multo tpe preſidens gregem dñicum verbo ⁊ exēplo ſolicite pauit: ⁊ multoꝝ ſignoꝝ gloria ſplenduit. ❡ Inter que dū quidā eccleſie ſue p̄dia occupaſſet: nec ſepius admoniti ea reddere vellent ſubita morte pereuntes exēplo ſuo alios nedum ad reſtitutionē: ſed ampliorē dotationē florentine eccl'ie puocarunt. ❡ Matrona quedā apl'oꝝ limina viſitans vnicū ſuū paruulum ſecū deducens eum febricitantē zenobio ep̄o cōmēdauit: ⁊ romā perrexit: quē ipſe materno more diligēter fouit. Cūq die quadam neceſſitate eccleſiā adiſſet: ⁊ mater ipſo inſtāti rediēs filiū eadē hora expiraſſe repperiſſet: corp⁹ eius in vlnis accepit: et cū lachrymis ante pedes viri dei piecit: quē ille ſua oratiōe cōtinuo ſuſcitauit. In cuius teſtimoniū locus in quo genua fixit

geniculus vocat̃: qui ſi aliquando a quacꝫ beſtia immunditia polluit̃ mox diuina vltione beſtia illa punit̃. ¶ Alia vice egreſſus de ciuitate iuuenẽ q̃ ad tumulũ portabat̃ inuenit: pro quo depoſito pheretro exequias celebrauit. Rogatus quocꝫ ab aſtãtibus pro eius ſuſcitatione ipſo quocꝫ ex humilitate diutius recuſante tandẽ acquieſcens pro ipſo diuꝫ orauit: ⁊ pplm̃ oẽm kiriel. clamare admonuit: ſicqꝫ iuuenem ad vitã reduxit. Quieuit in pace maturus etate. viij. calen. iunij. Sepultuſcꝫ ẽ in eccleſia ſancti laurẽtij. Inde poſt aliquot annos tranſlatus in eccleſiã ſancte virginis reparate. In cuiꝯ trãſlatiõe facta tpe hyemali arbor quedã quã caſu ipſiꝯ pheretrũ tetigit: ſubito flores ꝓduxit.

¶ De ſancto Dionyſio epiſcopo mediolanenſi. Ca. XLIIII.

Dionyſius eṗs mediolanẽ. tpe conſtantii filij conſtantini claruit. Qui ab eo aliquãdo circũuentꝯ arriane hereſi ſubſcripſit. Et poſtmodum cõpunctus ab euſebio vercellẽ. eṗo cuius erat in baptiſmate filius veniã petiit. Cui ille pniaꝫ indixit. Propter qḋ a cõſtantio ad cappadociã in exilio relegatus ibidem pro xp̃i fide ⁊ catholice veritatis aſſertione vitã finiuit. viij. cal. iunij. Cuius reliquias ſanctus baſilius ceſaree cappadocie eṗs poſtmodũ ambroſio mediolañ. eṗo trãſmiſit: quas ille deuote ſuſcipiens honorifice ibidẽ recõdidit.

¶ De ſcõ Mutio abbate. Ca. XLV.

Mutius abbas vt retulit cõpres hieronymo in vitis patrum. Primo gẽtilis fuit ⁊ latronũ princeps ac ſepulchrorꝫ violator. Qui cũ nocte quadaꝫ ad domũ deo dicate virginis deueniſſet expoliãdi grã: ſubito ſoporatꝯ videt in ſomnis quẽdaꝫ regali habitu indutũ cuꝫ a flagitijs deſiſtere monentem: alioquin mortẽ turpiſſimã cõminantẽ: videtqꝫ monachorꝫ militiã: ⁊ eorꝫ ducẽ: qui noie mutij ꝙ iuſſa adimpleret illi regi ꝓmittebat. Euigilans ergo ſubitoqꝫ cõuerſus ad eccleſiã cõfugiens baptiſmũ ſuſcepit: ⁊ ad eremũ trãſiẽs in ſanctitate nimia ſolitariaꝫ vitã duxit: multoſqꝫ diſcipulos habuit. Semel tantũ in hebdomada. i. dominica die panẽ ſibi miſſum diuinitus comedebat: nullũqꝫ alium de cetero cibuꝫ ſumebat. ¶ Adoleſcẽs quidã ad eũ accedens ab eo monachus efficit̃: ⁊ duꝫ ab eo monachali habitu veſtit̃: cepit iuuenis dicere ꝙ optaret ſe ab eodeꝫ patre mortuũ veſtiẽduꝫ: quod ſe mutius facturuꝫ ꝓmiſit. Cum autẽ poſt aliquot annos iuuenis deceſſiſſet: ⁊ euꝫ abbas induiſſet: interrogatus ab eo an ipſum ſufficienter indueret. Reſpondit defunctus ꝙ ſic: ⁊ ꝙ promiſſa optime impleuerat. Iterũ cũ quendam in extremis conſtitutũ viſitare curaret: ⁊ multa ſibi ⁊ comitibꝯ via ſupeẽſſet: ſolqꝫ iam ad occaſum feſtinaret: precepit ſoli vt ſe modicũ expectaret: qḋ ⁊ ſol fecit nec occubuit: donec mutius cuꝫ ſocijs ad locũ ꝑuenit: vbi monachuꝫ iam defunctũ inueniens: eũqꝫ vocans interrogauit q̇d preoptaret an ad vitam preſenteꝫ redire an ſomno ſuo quieſcere. Qui reſpondẽs ꝙ magis cuperet diſſolui ⁊ eẽ cuꝫ chriſto iuſſus a ſancto in pace obdormiuit. ¶ Alteri quoqꝫ in extremis laboranti qui conſcientia premente mortis exitum expauebat. Rogatus ab illo tres annos ſibi ad penitentiam conceſſos a domino impetrauit: Quem ad eremũ deducẽs poſt triennium ad domũ ſuã quaſi angelum reduxit. Nocteqꝫ ſuperueniente ille q̃ſi dormitans expirauit: quẽ abbas mutius ſepeliuit. Hic ẽt frequenter ad loca remotiſſima in momẽto diuinitus pro voto euectꝯ eſt. Quieuit aũt in xp̃o. viij. cal. iunij.

¶ De ſancto Mutio confeſſore monacho. Ca. XLVI.

Mutius aliꝰ monachꝰ: vt dicit heraclides cũ ſclaris vir eēt: mũdo abrenũciare deſide/rãs cũ filio paruulo octo an noꝝ ad monaſteriũ acceſſit: ⁊ tã diu cũ īfante pre forībꝰ excubauit: do nec inſtãtia ip̄robitatis ↄtra ↄſuetudinē ʒ cenobioꝝ cum filio ſuſciperet. Intranſq; monaſterium a filio ſe iunctus eſt: vt iam non ſe p̄rem eē memineret. Quod vt ple/nius ꝓbaretur: de induſtria negligebatur paruulus ſqualidis īdutus: colaphis etiã ſine cã ſepiſſime ceſus: ita vt nunq̄ʒ vide ret filiũ niſi lachrymaꝝ veſtigiis genis ꝑ/fuſum. Pro amore chriſti nihilominus ⁊ obediẽtie virtute rigida hec oīa patientiſ ſime tolerabat. Cũ die quadaʒ abbas fle re vidiſſet infantē: iuſſit patri vt filiũ iacta ret in flumē: qui nõ adeo cito mandauit: q̄ʒ celeriter mutius iuſſa cõpleuit. Sed ꝓ curati frēs de induſtria paruulũ de flumi ne rapuerũt. Tũc abbati a dño reuelatuʒ eſt: ſcm̄ mutiuʒ hac obediẽtia habrae pꝛi/arche merituʒ acq̄ſiſſe. Hec heraclides.

¶ De feſto corporis ieſu chri. C. XLVII



Feſtiuitaſ corpis ieſu chri ab vr/bano papa q̄rto nup in ſtitutaē videlʒ ãno dñi M. cclxiii. ãno pōtifi/catꝰ eiꝰ p̄io. Cuiꝰ inſti/tutiōis cã motiua fuit miraculũ qđ tunc tp̄is apud vulſinũ caſtrũ appuit. Cũ enī q̄daʒ p̄ſbr̄ de veritate ſacri aliq̄d heſitaret: ⁊ ſacrã hoſtiã ↄfregiſſet: ſubito ſanguis viuꝰ ex ho ſtia manare cepit: ⁊ corpale adeo cruore tīxit: qđ nulla vnq̄ʒ lotiōe deleri potuit: ſʒ in teſtimoniũ miraculi vſq; in preſens in corporale ſanguis ꝑmanet: ⁊ in vrbe vete ri: vbi tunc erat curia ꝓ reliquiis reſerua tur. Hoc igitur miraculo principaliter in/ductus romanus pontifex vrbanus quar tus. Huius ſacri deuotiōe affectus pie ſta tuit prefate inſtitutionis memoriã p̄ma q̄nta feria poſt octãs penthecoſtes a cũctis fidelibꝰ celebrari: vt q̄ per totum anni cir culũ eo vtimur ad ſalutē: eius inſtitutōeʒ illo tp̄e ſpecialr̄ recolamus: quo ſpūſſcūs diſcipuloꝝ corda edocuit ad plene cogno ſcēda huius myſteria ſacri. Naʒ ⁊ in eodē tp̄e cepit hoc ſacrm̄ a fidelibus frequenta ri. Legiť enim in actibus apoſtoloruʒ: q̄ erant pſeuerantes in doctrina apoſtolorũ ⁊ cõmunicatione fractiōis panis ⁊ oratio nibus ſtatim poſt ſanctiſpūs miſſionem. Mãdauitq; idem pontifex beato thome de aq̄no ordinis p̄dicatoꝝ q̄ toto orbe ter raꝝ ⁊ ſanctitate ⁊ ſciẽtia clariſſimus habe bať vt totum offm̄ ⁊ miſſaʒ de eodē ſacra tiſſimo ſacro componeret. Qui ad idē ſa/cramentũ deuotiſſimus totũ ipſum offm̄ ex veteri ⁊ nouo teſtamēto mirabiliter cõ fectũ: dño pape obtulit: ⁊ ipſe illud appro bauit ⁊ mãdauit ab oībus celebrari. Qđ ⁊ fit. ¶ Cuʒ aũt hoc glioſum ſacrm̄ ſit qđ/dã ſingulare donariũ nobis a chr̄o dona/tuʒ: ⁊ q̄tuor ſũt que donum q̄lbet extol lũt: vbi videlicet ↄcurrũt. ¶ In dãte libe ralitas. ¶ In dono p̄cioſitas. ¶ In mō ↄgruitas. ¶ In ſumente vo neceſſitas ⁊ vtilitas. ¶ Idcirco circa corpis chriſti ſa/cramētũ q̄ttuor occurrũt ↄſiderãda: vide licet. ¶ In dño largiēte liberalitas gnõ/ſa. ¶ In dono excellēte p̄cioſitas valoro ſa. ¶ In mō congruēte opportunitas ſpe cioſa. ¶ Et in hoīe ſumēte vtilitas fructu/oſa. ¶ Circa primũ ſciẽdũ: q̄ chriſti libe ralitas in hoc ſacro apparet ex eo q̄ ibi ſū me relucet diuina. ¶ Oīpotētia. ¶ Sapi entia. ¶ Et beniuolētia. ¶ Cum eniʒ hō in aliq̄ opere totũ ſuum poſſe ⁊ ſcire ⁊ vel le facit nihil amplius pōt. In hoc aũt do/no apparēt ſumme. ¶ P̄rio dei oīpoten tia: que in ſacro eodē mirabilia tot opať. ¶ In tribꝰ eniʒ opibus maxīe appet oīpo tētia dei. ſ. ¶ In creatiōe. ¶ Incarnatōe.

¶ In conſecratione. ¶ Opus aūt incar-
nationis ꝓponit̃ operi creationis. Uñ au-
guſtinus. Homo deus de virgine natus
potẽtius opꝰ eſt ꝙ mūdus de nihilo crea
tus. ¶ Opus aūt ↄſecratōis adhuc appet
mirabiliꝰ ꝙ ipſa icarnatio triplici rōne.
¶ Prio qꝛ in icarnatiōe creator factꝰ eſt
creatura. Nā vbū manēs qd erat: aſſum-
pſit hoiem qd non erat. Hic aūt creatura
fit creator: panis naq; ſubſtantia: que eſt
creatura inanimata: efficit̃ caro chri: que
eſt caro dei: ⁊ ſic ſubſtantia panis fit ſub-
ſtātia vnita ſubſtantie dei. ¶ Scdo quia
opus incarnationis factū eſt ab ipſa trini-
tate imediate nulla creatura cooperāte.
Hic autē licet tranſmutatio fiat a deo: tñ
mediante ⁊ cooperante hoie ſacerdote ⁊
aliquando peccatore. ¶ Tertio qꝛ incar
natio ſemel facta eſt nunꝙ iteranda: con
ſecratio autem corporis chriſti quotidie
⁊ multoties iterat̃. ¶ Scdo apparet hic
maxime dei ſapiētia: que ipſum ſacramē
tū in teſtamēto veteri pluries prefigura-
uit. Sapientis autem eſt opus ſubtile pre
uidere: ⁊ pluries etiā formaliter deſigna-
re. Et quāuis multimode hoc venerabile
ſacramentū in veteri teſtamēto fuiſſet ꝓ-
figuratum. ¶ Principalr̃ tamē eius appa
rent figure. ¶ Tpe legis nature. ¶ Tē-
pore legis ſcripte. ¶ Et tēpore ꝓphetie.
¶ Tēpore legis nature: Figura huiꝰ ha-
betur in ſacrificio melchiſedech: qui fuit
rex hieruſalē ⁊ ſacerdos dei: vt dictuȝ eſt
ſupra de melchiſedech: qui ſacrificiū ſuū
deo obtulit panis ⁊ vini: vt habetur geñ.
xiiij. Hic enim ꝓfigurauit xp̄m verum re
gē iudeorū ⁊ ſacerdotē ſummi patris: de
quo pater eius ſcdm carnē dauid ꝓpheta
uerat dicēs: Tu es ſacerdos in eternum
ſcdm ordinē melchiſedech: qui ſacrificiū
ſui corporis ⁊ ſanguinis ſub eiſdeȝ ſpecie
bus obtulit deo patri. ¶ Tempore legis
ſcripte: Figura huius habet̃ de māna qd
deus pluit patribus in deſerto: qd ab he-
breorū populo in diuerſis vaſibus recol
lectū. ſ. a quibuſdam in magnis a quibuſ
dam in paruis ſemꝑ eiuſdem mēſure in-
ueniebatur: ⁊ ad omnē ſaporē edentis cō
uertebat̃: quo pane aliti ſūt patres in de-
ſerto vagantes: donec in terrā ꝓmiſſam
de fructibus guſtauerūt. Quo ꝓfigurabat̃
hoc ſacramentū quod integraliter ſumi-
tur ab oibus in quacunq; ꝙtitate hoſtia
tribuat̃: qd etiā ſcdm affectionē ſumētis
fic in eo ad omnem ſaporem virtutis vel
vitij opatur. Et hoc pane nos ali oportet
in deſerto pñtis ſeculi peregrinantes:
donec a terrā celeſtis patrie deuenietes
ipm chrm vētris virginei fructū in ſuo fō
te guſtemus. ¶ Tpe ꝓphetie: figura ha-
betur in helia qui fugiens a facie iezabe-
lis in deſerto ꝑuagās obdormiuit in vm-
bra iuniperi: quē angelus excitauit ⁊ ſub
cinericiū panē oñdit: quo refectus in eiꝰ
fortitudine ꝑagrauit vſq; ad monteȝ dei.
Quo ꝓfignabat̃ peccator qui fugiens a fa
cie tētationis in deſerto pñtis ſeculi laſ
ſus in contēplatione arboris crucis detē
inuenit. Ibiq; carnem chri ſub ſpecie pa
nis ſub cinericij pēdentē accipit: quo cibo
refectus ſecurus perambulat vſq; ad mō
tē ethereij regni. Idcirco hoc ſacramētū
dicitur viaticuȝ: qꝛ panis viatoꝝ. ¶ Ter-
tio apparet in ipſo ſumme dei beniuolen
tia: qui dedit. ¶ Primo ſeipſuȝ. Nō enī
dedit celum nec angelum: nec apoſtolū:
nec matrem propriā: ſed corpus ſuū ad
timo. ij. dedit ſemetipſum pro nobis ⁊c.
¶ Scdo dedit ſe in cibum nō in ſocium
nec in ſeruum: ſed in edulium. Auguſti-
nus vox dei de celo: cibus ſum grandiuȝ:
creſce ⁊ manducabis me ⁊c. ¶ Tertio ī
perpetuum: non vſq; ad annū: nec decen
nium: nec cētenium: ſed vſq; ad ſeculi fi-
nē matth. vlti. Ecce ego vobiſcum ſuȝ oī-
bus diebus vſq; ad conſūmationē ſeculi.
¶ Circa ſcdm ſciēdū ꝙ huius doni pre-
cioſitas apparet: ex eo ꝙ ipſa caro ⁊ ſan-

guis chriſti nobis donant̃: quo nihil pre/
cioſius eſſe poteſt: q2 caro deifica ⁊ ver/
bo vnita vt dictum eſt. ¶ Circa cuius ve/
ritatem dubitari cōſueuerunt principali/
ter. viʒ. que ⁊ ſi ratōib⁹ probari nequeant:
q2 fides noſtra que eſt de ſupnaturalibus
non ſubeſt argumentis ſcientiarū natura
liū: tamen aliquibus naturalibus exem/
plis omnia dubitabilia aliq̃liter pſuadent̃.
¶ Primo enī dubitatur quomodo panis
in carnē ⁊ vinū in ſanguineʒ tranſmutat̃.
Huius exēpluʒ naturale habemus: q᷑ pa
nis quē comedimus in veram hoīs car/
nē: ⁊ vinum qd̓ bibimus in veruʒ ſangui/
nē naturaliter conuertit̃: poſt certū hora
rū ſpacium opante natura. Quid ergo mi
rum ſi qd̓ natura facit interuallo aliquaꝝ
horarū deus ſine tempore operatur. Ipſe
enī naturā creauit ⁊ eius curſum ſua om
nipotentia mutare pōt. ¶ Scd̓o quo mo
do accidēs nulli īnitatur. Accidentia. n. ſi
ne ſubiecto in eodē exiſtunt qd̓ pre om/
nibus dubitabilius videt̃. Non enim illa
rotonditas ⁊ albedo ⁊ ſapor ⁊ alia accidē
tia ſunt panis: q2 panis ibi nō eſt: nec cor/
poris chriſti q2 vt pote corpus humanum
talia accidentia nō habet: nec aeris: q2 ta
li luce a nullo corpe colorat̃: ergo in nul/
lo ſubſiſtunt. Sed in ipſis naturalib⁹ ap/
parent aliquādo accidētia: que nulli ſub/
ſtantie corporee innitunt̃: ſicut curuitas
remi in aqua: nō enim talis curuitas eſt
accidēs remi: qui rect⁹ eſt: nec aque que
ſine remo tale accidēs non habet: ergo in
nullo ſubſiſtit. ¶ Tertio quō corpus in
hoſtia collocat̃: videt̃ enim mirabile q̃li/
ter chriſtus qui deus eſt ⁊ homo pfectus ſub
modici panis ſpecie ɔtinet̃. Sed ſi q̄s ad
uertat qualr̄ ſola ſubſtātia trāſmutat̃: vi/
debit euidenter: q᷑ ſubſtātia que nō ſuſci
pit magis nec minus: ſub illa modica ho/
ſtia cōtineri pōt. Sicut enī ibi ſunt accidē
tia panis ſine ſubiecto ſic ⁊ ibi eſt ſubſtan
tia corpis ſine aliquo accidēte: ⁊ p ɔſeq̄ns
nulla eſt ibi dimēſio quantitatiua ſine q̄
ſubſtātia magni corporis ſub q̄titate mi/
nimi corporis ɔtineri pōt. Huius exēpluʒ
in naturalibus habemus: q᷑ ad hoc vt. ſ.
viſibile corp⁹ ab oculo videat̃ neceſſe eſt
vt dicit Ar. q᷑ forma viſibilis ſit in pupil/
la: ⁊ ſic colūna ⁊ domus ab oculo viſa eſt
in pupilla nō q̄titatiue ſed formalr̄: ⁊ mō
teʒ maximū in modico ſpeculo videm⁹.
¶ Quarto quō in plurib⁹ nō multiplicat̃.
Unū enī ⁊ idē corpus chriſti in multis ⁊ in/
finitis altaribus p diuerſas mundi ptes in
multis hoſtiis eodē tpe cōſiſtit: nec tamē
ex hoſtiarū multitudine corpus vnicum
plurificat̃: qd̓ etiam in celo ⁊ in altare ta/
men diuerſimode cōtinet̃. In celo enim
corporaliter in hoſtia ſacralr̄. Huius exē/
plum hēmus q᷑ vnius, ⁊ eiuſdē hominis
imago in diuerſis ⁊ multis exiſtens non
plurificat̃. Et in ſeipſa ſubſiſtit corporalr̄
in ſpeculis vero formalr̄. ¶ Quinto quō
diuiſus nō lacerat̃. Cū enī hoſtia per par/
tes diuidit̃: corpus nō frangit̃: ſed in q̄li/
bet q̄titūcunq3 minima particula integra
liter ɔtinet̃. Huius exēplū apparet in ſpe/
culo: in quo cū vnius hoīs vna ſola conſi
ſtat imago: ſi per ptes diuidat̃: in qualibʒ
parte etiā modica integraliter imago ea
dē reſultat. ¶ Sexto quō ſumptus nō cō
ſumat̃. Nam non eſt adeo mons in orbe
tā maximus q̇ toties ſumptus amō nō eēt
cōſumptus. Huius exēplū apparet in can
dela a qua ſi lumē ab infinitis cādelis re/
cipiat̃ appoſitis: lumē tamen ipm nunq̄
minuit̃. ſed ſemp eodem ſplendore relu
cet. Triticū etiā qd̓ a mundi exordio ſem
per oēs homines comederunt: nunq̄ cō
ſumere potuerūt. ¶ Septimo quō in di/
uerſis diuerſimode opat̃. Nā ſicut ille q̄
digne ſumit remediū ſuſcipit: ſic indigne
ſumens iudicium ſibi manducat ⁊ bibit.
Huius exēplū eſt de vna ⁊ eadem medi/
cina que duob⁹ egris a medico data vni
bn̄ diſpoſito opat̃ ad ſanitatē: alteri male

diſpoſito opat̄ ad mortē: nō ex defectu me
dicine: ſed ex mala ſumētis diſpoſitione.
Sic ergo de v̄itate hui⁹ ſacri conſtare pōt
io. vi. Caro mea vere eſt cibus ⁊ ſanguis
meus vere eſt potus. ℭ Circa tertiū no-
tandū ꝙ modi cōgruitas ſiue opportuni-
tas apparet ex eo ꝙ iſtud ſacr̄m nō datur
in forma ꝓpria: ſed ſub ſpecie aliena ſcȝ
panis ⁊ vini. Circa qđ tria videnda ſunt.
ℭ Primo q̄re ſub bina ſpecie dat̄: vide-
licet caro ſub ſpecie panis: ⁊ ſanguis ſub
ſpecie vini. Ad hoc rn̄det. Scūs thomas
in hymno. dicēs Quib⁹ ſub bina ſpē carnē
dedit ⁊ ſanguinē: vt duplicis ſubſtātie to
tū cibaret hoiem. Hō eni ex aīa ⁊ corpo-
re cōſiſtit. ⁊ ꝑ hoc appet: ꝙ hoc ſacr̄m eſt
refectio vtriuſqȝ. Nā caro eſt refectio cor
poris ⁊ ſanguinis aīe: qꝛ aīa oīs carnis in
ſanguie eſt. leui. ℭ Scđo q̄re hoc ſacr̄m
ſub aliena ſpē occultat̄. Hoc aūt fecit xp̄s
p̄mo ad oſ̄dendū miraculū. In hoc enīȝ
de oīpotētia apparet mirabilis: q̄ in ſacro
eodeȝ tot mirabilia opat̄: qđ nō eſſet: ſi in
ꝓpria forma traderet̄. ℭ Scđo ad augē-
dū meritū. Nā dicit gregorius: fides non
habet meritū: cui humana rō p̄bet experi
mentū. Maximū. n. meritū fidei eſt cre-
dere: qđ homo non videt: imo qđ natura
ꝑ oēs ſenſus diſſuadet. ℭ Tertio ad eui-
tandū faſtidiū. Nō. n. poſſet homo ſume-
re carnē ⁊ ſanguinē chr̄i in forma ꝓpria:
qđ ⁊ guſtus faſtidiret ⁊ animus abhorre
ret. ℭ Tertio q̄re ſub forma panis ⁊ vini
poti⁹ q̄ȝ alioꝝ elemētoꝝ tradat̄. hoc āt fit
ꝓpter tria. ℭ Prio ꝓpter magis accepta
bilē ſumptionē. Sūt. n. comeſtibilia q̄ ab
aliqb⁹ abominant̄: vt porri ⁊ cepe: q̄dā q̄
recuſāt̄ pp aliquā egritudinē vt piſces ab
egrotis: q̄dā q̄ nō repiūt̄ ꝓ diuerſitate tē-
poꝝ vel locoꝝ ſicut pepones q̄ nō iueniūt̄
hyeme: ⁊ coturnices citra mare: q̄dā q̄
cari⁹ emūt̄ vt ꝑdices. Jđ dat̄ h̄ ſacr̄m ſub
talib⁹ ſpēb⁹: q̄ ita ſunt ꝯformes nature ſic
delectabiles guſtui: ſic oīb⁹ locis ⁊ tꝑibus
repꝛibiles: ſic copioſiſſi abūdātes: vt nullo
faſtidio: vel egritudine: iopia: vl̄ caritudi-
ne q̄s excuſet ab huius ſacri ſumptione.
ℭ Scđo pp myſticā ſignificationē: ⁊ vt ſicͭ
panis ⁊ vinū ſūt naturalia ⁊ p̄ncipalia cor
poris alimēta. qꝛ panis cor hoīs ꝯfirmat:
⁊ vinū letificat: ſic ꝑ hoc appeat: ꝙ hoc ſa
cramētū eſt aīe plena refectio vita ⁊ ali-
mētū. ℭ Tertio pp oſ̄dēdā vnionē: vt ſicͭ
ex multis granis vn⁹ panis ꝯficit̄: ⁊ ex mł
tis racemis vnū vinū eliquat̄: ſic oſ̄dat̄:
ꝙ ꝑ hoc ſacr̄m vnitatis multi fideles qui
ſūt mēbra xp̄o capiti in vno eccleſie cor-
pore vniunt̄. Ro. xij. Sicut. n. in vno cor
pore multa mēbra hēmus. ⁊ īfra: ita mul-
ti vnū corpus ſumus in chr̄o. ⁊ hec eſt ra-
tio auguſtini. ℭ Circa. iiij. notādum eſt:
ꝙ vtilitas hui⁹ ſacri appet ēē ſeptuplex.
ℭ Prima eſt dn̄ice paſſiōis cōmemora-
tio. i. coꝛ. xi. Quoties mādu. paneȝ hūc ⁊
ca. bi. mor. dn̄i an. ℭ Scđa eſt chr̄iſti ⁊ ſu
mētis vnitio. Jo. vi. q̄ mādu. me. car. ⁊ bi-
bit me. ſan. in me ma. ⁊ ego in eo. ℭ Ter
tia eſt demonis expugnatio: vn̄ cantat ec
cleſia: O ſalutaris hoſtia que celi pandis
hoſtiū: bella p̄munt hoſtilia. da robur: fer
auxiliū. ℭ Quarta eſt peccatoꝝ remiſſio.
ℭ Quinta eſt omniū virtutū ⁊ gratiaꝝ in
fuſio: Unde dr̄ eucbariſtia: qđ ē bona gr̄a
ab eu qđ eſt bonum ⁊ charis gr̄a. De his
duabus vtilitatib⁹ dicit ſcūs thomas in ſ-
mone huius diei nullū etiā ſacr̄m eſt iſto
ſalubrius: quo purgant̄ peccata: virtutes
augentur: ⁊ mens oīum ſpiritualiū cha-
riſmatum abundātia impinguat̄. ℭ Sex
ta eſt pene purgatorie expiratio: qđ gre-
gorius per multa exempla probat in. iiij.
dial. ⁊ ſatis diffuſe: Unde dicit. Scūs tho
mas ibidē. Offert̄ in eccleſia pro viuis et
mortuis: vt omnibus proſit: qđ eſt pro ſa
lute oīum inſtitutū. ℭ Septima eſt eter-
ne gl̄ie collocatio. Jo. vi. Qui mādu. me.
car. ⁊ bibit me. ſang. habȝ vitā eter. ⁊ īfra.
Qui mādu. hunc panem viuet ineternū.

¶ De scō Eleutherio papa ꝛ m̄. C. xlviii.

Leutherius papa ꝛ martyr natione grecus patre abūdio de oppido nicopoli sothero epō romano in pontificatu successit: ꝛ sedit annos qndeci mēses. vj. dies v. Hic accepit epistolā a lucio rege britannico: vt per ei⁹ mādatū xp̄ianus efficeretur: cui papa misit duos religiosos viros videlicet fuganū ꝛ damianū: q̄ regē p̄dictū ꝛ populū cōuerterunt. Hic cōstituit q̄ alias aplō decreta fuerant. s. vt nulla esca vsualis a xp̄ianis fidelibus repudiaretur: quā deus creauerit: que tamē rōnabilis ꝛ humana est. Hic fecit ordinatiōes. iij. per mensem decēb̄. p̄sb̄os. xii. diacones. viij. ep̄os p̄ diuersa loca. xv. Qui etiam tp̄e cōmodi imperatoris martyrio coronat⁹ est: ꝛ sepultus cum fratribus suis iuxta corp⁹ bti petri apl̄i in vaticano. vii. calend. iunii: ꝛ cessauit episcopatus dies. vj.

¶ De scō Quadrato discipulo. C. XLIX

Uadratus aplōꝝ discipulus fuit q̄ apud athenas ad p̄dicandū verbum dei missus: postq̄ eidē vrbi pluribus annis euāgelizauit clarus doctrina ꝛ vita scō fine quieuit: ibidemq̄ humatus iacet. vij. calend. iunii. vt ait Hieronymus.

¶ De scō Augustino ep̄o angloꝝ. Ca. L.



Augustinus episcopus anglorum a beato papa gregorio p̄mo diuino instinctu missus est ad angliam ad predicandum anno. xiiij imperatoris mauritii: vt dicit sigibertus ꝛ beda: ꝛ aliqualiter supra tactum est in legenda gregorii pape. iiij. idus martii. Cum quo etiā melitus ꝛ ioānes ꝛ alij plures scti monachi missi sunt. Hi venientes britāniam ad insulam que dicitur thāna quā a terra diuidit fluuiu⁹ trium stadiorum. qui appellat̄ strai: miserunt interpretes quos de francia acceperant mandato pape ad eldebertū regem in cantia ciuitate regali: qui audita causa aduētus sanctoꝝ ab eo benigne suscepti sunt. Nam ꝛ rex vxorē berictē christianā duxerat: eo pacto vt fieret xp̄ianus: quod tamen nūdū implere curauerat: Postea vero rex deueniens ad insulā audita predicatione christi: concessit eis locum in ciuitate dorbeieñ. in palatio suo: ꝛ prebuit licentiam predicandi ꝛ cōuertēdi omnes qui fidem suscipere vellent. Ipse tamen propter nouitatem fidei noluit tam cito conuerti. In ipsa autem ciuitate dorbeia inuenerunt ecclesiam sancti martini: que ibidem fabricata fuerat tēpore quo romani angliam obtinuerunt. In qua ecclesia regina sepius christum orabat. In ipsa ergo ecclesia diuina celebrare ꝛ predicare ceperunt multisq̄ miraculis perpetratis plurimos cōuerterunt. ¶ Postq̄ annum vero rex eldebertus cum pluribus alijs regibus ꝛ principibus sibi subiectis fidem christi p̄cepit. Deinde augustinus veniens berclas ab etherio episcopo archiepiscopus gentis anglorum ordinatus est mandato grego. pape. Et ex regis concessione in regia ciuitate construxit: ecclesiam saluatoris: quam etiam metropolim totius insule constituit quam ꝛ successor eius laurētius ep̄s consecrauit. Cum autem multi fidem percipere recusarent ꝛ rex neminē compellere vellet ordinataq̄ disputatione inter episcopos christianorum ꝛ pontifices idolorum cōuentum est per partes vt eger introduceretur: ꝛ que pars ipsum sanare posset illi⁹ fidem preualeret: ꝛ adducto ceco: cum a gentilibus illuminari non potuisset: ꝛ augustin⁹ ei lumē restituisset: maxima paga

noꝛum pars cōuerſa credidit: ⁊ baptiſmū ſuſcept. Sicqꝫ auguſtinus virtutibus clarus ⁊ doctrina quieuit in pace anno dn̄i. Dciiij. videlicet. vij. calen. iunij. Sepultꝰ tātis in eccleſia apoſtoloꝛuꝫ petri ⁊ pauli. Qui etiam ad extrema deueniens laurētium comitem ſuum ſibi ſucceſſoꝛem reliquit ne ſtatus nouelle fidei deperiret.

¶ De ſcō hildeunto epō. Cap. LI.

Hildeuntus epiſcopus melden̄. ſcō pharoni epo ipſius ciuitat̄ ſucceſſit. Qui puer qnquēnis eidē a parētibus traditus ⁊ ab eodē eruditꝰ eſt a pueritia virā penitētiam agens. Electus ē ergo epūs poſt pharonē ⁊ ꝯſecratꝰ. Cū aūt iuxta eccleſiā ſcē crucis in qua olī corpus ſcti pharonis ſepultuꝫ fuerat eſſet atriū: in quo ciues loci ſuos moꝛtuos tumulabāt: in eodē atrio ad preces populi epūs aliaꝫ eccleſiā conſtrui ꝑmiſit vt ſic in eccleſia iacerēt coꝛpoꝛa defunctoꝝ. Que dum eſſet ꝯſecranda nocte ꝑcedente funditus diruit. Quod ſctūs videns ⁊ de miraculo ſtupēs ac de culpa penitens romā deuenit: ⁊ a bonifacio papa abſolutioneꝫ obtinuit: ac deinde vt deo ſatiſfaceret hieroſolymā adiit verbū dn̄i predicans circūquaqꝫ. ¶ Anno igit̄ ꝑegrinatiōis ſue. vij. ad eccleſiā ſuam reuertens in loco qui dicit̄ larimacus monachuꝫ repperit q̄ ſibi a dn̄o fuiſſe reuelatū aſſeruit. hildeūtū ad ſe ventuꝝ epm: cui deꝰ dimiſerat oia peccata ſua. Regreſſus igit̄ ad ciuitatē ſuam eccleſiā dei genetricis. vij. ab vrbe miliario fundauit ⁊ dedicauit. In cuius dedicatiōe chirothece ipſius de manibꝰ eius hora ꝯſecrationis extracte tribus hoꝛis in ſolis appenſe radio quaſi in pertica pepēderunt. ¶ Poſt hec ſctūs vir puerꝝ ſine baptiſmo defunctum a moꝛtuis ſuſcitauit: quē noie patris ſui adelbertum vocauit ⁊ eundē anno. vij. poſt ſe moꝛituꝝ predixit: ac iuxta ſe tumulādū mandauit. Que oia vt ꝑdixerat euenerūt. Quieuit aūt ī pace vij. cal. iunij. Juxta cuius coꝛpus adelbertus āno. vij. defunctꝰ vt iuſſerat tumulatꝰ eſt. hoꝝ duoꝝ ſcōꝝ coꝛpoꝛa ſcūs maiolus abbas diuina reuelatione admonitus de ſolo leuauit: ⁊ honoꝛifice condidit.

¶ De. ſ. Priſco ⁊ ſociis marty. Cap. LII.

Priſcus martyr cū ſocioꝛum multitudine apud toꝛnacū q̄ ē villa aurelian̄. dioc. paſſus ē ſub aureliano iꝑatoꝛe. Qui cū ibideꝫ reſideret miſit ſceneſchallū ſuū ad xp̄iāos vbiqꝫ ꝑquirēdos ac puniēdos. Ille vero cū loca plurima ꝑluſtraſſet: veniēs toꝛnacū p̄ſcū cū multis xp̄ianis pſallētē iuenit: quē xp̄m cōfitēteꝫ decollauit: ⁊ in puteū coꝛpus ſine capite ꝓiecit. Dūqꝫ ceteri ſimiliter cederent vnꝰ eoꝝ rapto ſci priſci capite ꝑ ſiluā aufugit. Qui tamē a militibus inſecutꝰ nō lōge ab antiſiodoꝛo captus ⁊ decollatus ē. Ibiqꝫ vna cū priſci capite a fidelibus ſepultus. ceteroꝝ vero martyꝝ coꝛpa a xp̄ianis furtī ſurrepta i crypta tumulata ſūt. Tempoꝛe āt ſci germani ātiſiodoꝛen̄. epi diuina reuelatiōe eidē ſcō locus vbi coꝛpa martyꝝ ꝑ ānos. cl. latuerāt oſtēdit̄: cui ⁊ caput ſci p̄ſci martyris vna cū coꝛpe alterꝰ martyris ſimilr̄ reuelat̄. Ipſe vero coꝛpa leuata honoꝛe ꝯdigno ꝯdidit: ⁊ ibidē mōaſteriū ꝯſtituit. Caput vō ſci p̄ſci ad locū aliū lōge ab vrbe. iiij. miliario detulit: qui locus nūc caſtꝝ ſci priſci nūcupat̄. hoꝝ martyꝝ paſſio agitur. vij. cal. iunij.

¶ De. ſ. Joāne papa p̄mo ⁊ m̄. Cap. LIII



Joannes papa ⁊ martyr huiꝰ nominis primus natione tuſcus ex patre ꝯſtantino hoꝛmiſde pape in epatu romano ſucceſſit. Seditqꝫ annos. ii. mē. viij. dies. xix. Quo

tempore in orientis partibus cum adhuc
hereſis arriana vigeret. Juſtinus impera
tor ardore orthodoxe fidei: vt hereticorũ
nomen extingueret: ſtatuit eccleſias arria
nis auferri ⁊ vbiq₃ catholica religione cõ
ſecrari. Quod cum in italia rex theodori-
cus arrianus audiſſet ioannem papã ſi
mulq₃ cum eo theodorum ⁊ agapitũ con
ſulares viros alium q₃ agapitum patrici-
um conſtantinopolim ad iuſtinũ direxit:
mandans per eos: vt niſi q̃ totius hereti
cis ſuas eccleſias redderet ipſe omnes ita
lie catholicas ecclãs deſtrueret ⁊ vrbes
igne ac ferro deuaſtaret. ¶ Cũ ergo ſan
ctus ep̃s corinthũ deueniſſet vt ait grego
rius.iij.dial.ca.ij. ⁊ eidem quidã nobilis
equitare volenti equum cõmodaſſet: quẽ
pro nimia manſuetudine vxor illius equi
tare conſueuerat. Sũmus põtifex ad cer-
tum locum equo ſub vehente perduc⁹ ẽ.
Qui mox vt alium repperit: illum quem
mutuo acceperat remiſit: verũ vxor illi-
us nobilis vlteri⁹ equo illi ſedere non va
luit: quia equus fremens ⁊ ſaliens: ac ni-
mium furens ex geſtibus prodidit q̃ poſt
ſeſſionem tanti pontificis mulierẽ ferre
de cetero recuſauit. Quod vir eius aduer
tens ⁊ miraculum ſtupens equũ pro mu-
nere ſancto pontifici perpetuo poſſidẽdũ
direxit. ¶ Cum autem conſtantinopolim
veniſſet ad portam que vocatur aurea po
pulorum turbis ei occurentibus vna cum
imperatore in conſpectu omnium rogan
ti ceco lumen reddidit: quem impator cũ
ſuis ſumma reuerentia ſuſcipit. Igitur le
gationis cauſa cũ lachrymis expoſita de
italie ſalute ſoliciti iuſtino principi ſuppli
carunt: vt eorũ preces q̃uis eſſent iniuſte
libẽter exciperet: italieq₃ periture ſubue-
niret. Quorũ fletibus iuſtinus permotus
eis petita conceſſit: arrianoſq₃ ſuo iuri reſti-
tuit. Sicq₃ liberata eſt italia a furore theo
dorici. Sed poſtq̃ ioannes papa cum ſo-
ciis rauẽnã ad theodoricũ veniſſẽt: theodo
ricus inuidia duct⁹: eo q̃ imperator illos
honorifice ſuſcepiſſet: eum in carcere cũ
ſociis afflictos dura cuſtodia peremit qui
ſanctus martyr ad chriſtum migrauit. vj.
calendas iunij. cuius corpus de rauenna
tranſlatum ſepultũ eſt in baſilica beati pe
tri apoſtoli. Sed hanc immaniſſimã cru
delitatem animaduerſio diuina ſecuta ẽ.
nam die.xcviij. poſt hoc factum theodori
cus ſubita morte interijt. ¶ Refert gre-
gorius.iiij.dial.c.xxxi. q̃ dum quidam ro
mani nauigantes ad inſulam liparem de
ueniſſent: quendam ſolitarium ibidem
deo ſeruientem viſitare curarunt: qui eis
inter cetera nunciauit theodoricum regẽ
ſubito defunctum eſſe: cuius animam in
ter ioannem papam ⁊ ſymmachum patri
ciũ ipſe vir dei conſpexerat alligatam ⁊
ab eiſdẽ ſanctis quos ambos martyres
fecerat in ollam vulcani demergi. Qui di
em notantes ad italiam redierunt: ⁊ eo-
dem die quo hec ſolitarius viderat: regẽ
repentina extinctum nece inuenerunt.
¶ Hic ſanctiſſimus papa perfecit cimite-
rium ſanctorum martyrum nerei ⁊ archi
lei via ardeatina. Item renouauit cimite
rium priſcille. Fecit ⁊ ornamẽtũ de gem-
mis praſinis ⁊ hiacynthinis ſuper confeſ-
ſionem beati pauli apoſtoli. Multaq₃ va
ſa ſacra in auro ⁊ argento obtulit baſilicis
apoſtolorũ. Hic etiam ordinauit ep̃os.xv.

¶ De ſancto Joanne papa ſecũdo ⁊ con-
feſſore. Cap. LIIII.

IOannes papa huius nomi
nis ſecundus natione ro-
manus ex patre proiecto de
regione celio monte boni
facio ſecundo romano pon
tifici i epiſcopatu ſucceſſit:
ſeditq₃ annos.ij. menſes.iiij. dies.vj. hic
alio noĩe mercurius vocabat᷑. Hic īter ce
tera memoranda artemiũ patriarchã con
ſtãtinopolitanũ arrianũ dãnauit.

¶ De.ſ. Joãne papa.iij. ⁊ cõf. Ca. LV.

Joannes papa tertius natione romanus ex patre anaſtaſio pelagio primo pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos.xii.menſes.ii.dies.xxvii. Hic in vrbe roma reparauit ⁊ reſtaurauit cimiteria ſanctorũ martyrum: multaſq; ſanctorum per diuerſa loca eccleſias renouauit ⁊ de nouo perfecit ac conſecrauit. Amator religioſorũ ⁊ bonorum virorum fuit: pauperibus munificus extitit. Poſtq̃ autem eccleſiam apoſtolorum philippi ⁊ iacobi in vrbe perfecit ⁊ dedicauit: vbi ⁊ eorum corpora collocauit: ad dñz perrexit: ⁊ ſepultus eſt ad ſanctum petrum.

¶ De ſancto Symmacho patricio ⁊ martyre. Cap. LVI.

Symmachus martyr patricius fuit: qui tempore anaſtaſii primi imperatoris rome claruit: ⁊ tẽpore iuſtini primi martyriũ paſſus fuit. Hic ſocer fuit boetii ſiue ſeuerini martyris: de q̃ dicetur.x.cal.nouẽbr. Filiam.n.ei⁹ elphẽ ei in coniugẽ tradidit que hymnos apoſtolorũ felix per omnes ⁊ aurea luce cõpoſuit. Hic ſanctus vir cũ boetio genero ſuo rem publicã in vrbe ſtrenue miniſtrauit. Sed dum theodoricus gothorũ rex arrian⁹ ioãnẽ papã.i.cõſtãtinopoli ad iuſtinũ ĩpatorẽ delegaſſet: vt ſupius dictũ eſt: rabie ſue iniq̃tatis ſtimulat⁹ ſymmachũ cõſulem ac patriciũ ⁊ generũ eius boetiũ ſeuerinum conſulẽ ac ſenatorem catholicos viros primo quidẽ carceri mancipauit: deide in ipſo carcere gladio necari fecit apud vrbẽ rauẽnam. Corpus aũt ſymmachi noie m̃ris rauenne colitur tumulatum.vi.cal.iunii. Hic romãi eloquii eruditione mirabilis maximi tyrãni: qui ſub theodoſio pio ſurrexerat: ſcripſit laudes: eaſq; publice recitauit: ob qd maieſtat⁹ reus cenſebatur. Sed cũ a pio principe iuſtino abſolui meruiſſet apologeticũ librũ i.ſatiſfationalẽ eidẽ ſcripſit: ⁊ aliũ epiſtolar. hoc in hiſtoria tripartita libro.ix.

¶ De ſcõ Beda venerabile p̃ſbo.ca.lvii.

Beda p̃ſbyter xp̃i famulus natione anglicus apd eccleſiã ſiue monaſteriũ apoſtolorũ petri ⁊ pauli q̃ in ciuitate cãtie in anglia cõſtructa eſt claruit tp̃e iuſtiniani ſcdi. Hic a ſeptẽnio ſub abbate bñdicto ipſi⁹ mõaſterii: ⁊ poſt ſub ceolfrido in diuinis eloquiis apprime eruditus diuino ſtudio operã prebens ſacris litteris plenius imbutus ſapia ⁊ vite ſctitate admiranda p̃fecit: anno ãt etatis ſue xviiii. diaconatum: ⁊ xxx. p̃sbr̃atũ a ioãne ep̃o ſuſcepit: inde vſq; ad annos.lxx. vite ſue ſcripturis ⁊ diuine ſapientie opuſculis intẽdens: multa pectoris ſui viris ſcolaſticis contulit monumenta. Nam.xxxvi. volumina edidit: q̃ in.lxxviii.libros diuiſit. Diem aũt obitus ſui p.vii. p̃cedentes hebdomadas diuina reuelatõe preſciuit. Die aũt aſcenſionis dñi: que tũc illo ano. vi.cal.iunii euenit: dũ veſperas cum ceteris clericis in ecclia celebraret: nulla alia infirmitate detentus: ſed corporis cõpos ac mentis cum antyphonã.illã o rex glorie decãtaret: ipſa finita in ſuo appodiat⁹ ſtallo ſpũm emiſit: ſtatimq; mirus odor de eius corpore fragrare cepit: ſepultus ĩ monaſterio ſuo. Hic cũ ſanctiſſim⁹ ab eccleſia reputet: ⁊ in confeſſorum catalogo numeretur: ſolus inter ſanctos nõ ſanct⁹ ſed venerabilis appellat: ⁊ hoc pp duas rõnes ſiue miracula que de ipſo contigerũt. ¶ Primo q̃a cũ ex nimia ſenectute oculis caligaſſet ⁊ diſcipulo duce ad lapidũ ↄgeriem peruiſſet diſcipulus ei ſuadere cepit: q᷑ magn⁹ eẽt ibi populus ↄgregatus: q̃ ſũma affectione ⁊ ſilẽtio ipſius p̃dicationem expectabãt. Cũq; ſcũs feruẽti ſpiritu elegãtiſſimũ ſermonẽ feciſſet: ⁊ cõcluſiſſet p oia.ſ. lapides riderũt amẽ venerabilis p̃r bñ. ¶ Scdo q̃a dũ ali⁹ diſcipul⁹

eius ipſo defuncto titulū ſepulchro facere diſpoſuiſſet vnico carmine leonino ſic incipiēs: hac ſūt in foſſa: ⁊ vellet finire bede ſci vel p̄ſbri oſſa: nec metrū ſtare poſſet: ⁊ nullum aliud vocabulū eidē occurreret: attediatus tandē iuit dormitū. Et ecce mane in tumulo manibus angelicis reppit ſculptū. Hac ſūt in foſſa bede venerabilis oſſa. Quieuit āt in xp̄o. vi. cal. iunij circa ānos dn̄i. dcc. Corpus aūt ei⁹ ianuā trāſlatum digna veneratiōe colit. ¶ Scripſit vir dn̄i inter alia ſupra gen̄. librum. i. De tabnaculo moyſi. li. iij. Sup ſamuelē li. iiij. De tēplo ſalomonis librū. i. Super eſdrā ⁊ neemiā. li. iij. Sup tobiā. li. i. Sup parabolas ſalomonis. li. ij. Sup cāticis cāticoꝝ. li. v. Sup epiſtolis canonicis. li. vij. Sup marcū. li. iiij. Sup lucā. li. iiij. Super act⁹ apoſtoloꝝ. lib. i. Sup apoc. lib. i. De q̄ſtioni. lib. regū ad notiliū. li. i. De ſchematibus li. i. De geſtis angloꝝ inſigne ⁊ egregium volumen. In quo ⁊ chronica de temporibus continetur.

¶ De ſcō Julio martyre. Cap. LVIII.

IUlius martyr apud meſiā ciuitate doroſtoren̄. paſſus eſt. Qui tpe pſecutionis cū eēt veteran⁹ ⁊ emerite militie ab officialibus tētus ⁊ maximo p̄ſidi oblatus eſt. Qui dū idola execraret: ⁊ nomē xp̄i ↄſtātiſſime cōfiteret capitali ſn̄ia punitus eſt. vj. cal. iunij. Cū aūt ad paſſionē duceret. Heſychius qdā miles xp̄ianus ſibi amiciſſim⁹ dū ſe ſuis orōnib⁹ ↄmendaſſet e ūq̄ oſculatus fuiſſet a militib⁹ tēt⁹ ⁊ ipſe p⁹ dies. xx. paſſus ē vt īfra dicet. xvij. cal. iunij.

¶ De ſcō Eutropio epō. Cap. LIX.

EUtropius eps apd gallias in ciuitate auraſica claruit tpe valētiani ſcdi impatoris. Cui⁹ vitā illuſtrē vtutibus ac miraculis ver⁹ eps auraſicen̄. luculēto ſermone deſcripſit vt dicit ado. Hic ob fidei deuotionē ad duas ſorores xp̄i ācillas a parētib⁹ exheredatas eo q̄ votū vginitatis emiſiſſet: epiſtolas ↄſolatorias elegāti ⁊ apto ſcripſit eloquio: nō ſolū ratiōe ſed ſcripturaꝝ ſcāꝝ teſtimonio ↄmunitas. Et hic migrauit ad xp̄ꝫ ſexto calendas iunij.

¶ De ſcis Symmetrio ⁊ ſociis m̄. C. lx.

SYmmetrius pſbr ⁊ martyr cū aliis xxii. rome ſub ātonino ipatore paſſus ē. Cū n. p̄fatus ſcūs pſbr cū aliis xp̄ianis apd praxedē vginē latitaret ⁊ i titulo ſci paſtoris qd ſcūs papa pi⁹ in domo eius ↄſtruxerat diuia myſteria celebraret: miſit ātoninus ⁊ tenuit ſymmetriū cū aliis. xxij. xp̄ianis. Quos ſine vlla auditiōe gladio puniri mādauit in eodē titulo. Quoꝝ corpora praxedis vgo i cimiterio p̄ſcille ſepeliuit. vj. cal. iunij.

¶ De. ſ. Hermano pariſien̄. epo. C. LXI.



Herman⁹ eps pariſien̄. territorij auguſtuduneñ. idigēa patre eleutherio matre euſebia nat⁹ ē. Qui a iuuētute deo ſeruiēs a ſcō nectario epo abbas ſci ſymphoriani cōſtitutus in ſcitate maria ⁊ operibus virtutū pollebat: ⁊ ſignoꝝ miracul̄ refulgebat. Cū enim incēdiū in monaſterio accidiſſet: ⁊ iā officinas flāme circūquaq̄ vallarent germanus aſcenſo tecto ſumptaq̄ cacuma plena aqua alleluia concinēs ⁊ paululū aque ſuper ignē effudens flammas extinxit. ¶ Cū qdā radulphus quaſdā cenobii res inuaſiſſet viſus adueniēs p. iii. dies cōtinuos equos ipſius deuorās damnū ablatorū triplicauit nec deſtitit donec ille reſipuit ⁊ res ablatas reſtituit. ¶ Anne vxori hebronii regis miſſā celebrans facie fulgidus admodū apparuit.

¶ Per annos quattuor anteq̄ epiſcopus fieret cū per viſum claues porte pariſien: a ſene ſibi fuiſſent tradite ↄſeruande: predixit ſe ipſius futuꝝ pontificem ciuitatis. Quod ⁊ poſt q̄driennīū factum eſt. Qui in ep̄atu doctrina clarus miraculis effulſit. ¶ Juuenē .n. a iudeis in carcere tētū ⁊ cōpeditum ſe inuocantē ruptis vinculis per noctē abſoluit. Januā eccleſie ſcōꝝ geruaſii ⁊ ꝓthaſii ſibi clauibus obſeratā baſilicā intrare cupiēs crucis ſolo ſignaculo reſerauit: multos a demoniis obſeſſos liberauit: ⁊ egros plurimos a variis lāgoribus ſanos effecit. Jn victu ſuo pciſſim⁹: neceſſitati pauperum liberaliſſimus fuit. ¶ Obitū ſuū pſciens ad caput lectuli notarium ſuū ſcribere fecit. v. cal. iunii. Et nihil vltra. Quod dū nemo q̄d ſibi hoc vellet intelligere poſſet dū. v. cal. iunii a corpore migrauit: q ꝓpter hoc talē ſcripturā ſcūs feciſſet vnuſq̄ſq; cognouit. Sic ergo die quo ſanct⁹ annoꝝ fere .lxx. obdormiuit in dn̄o: ſepultus in eccleſia pariſieñ.

¶ De ſcō Carauno martyre. Ca. LXII

Carauinus martyr apud carnotū ciuitatē paſſus ē. Hic natiōe roman⁹ a ſcō dionyſio ep̄o eruditus eiuſq; diſcipulus fuit: poſt cui⁹ martyriū ipſe a ſcō clemēte papa preſbr̄ factus ꝑſius ad ꝑdicandū directus eſt. Et dū per mare nauigaret: orta tēpeſtate oōne ad deū pfuſa pcellā ſedauit: nautaſq; gētiles ad chr̄m ↄuertit. Cū aūt in quodam tēplo veneris puellam demoniacam liberaſſet: viſo miraculo plurimi paganoꝝ ad fidē chriſtianoꝝ acceſſerunt. Jnde p multas galliaꝝ ⁊ hiſpaniaꝝ inſulas deābulauit: clamātibus demoniis p obſeſſoꝝ ora ſeruo dei eē credendū. Qui a cūctis vexatis imundos eiiciēs ſpiritus infinitū populum ↄuertit ad dn̄m. Ac demū in carnoto ciuitate verbū dei ꝑdicans plurimos baptizauit. Egreſſuſq; inde cū pluribus ſociis a latronibus qui eos pecunioſos putabāt inſecuti ſunt. Et dū latrones ſocios carauni fugiētes perſequerent: reuocans illos ſuaſit vt ab iſecutione illoꝝ deſiſterēt eo q ipſe ſolus pecuniam quā querebant hēret. Quibus regreſſis cū vnicum ſolidū ſibi pro viatico reſeruatum obtuliſſet: illi ſe deluſos exiſtimātes ipſum decollauerunt. v. cal. iunii. Cuius corpus in carnotē ciuitate ſepultū ē.

¶ De ſcō Gulielmo ↄfeſſore. Ca. LXIII.

Gulielmus ↄfeſſor dux aquitanie ⁊ puincie p̄re theodorico ↄſule matre aldana inclytam pſapiā ducēs ſub rege carolo magno ſtrenue militauit: eiuſq; regni principatū tenuit ſcitate ꝑclarus. Cū autē ſaraceni partes aq̄tanie inuaſiſſent: a carolo cū exercitu miſſus eos virilr̄ debellauit: magnaq; illis iflicta ſtrage eoſdē a ſeptimanie iuaſiōe potēter deiecit. Reuerſus aūt pro victorie graꝝ actione deo agēda in territorio lugduñ. nouū monaſteriū ↄſtruxit in valle videlicet gelonis: quod ⁊ vberi⁹ dotauit: ⁊ in noie ſaluatoris intitulauit: ac ibidē monachos ⁊ virgines ancillas chr̄i recluſit: vbi ⁊ duas ſorores ſuas virginitatē profeſſas collocauit. Deide obtēta a carolo licētia chriſto de cetero militandi in eodē monaſterio ſe icluſit anno dn̄i. Dccc vi. in feſto aploꝝ. Cui ſcūs rex lignum dn̄ice crucis: qd̄ de hierlm̄ attulerat liberalr̄ pro munere ↄceſſit. Gulielm⁹ ergo monach⁹ factus pfūde humilitatis ⁊ patiētie filius admodū effectus eſt: oēm q; obedientiā in cunctis ēt minimis ⁊ vilibus officiis adiplere curabat: oronibus ⁊ ieiuniis iſiſtebat: ⁊ miraculis clarebat. ¶ Cū die quadā panes coq̄re deberet: ⁊ hora tardior eēt: timens ne frēs ſcandalizaref ex mora furnū purgare cupiens: ⁊ ſcopam ad purgandū paratam nō habēs: repēte incenſum clibanū intrauit: quem

ſuo ſcapulari purgauit cinereſq̧ manibus expulit: ⁊ tã corpe ꝙ veſtib⁹ oĩno inuſt⁹ exiens: coctos panes ſine mora fratribus apportauit. Aqua frigida ⁊ ſolo pane etiã in hyeme multo tpe vſus fuit. Obitus ſui preſcius diem dormitionis eius abbati ⁊ fratrib⁹ predixit: ⁊ regi carolo per litteras ſcripſit. Sicq̧ diuinis ſacramẽtis muni⁹ v. cal. iunij in pace deceſſit: ſepult⁹ in eodẽ cenobio: qḋ eius noĩe dicit monaſterium guilel mẽſe inſignib⁹ miraculis clarus.

¶ De ſanctis Conone ⁊ filio eius martyre. Ca. LXIIII.



Conon martyr cum filio ſuo annoꝝ. xij. paſſus eſt in nicomedia biſaurie ciuitate tpe aureliani iperatoris ſub comite domitiãõ. Hic ſanctus de vxore filiũ cui⁹ nomen nõ exprimit pcreauit: qua defuncta in caſtitate pmanſit: ⁊ cũ filio ſuo religioſam vitã duxit: nec non miraculoꝝ gloria claruit. Nam fluuiũ iuxta locellum ſuum currentẽ qui ppter impetũ nimiũ trãſiri nõ poterat: aquis fecit imobilem: ⁊ orõne ſua vſq̧ ad certũ tps viaz multis tranſeundantibus prebuit. Alias etiã cũ idem fluuius alueum ſuũ egreſſus aquis inundantibus exiccato naturali alueo ſe extenderet: ⁊ agros plurimos inundaret: orãs ad alueum ⁊ curſum priſtinũ in xpi nomine redire fecit. ¶ Ingreſſus ergo domitianus comes nicomediaz ſanctum cononẽ tanq̃ xpianum teneri iuſſit. Et cũ ſacrificare nollet: eideq̧ acerrima ſupplicia minaret: ille nolens ſine filio gloriari: vnicũ natum duodenẽ vt xpianum comiti exhibuit: poſtulans eũ ad cruciatus ſecũ admitti. Quos iudex in craticula iuſſit extẽdi ⁊ prunis ſuppoſitis oleũ deſup infundi. Et cũ diudũ volutati incolumes pmã-ſiſſent fecit eos in ſartaginem ſuccenſam mitti. Et dũ nec ſic vinci potuiſſent: mãdauit illos appenſos flãmis ſubtermiſſis exuri: manuſq̧ illoꝝ malleis ↄtundi. Qui dũ orãtes pſallerẽt: celeſti eos voce vocante ſpũm emiſerũt. Sepulti a fribus in nicomedia ciuitate. iiij. calẽ. iunij.

¶ De ſanctis Siſinnio martyrio ⁊ Alexãdro martyribus. Ca. LXV.

Siſinnius: martyri⁹ ⁊ alexãder martyres apud vallem annoniaz paſſi ſunt. Hi genere ſuo greci: ciues cappadoces mediolanũ venientes a ſctõ ambroſio epo honorifice ſuſcepti: ⁊ cũ eodem aliquanto tpe demorati: inde tridentũ deuenerũt vbi a ſancto vigilio epo ſiſinnius archidiaconus: martyrius lector: ⁊ alexander hoſtiarius ordinati: atq̧ ab eodem ad predicandũ gentib⁹ directi ſunt. Qui vallez annoniaz ingreſſi xpm euangelizabant. Cũq̧ in vico medo eccleſiã conſtruxiſſent: ⁊ multos conuertiſſent: a ruſticanis ſaturno ſacrificãtibus pro terre frugibus impetrandis tẽti ſunt: vt ⁊ ipſi immolarent. Quod dum facere recuſarent: primo durius ceſi ſunt: deinde ſiſinnius tuba erea capite illiſus ⁊ ſecuri confoſſus expirauit. Martyrius vero capite ſecuribus vulneratus: ⁊ ſudibus tranſforatus cum duceretur ad idolum occubuit. Quorum duorum corpora cum alexander ſibi collo impoſita deferret: cumulanda a paganis ſurrepta ante ſimulacrum in ignem proiecta ſunt. Ipſe vero alexander vſq̧ ad mortẽ flagellatus martyrium conſumauit. Mox autem vmbra nigerrima totam regionem obtexit: ⁊ fulmina crebra terrã percuſſerũt: ita vt multi gentilium territi conuerterentur. Sanctoꝝ vero corpora a ſancto epiſcopo vigilio tridenti ſepulta ſunt: qui paſſi ſunt. iiij. calendas iunij: hec ado.

¶ De ſcõ Maximino epo. Ca. LXVI.

Maximinus eps treuereñ. tēpore cōſtantij auguſti claruit. Hic nobilis pictauioꝝ ciuis extitit: cuius vrbis frater huius maxentius pontifex fuit. Ipſe aūt maximinus relicta domo paterna treuerim deuenit: vbi cleric⁹ factus deo famulari cepit: inde ad epatū ipſius ciuitatis diuina reuelatione ꝓmotus. Cum enim quidā quiriacus vir ſanctiſſimus in eccleſia ſancti eucharij nocte oraret: ipſe ſanct⁹ eucharius ſibi appꝛuit: eiqꝫ mādauit: vt maximino nūciaret ipſū in epatu egririo treuereñ. tūc antiſtiti ſucceſſurū. Angelus dñi etiā eidē agririo in extremis poſito ꝑ viſum iuſſit: vt maximinū poſt ſe eligēdū populo parte dei mādaret: qđ ille ꝑfecit eoqꝫ migrāte populus monita diuina adimplere curauit. Sicqꝫ maximin⁹ eps electus eſt. Ad hūc virum dñi athanaſius alexādrinus eps ꝑſecutionem cōſtantij fugiens adijt: ⁊ ab eo honorifice ſuſcept⁹ benignaqꝫ humanitate ꝑtractat⁹ eſt. ¶ Hic etiā dū iret romā cū beato martino nūdum epo: viſus aſinum coꝛ ſarcinas deferentē inuaſit ⁊ deuorauit. Cui ſanctus maximin⁹ in xpi nomine iuſſit: vt vices aſini ſarcinas vſqꝫ romam baiulando ſuppleret. Qđ ferox animal cū omni māſuetudine ꝑfecit. Rediēs quoqꝫ ad eccleſiam ſuam ad pictauiēſem vrbē vt ſuos reuiſeret diuertit. Ibiqꝫ langoꝛe preſſus feliciter in dño quieuit. iiij. calendas iunij. Cuius coꝛpus exinde treuerim tranſlatum eſt.



¶ De trāſlatiōe coꝛpis ſci nicolai. C.LXVII

Tranſlatio coꝛpis ſcti Nicolai de myrea ad ciuitatē venetiaꝝ fcā eſt anno dñi. M.lxxxvi. tꝑe vrbani pape ſcđi ſub petro patriarcha gradeñ. ⁊ vitale michaele duce venetiaꝝ atqꝫ hērico cōtarbēo eiuſdē ciuitatis epo. Cū eni vrban⁹ papa generale paſſagiū in recupatione terre ſctē: cūctis fidelib⁹ ididiſſet: multi venetoꝝ cū nauiū copioſa multitudine ad dcm paſſagiū nauigarūt. Quoꝝ exercit⁹ dux extitit ioānes ꝑſati ducis venetoꝝ fili⁹ cū q̄ ꝑrexit ēt dict⁹ caſtellan⁹ eps. Qui poſtq̄ cū eoꝝ nauigio apđ rhodū inſulā hyemaſſent: ide diſcedētes vt hieroſolymā peterēt vento eis aduerſo inſurgēte iuiti appulſi ſunt ad myreoꝝ patriā iā q̄ſi totalr a turcis depopulatā. ¶ Tūc eps ⁊ dux cū ſuis armatis ad ciuitatē accedūt: ⁊ qꝛ iā qđ facturi erāt inter ſe tractauerāt q̄ttuoꝛ tm̄ cuſtodes eccleſie ſci nicolai reperiunt. Quos tentos adulatiōib⁹ ⁊ ꝓmiſſis ac cōminatiōib⁹ exhortant: vt ibi coꝛp⁹ ſcti nicolai q̄ſceret reuelare ꝓcurēt. Illi vo diſſimulātes vel antiq̄tate foꝛſan ignorātes arcā in capite fractā muro adherētē oſtēdūt: ipſaꝫ eē ſcti nicolai ꝯfingūt: de q̄ barēſes ptē reliquiaꝝ ei⁹ abſtulerāt ptē dimiſſaꝫ offerebant. Ad quā illi ꝯcurrētes nihil in ea ꝑter aquā ⁊ oleū inuenerūt. Cūqꝫ muros eccl'ie in locis plurib⁹ dirupiſſent: ⁊ pauimētum effodiſſent: atqꝫ altaria diruiſſent: ⁊ nihil de optato penit⁹ repperiſſent: cuſtodes illos tormētis afficiūt vt veritatem edicāt. Qui poſt multa vbera ⁊ ſibi illata flagella: vix tandē ab eis qđ nouerāt extoꝛſerūt. Nā arcā oſtēderūt in q̄ duo ſcti ꝑſules magni nicolai ꝑdeceſſoꝛes q̄ſcebāt: in altari vꝫ principali ſancti ioānis baptiſte. ſ. theodorus ⁊ nicolaus magni nicolai patruus. De coꝛpe aūt ſancti nicolai magni nihil penitus ſe ſcire dixerūt: cuius rē nē verisimilem aſſignarūt. Cū enim vt in geſtis grecoꝝ cōtineri dicebāt vaſillis cōſtātinopolitanus impatoꝛ ad impialē vrbē ſci nicolai coꝛp⁹ dferre voluiſſ: ⁊ vſqꝫ ad ianuas eccleſie oſſa delata nullo igenio illa inde educere potuiſſet: iratus iuraſſe dicebat:

poſtq̃ corpus illud habere nõ poterat ta
li loco ipm̃ ſe locaturũ ꝙ nullus vnq̃ ipſ
inuenire poterit nec habere. Hac ergo cu
ſtodum ↄfeſſionẽ ep̃s ⁊ veneti veraꝫ eſſe
preſumentes arcam oſtenſam rumpentes
duoꝝ predictoꝝ ſanctoꝝ epiſcoporuꝫ cor
pora in arcellis ſingulis cupreſſinis inue-
niunt: ⁊ eoꝝ epitaphia vt cuſtodes dixe-
rant legunt: eaq̃ inde leuata ad nauẽ de-
ducunt deſperantes amodo de ſancti ni-
colai magni corpore inueniendo. ¶ Ue-
rum quidã illoꝝ diuinitus inſpirati: in ec-
cleſia retardantes: ⁊ locum vbi altare ſan
cti nicolai primo deſtruxerant pſcrutãtes
inopinatãq̃ fragrantiã odorantes: ſuſpi-
cati ſunt aliquid ibi precioſuꝫ latere. Pre
terea quidã ex eis qui alias ad ipſam vr-
bem deuenerãt recordati ſunt ꝙ in preci
puis ſolẽnitatibus archiep̃s myreoꝝ non
in altare ſed in loco quodam plano ſuper
tripodem celebrabat. Supra queꝫ locum
imago ſancti nicolai recta linea depicta
erat. Ex quibus oĩbus cõiecturis motus
ep̃s caſtellanus locũ ipſum effodi mãda-
uit. Subleuatiſq̃ magne molis lapidibꝰ
vitreã maſſam ad frangendum grauem ⁊
penetrãdum difficilem inuenerunt. Qua
tandem confracta ſecũdam de bitumine
nõ minus laborioſam exhauſerũt. Tertiã
deniq̃ maſſam duabus fortioreꝫ que de
cupro muſeleo cuꝫ bitumine glomerata
fuerat: magnis viribus irruperũt vbi the-
ſaurus multiplici labore reſeratus appa-
ruit odorq̃ inde mire ſuauitatis exiuit.
Cum quo ⁊ palma quaꝫ beatus nicolaus
de hieroſolymis apportauerat ſepulta fue
rat: que circa ſanctũ corpꝰ virides ramos
⁊ frondes pullulauerat. Unde multi col-
legerunt ⁊ in teſtimoniũ ad ꝓpria detule
runt. In ſepulchro aũt illo grecis litteris
ſcriptum erat: hic requieſcit magnus ep̃s
myreoꝝ nicolaus terra mariq̃ glorioſus.
¶ Corpus igit̃ inde leuantes flentibꝰ ca
nonicis ⁊ gaudẽtibus venetis ad naues

deportant: ⁊ inter alia duo collocant ea-
demq̃ lampadibꝰ ⁊ luminaribꝰ atq̃ pre-
cioſis pallijs reuerenter honorant. Inde
igit̃ diſcedentes iter ceptũ verſus terrã
ſanctam perſequũt̃. Et cuꝫ plures de oſſi-
bus vel puluere ſacri corporis ex deuotio
ne ſubtrariſſent oẽs illi vel infirmitate va-
ria vexati vel duris verberibus ceſi vel
noctu terroribus agitati que paſſi fuerãt
indicantes ſuaq̃ peccata epiſcopo confi-
tentes quicquid abſtulerant reſtituere cõ
pellebant̃. Poſt hec naues venetoruꝫ ad
ioppe portum deuenerunt: ⁊ dimiſſis qui
corpora cuſtodirent: exercitus hieroſoly-
maꝫ adierunt: ⁊ a gothifredo rege chri-
ſtianoꝝ ⁊ patriarcha hieroſolymitano ho-
norifice ſuſcepti ſunt: gentibus quoq̃ frã
coꝝ vniti vrbem ſaracenoꝝ caiphaꝫ inex-
pugnabilem dudũ obſeſſam obtinuerũt:
aliaqꝫ plurima loca ⁊ caſtra debellãdo ce
perunt: ⁊ deinde loca ſacra circũquaqꝫ lu
ſtrantes poſt plures menſes aſcenſis na-
uibus repatriare curarunt. Sicqꝫ geminã
palmã ſanctoꝝ videlicet corpoꝝ ⁊ victo-
rie reportantes in feſto beati nicolai. vꝫ.
viij. idus decẽbr. ad portuꝫ ciuitatis vene-
tiaruꝫ applicuerunt. Occurrentibꝰ quoqꝫ
clericoꝝ ⁊ populoꝝ turbis in littore ſancti
nicolai deſcenderunt: ⁊ de cõſenſu ducis
ac populi ſanctoꝝ trium corpora in mona
ſterio ſancti nicolai in eodem littore ma-
ris ſito depoſuerũt: eademqꝫ vitali eiuſ-
deꝫ tunc loci abbati deuotius obtulerũt.
Sed anteq̃ beata corpora in ſuo loco de-
poſita forent per triduũ oĩbus in altari pa
tuerunt: ⁊ deinde vſqꝫ ad reſurrectioneꝫ
dñi ſubſequẽte in medio eccleſie choro di
miſſa ſunt ad deuotionẽ fideliũ adimplẽ-
dam: vbi multa miracula in egroꝝ corpo
ribus oſtẽſa ſunt: nã plures ceci illumina-
ti: claudi erecti: cõtracti ⁊ alij diuerſis pre
pediti languoribus ad ſanitatem reducti
ſunt: demones quoqꝫ de obſeſſorũ artu-
bus effugati. Poſt que ſanctoꝝ ep̃oꝝ reli

quie digna fuerunt veneratione tumula-
te. iii. calen. iunii. Euoluto anno videlicet eodem die quo ſanctorum corpora apud myream ciuitatē vt prediximus reperta ⁊ inde ſublata fuerant.

¶ De ſancto Theodoro martyre epiſcopo myreorum. Ca. LXVIII.

Theodorus eps ⁊ martyr p̄deceſſor fuit ſancti nicolai auūculi ⁊ ſancti nicolai nepotis in epatu myreorū vt dictū eſt ſupra proxima legenda cuius corpus vna cum corporibus duorum predictoꝝ ſanctorū venetiarum vrbi tranſlatum eſt: vt ſupius enarratur. Hic enim cum eccleſiā myree ciuitatis feliciter gubernaſſet tpe perſecutionis pro chriſti fide martyriuȝ in eadē vrbe paſſus eſt. Quo aūt tempore aut die ſeu ſub quo iudice aut quo martyrii genere ꝑemptus extiterit: ignorat̄: eo ꝙ ipſa ciuitate a turcis deſtructa ſacre ſcripture ⁊ geſtoꝝ martyruȝ codices diſperſi fuerunt. Sepultus eſt aūt in eadem eccleſia in altari ſci ioannis baptiſte miraculis pollēs. Inter que illud habetur in legēda ſancti nicolai magni: ꝙ dum quidam cecus noīe antonius ad eum veniſſet pro luminis beneficio cōſequēdo: ſanctus eps miſertus illius tulit de oleo lampadis p̄dicti ſci theodori epi ⁊ martyris ⁊ ſignū crucis faciens ſup eum: oculos illius deliniuit ⁊ confeſtim cecus ille lumen recepit.



¶ De. ſ. Nicolao epo ſeniore. Ca. LXIX.

Nicola⁹ eps myreorū prefato ſcō theodoro in epatu eiuſdē vrbis ſucceſſit ⁊ ſcti Nicolai magni auūculus fuit: cuius gratia ille nicola⁹ vocatus eſt. Hic cū audiſſet miracula que deus in infantia puerili nuperrime nati oſtēdere dignabat̄: ⁊ qualiter die natiuitatis ei⁹ erect⁹ in pelui ſteterat: ⁊ q̄ño quarta ⁊ ſexta feria ſemel in die mām̄as ſugebat: ſpiritu prophetico vaticinat⁹ eſt: puerū nicolauȝ oīpotentis dei ſeruū ⁊ epm futurum ⁊ in toto adhuc orbe ſignis ⁊ miraculis clarū ab oīb⁹ reſonādum. Qui ēt ſanct⁹ eps miraculis refulſit. ¶ Naȝ cū in caſtello auianēſe aquā longius haurireſ: eo ꝙ in oppido puteuȝ nō haberent: populuſqȝ ei aſſereret: ꝙ in vno colle aque vena fuerat: que per ānos multos vbi eſſet latebat. Uir dñi ad locū accedens fuſa oīone locū p̄ ſp̄ūm cognouit: ⁊ p̄ cubitū ac dimidium fodiēs: venā aque repperit: que ſufficiēter exinde manauit. ¶ Hoīem quēdam maligno vexatum ſpiritu de regione andronica ei deductū in x̄pi noīe ab infeſtatiōe liberauit: demonēqȝ ab eo depulit. ¶ Aliū quoqȝ qui dolore vētris quattuor menſib⁹ torquebat̄: adeo vt cibos ſumere nō poſſet: ⁊ per terrā reptilis more volutaret̄: oīone pro eo fuſa ſanauit. Sicqȝ dño ſeruiens in pace quieuit cuius tamē dies dormitiōis ignotus eſt. Eius aūt corpus vna cū corpe prefati predeceſſoris ſui ⁊ nicolai magni eius nepotis vt ſupra actū ē ad venetiarū vrbem delatuȝ in monaſterio ſci nicolai de littore quieſcit. Succeſſit auteȝ huic in epatu alius eps taȝ p̄deceſſoris ꝙ̄ ſucceſſoris in vita diſſimilis peccatis videlicet inuolut⁹. Cuius nomē ob praua forte merita in hiſtoria reticet̄: ⁊ inde nicolaus huius nepos glorioſus miraculis innumeris toto orbe famoſus.

¶ De ſancto Felice papa primo ⁊ martyre. Ca. LXX.

Felix papa ⁊ martyr huius noīs primus natiōe romanus ex patre cōſtantino de regione capitauri: dionyſio pape in epatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. ii. menſes. x. Hic

conſtituit ſupra reliquias ſanctoꝝ marty-
rum miſſas celebrari. Hic fecit ordinatio-
nes duas per menſem decẽbris preſbyte
ros. viij. diacones. v. epõs per diuerſa lo-
ca numero. v. hic etiã dicit baſilicã in via
aurelia miliario ab vrbe quinto. Qui ſub
claudio ĩpatore ſcdo martyrio coronat᷑: ⁊
ſepultus eſt in predicta baſilica quaꝫ ipſe
conſtruxerat tertio calendas iunij: ⁊ ceſſa
uit epiſcopatus dies. v.

¶ De ſcã Petronilla vergi. Ca .LXXI.

PEtronilla virgo fuit filia
beati petri apoſtoli. Que
cuꝫ nimis ſpecioſa eſſet
⁊ apud vrbem romã de-
gens voluntate patris fe
bricitaret᷒: diſcũbẽtibus
ſecum diſcipulis interrogauit eum titus:
cur petronillam laborantem febribus ia-
cere pmitteret: qui omnes alios egros ſa
naret. Cui petrus reſpondit: qꝛ ſic ei expe
diret. Tamẽ ne impoſſibilitas eius ſani-
tatis apud aliquos crederetur: iuſſit illaꝫ
ſanam ſurgere ⁊ diſcũbentibus miniſtra-
re: qḋ ⁊ factum eſt. Completo vero mini-
ſterio illam ad grabatũ ſuum iteruꝫ febri-
citantem remiſit: vbi vero in dei cepit eẽ
amore perfecta: non ſolum ipſa ſanata ẽ:
ſed pluribus infirmantibus cõtulit ſanita
tem. ¶ Quam propter eius ſpecioſitateꝫ
flaccus comes cõcupiſcens ad eam cũ mi
litibus armatis acceſſit: vt eam vel violẽ
ter ſibi vxorẽ aſſumeret. Puella aũt eum
redarguit: qꝛ ad virginẽ inermem venit
cum armatis. Dierũqꝫ triuꝫ inducias pe-
tiit: atqꝫ matronas honeſtas poſt triduuꝫ
ad ſe mittendas ordinauit: vt cuꝫ ipſis ad
virum decẽter aſſociata accedere poſſet.
Quas cũ ille pararet: virgo dñi vna cũ fe-
licula virgĩe collactanea ſua ieiunijs ⁊ ora
tionibus triduo occupari cepit. Tertio ve
ro die ad eã ſanctus pſ byter nicomedes
venit: qui eidẽ corp⁹ domini obtulit. Quo
ſumpto in lectulo ſuo ſe reclinauit: ⁊ iter
manus matronaꝝ que ad eã iam acceſſe-
rant ſpũm emiſit pridie calẽ. iunij. Sicqꝫ
factũ eſt vt mulieres que miſſe fuerãt vt
virginis nuptijs intereſſent: eiuſdẽ ſacras
exequias celebrarent. Cuius corpus via
ardeatina ſepultum eſt.

¶ De ſanctis Cantio Cantiano ⁊ Cantia
nilla virginibus ⁊ marty. Ca. LXXII.

CAntius cantianus ⁊ cantia
nilla germãi martyres apḋ
aquileiaꝫ paſſi ſunt ſub dio
cletiano ⁊ maximiano im-
peratoribus agentib⁹ dul-
citio preſide ⁊ ſiſinnio comite. Hi de gene
re carini ĩpatoris nobiliſſimi vrbis rome
ciues pſecutionẽ declinare cupiẽtes facul
tatibus eoꝝ pauperibus erogatis ex vrbe
diſceſſerũt: ⁊ aquileiam deuenerunt: vbi
cuidam proto ſacre ſcripture doctori illu-
ſtriſſimo adheſerũt. Cuꝫ aũt xpm p vrbẽ
aquileiam publice nũciarent: ⁊ comes ac
preſes illos vtpote ex impiali ꝓgenie de-
tinere formidaret: impatorib⁹ de pdicto-
rum xpianoꝝ aduẽtu p lr̃as ſuggeſſerunt.
Quibus impatores rñdentes hãc dederũt
auctoritatẽ: vt ſi ſacrificare nollent capite
punirent᷑. Quod cũ beati martyres audi-
uiſſent vna cũ proto pedagogo ſuo aſcen-
ſo vehiculo vrbem aquileiaꝫ egreſſi fugie
bant: nõ quia mortẽ recuſarẽt ſed vt alijs
fidelib⁹ pdeſſe poſſent. Quos comes ſiſin
nius ⁊ preſes dulcitius cũ ſpiculatorib⁹ in
ſequẽtes cũ alterũ ex ſubiunctis aialibus
eoꝝ vehiculo corruiſſet: eos tandẽ in loco
qui dicit᷑ ad aquas gradatas cõprehende-
runt: ⁊ hortabãtur eos vt ioui thura offe-
rent. Qui cũ demonijs ſe nunqꝫ ſacrifica-
turos rñderent: iubentib⁹ comite ac pre-
ſide in eodeꝫ loco capitali ſnia plexi ſunt.
De quoꝝ corporib⁹ pro ſanguine lac ema
nauit. Que a zenone pſ bytero collecta cũ
aromatibus apud ipſam ciuitatẽ tumula-
ta ſunt pridie calendas iunii.

¶ De ſcõ Pamphilo mar. Ca. LXXIII.

Damphilus martyr ⁊ ſacer-
dos ceſarea paleſtine oriū
dus in eadem ciuitate paſ
ſus eſt martyrium. Hic ad-
mirande vir fidei ⁊ ſancti-
tatis. Euſebii ceſarieñ. neceſſarius a quo
ille ob intimā amicitiam cognomen eu-
ſebius pamphili ſortitus eſt: tāto bibliothe
ce diuine amore flagrauit: vt maximam
partē origenis voluminū ſua manu ſcri-
pſerit: que ceſarieñ. bibliotheca ſeruare tra-
ditur. Sed ⁊ ſanctus hieronymus quedā
volumina manu eius exarata ſe repperiſ-
ſe aſſerit: que tanto vt inquit amplecteba-
tur gaudio vt creſi opes habere ſe crede-
ret. Hec aūt eſſe dicit. xxv. origenis prefa
ti volumina ſuper libris. xii. prophetarū.
Scripſit ⁊ ante euſebium apologeticum
pro origene. Qui ſub maximiani perſecu-
tione apud eandem vrbē martyrio vitā
temporalē finiuit calendas iunii. Huius
enim vita prefatus euſebius ceſarieñ. epūs
tribus libris cōprehenſam exarauit. Hic
hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſcō Uincentio ɔfeſ. Ca. LXXIIII.

Uincentius gente gallus le-
rineñ. inſule preſ byter tē-
poribus theodoſii ⁊ valen-
tini auguſtorū claruit. Hic
vir ſanctitate admirandus
in diuinis ſcripturis eruditus ad vitanda
hereticorum colloquia validiſſimam edi
dit diſputationem quā celato noīe ſuo:
peregrini aduerſus hereticos intitulauit.
Cuius operis partē quia in ſchedulis po-
ſitam furto perdiderat recapitulando pau
cis ſermonibus ſenſum in vno libro com
pegit. Quieuit rome in chriſto calē. iunii.
Hec gēnadius de viris illuſtribus.

¶ De ſcō Reueriano epō
⁊ ſociis mar. Ca. LXXV.
Reuerianus epō ⁊ paulus p̄-
ſbyter cum aliis. x. martyri
bus apud ciuitatem augu-
ſtudun. paſſi ſunt. Qui oēs pro cōfeſſione
noīs xp̄i ſub aureliano principe coronam
paſſionis a dīo pceperunt cal. iunii: vt di-
cit ado ex hieronymi martylogio.

¶ De ſanctis Marcellino ⁊ Petro mar-
tyribus. Ca. LXXVI



Marcelli
nus preſ byter ⁊ petrꝰ
exorziſta rome marty-
rium paſſi ſunt ſub dio
cletiano imꝑatore agē
te iudice ſereno. Cum
enim predictus petrus
iubente prefato iudice
ceſtus ab artemio in carcere detinereť: ⁊
ipſiꝰ artemia filia a demone vexareť: ⁊ ob
hoc a p̄re ſepiꝰ plangereť. Dixit ei petrꝰ q̄
ſi in xp̄m crederet ſtatiꝫ eiꝰ filia ſanitatē
reciperet cui artemiꝰ ſe mirari ridit: quō
deus petri filiā ſuā liberare poſſet: q̄ ipm
petrū de carcere eripe nō valeret. Addēs
q̄ ſi catenas in eo duplicaret eūq̃ deꝰ ſuꝰ
de carcere educeret oīno i ipm crederet:
ſi tñ filiā eius a demone liberaret. Petrꝰ
vero eadē nocte ſe ad domū artemii ven
turū ꝓmiſit. Artemius ergo domū rediēs
p̄dicta oīa candide ɔiugi nūciauit. Sicq̃
ambo de his adinuicē colloquētes q̄ pe-
trus ad eū venire poſſet: peniꝰ credere
nō poterāt. Cū aūt clauſo diei lumine nox
ſupueniēs tenebris mūdū repleuiſſet: ſu-
bito affuit petrꝰ cādidis indutꝰ: tenēs triū
phum crucis in manu ſua. Tūc artemius
cū vxore cādida eiꝰ veſtigiis ꝓſtrati verū
deū xp̄m clamare ceperūt. Statimq̃ filia
eoꝝ paulina virgo ab immundo ſpiritu libe-
rata ē. Artemiꝰ vero cū ɔiuge ⁊ filia ⁊ vni
uerſa familia ac multitudine vicinoꝝ qui
ad miraculū cōcurrerāt conuerſi ſunt ad
dñm: quos oēs marcellinus p̄ſ byter illuc
ſupueniens baptizauit. Artemius vero
qui cuſtos erat carceris: oēs detentos di-
mi ſit: eo pacto vt baptiſmū ſuſciperent:

q̃ omnes a sancto Marcellino predicto
sacri fontis vnda pfusi Christo dño adhe
serunt: ⁊ p dies quadraginta in domo ar
temij in diuinis colloquijs cũ petro ⁊ mar
cellino pstiterunt. ¶ Post hec serenus vi
carius mãdauit artemio: vt oẽs carcera-
tos quos chꝛianos effectos nouerat sibi
pñtaret. ¶ Qui manus eoꝝ deosculãs di
xit eis: vt siq̃s vellet venire ad martyriu;
veniret itrepide: ⁊ siq̃s nollet: abiret di-
missus in sua libertate. Sicq; multis abe
untibꝰ inter paucos marcellinus ⁊ petrus
abire noluerũt. Comperto aũt ꝙ marcel
linus ⁊ petrꝰ illos baptizassent: iudex eos
detineri fecit vna cũ artemio ⁊ vxoꝛe cã-
dida ac filia paulina. Et artemiũ quidem
plũbatis cesum in custodia cũ nata ⁊ ↄiu
ge reclusit. Marcellinũ vero pugnis pcu
ti in ambabus arteriis: deide ipsu; nudũ
sup vitri fragmẽta prosterni: ⁊ lumẽ ac ci-
bum ei denegari fecit: petrũ autẽ p se se-
paratũ in carcerẽ trudi: ⁊ pedes eius ĩ cip
po ↄstringi. Angelus aũt domini marcel-
lino per noctẽ apparuit: ⁊ eũ vestibꝰ suis
induẽs ad petrũ adduxit: quẽ ⁊ ipsum de
cippo soluens ambos postmodum ad do
mũ artemij duxit. Admonẽs vt per dies
septem chꝛianos ↄuersos ↄfortarent ⁊ po
stea se iudici pñtarent. Sequẽti vero die
dũ serenus eos in carceribus nõ inuenis-
set. Artemiũ cu; vxoꝛe ⁊ filiis ad se addu
ci pcepit: ⁊ sacrificare nolẽtes in terra ob-
rui mandauit. Q̃d marcellinus ⁊ petrus
audiẽtes cum multitudine chꝛianoꝛu; il
luc accesserũt: ⁊ cu; chꝛiani multo plures
q̃ gentiles essent artemiũ cum vxoꝛe ⁊
filia de manibꝰ carnificũ eruerunt: ⁊ eoꝛũ
detẽtores detinuerũt: donec marcellinus
in crypta missam celebrauit ⁊ artemio ac
christianis oĩbus diuina sacramenta pre-
buit ⁊ postmodum omnes in pace dimi-
sit. Ipse vero in manibus militum paga-
noꝛu; cum petro ⁊ artemio cãdida ⁊ pau
lina sponte remãsit. Que cum serenus iu-
dex audisset: iussit artemiũ cu; vxoꝛe ⁊ fi
lia ad carcerẽ reduci: marcellinu; vero ⁊
petrũ in silua nigra que nũc propter eoꝛũ
martyriũ candida dicitur decollari. Quo-
rum aĩas quasi virgines vestibus splendi
dis ac gẽmis indutas ab angelis in celu;
deferri spiculatoꝛ nomine doꝛotheus se
vidisse testatus est: qui ad dominum con
uersus est. Lucilla vero matrona christia
na sanctoꝛum coꝛpoꝛa collegit: ⁊ ipsa no-
ctu in via lauicana miliario ab vrbe ter-
tio sepeliuit: qui passi sunt. iiij. noñ. iunij.

¶ De sancto Erasmo episcopo ⁊ marty-
re. Ca. LXXVII.



Erasmus episcopꝰ ⁊ martyr pas-
sus est sub diocletiano
⁊ maximiano iperato-
ribus. Qui cũ persecu-
tionẽ fugiens ad mõtẽ
libanũ declinasset coꝛ
uus ei escam diuini-
tus ministrabat: angeli eum frequentius
visitabant: fere quoq; ad ipsum confu-
giebant. Diuina tandem iussione ad ciui-
tatem veniens: ⁊ multos ad chꝛistum cõ-
uertens ab imperatoꝛe Diocletiano deti
netur. Et cum se chꝛistianum cõfiteretur
plumbatis lateribus ceditur et doꝛso fu-
stibus mactatur: deinde suspensus vngu-
lis ferreis laceratur. Et cum hec omnia
pro chꝛisti amoꝛe superasset: iussit impe-
ratoꝛ plumbum picem sulphur resinam
cum cera ⁊ oleo resolui: ⁊ exinde chꝛisti
martyrem perfundi. Angelus autem do
mini eidem astitit ⁊ facto terremotu cum
tonitruis ⁊ coꝛuscationibus pene tertia
pars populi extincta est: ⁊ sanctus ab in-
cendiis liberatus. Quem dioclerianꝰ onu
stu; ferro in ceruice ⁊ manibus fecit in te
nebroſum carcerem trudi: ⁊ etiam potu;
aque ei denegari. Oꝛante autem scõ odoꝛ
nimius in carcere erupit: ⁊ visa sunt duo

decim candelabra lucentia in conſpectu
eius. Uincula autem ferrea ſicut cera ſo-
luta ſunt. Cui angelus dei apparuit: ⁊ eũ
inde eductum in modico temporis ſpa-
tio in italia tranſpoſuit: ⁊ in lucridum ci-
uitatem introduxit. Quē imperator die
ſequenti in carcere requirens ⁊ minime
reperiens ſed ianuas clauſas ⁊ anulo ſuo
ſignatas aſpiciens: admiratus magicis ar
tibus ipſum eductum putabat. Multitu
do vero populi viſo miraculo cõuerſa eſt
ad chriſtum. Igitur Eraſmus in lucrido
ciuitate infirmos omnes curabat: ⁊ mul
tos ad dominū conuertebat. ¶ Deniqꝫ
cum filius anaſtaſii primarij ciuitatis de-
functus ad ſepulchrū portaretur ad ſug-
geſtionem patris oratione ſua illũ a mor-
tuis excitauit: ⁊ ipſum cum anaſtaſio pa-
rente ⁊ duodecim milibus hominum ad
chriſtum conuerſis baptizauit: multaque
deorum templa deleuit: ⁊ per dies ſeptē
populo predicauit. Sed cum maximian⁹
imperator hec audiſſet ad eandem vrbē
properauit: ⁊ comprehenſum eraſmum
ad deorū immolationes inuitare cepit.
Quem Chriſtum confitentē iuſſit in ma
xillis contundi. Deinde adduxit illum ad
ciuitatem ſermitanam ⁊ introducens ad
templum iouis hortabatur vt preſente
omni populo ſacrificaret. Cumqꝫ domi-
ni martyr oraſſet ſtatua iouis erea duode
cim cubitorum cecidit: ⁊ in puluerem re
dacta eſt. Draco etiam ingens ex ea exi-
uit ⁊ multos de plebe peremit: verū po
pulo pro eorum liberatione ad dei famu
lum acclamante ipſe draconi imperauit:
⁊ ſerpens ſine alicuius ampliori leſione
nuſquā comparuit. Sicqꝫ viſo miraculo
tria milia hominum cõuerſa ſunt. Ex qui
bus maximianus iratus trecenti ⁊ trigin
ta quos comprehēdere potuit gladio ne-
cari precepit. Deinde beatum. Eraſmum
detentum ⁊ ſacrificare abnuentem iuſſit
tunica erea ignita ad menſuram eius cor
poris fabricata veſtiri: ſed tunica frigida
ipſe illeſus permanſit. Tunc iuſſit ollam
maximā plumbo pice cera reſina ⁊ oleo
liquatis impleri ⁊ ſanctū Eraſmum epi
ſcopum in ea demergi. Et cum hoc etiā
ſupplicii genus illeſus ſuperaſſet: ⁊ ex ol-
la liquor feruens et ebulliens imperato-
rem vſtulaſſet ipſum martyrem Chriſti
cõtinuo liberauit. Sed Maximianus ob
ſtinatior effectus illum in arta cuſtodia
vinctum clauſit vt ipſum acrius puniret.
Angelus vero domini michael eidē ap-
paruit ⁊ ſolutū eduxit ⁊ eidem ducatum
prebens dirrhachium perduxit: deinde
nauicula ibi diuinitus preparata in cāpa-
niam prouinciā tranſmigrauit: ⁊ iuxta ci-
uitatē formianam dimiſit. Qui diebus ſe
ptem extra vrbē mãſit pane celico per an
gelũ ſubſtētatus. Deinde diuina iuſſione
ciuitatē intrauit ⁊ multos ad chriſtum cõ
uertit. Nouiſſime coronā ſibi de celo miſ
ſam a choro apl'orū ⁊ prophetarū aſpexit: ⁊
ſic orans dño ſpiritũ tradidit. In eadem
vrbe ſepultus a fidelibus. iiij. noñ. iunii.
Poſtmodum eius ſacrum corpus Caie-
te ſepultum fuit: miraculis clarens.

¶ De. ſ. Photino epõ ⁊ m. C.LXXVIII



Photin⁹
epiſcopus lugduneñ. ⁊
martyr vt dicitur eccle-
ſiaſtice hiſtorie lib. v.
Cum etate maior no-
nagenario eſſet: ⁊ pe-
ne membra iā geſtās
ſolo amore et deſide-
rio martyrij viueret paganorum furente
rabie ductus ad preſidem: pugnis ⁊ calci
bus enormiter inuaſus ita vt neque eta-
ti neque grauitati reuerentie aliquid de-
ferrent: a longe vero ſtantibus ⁊ furenti-
bus lapides et ligna iacientibus diutius
eliſus: dū feminecis in carcere truſus eſ-
ſet emiſit ſpiritum quarto nonas iunij.

Paſſus eſt tempore marci aurelij ⁊ veri antonij imperatorum.

¶ De ſanctis Blandina virgine ⁊ ſocijs martyribus. Cap. LXXIX.

Blandina martyr cum quadraginta octo martyribus paſſa eſt lugdunẽ. ciuitate temporibus marci aurelij veri et antonij atq; lucij filiorum eius. De quibus eccleſiaſtice hiſtorie libro quinto capitulo primo ⁊ ſcḋo ⁊ tertio habet᷑: ꝙ ſeuiente perſecutione contra chriſtianos apud lugdunũ ⁊ viennã vrbes galliarũ: adeo vt etiã domorũ illis ꝓhiberet᷑ habitatio proceſſus in publico aut quorũcunq; ciborum cõparatio ꝑfati martyres preſidi ſunt oblati. Inter quos cum q̇dam vectius paganus preſidez de tanta impietate argueret: ⁊ ipſe tanquaʒ chriſtianorum aduocatus tentus eſt: ⁊ quidã diaconus nomie ſanctus qui laminis ferri et eris candẽtibus aduſtus in carcerẽ miſſus: rurſum diris cruciatibus exanimatus ſpm̃ reddidit. Attalus quoq; pergamenus qui martyres nutibus oculorũ ⁊ geſtibus hortabatur: poſtq; dieb⁹ multis teterrimũ carcerẽ toleraſſet: q: ciuis romanus capite ceſus eſt. ¶ Ex his quoq; martyrib⁹. x. in carcere tabefacti fame defecerunt. Deinde reliqui omnes ꝓducti qui ex eis ciues erant romani decollãtur. Ceteri vero beſtijs ſubijciunt᷑: ſed ab eis minime ledunt᷑. Inter quos q̇dã alexander phryx genere non obſtãte ꝙ ciuis romanus eſſet: contra decretum ꝓncipuʒ a preſide volente populo complacere feris exponitur quia forte alijs pertinacior videbatur. Attalus vero quidã alter prunis ſubſtratis in ſella ferrea tortus martyrium conſumauit. Blandina vero primo ⁊ ſecundo die diuerſis penarum generibus cruciata tertio die ad ſtipitem ligata beſtijs expoſita: ſed ab his minime leſa: quarto die verberibus acta: craticula exuſta: ad vltimum gladio iugulata eſt. Cuius exemplo ponticus puer annoruʒ. xv. multis paſſionibus affectus ante illã gladio palmam percepit. Maurus vero quidam: zacharias preſbyter: epactus albina: grata: ⁊ alij ceteri eiuſdeʒ collegij glorioſi diuerſis ſupplicijs diebus plurimis torti: deide in ſellis ferreis igne ſubiecto aſſati: Nouiſſime gladio conſumati ſunt. Quorum omnium. xlviij. martyrum reliquie incenſe in rhodanum fluuiũ diſperſe fuerunt. Sed diuina diſpoſitione in loco in quo corpora combuſta fuerant: cineres. ⁊ oſſa incombuſta dimiſſa a fidelib⁹ reperta et recollecta atq; in eccleſia apoſtolorum ſub altari condita ſunt. Horum omnium paſſio agitur. iiij. non. iunij.

¶ De ſancto Nicolao peregrino ⁊ confeſſore. Cap. LXXX

Nicolaus cognomento peregrinus confeſſor natione grecus tempore vrbani pape ſecũdi claruit. Hic in annis adoleſcẽtibus in monaſterium ſancti luce quod in ſcyro grecie partibus ſitũ eſt diutius conuerſatus angelicaʒ vitam duxit. Cumq; dominica precepta que crucem tollendam ſequiq; dominum iubent ſolicite audiſſet: non tantũ ſpiritu ſed manibus corpoream crucem arripiens monaſterio diſceſſit: ⁊ vt chriſtum liberius ſequeretur: peregrinari cepit. Qui veniens hydruntum apulie ciuitatẽ: ibiq; aliquãtulum commoratus venit tarentum: vbi aliqua miracula oſtendens a populo reuerenter eſt habitus: Inde venit ad ciuitatem tranẽ. vbi crucem ex more manibus baiulans puerorum multitudinem congregauit: cum quibus ſacra vrbis loca circiens: Kirieleyſon clamare non ceſſabat: puerosq; ſubſequentes vt ſimiliter clamarent cõcitabat: ⁊ vt ad ſe quotidie conuenirent: ⁊ hoc diebus ſingulis itera

rent puerulos pomis ⁊ fructibus ſibi datis alliciebat: quibuſdam et ciuibus eum inſanum reputantibus: quibuſdam vero altiora de eo ſentientibus: ⁊ columbinaꝫ preſumentibus ſimplicitatem. Nam pauperrimis indutus panniculis: nudis pedibus incedebat: ſine intermiſſione orabat: diebus ſingulis non ante veſperas cibum ſumebat. Panem vero modicum ⁊ aquam ſemper comedebat. Cum autē eius fama ad biſuntinuꝫ archiepiſcopum perueniſſet: eum ad ſe accerſiuit: ⁊ cur talia clamando per vrbem circumiret: ſciſcitatus eſt. Cui ſanctus vir preceptū domini de cruce ſumenda confeſtim allegauit: quam neduꝫ animo ſed corpore ſe geſtaturum quotidie diſpoſuit: Quod ſi epiſcopus in eius ſibi dioceſi denegaret: ad oppidum ipſe mox aliud properaret. Preſul autem prudens ſancti confeſſoris rectam intentionē ⁊ columbinā ſimplicitatē attendens ei prohibere noluit: quin propoſitum adimpleret: quinnimo rogauit: vt quotidie ad ſuam menſam reficiēdus accederet. Cum autem nicolaus archiepiſcopi mandata adimpleret: ⁊ ciuitatem ex more kirieleyſon clamās ⁊ crucē baiulans cum pueris peragraret: poſt dies modicos febre corripitur: ⁊ in hoſpitio cuiuſdā ex ciuibus nobilis deuotione maxima refouet̄. Qui ad extrema deueniens pueros ſuos aduocauit: ⁊ crucē ſuā eiſdem tradēs: eos in noīe domini benedixit: ſicqꝫ ſpm̄ in pace domino reddidit. iiii. non. iunij. Statimqꝫ a ciuibus vnanimiter ad eum ex deuotione cōfluentibus corpus ad eccleſiam beate marie deducitur: ⁊ a cunctis certatim irruentibus pedes eius cum reuerentia deoſculātur. Eodē die mulier tranen. nomine mundella corporis tactu ſanctiſſimi lumen oculoꝝ triennio ante perdituꝫ recuperauit. Alia mulier biſantia nomine cuius brachium aruerat ſanitatem recepit. Altera etiā alba nomine dolore ventris duduꝫ nimis fatigata: medelā a ſancto cadauere percepit. Sicqꝫ ab archiepiſcopo ⁊ populo corpus pegrini nicolai in ipſa eccleſia honorifice tumulat̄: vbi multis ſignis effulget.

¶ De .ſ. Zacharia monacho. C. LXXXI

Zacharias monachus filius iu abbatis diſcipulus artiſſimam in eremo vitam duxit. Qui rapt⁹ in extaſi a mane vſqꝫ ad horam decimā ad ſe rediens: dixit ſe vidiſſe gloriaꝫ dei: ⁊ tunc fuiſſe dimiſſum: qui etiam palliuꝫ ſuum pedibus conculcans: dixit neminē poſſe fieri monachum: niſi qui ſic animo omnia conculcaſſet: quieuit in pace. iiij. non. iunij. Hec heraclides.

¶ De ſanctis Pergentino ⁊ Laurentino martyribus. Cap. LXXXII.



Pergentinus et laurētinus fratres vterini nobiles ciuitatis arretine paſſi ſunt ſub perſecutione decij ceſaris in eodeꝫ oppido. Cuꝫ enim tyburtius cōſiliarius decij eandem vrbem ingreſſus eſſet: delati ſunt ei predicti fratres: ꝙ populum a deorum cultura ſepararent: Qui illos aduocans: ⁊ primo quidem blanditijs multis hortari cepit: vt a chriſti predicatione deſiſterent. Et quia nobili progenie orti fuerant: eos tūc lenitate mollire cupiens dimiſit. Cū āt adhuc dei martyres conſtantius chriſtum confiterentur: ⁊ populum a ſacrificijs ſubtraherent exhortatiōibus ſuis iterū delati tyburtio tenti ſunt: ⁊ cathonis leuati diuti⁹ fuſtibus cedi iubent̄. Staticqꝫ brachia miniſtroꝝ arefacta obſtupuerūt: ſꝫ orātib⁹ ſcis eiſdē reſtituta ſunt. Quo miraculo multi gentiliū cōuerſi fuerūt ad chr̄m. Tunc iubēte tyburtio ſancti

in carcerem recluduntur: ⁊ per triduum ſine cibo dimittunt᷑. Poſt tres vero dies angelus domini ad eos deſcendit: quos ⁊ celico pane refecit: totuſq; carcer nimia claritate refulſit. Cuſtodes vō velut mortui obdormierūt. Cūq; chriſtiani qui nuper cōuerſi fuerant cum ſorore eorum ꝑgentina ad ſanctos viſitandos eadē nocte veniſſēt: ⁊ cuſtodib⁹ munera detuliſſent: vt illos ad ſcōs itrare ꝑmitterēt: carcerem apertum inuenientes: ⁊ cuſtodes dormiētes ad ſanctos ingreſſi ſunt: ⁊ baptiſmi lauacrum expetebant: eiſq; vt abirent ſuadebant. Scti vero martyres eos baptizandos ad corneliū quendā p̄ſbyterum miſerūt: ⁊ ꝙ nullatenus abire volebant reſponderunt: eo ꝙ ad martyriū feſtinabant. Sicq; illi ad cornelium accedentes baptizati ſunt fere ſexaginta viri. Sequenti die tyburtius hec audiēs: eos eductos ſuper carbones ardentes nudatis plantis ſtare fecit: ſed vterq; ipſorum illeſus permāſit. Tunc ſtatuā iouis adduci mādauit: eoſq; illam adorare ſuaſit. At poſtquā illi orationem fuderunt: idolum in puluerē redactū eſt. Quo miraculo ducenti paganorum conuerſi ſunt ⁊ clamantes chriſtum verum deū furore gentiliū vſq; ad mortē ceſi: ſemiuiui relicti ſunt. Tunc tyburtius iuſſit pergentinū ⁊ laurentinum fratres capitalem ſubire ſentētiam. Quorum corpora pergentina ſoror illorum cum alijs pluribus chriſtianis noctu ſurrepta lōge a ciuitate arretina fere mille paſſibus ſepeliuit. iij. noñ. iunij.

¶ De ſcō Liſardo ɔfeſ. Cap. LXXXIII.

Liſardus preſbyter ⁊ confeſſor ſancti leonardi magni germanus fuit tempore ſancti remigij archiepiſcopi remeñ. ⁊ clodouei regis francorum vt dicet᷑ infra in legēda ſancti leonardi. viij. idus nouēbris. Hic cū beato leonardo fratre ſuo relicta curia reguli ſancto remigio archiepō adheſit: ⁊ ab eodem in ſacerdotij dignitate conſecratus eſt. Poſt hec aſſociatus leonardo aurelianum predicātes verbum domini deuenerunt. Et in quodam cenobio aliquādiu inſimul ſeruientes domino ꝑmanſerunt. Cum aūt liſardus ſup ripā ligeris ſolitariam vitā elegiſſet: ⁊ leonardus per ſci ſpūs admonitionē in aquitania predicare diſponeret: oſculantes ſe ab inuicem diſceſſerunt. Sicq; liſardus omni vite ſue tpe in eodem loco breui tugurio locatus ieiunijs ⁊ contēplationi intentus ꝑſeuerauit. Et. iij. noñ. iunij in pace quieuit. Cuius corpus aureliani tumulatum miraculis coruſcat.

¶ De ſancto Iſaac mar. Ca. LXXXIIII

Iſaac monachus ⁊ martyr apud ciuitatē cordubā paſſus eſt. Qui cum eſſet annorum. xxvij. feruente ꝑſecutiōe: gladio pro fide chriſti necatus cū palma martyrij ad regna celeſtia euolauit. iij. noñ. iunij. Hec hieronymus in martylogio ſuo. Et inde ado.

¶ De ſcō Iſaac p̄ſbytero. Ca. LXXXV

Iſaac antiochene eccleſie p̄ſbyter cōtinētiſſime vite: ⁊ perſpicue ſapiētie clarus fuit. Qui aduerſus neſtorianos ⁊ eutycianos multa ſcripſiſſe dr̄. Antiochene quoq; vrbis ſue excidiū elego metro deploraſſe narrat᷑. Claruit aūt leonis primi temporibus. Hec gēnadius de illuſtrib⁹.

¶ De ſancto Iſaac ɔfeſ. Ca. LXXXVI.

Iſaac abbas ⁊ confeſſor de ſyrie partibus ad ſpoletanā ciuitatē deuenit: ingreſſuſq; eccleſiā a cuſtodibus petiit vt ſibi quātum vellet licentia cōcederet᷑ orādi quod ⁊ obtinuit. Et cum diebus tribus ⁊ ſubſequenibus

noctibus

noctibus indefeſſus oꝛonem cõtinuaſſet: ⁊ hoc vnus ex cuſtodibus cerneret: inſlatus ſuperbie ſpiritu: cepit impoſtoꝛez clamare: qui ſe triduo ante oculos hominũ oꝛare ſimularet Et cũ vir dei alapa percuſſiſſet: repente ſps illũ malignus inuaſit ⁊ ad viri ſci veſtigia ſtrauit: ⁊ ꝙ iſaac inde ipſuz expelleret acclamauit. Cuius tamen vti peregrini nomen adhuc ignoꝛabatur: moxq; vt vir dei ſuper eum incubuit: malignus ſps qui eum inuaſerat abſceſſit. Quo miraculo ciues ſtupefacti virum domini reuerentia habere ceperunt eiq; multa pro edificãdo monaſterio obtulerunt. Ille autem nihil hoꝛum accipiens deſertum locũ repperit ibiq; ſibi humile habitaculuz conſtruxit: multoſq; ibidem diſcipulos congregauit. Hic prophetico ſpiritu claruit: ⁊ miraclis coruſcauit. Die quadam in hoꝛto monaſterii vãgas diſcipulos hoꝛa veſpertina iactare precepit: quod futurum erat ſpiritu dei prenoſcens. Cum aũt nocte ad matutinum cũ fratribus ſurrexiſſet: pulmentum operariis coqui iuſſit: factoq; ſũmo mane ipm ad hoꝛtuz deferri mandauit: vbi quot vãgas iactari fecerat tot laboꝛantes inuenit. Ingreſſi quippe fures fuerant: ſed mutata mente per ſpiritum vangas apprehenderant: ⁊ vſquoq; ſanctus ad eos peruenit hoꝛtum colere non ceſſauerãt. Quos ille clementer ſalutauit pulmento refecit ⁊ de malo propoſito quo venerant redarguit atq; collectis oleribus oneratos remiſit. ¶ Cum quidam ſciſſis pannis obſiti ⁊ nudi ad eum venirent: eiuſq; miſericoꝛdiam poſtularent: ille vnum ex diſcipulis ſilenter vocauit: eiq; precepit: vt ad talem cauã arboꝛem in ſiluaz accederet: ⁊ veſtimẽta ibi reperta deferret. Qui duz iuſſa compleſſet ⁊ veſtes repertas detuliſſet vir dñi ea peregrinis nudis petentib⁹ tribuit. Illiq; recognouerunt que poſuerant pudoꝛe cõſternati: quia q̃ fraudulenter veſtimẽta q̃rebãt aliena ↄfuſi receperunt ſua. ¶ Quidã vir ſe illius oꝛonibus cõmendãs ſpoꝛtas duas alimẽtoꝝ ei per pueꝝ tranſmiſit. Quaꝝ vnaz puer in itinere abſcõdit: alterã viro detulit. Quam ipſe gratãter accepit: ſed pueꝝ admonuit: ne ſpoꝛtã abſcõditam incaute ↄtingeret: qꝛ ſerpẽs in ea ingreſſus foꝛet: puer igiẗ q̃ʒtus exultaſſet ꝙ moꝛtem euaſit: qꝛ tamẽ delictũ eius ꝑpalatũ fuerat ↄfuſionẽ ſuſcepit. Reuerſuſq; ſicut ei abbas dixerat ſerpẽtem in ſpoꝛta inuenit: ⁊ de cõmiſſo penitentiã egit. Hec gregoꝛius tertio dial. cap. xiiii. Sãctus ãt iſaac clarus virtutib⁹ in epi cenobio in domino quieuit.

¶ De. ſ. Quirio epo ⁊ m. C.LXXXVII.



Quirin⁹ epѕ ſciſcianus et martyr tẽpoꝛe diocletiani ⁊ maximiani paſſus ẽ. Qui cũ i eadẽ ciuitate q̃ oppidũ eſt illyrice ꝓuincie a maximo preſide quereret: egreſſus vrbẽ ⁊ fugiẽs cõprehenſus eſt: ⁊ maximo iudici preſentatus. Et cum ſe xpianum libere profiteretur iuſſit eũ fuſtibus cedi. Deinde grauatuz catenis in carcerẽ recludi. Cui nocte oꝛanti diuinus ſplẽdoꝛ illuxit. Quod vidẽs marcellus cuſtos carcerem apuit: ⁊ ↄuerſus ad xpm: ac eius pedibus ꝓſtrat⁹ baptiſma ſacrũ ſuſcepit. Poſt triduũ aũt maximus iudex iuſſit quirinũ ferro vinctũ ad amantiũ ꝓſidẽ ad primã pannonie ciuitatem adduci. Qui iuxta flumẽ danubium amantio de ſcarabatẽſi ciuitate reuertenti ꝓſentaẗ: quẽ ille ad eandem ciuitatem rediẽs illuc adductũ duriſſimo carceri mãcipauit. Cui xpiane q̃dã matrone cibũ potumq; miniſtrabãt. Statiq; vt oblata bñdixit ceciderũt catene de manib⁹ ⁊ pedib⁹ ei⁹: donec mãducaret: deinde a cuſtodib⁹ ad ſabariã citatẽ

adductus amātio preſidi in theatro oblatus eſt. Quem preſes per multa verba ad ſacrificandū ſuadebat. Cūq; quirinus tā eius minas q̄ blanditias contēpſiſſet: iuſſit amantius ad collū eius molam ſuſpēdi: atq; in fluminis ſabari vndam demergi. Cūq; de ponte precipitatus fuiſſet in flumen ⁊ diutius ſupernataſſet cū ſpectātibus xp̄ianis collocutus: ne ſuo terrerentur exemplo: vix orans vt mergeretur obtinuit. Cuius corpus non longe inde repertum in baſilica iuxta ſcarabatem ciuitatis portam principalem poſita a fidelibus ſepultum eſt. Facta vero incurſione barbarorū in partibus illis: chriſtiani inde fugientes corpus martyris abſtulerūt: ⁊ romam baiulantes via apia miliario ab vrbe tertio in eccleſia ad catacumbas deuote depoſuerunt. Ubi aliquando apoſtolorū corpora iacuerant vbi ⁊ corpus ſcti Sebaſtiani martyris cū aliis plurimis requieſcūt. Paſſus eſt aūt pridie noñ. iunii.

¶ De ſcis. xliiii. marty. C.LXXXVIII.

Quadraginta quattuor martyres in ciuitate iconii paſſi ſunt ſub alexandro imperatore. Hi a ſanctis quirico ⁊ iulita conuerſi: cum chriſtū publice p̄dicarent iuſſu alexandri capite ceſi ſunt pridie noñ iunii: ⁊ in eadem ciuitate tumulati.

¶ De ſancto Bonifacio epiſcopo ⁊ ſociis martyribus. Cap. LXXXIX.

Bonifacius archiepiſcopus maguntinus apud friſiam martyrium paſſus eſt. Qui iuſſu ſtephani pape ſcđi pipinum caroli patrem vnxit in rege francoꝝ. Hic de britannia veniens fidem chriſti friſiōibus primus annūciauit: ⁊ multis miraculis nouelle genti nou⁹ p̄dicator coruſcauit. Cūq; maritimā partē friſie xp̄i cultui ſubiecisſet: et ſacro fōte baptiſmatis diluiſſet: a paganis q̄ ſupererāt tētus ⁊ multis affect⁹ iniuriis: tādem gladio peremptus martyrium conſumauit: cū eobanco epiſcopo ⁊ aliis ſeruis dei noñ. iunii.

¶ De ſcō Bonifacio ep̄o ⁊ m̄r. Cap. XC.



Bonifacius archiepiſcopus boſneñ. ⁊ martyr conſanguineus othonis tertii imperatoris fuit. Qui ſibi admodū dilectus liberalibus inſtructus ⁊ muſic⁹ gratioſus: adhuc in ſeculo deo deuotus erat. Et dū eccleſiam ſancti martyris bonifacii ſui nomine frequentaret: optabat ſe illius exēplo martyrem futurum. Tandem relicto ſeculo habitum ordinis camalduen̄. accepit: ⁊ ſancto romualdo abbati eius ordinis fundatori adheſit: cuius diſcipulus effectus ſanctiſſimam vitam pluribus ſecū annis egit. Demum ad martyriū flagrās a ſede apoſtolica predicandi gentibus licentiam impetrauit: ⁊ conſecratus archiepiſcopus ad gentes boſne euangelizandas acceſſit qui ceteris conſociis equitantibus nudis pedibus incedebat. Et cum alias bis ſolum in ſeptimana dominica ſcilicet die ⁊ quinta feria cibum ſumere conſueuiſſet: tunc pro labore itineris tantum ſibi indulſit: vt quotidie medio pane ⁊ aqua modica reficeretur: diebus dominicis ⁊ feſtiuis addens poma vel arborum radices vix coctas. Qui etiā poſtq̄ eſt in archiepiſcopatus conſecratus officium monaſticum iure profeſſionis ⁊ canonicū iure conſecrationis quotidie bis dicebat. Ueniens autem ad montes ⁊ pedes ire non valens nudis plantis ⁊ cruribus equitabat: ⁊ in partibus illis frigidiſſimis adeo frigus intolerabile ſepius ſuſtinebat vt aliquando pedem a ferro ſubherente diſiungi non poſſet: niſi aqua ca-

lida ſubueniret. ¶ Ueniens igitur ad boſnas gentiles verbum domini feruentiſſime predicabat. Sed videns ſe modicum proficere: ad rutenorum regem deuenit: ibiqꝫ chriſtum annunciare cepit. Rex autem illum pannoſum inſpiciēs: putabat: ꝙ ſpe conquirende pecunie hec ſimulate confingeret: eiqꝫ munera promiſit: ſi a premiſſis deſiſteret. Ille vero pontificalibus precioſe indutus coram rege ſtetit: quem adhuc rex magis ſimulatorem extimauit. Eidemqꝫ ſpopondit: vt ſi epiſcopus per ignem inuſtus incederet: ipſius fidei adhereret. Moxqꝫ ignem copioſum accenſum epiſcopus aqua benedicta conſperſit: et pontificalibus indutus per ipſum ſecurus tranſiuit. Ita vt nec pilus aduſtus in veſte: nec odor fumi in carne quid apparuit. Quo miraculo rex cum populi multitudine infinita conuerſus et baptizatus eſt. Cupiebatqꝫ regnum filio dimittere: et bonifacio adherere. Fratrem autem ſuum nolentem fidem chriſti ſuſcipere abſcente archiepiſcopo occidit. ¶ Cum autem bonifacius ad alterum regis fratrem longa poſitum iuiſſet: vt ei chriſtum predicaret. Ille archiepiſcopum tenuit: et in conſpectu ſuo et plurimorum decollari fecit. Statimqꝫ ipſe regis frater exceca tur: et tā ipſe ꝙ oēs aſtantes intantū ſenſuꝫ amiſerūt: ꝙ ſicut lapides imobiles et oīno inſenſibiles pſiſtebāt. Rex aūt hoc audiēs illuc cū multis acceſſit: vt frēm occideret: ſed cum mirā dei vltionem vidiſſet: orauit chriſtum: vt omnes illi ad ſenſum et loquelam redirent: eo pacto ꝙ ſi conuerti vellent eis iniuria necis ſancti viri remittatur: ſin autem cūcti gladio trucidantur. Factaqꝫ oratione tam regis fratri ꝙ ceteris ſenſus reſtitutus eſt. Qui baptiſmo ſuſcepto ſancto martyri triumphale ſepulchrum et eccleſiā conſtruxerunt.

¶ De ſancto Bonifacio epiſcopo carthaginenſi. Cap. XCI.

Bonifacius epiſcopus carthaginenſis claruit tempore zenonis imperatoris vt ait ſigibertus. Qui ſanctitatis culmine et ſapientie lumine admodum effulſit: Libroſqꝫ plurimos ad diuerſos conſcripſit: videlicet de predeſtinatione: De continentia coniugatorum poſt votum: De virginitate et humilitate: De oratione et compunctione: Scripſit et ſermones elegantes precipue: De natiuitate domini: Et de ſolēnitate ſancti ſtephani protomartyris. Et virtutibus inſignis migrauit ad chriſtum.

¶ De ſanctis Nicādro et Martiano martyribus. Cap. XCII.

Nicander et martianus martyres vigente perſecutiōe paganorum in ciuitate atina a maximiano pſide cōprehenſi cū ſacrificare nollent primo diebus. xx. in carcere detenti et afflicti ſunt. Deinde ad decollandum iubentur adduci. Tunc vxor nicandri iuuenis puella virum exhortans vt in chriſti confeſſione maneret immobilis detēta eſt a paganis: martyres autem domini ligatis duobus orarijs ante oculos eoruꝫ decollati ſunt: vxor autem nicandri poſt dies. iij. etiam ipſa in confeſſione fidei capitalem ſententiam ab eodem accepit iudice. Cuius autēz venephrani corpus ſci nicandri in eorum vrbe: ciues vero atinates corpus martiani in eorum oppido collocarunt. Paſſi ſunt enim in territorio inter ipſas duas ciuitates poſito non. iunij.

¶ De ſcō Philippo diacoñ. Cap. XCIII.

Philippus diacōus de. vij. pmis ab aplis electus ē: vt habeť act. vi. et cū ſtephāo prothomartyre ordinatus eſt. De ꝗ pluria i actib⁹ aploꝝ ſcribi ē. Nā et ſamarie pdicauit: et ſimonē magū baptizauit. Cādacis etiā eunuchū regine

ethiopum ad xp̄i fidem conuertit et ſacri
baptiſmatis vnda perfudit: multiſq; ciui
tatibus donec veniret ceſarea nomē dn̄i
ieſu xp̄i euangelizauit: vt habet̄ act. viij.
veniens autem ceſaream multis ibidem
miraculis claruit. Habuit enim. iiij. filias
virgines ſacratiſſimas ꝑ quas deus mul
titudinem virginū lucratus eſt. Hic inter
cetera vt ait papias ep̄us hieropolitanus
mortuum quēdam per eaſdem eius quat/
tuor filias ſibi oblatū a mortuis ſuſcitauit.
Deinde ordinatus eſt ep̄s in thracia ſcy/
thia: vt tradit abbas dorotheus. Et poſtq̄
in eccleſia ſua ſibi cōmiſſa annis pluribus
predicaſſet reuerſus ceſaream in pace dor
miuit octauo idus iunij: vbi ⁊ ſepultus q̄e
ſcit. Et iuxta ipſum tres ex predictis filia
bꝰ ſuis iacēt. Quarta vero ephesi dormit.

¶ De ſanctis Artemio cādida ⁊ Pau-
lina martyribus. Cap. XCIIII.

ARtemius cādida vxor eiꝰ
⁊ paulina virgo eorum filia
mres rome paſſi ſt̄ ſub dio
cletiāo iudice ſereno. Hi a
ſcō petro exorziſta conuer
ſi ſunt: cum apud eundem
artemium in carcere detineretur: poſt-
quam prefata paulina ab obſeſſione ma/
ligni ſp̄s per eundem petꝝ liberata eſt q̄
oēs cum alioꝝ multitudine carceratorum
a ſcō marcellino presbytero baptizati ſūt
vt ſupra dictum eſt in paſſione marcellini
⁊ petri. iiij. non̄. iunij. Poſtq̄ autem mar
cellinus ⁊ petrus a ſereno decollati ſunt
vt ibidem dictum eſt: ⁊ prefatus artemi/
us cum vxore ⁊ filia a paganis detenti: ⁊
in carcere iubente ſereno diebus pluri-
bus vincti fuerunt. Tandem cum in chri
ſti confeſſione conſtantes perſiſterent da
ta ſuper eos ſentētia artemius gladio ne
catus eſt. Candida vero ⁊ paulina lapidi/
bus obrute ſunt. Quoꝝ corpa chr̄iani ra-
piētes via aurelia vbi ⁊ iterfecti fuerant:
cū reuerētia collocarūt octauo idus iunij.

¶ De ſcīs vigīti martyribus. Ca. XCV.

VIginti martyres apud tar/
ſum cilicie temporibus dio
cletiani et maximiani ſub
iudice ſimplicio paſſi ſunt.
Qui ꝑ diuerſa ſupplicia de
um glorificauerūt in corpo
ribus ſuis. Quorum corpora apud hippo/
nem ciuitatem aphrice tranſlata ſepulta
cuſtodiūtur: vt dicit Auguſtinus. xxij. de
ciuitate dei: vbi ⁊ refert ꝙ dum quidam
florentius ſenex ⁊ pauper qui veſtē ami-
ſerat: nec vnde aliam emeret habebat: ad
horum martyrū memoriam oraſſet: q̄-
tenus eius inopie ſubuenirent confiſus
de virtute ſanctorum in littore piſcem ma
gnum palpitatem repperit: quem ſcin/
dēs in eius ventre anulum aureum cum
lapide precioſo inuenit. quē tanti vendi-
dit ꝙ inde ſe honorifice veſtiuit: ⁊ marty
ribus gr̄as egit. Quoꝝ paſſio colitur. viij.
idus iunij.

¶ De ſcō Uincentio. ep̄o. Cap. XCVI.



Uincēti/
us ep̄s meuie ciuita-
tis tētus a q̄dā capito
lio rectoꝛ tuſcie q̄ epi
ſcopos xp̄ianos ferro
victos puſi congrega
uerat puniēdos cū fra
ter ſuo benigno dia/
conꝰ adductus ē ad tēplū martis vt diis i/
molaret. Cum aūt oraſſet oia idola ſubuer
ſa ſunt: ⁊ demones vlulātes exeūtes: mul
toſq; paganorū cedētes ſexcentos ex eis
vberibꝰ occiderūt: omneſq; xp̄ianos qui
ferro vincti erāt xp̄i virtute cōpulſi ſolue/
runt. Quo miraculo plurimi gentiliū fidē
perceperūt: inter q̄s quidā mauertius co
mes prius crudeliſſimꝰ q̄ ⁊ de vicinis lo/
cis epiſcopos cōgregauerat cōuerſus eſt.
Cum autem chriſtiani cum epiſcopo ad
locum alium ſe transferentes pſallerēt:

miſit capitolinus ⁊ inde ſublato vincētio
ceteros gladio occidi fecit. At extaſius q̄
daʒ religioſus corpus benigni diaconi ex
ceteris rapiens non lōge a portulio ſepe-
liuit cal. maii. ¶ Poſt dies aliquot capito
linus ꝑductum vincentiū ⁊ diutius tortū
atq̄ lapidibꝰ contuſum diſtentū in equu-
leo ⁊ flāmis aduſtū carceri mācipauit vbi
ianuis diuinitus patefactis lux celica ſibi
refulſit. Qđ preſes audiēs iuſſit eū in ma-
re mergi: qui in equore miſſus ab angelo
ad litꝰ reductus eſt. Vñ ⁊ qui eū demer-
ſerāt hoc cernētes ꝯuerſi ſunt: ⁊ vſq̄ ad
ciuitatē ſuam meuiā illuʒ humeris repor
tarunt. ¶ Interea mortuo capitolino a
porphyrio eius ſucceſſore detinet̄: feriſq̄
ſubiicit̄. Sʒ ab eis minime leſus in fouea
aque maxima necari iubet̄. Vex aperiēs
ſe terra aquas obſorbuit: ⁊ .xviii. fugiētes
aq̄s deglutiuit. Vincētius vero ad cellaʒ
ſuam rediit: ⁊ ſubſeq̄nti die dñico celebra
ta miſſa corā populo ſpiritum emiſit. viii.
idus iunii. Cuius corpus matrona quedā
luceria a gentilibus precio redemptuʒ: q̄
illud rapuerant exurēdum: in predio ſuo
qui vocatur campus ſalutis ſepeliuit: in-
ter portulium ⁊ leuaniam miliario ab vr
be .xliiii. vbi ⁊ iacet miraculis clarens.

¶ De ſancto Paulo epiſcopo ⁊ marty-
re. Ca. XCVII.

Paulus epiſcopus conſtanti
nopolitanꝰ ⁊ martyr ſub cō
ſtantio imperatore martyri
um paſſus eſt. Qui ob defē
ſioneʒ catholice fidei ab eo
deʒ imperatore arriano de
ſede ſua eiectus ⁊ apud quandam ciuita-
tulā in cappadocia cucuſaʒ nomine exilio
impulſus arrianorū inſidiis grauiter ſtrā
gulatus ad celeſtia regna migrauit. vii.
idus iunii. Hic ſapientia ꝑclarus: vt non
ſolū ſue patientie exēplo: ſed etiaʒ ſermo
ne ceteros ad tolerātiam confirmaret: de
patientia libellum edidit: vbi ⁊ de peni-
tentia tractās docet penitentē ſic pro pec
catis dolere debere ne ſupra mēſuraʒ tri
ſtis periculū deſperationis icurrat. Tāto-
q̄ lepore ⁊ rationū ſuaſione paciētes ad-
uerſa ad ꝯſtantiā ⁊ animoſitatem inducit
vt expreſſius docere videatur: q̄ vere bea-
ti qui perſecutionem patiunt̄ propter iuſti-
tiam. Hec in martyrologio adonis.

¶ De tranſlatione ſancti Seruatii epiſco
pi. Ca. XCVIII.

TRanſlatio corporis ſci ſer-
uatii facta eſt tēpore eldonis
filii hērici regis francorum.
Cū enim eius eccleſia apđ
traiecteñ. ciuitatē fabricata
eēt tempore caroli regis: miſit idē carolꝰ
venerandū virum noīe viligiſum ad re-
ſtaurandū ea que in ipſa ecclīa defeciſſēt.
Cui ꝑ noctem dormiēti ſanctus ſeruatius
aſtitit: ſeq̄ de tellure leuari mādauit. Qđ
cum viligiſus ep̄o nunciaſſet: indicto tri-
duano ieiunio cūcto populo: apertoq̄ ſe-
cretario ſubterraneo: inuentus eſt ſarco-
phagus marmoris ꝑcioſi: in quo corpus
ſacrū eē putantes: illud aperuerūt ⁊ nihil
in eo reperiētes ad mortē contriſtati ſūt.
Sequēti vero die ſuperioris oratorii monu
mentū reſerarunt: vbi ⁊ corpus bti ſerua-
tii inuenerūt: quod tñ illuc ignorabat̄ trā
ſlatū. Erat aūt corpus oīno integrum ⁊ in
nullo penitus corruptū: veſtes quoq̄ oī-
no illeſe: cū pontificali baculo ⁊ claue ar-
gentea ſibi a ſancto petro rome ꝑ viſū tra
dita: vt in eius legenda ſupius dictuʒ eſt.
iii. idus maii. Ex tumulo quoq̄ hoc odor
mirificus exhalabat. ¶ Dum aūt corpus
leuare vellēt: membra ſingula inſtar can-
dētis ferri trāſfigurata cernunt̄: quod i lo
culo argēteo ei preparato ſupius exaltat̄:
hicq̄ imenſa totū ſanctuariū circūfulſit.
Que cū rex carolus audiſſet: traiectū ve-
nit: ⁊ ibidē paſcha dñi celebrauit: vbi ⁊ in
finita miracula oſtenſa ſūt. ¶ Poſt aliqđ
vero tp̄s heldo filius henrici regis franco

rum ad inſtantiam matris regine corpus ſancti ſeruatii ſumma deuotione ſaxoniã tranſtulit: ⁊ in baſilica nomini eius cõſtructa locauit. Sed cũ omnia traiectenſibus ciuibus ad infortuniũ cederent: ipſiq; abſentie ſancti corporis hoc aſcriberent: miſerunt quoſdam qui de partibus ſaxonie corpus furãtes traiectũ retulerũt. In cuius trãſlatiõe miracula multa ⁊ ſigna de⁹ oſtendit. Que facta eſt. vij. idus iunij.

¶ De ſcõ Medardo epo. Ca. XCIX.



Medardus eps claruit tẽpore clodouei regis francoꝝ. Hic ꝓgenit⁹ pre noie tardo de forti genere frãcoꝝ matre vero protbagia romana: cum adhuc puer ad ſcholas iret: ⁊ tunicam quã ſibi mater fecerat: ad artificem cõponendã deferret: inuento a ſe ceco tunicã prebuit. Cibum etiã ei traditũ pleruq; pauperib⁹ diuiſit: ipſe ieiunus ꝑmãſit. Etate quoq; puerulus ſpũm ꝓphetice ſe habere demonſtrauit. Nam cũ eẽt in tornaco puero cõſocio in ſcholis predixit: q poſt annos. xxx. futurus eẽt eps: ⁊ vt ꝑdixerat ſic euenit. Fact⁹ aũt preſbyter multa miracula oſtẽdit. Cũ enim quadã nocte fur eius vineã introiſſet: ⁊ vuas exportãdas ꝑcidiſſet: nec ex ipſis guſtare: nec inde valuit ſe mouere: donec mane repertus a medardoq; ſolutus inde ꝯfuſus receſſit. ¶ Alius quoq; nocte eius mela diripiens: ⁊ oues exportãs dũ abire vellet: ab apum examine in horto mellificãte faciẽ eius artante adeo punctus ⁊ oppreſſus fuit: q nullatenus exire potuit: donec veniẽte viro dei latro ꝑdã depoſuit ⁊ medardus eũ liberauit. ¶ Clotharius rex in frãcos exercitũ mouit: qui cuncta in villa ⁊ agris diripiens dũ ad ſolenciacum villam ſancti medardi veniũt: inde ſe mouere nequiuerũt: donec cũcta que ꝑdati fuerant dimiſerũt. ¶ Porcarii etiam ſui a quibuſdam ſeducti porcos ad remotũ vſq; locũ aſportãtes: mane apud cellam viri ſancti cum porcis inuẽti ſunt: ⁊ de cõmiſſo penitentiã egerũt. ¶ Deinde factus eſt eps nouioeñ. ⁊. xv. annis epiſcopatum gubernauit: vitãq; laudabilem ducens ſignis effulſit. Inter que tonſorem quẽdam a demonio vexatum mirabiliter liberauit. Poſt obitum aũt ſancti eleutherij epi tornaceñ. medardus ad ſedẽ illius trãſlatus eſt: ⁊ ſedit annos quatuor. Qui quãti meriti apud deũ fuerit: oſtenſuz eſt: cum in eius obitu celi aperti ſunt: atq; circum diuina micuerũt luminaria. Pluuia etiam aquaꝝ calidarũ in terram defluxit. Quieuit in pace. vj. idus iunij. Sepult⁹ in eccleſia ſua miraculis coruſcãs inſignib⁹.

¶ De ſcõ G[illegible]dardo epo. Ca. C.

Gildard⁹ eps rotbomageñ. frater prefati ſancti medardi epi fuit. Qui ãbo gemelli vno ⁊ eodẽ die nati: videlicet. vj. idus iunij: ⁊ vno ⁊ eodem die euolutis annis ambo epi conſecrati ſunt videlicet ſexto id⁹ iunij. Alt̃ i eccl'ia nouioñ. alt̃ i eccl'ia rothomagẽ. iterũq; poſt lapſũ ãnoꝝ eodem ipſo vnico die ãbo a ſeclo abſoluti ſũt. Floruit aũt gildardus tpe quo ſupra dictũ eſt ⁊ plenus virtutibus in domino eodẽ ipſe die quo ⁊ frater medard⁹ feliciter obdormiuit: videlicet ſexto idus iunij. Sepult⁹ eſt in eccleſia rothomageñ. vt dicit frater vicẽtius in ſpeculo hiſtoriali.

¶ De ſanctis Primo ⁊ Feliciano martyribus. Cap. CI.

Primus ⁊ felician⁹ martyres paſſi ſunt in ciuitate numentana miliario xiiii. ab vrbe ſub diocletiano ⁊ maximião auguſtis preſide aũt ꝓmoto.

Di cum eſſent in vrbe roma apud imꝑatores a temploꝝ pontificib⁹ accuſant̃: ꝙ niſi eos ſacrificare fecerit nulla a diis ſuis reſponſa obtinere volebūt. Juſſu igit̃ imꝑatoꝝ capti in carcere recludunt̃: ſed ab angelo ſoluti poſt dies aliquot iterū eiſdem p̄ſitat̃. Quos iuſſerunt ad phanū herculis adduci: ⁊ niſi ſacrificarēt a militib⁹ tormētis affligi. Ducti igit̃ ad tēplum cū imolare ꝯtēnerent virgis diutius ceſi ſunt. Tūc imꝑatores illos ꝓmoto p̄ſidi ciuitatis numentane tradiderūt acriter puniendos. Quos milites ferro vinctos iuxta foꝝ ipſius oppidi in carcere poſuerūt. Poſt dies vero multos iuſſit p̄ſes eoſdē ſibi p̄ſitari ⁊ ſacrificare ꝯtēnentes abinuicē ſeparari. Dicebatq; feliciano vt ſue ꝯſulens ſenectuti diis imolaret. Qui ſe annoꝝ .lxxx. eſſe aſſeruit ⁊ annos .xxx. elapſos ex quo veritatē agnouit: vnde p̄elegerat deo viuere: qui ipm poterat de manibus p̄ſidis liberare. Quē iuſſit ꝓmotus ad ſtipitez ligari: ⁊ clauos in manib⁹ eius ac pedibus affigi. Et cū leto vultu p̄ſiſteret mādato p̄ſidis ibidem felicianus torquet̃: ⁊ triduo in eodē ſtipite cōfixus dimittit̃: ⁊ neq; panis neq; aqua eidem miniſtrat̃. Dehinc poſitus in cuſtodia detinet̃. ¶ Poſtmoduz p̄ſes primuz adduci fecit: eiq; ſuadendo aſſeruit: ꝙ frater ſuus felicianus imꝑatori conſentiens magnus in palatio venerabat̃. Cui primus r̄ndit: ꝙ filius diaboli verū dixiſſet: eo ꝙ felicianus imperatori celeſti conſenſiſſet. Tunc iratus ꝓmotus iuſſit eum in equuleo ſuſpēdi ⁊ latera illius facibus incendi. Deinde in lecto deponi: ⁊ plumbum bulliens in os eius infundi: p̄ſente feliciano vt terreri poſſet. Ipſe vero plūbaz tepefactū vt aquā ſuauiter bibit. Tūc iuſſit eos in amphitheatruz duci ⁊ duos imaniſſimos leones eis dimitti. Qui ad eoꝝ pedes p̄ſtrati vt agni māſueti ſteterunt. Rurſus ⁊ vrſos ferociſſimos eis iuſſit laxari: q̄ ⁊ ipſi cū leonib⁹ māſueuerūt. Aderant ad hoc ſpectaculuz ex vicinis vrbibus pluſq̃ duodeciz milia hominū. Ex quibus .M.D. cōuerſi ſunt ad xp̄m: p̄ſes vero hec cernēs ſanctos ex amphitheatro mādauit educi: ⁊ ibidez gladio capite trūcari: ⁊ eoꝝ corpora canib⁹ rodēda dimitti. Que dei virtute neduz a beſtiis ⁊ auibus: ſed etiā a muſcis intacta ꝑmanentia a xp̄ianis collecta ad arcus numentanos iuxta harenariū ſepulta ſunt: vbi ⁊ perſecutiōe ſedata eccl'ia in eoꝝ noīe fabricata eſt: miliario .xiiii. ab vrbe. Paſſi ſunt autē circa ānuz dn̄i .cclxxxvij. q̄nto id⁹ maij.

¶ De ſcō Maximiano ep̄o. Ca. CII.

Maximianus ep̄s ſyracuſanꝰ vita ⁊ miraculis claruit t̄pe btī gregorij pape. Fuitq; primo abbas monaſterij in quo beatus gregori⁹ monachus fuit. Poſtmodum electus in ep̄m ſyracuſane ciuitatis. Qui duz adhuc abbas eſſet: ⁊ cū quibuſdā frībus de conſtātinopoli ad vrbē rediret: in mari adriatico nimia tēpeſtate deprehēſus in exiſtimabili ordie atq; miraculo dei irā cognouit ad gratiā. Naz cū ventoꝝ nimietatib⁹ eleuati fluctus ſeuirēt: ex naui claui ꝑditi: arborq; ſciſſa eēt: vela in vndis ꝓiecta: totūq; vas nauis quaſſatū nimiis fluctib⁹ a ſua erat iam cōpage diſſolutum: rimis itaq; patientibus intrauit mare atq; vſq; ad ſuꝑiores tabulas impleuit nauē: ita vt non tam nauis inter vndas q̄z vnde intra nauim iam eſſe viderent̃. Tūc in naui reſidentes nō iam ex morte vicina: ſed ipſa eius p̄ſētia ac viſione turbati: oēs ſibimet pacē dederūt ⁊ corp⁹ domini acceperūt: eorūq; aīas domino cōmendabat: quoꝝ corpora in tā pauēdam mortē tradiderat. Sed omnipotēs deus meritis ſancti viri eos mirabilius ſeruauit. Nam dieb⁹ octo nauis vſq; ad ſuperiores tabulas aquis plena: iter ſuum peragens enatauit: nono autem die in portū cotroneñ. caſtri dedu

cta eſt: ex qua omnes incolumes exierãt. Cũqȝ poſt omnes maximianus eẽt egreſſus in eiuſdem portus ꝓfunduȝ nauis demerſa eſt: acſi illis egredientib⁹ pro pondere ſubleuatione caruiſſet. Et que plena omnib⁹ in pelago aquas portauerat: atqȝ natauerat: maximiano cuȝ ſuis fratribus exeunte aquas ſine hoibus in portu portare nõ valuit. Poſt hec ſanct⁹ dñi ad epiſcopalem ſedeȝ ſublimatus virtutib⁹ pluri͂mis glorioſus in pace quieuit. v. idus iunij. Hec grego. iij. dial. ca. xxxvj.

¶ De ſcõ Maximino epo. Ca. CIII



Maximinus epus fuit vnus ex lxxij. chriſti diſcipulis. Cui poſt aſcenſionem chriſti apoſtolis per diuerſa terraruȝ loca ad predicanduȝ euntib⁹: beatus petrus apoſtolus ſpãliter cõmendauerat mariã magdalenam ſicut ⁊ mater domini ioãni euãgeliſte ab ipſo chriſto fuerat commendata. Cum igitur poſt lapidationẽ ſtephani iudeorum perſecutio in diſcipulos ebulliret: vt habetur actuũ. vij. Judei magdalenam ⁊ martham cũ marcilla eius pediſſequa lazarum maximinũ ⁊ celidoniũ: qui fuerat cecus a natiuitate: ⁊ alios plures nauicule impoſitos ſine remo vel remige mari expoſuerunt: vt ſic in vndis necarentur: vt dicet̃ infra in legenda magdalene xi. cal. auguſti. Qui deo duce omnes incolumes maſſiliã applicuerunt: vbi predicãte maria: ⁊ omni populo ad deum cõuerſo: lazarum epm maſſilie conſtituerunt: vniuerſamqȝ ꝓuinciã conuerterũt. Beatus vero maximinus rexit eccleſiã aquẽ. verbo ꝓdicationis vacans: ⁊ miraculis coruſcans annis fere. xl. Ipſe quoqȝ dilecte ſue filie magdalene die obitus eiuſdem ſacra myſteria tradidit: eãqȝ in eius eccleſia ante altare defunctam honore debito tumulauit. Poſt cuius obitũ annis quiqȝ ſuperuixit. Et poſt hec in xp̃o quieuit. iiij. idus iunij. Sepultus in monumẽto quod ipſe ſibi conſtruxerat iuxta corpus beate magdalene. In quo loco proceſſu temporis repta ſunt corpora magdalene ⁊ marcille maximiani ⁊ celidonij ⁊ honorabili⁹ tumulata.

¶ De ſcõ Celidonio epo. Ca. CIIII.

Celidonius eps vel ſidoni⁹ fuit ille cecus a natiuitate: quem dñs lutum ex ſputo faciens: ⁊ oculos liniẽs illuminauit: vt habet̃ Joan. x. Qui ⁊ ab aliquib⁹ di͂ fuiſſe vn⁹ ex ſeptuaginta duobus xp̃i diſcipulis. Siue aũt ex numero illoꝝ fuerit ſiue nõ: planũ habet̃ ex chronicis ⁊ geſtis diſcipuloꝝ: ꝙ xp̃i diſcipulus fuit: ⁊ poſt aſcenſionẽ dñi ab apoſtolis baptizatus ſancto maximino ſpãlit̃ adheſit. Unde ⁊ vt dictũ eſt: cũ eodem ⁊ lazaro atqȝ ſororib⁹ eius nauicula impoſitus a finib⁹ iudeoꝝ expulſus fuit. Poſtq̃ȝ aũt prefati ſancti ꝓuinciã ꝓuincie ad quã deo duce applicuerant: ad xp̃m cõuerterunt. Et poſtq̃ȝ beatus lazarus maſſilie ⁊ beatus maximin⁹ aquis epi ordinati ſunt ipſe in miniſterio maximini aquẽſ. ciuitati permanſit: ⁊ eiuſdem ꝑdicatiõis coadiutor fuit: vbi ⁊ poſt dies multos in pace quieuit: ⁊ iuxta magiſtrum reconditus iacuit: vt ſupra actum eſt.

¶ De ſanctis baſilide Tropode ⁊ Mandalo ꝯfeſſore. Cap. CV.

Baſilides tropus ⁊ mandalus affectu martyres: actu vero cõfeſſores tꝑe aureliani imꝑatoris apud ciuitatẽ aurelianã claruerũt. Cum enim baſilides eẽt officialis platonis prefecti in partibus orientis: chriſtus eidem apparuit: ⁊ xp̃ianum in miniſterio gẽtilis eẽ nõ debere dixit: eidẽq; vt renunciaret

officio mãdauit. Ueniens ergo baſilides ad p̄fectum petijt ab eo licentiã: vt parentes ⁊ affines ſuos reuiſere poſſet in ciuitate aurelia: que erat in italia: conſiſtẽtes: eo q̄ ãnis .xxv. in officio prefecture fideliter ſeruiſſet: ꝓmittens ſe vſq̄ ad annuz reuerſurũ. Prefectus aũt eius fidelitatez attendens nõ ſoluz vnius anni ſed biẽnij licentiã gratãter cõceſſit. Reuerſuſq̄ ad locũ vbi ei chriſtus apparuerat: ipſuz iterꝫ ſe expectantẽ inuenit. Cui cuz baſilides que fecerat: enarraſſet: vt cãm deſerendi officij inueniſſet mandauit ei dñs: vt ſocios ſuos tropodẽ ⁊ mãdalon ſecum aſſumeret: ⁊ ad littus accedentes diuinã ſibi naiculam inuenirẽt. Qui cuz iuſſa dñica cõpleuiſſet: ac oĩa ſocijs ambobꝰ rettuliſſet; omnes vnanimiter relinquẽtes cũcta que habebant: ad littus deuenerunt: ⁊ nauiculam paratã inueniũt: in qua erat ipſe chriſtus gubernator: ⁊ angeli remigãtes: qui ad pedes ſaluatoris ꝓcidens nauiculam intrauerunt: ⁊ celico ab angelis pane refecti vnius noctis ſpatio mare tranſfretantes ad portũ ciuitatis aurelie: que eſt in finibus italie ꝑuenerũt: ⁊ miliario .viij. ab ipſa vrbe in terrã deſcenderunt. Cum aũt vrbi p̄dicte appropinquãtes audiuiſſent: qualiter aurelianus imꝑator chriſtianos ꝑſequebat̄: ad ciuitatẽ ire formidantes: dño ieſu xp̄o qui eoꝝ dux ⁊ nauta fuerat ſe cõmendabãt. Quibus iterũ chriſtus apparuit: eoſq̄ per angeloꝝ miniſterium pane ⁊ aq̄ refecit. Et poſtq̄ comediſſent: obdormierunt. Mane vero ſe excitãtes ad ipſum locũ vbi ⁊ de naui exierant: videlicet in ipſo ſe littore inuenerũt: Et orauerunt ad xp̄m vt animas eoꝝ in pace ſuſciperet: eadẽq̄ hora ſpũm emiſerũt .iiij. idus iunij. Quoꝝ corpora ibidem ſepulta ſunt: ⁊ eccleſia fabricata: vbi ⁊ miraculoꝝ beneficijs eluceſcunt.

¶ De ſanctis Getulio ⁊ Amantio ⁊ ſocijs martyribus. Ca. CVI

GEtulius: cerealis: amantius: ⁊ primitiuꝰ rome ſub hadriano principe martyrium paſſi ſunt. Cum eniz getulius doctiſſimus in fide xp̄iana multos erudiret cerealis vicarius ab imperatore hadriano ad eũ tenẽdum miſſus eſt: qui eum legentẽ ⁊ docentẽ repperit. Fuerat aũt cerealis cũ fratre getulij primitiuo amiciſſimus amãtio cuidam tribuno: qui xp̄ianus effectus officiũ dimiſerat: ſed ob metũ hadriani latebat. Sanctꝰ aũt getulius cereali amantiũ declarauit: ⁊ ip̄m ad eũ adduxit. Quẽ cerealis aſpiciens gauiſus eſt ſumma letitia: ⁊ ab eodem in fide xp̄i edoctus: ad ſanctũ ſixtum papam primũ adducit̄: ⁊ ab ipſo cerealis baptizat̄. Que cum hadrianus intellexiſſet miſit liciniũ conſularez vt eos puniret. A quo beati getulius ⁊ primitiuus frater eius cũ cereali ⁊ amãtio tenti ſunt. Qui p̄mo grauiſſime ceſi: deinde diebꝰ .xxxvij. in carcere clauſi: deinde igni traditi ſunt. Cum autẽ cerealis amãtius ⁊ primitiuꝰ ſpũm emiſiſſent: ⁊ getulius in igne adhuc ſupuiueret fuſtibus illiſo capite ꝑcuſſus martyriũ conſumauit. Qui paſſi ſunt in fundo capolis: via ſalaria miliario .xiij. ab vrbe. Quoruz corpora ſimphoroſa vxor getulij martyris in predio ſuo in eodem loco poſito ſepeliuit quarto idus iunij.

¶ De ſcõ Barnaba ap̄lo. Ca. CVII



Barnabas apoſtolus q̄uis de .lxxij. diſcip̄lis fuerit: q̄tũ cum paulo in gentibus p̄dicatiõis officiũ ꝓmeruit iccirco ſicut ⁊ paulus apoſtolus dictus fuit. Hic ex tribu leui cyprius genere ab hiſtoria actuũ apoſtoloꝝ in multis extollit̄ ⁊ laudatur. Hic enim de primis diſcipulis fuit: qui agrum

vendidit ⁊ preciū poſuit ante pedes apo-
ſtoloꝝ: vt habetur act. iiij. Pauluꝫ nouiter
cōuerſum primus in hieruſalem ad apo-
ſtolos duxit: vt habet̄ actuū. ix. Antiochiā
ciuitatē tunc per maximā ad cōuertēduꝫ
accepit act. xi. Ipſe cum paulo in gētibus
vt dictū eſt vocatione ſpūſſancti apoſtola
tum ꝓmeruit act. xiij. Et cuꝫ eodem poſt
modum vt ibideꝫ ſequitur: inter gentes
verbi gratiā ſeminauit. Cum aūt ioannes
diſcipulus eorū cognomine marcus eos
reliquiſſet: redeunti ⁊ penitentiā barna-
bas indulſit: ⁊ iterū in diſcipulum aſſum
pſit. Paulus vero ipſm iteruꝫ recipere re-
nuit: ⁊ ideo inter eos ſeparatio facta fuit.
Vterqꝫ enim ex pia cā ⁊ recta intentione
fecit: ꝙ eniꝫ barnabas ipſum aſſumpſit:
hoc fecit ex dulcedie miſericordie: ꝙ pau
lus illum aſſumere noluit: hoc fecit ex fer
uoris rectitudine. Sic dicit glo. actu. xv.
Illa aūt ſeparatio facta eſt non ex cōmo-
tione vitij: ſed ex inſtinctu ſpiritusſancti:
vt ab inuicem ſeparati pluribus predica-
rent ſicut poſtea factum eſt. ❡ Cū aūt eēt
barnabas in iconio ciuitate cuꝫ predicto
ioāne cognomine marco vir quidam ſibi
ſplendidus apparuit: eūqꝫ in chriſto con-
fortans marcū ideſt excelſuꝫ nominauit.
Eadēqꝫ nocte dn̄s barnabe ſe reuelauit:
eūqꝫ ad agonē martyrij exhortans eterna
ſibi premia promiſit. Qui mane viſiones
ſuas ſibi mutuo retulerunt: ⁊ ſuper ipſis
ſilentium impoſuerunt. Cum aūt paulus
⁊ barnabas in antiochia predicaſſent an-
gelus domini paulo apparuit: ⁊ cum vt
hieruſalem feſtinaret ad fratres: admo-
nuit. Cūqꝫ barnabas cypruꝫ ire vellet ad
parentes ſuos reuiſendos: ſacto ſic operā
te ſpiritu ab inuicem diſceſſerunt. Pau-
lus namqꝫ barnabe quod ſibi iuſſerat an-
gelus indicauit. Barnabas vero flens ei⁹
pedibus volutatus ſe amplius pauluꝫ nō
viſurum predixit. Quem paulus in dn̄o
confortauit: prenūcians ſibi a domino re-
uelatum: ꝙ cyprum iturus eſſet: vbi mul-
tos ad fideꝫ cōuerteret ⁊ martyriū ſuſti-
neret. Igitur nauigantes barnabas ⁊ ioā-
nes venerunt cyprum: ⁊ inuenerūt timo-
nem ⁊ ariſtonē diſcipulos. Timon autem
febricitans per impoſitionē manus barna
be liberatus eſt. Pergens ergo barnabas
per inſulam cum ioāne euangelium ſan-
cti matthei ſecum tulit ⁊ ſup infirmos po-
nens omnes ſanabat. Poſt hec īuenerūt
elimam maguꝫ qui dicit̄ barieu quē pau
lus lumine oculoꝝ ad temp⁹ priuauerat:
vt dicit̄ act. xiij. qui eis reſtituit ⁊ paphuꝫ
intrare prohibuit. ❡ Cum aūt die quadaꝫ
barnabas vidiſſet homines ⁊ mulieres in
phano nudos currentes ⁊ deoꝝ ſuoꝝ feſta
more gentilium celebrantes indignatus
templo maledixit: ⁊ ſubito paries ei⁹ cor-
ruens multos oppreſſit. Quod ceteri ad-
mirantes conuerſi ſunt. Tandem ſalami-
nam deuenit vbi contra eum predictus
magus ſeditioneꝫ non modicā excitauit.
Comprehēdentes ergo iudei apoſtolum
multis eum affectū ſuppliciis trahebant. ⁊
iudici ciuitatis puniēdum tradere feſtina
bant. Comperto aūt ꝙ euſebius vir ma-
gnus ⁊ potens de genere neronis ceſaris
illuc adueniſſet: timentes iudei ne illum
de manib⁹ eoꝝ eriperet: ⁊ ſic liberū abire
permitteret: ligantes funē in collo eius:
extra portam illum traxerunt: ⁊ ibideꝫ eū
crudeliter combuſſerunt. Oſſa quoqꝫ eius
in vaſe plumbeo recluſerunt in mare pre
cipitare volentes. Ioānes aūt diſcipulus
eius cuꝫ duobus aliis ipſa nocte ea rapuit
⁊ in quadaꝫ crypta occulte ſepeliuit. Que
ibidem per annos quingentos latuerunt
vſqꝫ ad tp̄s zenonis imperatoris ⁊ gelaſij
pape: Quo tp̄e reuelante ipſo apoſtolo re
perta ſunt ⁊ condigno honore recondita.
Paſſus eſt antē. iij. idus iunij. ❡ Hic vnā
tantum epiſtolaꝫ ad edificationē eccleſie
pertinentem ſcripſit que inter apocriphas
numeratur: vt dicit hieronymus in libro

de viris illuſtribus.

¶ De ſcõ Onophrio eremita. Ca. XVIII

Onophrius confeſſor ſeruꝰ dei per annos ſexaginta in eremo vaſtiſſima ⁊ ꝓfundiſſima egypti hominibus manſit incognitus. Quem pãnutius abbas deſertum illud circuiens repperit. Nam cuꝫ primo timotheũ inueniſſet: de quo infra ꝓximo dicetur: ab eo recedens per dies decem ambulans per eremũ: paneꝫ ⁊ aquã quos ſecum tulerat: comſumpſit: ⁊ nihil penitꝰ guſtandũ inueniens ad dominuꝫ orauit. Statimqꝫ viro ſibi celico apparente ꝯfortatus ⁊ labiis ab eo contactus. xvii. adhuc diebus ſine cibo deſertũ ꝑambulauit. Viditqꝫ virum aſpectu terribilẽ capillis magnis ⁊ canis: nudum corpus habentem: vtcũqꝫ cõtectum: ⁊ foliis arborꝫ circa verẽda circundatum. Pannutius vero illum monſtrum aut feram exiſtimans fugere cepit. Ille autem habatem hortatus euꝫ reuocauit: ⁊ iuxta ſe ſedere fecit: idicãſqꝫ ei nomen ſuum: ⁊ vite ordinem: dixit ſe vocari onophrium: qui aliquando fuerat habitator cuꝫ mille fratribus in monaſterio thebaidis. Auditoqꝫ de ſanctitate helie ⁊ ioãnis baptiſte: qui eremum colebãt inſpiratus a deo cuꝫ multo labore ad eremuꝫ illam deuenerat. Et cum deſertũ introiſſet. apparuit ſibi colũna ignis que ipſum precedebat: vocemqꝫ angeli ſe ꝯfortantis audiuit: ſepeqꝫ eius cuſtodie deputatum affirmantis. Quem ſecutus ꝑ miliaria. lxvi. ad cauernam deuenerat: vbi quẽdam ſeruum dei in ſpelunca reppererat: cum quo ſeptem diebus fuerat: q̇ euꝫ de obſeruatiõe angelice vite informauerat: ipſumqꝫ ad locum vbi tunc erãt deduxerat: quem ſibi ad manſionem deſignauerat: vbi erat parua ſpelunca cui adherebat palma ⁊ fons aque ibideꝫ exurgebat. Ingreſſiqꝫ locum: ſenex ille qui hermeꝰ vocabatur cum onophrio diebus triginta permanſerat: quibus tranſactis euꝫ in pace dimiſerat: ⁊ ad cellam ſuam redierat. Eum tamẽ quoad vixit ſingulis annis viſitauit: donec ex corpore migrans: ipſum iuxta eius cellulam onophrius ſepeliuit. Conſumptis aũt veſtibus ſuis nullo alio q̃ capillis ꝓpriis tegebat. Fuerat quoqꝫ in ipſa eremo annis ſexaginta. Ex quibus triginta annis vſus fuerat foliis palme fructibus: ⁊ herbarum radicibus pro cibo: aliis vero triginta pane celico ſibi ꝑ angelum miniſtrato. Ubi multas diaboli inſidias perpeſſus fuerat: quas tamẽ omnes dei gratia ſuperauerat. Addiditqꝫ qualiter ſingulis dominicis diebus angelus domini ſacram ſibi eucharistiam diuinitus deferebat. Et ꝙ ſpirituſancto ſibi reuelante obitum ſuum inſtare prenouerat: ⁊ ꝙ deus ad hoc ſibi abbatem pannutium miſiſſet: vt eum defunctum ſepeliret. Cũqꝫ hec omnia ei ſerioſius ennarraſſet facto veſpere panem de celo ⁊ vrceum aque ſibi delatum guſtauerunt: noctem quoqꝫ totam inſomnem in oratione duxerunt. Mane vero vidit pannutius ſanctum facie mutatum: quaſi ad extrema tendentem. Qui orationem fudit pro ſe ⁊ pro cũctis ſe in quacunqꝫ inuocantibus neceſſitate. Factaqꝫ eſt vox ad eum: ꝙ eius fuerat petitio exaudita. Statimqꝫ preſente pannutio in oratiõe ſpiritũ efflauit tertio idus iunii. Viditqꝫ pãnutius angelos de celo deſcendentes: ⁊ eius animam in columbe ſpecie ad ethera deferentes: corpus quoqꝫ miro odore fragrabat. Cũqꝫ abbas foſſorium ad ſepulchrum parandum non haberet: duo leones ſubito aduenientes: ⁊ corpus proni adorãtes: terram inſtar tumuli vnguibus effoderunt. Pannutius vero corpꝰ ſancti capa ſua inuolutuꝫ ſepeliuit. Leonibus quoqꝫ mox

abeuntibus palma cū ſancti cellula inſimul corruerunt. Pānutius vero dū fleret ab angelo ꝯfortatus in egyptū reuerſus ē.

¶ De ſcō Timotheo eremita. Ca. CIX.

Timothe⁹ eremita anacorita in ſolitudine egypti in deſerto vaſtiſſimo dō ſeruiēs manſit annis triginta nulliqꝫ hoīum penit⁹ cognitus fuit. Queꝫ ſanct⁹ abbas pannutius dum ꝑ eremum illam circuiret: ſcōs anachoritas exq̄rens inuenit. Cū eniꝫ triduo deſertū perambulaſſet: repperit cellulam in ſpelunca iuxta palmā virenteꝫ ⁊ fontē ſcaturientē. Et cum neminē ibidē vidiſſet habitatorem ꝑſtolans veſpere ꝯſpexit virum veſtibus oībus nudum capillis ſuis optum venientem inter multitudinem bubalorꝫ. Et dū prima facie viſum hoīs quaſi ſilueſtris pertimuiſſet exiſtimās phantaſiā: ille tandem hortatus pannutiū cum eo ſedit: eiqꝫ vitā ſuam narrauit. Dixitqꝫ ꝙ fuerat monachus cū pluribus in mōaſterio thebaidis: ſꝫ vt deo vacaret liberius eremū petiit: vbi ⁊ ꝓprijs manibus laborabat. Ad quē poſt tēpus mulier in habitu monachali accedēs: ſecū cohabitare petiuit. Ille vō charitate motus ipſaꝫ admiſit: ⁊ iſtigante diabolo ſecū concubuit: ⁊ ſexdecim ānis in pctō cum illa ꝑſeuerauit: tandem ad cor rediens illā reliquit: ⁊ ad locū illum deuenit penitentiam agēs: vbi ſolis fructib⁹ palme ⁊ fontis hauſtu cōtent⁹ veſteqꝫ capillorꝫ ꝯtectus vltra ānos triginta panē non guſtauerat nec hoīem viderat. Multaſqꝫ a diabolo iſidias pertulerat: quas tandem deo fauente ſuperauerat. Narrauit etiā ꝙ dum quodaꝫ tēpore dolore nimio epatis premeretur vir ſplendidus ſibi apparuit: qui nouacula latus eius aperuit: ⁊ eiecto iecore putredinem ab eo precidit: ⁊ corpori reimmittēs ſanum vulnus effecit. Hec omnia cum timotheus pannutio enarraſſet: refectionē inſimul fecerūt: ⁊ noctē in oratione vigiles ꝑduxerunt: mane vō abbas bñone viri dei ſuſcepta: ꝑ viam ſuam ꝑfectus ē ſanctūqꝫ dimiſit. Quomodo aūt poſtmoduꝫ i chr̄o q̄euerit vel quo tp̄e ſoli deo notū ē.

¶ De ſancto Joanne Andrea Tadeo et Philippo confeſſor. Cap. CX

Joannes: andreas tadeus ⁊ philippus eremite in deſerto vaſtiſſimo egypti a ſācto pannutio ꝑfato reperti ſūt: dum ſepulto ſcō onophrio ad locū ſuum rediret: nam duce angelo itinere dierum quattuor repperit cellulam in loco antri artiſſimo circūcluſam. Dumqꝫ habitatorem preſtolatur: ecce veniunt quattuor ſenex cani veſtibus ex palmis contextis induti facie ſqlidi: qui ſe habitatores cellule aſſerentes dicebant ſe ibidem annis. l. fuiſſe in vno ſpiritu domino ſeruientes. Pannutium quoqꝫ ex nomine ſalutantes cuncta que ſibi contigerant enarrabat. Orantib⁹ quoqꝫ illis. v. panes eiſdem de celo diuinit⁹ apponuntur. Qui dixerunt abbati ꝙ ſingulis dominicis diebus quattuor panes a domino percipere cōſueuerant: ſꝫ pro hoſpitis aduentu: additus eis fuerat quītus panis. Factaqꝫ refectione ſancti viri abbatem pannutium comitati ſunt ꝑ miliaria. lx. In qua via vidit arbores ameinas palmarum citri amigdalarum ⁊ aliorūꝫ fructuū melici ſaporis: de quibus illis mandantibus cuꝫ ſuauitate guſtauit. Cūqꝫ illum dimittere vellent: interrogātur a pannutio de vita ipſorum. Qui dixerūt ſe fuiſſe nobilis proſapie de ciuitate exaron ſtudio philoſophie vacantes in eorūꝫ iuuenilibus annis. Qui tādeꝫ dei zelo relicto ſeculo ad ipſam eremum vbi eos inuenerat peruenerūt: vbi ſub obediētia et doctrina cuiuſdā ſenis fuerāt mltis ānis. Quo decedēte in cella ipſa ꝑmanſerāt: ni-

bil aliud niſi de fructibus arborũ diebus ſingulis deguſtantes diebus vero dominicis panes de celo ſibi miniſtratos ab angelo deuote ſumentes. Nomina quoqꝫ ſua eidẽ edixerunt. Quorũ prior ioãnes ſcḋs andreas tertius tadeus quartus philippus vocabatur. Cum autẽ pãnutius ſe cum admitti poſtulaſſet. Reſponderunt non eſſe ſibi a deo datum: mandantes vt ad monaſterium ſuũ edificatus rediret: ⁊ que vidiſſent in eremo ceteris ad exemplum referret. Sicqꝫ abbas ab eis dimiſſus ad cenobium ſuum reuerſus eſt.

¶ De ſanctis Baſilide Cyrino Nabore ⁊ Nazario martyribus. Cap. CXI.

Baſilides: cyrinus: nabor et nazarius ſub ꝑſecutiõe diocletiani rome paſſi ſũt. Di ex vrbe ipſa oriũdi ad ciuitatem aureliam deuenientes: omnia ſua pauperibus erogantes romã redeuntes ad maximianum imperatorem adducti ſunt. Qui dũ christum confiteri non timerent: primo ſcorpionibus duriſſime ceſi dehinc in carcerẽ truſi: ⁊ per dies. vij. ibidẽ macerati: inde educti iuſſu eiuſdem imperatoris gladio capite trũcati ſunt: ⁊ feris ad deuorãdum expoſiti. Sed per dei gratiã corpora eorum illeſa cuſtodita a chriſtianis ſepulta ſũt miliario . iij. ab vrbe in loco qui dicitur catacumba pridie idus iunij.

¶ De inuentione corporis ſancti Antonij eremite. Cap. CXII.

Inuentio corporis ſancti Antonij abbatis ⁊ ipſius trãſlatio facta eſt ſub tempore cõſtantij imperatoris. Cũ enim ipſe imperator liberis carẽs filiam a domino impetraſſet: eam nominauit ſophiam: que virgo erat admodum deo deuota. Quam poſt ma in viridario comedentẽ nouem imundi ſpũs inuaſerũt ⁊. v. annis obſeſſam diu infeſtarunt clamantes ſe inde non exituros niſi corpus antonij duceret. Que cum a nullo teneri poſſet. ipſam imperator catenis vinctã ferreis carceri mancipauit: carnes hoium et beſtiarũ crudas comedẽtẽ ⁊ vincula etiã ferrea rumpẽtẽ. Imperator igitur habito cõſilio vbi corpus antonij inueniri poſſet poſt ix. dierum ieiuniũ ab angelo gabriele admonetur: vt theophilus epũs cum. xij. clericis ad egyptum mittatur ad corpus antonij requirendũ ⁊ dei prouidentia reperiendũ. Similis per oia viſio theophilo epo apparuit. Imperator ergo iuſſu naue parata epũs cum xij. clericis de cõſtantinopoli diſcedentes xv. diebus nauigãtes hieroſolymã peruenerunt: ⁊ luſtratis locis ſanctis alexãdriã ꝑparũt. Et deinde per partes libye itinere dierum viginti deuenerũt ad nilũ fluuium in locũ qui dicitur epheſos: vbi monaſteriũ ſanctorũ viroꝝ inuenerũt. A quibus informati vbi eſſet cenobiũ quod olim fuerat antonij eremite viam arripientes per deſerta horrida ⁊ vaſtiſſima a nullis manſuetis animantibus habitata cedentibus eis feris diuerſoꝝ generũ quas ibidẽ reppererũt multiſqꝫ euaſis periculis poſt dies vigintiquinqꝫ ad eremũ applicuerunt: in qua ſanctus antonius habitabat: vbi venerandus ſenex illis apparuit: ⁊ viam digito ſub ſilentio oſtendit ac vſqꝫ ad cenobium perduxit. Ibiqꝫ a monachis loci benigne ſuſcepti ⁊ ad eccleſiã primo deducti oratione fuſa pedibus eorum lotis parataqꝫ refectiõe: ſingulis eoꝝ medietas panis cum radicibus ⁊ aqua nectarei ſaporis apponitur: ſicqꝫ hora veſpertina cum charitate reficiuntur. Quibus prior aſſeruit: quod tales epule ſingulis ſibi diebus diuinitus portabantur a duobus leonibus: qui ſancti antonij interfuerãt ſepulture: quos deus adhuc viuẽtes mirabiliter reſeruabat. Eccleſiam vero illã ⁊ cenobiũ ſcũs cõſtruxerat. In qua ante altare. v. lãpades oleo plene ab eo ibidẽ poſite dependẽtes cõtinueqꝫ ardentes

nunq̄ oleo minuunt̄. Auditis vero cauſis itineris ab ep̄o referente. reſpōdit por locū ignotum fore cunctis hoībus in quo ſcūs fuiſſet ſepultus: eo q̄ duo ſolūmodo diſcipuli eum tumulauerāt: qui ab eo adiurati locū ip̄m nunq̄ alicui reuelare voluerant. Quapropter ꝯtriſtatis oībus oratione tota nocte i eccleſia vigiles ad deū fuderunt. Die vero ſequēti cū ep̄s miſſaȝ celebraret: appuit iuxta altare gabriel angelus: qui ſchedulam appoſuit: per quam ep̄m de via tenenda ꝛ modo reperiendi corporis in oībus informauit. Qua lecta reſumpto itinere ꝑ aſpera montiū prerupta rupiū ꝛ inculta aſperrima deſertoꝝ ſtella eos vti olim magos diuina fauente gratia preeunte inter ſerpētes et feras et aīalia ferociſſima ꝛ inuiſa oīno illeſi poſt dies. xl. in campum amenum dulciſſimis repletum fructibus peruenerunt: vbi dū ſtella ſtaret imobilis: vox celit⁹ lapſa eſt: vt in ipſo loco foderent: ꝛ theſaurū optatum inuenirent. Et dū fodere cepiſſent: duo leopardi ſubito aduenerūt: eoſq̄ ad cauandū iuuare ceperunt. Inuēto deniq̄ corpore bti antonii palmarū folijs opto: ipſum inde leuantes cum gaudio ꝛ reuerentia maxima in loculo recōdiderūt. Et per omnia loca vnde venerant: eadeȝ ſtella ꝑuia multis euaſis periculis redierūt. In ipſa vero via multa miracula oſtēſa ſunt. Nam in monaſterio illo vnde ad corpus ꝑuenerant quinq̄ leproſi mūdati ſunt. ¶ In caſtro quodam ſandor noīe quinq̄ infantes a lupis exportati illeſi reducti fuerunt. ¶ In portu alexandrie filius militis a pyratis ante dies octo in patibulo ſuſpenſus continuo ſuſcitat̄. ¶ Inde quoq̄ per hieroſolymam reuertētes cōſtantinopolim tandem cum ſancto corpore applicuerunt: qd̄ ab imperatore honorifice ſuſceptum in eccleſia ſancte ſophie collocatur: moxq̄ eius filia preſente omni pp̄lo a demōibus liberat̄. ¶ Tēpore vero procedente filius ſancti guilelmi comitis nomine iacobinus rediēs de peregrinatione trāſmarina ab imperatore conſtantinopolitano corpus ſancti antonij ſibi donari petijt: ꝛ ipetrauit: qd̄ ad partes galliarum deferēs in ciuitate vienne monaſterium eius nomini edificauit: ꝛ de proprijs facultatibus large dotauit. In quo corpus ſanctum honorifice collocauit: vbi infinitis ꝛ ſtipendis virtutibus refulget. Potiſſimum auteȝ eſt illud: qd̄ in toto orbe famoſum eſt: quia ignem ſacrum a corporib⁹ humanis extinguit. Facta eſt autē hec tranſlatio eodeȝ die quo corp⁹ inuētū fuerat: videlȝ idib⁹ iunij.

¶ De ſancto Antonio cōfeſſore ordinis minorum. Cap. CXIII.

Antonius confeſſor ordinis minorū ex vlyxbona ciuitate hiſpanie natus a pueritia ſua in baptiſmo fernandus appellat⁹ eſt. Hic primo fuit canonic⁹ regularis ordinis ſcti auguſtini in eadem ciuitate. Deinde audiēs qualiter quidam fratres minores apud marochium a ſaracenis paſſi fuerant: ad martyrium animatus de prioris ſui licentia ordinem fratrum minorum ingreſſus eſt: promiſſione ſibi a fratribus facta: q̄ marochium ad terram ſaracenorum mitteret: Qui iuxta promiſſionem ad ipſam terram miſſus: qȝ de ipſo deus aliud decreuerat: regreſſus eſt: martyr ſolo deſiderio factus. Deinde ad generale capitulum aſſiſium tendens fratri gratiano qui romandiole miniſter erat: ſe ꝯtulit: a quo in eremum montis pauli miſſus: vt petijt ſolitarie ibidem permanens contemplationi vacabat. Poſt hec in foro iulio cōſiſtēs a miſtro loci ꝑdicare iuſſus: dū ſe ſpiritum predicatiōis excuſaret compulſus omnino per obedientiam verbum dei ſuper quoſcunq̄ doctos eleganter propo-

fuit. Sicq3 deinceps officium predicandi
ſuſcepit. Cum die quadam de cruce do/
mini predicaret: viſus eſt in aere ſanctus
franciſcus adhuc in carne degens longe
tamen poſitus: quaſi predicationem an/
tonij geſtibus laudabiliter commendās.
Anno autem vno ante eius obitum gene
rali obtenta licentia predicandi vbicun/
q3 vellet: paduam deuenit: annoq3 inte/
gro predicationi & confeſſionum audien/
tie ſolicite vacauit. ¶ Multis quoq3 ibi
miraculis claruit. Nam cum quidam ei
confeſſus eſſet ꝙ patrem ſuum calce per
cuſſerat: & ſanctus ei ad terrorē dixiſſet:
ꝙ pes ille dignus erat: vt precideret̄: iu/
ueniſq3 ſimplex domum reuerſus pedē
ſibi abſcidiſſet: orante ſancto pes ei reſti/
tutus eſt. Poſt hec cum tempore meſſis
homines circa meſſem occuparent̄: quie
tis gratia ex vrbe diſcedēs: venit ad cāpū ſan
cti petri: vbi & egrotare cepit: & lāgore ni/
mio preſſus: timens fratrum illorum gra
uamen: currui ſe imponi fecit: vt ad locū
padue veniret. Cum autē iuxta ciuitatē
eſſet: rogatus a quodam fratre vinoto di
uertit ad locum celle iuxta locum paupe/
rum dominarum: vbi diebus aliquibus
decumbens: dū ſacra myſteria ſumpſiſ/
ſet. apparente ſibi chriſto eumq3 cōfortā
te hymnum. O glorioſa domina alta voce
decantauit. Quo finito ſpm̄ in pace emiſit
idibus iunii anno domini. M.ccxxxi. Cu
ius trāſitus cum adhuc ipſis fratrib' igno
tus eſſet populus vndiq3 ɔcurrebat: & ſan
ctum patrē defunctum eſſe clamabat. Et
cum eſſet queſtio de funere īter ciues: eo
ꝙ alii hic alii ibi euʒ tumulari volebant:
occaſione ipſa. v. diebus corpus inhuma
tum remanſit: nec vlla exinde corruptio
ſubſecuta eſt: aut fetor exhalauit: cum ta/
men calor immenſus eſſet: vtpote iunio
menſe. Tādem omnium voluntate in lo
co principali fratrum ſancte marie de pa
dua honorifice recōditū eſt: omnib' egris
qui ad eius loculum accedebāt per ipſos
v. dies quocūq3 langore ſanatis: vbi & q̄e
ſcit adhuc miraculis pollens.

¶ De ſancta Felicula virgine & mar/
tyre. Cap. CXIIII.

Felicula v̄go petronille col/
lactanea vt ſcribit marcel/
lus ſancti petri diſcipulus
mortua ſorore vt ſupra ac/
tum eſt pridie calendas iu
nii a flacco comite detine/
tur: & aut ſacrificare aut ſibi nubere com/
pellitur. Que vtrūq3 denegans ab eodē
in carcere recluditur: & vij. diebus ſine ci
bo detinetur. Inde educta dat̄ in cuſto/
dia virginum dee veſte vt eam ad ſacriſi
candum ſuaderent. Que ibidem per. vij.
alios dies ſine cibo permanſit. Poſt hec
dum chriſtum conſtanter confiteretur in
equuleo leuata: & diutius torta: deide iu/
bente comite in cloacam precipitata ne/
catur. Cuius corpus ſanctus nicomedes
preſ byter inde noctu leuauit: & in capſel/
la ſua via ardeatina miliario ab vrbe. vij.
ſepeliuit idibus iunij.

¶ De ſancto Peregrino epiſcopo & mar/
tyre. Cap. CXV.

Peregrinus epiſcop' & mar
tyr ciuitatis atermē. pon/
tificatum tenuit tempore
beati gregorij pape: qui ce
theus proprio nomine nū
cupatus eſt. Quo tempore
duo peſſimi viri ex lōgobardorum gene
re filij concubinarum: quorum vnus di/
cebat̄ alais: alter vero vmblo vrbē ipaʒ
tyrānice poſſidebāt. Cū āt p̄de & deuaſta
tiōi ac nefandis opib' nō ſolū ip̄i itēderēt:
ſed ēt pplm̄ maloꝝ exemplo p̄uertiſſent:
Cetheus epiſcopus eorum crudelitatem
non ferens ad vrbem romam acceſſit: &
hec omnia ſummo pōtifici referēs ab eo
ſuſceptus diudum ſecum permanſit. Tā/
dem populus ciuitatis multa dictoruʒ ty/

rānorum preſſus iniuria ad vrbem deue
nerunt: ⁊ epiſcopum ſuum inſtanter ora-
uerunt vt ad eccleſiam ſuaȝ rediret: ⁊ ple
bē ſibi cōmiſſam ſuis exhortationibus de
tot malis erueret. Qui iuſſus a papa cuȝ
populo rediit: iuramēto ab eis exacto ne
bona eccleſie diſtraherēt: ⁊ diſtracta redi
merent. Reuerſus quoqȝ populum ſuuȝ
ſcis ſermonibus ad penitentie opera ꝓ
uocabat. Interea diſceſſiōe orta iter ala/
im ⁊ vmblonem: alaim orientalem vmblo
vero occidentalem portam tenebat. Cū
autem alais vmbloni reſiſtere non poſſet
facta conſpiratione cum quodā vitaliano
comite ipſum cum eius exercitu per por
tā quā tenebat in vrbem intromiſit: vt ſic
in aduerſarium ſecurus inſultuȝ faceret.
In ipſa vero ciuitate erat quidā vir chri/
ſtianus nomie fredo: qui veſpere illo ſpi/
ritu diuo tactus vxori ꝑdixerat vrbē ipaȝ
eadem nocte ab inimicis inuadendā: ar/
maqȝ ſua ad lectuli caput poſuit: vt ſedi
tione inſurgēte ꝓptior armaretur. Sic
qȝ factum eſt: vt quod predixerat: eueni/
ret: illeqȝ armatus confeſtim ad cetheuȝ
epm̄ confugeret. Oratione vero ſancti
epi excitatis ciuibus ⁊ repēte egreſſis ci-
uitas ab inimicis viriliꝭ defendit̄: aduer/
ſarii expellunt̄: ⁊ alais captus vti patrie ꝓ
ditor vmbloni pſ̄tat̄. Cūqȝ oēs ipſum di
gnum incēdio acclamarent ⁊ epus hor-
rens effuſionē humani ſanguinis pro eo
interueniſſet: ſupplicās vt vel in carcereȝ
vel in exiliū mitteret̄: cetheus ab vmblo/
ne detētus eſt: eo ꝙ ipſum cū alai ꝑſume/
ret conſpiraſſe: ⁊ ob id pro illo interueni/
re. Et alaim quidē ad portam orientaleȝ
decollari fecit. Cetheuȝ vero catenis vin
ctum in medio foro ciuitatis capite trun/
cari mandauit. Cum aūt epus pſalmū. De
us laudem meam. decantaſſet: tātus tre/
mor ſpiculatorem inuaſit: vt ipſum mini/
me percutere poſſet. Quod cum vmblo-
ni nūciatum fuiſſet: epm̄ magicis hoc ar-
tibus feciſſe cogitans ipſuȝ in carcere die
bus multis detinuit. Deinde ipſum vin-
ctum in flumine piſcaria per pontē mar-
moreolum ꝓcipitari iuſſit. Qui tertio idē
iactatus tertio illeſus exiuit. Tunc iubēte
vmblone nequiſſimo lapis ingens pōde-
ris librarum quingentarum ad colluȝ epi
ligatur: ⁊ ſic per ponteȝ ꝓcipitatus in flu-
mine necat̄. Statim aūt vt ſpm̄ emiſit ſu-
per aquas corpus vna cum lapide enata-
uit. Ad qđ ſpectaculum cum vmblo feſti
naſſet a diabolo oppreſſus ⁊ mortuus eſt.
Corpus autem martyris gubernantibus
angelis ꝑ fluuiū in mare deſcendit: ⁊ vna
cum lapide ad littus iadrenſis ciuitatis a
fluctibꝰ euectum eſt. Quod cum piſcator
quidā in littore reperiſſet: epo nunciare
curauit. Qui vna cum eius clericis ad lo-
cum acceſſit: corpus quidem mr̄is pro-
pter lapidem arbitrans: ipſum tamen vt
martyris quaſi dubius venerari nō audēs
in littore ſepeliuit: ⁊ qꝛ nomen eius igno
rabatur peregrinum nominauit. Diuinā-
qȝ voluntatem ſuperinde expectare ce/
pit. Cum autem piſcatores noctibus ſin-
gulis ad caput foſſe lumen celeſte conſpe
xiſſent: ⁊ hec in ciuitate relata fuiſſent: ce
cus quidam a natiuitate a patre ad foſſaȝ
deducitur: ⁊ oratione fuſa lumen ei ocu-
lorum infunditur: quo viſo miraculo cor-
pus martyris procul dubio fore noſcitur:
⁊ ab epo noie ſancti martyris ⁊ epi pere-
grini miliario iuxta iadrenēſem ciuitateȝ
in eccleſia ſepelitur. Poſt aliquod tempꝰ
tam eius paſſionis ſeries: ꝙ̄ dies ⁊ nomē
a ciuibus iadrenēſibus inquiſita reperiū-
tur. Qui paſſus eſt idibus iunii.

¶ De. ſ. fādila pſbr̄o ⁊ mar. C.CXVI.

Fandila preſbyter ⁊ martyr
apud cordubā ciuitatē paſ-
ſus eſt: qui tpe pſecutēis ꝑ
cōfeſſiōe nois dn̄i amputa/
to capite martyriuȝ ɔſuma-
uit idibus iunii: vt ait ado in martylogio.

¶ De ſcō De-

¶ De ſcõ Heliſeo ꝓpheta. Cap. CXVII.



Heliſeus ꝓpheta: qui eccleſiaſtici. xlviij. cap. inter ſcõꝝ antiqui tẽporis glorioſe extollit: natus eſt in galgalis: cuius natiuitatis tẽpore tale prodigium contigit: vt vn⁹ ex vitulis aureis: quos hieroboã fecerat: acute mugiret. Quo audito in hieruſaleꝫ ſacerdos diuino nutu ait prophetam eſſe natũ in hieruſalẽ: q̇ ſculptilia ⁊ fuſilia deorum deſtrueret. Hunc diuino mãdato helias in abela repertum arantẽ vocauit: ⁊ ad eius diſcipulatum aſſumpſit. Et cũ pallium ſuũ impoſuiſſet ſuper eũ confeſtim prophetizare cepit. Qui exinde ſecutus ē heliam: ⁊ miniſtrabat ei: vt dicit. iiij. regũ xix. cap. Cum aũt helias a dño in celum raptus eſſet: vt dicet infra in geſtis helie prophete. xix. calẽ. ſeptẽbris ſpiritus helie duplex ſuper eum requieuit. ſ. ad prophetandũ: ⁊ miracula faciẽdum. Multis enĩ miraculis claruit: q̃ in. iiij. reguꝫ cap. ij. iij. iiij. v. vj. ⁊. vij. narrat. ¶ Cum enim in hiericho aqua foret peſſima ⁊ terram ſterilẽ faceret: egreſſus ad fontẽ miſit in illuꝫ ſal: ⁊ aquam ſanam reddidit. Aſcẽdens bethel pueris ſibi illudẽtib⁹ maledixit: ex q̇bus. xlij. numero ab vrſis duobus continuo lacerat. ¶ Cum aũt vxor quõdaꝫ abdie prophete ad eum veniret: vt virꝫ ſuuꝫ mortuum ere alieno preſſum defleret: eo ꝙ propter alimoniaꝫ prophetaꝝ quos in ſpelunca pauerat: debita cõtraxiſſet. Creditorq̃ duos filios abdie in ſeruitutẽ pro debito redigere vellet. Heliſeus mulierẽ iuſſit vaſa vacua mutuo accipere: paruũq̃ olei quod habebat in ipſius vaſis filijs iuuãtibus infundere. Quod cũ feciſſet: oleũq̃ diuinitus multiplicatuꝫ eſſet: ⁊ debitũ mulier ex olei ꝓcio ſoluit: ⁊ ex aliquo cuꝫ filii⁹ vitam duxit. ¶ Tranſiens per ſunaꝫ ciuitateꝫ a matrona nobili ⁊ diuite in domo cum giezi miniſtro honorifice ſuſcipitur: eiq̃ cellula de viri voluntate preparatur. Que cum filium non haberet: ⁊ vir ſenex eſſet: heliſeus ei a dño filiuꝫ impetrauit: quaſi ꝓ beneficio hoſpitalitatis vices rependens. Cũq̃ puer creuiſſet: ⁊ ad patrem tpe meſſis egreſſus eſſet: calore ſolis percuſſus caput doluit: ⁊ remiſſus ad matrem ſubito expirauit. Quem mater ſuper lectulũ viri dei collocans: petita a viro licentia dolore diſſimulato ad virꝫ dei in monteꝫ carmeli deuenit. Cum aũt heliſeus factum muliere narrãte cognouiſſet: premiſit giezi pueꝝ ſuuꝫ cum baculo: vt pueꝝ ſuſcitaret. Ueꝝ inſtante muliere vt perſonaliter veniret: ad ſunã deuenit: ⁊ pueꝝ minime ſuſcitatuꝫ inuenit. Et tũc heliſeus ſupra corpus ſe iactans: ⁊ ad dominum orans: pueꝝ defunctum vite reddidit: ⁊ matri viuentem tradidit. ¶ Cuꝫ autem facta eſſet fames in terra: ⁊ filij ꝓphetarum ad eum cõueniſſent: iuſſit vni ex illis: vt pulmẽtum pararet. Qui egreſſus vt herbas colligeret: colloquintidas in ollaꝫ concidit: ignorans quid eſſet. De ſunt cucurbite amariſſime minores his que in hortis naſcuntur. Cũq̃ diſcumbẽtes deguſtaſſent: ⁊ morteꝫ ob amaritudinem in olla clamarent: vir dñi allatam farinam in ollam miſit: ⁊ eſcam dulcorauit ¶ Uir quidam de baſiliſſa detulit ſcõ prophete panes duos primitiaꝝ: ⁊. xx. panes hordeaceos: ⁊ grana frumẽti noui confricata: Quos fecit heliſeus apponi populo q̇ erant cẽtum viri: hoc eſt illos duos panes triticeos tãtum. Et cum ex hoc miniſter heſitaret: ſpiritu dñi ꝓdixit: ꝙ comederẽt oẽs: ⁊ exinde ſuperaret: quod ⁊ miraculoſe factũ eſt. ¶ Naaman quoq̃ ꝑncipes militie regis ſyrie vir diues ⁊ ꝑpotens ſed leproſus erat. Cum autem vxor naaman ab ancilla puella: que de terra

iſrael captiua ducta fuerat ð miraculis he
liſei didiciſſet: ⁊ hec omnia viro: illeqꝫ re
gi rettuliſſet: acceptis naamā litteris a re/
ge ſyrie ad regeꝫ iſrael: vt ipſum ſanaret:
venit ad eū: ⁊ ei litteras preſentauit. Qđ
cum rex iſrael audiſſet: horruit: ⁊ imme/
mor heliſei hoc ſibi impoſſibile cognouit:
veſtimenta ſua ſcidit: ⁊ regem ſyrie occa
ſiones contra ſe querere putauit. Cuꝫ au
tem heliſeus ad regem miſiſſet: vt ſibi na
aman deſtinaret. Illeqꝫ ad hoſtium pro
phete cum equis et curribus adueniſſet:
miſit ad eū vir dei dicens: vt ad iordanē
deſcēdēs ibidē ſepties lauaret: ⁊ a lepra
mūdaret. Et prīa q̄deꝫ facie naaman mo
leſte tulit: eo ꝙ ad euꝫ non veniſſet. ⁊ ma
nu vulnus tetigiſſet. Deinde ſeruoruꝫ cō
ſilio ī iordane ſepties ſe lauauit: ⁊ mox ab
eo lepra diſceſſit. Reuerſus autem ad he
liſeum munera multa ei obtulit: ſed dñi
propheta nihil omnino recipere cōſenſit.
Uerum cum aliquantulum abiſſet: giezi
auaritia ductus poſt eum cucurrit: eidēqꝫ
mentiens dixit: ꝙ duo ex filiis prophetaꝝ
ad heliſeuꝫ repente ſuperuenerat. Ideo
qꝫ ille pro munere aliquo ſibi largiendo
mittebat. Qui cum eideꝫ argentum ⁊ ve
ſtes tradidiſſet eaqꝫ giezi in domo abſcō
diſſet. Et hec omnia heliſeus diuino ſpiri
tu cognouiſſet: maledixit giezi predicens
ꝙ lepra naaman ſibi ⁊ eius ſemini adhe/
reret: eo ꝙ diuinam gratiam vendidiſſet
Statimqꝫ egreſſus eſt ab eo leproſus: ab
hoc giezi ſimoniaci primo giezite dice/
bantur in veteri teſtamēto: donec a ſimo
ne mago ſimoniaci dicti ſūt. ¶ Poſt hec
cum eſſet heliſeus cum filiis propheta/
rum iuxta iordanem: ⁊ ipſi ligna cederēt:
vnicqꝫ eorum ferrum ſecuris ex ligno ex/
ciſſum in aquaꝫ cecidiſſet: heliſeus lignū
in aquam miſit: ⁊ ferrum ad ſuum locum
enatauit. Cumqꝫ rex ſyrie cōtra iſrael pu
gnaret: ⁊ ſepius hoſtes in inſidiis pone/
ret: rex iſrael eos cauebat: quia eos ſibi he
liſeus manifeſtabat. Quod cum rex ſyrie
a ſeruis ſuis didiciſſet: ⁊ prophetaꝫ eſſe in
dothaiꝫ comperiſſet miſit illuc robur ex/
ercitus qui ciuitatem circundederunt vt
eum caperent. Maneqꝫ puer heliſei vi/
dens exercitum timuit: ⁊ prophete nun/
ciauit: qui puerum confortabat et plures
quam illi ſecum eſſe aſſerebat. Et orante
heliſeo dominus aperuit oculos pueri: et
vidit montem plenū equis ⁊ curribus. i.
agminibus angelorum. Cumqꝫ hoſtes in
trarent ad eum: percuſſit eos dominus
cecitate: ne ipſum videntes agnoſcerent.
Quibus heliſeus dixit: non eſſe ibi man/
ſionem eius quem querebant: eoſqꝫ il/
luc deducere promittebat: quod ⁊ reue/
ra fecit eoſqꝫ in medium ſamarie dedu/
xit. Tunc orante propheta aperti ſunt
oculi eorum: et viderunt ſe eſſe in me/
dio ciuitatis: et hoſtes circunſtantes. Et
cum rex iſrael eos occidere vellet: prohi/
buit propheta domini: eo ꝙ dominus eos
illuc adduxerat: quin immo eiſdem a/
bundanter miniſtrari fecit ⁊ illeſos remi
ſit. ¶ Et cum benadab rex ſyrie ſamari/
am obſediſſet: ⁊ fame maxima oppreſſiſ/
ſet: ita vt mulieres natos proprios come/
derent: ⁊ rex iſrael prophetam eo ꝙ pre/
dictam obſidioneꝫ predixerat occidi mā/
daſſet: ⁊ hoc heliſeus per ſpiritum cogno/
uiſſet: ſpiculatorem ad ſe intrare prohi/
buit: donec rex penitentia ductus ipſum
reuocauit. Tunc heliſeus ſequenti die
vbertatem maximam futuram predixit.
Et cum vnus ex principibus eum irride/
ret: mortem illius repentinam prenuncia
uit: que omnia vt predixerat euenerunt.
Nocte enim dominus terruit exercitum
ſyrie: ſonitum infinite militie mittens ſu/
per eos. Qui animas ſuas ſaluare cupien
tes aufugerunt: ⁊ omnia dimiſerunt. Sic
qꝫ populus ſamarie egreſſus predam di/
ripuit: ⁊ ex victualibus perceptis vbertas
maxima facta fuit. Princeps quoqꝫ ille in

introitu porte a turba compreſſus expira-
uit. ¶ His ꝛ aliis multis ꝛ magnis mira-
culis heliſeus clarus in pace quieuit. xviij.
calen. iulij. Prophetauit autem ꝛ claruit
ſub ioraz ꝛ hieu et ioachaz regibus iſrael
in ſamaria. Cum autem quidam latruncu-
li moabite hominem mortuum ſpoliaſ-
ſent: ꝛ cadauer in ſepulchro heliſei proie-
ciſſent: cum tetigiſſet oſſa heliſei conti-
nuo ſurrexit. Sepultus eſt autem in ſama-
ria paleſtine quam ſebaſtē .i. auguſtam in
honorem auguſti herodes poſtmodum
vocauit: vbi ꝛ abdias propheta ꝛ ioannes
baptiſta requieſcunt. Ad quorum ſepul-
chra varia miracula fiunt: vt dicit Hiero-
nymus libro de vita paule. Adeo vt cru-
ciati demones ibi rugiant: voces diuerſo-
rum animalium pretendentes. Alij cer-
nuntur rotare caput: ꝛ poſt tergum terraz
vertice tangere. Alij ſuſpenſis pedibus e-
minus veſtes in faciem defluere: vbi ꝛ in
monte vicino dire videntur ſpelunce: in
quibus ꝛ famis ꝛ perſecutionis tempore
abdias centum prophetas pauit pane et
aqua. Hec ex libro .iii. regum capitulis q̄-
bus ſupra ex dictis ioſephi ꝛ hieronymi: ꝛ
ex hiſtoria ſcholaſtica.

¶ De ſcis Rufino ꝛ Ualerio m̄. C. cxviij.

Rufinus ꝛ Ualerius marty-
res tempore Diocletiani ꝛ
Maximiani paſſi ſūt in ter-
ritorio ſueſſioneñ. ſub preſi-
de rectionaro. Qui ingreſ-
ſus ciuitatē remis ſanctos
detentos ꝛ ſacrificare contemnentes ma-
gno ferri pondere preſſos ſueſſionum ad-
duxit. Ibiq̄ eos iuſſit equuleo ſuſpendi:
ꝛ plumbatis cedi. Deinde in carcere ma-
cerari: vbi angelica viſione confortantur
ꝛ corone de ſmaragdo celitus miſſe eo-
rum capitibus imponuntur. Inde educti
dum in Chriſti confeſſione perſiſterent
immobiles: iuxta flumen indole decolla-
ti ſunt. Quorum corpora dum chriſtiani
ad remenſem ciuitatem deferre vellent
de loco in quo decollata fuerant nullate-
nus mouere potuerunt. Ibiq̄ ea ſepelie-
runt. Qui paſſi ſunt .xviij. cal. iulij.

¶ De ſcō Brandano epō. Cap. CXIX.



Brādan⁹ epiſcop⁹ cum eſſet ab-
bas apud britannias.
Poſtq̄ ei barinthus
retulit: q̄ cū filio ſuo
morocb oceanum per
luſtrans paradiſuz ter
reſtrez inuenit: deſide-
rium ei emicuit: vt locum ipſum require-
ret. Habebat autem tria milia monachoꝝ
de quibus .xiiij. tantum accepit ꝛ naui cō-
ſcenſa que audierat vider̄ perrexit. Quē
nauem intrantem tres frātes ſecuti ſunt.
Et quia nō vocati venerant eos nunq̄ re-
dituros prenunciauit. Inuenit autē pri-
mo inſulam altam: in cuius portu ſibi ca-
nis occurrit: quem illi ſequentes omnia
ſibi neceſſaria inuenerūt: ꝛ theſauros mul-
tos ibidem conſpexerunt. Quoꝝ concu-
piſcentiaz brandanus prohibuit. Sed dū
tertio die diſcenderet: quidam ex illis tri-
bus fratribus qui frenum argenteum ac-
ceperat: poſtq̄ penitens peccatum con-
feſſus eſt ſubito expirauit. Iuuenis quo-
q̄ alias inuiſus eiſdem cophinum panis
ꝛ vas aque in naui poſuit: ꝛ nuſq̄ compa-
ruit. In cena domini ſubſequēter ad ali-
am inſulam appulerunt. Inuenerunt q̄
hoſpitē eos de via tenēda docentez ꝛ ne-
ceſſaria miniſtrantē. Sabbato inueniunt
piſcez ingentem nomine iaſonem quem
inſulam exiſtimantes de ſuper deſcendē-
tes ignem accenderunt: dumq̄ piſcem
ſe mouere ſentirent ad nauem repēte cō-
fugientes vix euaſerunt: piſce ſe conti-
nuo mergente. Die paſche deueniunt ad
inſulam vbi aues candidas aſpiciunt. ali-
as ꝛ voce ſonantes: quarum vna voce hu-

mana locuta dixit ſe fore de angelis q̄ de
celo ceciderant: ſed modicaꝫ culpam cõ-
miſerant. Ibiqꝫ vſqꝫ ad octauas penteco
ſtes permanſerunt. Ab inde nauigantes
in natiuitate dñi ſubſequente ad inſulam
ſanctoꝝ patricij ⁊ libei deuenerũt: vbi cũ
xxiiij. patribus ibi repertis in eoꝝ eccle
ſia habente altaria cryſtallina feſta dñica
celebrarunt: indeqꝫ poſt epiphaniam di/
ſceſſerunt. Sicqꝫ continue per ſeptẽniuꝫ
per mare diſcurrẽdo in ꝑdictis feſtis ſem-
per ad eadem loca redibant. Quibus tẽ-
poribus multa ab eis ſtupenda viſa ſunt.
Beſtia enim maxima eos abſorbere vo/
lens ab alia maiori deuoratͣ: ⁊ de reliquiis
carnium comederunt. Inde venerũt ad
inſulam viroꝝ fortium: vbi ſenex ⁊ pueri
dño ſeruiebant: a quibus gratanter exce
pti: dum abire vellent: ſcðm ex tribus fra
tribus ex incuria dormientẽ dimiſerũt.
Inuenerunt ⁊ inſulaꝫ: in qua erant botri
vue inſtar amphore magne permaximi:
gryphem quoqꝫ auem eos rapere volen-
tem: auis altera vaſtior interfecit. In fe-
ſto vno ſci Petri apoſtoli vidẽs abbas pi
ſcium innumeraꝫ multitudinẽ: iuſſit eos
deum laudare: qui ſuper vndas enatan-
tes vocibus intonare ceperunt. Viderũt
⁊ in mari columnam ingentem cryſtallinã
ſuper baſes aureas: quam conopeus colo
ris argentei circũdabat. Inuenerũt ⁊ ca/
licem cuꝫ patena de genere colũne. Ve/
nerunt poſtmoduꝫ ad hoſtia inferni: vbi
demones egreſſi ſuper eos maſſas igne/
as iactare nitebantur: Vbi ⁊ tertius fra-
ter in littore deſcendens a demonibus ra
ptus eſt. Inuenerunt ⁊ iudam chriſti pro
ditorem ſedentem in mare ſuper lapidẽ:
quem dixit ſe in hieroſolymis in loco lu/
tuoſo poſuiſſe pro tranſeuntibꝰ ne in lu/
tum caderent protegendis: ⁊ ante eum
erant furce ferree: quas dixit ſe donaſſe
ſacerdotibus templi: pannus quoqꝫ in eis
pendebat: quẽ leproſo ad tergendũ cõceſ
ſiſſe aſſerebat. Inuenerunt hominẽ: qui
luto paſcebatur: capillis opertum. Tãdẽ
per bonum ſuum procuratorem de quo
dictum eſt ad paradiſum terreſtrem poſt
ſeptẽnium perducti ſunt. Et capiẽtes de
fructibus ⁊ gẽmis ibidem repertis: eua-
ſis multis periculis deo duce incolumes
ad propria redierunt. Ubi brãdanus poſt
modum eps̄ ordinatus eſt. Et poſt virtu/
tũ merita ad xp̄ꝫ migrauit. viij. kal. iulij.

¶ De ſanctis Uito Modeſto ⁊ Creſcen-
tia martyribus. Cap. CXX.



Uitus mo/
deſtus ⁊ creſcentia mar
tyres ſub dioclețiano
imperatore in ſicilia
martyrio claruerunt:
qui vitus ex lucana ꝓ/
uintia nobili ꝓgenie
patre hyla ſenatore ꝓ/
genitus: ad martyrij palmaꝫ peruenit ad/
huc puer. Cum enim pater eius idola co/
leret: ⁊ vitus chriſtũ adoraret: ſepius euꝫ
pater verberabat: eo ꝙ idola colere nole/
bat. Demuꝫ pater illum modeſto eius nu/
tritori tradidit: vt ei ſuaderet: quatenus
deos colere ſtuderet: Cui apparens ange/
lus ipſum confortauit: ⁊ adhuc puerũ ad
coronaꝫ martyrij animauit. Qui ⁊ in chri-
ſti noie miracula patrare cepit: ⁊ multos
a diuerſis langoribꝰ ſanauit. Quod audi/
ens valerianus prefectus pueruꝫ accerſi/
uit: ⁊ ſacrificare nolentem: cathenis cedi
iuſſit. Brachia autem ⁊ manus verberan/
tium ſubito aruerunt. Prefectus quoqꝫ
manum amiſit. Pro quo tamẽ vitus ora/
uit: ⁊ continuo ſanitatem percepit. Pre-
fectus ergo puerum patri tradidit: ⁊ vt ip/
ſum corriperet perſuaſit. Tunc pater vi/
tum in domum ducens diuerſis muſico/
rum generibus: ⁊ puellarum luſibus: ali/
iſqꝫ delitiaꝝ generibus mutare animum
pueri ſatagebat. Et cuꝫ ipſum in thalamo

incluſiſſet ornato: mirabilis fragrantia in de exiit: que patrem ⁊ familiã nimio odore perfudit. Aſpiciensq; pater per rimas hoſtii. vii. angelos radiantes circa infantẽ conſpexit: quos deos ſuos eẽ putauit: ſtatimq; excecatus eſt: Ad cuius vocis clamorem tota ciuitas cõmouetur: ita vt prefectus accurreret: ⁊ cur ei hoc accidiſſet: interrogaret. Qui dicebat: q̃ deos igneos viderat: ⁊ eorum aſpectum ferre non valens lumen amiſerat. Et cum in tẽplũ iouis pro recuperando lumine ductus eẽt, ⁊ nihil proficeret: filium pro ſua ſanitate rogauit: ⁊ lumen eius precibus recuperauit. Cum autem nec ſic crederet: ſed puerum occidere cogitaret. Angelus modeſto ⁊ creſcentie nutritoribus eius apparuit: ⁊ vt nauem conſcendentes puerũ ad aliam terrã ducerent imperauit. Qui nauiculam preparatã diuinitus inuenerũt: ⁊ angelo duce vna nocte ad territoriũ tonagritanum peruenerunt: ⁊ iuxta fluuiũ ſilarum ſub ardore quieuerunt: vbi aquila eis cibum deferebat: ⁊ multa miracula puer faciebat. ¶ Interea filius diocletiani imperatoris a demone arripitur: ⁊ niſi vitus lucanius veniat: ſe nunq̃ exire fatetur: locum quoq; vbi inueniendus ſit: ab eodem explicatur. Vitus ergo queritur: ⁊ inuentus adducitur ad imperatorem. Qui ſuper eius filium manum impoſuit: ⁊ protinus ab eo demonẽ effugauit. Cũ autem illum imperator ad deorum ſacrificia inuitaret: ⁊ vitus recuſaret: ⁊ cũ modeſto ⁊ creſcentia in dirum carcerẽ miſſus eſſet: ſubito ferri moles eis impoſita cecidit: ⁊ carcer immẽſo lumine coruſcauit. Chriſtus quoq; ſanctis apparẽs illos ad paſſionis tolerantiã animauit. Quod imperator a cuſtodibus intelligens eos eductos in clibanum ignis immiſit: quos tamen ignis omnino non tetigit: inquo pſallentes hymnum trium puerorum decantare audiuntur: indeq; illeſi omnino educũtur. Tunc leo terribilis ad ſanctos deuorandos dimittitur: ſed tamen ab eis fidei virtute placatus: eorũ veſtigiis manſuete proſternitur. Tandem in equuleo eos imperator iuſſit appendi: ⁊ in illo diutius extorqueri. Sed orante puero vt eos dominus. liberaret ſubito aer turbat: terra concutitur: tonitrua mugiunt: templa dorũ corruunt: ⁊ multos opprimunt. Imperator autem territus fugit: ⁊ angel⁹ ſanctos exoluit atq; fluuium ſilarũ vnde venerant in momento repoſuit. vbi oratione fuſa domino aĩas reddiderunt. Quorũ corpora ab aquilis cuſtodita florentia illuſtris femina ſancto vito reuelante reppe rit: ⁊ cum aromatibus in mariano predio ſepeliuit Qui paſſi ſunt. xvij. calen. iulij.

¶ De ſcõ heſychio martyre. Ca. CXXI.

Heſychius martyr apud meſiam ciuitatẽ doroſtorũ paſſus eſt. Qui cũ eſſet miles ⁊ beatũ iulium martyrẽ ⁊ commilitonem ad paſſionẽ comitatus eſſet: vt ſuperius in eius paſſione. vj. cal. iunij dictum eſt. Se qз eiuſdem decollandi orationib⁹ cõmendaſſet: cũq; deoſculatus eẽt a gẽtilib⁹ tẽt⁹ ⁊ maxio p̃ſidi oblat⁹ in carcere diebus pluribus maceratus: tandem in confeſſione chriſti gladio cedente martyrio coronatus eſt. xvii. calendas iulij.

¶ De ſanctis Fereolo ⁊ ferutione martyr. C. CXXII

Fereolus preſbyter ⁊ ferutio diaconus in galliis ciuitate biſunticneñ. paſſi ſunt: Qui a btõ hyrenco epiſcopo lugduñ. ⁊ martyre ad p̃dicandũ verbũ dei miſſi. ſub claudio iudice tenti ad trocleas extenti: ⁊ diutius flagellati: dehinc in carcerem recluſi ſunt: Mane quoqз cum linguis eorum amputatis: nihilominus chriſti nomen clara facundia perſonarent: ⁊

populo predicarent. Iterum compꝛehen
ſi ſunt: quibus iudex crudelis iuſſit vt vni
cuiq; eoꝝ ſubule. xxx. manib⁹ ⁊ pedibus ⁊
pectori infigerent: atq; ad vltimū gladio
necarent. Paſſi ſunt aūt. xvi. cal. iulij.

¶ De ſctis Rothlando ⁊ Uliuero ⁊ aliis
militibus martyribus. Ca. CXXIII.

ROthlandus ⁊ vliueri⁹ atq;
multi alij milites xp̃iani q̃
a ſaracenis i rūciaualle ꝓ
fide chꝛiſti pugnantes occi
ſi ſunt tempoꝛe caroli ma
gni in catalogo martyrum
aſcribuntur. Nam dum ſaraceni totā hi
ſpaniam occupaſſent Carolus monitu bti
iacobi ſibi apparētis atq; iubentis vt ter
ram ſuam ab infidelibus redimeret: cum
ſuo exercitu hiſpanias ingreſſus: pꝛimo
quidem ciuitatē pampilonem tribus mē
ſibus obſeſſam muris fundi:us miraculo
ſe ruentibus cepit: ⁊ multos ſaracenos cō
uerſos baptizari fecit. Quod ſimiliter con
tingit in ciuitate lucerna i valle viridi po
ſita que nūc eſt inhabitabilis facta. Et cū
omnes ciuitates ⁊ caſtra hiſpanie conqui
ſiſſet: eccleſiam beati iacobi apud compo
ſtellam viſitauit: omnes honoꝛes ei abla
tos reſtituit: eāq; ampliorib⁹ priuilegiis
dotauit. Sed dū rediſſet ad gallias. Aigo
landus rex ſaracenoꝛuz aphꝛice maximā
partem hiſpanie reacquiſiuit: chꝛiſtianos
eiecit ſpoliauit ⁊ occidit. Quod audiens
carolus ad hiſpaniaz rediit: ⁊ vt refert tur
pinus remeñ. archiepiſcopus. xij. ānis vel
ibi perſonaliter fuit vel exercitum tenuit.
Et pꝛimo quidem apud ſanctum facūduz
grauiſſimo bello cōmiſſo milo rothlandi
pater cum quadraginta milibus chꝛiſtia
noꝛum occiſus ē. Carolus vero equo ſuo
occiſo: pedes ſtans cum duobus milibus
chꝛiſtianoꝛuz de gaudioſa ſpatha ſua mul
tos ſaracenos per medium ſcidit. ¶ Die
vero ſequenti cum quattuoꝛ marchionem
italie cum quattuoꝛ milibus militū in ſuc
curſum chꝛiſtianoꝝ veniſſent. Diſceden
tes inde ſaraceni infinitū exercitū mau
roꝝ: moabitaꝛuz: ethiopū: perſaꝝ: pthoꝝ:
aphꝛicanoꝝ: ⁊ turcoꝝ congregarunt. Rex
aūt carolus ageniā ciuitatem poſt ſex mē
ſes cepit: ⁊ decem milia ſaracenoꝝ occi
dit. Inde perſecutus eſt aigolanduz vſq;
ſantonas. Deinde rediens galliam: nouū
exercitum congregauit centuz ⁊ triginta
milia bellatoꝝ: cum quo hiſpaniaz repe
dauit. Inter quos fuerunt ꝑcipui. Turpi
nus remeñ. archieps: rothlandus comes
cenomaneñ. dominus blaui nepos caroli
ex berta ſoroꝛe: ⁊ filius milonis de angle
ris: oliuerius dux gebenñ. eſtulphus co
mes lingoneñ. araſtanus dux britannie:
engler⁹ dux eqtanie: gniferus dux burde
gallēſis: geler⁹: gelin⁹: ſalomon: ⁊ blādui
nus frater rothlandi: gundebondus rex
friſie: naamā dux bauarie: Oger⁹ dux da
cie: lambert⁹ dux biturie: Sampſon dux
burgundie: cōſtantinus ꝑfect⁹ romanoꝛū:
rhegynaldus de alba ſpina: gualtheri⁹ de
thermis: gulielmus: gerinus lothoꝛingie
dux: Bogo: bertrandus de nublis: Gana
lonus traditoꝛ de maguntia: ⁊ multi alij
equeſtres ⁊ pedeſtres: qui per ciſereos
poꝛtus tranſeuntes pampilonez obſcede
runt. Ibiq; cōmiſſo bello ex vna pte chꝛi
ſtianoꝝ centum ⁊ trigintaquattuoꝛ milia
ex alia ſaracenoꝝ centum milia diuina fa
uente gratia ſaraceni tanta cede proſtrati
ſunt ꝙ chꝛiſtiani vſq; ad baſes in ſangui
ne mergebantur. Occiſoq; aigolādo nul
lus eoꝝ euaſit: niſi rex ſibylie ⁊ rex coꝛdu
be qui cum paucis aufugerunt. Captaq;
vꝛbe omnes ſaraceni ibidem reperti tru
cidati ſunt. De chꝛiſtianis vero ceciderūt
vſq; ad mille. ¶ Sequēti vero die pugna
uit Carolus cum furre pꝛincipe nauarre:
⁊ eum cum tribus milibus occidit totāq;
terram nauarre adeptus eſt. ¶ Deinde
apud nageram obſidionē poſuit: vbi erat
gigas quidam nomine ferracutus de ge

n ere goliath: quem aūdmirandus baby-
lonis cuꝫ viginti milibus turcoꝝ miſerat
in ſubſidium ſaracenoꝝ. Hic lanceaꝫ vel
ſagittam non formidabat: ſed virtuteꝫ. xl.
virorum fortium poſſidebat. Inito auteꝫ
ſingulari certamine cum multos milites
chriſtianoꝝ ſine alio bello ſolo brachio ex
equo leuatos cepiſſet. Tandem rothlan-
dus cum ipſo congreſſus deo annuente
gigantem vicit: ⁊ per vmbilicū ſua ſpatha
transfodit. Sicqꝫ nagera ciuitas capitur:
ſaraceni occiduntur: ⁊ vincti chriſtiani ab-
ſoluūtur. ¶ Poſt hec pugnauit rex apud
cordubam cum regibus ſibyllie ⁊ cordu-
be: ⁊ interfecto rege ſibyllie cum. viij. mi-
libus ſaracenis: ⁊ rege altamaior vrbem
obtinuit: eo pacto ꝙ baptizaretur: ⁊ dein-
de a carolo regnum tenēs in dominio pri-
ſtino confirmaretur. Sicqꝫ tota hiſpania
redempta ſanctum iacobum in galatia ite-
rum reuiſit: honoribus ⁊ poſſeſſionibꝰ di-
tauit: deinde vt rediret galliam: pampilo-
ne aliquot diebus reſedit. ¶ Audiens au-
tem ꝙ apud cordubaꝫ eſſent duo magni
reges ſaraceni: videlicet marſyrius ⁊ ba-
ligandus frater eius miſſi de perſide hi-
ſpaniam ab admirando babylonis. man-
dauit illis rex per ganalonū: vt aut baptiſ-
muꝫ ſuſciperent: aut ſibi tributum exolue-
rent. Qui cum ganalono conſpirantes mi-
ſerunt carolo. xxx. equos oneratos auro ⁊
argēto ⁊ opibus. Ganalōno aūt. xx. equos
ſimiliter opibus iiſdem onuſtos obtule-
runt: vt pugnatores caroli in manibus eo-
rum traderet: quod ille facere promiſit.
¶ Rediensqꝫ gaualonus munera carolo
preſentauit: eiqꝫ aſſeruit ꝙ reges ipſi chri-
ſtianos ſe facere diſpoſuerūt: carolumqꝫ
rogabant: vt eos in franciam precederet:
quem illi velocius ſequerentur. Cum aūt
carolus in franciam rediret: conſilio ga-
naloni dimiſit: rothlandum ⁊ oliuerū cuꝫ
maioribus pugnatoribus: ⁊ viginti mili-
bus militibus: vt vltimam cuſtodiam in
runciualle facerent: donec rex ⁊ omnis
exercitus portus ciſereos tranſirēt. Cūqꝫ
carolus pertranſiſſet: quinquaginta mi-
lia ſaraceni qui triduo in nemoribꝰ latue-
rant: vt gaualonus ordinauerat. fecerunt
ex ſe duas acies: Quaruꝫ prima que erat
viginti milium equitum prius exiuit: ⁊ cū
chriſtianis a mane vſqꝫ ad tertiaꝫ acriter
dimicauit. Tandem omnes ſaraceni oc-
ciſi ſunt: ⁊ rothlandus cum ſuis victores
fuerunt. Poſt hec ſecunda acies triginta
milium pugnatoruꝫ chriſtianos iam fati-
gatos ⁊ laſſos inuaſerunt: omnes quoqꝫ
ex parte rothlandi occiderunt: preter mo-
dicos qui ad nemus cōfugerunt: cū qui-
bus balduinus ⁊ tedricus latuerunt: ⁊ pre-
ter rothlandum qui redeuntibus ſarace-
nis ad vnā leucam inſonuit buccina: cen-
tum chriſtianos qui fugerant reuocauit:
cum quibus in ſaracenos viriliter irruēs
pluſquam duo milia ex ipſis proſtrauit:
⁊ ceteros in fugam conuertit. Tamē cen-
tum eius ſocios in hoc vltimo bello ami-
ſit. Ipſe autem quattuor lanceis graui-
ter vulneratus ſolus ad runciaualleꝫ ſub
quercu deſcendit: ⁊ tunc ſe mori ſentiēs
duridandam eius ſpatham in ſaxo con-
fringere voluit: ne in manibus ſaraceno-
rum deueniret: ſed lapide ſciſſo enſem
frangere nequiuit. Tuncqꝫ tuba ſua tam
fortiter ſonuit: ꝙ flatu tuba ſcinditur: ⁊
vene ac nerui colli eius rumpuntur: ſo-
nuſqꝫ tube ad aures caroli per octo mi-
liaria angelo deferente perducitur. Illi-
co gaualonus regem redire volentē diſ-
ſuaſit: dicens ꝙ rothlandus cauſa vena-
tionis buccinaret. ¶ Dum igitur rothlan-
dus ſuper herbam iaceret: ſuperuenit bal-
duinus eius frater: a quo cum ſitiens
aquam peteret ille circūquaqꝫ querēs in-
uenire non potuit. Videnſqꝫ illum mori
equum pungens: carolum velociter in-
ſecutus cuncta ei geſta narrauit. Poſt
ſuperuenit tedricus ⁊ rothlandum chri-

ſtum laudantem ⁊ reſurrectionem mor-
tuoꝝ confitentē ac pro ſuis occiſis orantē
inuenit: ſicq3 inter manus illius expirauit.
Quo die dum turpinus archieps miſſam
pro defunctis celebraret: raptus in extaſi
audiuit demones perſtrepētes ac dicētes
ſe animas marſyrij ⁊ ſaracenoꝝ ad infer-
na deferre: ⁊ michaelem cum cetu ange-
lico aias rothlādi ⁊ xp̄anoꝝ ad paradiſuꝫ
ea hora geſtaſſe. ¶ Rediens igit̄ carolus
rothlandum mortuū inuenit: ⁊ oliueriuꝫ
in effigie crucis quattuor palis in terra fi-
xis cum quattuor retortis extenſum ⁊ a
collo vſq3 ad pedes excoriatum lanceis ⁊
ſpathis confoſſum. Et cū carolus iuraſſet
oēs occiſos reuiſere: ⁊ ſol iam q̄ſi occū-
beret: oratione ſancti regis ſol tanto tp̄e
ſtetit imobilis: donec rex oium pemptoꝝ
martyrū corpora requiſiuit. ¶ Tunc ga-
nalonum de ꝓditione cōuinctū quattuor
equis alligari fecit: ⁊ contra quattuor pla-
gas celi ſceſſorib⁹ equos agitantibus ter-
ribili morte in quattuor partes diſcerpi.
Omniū vero ſanctoꝝ militū corpora rex
in duobus cimiteriis tumulata diuiſit:
quoꝝ vnum eſt in aliſis campis: aliud apd
burdegallē. Rothlandum vero apud bla-
uiam in eccleſia ſancti romani quam ipſe
comes edificauerat: ſepeliuit: ⁊ ſpatham
eius ⁊ tubam eburneā ad honorē militie
ibidē reſeruādas depoſuit. Paſſio horuꝫ
martyrū celebrat̄. xvi. cal. iunij.

¶ De ſcō himerio epō. Ca. CXXIIII.



Himeri⁹
eps emilie i tuſcia vir-
tutib⁹ ⁊ miraculis cla-
rus ibidem in pace q̄e-
uit. xv. calē. iulij: ibidē-
q̄ ſepultus fuit. Cuius
corpus pceſſu tp̄is q̄-
daꝫ eps cremonen̄. il-
luc ab impatore ex aliqua cā directus: da-
to precio nō modico obtinuit: ⁊ cremonā
tranſlatū in eccleſia alme virginis cathe-
drali honorifice collocauit: vbi ⁊ miracu-
lis pollet.

¶ De ſcā eliſabeth de ſconāgia. Ca. CXXV.

Eliſabeth de ſconāgia virgo
ſancta: vt ait ſigibertus cir-
ca annuꝫ domini. M. c. lvi.
claruit. Que fuit ſoror mo-
naſterij de ſconāgia mater-
tera ymonis abbatis. Hec enim ab ānis
puerilibus relicto ſeculo operibus ſpirit⁹
vacabat: ieiunijs autem ſemper ⁊ oratio-
nibus intendebat: atq3 carnē diſciplinās:
diris ſe verberib⁹ flagellabat. Multis aūt
annis ante obitū ipſius manus dn̄i ſuper
illam grauior extitit: q2 diris vulneribus
caro eius elanguit: ⁊ tn̄ patientie virtute
munita nunq̄ cōtriſtari viſa fuit. Viſiōes
aūt crebras ⁊ mirabiles a deo habuit ⁊ di-
uina ſecreta ſibi reuelata cognouit. Ra-
pta aūt in his extaſibus quaſi mortua ſine
ſenſu iacebat: donec ſpiritu carni reddi-
to aliquādo que viderat referabat: aliq̄ñ
vero ſilentio tegebat. Huic ab angelo ſe-
cum familiariſſime colloquenti annūcia-
tus eſt liber qui dicit̄ viarum dei diuinas
cōtinens ⁊ ſalutares ſpiritus admonitio-
nes. ¶ In octaua aſſumptionis domine
noſtre: beata virgo ei apparens: eidēꝫ ſe
ſpiritu ⁊ corpore aſſumptaꝫ fuiſſe dixit: ⁊
poſt aſcenſionē xp̄i anno integro ⁊ tanto
plus tp̄e quātum ē ab ipſa aſcēſione: vſq3
ad mediuꝫ menſem auguſti in hoc mun-
do fuiſſe declarauit. ¶ In feſto annūcia-
tionis eiuſdeꝫ: ipſa glorioſa mater eidem
dei famule reuelauit: q3 anno. xv. verbuꝫ
dei concepit. ¶ In feſto quodam domi-
nice natiuitatis vidit duas ſtellas magnas
per lucidas: in vnuꝫ corpus redactas ⁊ in
circuitu circulum aureuꝫ ac in medio vir-
ginem xp̄m geſtantē paruulum: que mul-
ta ipſius diei myſteria ſibi reſerauit. In-
ter cetera autē quęſiuit a domina noſtra
quid eſſet de anima origenis doctoris ec-

diuitiꝗ̄ ꝙ errores quos habuerat ex fonte nimie pietatis deuenerant: ⁊ ꝙ ipſam dei genitricē in ſuis ſcripturis maxime honorauerat. Propter que duos modicas penas vbicūqꝫ eſſet ſuſtinebat. Sed quid in die nouiſſimo de eo fieret deus i arbitrio ⁊ diſpoſitōe domine noſtre poſuerat. Qđ tamen ſibi tunc reuelari non licebat. Hiis ⁊ aliis viſionibus plurimis ⁊ glorioſis ancilla chriſti a domino ſepius viſitata anno etatis ſue.xxj. viſitatiōis vo ſue.xiij. in ſanctitate vite migrauit ad dn̄m.xv.cal.iulij

¶ De ſanctis Marco ⁊ Marcelliāo martyribus. La. CXXVI



Marcꝰ et marcellianꝰ fratres rome ſub diocletiano imperatore paſſi ſūt: agē te fabiano vrbis prefecto. Hi nobili genere orti: tranquillini ⁊ martie filij fuerunt. Qui cū pro fide chriſti diebus pluribꝰ in carcere tenti fuiſſent: data ſententia ſuper eos a chromatio vrbis prefecto decollari iubēt: ſi īfra dies.xxx. diis ſacrificare renuiſſent. Interimqꝫ dati ſunt in cuſtodia primiſcerio nomine nicoſtrato. Ad quos parētes ⁊ vxores cuꝫ filiis ⁊ affinibus aduenerūt: qui lachrymoſis precibus animos iuuenū emollire ſatagebant: quatenus temporalem euadentes mortem preceptis imperialibus conſentirent. Quos beatus ſebaſtianus ſua predicatione ad martyriū animauit. Qui poſtq̄ʒ zoe vxori nicoſtrati q̄ dudum muta fuerat: loquendi facultateꝫ reſtituit ipſum nicoſtratum cum coniuge ⁊ parentes marci ⁊ marcelliani ad chriſtū conuertit. Chromatium quoqꝫ vrbis prefectum cum filio tyburtio ſua doctrina ſalutifera ad fideꝫ adduxit: vt hec omnia dicta ſunt ſupra in paſſione ſebaſtiani.xiij. calendas februarij: ⁊ dicēt̄ infra in paſſione tyburtij.iij.idus auguſti. Sicqꝫ ſcriptū eſt vt diocletianus chromatiuꝫ vrbis prefectum dignitate priuatum in exiliū mitteret: ⁊ fabianum eidem ſurrogaret. Qui marcum ⁊ marcellianum ſacrificare nolē tes in carcerem diebus pluribus vinctos detinuit. Demum eductos ad ſtipitem ligari ⁊ eorum pedes acutis configi iuſſit. Cum aūt tranſiſſet vnus dies ⁊ vna nox: ⁊ illi pſallentes chriſtuꝫ laudarent precepit illos prefectus lanceis per latera trāſfigi. Sicqꝫ cum corona martyrij ad ſidera regna migrauerūt. Quoꝝ corpora xp̄iani occulte noctu tollētes via ardeatina ſepelierunt. xiiii. calendas iulij.

¶ De ſanctis Cyriaco ⁊ Paula virgine marty. La. CXXVII

Cyriacus ⁊ paula virgo apđ hiſpanias i ciuitate malica martyriuꝫ paſſi ſunt. Qui a paganis ꝓ chriſti nominis cōfeſſione vincti: poſt multa eis illata tormenta lapidibus obruti inter ſaxa celo aīas reddiderunt. xiiij. calen. iunij: vt habetur in martylogio adonis ex chalendario hiero. ſumpto.

¶ De ſanctis Geruaſio ⁊ Prothaſio martyribus. La. CXXVIII

Geruaſius ⁊ ꝓthaſius fratres gemini filij beati vitalis militis ⁊ beate valerie apđ mediolanum ſub nerone imperatore paſſi ſunt. Hi eni poſt martyrium pereuꝫ de quibus ſupra actū eſt in paſſione vitalis ⁊ valerie.iiij. calen. maij omnem ſuam familiam liberantes omneſqꝫ ſuas facultates pauperibus erogantes ſancto nazario martyri duduꝫ adheſerunt: qui oratorium conſtruebat. Dehic mediolanum vrbem propriā regreſſi in vno ſe cenaculo concluſerunt. ⁊ per.x. annos lectioni ⁊ orationi vacantes anno xi. ad martyrium peruenerunt. Cuꝫ enim comes aſtaſius ad bellum tenderet quod

ab arcomanis fuerat excitatũ: ⁊ mediola
num ingreſſus eēt idoloꝝ pontifices eidē
occurrerunt aſſerentes: ꝙ dii ſibi rñdere
contēnerent: nec belli ei victoriā cōcede-
rent niſi prius geruaſius ⁊ ꝓthaſi⁹ imola
rent. Continuo igit̃ tenent: ⁊ a comite ſa
crificare ſuadent. Cui cū geruaſi⁹ omnia
idola ſurda ⁊ muta diceret: ⁊ ab oipotenti
deo victoriā exquirēdaꝫ aſtrueret: iratus
comes aſtaſius illū plumbatis cedi fecit ꝗ̄
diu ſpūm exhalauit. Deinde ꝓthaſiuꝫ ac-
cerſiuit: eūq̧ vt ſacrificaret diis admo-
nuit. Recuſanteꝫ in equuleo ſuſpēdi iuſ-
ſit. Deinde depoſituꝫ fuſtibus cedi. Cum
aūt ꝓthaſius comitē miſerū appellaret: ⁊
cecos oculos cordis hēre diceret: ac xp̄m
voce publica ꝓclamaret: iuſſit eū aſtaſius
capite cedi. Quoꝝ corpora philippus ꝗdā
ſeruus chriſti cū filio ſuo rapuit: ⁊ occulte
in domo ſua in arca ſaxea ſepeliuit: libel-
lum quoq̧ eoꝝ ortum ⁊ vitaꝫ ⁊ martyriū
cōtinentē cōſcripſit: ⁊ ad capita illoꝝ depo
ſuit. Paſſi ſunt aūt circa annum dñi. lvii.
xiii. calen iulii. Horum corpora tpe beati
ambroſii epi reuelata ſunt. ¶ Cum ideꝫ
xp̄i confeſſor in eccleſia ſanctoꝝ naboris ⁊
felicis oraret: ita vt nec vigilaret apte: nec
dormiret integre apparuerunt eideꝫ duo
iuuenes pulcherrimi veſtibus candidiſ-
ſimis induti: caligulis calciati: facie perlu
cidi ſecū manibus extenſis orātes. Orā-
te autem ambroſio: vt ſi phantaſma eſſet
abſcederet: ſi autem veritas plenius appa
reret: ſimili modo iterum ſecum orantes
viſi ſunt. Tertia vero nocte defecto iaꝫ ie
iuniis corpore non dormienti ſed ſtupēti
cum tertia ſibi apparuere perſona: que ſi-
milis eē beato paulo apoſtolo videbatur:
ſecundum qḋ in pictura conſpexerat: il-
liſq̧ tacentibus apoſtolus ambroſio reſe-
rauit: ꝙ illi martyres chriſti fuerant: qui
omnia pro chriſto contempſerant: ⁊ chri-
ſtum in paſſione imitati fuerant: admo-
nens vt in eo quo orabat loco. xii. pedib⁹
terram effoderet: ibiq̧ eoꝝ corpora in
arca marmorea inueniret: ad quoruꝫ ca-
pita libellum conſpiceret: eorū ortum: nō
mina vitam ⁊ martyriū continentē. Con
uocatis igitur ambroſius vicinis epiſcopis
terram effodiūt: ⁊ vt ſupra ꝓmiſerat pau-
lus: cuncta ſic eueniunt. Et licet ab eoruꝫ
paſſione pluſq̄ anni. ccc. fluxiſſent: ita tñ
eorum corpora ſunt reperta: ac ſi ipſa hora
fuiſſent ibi poſita. Ex quibus etiam odor
mirabilis fragrabat. Cecus autem ꝗdam
tangens pheretrum lumen cōtinuo rece-
pit: ⁊ alii plures egri eoruꝫ meritis curati
ſunt. Quoꝝ corpora in matrice ipſius ciui
tatis eccleſia requieſcunt.

¶ De ſcō Urſicinio mar. Ca. CXXIX.



Urſicin⁹
martyr apud rauēnaꝫ
paſſus eſt tempore ne-
ronis imperatoris ſub
paulino conſulari: Hic
natione ligur⁹ arte me
dicus fuit. Poſtq̄ aūt
multoꝝ corpora ſana-
uit ſub paulino conſulari arte humana et
animas vti chriſtianus arte diuina a iudi
ce tentus poſt multa ſupplicia decollari
iuſſus eſt. Qui vt ſupra dictum eſt in paſ-
ſiōe ſancti vitalis. iiii. calen. maii: cum ad
locum paſſionis ductus eēt: qui palme vo
cabulum habebat: quia ibidem palma ad
huc antiqua vigebat: gladiuꝫ expauit: ſed
eum beatus vitalis inde confortauit: ne
ipſe qui alios curare conſueuerat: ſeipſuꝫ
eterne mortis iaculo vulneraret. Mox
igit̃ vrſicinus de eo ꝙ formidauerat mor
tem: penitentiam egit: ⁊ decollationē in-
trepidus ſuſcepit. Cuius corp⁹ vitalis mi
les intra ipſam ciuitatem ſepeliuit. xiii. ca
lendas iulii. Quod tamen poſtmodū trāſ-
latum fuit ad eccleſiam ſancti ioannis ba

priſte: vbi ⁊ proprium oratorium ſortitus eſt. Deinde poſt annos. Dcccc. tempore othonis ſecundi imperatoris ab boneſto archiepo rauēnate ad eccleſiam vrſicinaꝫ leuatum eſt: que grece hagia anaſtaſis. i. ſancta reſurrectio dicitur.

¶ De ſcō Romualdo abba. C. CXXX.

ROmualdus abbas ordinis camalduen̄. fundator tempore othonis. iii. imperatoris claruit. Hic ex illuſtribus parentibus rauēne ortus pāe ſergio duce adhuc adoleſcens licet carnis vitio ꝓcliuius exiſteret: tamen aliter deo deuot⁹ iam quaſi eremum appetebat. Cum autē pater pro quodam agro cum vno eius propinquo litigaret: ⁊ romualdo preſente ipſum occidiſſet. Juuenis quaſi homicidii conſcius xl. diebus penitentiaꝫ in claſſis monaſterio perfecit. Inducebatur autem tunc ab vno conuerſo vt ordinem intraret: qđ hic facere promiſit ſi ſanctum ſibi appollinarem oſtenderet. Et dum ambobus in eccleſia pernoctantibus ſanctus apollinaris de ſub altari bis exiens ei ſecundo appariſſet: ille exinde corpus martyris ibideꝫ iacere null⁹ ātenus dubitauit Et extunc cōſilio ⁊ ſuaſu honeſti archiepiſcopi rauen̄. olim abbatis claſſen̄. monaſterium claſſis ingreſſus triennium ibi in vite ſanctitate peregit. Deinde abbatis licentia ad quēdam eremitam marinuꝫ nomine: qui in venetie partibus degebat deuenit: ⁊ ſub eius diſcipulatu manere cepit: ab eodēꝙ vite eremitice obſeruantiaꝫ imbibit: pſalteriumꝙ rudis multis verberibus pulſatus didicit: triduo quoꝙ i ſeptimana mediam panis bucellam ⁊ pugillum fabe cū aqua guſtauit. ¶ Eodeꝫ tempore petrus vrſiolus dux venetie qui tyrānice ducatū obtinuerat: ⁊ in necem vitalis candiani eius predeceſſoris fautor⁹ extiterat de cōmiſſo penitens cōſilio guarini abbatis de terra ſancta ad gallias redeuntis. ⁊ ſanctorum marini ⁊ romualdi ducatui reſignauit: ⁊ aſſumpto ioanne gradenico ſecum in crimine conſocio cum predictis tribus ſanctis ad monaſterium ſancti michaelis in galliam deuenit: vbi inſimul habitabant: ipſi omnes eremiticam vitam ducētes. Ipſos autem ⁊ fratres alios romualdus in virtutibus ⁊ vite auſteritate precellebat. Et terram colentes de labore manuum victum querebant. Ibiꝙ romualdus multas diaboli tentamina pertulit: ⁊ deuicit: ſub cuius magiſterio petr⁹ olim dux viuere cepit: ⁊ quia taꝫ ardue vite nō fuerat aſſuetus: eius facultati magiſter pie condeſcebat. ¶ Miraculis auteꝫ maximis ⁊ ſtupendis hic ſanctus effulſit. Cū enim ruſticus familiaris domus romualdo conqueſtus fuiſſet: ꝙ quidam diues vaccam ſibi rapuiſſet: ⁊ ſanctum vaccam repetentem vir ille deriſiſſet: vaccāꝙ coctam cum aliis in conuiuio ederet: os ſubito in gutture raptoris tranſuertitur: ⁊ ille continuo ſuffocatur ¶ Comitē quendam nomine olibanum de grauibus criminibus ſibi confeſſum: non ſoluꝫ ad penitentiam adduxit: ſed etiam ad religionem incitauit. ¶ Audiens autem ꝙ pater eius monachus factus ad ſeculum redire diſponeret: ad patrem cōcitus iuit: eumꝙ in ſancto propoſito confirmauit: qui poſt dies modicos in chriſto quieuit. Romualdus autem in predio monaſterii claſſen̄. permanſit: vbi a demonib⁹ primo eum deterrentibus: deinde grauiter cedētibus diutius pulſatus: omnes ipſos malignos ieſu inuocato nomine effugauit. Qui poſtmodum ſub diuerſorum animalium ⁊ monſtrorum formis terribilibus apparentes ipſum conturbabant: ſed eorum perſecutiones ſanctus vir orationibus ſuperabat. Ipſis autē diebus in lo-

Digitized by Google

eo qui dicitur balneū monaſteriū quod dam ſancti michaelis conſtruxit: ſed a ſā cto apollinare monitus ad cenobium ſuum regreſſus eſt. ℭ Poſt hec habitauit ī palude comacleñ. ⁊ deide in palude que peretū dicitur longe a rauenna quaſi mili bus. xii. cum diſcipulo guilelmo: vbi ignē qui cellulā inflammauerat oratione repē te extinxit. ℭ Poſt hec iuſſu imperatoris othonis. iii. in claſſeñ. abbatē electus diu dū renitens tandē coactus acceptauit: ſꝫ dum fratres ad votuꝫ corrigere non valeret coram rauēne archiepo ⁊ imperatore officio reſignauit: quē videlicet imperatorem tyburtinā ciuitatē obſidentē reperiens ad pacē ⁊ concordiā cum tyburtinis reduxit: eo ꝙ ipſum iperator in reuerētia gereret: vbi etiā thamuꝫ quendā nobilē: ⁊ bonifacium viꝝ clariſſimum īperatoris ꝑpinquum teutonicos ad penitentiā conuertit: ⁊ monachos effectos ſecū deduxit ⁊ ad peretum rediit. Qui videlicet bonifacius poſtmodum archieps ⁊ martyr fuit. De quo ſupra actum eſt iuxta aliū eius nois ſanctum noñ. iunii. ℭ Poſt hec innumeris fratribꝰ congregatis in multis locis ac ciuitatibus cellas extruxit: ⁊ camalduleñ. eremitaꝝ ordinē incohauit. Ad cuius inſtantiā otho imperator cenobium ſci alberti edificauit. ⁊ ꝑdiis large dotauit. Et cū otho ad vitā monaſticā aſſumendā diſponeret poſtq̄ꝫ vadens romā inde rediſſet ſanctū ipſuꝫ nunq̄ꝫ reuerſuꝝ predixit: ⁊ vt ꝑdixerat ſic euenit. Deide apud parē tium. iii. monaſteria fūdauit: vbi dudum manēs ipſum diuina pietas ad ſūme perfectionis apicē prouexit. Ibiqꝫ ordinem deo viuēdi fratribus ſuis circūquaqꝫ poſitis ſpiritu dei docēte dictauit ⁊ miſit. Inde diſcedēs nauem intrauit tēpeſtatēqꝫ maris grauiſſimā cunctis iā periclitantibus ⁊ de ſalute deſperantibus ſua oratione ſedauit. Ueniensqꝫ ad biſurcum monaſterium eorum vitam aliquantuluꝫ laxatam ad ardua ⁊ vtilia ducere curauit. ℭ Poſtq̄ꝫ hec in camertino ſolo cenobium nobile conſtruxit: in eiſdemqꝫ partibus monaſterium puellarum condidit. Deinde in regione vrbis veteris aliō monaſteriuꝫ fabricauit: ⁊ multos monachos conſtituit. In quo filius guidonis comitis longo tempore in ſancto propoſito vixit: ⁊ carnis ſoluto debito miraculis claruit. Inter que cecum illuminauit. ℭ Deinde romualdus audiēs ꝙ bonifaciꝰ eius diſcipulus martyrium paſſus eſſet: paſſionis deſiderio fragrans cum. xxvi. ex fratribus ſuis vſqꝫ pannoniam perrexit: ſed ibi langore percuſſus voluntate dei compulſus plures nobiles monachos acquiſitos rediens ſecum adduxit: ⁊ ad monaſterium vrbis veteris remeauit: vbi multas perſecutiones a ſuis fratribus pertulit. Inde diſcedens apud caſtrum marimianum monaſterium aliud fundauit. Et inde per claſſeñ. locum parentiuꝫ nauigauit. Reuocatus autem per nuncium apoſtolice ſedis ad italiam repedauit: veniensqꝫ ad montem caleñ. ⁊ petranuꝫ in vtroqꝫ cellas erexit: locisqꝫ pluribus peragratis per vallem de caſtro ⁊ montem apenninum in loco qui dicitur aqua bella locum alium conſtruxit: vbi ⁊ quendā preſbyterum a dolore dentium grauiſſimo liberauit. ℭ Cum autē apud camaldulum monaſterium quod ipſe tunc caput ordinis conſtrui faciebat fagus maxima in edificium cederetur: dubitantibus cunctis ne fagus inciſa cellam opprimeret: orantibusqꝫ ſanctum vt ex cella abiens periculum euitaret: ipſe inde diſcedere noluit: ſed ruentem arborē verſus cellam ſigno crucis aliorſum contra naturam cadere coegit. ℭ Iller, quoqꝫ nimie magnitudinis in ipſo opere proceditur: Qua per montis deuexum corruente raptus ab ea ruſticus ad inferiora rotatur. Sāctūqꝫ inuocās in mōtis radice ico

lumis inuenitur. Deinde venit ad mōtez ſutrij: vbi celebrās in extaſim rapit̄: ⁊ ſpiritus exponēdi pſalmos tunc ſibi diuinitus infundit̄: vbi per ſeptēniū continuū ſilētiū nunq̄ ſoluit: ⁊ multa miracla oñdit. ¶ Fratrem gregoriū ſolūmodo iſufflāo a dolore capitis ſanauit: ⁊ a ſcabie vlceroſa ter ipſum aqua ſola perfundens mūdauit. ¶ Uirū aliū deoſculās ab inſania capitis liberauit. Spm̄ ꝓpheticum hēre in multis oſtendit. ¶ Diſcipulum quē malignus inuaſerat ſpūs ob id ſoluz q2 eo abſente non petita licentia lectum eius aſcenderat ab infeſtatiōe eripuit. ¶ Uxorem cuiuſdam que virū: quē ſanctus conuerterat: ab ingreſſu ordinis prohibebat: porrecta ei buccella panis bñdicti adeo pacauit: q̄ virum exinde in pace dimiſit. Puerum aliuz a demone vexatū oblato ei pane bñdicto liberauit. ¶ Poſt hec ab henrico iperatore de vltra mari reuertente locuz monaſterij cōſtruendi in monte amiato vt petiit ipetrauit: vbi monachos multos fecit. ¶ Reuerſus ſutriā dū piſcibus pro eius aduentu carerēt: quidā frater in ſtagno paruiſſimo vbi nunq̄ piſcis viſus fuerat hamum miſit: ⁊ piſcem mox adeo magnum cepit: q̄ ipſo die cūctis ad eſum ſuffecit: per annos .xx. obitū ſuū ⁊ locū finis ſui ꝑ ſpm̄ fribus ꝓdixit. Et veniēs ad monaſteriuz vallis de caſtro egrotare cepit: ⁊ ad extrema deueniēs ſumpto viatico a carne migrauit. xiij. calē. iulij etatis ſue exactis annis. cxx. Ex q̄bus .xx. cōſumpſit in ſeculo. iij. in monaſterio claſſis. Reliquos in eremitico propoſito. Sepultuſq3 iacet in valle decaſtro: vbi et copioſe miraculis fulget.

¶ De. ſ. Joāne ⁊ Bñdcō m̄. C.CXXXI

Joannes ⁊ bñdictus martyres monachi camalduleñ. ordinis fuerunt ⁊ diſcipuli romualdi. Qui iuſſu othonis ipatoris ab eodez abbate ad buſcalū regē ad ꝑdicādū miſſi ſunt: eo q̄ ipſe ꝑdicatores fidei ſibi petierat deſtinari. Quos idē rex i eremo aliq̄ tp̄e ſubſtētauit: donec inguaz ſclauonicā didicerūt. Qui ꝑdicātes regē ↄuerterūt ⁊ baptizauerunt. Quos rex rogauit: vt pape pluruma dona deferrēt: ⁊ ſibi coronam conſecratam de manu pontificis apportarent. Quod illi recuſantes facere dicētes q3 ſibi ſecularia negocia tractanda omnino non licere: ad cellā reuerſi ſunt. Sed quibuſdam qui regis votum agnouerāt: putantibus q̄ magnam auri ſummā ſecum habe rēt: inſecuti in cella eorum ſunt iugulati: ⁊ theſauro requiſito: nihil ab eis inuētuz eſt. Tunc illi facinus palliare vollētes cellā incenderūt: vt cōbuſtis corporibus ipſi innoxij crederentur. Sed dei virtute cella cōbuſta corpora omnino intacta ꝑmanſerunt. Ipſi vero fugere volētes: ſe inde mouere nullatenus potuerunt. Ubi vero ſcōrū iacebāt cadauera: nocte apparebat lux imenſa: ⁊ angelorum audiebat̄ cantilena. Rex vero hec audiens ad locum acceſſit: ⁊ occiſores adhuc ibi inuentos cepit. Dū aūt̄ cogitaret q̄liter eos puniret: ad ſepulchra martyruz vinciri iubet: vt ſi eos deus puniri vellet: in vinculis miſerabiliter deficerēt. Sin aliter ſcis martyrib⁹ placeret: eos mirabilr̄ abſoluerēt. Ducti ergo ad tumulū dei v̄tute fractis nexibus abſoluti ſunt: ⁊ penitētes vitā eremiticā duxerūt. Rex quoq̄ ſup ſcōrum corpora baſilicaz edificauit ⁊ ex propriis bonis dotauit: vbi eorum ſeruantur corpora miris redolentia ſignis.

¶ De ſcō Nouato diſciplo. C.CXXXII.

Nouatus diſcipulus fuit illuſtriſſimi generis vrbis rome prudētis diſcipuli pauli apl̄i fili⁹ ⁊ frater timothei pſbyteri: quoꝝ ſorores fuerunt ſancta potentiana: de qua ſupra actū eſt. xiiij. cal. iunij: ⁊ praxe-

dia de qua lſra dicet̃.xij.cal. auguſti. Hic cum patre pudente multos paupes chriſtianos in domo ſua refouebat. Qui eo viuente adhuc per mẽſes plurimos egritudine valida detent⁹ a beato papa pio p familiariter viſitatus ⁊ ab eodem confortatus diuinis ab eo perceptis ſacramẽtis. poſt dies.xiiij.eo pñte in pace quieuit.xij.calẽ.iulij: Sepultus in paterno tumulo: vbi poſtmodũ pr̃ cũ ſororib⁹ conditi ſunt.

¶ De.ſ.Siluerio pp̃ ⁊ m̃.C.CXXXIII.



Siluerius papa ⁊ martyr natiõe campan⁹ ex patre hormiſda pontifice romano agapito p̃mo pape i epiſcopatu vrbis ſucceſſit: ⁊ ſedit annum vnũ menſes quinq̃. Hic primus poſt beati ſilueſtri tẽpora ſine imperiali aſſenſu gothorũ manu ſublimatus ep̃s. Theodatus ſiquidẽ gothorum rex tunc rome regens: talem indixit clero timorẽ: vt qui non conſentiret electioni eius: gladio puniret̃. Nunc theodora auguſta vxor iuſtini imperatoris rogauit pro artemio p̃triarcha heretico ab eius predeceſſore depoſito: vt eũ reſtitueret dignitati. Qui noluit ↄſentire. Quapropt̃ īdignata auguſta miſit p vigiliũ archidiaconũ romanũ: quẽ cõſtantinopolim papa pro legatione miſerat: ad beliſariũ patricium in italia cõſiſtentẽ vt cõtra papã occaſionem inueniret: quatenus de ep̃atu deponeretur. Qui teſtes falſos ſubduxit: q̃ ſiluerius regi gothorũ ſcripſiſſet: quatenus ad portã aſinariã lateraneñ. romã veniret: ⁊ ſibi beliſariũ patriciũ traderet. Qua de re patricius eum depoſuit: ⁊ vigilius archidiaconus ipſum veſte monaſtica induit: ⁊ iubente beliſario in põtianas ad exiliũ deſtinauit: vbi pane tribulatiõis ⁊ aqua anguſtie ſuſtẽtatus poſt dies aliquot deficiens ibidẽ mortuus eſt: ⁊ ſepultus martyrio coronatus.xij.calẽ.iulij: vbi multitudo male habentiũ ſalui facti ſunt. Hic fecit ordinationem vnam per menſem decembris p̃ſbyteros.xiij. diacones v.epiſcopos per diuerſa loca nũero.xxx. Et ceſſauit epiſcopatus dies.xj. cui vigilius eius archidiaconus qui ipſum relegauerat in epiſcopatu ſucceſſit.

¶ De ſcõ Albano mar. C.CXXXIIII.

Albanus martyr: vt ait beda primo libro hiſtorie anglor: paſſus eſt in britãnia tp̃e diocletiani ⁊ maximiani imperatorum. Qui dum adhuc paganus eſſet: ⁊ clericum quendã chriſtianũ pſecutores fugientẽ in fidẽ ſuã hoſpitio ſuſcepiſſet pietate ſola permotus: eius vite ⁊ exẽplo ſanctiſq̃ monitis factus eſt chriſtianus. Cũ aũt gentiles clericũ: qui ad ſe cõfugerat: quererent: Albanuſq̃ ſeipſum pro magiſtro ⁊ hoſpite obtuliſſet: ab eiſdẽ captus ⁊ ad iudicẽ ductus eſt. Dũq̃ chriſtũ confiteri nõ timuiſſet: diutiſſime ceſus decollari iubet̃. Quẽ pp̃lo predilectũ ad martyrium accedentẽ ſecuta eſt pene tota ciuitas: põtẽq̃ fluminis occupauit qua tranſire debebat: vt ſic eius mortẽ retardarẽt: vel totaliter impugnarent. Sanctus võ deſiderio paſſiõis accenſus orauit: moxq̃ aqua fluminis ſubſtitit: ⁊ ipſe per ſiccũ alueũ vna cum perſecutoribus trãſiuit. Quo viſo miraculo miles qui ip̃m decollare debebat cõuerſus eſt. Albanus vero montẽ trans flumen poſitũ aſcendẽs orõne fuſa fontẽ de petra pduxit: q̃ ibidẽ in teſtimoniũ eius martyrij vſq̃ in p̃ns manat. Ibi igitur vna cum cõuerſo milite decollatus eſt. Sed illo in terrã cadẽte oculi pcuſſoris de eius capite pariter ceciderũt. Sepultus eſt autẽ in ciuitate verilanio: que ab anglis dicit̃ verlonia ſeu verligaceſter Poſt cuius martyriũ paſſi ſunt aaron ⁊ iu

lius legionū vrbis ciues ꝛ alij plures viri/
uſqꝫ ſexus cõuerſi ad deū propter mira/
cula i eius paſſione oſtenſa: qui paſſus eſt
xi. calendas iulij.

¶ De ſanctis Albano epiſcopo ꝛ ſocijs martyribus. Cap. CXXXV.

Albanus epõ ꝛ vrſus cleri/
cus martyres cõites fuerūt
ſancti theoniſti epi: vt infra
dicet in eius paſſiõe. x. cal.
decẽbꝛ. Qui cuꝫ eodẽ ꝛ di/
ſcipulis eius tabꝛa ꝛ tabꝛa
ta a philippẽſibus inſula nauſia egreſſi ro/
mã ſecum acceſſerūt: ꝛ oratione facta me
diolanum abierunt: ſuſcepti honorifice a
ſcõ Ambroſio epõ ꝛ Theodoſio iperato/
re tunc ibi degente. Inde ad gallias ꝑdi/
cando trãſeuntes: dū auguſtã ciuitatẽ de/
ueniſſent. ſanctus vrſus a paganis cõpre/
hẽſus ꝑ multa tormentoꝝ genera marty
riū paſſus eſt Theoniſtus vero cū albano
tabꝛa ꝛ tabꝛata diſcipulis ſuis venit a re/
gẽ roſimundū: qui eos miſit ad paulinuꝫ
epm̃ treuereñ. Indeqꝫ nauigio magun/
tiã adierūt. Ubi dum predicaret albanus
a gentilibus tẽtus ꝛ flagellatus. Nouiſſi/
me gladio ceſus eſt. Horum duorū mar/
tyriū corpora ad ꝓuinciam venetie trãſ/
lata in loco qui dicit̃ buranuꝫ iuxta mare
ſitū torcellaneñ. dioce. tumulata ſeruãt̃.
Ibiqꝫ ꝛ corpus iacet tertij martyris do/
minici monachi: Qui licet in iſtoruꝫ paſ/
ſione non reperiatur ſpecialiter nomina/
tus: ab incolis tamẽ ipſius loci conſocius
albani ꝛ vrſi fuiſſe dicit̃: ꝛ cum eiſdẽ pro
chꝛi noĩe credit̃ martyrio coronat᷒. Paſ/
ſio hoꝝ martyrū ibidẽ agit̃. xj. cal. iulij.

¶ De ſcõ Euſebio epõ ceſarieñ. C. cxxxvj

Euſebius pamphili cui pã/
philus martyr adeo amici
tia cõiunctus extitit: vt ab
eo cognomen ſortiatur: vt
dictum eſt ſupra in paſſio/
ne pamphili martyris calend. iunij. Hic
epiſcopus ceſarieñ. fuit: ꝛ ſanctitate ac ſa/
pientia iſigniter claruit: multaqꝫ opuſcu/
la diuina compilauit. Super geneſim li/
bꝛos. xx. compoſuit. Diuerſarum reruꝫ li
bꝛos. xxv. Eccleſiaſtice hiſtorie. libꝛos. ix.
Chꝛonicorum canonum hiſtoriam ꝛ eo/
rum epithoma. Euangeliorum diapho/
niam ꝛ eorum canones. In eſaiam. lib. x.
Contra porphirium. lib. xxv. In quorum
xviij. xix. ꝛ xx. accuratiſſime reſpondet ei
contra danielem prophetã ſcribenti. To/
picorum. lib. i. Apologiarum pro origene
lib. vi. De vita pamphili martyris. lib. iij.
De martyribus quedam opuſcula. In. cl.
pſalmus inſignes edidit commentarios.
Chꝛonographiã terre iudee ꝛ diſtinctas
tribuum ſortes. Libellum vrbium: mon/
tium: fluuiorum: vallium: vicorum et di/
uerſorum locorum terre ſancte: que ſa/
cra ſcriptura complectitur. Scripſit et li/
bꝛum chꝛonicum de tempoꝛibus a prin/
cipio mundi incohans ad tempora vſqꝫ
ſua declinans. Diocletiani atqꝫ conſtan/
tini primi tempoꝛibus micans. Humani
tatis in pace ſoluit debitum. xj. calẽ. iulij.
Hec Hieronymus libꝛo de illuſtribus et
ex martylogio adonis ꝛ vſuardi.

¶ De ſancta Demetria virgine ꝛ martyre. Cap. CXXXVII.



Demetria
virgo rome exorta filia
fuit fauſtini et darfoſe
ſoroꝛ martyris bibiane
vt ſupra in paſſione bi/
biane ſcriptum legitur
iiij. nonas. decembꝛis.
Hec cum ante impiiſſi
mum imperatorẽ iulianum detenta pro
fide chꝛiſti introduceretur in confeſſione
domini emiſit ſpiritum. Sepulta a ioãne
preſbytero iuxta matrẽ ꝛ germanã apud
palatium lucinianum. xi. calen. iulij.

¶ De. ſ. Leufredo abbe. C. CXXXVIII

Leufredus abbas claruit tē
pore iuſtiniani ipatoris ſe/
cūdi. Qui parētibus chriā/
nis pago eboraceñ. ortꝰ re/
licto ſclo prope vrbē in par
ua cellula morabat. Sed a
deſiderio epo ꝑpter inuidiā eo ꝙ in eiꝰ
dioceſi ſe incluſiſſet: ipſius licentia nō pe/
tita tentus eſt: ⁊ in equo ɔtra votum ſuū
leuatus: eo ꝙ nunꝙ equū aſcēdere ꝑpo-
ſuiſſet ad ciuitatē aductus eſt: Cōtra quē
eps inqrere diſponebat. Statimqꝫ vt ad
epatum peruenit equi viſcera: cui ſanctꝰ
inſidebat: dirupta ſunt: ⁊ in terrā cū equo
pariter ceciderunt. Quod eps videns ab
eo veniam petijt: ipſumqꝫ in pace dimi/
ſit. Qui pater poſtmoduꝫ factus eſt pluriū
monachorū: qui ⁊ miraculis claruit. Naꝫ
giſlenandum monachuꝫ a diabolo vexa-
tum liberauit: eiqꝫ baculū ſuum pro ipſiꝰ
tutella dimiſit. Duꝫ igne maximo ſubito
accēſo cenobiū conflagraret: orationem
fudit: ⁊ mox ventus validus ex oppoſito
inſurgens a monaſterio flāmas excuſſit:
multis quoqꝫ aliis clarus ꝟtutibꝰ in pace
quieuit. xi. calen. iulij.

¶ De ſcis decē milibꝰ m̄. C.CXXXIX.

Decem milia martyres apd
alexandriam ſub hadriano
⁊ antonio paſſi ſunt. Cum
enim agareni ⁊ euphraten
ſes romano imperio rebel
laſſent. Hadrianus ⁊ anto/
nius imperatores qui in partibus alexā/
drie degebāt nouem milia milites cōtra
eos dirigunt: eiſqꝫ acaciū primicerium ⁊
heliadē ducem preficiunt. Cum autē ro/
manorū militia multitudinē aduerſario/
rum conſpexiſſent perterriti terga verte/
runt. Et ſciſcitantes adinuicem cur tan/
tus eos tremor inuaſiſſet: putantes ꝙ
dii contra eos indignati forent: eo ꝙ illis
ſacrificare neglexiſſent: accedentes ad ſi/
mulacra ſacrificia obtulerūt: ⁊ irruētibus
hoſtibus adhuc maiori formidine repleti
ſunt: conciti quoqꝫ ſe in fugam dederūt.
Quibus angelus domini apparuit: qui in
ſpecie iuuenis eos alloquens deos gentiū
eſſe demones aſſeruit: ⁊ hec illis bis con/
tigiſſe affirmauit: eo ꝙ vanorum deoruꝫ
ſuffragia poſtulaſſent. Quod ſi in chriſtuꝫ
credere vellent victoriam ex hoſtibus ob
tinerent. Quibus vnanimiter ſe velle cre
dere reſpondentibus angelus diſparuit.
Sequenti die chriſtum in ſui adiutoriuꝫ
expoſcunt in hoſtes impetum faciunt: ⁊
angelum qui pridie illis apparuerat exer
citum eorum precedentem cernunt: bar
baros viriliter cedunt: in fugam vertunt:
⁊ multos fugiētes in lacum ſe necare cō/
pellunt. Obtētoqꝫ triumpho angelus do-
mini deduxit ſanctos aduerticem mon/
tis ararath longe ab alexandria per quin/
gēta ſtadia poſiti: imperatoribus tunc in
alexandria conſtitutis. In quorum me-
dio angelus ſedebat ⁊ eos de fide chriſti
plenius inſtruebat. Illico autem celi a-
perti ſunt: ⁊ alij. vij. angeli viſibilit̄ ad eos
deſcendunt: omniaqꝫ illis futura predi/
cunt ⁊ ad martyrij paſſiones conſtantes
efficiunt. Quibus ad eorum ablatis ocu/
lis ſancti martyres vnanimiter in Chriſti
fide ⁊ amore fundati. xxx. diebus in mon
te perſtiterunt orantes nullo penitus ci-
bo corporeo ſubſtētati. Imperatores au/
tem admirātes cur ad illos habita victo/
ria non redirent: ad eos ꝑquirendos mit
tunt: eoſqꝫ chriſtianos effectos audierūt.
Statimqꝫ ſeptem regibus circunſtantiuꝫ
regionum epiſtolas dirigūt: vt ad eos cū
ingenti exercitu feſtinarent ad nouorum
chriſticolarum exterminium faciēduꝫ.
Regibus igitur cum feſtinatione congre
gatis imperatores nuncios ad ſanctos di
rigunt: eoſqꝫ coraꝫ ſe acerſiri faciunt. Qui
oratione premiſſa ſe mutuo cōfortantes
voce delapſa celitus roborati: coram im-
peratoribus comparere feſtinarunt intre
pidi.

pidi. Interrogatiq; ab eis cur poſt trium
phū nazareno crucifixo adheſiſſent: ⁊ au
guſtorum leges preterire non timuiſſent
Acacius ore omniū reſpondens: omnia
que illis euenerant: enarrauit: ⁊ xp̄m do
minū voce publica predicauit. Omnes
quoq; milites xp̄m ſolum deum verū ac
clamare ceperunt. Et cum imperatores
cōminarentur: ꝙ omnes penas quas cru
cifixus pertulerat: illos etiperi facerent.
Unus ex collegio martyrum nomine car
terius cāpi ductor ſe beatos fore reſpon
dit: ſi necis ⁊ paſſionis dn̄i mererentur
eſſe conſortes. Clamantibus aūt populis
gentilium contra eos: ⁊ illis econtra xp̄m
viua cōfitentibus voce: populi furore mo
ti in eos lapides miſerunt: eoſq; lapidare
ceperunt. Sed xp̄i virtute lapides in fa
cies iactantium vertebant: ⁊ plurimi ex
gentilibus mactabant: ſanctiq; martyres
a lapidibus minime tāgebant. Quod cer
nētes imperatores: ⁊ hoc magicis virtuti
bus aſcribentes eos ſcorpionibus flagel
lari iuſſerunt. Et cum diutius cederent:
vnus illorum iuuenculus nomine draco
narius parūper in verberibus deficiēs ad
acatium ſe conuertens: eius exhortationē
poſtulabat. Quem poſtꝙ̄ acatius ꝯfortaſ
ſet: timens ne aliquis ex collegio in fide
forſitan propter flagella titubaret: orauit
ad dn̄m: vt eos ab ipſis tormētis erueret.
Statimq; facto nimio terremotu manus
⁊ brachia cedētium aruerūt. Quo viſo mi
raculo magiſter quidā militum theodor⁹
nomine cū ſuis militibus mille cōuerſus
eſt. qui ſe xp̄ianos profitētes ad. ix. milia
martyres ſe cōtulerunt. Tunc imperato
res irati iuſſerunt apportari clauoꝝ multi
tudinē trigonoꝝ: ⁊ per. xx. ſtadia ſpargi:
vt ſuper eos ſcti nudis pedibus ambula
rent. Quod cū fieret angeli domini mar
tyres precedebant: ⁊ clauos leuantes in
vnum coacervabāt. Imperatores vero il
los angelos deos fuiſſe putabāt. Propter
quod adhuc magis martyres ad ſacrificia
ſuadebant: eo ꝙ dij illorum miſerti: eos a
tali clauorū periculo liberaſſent. Sed cū
tam primi. ix. milia ꝙ̄ alij mille ſuperad
didit ſolum verum deum crucifixum cla
marent. Iuſſerunt auguſti: vt omnia cru
cifixi tormenta quem predicabant experi
ant in eis. Sicq; corone ſpinee eoꝝ capi
tibus imponunt: ⁊ lanceis latera perforā
tur: ⁊ vt oli xp̄s a iudeis ſic ſancti a militi
bus ſibi genuflectentibus illudunt. Qui
hec conſtantius tolerantes ſanguine eoꝝ
propio frontes tingebant in myſterio ba
ptiſmatis quo carebant. Tūc de conſilio
regis ſaporis ſancti martyres in crucibus
configi iubent. Et comitantibus illos oī
bus populis ad montē ararath ab exerci
tu deducunt: ⁊ ibidem hora tertia cruci
bus figuntur. Beatus vero acatius in cru
ce pendēs pendētes ſimiliter ſocios hor
tabat: ⁊ ſymbolum fidei catholice profite
batur. Ut aūt ſanctorum paſſio per oīa do
minice paſſiōi ſimilis eſſet: miracula que
moriēte dn̄o apparuerunt: innouata ſunt.
Nam ⁊ hora ſexta vſq; ad hora nonā ſol
obſcuratus eſt: terremotus ingens factus
eſt: ita vt plurima edificia reuerēt ſaxa eti
am ⁊ parietes multi conſciſſi ſunt obſtu
pētibus vniuerſis. Sancti vero martyres
ad dn̄m orauerunt: vt cūcti eos in quacū
q; neceſſitate inuocātes petitōis ſue a do
mino conſequerent effectum: ⁊ vigiliam
paſſionis eoꝝ cum ſilentio ieiunantes in
dulgētie pro peccatis mererent percipere
annū vnū. Statimq; voce de celo lapſa
ad eos: ad celeſtia regna percipienda vo
cant: ⁊ eorum petitiones exaudite in om
nibus nunciant. Poſt modicū ergo facta
hora nona totum montē lux maxima cir
cumfulſit. Sancti quoq; martyres magis
vocibus ſuos in manus domini ſpiritus
commendantes animas emiſerunt. Cor
pora vero illorum ab angelis de crucibus
depoſita diuina diſpoſitione in ipſo mō

te ſepulta ſunt. Qui paſſi ſunt. x. cal. iulij.

¶ De ſancto Paulino epiſcopo ⁊ confeſ
ſore. Cap. CXL.



Paulin⁹
epiſcopus nolane ci-
uitatis campanie tem/
pore vandalorū cla/
ruit. Cum. n. tota fuiſ/
ſet ipſa ꝓuincia a vā/
dalis irruentibus de-
populata: multiqꝫ de
ipſa terra in aphricā adducti captiui fuiſ/
ſent: vir domini paulinus cuncta que ha/
bere potuit captiuis indigentibus miſit.
¶ Cum autem vidua quadam ad eū ve-
niſſet: ⁊ filium ſuum vnicum a regis van-
dalorum genero in captiuitatē adductū
fuiſſe diceret: ⁊ a viro dei precium aliqđ
pro redēptione poſtularet. Illeqꝫ qđ da/
ret nihil penitus haberet: petenti femi/
ne ſeipſum obtulit: eidēqꝫ benigne reſpō/
dit: vt ſe ſecum ad aphricam ductū ſeruū
ſuū eē aſſeret: ipſumqꝫ pro ſuo filio apđ
regis generꝫ cōmutaret: cū ſe in eius ſer/
uitio manſurum pro redimendo filio pa/
ratum diſponeret. Qđ illa ex ore tanti vi/
ri audiēs: irriſionem potius credidit ꝗ̄
compaſſionem. At ille vtpote eloquētiſſi-
mus: ⁊ ad plenū diuinis ſtudijs eruditus:
dubitanti feie perſuaſit citi⁹: vt audita cre/
deret: ſeqꝫ pro filio redimēdo in ſeruum
tradere non timeret. Perrexerunt igitur
vtriqꝫ ad aphricam. Et primo quidē regis
genero vidua ſupplicauit: vt filium ſuū ſi/
bi gratis donaret. Quod vir barbarus ne
dū facere renuit: ſed inſup audire deſpe/
xit. Cui cū vidua ſubiungeret: vt filiū ſu/
um redderet: ⁊ pro ipſo vicarium hoiem
illum acciperet. Illeqꝫ venuſti vultus ho
min̄ conſpexiſſet: interrogauit eū quam
artē noſcet: Cui vir dñi hortū ſe colere no/
ſce ꝑoptime dixit. Quod vir gētilis gratū
habuit: ip̄mqꝫ i ſeruū ſuſcepit: ⁊ rogāti vi/
due filiū reſtituit. Quo accepto inde di/
ſceſſit: ⁊ paulinus horti colēdi curā ſuſce/
pit. ¶ Cum aūt dñs ſuus crebro hortum
igrederet̄: ſuūqꝫ hortulanum quedam re
quireret: ⁊ ſapientem hominē eſſe vide/
ret: amicos deſcerēs cum eo ſepius colla
quēs ipſi⁹ cepit ſermonib⁹ delectari. Cui
paulinus q̄tidie ad mēſam virentia defe/
rebat: ⁊ accepto pane ad horti curā remea
bat. Die aūt quadam ſuo dño ſecretius ſe
cum loquēti predixit: vt ſe circa regni re/
gimē prouideret: eo ꝙ rex citius moritu/
rus eēt. ipſeqꝫ eidē maſculina prole carē/
ti ſucceſſurus foret: ꝙ ille regi nūciare cu
rauit: ⁊ ꝙ hec ab hortulāo audiſſet aꝑuit.
Rex vero ip̄m videre poſtulauit. Cui ge
ner reſpōdit: ꝙ ille eēt: qui ſibi ad prandi
um herbas ex more portaret. Factūqꝫ eſt
cū rex ad prandiū diſcubuit paulinus ole
ra virētia delaturus venit. Cūqꝫ hunc rex
ſubito ꝯſpexiſſet intremuit accitoqꝫ gene
ro ei verꝫ eē: qđ audiuiſſet aſſeruit: nā vt
dicebat ipſa nocte in ſōno ſedētes ꝑ tribu
nali cōtra ſe iudices viderat inter q̄s pau
linus cōſedebat: ⁊ flagellum qđ aliquan/
do acceperat: eorꝫ ſibi iudicio tollebatur.
Impoſuitqꝫ vt interrogaret q̄s eſſet: quia
ip̄m popularē minime exiſtimaret. Tūc
regis gener ſecreto paulinum quis eſſet
magnis cōiurationibus inquiſiuit: tandē-
qꝫ illum ep̄m eſſe comperuit: ⁊ quicquid
peteret ſibi liberaliter obtulit. Vir autē
dñi ab eo poſtulauit: vt oēs conciues ſuos
captiuos relaxaret. Cūctiqꝫ illi proximus
in aphrica requiſiti cum onuſtis frumēto
nauibus pro venerādi viri paulini ſatiſfa/
ctione in eius comitatu laxati ſunt. Poſt
modicos vero dies rex vandalorū occu/
buit: ⁊ vt paulinus predixerat gener eidē
ſucceſſit. Sicqꝫ factum eſt: vt q̄ ſe ſolū in
ſeruū tradiderat cū multis a ſeruitio ad li
bertatem rediret. ¶ De cuius etiā morte
ſcribit̄: ꝙ cum dolore fuiſſet lateris tact⁹
ad extrema deductus ē. Dūqꝫ domus ei⁹

in ſua ſoliditate perſiſteret cubiculū in q̄ iacebat eger facto terremotu cōtremuit omneſq; aſtātes nimio terrore concuſſit. Sicq; ſcā illa anima carne ſoluta eſt. x. calen. iulij. Sepultuſq; quieſcit i eccl'ia ſua. Hec gregorius. iij. dial. cap. i. Hic vir ſapientia clar⁹ multa volumina compilauit. Beati enim ambroſij vitam ſcripſit ad augu. Item vitam beati felicis. Ad theodoſium ſcd'm ſcripſit panegyricuz ſuper victoria tyrannorū. Ad ſororem epiſtolas plurimas de contēptu mundi. Item de diuerſis cāis diuerſas diſputationes ⁊ tractat⁹. Volumen etiā de penitentia: ⁊ de generali oium martyrum laude inter opuſcula ſua p̄cipuum. Multa verſu breui ſcripſit ad celſum. Epitaphium etiam vite conſolatorium. Libellum ſuper morte xp̄iani ⁊ baptizati infantis ſpe xp̄iana munitū. Epiſtolas plures ad ſeuerum: Sacramētorū etiam ⁊ hymnorū. Item epiſtolas ad delphinum: amandū victriciuz: aprum: florentium euſebium: ⁊ vincentium. Hec gēnadius de viris illuſtribus.

¶ De ſcā Hildegarde vg. Cap. CXLI.

cordibus patriarcharum ⁊ prophetarum radicatam apoſtolico preconio commendatam tota mente fideliter amplectendo tenuit. Super hoc fundamentum gratum omnipotenti deo habitaculum ſanctiſpiritus ſacrarium ex auro gēmiſqȝ et lapidibus precioſis ſm apoſtolum edificauit. Erat enim copioſus in miſericordia longanimus in patientia: pietate rex ſerenus: gratiarum donis plenus: cultor iuſtitie: patronus pudicitie: conſolator afflictorum: ſubleuator oppreſſoruȝ: miſerator orphanorum: pius pater pupillorum: ſubuentorqȝ miſerorum et inopum neceſſitatibus miſericordie viſceribus affluens ſubueniebat. In naturalibus autem bonis diuine miſeratiōis gratia ſpeciali eum prerogatiue preeminentia ſupra communem hominum valoreȝ pretulerat. Erat enim manu fortis: viſu deſiderabilis: ⁊ ſm phyſonomiam leonis magnas habens extremitates. Statura procerus ceteriſqȝ hominibus ab humero ſupra preeminens: ita ꝙ exuberanteȝ in ipſo donorum plenitudinem: ipſa quoqȝ corporis ſpecies imperio digna declararet. In examinandis iudicijs non tam iudicare q̄ȝ iudicari ſibiqȝ magis terribile iudicium imminere credebant q̄ȝ his que ab eo iudicabantur. Unde rigorem iuſtitie lenitate temperās miſericordie: talem ſe erga ſubditos exibebat: vt potius ab eis amaretur q̄ȝ timeretur. Regni quippe gubernaculum non ſolum honori ſibi erat ſed ⁊ oneri. Non enim ſua ſed que ieſu chriſti ſunt querebat propter qđ a proprietate rerum et nominum: quaſi mutato nomine ab omni gente ſua pius rex vocabatur. Jeiunijs ⁊ orationibus iugiter inſiſtebat peccata populi plāgebat: ⁊ in ara cordis ſemetipſum deo hoſtiam viuam offerebat: Qđ ſi nocturnis vigilijs ⁊ prolixioribus orationibus ipſum fatigari contigiſſet: nō delicatum thorum repetebat: ſed in exedris eccleſiarum paululum pauſabat. ¶ Quadam nocte vvaradinenſe monaſteriuȝ ingreſſus eſt vt oraret: factum eſt autem dum prolixius oraret. quidaȝ cubicularius eius qui foris eū ſolus expectabat pre nimia more tedio affectus ſurrexit ⁊ introſpexit viditqȝ dominum ſuum glorificato corpore ſurſum in aere mirabiliter eleuatum. O vere beatum virum quem adhuc in carne conſtitutum carnea moles non premebat ſed meritorum ſanctitas ad cōſortium ſupernum ſubleuabat. Poſt hec latrunculi biſſenorum confinia hungaroruȝ irruperūt ⁊ illic viros ⁊ mulieres captiuos abduxerunt. Quos ipſe cum exercitu ſuos perſequens venit in ſolitudinem magnaȝ nec habebant quod manducarent. Et duȝ fame ꝑiclitaretur exercitus. euulſus eſt ipſe ab eis ſeorſum. ⁊ in oratiōe proſtratus implorabat miſericordiam dei. vt qui quondam filios iſrael mānā de celo pluens pauerat. chriſtianum populum fame perire non ſineret. Cumqȝ ab oratione ſurgens reuerteretur. ecce grex ceruoruȝ ⁊ bubalorum obuiauit ei. ⁊ cuȝ ipſo ſimul in medium exercitum depoſita feritate conuenit. Tulit ergo vnuſquiſqȝ ex animalibus quantum ſibi ſufficiebat. laudantes ⁊ glorificantes deuȝ in ſancto per quem miſericordiam talem conſecuti fuerant. Cum itaqȝ pius rex Ladiſlaꝰ armatus eſſet humilitate: potens in pietate: precipuus tamen erat in largitate. Omnes eniȝ eccleſie ⁊ monaſteria regalia ſiue ab ipſo: ſiue a quocunqȝ alio fundata elemoſynis eius ſunt locupletata. Unde merito vſqȝ in hodiernum diem elemoſynas eius enarrat omnis eccleſia hungarorum. Duos quoqȝ epiſcopatus ordinauit: ⁊ regia largitate locupletauit. Erat enim magnus ⁊ munificus ſm nomen ſuum glorioſum. Naȝ ſi ethimologie nominis eius alludamus ladiſlaus quaſi laus diuinitus data popu

lis dicitur. laos enim populus interpretatur doſis autem dans vel datum ſiue datio: hec prima vero ſyllaba nominis eius laus eſt per peragogen. Hieroſolymam ſe iturum vouerat: vt vbi ſanguis domini noſtri ieſu chriſti pro redemptione noſtra fuſus eſt ipſe ibi ſanguine ſuo contra inimicos crucis chriſti dimicaret. Duces autem francorum lothoringorū ⁊ alemanorum qui cū exercitu domini illuc profecturi erant: omnes pariter pium regē ladiſlaum digne dignū ſibi ducem ac preceptorem perficere cōcorditer diſpoſuerāt. Prius autē ꝙ̄ de francia ⁊ alemania ceteriſqꝫ occidentalibus regionibus exercitus domini in hungariam conuenirent. Pius rex vrgente neceſſitate cōtra bohemos in expeditionē profectus eſt: ibiqꝫ repentina egritudine correptus viribus corporis cepit omnino deſtitui. Conuocatiſqꝫ regni principibus indicauit diſſolutionē ſui corporis imminere. Quo audito clamor multitudinis plangentium lamentantium ⁊ gemētium mortem pijſſimi regis ladiſlai vſqꝫ in celum extollit̄. Sed pius rex accepta eucariſtia corporis ⁊ ſanguinis domini noſtri Jeſu chriſti in quem fideliter credidit: ⁊ quem tota mente dilexit feliciter migrauit ad dominum. Planxit autē eum vniuerſa multitudo hungarorum: clerus ⁊ populus ſimul in vnum diues ⁊ pauper iuuenes et virgines cōtinuo trium annorum ſpacio: in veſtibus ſqualidi: coreas non duxerūt ⁊ omne genus muſicorū ⁊ delinitiua dulciſſona vltra tempus luctus ſiluerunt. Cū autem fideles ſui corpus ipſius vvaradinum efferrent pre labore ⁊ merore defatigati dormierunt. Cūqꝫ ſopore grauati plus iuſto demorarētur currus in quo poſitum fuerat corpus eius ſine ſubiectione et abſqꝫ omni āminiculo cuiuſlibet animalis recto itinere vvaradinum ducitur. Vigilantes autem ⁊ currum non inuenientes contriſtati ceperunt ꝑ loca diſcurrere. Jnueneruntqꝫ currum verſus vvaradinum vltro currentem ⁊ ſanctū corpus in eo poſitum. Uidentes itaqꝫ miraculum ꝙ corpus beati cōfeſſoris ad locum quem ipſe ꝑelegerat diuinitus deferretur deo gratias agētes laudauerunt deum. Cum autem multitudo magna officiū humanitatis exhibēdo ſepulture eiꝰ aſſiſteret. Quidā de circunſtātibꝰ dicebat corpus fetere: reliqͥs omnibꝰ ſuauiſſimā odoris fragrantiā ſentientibꝰ. Retortū eſt ilico mentū illius ad dorſū eius ⁊ reflecti non poterat. Qui ſeipſum diuia vltione debilitatum vidēs mirabiliter clamabat. Peccaui in ſctm̄ dei. Et ꝓcidens ad ſepulchrū beati ladiſlai miſericordiā eius implorauit: auulſa eſt itaqꝫ cutis cū carne menti ſui que dorſo eiꝰ inheſerat: ⁊ ipſe quidē ſanitatem recuperauit. Sꝫ cicatrix rupte cutis in mēto eius occaluit. Quidam miles neceſſitate vrgente argēteam ſcutellam ſuam quā patri ſuo pius rex donauerat cuidā comiti venalē expoſuit: quā idē comes ardore cupiditatis illectꝰ a ſe furtim ſublatā eſſe ꝯfinxit. Per ſniām itaqꝫ iudiciariam dictū eſt ꝙ eadē ſcutella poneret̄ ſup ſepulchrū ſcti ladiſlai: vt cōprobaret dn̄s vter eoꝝ eā iuſte deberet hēre. Comes ergo nimiū de ſe preſumendo ſcutellam accepturus ſepulchro appropinquauit. Statiqꝫ cecidit q̄ſi mortuus ⁊ vehemēter attonitus nec ſcutellam accipe neqꝫ de terra poterat fugere. Pauper vō miles ad ſepulchrū humiliter accedens qͦ ſuū erat deo grās agēs accepit. Nr̄as quoqꝫ tꝑibus deus multis mirabilibus ſanctū ꝯfeſſorē ſuū ladiſlaū glorificauit. Nā anno dn̄i. M.cxcii. ſcm corpus eius canonizatū eſt. Tunc itaqꝫ ex cauſis ſupioribus lege nature mutata priuationē ordine regreſſibili ſequi cepit habitus. Plures enim ceci ꝑ merita bti regis ladiſlai ſunt illuminati ceciderūtqꝫ

ab eorum oculis tanq̃ ſquame albuginis cedule quas etiã viri religioſi viderunt qui etiam veritati teſtimoniũ perhibuerunt. Multi quoq̃ relaxatis lingue vinculis facultatem recte loquendi ceperũt. Claudi paralytici variiſq̃ languorib⁹ diuturno tempore attriti ad ſepulchrum eius venientes implorato eius adiutorio ſanati ſunt. Singuli quoq̃ piiſſimum confeſſorem pro ſuis neceſſitatibus inuocantes optata beneficia perceperunt. In ipſa etiam hora canonizationis: quidam puer cui loco manuum ⁊ pedum tumida carnis maſſa oſſibus penitus carens fluitabat: meritis eiuſdem ſancti oſſibus increſcentibus perfecta manuum ⁊ pedum ſanitatem ſuſcepit. Eadem etiam hora diei quaſi ſexta rutilãs ſtella preclari fulgoris ſtetit ſupra in directo monaſterii vbi ſanctũ corpus eius poſitum fuerat. Hoc autem maxima multitudo contra monaſterium congregatorum per ſpatium duarum fere horarum perſpicue videntes gauiſi ſũt gaudio magno valde. Leproſus quidam ad ſolennitatem eius veniens in via mũdatus eſt. Poſt hec autem. M.cciiii. quĩto calendas iulii ipſo die penthecoſtes. Canonicis orantibus ⁊ prime hore officium celebrantibus quedam mulier cuius manus ⁊ brachia pectori ſuo connexa fuerant ad ſepulchrum beati ladiſlai ſanata eſt. Sed ⁊ in aliis multis partibus late patentis hungarie ⁊ circumadiacentibus regionibus plurima miracula et copioſa beneficia fidelibus eius patrocinia implorantibus exhibita ſunt: que non ſunt ſcripta in hoc libro. ne tedioſa prolixitas legentibus faſtidium ingereret. Hec autẽ ſcripta ſunt vt audientes ⁊ legentes per interceſſionem piiſſimi ladiſlai ſic tranſeant per bona temporalia q̃ ⁊ eterna conſequantur gaudia. Preſtante domino noſtro Ieſu chriſto. Qui cũ deo patre ⁊ ſpirituſancto viuit ⁊ regnat deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De ſancti Zoilo ⁊ ſociis eius martyribus. Cap. XVII.

Zoilus martyr cũ aliis .xix. ſociis ſuis apud cordubã hiſpanie pro chriſti nomine martyriũ paſſus eſt. v. calendas iulii. Cuius quidem zoili corpus cũ multo tempore vbi nam ſepultum fuerat: latuiſſet: venerabili epiſcopo eiuſdem ciuitatis nomine agapito ex diuina reuelatione manifeſtatum: ⁊ ab eodem repertũ: atq̃ honore condecenti collocatum eſt: hec ado.

¶ De ſancto zoilo p̃sbytero. C. XVIII.

Zoilus preſbyter aquileienſis fuit: qui cũ corpus beati martyris chryſogoni ⁊ aliorũ plurimorũ pro chriſto paſſorum ſepeliſſet: vt dicit̃ infra in paſſione chryſogoni. vii. calendas decembris apparente ſibi beato chryſogono predicto: ⁊ eidem felicem ſuum obitum prenunciante: omni vite perfectione conſumata ad chriſtum migrauit. Sepultuſq̃ eſt in aquileienſi ciuitate.

¶ De ſancto Leone papa ſecundo ⁊ confeſſore. C. XIX



Leo papa huius nominis ſecundus natiõe ſiculus ex patre paulo agathoni pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: ſeditq̃ annum vnum menſes .x. dies .xvii. Hic fuit eloquentiſſimus: in diuinis ſcripturis ſufficienter inſtructus: greca latinaq̃ lingua eruditus: cãtilena ac pſalmodia precipuus: ⁊ in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione ſublimatus: lingua quoq̃

ſcholaſticus ⁊ locutione politus: exhorta/
tor omnium bonorum operum: plebi flo/
rentiſſimam ſcientiam ingerebat: pauper
tatis amator: erga inopum prouiſionē nō
ſoluz mentis pietate: ſed etiam ſtudij ſui
labore erat ſolicitus. ℂ Hic ſuſcepit ſan/
ctam ſextam ſynoduz conſtantinopoli ce
lebratā ſub cōſtātino iuniore: cōdēnās ea:
que ipſa damnauerat ſynodus. Hic con/
ſtituit pacem dari in eccleſijs totius chri-
ſtianitatis fidelibus poſt agnus dei. Con/
ſtituit etiam: vt qui ordinatus fuerit ar-
chiepiſcopus: nulla conſuetudine pro vſu
pallij aut diuerſis officijs aliquid eccleſie
perſoluere debeat. ℂ Quadam autez die
dum pauperem leproſuz ſuſceptuz in ſuo
lectulo collocaſſz: ⁊ cubiculū ſecreto clau/
ſiſſet: poſtmodum rediens: ⁊ camerā ape
riens: atq pauperem minime reperiēs:
intellexit ſe chriſtum in pauperem ſuſce-
piſſe. ℂ Huic etiam cum per dies. xl. ie-
iunijs ⁊ orationibus ad altare beati petri
apoſtoli perſeueraſſet: ⁊ pro ſuorum venia
criminum apoſtoluz exoraſſet: beatus pe
trus apparens dixit: omnia ſua peccata a
domino fuiſſe dimiſſa: preter peccatū ma
nus impoſitiōis: de quo ſolo in morte ſua
rationez reddere oportebat. Qui die. iiij.
calend. iulij in chriſto feliciter obdormi-
uit: ⁊ ſepultus eſt ad ſanctum petruz apo
ſtolum. ℂ Hic fecit ordinationem vnaz
per menſem iunij: ⁊ ordinauit presbyte-
ros. ix. diaconos. iij. epiſcopos per diuer-
ſa loca numero. xxiij. Et ceſſauit epiſcopa
tus menſes. xi. ⁊ dies. xxij. ℂ Hic de mul/
tis ſcientijs compoſuit hiſtorias ⁊ cantus:
⁊ plura eccleſie vtilia ſcripſit. Homelias
declamatorias multas compoſuit. Decre
tales epiſto. lxx. Sermones ad populum
lxx. vnde ⁊ ſermologus dictus eſt: vt di-
cit gennadius de viris illuſtribus.

ℂ De ſancto Leone papa tertio. Capi-tu. XX.

Leo papa huius nōis tertius
natione romanus ex patre
azulpho: hadriano prio pa/
pe ī pōtificatu romano ſuc-
ceſſit. Et ſedit ānos. xx. mē-
ſes. v. dies. xvj. Qui duz ad
capeſcendā ſedem aplīcam vrbem intra
ret: audite ſūt voces angelorum cōcinentiuz:
Dicit dn̄s. Ego cogito cogitationes pacis
⁊c. Fuit autez tpibus caroli magni primi ī
peratoris francorum. ℂ Hic dum pgeret in
die ſcī marci de laterano ad letaniā maio
rem apud ſcm̄ petrum peragendā ex mo/
re: a romanis captus ⁊ crutis ſibi oculis:
linguaq pciſa nudus ac ſemiuiuus ī mo-
naſteriū miſſus ē. Sed dn̄s omnipotens
eidē miraculoſe ⁊ loqlam ⁊ viſū reſtituit.
Poſteaq perexit ad carolū regem franco
rū: a quo honorifice ſuſcept9 eſt. Et cuz ei
cuncta: q̄ ſibi cōtigerant: intimaſſet: rex p
nimio cordis dolore fleuit. Statiq lega/
tos ſuos romā miſit: ⁊ leonē cum honore
in ſedē ſuam reſtituit. Et poſt tpis ſpatiuz
cū carolus de ſaxonia victor rediſſet: ro-
mam venit: ibiq honorifice a clero ⁊ po-
pulo ſuſcept9 eſt. Cūq de quibuſdā crimi
nibus pape obiectis inqſitionē feciſſet: ⁊
nihil obiectorū a calumniatoribus pbari
poſſet: pontifex ipſe corā omni populo ad
euāgelia ſe purgauit. Et in die natalis dn̄i
carolum magnū imperatorē romanorum co
ronauit: pplo ſibi laudes iperiales ex mo
re acclamante. Sicq imperiuz ab ea die
in francos trāſlatum eſt ex conſtitutione
apoſtolice ſedis: filios quoq caroli pipi-
num in longobardorum: lodouicum equita
niorum: carolum vero ſaxonū regem inun
xit. Poſt hec carolus imperator inimicos
⁊ calumniatores pape: vt maieſtatis reos
capite damnauit. Pro quibus ſanctus pō
tifex pio affectu apud imperatorem inter
ceſſit. Nam ⁊ vita ⁊ membrorum integri
tas eis conceſſa eſt. Ceterum pro facino-
ris magnitudine exilio ſunt deportati. Ca

rolus vero ad gallias regreſſus ē: de quo libro .xi. in eius ſpeciali hiſtoria peraget.
¶ Hic pontifex fecit porticum ſancti petri: qui adhuc eius nomine dicitur ciuitas leonina: ⁊ muro eam cinxit propter incurſum ſaracenorum. Et poſt alia opera virtutum laudabilia in pace quieuit. Sepultus apud ſanctum petrum. Et ceſſauit epiſcopatus dies .iij.

¶ De ſancto Hyreneo epiſcopo ⁊ martyre. Ca. XXI.

Hyreneus epiſcopus lugdunenſis policarpi ſmyrneñ. epi auditor: deinde photini epiſcopi: qui lugdunēſis in gallia regebat eccleſiam preſbyter fuit. Eidēq; photino iam pene nonagenario martyriū paſſo in epiſcopatu ſucceſſit. Floruit aūt temporibus eleutherij pape: ⁊ antonij pij veri ⁊ cōmodi imperatoꝝ. Hic etiā preſens extitit concilio patrum celebrato apud ceſaream paleſtine: in quo ſtatutum eſt: vt paſcha domini die dominico celebretur obſeruata luna .xiiij. menſis martii: vt ait hugo floriaceñ Qui etiam perſecutiōe ſeueri imperatoris cum omni fere ciuitatis ſue populo pro fidei ſacre confeſſione glorioſo martyrio coronatus eſt. Sepultuſq; eſt a zacharia preſbytero lugduñ. in crypta ſancti ioannis baptiſte ſub altare. Cui ex vtroq; latere adiacent epipodius ⁊ alexander martyres. Paſſus eſt aūt .iiij. calē. iulij. ¶ Hic plurima egregia volumina compilauit. Scripſit namq; contra hereſes libros .v. Item aliud volumen ingēs ⁊ conſpicuum contra gentiles. Scripſit ⁊ libellum ad blaſcum de ſchiſmate. Item alium ad florinū de monarchia: ⁊ q̄ deꝰ non ſit creator malorum. Scripſit ⁊ libellum de ogdoade. Item de diſciplina ad martianū fratrem. Itē de apoſtolica predicatione. Item librū varioꝝ tractatuū. Dialogos etiam ſcripſiſſe dicit̃. Ferūtur ⁊ alie ad victorem romane vrbis pontificē plures epiſtole: ſup q̄ōne paſche die dñico celebrande. Hec hier. de illuſtribus.

¶ De ſanctis Potamiana virgine ⁊ ſocijs martyribus. Ca. XXII.

Potamiana virgo cū matre marcella: ſcīq; martyres Plutarchus Serenus Heraclides Heros Seronius ⁊ Baſilides cū alijs tribus: ⁊ virgo quedā catecumina Hera nomine baptiſmū martyrij conſecuti. Alexandrie paſſi ſunt. Inter quos precipue emicuit potamiana virgo: que primo imēſos ⁊ inumeros agones pro virginitate deſudans. deinde etiā pro fide exquiſita ⁊ inaudita tormēta perpeſſa: tandē cū matre marcella igne martyrium conſumauit. Baſilides autem virginis carnifex: cum potamiana iam occiſa eum per viſū confortaſſet eiq; coronā paſſionis a deo deſtinatā impoſuiſſet: cōuerſus ad xp̄m capite ceſus ē. Ceteri oēs diuerſis ſupplicijs laniati tandem gladio martyrij palmā pceperūt. Hec in libro .vi. eccleſiaſtice hiſtorie ca. v. ⁊ vi. hoꝝ oium paſſio recolit̃ .iiij. calen. iulij.

¶ De ſcō Petro aplōꝝ pncipe. C. XXIII



Petrꝰ apoſtolorū princeps ⁊ xp̄i vicarius: alio nomine dictus ſimon bariona filius ioānis frater andree apoſtoli de ciuitate betſaida galilee a domino de piſcatione vocatus: ⁊ apoſtolorum princeps effectus. Inter ceteros ⁊ ſuper ceteros maioris feruoris extitit. Nam ⁊ ſcire domini proditorē voluit: quem vt ait Chriſoſto-

mus ſi ſciuiſſet dentibus trucidaſſet. Hic ſuper mare ad dominū ambulauit. Staterem in ore piſcis inuenit. Claues regni celorū a domino recepit. Solus inter apoſtolos: vt chriſtum a iudeis captum defenderet: gladium exemit. Paſcendas oues a chriſto ſuſcepit. Tria milia hominū in prima ſua predicatiōe die pentecoſtes cōuertit. Claudum cū ioāne erexit: ⁊ tunc quinq milia hominum ad fidem perduxit. Ananie ⁊ ſaphire mortē p̄dixit. Eneā paralyticum curauit. Cornelium baptizauit. Tabitam ſuſcitauit. Umbra ſui corporis infirmos ſanauit. Ab herode incarceratur: ſed ab angelo liberatur. Hec ex euāgeliis ⁊ act. apoſtoloꝝ. Cibus autē eius: vt ipſe in libro clemētis teſtatur: panis ſolus cum oliuis ⁊ raro cum oleribus in vſu erat. Indumentum autem tunica ſola cū pallio. In ſinu quoq ſemper ſudariū portabat: ad tergendam inundantiam lachrymarum: quas memorans dulcis magiſtri preſentie continere non poterat. Eius geſta ⁊ paſſionē: marcellus eius diſcipulus ⁊ clemens: ac leo ſummi pontifices cōſcripſerunt. ¶ Cum petrus duos diſcipulos ſuos ad predicādū miſiſſet: ⁊ ipſi. xx. dietas iuiſſent: vnus illorum defunctus eſt. Quod cum petrus altero ad ſe redeūte cognouiſſet: baculū ſuum eidem tradidit: ⁊ ſuper corpus defuncti ponendum mandauit. Quod cum factū eſſet: ille qui per dies. xl. mortuus iacuerat: reſurrexit. Hic dicitur fuiſſe beatus martialis: vel vt alibi legitur ſanctus fronto: qui autem defunctus fuerat fuit p̄ſbyter georgius. ¶ Beatus igitur apoſtolus poſtq̄ ſedem pontificalem ſeptem annis antiochie tenuit: vt dictum eſt ſupra in prima cathedra ſancti petri. xv. calen. februarij. Deinde hieroſolymam venit: ⁊ cum ſimone mago conflictum habuit. Nam ipſe ſimon eo tempore erat in hieruſalem: qui ſe primam veritatem dicebat: ⁊ ſibi credētes perpetuos effici aſſerebat: ⁊ nulla ſibi impoſſibilia aſtruebat. Seipſum autem vt deum adorandum ab omni mūdo prophetabat. Dicebat quoq ꝙ cum puer eſſet: mater ipſius rachel noīe eum vt meteret ad agrū mittebat. Ipſe vero falci precipiebat: vt per ſe meteret: ⁊ decuplo ceteris per ſeipſam metebat. Serpentes quoq eneos faciebat mouere: ſtatuas lapideas ⁊ ligneas ridere: ⁊ canes cantare: que omnia demonum incantationibus operabat. Hic ergo cum petro diſputare ſtatuit: dieq conſtituta petrus intrauit ⁊ pacem aſtantibus nunciauit. Simon vero ſe ſua pace opus non habere reſpondit cum non ad pacē ſed pugnam inſimul cōueniſſent. Ecōtra petrus ſimonem redarguit: qui pacē audire recuſauit: cum in diſputationibus veritas ad pacem captandā requiratur. At ſimon ſe deum ⁊ dei filium aſſerebat dicens ꝙ poterat per aera volare: nouas arbores producere: lapides in panes cōuertere: in igne ſine leſione durare: ⁊ omnia ſibi placita perficere. Cōtra hunc ergo petrus diſputabat: ⁊ omnia eiꝰ maleficia detegebat. Tunc ſimon videns ꝙ petro nō poſſet reſiſtere: omnes libros artis magice: ne forte magus p̄deretur: in mare proiecit: ⁊ romam vt ibi deus haberetur: perexit. Ibiq multum populum ſuis preſtigiis ⁊ apparentibus ſignis ad ſe traxit. Qđ vbi petrus comparuit: ipſum vſq romā inſecutꝰ ē. ¶ Quarto igit āno claudii petrus romā applicuit: ⁊ ibidem. xxv. annis ſedit vſq ad annum vltimum neronis ceſaris: duos quoq epiſcopos linū ⁊ cletum ſibi coadiutores aſſumpſit: vnū intra vrbis menia alium extra. Ipſeq predicationi inſiſtens multos conuertebat: ⁊ infirmos q̄plures curabat. Sed ⁊ caſtitatem multū cōmendans: quattuor concubinas agrippe p̄fecti ad xp̄m cōuertit: q̄ ad p̄fectū vlterius redire recuſabant: vnde agrippa iratus contra petrū occaſionē querebat.

¶ Poſt hec apparuit dominꝰ petro: ⁊ ei-
dem prenũciauit: ꝙ ſimon magus ⁊ nero
ceſar contra ipſum cogitarent: ſed eũ hor-
tatus eſt: ne dubitaret: quia ſemꝑ ſibi aſſi-
ſteret: ⁊ ſolatiū coapoſtoli pauli in craſti-
num vrbem intraturi eidem concederet.
Dieq; ſequenti paulus romam ingreſſus
petro adheſit: ⁊ ſecū predicare cepit. Pe-
trus quoq; ſciens ſe proximū paſſioni in
conuentu fratrum poſitus clementē ſibi
ſucceſſorem in epm ordinauit: ⁊ in cathe-
dra loco ſui licet diu renitentē ſedere coe-
git. ¶ Simon aūt magus in tantum a ne-
rone amabatur: ꝙ vite eius ⁊ ſalutis ⁊ to-
tius vrbis cuſtos putabatur. Quadam die
ante ceſarem aſſiſtens: eius effigies ſubi-
to mutabatur: vt modo ſenior modo iunior
appareret. Aliquando dū in conclaui cū
nerone eſſet: demon in eius ſpecie foris
populo loquebatur. Quapropter nero ip-
ſum vere dei filium exiſtimabat. Dixit ēt
ſimon neroni: vt ſe decollari mandaret: ⁊
die tertia reſurgens: ſe vere dei filiū cō-
probaret. Quod cum fieret: ſpiculator pu-
tans ſe ſimonem decollare: arietem occi-
dit. Simon vero arte magica triduo latu-
it: ⁊ arietis membra colligens abſcondit.
Sanguis autem animalis congelatus re-
manſit. Die autem tertia ſe neroni oſten-
dit: ⁊ ſurrexiſſe aſſeruit: ac vt ſāguinē ſuū
abſtergi faceret imperauit. Quod nero vi-
dens obſtupuit: ⁊ ipſum verū deū exiſti-
mauit. Populum etiam eum reuerentes
eidem ſtatuā erexerunt: ⁊ titulum eius
nominis conſcripſerunt. Petrus autē ⁊
paulus ad neronem introibant: ⁊ ſimonis
fallacias confutabant. Addiditq; petrus:
ꝙ ſicut in chriſto ſunt due ſubſtātie. ſ. ho-
minis ⁊ dei: ſic in ſimone hominis ⁊ dia-
boli. Simon vero petro cōminabatur ꝙ
angelis ſuis preciperet: vt ſe de apoſtolo
vindicarent. Petrus vero ſe eius angelos
non timere reſpondit. Et cum nero ſimo-
nem habere deitatem diceret: petrꝰ dixit:
vt ſi vere deus eſſet: diceret: quid petrus
cogitabat: ⁊ quid latenter ordinabat: ⁊ ac-
cedens ad aurem ceſaris ſecreto ei dixit:
vt panem ordeaceum ſibi occulte deferri
iuberet: quem ſibi oblatum petrus bene-
dixit: ⁊ ſub manica abſcondit: ac ſimonē:
qui ſe deum dicebat: quid factum fuiſſet
interrogauit. Ecōtra ſimon dicebat: vt pe-
trus propalaret: quid ipſe ſimon in mente
reuolueret. Petrus vero reſpondit: ꝙ co-
gitationem ſimonis ſe ſcire doceret: dum
faceret: quod cogitaſſet. Iratus autem ſi-
mon canes maximos aduocauit vt petrū
deuorarent. Qui cum mox venientes in
petrum impetum feciſſent: ille panē be-
nedictū eis obtulit: ⁊ protinus eos in fu-
gam conuertit. Sicq; petrus quod ſimon
cogitauerat: non verbis ſed factis ſe co-
gnouiſſe docuit: dicēs ꝙ qui promiſerat
contra ſe angelos exhibituros canes exhi-
buerat: vt ſic oſtenderet ſe angelos nō ha-
bere diuinos ſ; caninos. Ex hac diſcepta-
tione admodū ſimon confuſus ē. ¶ Poſt-
hec cum ſimon ſe iactaſſet: ꝙ poſſet defun-
ctos ſuſcitare: ⁊ die quadam iuuenis mor-
tuus ad tumulum portaretur vocatis pe-
tro ⁊ ſimone hanc omnes populi ſenten-
tiam firmauerunt: vt illum occiderēt: qui
mortuū excitare non poſſet. Tunc ſimon
ſuis incantationibus fecit: vt caput mor-
tui agitaretur: Et cum omnes petrū lapi-
dare vellent: Apoſtolus facto ſilentio di-
cebat: vt ſi defunctus viueret: per ſeipſū
loqueretur ⁊ ſurgeret. Alioquin ſimone a
pheretro ſeparato phantaſma diaboli ap-
pareret. Separato ergo ſimone a lectulo
puer imobilis permanſit. Petrus etiā a
longe ſtans oratione facta iuuenem con-
feſtim in chriſti nomine excitauit. Et cū
populus ſimonem lapidare vellet: petrus
pro eo interceſſit: ⁊ liberum abire fecit.
Tunc ſimon ad domum marcelli diſcipu-
li petri canem maximū alligauit: vt pe-
trum ad diſcipulum ex more venientē la-

ceraret. Poſt modicum petrus venit: et facto ſigno crucis canem exoluit. Canis autem omnibus blandiens ſolum ſimonem perſecutus in ipſum inſiluit: ⁊ vt ſibi apoſtolus iuſſerat corpus quidez eius nō leſit: ſʒ veſtes totaliter lacerauit: populus autem ⁊ pueri ſimul cum cane illum tanꝙ lupum ex vrbe fugarūt. Cuius opprobrij pudorem non ferens ſimon per annum nuſꝙ comparuit. Poſt annuz vero ad vrbem rediens: iterum in neronis gratiam receptus eſt. Qui ⁊ populum vrbis cōuocauit: ⁊ ſe grauiter a galileis offenſuz phibuit: ⁊ ideo diem ſtatuit: quo munduz deſerens celum aſcenderet: quia non dignabatur in terris amplius habitare. Igitur die ſtatuta turrim excelſam ſibi de lignis a nerone fabricatam aſcendit: ⁊ coronatꝰ lauro volare cepit. Apoſtoli autem ad inuicem condixerunt: vt paulus oraret: ⁊ petrus imperaret. Cum autez nero ſimonē deum aſſereret: ⁊ apoſtolos ſeductores diceret. Paulus autem petro ſuaderet: vt iam domini iuſſa perficeret: eo ꝙ chriſtus illos ad ſe vocaret. Petrus ſurrexit: angelos ſathane per chriſti nomen adiurauit: vt ſimonem amplius non ferrent: ſed ad terram corruere permitterent. Et ɔtinuo dimiſſus corruit: ⁊ fractis mēbris omnibus expirauit. Nero autem ſe talem virū perdidiſſe doluit: ⁊ apoſtolos detētos in manibus paulini viri clariſſimi tradidit. Qui eos recluſit in cuſtodia mamertina ſub cura militum proceſſi ⁊ martiniani: vbi per menſes nouem detenti ſunt: vbi etiam beatus apoſtolus. xlix. milites ibidem detentos conuertit: ⁊ fonte de petra producto baptizauit: vt ſupra dictum eſt in eorum paſſione pridie idus martij. Cōuerſi ſunt etiam ad chriſtum: proceſſus ⁊ martinianus vt dicetur in eorum paſſione. ſexto non. iulij: vnde ⁊ poſt menſes nouem carcerez aperuerunt ⁊ apoſtolos dimiſerunt. ¶ Petrus autem multa fratrū inſtantia ex vrbe diſceſſit ⁊ cum veniſſet ad portam: que nunc dicitur ſancta maria ad paſſus via apia: vidit ſibi chriſtum occurrentem: ⁊ ait. Domine quo vadis. Qui reſpondit. Uenio romam iterū crucifixi. Statimꝙ dominus diſparuit: ⁊ eiꝰ adhuc veſtigia marmori impreſſa cernuntur. Petrus igitur cum hoc de paſſiōe ſua dictum intelligeret rediit. Et a miniſtris neronis captus prefecto agrippe preſentatur: ⁊ facies eius ſicut ſol refulſit: paulus etiam ſimul cum eo captus eſt. Tunc iubente nerone aggrippa prefectus in eos ſententiam tulit: vt ambo quidem more romano prius flagellis cederentur. Deinde paulus: qui ciuis erat romanus: capite truncaretur. Petrus vero tanꝙ alienigena crucifigeretur. Qui dato ſibi pacis oſculo abinuicem ſeparantur. Paulus decollatus eſt ad aq̄s ſalmas in via oſtiē. Petrus autem in vaticano naumachie iuxta palatium neronianum crucifixus eſt. ¶ Petrus igitur cum veniſſet ad crucez: rogauit milites: vt verſo deorſum capite crucifigeretur: aſſerens non eſſe dignum: vt ipſe diſcipulus eo modo in patibulo ſtaret: quo chriſtus magiſter in cruce pepēdit. Tunc illi crucem verterunt: ⁊ pedes ſurſum manus autem deorſum confixerunt. Populus vero furore repletus volebat neronem ⁊ prefectum occidere: et apoſtolum liberare. Qui eos rogauit ne paſſionem ſuam impedirent. Dominꝰ autem aperuit oculos eorum qui aderant ⁊ deflebant: ⁊ viderunt angelos ſtantes cū coronis roſarum ⁊ liliorum: ⁊ petrum cōfortantes: chriſtum etiam aſſiſtentem et librum apertum tenentez: ⁊ quicquid petrus populo p̄dicabat: ex ipſius libri ſcriptura ſumebat: videns ergo petrus ꝙ fideles eius gloriam vidiſſent orationem premiſit: ⁊ gratias agens deoꝙ fideles cōmendans ſpiritum emiſit tertio calendas iulij: quo ipſo die ⁊ eodem anno (vt

eccleſia tenet) coapoſtolus eius paulus
decollatus eſt: vt infra in eius paſſione di
cetur. Cuius corpus a mercello ⁊ apuleo
eius diſcipulis de cruce depoſitum in va-
ticani loco ſepultum eſt. ¶ In ipſa autē
die petrus ⁊ paulus dionyſio apparuerūt:
vt ipſe teſtatur: manu ad manum portaꝫ
vrbis intrantes: induti veſte luminis et
coronis claritatis ornati. Nero autē pro
hoc ⁊ aliis cōmiſſis ſceleribus a populo
furente ex vrbe pulſus manu ſe propria
peremit. ¶ Tempore cornelii pape gre-
ci furati apoſtoloruꝫ corpora illa exporta-
bant. Sed ſtatim facto terremotu nimio
demones in idolis habitantes clamabāt:
ꝙ dii romanorum exportarētur. Quapro-
pter fidelibus de apoſtolis: paganis vero
de ſuis diis intelligentibus multitudo ar-
matorum illos inſequitur: vnde greci ti-
mentes apud catacumbas apoſtoloꝝ cor-
pora in puteum proiecerūt. Que a ſancto
cornelio inde leuata ⁊ in eiſdem locis: vñ
ablata fuerant depoſita fuerūt: vbi iacue-
rūt vſqꝫ ad tempora ſiluestri pape: quādo
vtriqꝫ ipſorum edificata baſilica ab ipſo-
rum eccleſias ſunt tranſlata: vt dicetur in
fra in dedicatione ipſarum baſilicaꝝ. xix.
calendas decembris.

¶ De ſancto paulo apoſtolo doctore gen
tium. Ca. XXIIII.



Paulus
apoſtolus predicator ⁊
doctor gentium de tri-
bu beniamin tarſo cili
cie oriundus gamalie-
lis doctoris diſcipulus:
poſt ſui conuerſionem
multas perſecutiones
paſſus eſt: multaqꝫ miracula operatus:
quas hilarius enumerat dicens. Paulus
apoſtolus in philippis virgis ceditur ⁊ in
carcere ponitur: ⁊ in ligno pedibus affi-
gitur. In liſtris lapidat. In iconia ⁊ teſſa-
lonica ab emulis perſequitur. In epheſo
feris datur. In damaſco per murum in
ſporta dimittitur. In hieruſalē ceditur:
ligatur: inſidiatur: criminatur. Nauigans
in italiam periculo eripitur. Romam ve
niens ſub nerone iudicatur ⁊ occiditur.
Apoſtolatum inter gentes accepit. Quē-
dam contractuꝫ in liſtris extenditur. Iu-
uenem qui de feneſtra ceciderat ⁊ expi-
rauerat ſuſcitauit: ⁊ multa alia miracula
fecit: Apud mitylenem inſulam vipera
manu eius inuaſit: ſed nihil euꝫ leſit: quin
potius ipſam in ignem excuſſit. ¶ Re-
fert aimo: ꝙ paulus a pullorū cantu vſqꝫ
ad horam quintam labori manuum inſi-
ſtebat: deinde predicationi reſiduo lucis
vacabat. Reliquum temporis comeſtio-
ni ſomno ⁊ orationi expendebat. ¶ Ve-
niens ergo romaꝫ cum nero nondum eēt
in imperio confirmatus: ⁊ etiam audito
ꝙ de lege iudeorum ⁊ fide chriſtianoruꝫ
inter paulum ⁊ iudeos queſtio verteba-
tur: non multum inde curauit: ⁊ ſic pau-
lus quo volebat libere ibat: ⁊ libere predi
cabat: Hieronymus etiam libro de viris
illuſtribus ait: ꝙ paulus ſecūdo anno ne
ronis romam vinctus mittitur: ⁊ per biē-
nium in libera manens cuſtodia aduer-
ſus iudeos diſputauit. Deinde a nerone
dimiſſus euangelium in occidentis par-
tibus predicauit. Ac deinde romā rediit.
Eius autem ſapientia ⁊ religio vbiqꝫ di-
uulgabatur: ⁊ ab omnibꝫ admirabilis ha-
bebatur. Multos etiam de domo ceſaris
ſibi in amicitiam copulauit: ⁊ eos ad chri
ſtum conuertit. Cum ſeneca neronis pre
ceptore ſingularem amicitiā habuit: eiqꝫ
plures epiſtolas direxit: ⁊ ab eo ſuſcepit.
Quedam etiam ſcripta eius coram ceſa-
re recitata ſunt: ⁊ mirabiliter cōmenda-
ta. Senatus etiam de illo non mediocria
ſentiebat. ¶ Quadam die cum paulus in

ſolario circa veſperas predicaret: pincer
na neronis nomine patroclus iuuenis im
peratoris dilectus: vt paulū propter mul
titudinem cōmodius audiret: feneſtram
aſcendit: vnde dormitans cecidit: ⁊ fra-
ctis ceruicibus expirauit. Quod audiens
nero plurimum doluit: ⁊ alium ſibi in offi
cium ſurrogauit. Paulus vero per ſpiritū
hoc cognoſcens: iuſſit defuncti corpꝰ ſibi
deferri. Quem allatum continuo ſuſcita-
uit: ⁊ ad ceſarem cum ſociis ſuis miſit.
Nunciatur imperatori patroclum pre fo-
ribus aſtare. Quod nero audiēs expauit:
eumqꝫ ad ſe ingredi recuſauit: ſed tandē
ſuaſus ab amicis intrare permiſit. Et in-
terrogans an viueret: illeqꝫ dum ſe vere
viuere diceret: ⁊ a domino ieſu chriſto ſu
ſcitatum perhiberet: qui eſt rex omnium
ſeculorum: qui ⁊ deſtruet omnia regna
mundi: ⁊ ſolus in eternum regnabit. Ne-
ro eidem alapam dedit: interrogās an illi
regi militaret. Cum autē patroclus ⁊ alii
quinqꝫ milites ſe chriſto domino milita-
re dicerent: iuſſit nero illos in carcerē tru-
di: vt nimium torqueret quos nimis ante
dilexerat. Omnes quoqꝫ chriſtianos fecit
inquiri: ⁊ ſine interrogatiōe per varia tor-
menta puniri: inter quos paulus vinctus
ad neronem adductus eſt. Cum autē ne
ro ipſum interrogaſſet: cur milites ſuos
ſibi ſubtraheret: Reſpondit paulus: ne-
dum ex vrbe ſed vniuerſo orbe militer re
gi chriſto congregaſſe: qui tante extat po-
tentie: vt iudex omnium veniat: ⁊ mundi
machinam per ignem reſoluat. Hec au-
diens nero: ira ſuccenſus: quia mundum
per ignem paulus dixerat reſoluendum
oēs chriſtianos iuſſit igne cremari. Pau-
lum vero vti reum maieſtatis capite trū-
cari. Et cum multi chriſtiani romani occi
ſi eſſent: populus cum furore ad palatiū
irruit: ⁊ contra ceſarem inclamare cepit.
Unde imperator timens edictum muta-
uit: vt nullus chriſtianos tangeret: donec
de illis plenꝰ iudicaret. Quapropter pau
lus iterum neronis conſpectui preſenta-
tur: quem nero turbatus ⁊ exclamās ſine
mora decollari iuſſit. Paulus vero eidē
predixit: ꝙ modico tempore patiens chri
ſto eternaliter viueret. Et in huius certitu
dinem promiſit apoſtolus: ꝙ abſciſſo ſibi
capite viuus ceſari appareret: vt ſic chri-
ſtum dominū vite ⁊ mortis intelligeret:
⁊ his dictis ad locum ſupplicij ducebatur.
Cum autem tres milites ſcilicet longinꝰ:
megiſtus: ⁊ aceſtus eum interrogarent:
quis eſſet ille rex: quem paulus tantum
diligeret: vt pro ipſo mortem libenter ſu-
biret. Paulus eiſdem chriſtum annuncia
uit: ⁊ ad fidem conuertit. Et querentibus
illis quomodo ſaluari poſſent: ordinauit
eiſdem vt mane ad locum decollationis
eius venirent: ibiqꝫ duos diſcipulos titū
⁊ lucam orantes inuenirent: qui cauſa co-
gnita illos baptiſmatis vnda perfunde-
rent: ⁊ eterni regi coheredes efficerent.
¶ Poſt hec cum ab alijs militibus a ne-
rone miſſis ad mortem pauli acceleran-
dam ipſe ad ſuppliciū duceretur: paulus
in porta oſtienſi obuiauit plautille diſcipu
le ſue: que alio nomine lemobia diceba
tur. Que flens ſuis ſe orationibus com-
mendauit. Cui paulus velum: quo caput
eius tegebatur: mutuo petiit: vt inde ocu-
los ſuos ligaret: ne mortem videns paue-
ſceret: ipſumqꝫ ſibi decollatus reſtitue-
ret: quod dum ei tradidiſſet: ipſam car-
nifices irridebant: quod precioſum ei ve-
lum traderet: quod ſibi mortuꝰ minime
reddere poſſet. Cum ergo ad locum paſ-
ſionis veniſſet: ad orientem verſus ⁊ ma-
nibus in celum extenſis diutiſſime cū la-
chrymis patria voce orauit: ⁊ gratias egit.
Poſt hec vale faciens fratribꝰ: oculos ſibi
velo ligauit: ⁊ genua flectens collū teten
dit. Sicqꝫ decollatus ſpiritū deo tradidit
tertio calendas iulij. Mox quoqꝫ caput
eius a corpore exiliens ieſus chriſtꝰ: ꝙ ſibi

tam dulcis in vita fuerat: ⁊ quem tam crebro nominauerat: hebraice tertio clara voce perſonuit. De eius quoque corpore vnda lactis vſque in veſtimenta militis exiliuit: ⁊ poſtea ſāguis manare cepit. In aere lux immenſa emicuit: ⁊ de corpore odor ſuauiſſimus emanauit. Caput autē abſciſſum tertio ſaltauit: ⁊ in vno quoqꝫ ſaltu fons de terra ſcaturiit: qui vſque in preſens manāt in teſtimoniū eius mirifice paſſionis. ¶ Reuertentibus autez militibus lemobia velū ſanguine cruentum oſtendit: eiſque dixit: ꝙ eadē hora petrus ⁊ paulus vrbē intrauerant veſte preclara induti: ⁊ coronis radiātibus ornati: paulusqꝫ iuxta promiſſum velum ſibi reſtituerat commodatum Quo miraculo tres milites ꝯuerſi: adhuc magis in dn̄o crediderunt: ⁊ a tito ⁊ luca baptizati ſunt: vt infra in coꝝ paſſiōe dicetur. vi. non̄. iulii. ¶ Audiens nero: que contigerant: vehemēter extimuit: ⁊ de his cū amicis loqui cepit. Et ecce paulus ianuis clauſis ante ceſarē ſtetit: ſeqꝫ viuentē iuxta promiſſū aſſeruit ſed neroni eternā mortem comminatus fuit: ⁊ his dictis diſparuit. Nero autem ex timore nimio velut amens amicoꝝ conſilio patroculum ⁊ omnes vinctos chriſtianos abſoluit: ⁊ liberos abire permiſit. ¶ Caput autem pauli in quadaꝫ valle ꝓiectum eſt: qđ pre multitudine ibidē decollatoꝝ inueniri nō potuit. Corpus autem a tito ⁊ luca in ipſo loco ſepultuꝫ fuit. Cum autem poſt decurſum temporis fouea mundaretur: quidā paſtor caput pauli in virga leuauit: ⁊ iuxta caulas ouiū pro ſigno poſuit: viditque ſuper caput ꝑ tres noctes continuas miram refulgere lucē. Quod cum epiſcopo vrbis nunciatum eſſet: chriſtiani putantes hoc eſſe caput apoſtoli: egreſſi omnes cum pontifice caput attulerunt: ⁊ hanc ſententiaꝫ condixerūt: vt caput ad pedes corporis poneretur: ⁊ diuina clementia implorata: ſi caput pauli eſſet: corpus miraculoſe conuerteretur: ⁊ collum capiti iungeretur. Et ecce cūctis orantibus ⁊ ſtupentibus corpus ſe vertit ⁊ in ſuo loco capiti ſe coniunxit. Et ſic oēs deum benedixerunt: ⁊ hoc eſſe caput apoſtoli veraciter cognouerūt. Hec dionyſi⁹.

¶ De ſanctis martyribus Marcello ⁊ Anaſtaſio. Ca. XXV.

Marcellus martyr vna cum anaſtaſio viro militari apđ caſtrum argetomaceñ. pro fide chriſti cōprehēſus ⁊ in confeſſione domini vterqꝫ ipſorum inuictiſſimus inuētus ab infidelibus capite plexus eſt tertio calendas iulii: vt dicit ado.

¶ De ſancto Caſſio epiſcopo. C. XXVI



Caſſi⁹ epiſcopus narnieñ. apud eandeꝫ vrbem claruit tempore totille regis gothorum qui prefato regi narnium venienti occurrit. Cui qđa ex natura facies rubere conſueuerat. Hoc rex totilla non conſperſionis eſſe credidit: ſed aſſidue potationis: eumqꝫ iccirco deſpexit. Sed deus omnipotens: vt quantus eſſet: qui contemnebatur: oſtenderet: continuo in campo narnienſi: vbi rex erat: coram omni exercitu malignus ſpiritus ſpatharium eius inuaſit: eumque vexare crudeliter cepit. Qui cum ante regis oculos ad ſanctum epiſcopum eſſet adductus: hunc ab eo vir domini facto ſigno crucis expulit: qui in eum ingredi vlterius non preſumpſit. Sicque ab illo die rex barbarus virū dei cepit venerari ex corde: quem deſpectuꝫ prius iudicabat ex facie. Hic quotidianas hoſtias deo offerebat: ⁊ omnia: que habere poterat: in elemoſynas pauperuꝫ tribuebat. ¶ Quadam vero nocte domi-

nus per viſum cuidaꝫ eius preſbytero ap
paruit eiq; dixit: vt ad epiſcopuꝫ pgens di
ceret: quaten⁹ ea que ceperat ageret: nec
ab incohatis deſiſteret: quoniam in nata/
le apoſtolorum ad ſe veniret: ⁊ tunc ſibi
mercedē ſuam redderet. Sed quia dies
apoſtolorum vicinus erat: preſbyter epi/
ſcopo indicare viſionem timuit. Alia no/
cte chriſtus iterum rediit: ⁊ inobedientiā
preſbyteri increpans: iuſſa iterum impo/
ſuit. Sed dum preſbyter pergeret: ⁊ epi/
ſcopum infirmatuꝫ audiſſet: iterum viſio
nem referre diſſimulauit: viſione igiť ter
tia dominus apparuit: verbera verbis ad
didit: ⁊ preſbyterum tā diſtricta cede ma
ctauit: vt vulnera liuoris corporaliter im
preſſa viſionem per ſpiritum habitam cō
firmarent. ¶ Ueniens autem preſbyter
ad eccleſiam ſancti iuuenalis epiſcopum
celebraturꝫ inuenit: eumq; ſecretius vo/
cans viſionem aperuit: ⁊ vulnera verbe/
ribus inflicta monſtrauit. Quod ſanctus
audiens ex illo iam die lucra pietatis pe/
rauxit: verum cum ſibi conſuetudo eſſet
annis ſingulis die apoſtolorum natalitio
romaꝫ venire: hac viſione ſuſpectus tūc
venire iuxta mortem noluit. Eiſdēq; die/
bus quaſi de ſua nece ſecurus ſolicitus fu
it. Sicq; reuoluto poſtmodum anno ⁊ de
inceps annis ſingulis vſq; ad ſeptimum:
eo ipſo tempore in mortis ſue expectatio
ne ſuſpenſus fuit. Jam quoq; quodāmo/
do de viſionis veritate deſperauerat. Cū
ecce anno ſeptimo diꝫ ſacras apoſtoloꝝ
vigilias incolumis celebraſſet: dolor euꝫ
corporis in vigiliis attigit: atq; in die apo
ſtolorum celebrare poſſe recuſauit. Sed
magna populi cōpulſus inſtantia: eccleſiā
intrans: vt potuit ſacrificiū obtulit: mox/
q; ad lectulum rediit. Et cum circunſtan
tes clericos diuinis colloquiis admone/
ret. Inter verba exhortatiōis terribili vo
ce clamauit. Hora eſt: moxq; aſſiſtētibus
ipſe ſuis manibus linteū dedit: quod ſibi
ex more morientium contra faciem tēde
ret: quo extenſo: ipſe ſpiritum emiſit. iii.
cal. iulii. Et ſepultus eſt in eccleſia ſancti
iuuenalis ad cuius tumulū miracula cre/
bra diuinitus fiūt. Hec gregorius. iii. dia/
logoꝝ capitulo. ſexto ⁊ libro. iiii. cap. lviii.

¶ De cōmemoratiōe ſcī Pauli. C. xxvii.

Commemoratio ſancti pau
li apoſtoli ab eccleſia cele/
bratur pridie calen. iulii nō
q; eo die paulus apoſtolus
fuerit paſſus: qꝛ vt dictum
ē: paſſus fuit eodē die eiuſdem anni: quo
⁊ petrus apoſtolus occiſus ē: vt tenent ex
preſſe hieronym⁹: ⁊ multi doctores. Sed
quia feſtum vtriuſq; apoſtolorum eadeꝫ
die quo ad officium non poterat celebra
ri ⁊ inconueniens erat: vt alter ipſorū ca/
reret officio ſingulari: ordinauit gregori⁹
papa: vt ipſa die qua paſſi fuerant fieret: q̄
ad officium ſolēnitas petri: ⁊ ſequenti die
cōmemoratio pauli: tum quia petrus ma
ior eſt dignitate: tū qꝛ prior conuerſione:
tū quia primatum obtinuit rome: licet au
tem petr⁹ paulo ſit maior dignitate in ec/
cleſia militante: non tamen maior ſancti
tate: nec etiaꝫ maior in gloria crediť eſſe
in eccleſia triumphante. Unde notandū:
q; quādoq; paul⁹ diciť minor petro: quā/
doq; maior: quādoq; eq̄lis. Reuera eniꝫ
minor eſt dignitate: maior predicatione:
equalis ſanctitate.

¶ De ſcā Lucina diſcipula. C. XXVIII.

Lucina diſcipula apoſtoloꝝ
ciuis nobiliſſima romana
fuit: que a beatis apoſtolis
petro ⁊ paulo conuerſa: ba
ptizata: ⁊ docta: de faculta
tibus ſuis multa ſanctorum neceſſitatib⁹
miniſtrauit. Plurimos quoq; martyres
in ſuo predio in quadaꝫ crypta ſepeliuit.
Demum ⁊ ipſa in ſancta chriſti confeſſio/
ne virtutum operibus pollens quieuit in
chriſto. Sepulta in eadem crypta: in qua

plures martyres ſepelierat ꝑdie cal. iulii.

¶ De ſancta Lucina martyre. C.XXIX.

Lucina martyr nobilis matrona romanorum tẽpore diocletiani ⁊ maximiani in vrbe claruit: que plurium ſanctoꝛuꝫ martyrũ corpora in ſuo predio ſepeliuit: inter q̃ ſanctorum cyriaci: largi: ⁊ ſmaragdi: nec non beati ſebaſtiani cadauera honorifice condidit. Et ſanctis chriſtianis pauperibus multa de ſuis facultatibus miniſtrauit. Et poſt hec omnia de omni ſua facultate eccleſie romane donationem fecit. Quod vbi imperator maximianus audiſſet: ipſam proſcriptione damnauit. Beata autem lucina rogauit beatum marcellum vrbis rome epiſcopum: vt domum ſuam eccleſiam conſecraret: quod ille cũ omni deuotione adimplere curauit. Sicqꝫ lucina in exiliũ acta poſt diutinos agones in pace requieſcens felicem animaꝫ domino commendauit.

¶ De ſancto Martiale epõ. C. XXX.



Martialis diſcipulus chriſti ⁊ epiſcopus ſtephani ꝓtomartyris conſanguineus: patre marcello ⁊ matre eliſabeth de tribu beniamin ortus: vnus fuit ex ſeptuaginta duobus diſcipulis chriſti: et a beato petro apoſtolo baptizatus. Hic enim ille puer fuiſſe dicit: qui habebat quinqꝫ panes hordeaceos: ⁊ duos piſces: ex quibus dominus quinqꝫ milia hominum in eremo ſatiauit: vt dicitur Joannis ſexto. hic etiam in vltima cena domini cum diſcipulis facta miniſter aſtitit: ⁊ cum chriſtus pedes diſcipulorum lauaret: ipſe aquã in peluim famulatus officio miniſtrauit. Et poſt aſcenſionem domini beato petro in iudea quinqꝫ ãnis deinde in antiochia annis ſeptem adheſit: ⁊ cum eodem anno quarto claudii romã venit: ⁊ anno integro ſecum permanſit. Poſt hec beatus petrus a xp̃o ſibi apparente per viſionem monitus. Martialem eius diſcipuluꝫ miſit ad gallias predicandas: eidẽqꝫ alpinianum ⁊ auſtriclinianũ comites aſſignauit: qui ordinatus epiſcopus ad partes illas acceſſit: ⁊ duodeciꝫ angelis ſibi continue aſſiſtentibus galliarum oppida circuit: ⁊ per annos ſex in lemonicenſis prouincia predicauit: vbi ſex mortuos ſuſcitauit: cecos illuminauit: claudos erexit: mutis loquelam tribuit obſeſſos a demonibus liberauit: ⁊ alia multa ⁊ maxima miracula perfecit. Eccleſias in honore ſaluatoris: ⁊ dei genitricis: ⁊ ſancti ſtephani protomartyris et ſancti petri ⁊ ſancti andree apoſtolorum in ipſis partibus dedicauit: omnemqꝫ idolorum culturam ⁊ ſpurcitiam eliminauit. Ingreſſus autem oppidũ lemonicen̄. cum quendam phreneticum nobilis ſuſanne matrone filium ſanaſſet: ipm̃ cuꝫ mr̃e ⁊ ſorore vĝine noĩe valeria ⁊ aliis ſexcentis ad xp̃m conuertit. Queꝫ dum idolorum pontifices detentum duro carceri mancipaſſent: omnes ipſi ictu fulminis ſubito extincti ſunt. Ipſe vero luce de celo diuinitus illapſa confortatus: ianuis quoqꝫ carceris reſeratis eductus eſt. Cum autem inſtantia populi ſacerdotes templorum fulmine peremptos ſuſcitaſſet: ipſiqꝫ eorum: que in alio ſeculo viderant teſtimonium perhiberent: tam ipſi omnes q̃ alia multitudo gentilium numero. xxii. milia domino crediderunt.

¶ Mortua autem ſuſanna predicta: valeriam eius filiam deo virginem dedicauit. Que cum a Stephano duce aquitanie in connubium poſtulata: eidem nubere nollet: ab eodem tenta ipſiuſqꝫ iuſſu decollata eſt. Statimqꝫ corpus trun-

cum caput manibus ſumens vſqz ad al/
tare: in quo ſanctus epiſcopus miſſam ce/
lebrabat: ſtupentibus cunctis acceſſit: et
ibidem cadens expirauit. Sed et virgi/
nis percuſſor angelos vidit: eius ad celos
animam deferentes. Que cum omnia
carnifex duci ſtephano nunciaſſet: confe/
ſtim coram illo corruens expirauit. Mar/
tialis vero lictorem mortuum ſuſcitauit:
⁊ ducem cum quindecim milibus viro/
rum ad chriſtum conuertit: qui eccleſi/
am ſancte valerie fabricauit: ⁊ ipſam ho/
norifice ibidem tumulauit. ¶ Poſt hec
autem martialis ad beatum petrum re/
uiſendum romam perrexit: ⁊ cum eo iam
ſene per aliquod ſpatium temporis com/
moratus eſt: inde ad eccleſiam ſuam re/
diit. Et dum eſſet in itinere: quidam hil/
debertus comitis arcbadii filius a diabo
lo in flumine proiectus et necatus eſt.
Quẽ ſanctus martialis a mortuis excita/
uit: ⁊ tres demones: qui eum prefocaue/
runt in ſpecie nigrorum ethiopum oſten
dit: multoſqz conuertit. ¶ Deinde in ci/
uitate lemonicenſi mulier quedam viruz
ſuum peralyticum baculo viri ſancti te/
tigit: qui mox incolumis ſurrexit. ¶ Idẽ
etiam baculus in vrbe burdegallẽſi mul
tis domibus igne flagrantibus incendio
oppoſitus flammas continuo ac penitus
extinxit. Multaqz ⁊ maxima alia mira/
cula per eum deus oſtendit. Tandem an
te dies. xv. exitus ſui chriſto domino ſibi
apparente: et ipſum ad regna celeſtia vo/
cante ad eccleſiam perexit: miſſaqz cele
brata populum de omnibus docuit et va
le faciens fratribus in pace quieuit pri/
die calendas iulij. Anno a paſſione do/
mini. lxxiiij. veſpaſiani vero auguſti an
no. iij. epiſcopatus autem ſui. xxviij. Qui
et lemonice quieſcit et multis virtutibus
et ſignis claret.

¶ De ſanctis Alpiniano et Aſtriclinia/
no preſbyteris. Cap. XXXI.

Alpinianus ⁊ aſtriclinian⁹
preſbyteri diſcipuli ſancti
martialis ⁊ eiuſdem coope
ratores predicationis mul
to tempore extiterant. Et
tam ſermonum ꝙ̃ ſignoꝝ
gloria non mediocriter claruerunt. Qui ⁊
predicationis officio fideliter peracto a
pud eandem ciuitatem lemonicẽſ. in do
mino quieuerunt. Quoꝝ feſtũ recolitur ꝑ
die cal. iulij: vt ait ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcõ Aaron ſacerdote. C. XXXII.

Aaron ſacerdos prim⁹ ⁊ põ
tifex ſecundũ legem frater
moyſi filius amrã de tribu
leui et iocbabel eius cõiu/
gis: ꝗ inter patres ſcõs ve/
teris teſtamẽti eccleſiaſtici. xlv. plurimuz
cõmendatur: populũ iſrael de terra egy/
pti vna cũ germano eduxit: ⁊ coadiutor
ducatur moyſi: per quadraginta ãnos in
eremo fuit. Ipſe enim vti eloquẽtiſſim⁹
a domino datus eſt moyſi: ꝗ erat impedi/
tus in lingua: vt eſſet eos eius ad populũ:
dñs enim moyſi precipiebat: ⁊ ipſe aaron
verba dei narrabat: atqz populo vel pha/
raõi ex ore moyſi cuncta q̃ſi internuncius
referebat. Sicut hẽtur exodi. iiij. capi. Ip
ſe etiã cuz moyſe pharaoni aſtitit: ⁊ ſigna
dei oſtẽdit. Nã ⁊ prima tria ſigna plagaꝝ:
ꝗbus egyptus ꝑcuſſa eſt: per manũ aaron
dñs fecit. ¶ Poſtq̃ aũt popul⁹ iſrael ma
re rubrũ tranſiuit: vt hec oĩa copioſius in
geſtis moyſi tractabunt̃ ꝑdie non. ſeptẽ/
bris. Et moyſes in mõtẽ ſinai iuſſu dñi le/
gẽ accepturus aſcẽdit: vbi ⁊ diebus. xl. ſi/
ne cibo corporeo ꝑmanſit: cuz moyſes in
mõte morã faceret redeũdi: populus ĩpa/
tiens deos itineris duces ab aarõ ⁊ hur:
quos ille ſui loco reliquerat iſtãter poſtu
lauit. Quib⁹ hur reſiſtẽs ſputis ab ipſis (vt
dicitur) ſuffocatus eſt. Unde aaron timo
re coactus eſt aurum ⁊ argentũ coꝝ pe/
tiit: que in ignẽ proiecit: ⁊ egreſſus eſt vi/

tulus conflatilis inſtar bouis: quē in egy-
pto adorauerant: demonis opere hoc agē
re: quem ⁊ populus ſolēnizans: ⁊ hoſtias
offerens adorauit. Quod cum dñs moyſi
reuelaſſet: ⁊ populi diſperſionem cōmita
tus eſſet: moyſes pro populo interceſſit: ⁊
placato dño de mōte deſcēdit: viſoq; tāto
ſcelere: tabulas legis ſibi a dño datas indi
gnatus confregit: vitulū quoq; cōbuſſit:
puluerēq; in aquā conſperſit: ⁊ ex ea po
pulo potū dedit. Cūq; vt tradit ioſephus
auctores ſceleris cognouiſſet: ex colore
auri potati: q̄ miraculoſe apparuit in bar-
bis eorum: filios leui ſibi ad vltionē adiū-
xit ⁊ ex illis quaſi viginti tria milia occi-
dit. Cūq; accuſaret aaron: ꝙ populum ex
audierat: ille ſe excuſauit pertimuiſſe po-
pulū: quia pronus erat ad malū: hoc exo-
di. xxxii. ca. ¶ Poſt hoc vt habet leuit. ix.
moyſes de mandato dñi aaron ⁊ quattu-
or filios ei⁹: nadab abiu: eleazar ⁊ itamar
prius aqua lotos: oleo ſanctificatiōis per-
unxit et ſacerdotes ad miniſteria ſacrifi-
cioꝝ conſtituit. Quorum omnium aaron
ſumus ⁊ primus fuit: Cui ſolo ſemel in an
no tantum in ſancta ſanctorum ingredi li
cuit. Dies aūt conſecrationis aaron ⁊ filio
rum eius fuit dies octauus anni ſecundi
egreſſionis filioꝝ iſrael ex egypto. Et cū
aaron precepto domini hoſtiam in alta-
ri poſuiſſet ignis diuinitus adeo egreſſus
ſacrificium primitus inflāmauit. Et ſerua
tus eſt ignis iſte perpetuus per generatio
nes vſq; ad tranſmigrationem babylo-
nis. Eadem die nadab ⁊ abiu filii aaron
iam ſacerdotes conſecrati: quia igne alie
no thus obtulerant: igne diuino conſum
pti ſunt. Quos aaron et alii duo filii eius
lugere prohibiti ſunt: propter vnctionis
ſanctitatem ⁊ diuini iudicii reuerentiā:
tamen ſepelierunt eos cognati eorum.
¶ Poſt hec autem vt ſcribitur numeri.
xvi. ca. ⁊ xvii. cum chore filius iſuar fra-
tris amran videns fratrueles ſuos honora
tos: alterum ſacerdotio alterū ducatu po-
puli inuidit: ⁊ murmurans cōtra moyſen
⁊ aaron. ccl. de leuitis ſecum habuit: ⁊ de
than ⁊ abiron potiores rubenitarum ſibi
adiunxit: ⁊ ſeditionem in populo excita-
uit. Quos omnes miraculoſe cū vxorib⁹
⁊ filiis ⁊ familiis ac oī eoꝝ ſupellectile ter
ra ſe aperiens abſorbuit: propter qđ po-
pulus in furorē excitatus moyſen ⁊ aaron
vti multitudinis īterfectores lapidare vo
luit. Eiſq; ad tabernaculum fugientibus
ignis a domino egreſſus populū deuora
re cepit: ⁊ quattuordecim milia ac ſeptua
ginta de populo interfecit. Tūc aaron ad
ſuggeſtionem moyſi: tollens thuribulum
hauſit ex altari ignem diuinū: ⁊ poſito thy
miamate cucurrit cito ad populum: ſeq;
inter viuos ⁊ mortuos incendio oppoſu
it: ⁊ pro eis orauit: confeſtimq; plaga ceſ-
ſauit. ¶ Adhuc autē non ceſſante tumul
tu ſuper ſacerdotio aaron: eo ꝙ dicerent
filii iſrael etiam ex aliis tribubus dignos
reperiri: qui ſacerdotio fungerētur: tulit
moyſes ex mandato domini. xii. virgas a
principibus duodecim tribuū: ⁊ in vna
quaq; ſcripſit nomē principis ⁊ trib⁹ ſue.
Nomen autem aaron ſcripſit in virga le-
ui: quas cum poſuiſſet in tabernaculo co
ram domino: ſequenti die inuenit virgā
aaron germinaſſe: ⁊ amigdala cū filiis p̄-
duxiſſe. Quo ſigno ordinante deo: aaron
ſacerdotium firmiſſime poſſedit: que eti-
am virga in teſtimonium in tabernaculo
repoſita fuit. ¶ Cum autem populus per
annos quadraginta in deſerto fuiſſet: et
dominus moyſen ⁊ aaron ne terram pro
miſſam ingrederentur decreuiſſet: eo ꝙ
ipſum ad aquas contradictionis non ſan
ctificaſſent: vt habetur numeri. xx. ⁊ dice-
tur in geſtis moyſi: mandauit deus: vt aa-
ron pergeret ad populum ſuum. Qui aſcē
dit in montem or cum moyſe fratre ſuo:
⁊ eleazar filio ſuo: vbi moyſes pontificē
aaron omni ſacerdotali cultu indutū exu-
it: ⁊ leazar

ſt: ⁊ leazar induit. Quo facto confeſtim
aaron in ipſo monte occubuit calend. iu-
lij. vbi ſepulture eius adhuc locus oſten-
ditur. Et fleuerunt euȝ filij iſrael. xxx. die
bus. Hec vnde ſupra: ⁊ ex dictis ioſephi ⁊
hieronymi: ex hiſtoria quoqȝ ſcholaſtica.
nec non ex chronicis guilelmi.

¶ De ſcā Maria pphetiſſa. C. XXXIII.

MAria prophetiſſa ſoror aa-
ron ⁊ moyſi intra numerū
ſanctarum matrum vete-
ris legis a ioſepho non im-
merito computatur: quia
vt ſacra ſcriptura exodi. xv. innuere vide-
tur: ſicut moyſes inter mares iſrael filios
ſic ⁊ maria inter feminas pro ſuo modulo
ducatum obtinuit: ex quo ſolo ſanctifica-
ta fuiſſe videtur. Nec enim decens fuit:
vt tanto populo q̄s in vtroqȝ ſexu niſi ſan-
ctus preeſſet. Unde et poſtq̄ȝ ſubmerſo
pharaone in rubrū mare cum omni exer
citu ſuo: moyſes canticum exametrorum
carminuȝ ſcilicet Cantemus domino cō-
poſuiſſet: ipſumqȝ primo cuȝ viris decan-
taſſet. Maria deinde chorum mulierum
ducens: ſumpto muſicali tympano: canti-
cum ipſum repetiuit: ⁊ domino pro victo
ria laudes egit. ¶ Sed cum poſt annos
aliquot: vt habetur numeri. xij. Dum eſ-
ſent filij iſrael in deſerto in loco: qui dici-
tur aſtaroth: ⁊ aaron ⁊ maria contra moy
ſen murmuraſſent: ⁊ ſe ei de ſanctitate pa
ri iactaſſent. Jubente domio ipſi tres ad
hoſtium tabernaculi acceſſerunt. Quib⁹
deus in nube maieſtatis apparuit: ⁊ mari
am lepra percuſſit. Que tamen poſt dies
ſeptem moyſe pro ipſa orante: eaqȝ peni-
tentiam agente: ſanata fuit: ⁊ aaron a do-
mino veniam de contumelia poſtulauit.
¶ Anno vero quadrageſimo egreſſionis
filiorum iſrael de egypto: populo adhuc
per deſertum agente: mortua eſt maria
in cades: ⁊ ſepulta in monte ſur: quo au-
tem die dormierit: expreſſum non habe-
tur: iccirco aaron fratri ſuo eius memo-
ria copulatur. Hec numeri. xx. ⁊ alijs lo-
cis quibus ſupra.

¶ De. ſ. Eleazar ſacerdote. C. XXXIIII.

ELeazar ſacerdos filius aa-
ron: patri in ſacerdotium
ſucceſſit: vt ſuperius dictū
eſt. Hic enim vt habetur
in libro ioſue in pluribus
locis cum ioſue duce populi iordanem
tranſiuit: terram promiſſam acquiſiuit: ⁊
eam per ſortes duodecim tribus filiorū
iſrael mādato dei diuiſit: ſacrificia pro po
pulo ſecunduȝ legem a deo datam obtu
lit: ⁊ in tabernaculo domini cum filijs ſu
is iugiter miniſtrauit. Et poſt obituȝ moy
ſi modico tempore populū rexit. Et poſt
hec ſanctitate plenus in pace quieuit: ⁊ ſe
pultus eſt in gabaa: que data fuerat ſibi ⁊
filijs eius in monte effrai. Hic ⁊ ſi non ex
preſſe: tamen ſatis tacite inter ſanctos pa
tres eccleſiaſtici. xlv. numeratur: vbi pa-
tris premiſſis laudib⁹: phinees filius eius
tertius in gloria nominatur: vt ſic inter ſa
cerdotes ⁊ glorioſo primus ⁊ tertius ex-
preſſe: ſecundus vero tacite numeratus
intelligatur.

¶ De. ſ. Phinees ſacerdote. C. XXXV.

PHinees ſacerdos eleazar
ſucceſſor ⁊ filius eccleſia-
ſtici. xlv. cap. ⁊ primo ma-
chabeorū. ij. inter ſanctos
patres veteris teſtamenti
commemoratus eſt. De quo illud memo
rabile habetur numeri. xxv. q̄ cum popu-
lus iſrael moraretur in ſethim: ⁊ multi ex
ipſis cum filiabus moab fornicati eſſent:
⁊ ad ſuggeſtionē earum beelphegor deo
ipſarum ſacrificia obtuliſſet: eoſqȝ moy-
ſes de culpa redargueret: zambri prin-
ceps tribu ſymeon: qui filiam cuiuſdā ma-
dianite in coniugem acceperat nomine
chozbi: coram omnibus profeſſus ſe alie-
nigenam cognouiſſe: et idola coluiſſe:

nec legi : quam moyſes populo impoſue-
rat: obnoxium eſſe: ⁊ ſpectāte omni popu
lo: ac flente ingreſſus eſt tabernaculū mu
lieris. Surgenſq; phinees arreptoq; pu/
gione ingreſſus eſt poſt illum in lupanar:
⁊ perfodit ambos inſimul coeuntes in lo
cis genitalib⁹: ⁊ ceſſauit plaga: que in po
pulo preceſſerat: ⁊. xxiiij. milia extinxerat.
Et quia phinees zelo legis nimio vindi/
ctam dei in peccatorem viruz exegit. Jc-
circo dominus eidez ⁊ ſemini eius ſacer-
dotium in eternum conſtituit: qui ⁊ cum
patre eleazar promiſſionis terram intra/
uit: ⁊ ei in ſacerdotiū ſucceſſit: ⁊ glorioſus
meritis ⁊ fama laudabilis: in pace q̄euit:
in ſepulchro paterno tumulatus.

¶ De ſanctis Aaron ⁊ Julio ⁊ ſociis martyribus. Cap. XXXVI

Aron ⁊ iulius vrbis legio
num: que eſt ciuitas in bri
tannia ciues et alij plures
martyres vtriuſq; ſexus in
eadem ciuitate paſſi ſunt
ſub pſecutiōe diocletiani
⁊ maximiani: qui pp multa ⁊ inſignia mira
cula : que in paſſione beati albani marty-
ris oſtenſa ſunt : vt ſupra in eius paſſione
actum eſt. xi. calen. iulij. conuerſi ſunt ad
chriſtum: ⁊ pro eiuſdez fidei ac confeſſio/
nis gloria: et ipſi ab infidelibus martyri-
um paſſi triumphatorum celeſtiuz nume
ro ſociati calendas iulij.

¶ De ſcō Theobaldo ɔf. C. XXXVII.

Teobaldus cōfeſſor ex
gallia oriundus tempo
re henrici imperatoris.
ij. ⁊ henrici francorum
regis claruit in partibus
ipſis. Qui magnus ac po
tens mundo abrenuncians ſeculo ⁊ diui/
tiis eremiticam vitam duxit. Quadam
vice cum quibuſdam ſociis iter agens: vi
dens comites fame ac ſiti fatigatos: cum
tam eſcis q̄ potu carerent ad deum in ora
uit: ⁊ panem ſibi a domino preparatuz ſu/
bito in via repperit. De quo ſe ⁊ ſocios
ad ſatietatem cibauit. Deinde vas qd pri
die vino fuerat omnino vacuatum appor/
tari fecit: ipſumq; diuinitus vino repletū
inuenit: qd infuſum cunctis abundantius
ad poculum ſatiſfecit. De reliquiis vero
tam panis q̄ vini peregrinos plures: qui
eius audita fama de mediolano ad ſe ve/
nerant: diebus pluribus ſatiauit. Nec ta/
men ipſe reliquie conſumpte fuerunt: q̄n
potius ad ſatietatem tam ſui q̄ fratrum
ſuoruz per. iij. hebdomadas ſuffecerunt.
Hic ⁊ aliis clarus virtutibus quieuit in
pace calendas iulij.

¶ De ſcō Carilepho ɔfeſ. C. XXXVIII.

Carilephus confeſſor ſoci/
us ſancti adituti abbatis tē
pore childeberti ⁊ lothary
regum francorum claruit.
Hic in auernenſi territo-
rio claris parentibus ortus: litterarūz gra
tia ad monaſteriuz menateū. miſſus. Jbi
q; monachus factus eſt : vbi aliquo tem/
pore manſit ſanctitate repletus. Deinde
eremiticam vitam ducere cupiens : vna
cum ſancto aduito ſocio ſuo de cenobio
clandeſtine diſceſſit. Deueneruntq; ad ſu
burbium aureliaū. ⁊ ad ſanctū maximia/
num abbatē ſe conferentes: cum eodem
aliquot mēſibus demorati ſunt. Poſt hec
indēſiores ſiluas in loco qui dicitur picia
cus: nunc autem cella ſancti aduiti voca-
tur: locellum conſtruxerunt. Ubi plurib⁹
annis manſerunt: vt dictū eſt ſupra in vi
ta ſci aduiti. vj. kal. februarij. Uer carile-
phus cupiēs vitare famā q̄ iam de ſcitate
amboꝝ ad aures regias delata fuerat. Ad
uitā deſeruit: ⁊ interiora eremi apd ceno
maneū. vrbē cū Daumero cōmilitōe ſuo
petiit. Tādēq; ad locum vocabulo caſſa-
gallā ſitū in pecia labroſiē ceū. diuertit: vbi
multo tpe deo ſeruire curauit. Et cū mu-
lierē oīno ſe non viſurū propoſuiſſet: mu-

lier q̄dā vaga ⁊ lubrica coma preciſa bitu
ꝗ virili induta monaſteriū eius ſe vir ſi
mulans incognita ſctō ingreſſa ē. Qd vū ꝑ
oia ambitioſa curioſitate luſtraſſet: oculi
ei⁹ ex capite ꝑtin⁹ ceciderūt. Que cū peni
tuiſſet ⁊ penitentiam egiſſet: ſctō ꝑ ea
intercedēte corpe ſanata ⁊ aio redit emē
data. Hic etiā obitum ſuū ſibi a dn̄o reue
latū fratribus ꝑdixit: ⁊ die q̄ predixerat in
pace deceſſit: videlʒ cal. iulii. Sepultuſqʒ ē
in cenomanēſ. ciuitate miraculis clarus.

¶ De ſcō Pābone abbate. C.XXXIX.

Pamb o abbas: vt dicit hera
clides. Cū ſine litteris eſſet
ad quēdā acceſſit: vt ab eo
pſalmuʒ aliquem diſceret.
Qui cuʒ audiſſet principi
um pſalmi. xxxviii. Dixi cu
ſtodiam vias meas: ⁊ non delinquam in
lingua mea: ſcdʒ verſuʒ audire recuſauit:
dicens ꝙ primus ſibi ſufficeret: duʒ tamē
illum ad implere poſſet. Et poſt menſes.
vi. reuerſus ad magiſtrum. Interrogatuſ
qʒ ab eo: cur tātum diſtuliſſet reſpōdit: ꝙ
verſum quē didicerat: nondum implere
potuerat. Poſt multū vero tempus retu
lit cuidā alteri: ꝙ annoꝝ. xlix. eſſet: ⁊ vix
adhuc dictū illud pſalmi implere potuiſ
ſet. Deſcendēs alexanadriam de ſcythi vi
dit mulierē theatricā: ⁊ amare fleuit di
cens ſe flere ⁊ propter mulieris perditio
nem ⁊ propter ſui ipſius negligētiam: qa
non tātuʒ ſtuduerat deo placere: quantū
illa hominibus. Teophilo epo eum ade
unti: ⁊ ab ipſo edificari q̄rēti reſpondit: ꝙ
ſi ſua taciturnitate nō edificabit: neqʒ ſer
mone edificari poſſet. ¶ Huic ſcā mela
nia de q̄ dicet in. xi. cal. nouēbris tricētas
libras argenti obtulit: quas ille ꝑ euteni
um diſcipulū ſuū pauperibus dari iuſſit:
vt ait hieronymus. Qui poſtmodum ſpor
tellam palmis ɔſuit: ⁊ melanie in ſui me
moriale tradidit: dicens ſe nihil aliud ha
bere: qd ſibi dare poſſet. Quā ipſa poſt ei⁹
obitum omni tpe quaſi pro magis reliqiis
reſeruauit. Hic etiaʒ nulla febre vel egri
tudine correptus ad extrema deuenit. Et
hora mortis ſue aſtātibus dixit: ꝙ ex quo
eremū intrauerat nec paneʒ comederat:
nec ſermonis de quo locut⁹ fuiſſet aliqn
do eum penituerat: ⁊ tamē ſic ad deū ibat
quaſi adhuc initium nō feciſſet ſeruiendi
dn̄o. Et requiſitus an eēt bonum laudare
primū virtuoſuʒ reſpōdit: ꝙ melius eēt
tacere. Hec heraclides ⁊ i vitis patꝝ. Quie
uit aūt in dn̄o vir ſcūs calendis iulii.

¶ De ſcō Dn̄iano abbate. Cap. XL.

Ominianus abbas territo
rio lugdunēſi. ſcitate vite i
ſignis claruit. Qui primus
illic eremiticaʒ vitā exercu
it: pluriſqʒ ſibi in dei ſerui
tio aggregās: magniſqʒ virtutib⁹ ⁊ glorio
ſis miraculis clarus collectus ē ad patres
in ſenectute bona cal. iulii: hec ado.

¶ De ſanctis martyribus Proceſſo et
Martiniano. Cap. XLI



Proceſſus ⁊ mar
tinianus martyres paſ
ſi ſunt rome imperan
te nerone. Cum enim
nero imperator bea
tos apoſtolos petrum
et paulum tradidiſſet
paulino viro clariſſi
mo magiſtro militum. Paulinus eos re
cluſit in cuſtodia mamertina ſub monte
tarpeio: ſub cuſtodia militum proceſſi et
martiniani ⁊ aliorum. xlix. quos omnes
beati apoſtoli ad chriſtum ſua predicatio
ne conuerterunt: ⁊ producto fonte de ſili
ce ſarco: eos ibi baptizauerunt: vt ſupra
dictum eſt in paſſione militum. xlix. pri
die idus martii. ⁊ in paſſione petri apoſto
li. iii. calen. iulii. Cum autem apoſtoli in
ipſo carcere menſes. ix. fuiſſent: a ſanctis
militibus dimiſſi ſunt. Cumqʒ vir clariſſi

mus paulinus audiſſet proceſſuʒ ⁊ marti
nianum baptiſmum ſuſcepiſſe: ⁊ apoſto
los dimiſiſſe: iratus eos teneri fecit: ac ſi
bi preſentari. Cum autem eos ad ſacrifi
cia ſuaderet: ⁊ illi e contra: chriſtuʒ domi
num ſolum deuʒ profiterentur: iuſſit pau
linus ora ipſorum lapidibus cõtundi. De
inde ſtatuam auream iouis afferri: vt ei
thura incenderent. Cumq; ſancti milites
in ſimulacrum conſpuiſſent: precepit eos
paulinus in equuleo ſuſpendi: et attrahi
neruis: ac fuſtibus cedi. Deinde circa eo
rum latera flammas apponi: et poſt hec
ſcorpionibus mactari ſub voce preconia:
ne principum precepta contemnerent.
Eademq; hora paulinus oculum ſubito
amiſit: ⁊ pre dolore quaſi inſaniens: eos
equuleo depoſitos in cuſtodia mamerti
na vinciri mandauit. Quibus lucina apo
ſtolorum diſcipula miniſtrabat. Poſt tri
duuʒ vero paulinus arreptus a demonio
expirauit. Cumq; filius pomponius rem
geſtam cum clamore ad palatium detu
liſſet: iratus nero iuſſit ceſario vrbis pre
fecto: vt eos celerius occidi faceret. Qui
fecit ſanctos de cuſtodia eiici: ⁊ foras mu
ros via aurelia duci: atq; ambos ibidem
capitibus amputari: ⁊ corpora eorum ca
nibus derelinquit. Sed beata lucina illa
noctu collegit: ⁊ in harenario iuxta locũ:
vbi decollati fuerãt: ſepeliuit. vi. noñ. iulii

¶ De ſanctis Longino Megiſto ⁊ Aceſto martyribus. Cap. XLII.

LOnginus: megiſtus: et
aceſtus milites a beato
paulo apoſtolo conuerſi
ſunt: cum ad decollatio
nem ducerentur: vt ſupra
dictum eſt. iii. calẽ. iulii.
in eius paſſione. Qui iu
xta quod paulus eis impoſuerat: die ſe
quenti paſſionis illius ad ſepulchruʒ pau
li venerunt: ⁊ duos diſcipulos: videlicet
titum ⁊ lucã orantes inuenerunt: ⁊ in eo
rum medio paulũ ſtãtem viderunt: quos
diſcipuli illi videntes territi fugiebãt: pau
loq; mox diſparente: milites illi poſt eos
clamabant: q; non vt eos caperent: perſe
quebantur: ſʒ vt ab eis baptiſmum ſuſci
perent: ſequebantur: paulumq; in eorum
medio ſe vidiſſe teſtantur. Hec illi audi
entes reuerſi ſunt: eoſq; cum gaudio ba
ptizauerunt: qui poſt dies a nerone de
tenti: et pro chriſti nominis confeſſione
capite ceſi ſunt. vi. noñ. iulii.

¶ De ſcis Ariſtone ⁊ ſociis mar. C. xliii

ARiſto: creſcentianus: eu
tychianus: vrbanus: vi
talis: iuſtus: feliciſſimus:
felix: maria: ⁊ ſymphoro
ſa martyres omnes apd
campaniam pro fidei veritate: ⁊ xpiani
nomis aſſertione glorioſo martyrio coro
nati ſunt. vi. noñ. iulii: vt ait ado ex hiero
nymi martylogio.

¶ De trãſla. ſci Thome apſi. C. XLIIII



Tranſla
tio corporis ſancti tho
me apoſtoli facta eſt tẽ
pore alexandri impe
ratoris. Cum eniʒ idẽ
imperator rediret vi
ctor de perſide prelio:
xerxe rege deuicto: ſup
plicarunt ei ſyri: vt mitteret ad regulos in
doruʒ: quatenus corpus beati thome red
derent ciuibus ſuis. Quod idem impera
tor q̃uis gentilis: propter victorie tamen
gloriam eiſdem libenter conceſſit. Sicq;
factum eſt: vt trãſlatatũ eſſet corpus bea
ti apoſtoli de india: ⁊ poſitum in ciuitate
ediſſa in locello argẽteo: quod pendet ex
argenteis catenis: in qua ciuitate nullus
hereticus: iudeus: vel idolorum cultor
viuere poteſt. Sed nec barbari eam ali
quando inuadere potuerunt: ex quo aga

barus rex ipſius vrbis epiſtolaȝ manu ſal
uatoris ſcriptam accipere meruit. Si quā
do gens aliqua contra eandem ciuitateȝ
venit: die qua lecta fuerit epiſtola ꝑ pue-
rum ſuper murum: eadem die hoſtes ter
riti fugiunt: aut pacati recedunt: taȝ ſalua
toris ſcripto ꝙ͂ oratione beati thome apo
ſtoli. Et celebraẜ ipſius trāſlationis feſtū.
v. noñ. iulii. ¶ Ferẜ: ꝙ in vigilia feſti bea
ti thome ſingulis annis oī clero ⁊ pplo ac
peregrinis ad eius eccleſiā conuenienti-
bus celebranẜ veſpere ⁊ patefacto tumu
lo ſancti corporis: archiepꝯs ediſcenus dū
incohat antiphonā ad magnificat. O tho-
ma didyme ⁊c. Palmitē aridum vitis po
nit in manu apl̄i: ⁊ cōpletis veſperis clau
ditur ſepulchrū. Mane aūt iterum oībus
ↄcurrentibus apertoq̈ȝ tumulo inuenitur
palmes in naturali viriditate ꝓduxiſſe ra-
cemū vue diuinit⁹: de quo tantum vini li
quatur in calice: ꝙ ea die archiepiſcopus
ex ipſo conficit ſanguinẜ ieſu chriſti. Hoc
audiui a fide dignis.

¶ De ſancto gregorio epiſcopo neoceſa-
rieñ. Ca. XLV.



Gregori⁹ neoceſarie pōti epiſco
pus alio noīe primo vo
catus theodorus: ori-
genis diſcipulus tꝑib⁹
valeriani ⁊ galieni im-
peratoꝝ doctrina clara
mirificus refulſit. Si-
gna quoq̈ȝ ⁊ miracula de eo cū laude ec-
cleſie ꝓhibentur. ¶ Cū enim ꝓ captura pi
ſcium ſtagni cōmunis: germani duo ad i
uicem armis ⁊ effuſiōe ſanguinis decer-
tarent: orāte gregorio: aq̄ ſtagni repente
abſorta arentē campuȝ frugibus copioſū:
ac vtiliorē germanis iam cōcorditer diui
dendum dereliq̄t. Uerum duȝ eccleſia in
quodam loco artiſſimo inter montē ⁊ flu
uium poſito ↄſtrui deberet: ⁊ ſpatiū ſuffi-
ciens non eſſet: ipſo ſancto in orationib⁹
pernoctāte: mane facto inuenta eſt rupis
tanto ſpatio loco ceſſiſſe quātum erat cō-
petens pro ipſa eccl̄ia fabricanda. ¶ Alio
tēpore cum in alpibus iuxta phanū idolo
ruȝ hoſpitat⁹ eēt. ſacerdotes ab idolo nul
lum poterat habere reſponſum. Cui ꝑ no
cteȝ demō in ſomnis apparuit: eiq̈ȝ dixit:
ꝙ preſente Gregorio nullatenus loq̇ poſ-
ſet. Qui mane gregoriū obſecrat: vt deuȝ
ſuum loq̇ permittat. Gregorius auteȝ de
moni epiſtolā mittit: ⁊ vt more ſolito re-
ſpondere debeat ꝑmiſit. Sicq̈ȝ idoluȝ re-
ſpōdere cepit: Unde ſacerdos virtute dī
in ſancto viro cognita ad chriſtū conuer-
ſus: ⁊ ab eodē baptizatus in tantū profe-
cit: ꝙ gregorio in epatu ſucceſſit. Quieuit
in pace vir dñi. v. noñ. iulii. ¶ Hic pluris
opuſcula fidei catholice expoſitionē cō-
pilauit. Sup eccleſiaſtes libro metaphra-
ſin magnificentiſſime opus breue ſed pe-
rutile protulit. Ad originē ſcripſit panegy
ricum: quē eo preſente vocataq̈ȝ multitu
dine recitauit. Uulgo ⁊ alie plures ⁊ ipſi⁹
ferūtur epiſtole. Hec hieronymus de vi
ris illuſtribus.

¶ De ſcō Gregorio epō ligoniē. c. XLVI

Regorius ligonieñ. epſ ex
ſenatorib⁹ auguſtuduneñ
b⁹ ortus: regionē illā. xl. an-
nis ſūma iuſtitie ſeueritate
correxit. Hic habuit vxorē
armentariā: de qua filios ꝓ
creauit. Poſt cuius obitum epiſcopus eli
gitur lingonieñ. In quo epiſcapatu ſāctiſ
ſimam vitaȝ duxit ſub panib⁹ triticeis pa-
nem ordeaceū comedens: ⁊ aquaȝ vinuȝ
ſolummodo coloratam. Qui etiam a ſan-
cto benigno epiſcopo ſibi apparente com
monitus eccleſiam ſupra tumulum eius
edificauit. In qua per noctes orans vo-
ces angelicas concinentes frequenter au
diuit. ¶ In obitu vero ipſius ſancti viri:
quidā vidit celos apertos: vultus quoq̈ȝ

eius ſicut roſa rubeſcebat: caro vero vti li
lium candebat. Corpus aũt eius iuxta cor
pus ſancti benigni collocatum eſt. Quod
dum ſepulture traderetur: trabes in qui-
bus pedes victoꝝ aſtricti tenebant con
ſciſſe ſunt: ⁊ captiui liberati: qui videlicet
eiuſdem ſancti dum exequie illac trãſirēt
auxiliũ obnoxius poſtulabant. Sepultus
quoq; eſt in eccleſia lingonienſ.

¶ De ſcõ Heliodoro epo. Ca. XLVII.



Heliodo
rus epo altineñ. vir ma
gne ſanctitatis ⁊ ſapiē-
tie floruit tempore ar
chadij ⁊ honorij impa-
toꝝ. Qui iuuenili eta-
te ad ſacerdotij digni-
tatem pmotus: popu
lum adhuc idolis deditum admonebat.
Et dum pro animaruz ciuium ſuoꝝ ſalute
dominuz obnoxius exoraret: hortatus ab
angelo publice predicare cepit: adeoq; in
predicatione profecit: vt populus templa
deoꝝ deſtruerent ⁊ eccleſiam dei genitri-
cis a fundamētis cõſtruerent. Poſtmodũ
aũt heliodorus adhuc preſbyter chroma-
tium aquileieñ. epm viſitauit: ⁊ cũ eo ali-
quo tpe cõmorans ab eodem altineñ. eps
ordinatus fuit. ¶ Hi ſunt duo epi qui le-
guntur beato preſbytero hieronymo ali-
quando epiſtolas direxiſſe: ⁊ ab eodē epi
grãmata recepiſſe. Ad quoꝝ inſtantiã idē
glorioſus doctor quoſdam libros diuine
pagine ex hebreo in latinum tranſtulit: ⁊
martylogium primitus compilauit. Re-
uerſus igitur ſanctus eps altinuz eccleſiã
ſuam diſpoſuit ⁊ populum in fide firma-
uit. Inde hieroſolymã perrexit ⁊ optatuz
diu hieronymuz: quem ſepius in ſcriptis
viderat: corporali lumine viſitauit: a quo
⁊ in melius compoſitus diſceſſit. Inde re
patrians iam ſenio confectus ⁊ ambroſiũ
ſibi coadiutorem epiſcopum ordinauit.
Ipſe vero in inſula maris: que a ſancto vi
ro marcelliano ibi degēte marcelliana vo
cata eſt: eremum petijt. Ibiq; apud pre-
fatum virum ſanctuz eccleſia dedicata p-
manſit. Quem ⁊ die. v. menſis iulij defun
ctum ſepeliuit. Heliodorus vero dudum
poſtea ſuperuiuens ciuitatem altineñ. ab
attila deſtruendam obituſq; ſui diem pre
dixit. Et ſanctitate conſpicuꝰ in pace quie
uit. v. noñ. iulij. Cuius corpus ambroſius
eps eius ſucceſſor in altineñ. eccleſia ſepe
liuit. ¶ Proceſſu vero temporis deſolata:
vt predixerat: altineñ. ciuitate: ⁊ albuino
longobardoꝝ rege italiaz inuadēte. Pau
lus altineñ. eps corpora ſanctoꝝ heliodo-
ri marcelliani theoniſti tabre ⁊ tabrate ad
inſulas maris confugiens tranſportauit:
vbi nouo altino conſtructo: qd incole tor-
cellum vocauerũt: corpus ſancti heliodo-
ri in principali eccleſia condiderunt in ho
norem videlicet beate marie virginis ad
inſtar altineñ. eccĺie edificata: vbi ⁊ quie-
ſcit vſq; in preſens.

¶ De ſcõ Lanfranco cõfeſ. Ca. XLVIII.

Lanfrancus prior mõaſterij
becoeñ. ⁊ poſtmodum ab-
bas cadonieñ. tēpore hen-
rici. iiij. impatoris claruit.
Hic fuit doctor anſelmi cã-
tuariē. epiſcopi: de quo infra dicetur. iij.
noñ. iulij. Et huic eidem anſelmus in be-
coeñ. prioratum ſucceſſit ſub eluino abba
te qui ipſum monaſterius de proprio fun
dauit. ¶ Hic enim lanfrancus de ciuitate
Papie oriundus ⁊ ſecularibus ſciētijs ſa-
tis clarus. Poſtq̃ in arbricateñ. ciuitate
normanie aliquo tempore docuiſſet: ⁊ ro-
thomagum ire vellet: a latronibus captus
ſpoliatꝰ ⁊ in ſilua nudus dimiſſus: maneq;
a viatoribus reductus ē. Qui mox relicto
ſeculo ⁊ ſecularibus ſtudiis in pdicto mo
naſterio habitum monachalez aſſumpſit:
⁊ humilem ac deſpectaz vitam ducere ce
pit. Et cum eſſet omniuz doctior: ſapien

tiam ſuam humiliter occultabat. Tandē fama ipſius comperta de mādato ſui abbatis ſcholas tenuit: ⁊ clīcos ac laicos mł tos in diuina ſapientia auditores habuit: quoꝝ plurimi ditiſſimi pro magiſtri amore multa monaſterio contulerunt. Qui poſtmodū ipſius loci prior. Inde abbas cudonieñ. factus ē. ¶ Quadam die eo celebrante diaconus ei miniſtrans a diabolo arreptus eſt. Qui diebus plurimis vexatur: ſed tandem eius orationibus liberatur. ¶ Huic etiam cum nunciatū fuiſſet: ꝙ anſelmus eius monachus ⁊ diſcipulus nocte in lecto anulum aureum repperiſſet: prenunciauit eum futurū epiſcopum: ⁊ vt predixerat ſic euenit. Hic ex ꝑcepto leonis pape quinti diſputans in concilio toletano contra berengariū turoneñ. qui de eucariſtia praue ſentiebat: eū eloquētiſſimo ſermone confudit. Quieuit in xpo quinto noñ. iulij.

¶ De ſanctis Muſtiola ⁊ Hyreneo martyribus. Ca. XLIX.

MUſtiola ⁊ hyreneus diaconus tempore valeriani imperatoris turcio agente vicario apud ciuitatē cluſiū paſſi ſunt. Cum enim predictus turcius felicem preſbyterum per martyrium cōſumaſſet apd verniam ciuitatem: vt dictum eſt ſupra in eius paſſione. ix. calē. iulij: ipſiuſq; corpus hyreneus diacon⁹ ſepeliſſet iuxta muros videlicet ſutrine vrbis. Hec audiens turcius: hyreneū cōprehēdi fecit: ⁊ cathenis vinctū poſt redā ſuā traxit vſq; ad ciuitatē cluſinā: ibiq; illū in carcere cōpediuit cū plurib⁹ xpianis aliis. Quos oēs muſtiola nobilis matrona claudij pricipis conſobrina in ergaſtulo refouebat. Qđ cum audiſſet turcius: ipſā q̄dē teneri fecit: ⁊ oēs xpianos dētētos decollari: hyreneū vero in cōſpectu muſtiole equuleo appenſum: tam diu vnguib⁹ lacerari: ⁊ flāmis appoſitis adduri fecit: donec ſpūm emiſit. Deinde ſanctā muſtiolā ſacrificare nolentē tā diu plumbatis cedi iuſſit: quouſq; animā exhalauit. Quoꝝ corpora marcus ſeruus dei iuxta muros cluſii ciuitatis deuote tumulauit: vbi ⁊ miraculis clarent: qui paſſi ſunt quinto noñ. iulii.

¶ De ſcō Laurieno martyre. Ca. L.

LAurianus martyr paſſus eſt in territorio bituriceñ. Qui pro chriſti nois cōfeſſione glioſa amputato capite triūphum meruit obtinē martyrii. Cuius caput apud hiſpalim ciuitatē deportatū: ibi digna veneratione recolit. Qui paſſus ē. v. noñ. iulij: vt habet in martylogio adonis.

¶ De ſancto Oſee ꝓpheta. Ca. LI.



Oſee propheta de tribu iſachar filius beeri ortus in bethleemoth ſub q̄ttuor regibus iuda ꝓphetauit: videlicet ozia: ioathā: achaz ⁊ ezechia: ⁊ ſub hieroboam filio ioas rege iſrael. Unde ⁊ eſaie ꝓphete cōtemporaneus fuit. Prophetauit aūt principaliter contra decem tribus: pauca de duabus loquens. De memorato enim regum numero achaz rex iuda ⁊ hieroboā rex iſrael: dominum derelinquentes in iſrael idolatrie crimen imperio ac poteſtate ſua admittere populum compulerunt. Propter quod deus ad oſee locutus eſt: vt accipiat vxorem fornicationum: ⁊ faceret filios fornicationis. Fornicariā inquit: non ex locutione corpore meretricē: ſed gentilem deum ignorantē appellat: que dei creatoris ſui amore cōtempto: ſimulacroꝝ ſe ſubiecerat deſideriis. Hinc ſcm̄ ē: vt ira dei in populo iſrael ꝑ denūciationē ꝓphete ſub tali typo ꝓceſſura diceret. Ho

mui aũt iude miſericordia lectione pphe
te cõprehenſa ab hoc pmiſſa eſt: quia eze
chias rex iuda filius achaz ſublatis idolis:
que tam pater eius ꝙ ceteri reges conſe
crauerunt: templuꝫ dei purificaſſe mon
ſtrat: vt ſupra in geſtis ezechie dictuꝫ eſt.
Prenunciauit aũt oſee iudeos in vltimo
tpe ad xpm redituros. Tertiuꝫ quoqꝫ diẽ
dominice reſurrectionis predixit. ¶ Hic
aũt: vt ait hieronymus: prenũcians dedit
ſignum: veniet dñs in terra ſicut quercus
que eſt in ſylo ⁊c. quod non legitur in ſcri
ptura eius ẜm editionem noſtram: forte
quod Hieronymus dixit ſignũ: hic epipha
nius dixit pdigium: dicens de oſee: ⁊ de
dit pdigium dicens: Ueniet dominus in
terra ſicut quercus in ſylo: que ex ſemet
ipſa in .xij. fuerat partita: ⁊ facte fuerãt ex
ea totidem quercus. Hic poſtꝙ pphetiã
ſuam adimpleſſet: ſub ezechia rege placi
ta quiete dormiuit .iiij. non. iulij: in terra
ſua ſepultus vt hebreoꝝ ſcriptura colligi
tur. Hec hieronymus ⁊ ioſephus: ⁊ ex hi
ſtoria ſcholaſtica comeſtoris.

¶ De ſcõ Aggeo ppheta. Ca. LII.

Aggeus ppheta poſt captiui
tatem populi iudeoꝝ i an
no ſecundo darij perſaruꝫ
regis pphetauit in hieruſa
lem. Nam in anno primo
cyri regis perſarum: vt im
pleretur ſermo dei ex ore hieremie pro
phete: vt habetur eſdre primo i pricipio:
iuſſu ipſius regis populus in iudeã redu
ctus eſt. Cũqꝫ a populo iſrael ⁊ ſenioribus
tẽpluꝫ dei edificari cepiſſet: mortuo cyro
rege perſarũ: ac regnante dario: q̃ memo
rato ſucceſſerat: vicine gẽtes odio iudeo
rum inſtaurationẽ templi ⁊ ciuitatis ipe
dire ceperũt. Qua rõne ductus populus
iudeoꝝ reſtaurationeꝫ ipſius tẽpli necdũ
cõceſſam eſſe iuxta pmiſſionẽ credebãt:
Pter qđ in ſecũdo anno regni darij me
morati. Aggeus ppheta a deo miſſus ad
zorobabel: qui erat de tribu iuda: qui po
teſtatẽ regni ſuſcepturus erat: ⁊ ad ieſum
ſummũ ſacerdotẽ filiuꝫ ioſedech: eos ad
monet: vt credãt cõpleto annoꝝ numero
tempus reſtaurationis hierlꝫ aduenisse.
Addito ne icredulitatẽ populi velint imi
tari. Omnia aũt que textus ipſius pphetie
cõtinent: reuerſionẽ populi: reparationeꝫ
templi: renouationẽ ciuitatis: obſeruãtiã
ſacerdotaleꝫ: ⁊ interitũ regnoꝝ exteroruꝫ
ſignificant. Pphetauit aũt vna cum aggeo
zacharias ppheta: de quo dicet infra. viij.
idus ſeptẽbris. Sed duobus menſib⁹ añ
zachariam hic aggeus vaticiniũ ſuum te
xere exorſus eſt. Quieuit in iudea in pace
iiij. non. iulij: ⁊ tumulatus iacet iuxta ſacer
dotum monumẽta in hieruſaleꝫ. Hic p
pheta vna cũ primo precedẽte ex nume
ro .xij. illoꝝ pphetarum ſunt: qui minores
appellantur: qui ⁊ in ſanctorum patrũ ca
talogo eccleſiaſtici .xlix. cap. deſcribũtur.
Hec vnde ſupra.

¶ De trãſlatõe ſci Martini epi. C. LIII.



Trãſlatio
corporis ſancti Mar
tini facta eſt ãno .xiiij.
leonis primi: vt ait ſigi
bertus: anno videlicet
lxiiij. ab obitu ipſi⁹ ſan
cti. Cum enim ppetu⁹
turoñ. epũ cerneret in
ſignia miracula: que ad ſepulchruꝫ ſancti
martini fiebant: eccleſiaꝫ magnã ⁊ ſpecio
ſam eius nomini fabricauit: iuxta cellam
videlicet vbi viuens degere cõſueuerat.
Et congregato clero ac populo vniuerſo
cum corpus ſancti ad nouã eccleſiã tranſ
ferre decreuiſſet calẽ. iulij poſt noctis vi
gilias ⁊ ieiuniũ celebratum mane ſepul
chrum nullatenus mouere potuerũt. Qđ
cũ ſequẽti die ⁊ tertio iteraſſent loculum
ſimiliter nullo ingenio leuare valuerunt.
Cũqꝫ iaꝫ quaſi deſpati opus dimittere cõ

cepiſſent recordati ſunt: ꝙ .iiij. iulij .iiij. vi
delicet non. ipſius ordinatõis bti martini
anniuerſaria dies erat. Et ꝙ forſitan ipſa
die dñs corp⁹ bti ↄfeſſoris trãſferri diſpo
ſuiſſet. Jeiunio igiꞇ oꝛonibuſqꝫ pmiſſis ad
tumulum acceſſerunt. Moxqꝫ illis ſenex
venerãdus apparuit: alias nunqꝫ viſus: q
eos ad opus iuuare cepit. Sanctũqꝫ mar
tinuꝫ eiſdẽ ad eſſe dixit: vtqꝫ corpus trãſ
ferre nõ tardarent admonuit. Sicqꝫ cum
ſumma velocitate loculuꝫ leuauerũt: ⁊ in
loco vbi nũc coliꞇ poſuerunt. Completis
quoqꝫ officijs cũ ſenem ad menſaꝫ requi
rerent nuſqꝫ cõparuit. ¶ Accidit quoqꝫ:
vt tũc eſſent duo mendicãtes ⁊ multã pe
cuniã ex queſtu acquirẽtes: quoꝝ vnus ce
cus ⁊ alter erat cõtractus: cecus cõtractũ
ferebat: ⁊ cõtractus ceco viaꝫ oſtendebat.
Audientes aũt ꝙ a corpus ſancti martini
multi ſanabanꞇ infirmi: dum corp⁹ in trãſ
latione pceſſionaliter portareꞇ: timentes
ne corpus iuxta eoꝝ habitationẽ ducereꞇ:
⁊ ſic ipſi forſitan ſanarenꞇ ide receſſerũt:
nolentes ſanitatẽ cõſequi: ne periret miſe
ria queſtus ſui. Duꝫ ergo fugerẽt per viaꝫ
vnde corp⁹ nequaqꝫ ducẽduꝫ putabãt ex
improuiſo ſancto corpori obuiãt. Et quia
deus multa beneficia preſtat etiam inui
tis: ambo contra voluntatem ipſoꝝ conti
nuo curati ſunt: licet de hoc plurimuꝫ tri
ſtarentur. Celebratur autem hec tranſla
tio ⁊ ipſius ordinatio ac prefate ciui eccle
ſie dedicatio .iiij. non. iulij.

¶ De ſcõ Uldarico epõ. Ca. LIIII.



Uldaric⁹ epõs auguſteñ. nobilis
roman⁹ exiſtẽs infan
tulus in mõaſterio ſci
galli educat⁹ eſt. Et cũ
etate adoleuiſſet: ⁊ ha
bitũ monaſticum aſſu
mere vellet: a quadaꝫ
ſancta incluſa phibitus eſt: que eid ẽ aſſe
ruit ſibi fuiſſe a dño reuelatũ adhuc ipm
futurũ epm. Comẽdat⁹ eſt igiꞇ adalpero
ni auguſteñ. epõ a quo ẽ ad ſacerdotij or
dinẽ pmot⁹. Deinde romã veniẽs a mar
tino papa benigne ſuſcept⁹ eſt. Qui eideꝫ
pontifici epm ſuũ mortuuꝫ nunciauit ſibi
diuinitus reuelatũ. Cũqꝫ ipm papa mar
tinus vellet in epm ordinare: ⁊ auguſteñ.
vrbi in paſtorẽ pficere: vldaricuſqꝫ recuſa
ret: ſumm⁹ pontifex eidẽ premũciauit: ꝙ
periculoſo adhuc tpe epatuꝫ ipm nõ poſ
ſet euadere. Quod ⁊ factũ eſt. Nam epõ
auguſteñ. ad epatu hiltineñ. trãſlato vlda
ricus ei a populo ſuccedere cõpulſus eſt.
Qui cũ ſcõ cõrado epõ cõſtantie gregẽ do
minicũ verbo ⁊ exẽplo operis bene pauit.
¶ Sup hũc ſanctũ die cene dñi criſma cõ
ficientẽ: ⁊ die paſche miſſaꝝ ſolẽnia cele
brantẽ viſa eſt dextera dei que ſibi bñdi
cebat. ¶ Quadã die ſctã aphra ſibi appa
ruit ⁊ vt ſe ſeqreꞇ admonuit: ipmqꝫ vſqꝫ
in lechfelth pduxit. Ubi p viſionẽ ſanctuꝫ
petrũ aplm cũ quodam alio ſcõ vidit: qui
arnulphũ ducẽ norigioꝝ pro ſuis crib⁹ dã
nabãt. Et notato tpe repertũ eſt eodẽ die
⁊ hora arnulphũ e ſeculo migrauiſſe. Jpſe
vir ſanct⁹ pacẽ inter othonẽ ducẽ: ⁊ lodol
phuꝫ eius filiũ ptractauit. ¶ Juſſus diui
nitus in natiuitate ſcti ioãnis baptiſte bis
in die celebrauit. Miſſam aurore videlꝫ
⁊ maiorẽ quaꝝ primã ex ↄſcientia bis cele
brandi omittere pppoſuerat. Et .xi. poſtmo
dum die in pace quieuit: videlꝫ .iiij. non.
iulij. Sepultuſqꝫ eſt a volfgango epõ ratiſ
poneñ. in eccleſia ſancte aphre.

¶ De ſcõ Jocũdiano marty. Ca. LV.

Jocundianus martyr apud
aphricam martyriũ paſſus
eſt. Qui pro ↄfeſſione fidei
chriſtiane in mare merſus
cuꝫ palme triumpho coro
nam a domino percipere
meruit glorioſam .iiij. non. iunij: vt habeꞇ
in martylogio hieronymi ⁊ adonis.

¶ De ſcā Zoe vxore nicoſtrati m̄. C.LVI

Zoe martyr vxor nicoſtrati p̄miſcrini diocletiani imperatoris. Rome martyriū paſſa eſt. Que cum graui infirmitate loquendi facultate per ſex annos caruiſſet beatus ſebaſtianus martyr ipſaʒ curauit: ſibiqʒ loquelaʒ reſtituit: necnō ipſam zoem cum viro nicoſtrato ꝛ aliis pluribus ad chriſti fidem perduxit: quos ſanctus polycarpus preſbyter baptizauit: vt ſupra actum eſt in paſſione ſebaſtiani. xiiij. calen. februarij. Cum aūt ſebaſtian⁹ ꝛ alii plures martyriū paſſi fuiſſent: ꝛ ipſa in confeſſionē ſancti petri apoſtoli oraret: a perſecutoribus artata ꝛ in cuſtodia duriſſima truſa eſt. Deinde a collo ꝛ a capillis in arbore quadā ſuſpēſa adhibito ſubter horribili fumo in ꝯfeſſione domini emiſit ſpūm. iij. noñ. iulij.

¶ De ſcō Anſelmo epō. Ca. LVII.



Anſelm⁹ epiſcopus ex confinio lombardie ꝛ burgūdie ortus puerilib⁹ annis litteris a parentib⁹ traditus breui ſpatio multa ſapientia pollens aū annū. xv. de ſalute aīe cogitare cepit: ꝛ cogitatum ad effectum perduxit. Egreſſus ergo patriam: dum ex tranſcenſu montis nimium fatigatus eēt: nec quicq̄ ad edenduʒ haberet: miniſter eius ex inſperato panem cādidiſſimū diuinitus in ſacculo repperit: ex quo vterqʒ ad ſatietatem comedit. Exactis autē tribus annis partim in frācia partim in burgundia in normaniaʒ deuenit: ꝛ ſub magiſterio lanfranci prioris becceñ. doctoris illuſtris ſe contulit: ac deinde in eodem monaſterio habitū religioſum aſſumpſit. Lanfranco autē in abbatem monaſterij cadoneñ. aſſumpto: vt ſupra in eius hiſtoria dictuʒ eſt. v. noñ. iulij. Anſelmus ei in p̄fato prioratu ſucceſſit: ſanctitateqʒ ꝛ ſapientia admodum clareſcere cepit: plurima namqʒ diuina opuſcula ꝛ ſolēnia cōpilauit. ¶ Cum nocte quadam miraret̄: quō ꝓphete per ſpirituʒ multa futura predixerant: ꝛ oraret: vt hoc ſibi deus aperiret: per parietes ꝛ muros interpoſitos vidit fratres ad matutinū exurgētes: ꝛ eoꝝ officia exequentes. Et intellexit: q̄ ſimiliter deus potuerat ſanctis ꝓphetis abſcondita reuelaſſe. ¶ Dum quadaʒ vice frater ſenior in extremis laboraret: ꝛ ſe a duobus lupis vorari vocibus horribilibus inclamaret. Anſelmus pro fratre orauit: et poſtmoduʒ ad ipſam intrauit: qui mox lupos effugatos aſſeruit: flāma ex ore ſancti in modū lancee ꝓcedente: quā frater ille ſe videre perhibuit. Abſolutuſq̄ ab anſelmo hora. ix. vt ſanct⁹ p̄dixerat: expirauit. Alias etiā dum in orōne perſiſteret: viſus eſt ab alio fratre luce maxima circūfuſus. Poſtmoduʒ aūt ad archiep̄atum cantuarieñ. eccleſie electus eſt. Qui dei populo exemplis honeſtiſſimis: ꝛ doctrinis clariſſimis prefuit. Ipſe enim feſtū cōceptionis alme dei genitricis ſibi a dño reuelatum miraculoſe colendum didicit: ipſe ꝛ primus celebrauit: ꝛ celebrādum in eius eccleſia cōſtituit: vt ſuperius dictuʒ eſt in cōceptiōe ſancte marie. vj. idus decēbris. Sed de hac re mirū videt̄: cū ſanctus hic doctor in ſcriptis ſuis eandē beatā virginem in peccato cōceptā ſcripſerit euidenter. Unde talis viſio que dicit̄ ſcā ei fuiſſe valde ſuſpecta reddit̄: vt aſſerūt doctores tempora ꝛ pſonas ibi noiatas recēſentes. Cum aūt quodam tempore in villa quadam cū ſociis hoſpitat⁹ eſſet: ꝛ hoſpes nihil aliud preter panē ꝛ caſeum eis apponēdum haberet: iubente epō: quāuis dudū recuſaſſet: hoſpes ad flumē acceſſit: ꝛ miſſo rethe trutam maximā cōtinuo cepit: ex qua omnes plene refecti ſunt. ¶ Alio etiaʒ

tempore alteri eius hoſpiti conquerenti: ꝙ piſces ei apponendos nō haberet: ipſe predixit: ꝙ confortaret᷑: quia poſt morulā ſibi magnus ſturio mitteret᷑. Quod ⁊ poſt horaȝ modicā factum eſt. Sicq̧ clar⁹ virtutibus quieuit in pace. iii. noñ. iulij. Sepultuſq̧ iacet in ſua eccleſia cātuarienſi. ¶ Hic compoſuit librum pſlogion. i. alloquium de deo. Itē monologion. i. ſoliloquium de ſancta trinitate. Itē de veritate librū vnū. De concordia liberi arbitrij: ⁊ preſcientie diuine: atq̧ p̄deſtinationis ⁊ gratie librum vnum. Cur deus homo librum vnū. De ſacramēto altaris librum vnum. De caſu diaboli librum vnum. De peccato originali libruȝ vnū. De incarnatione verbi librum vnū. De azima libruȝ vnum. Meditationū vel orationū libruȝ vnum. Parabolaꝝ ſiue prouerbioꝝ librū vnum. De grāmatica librū vnum. Super canticis canticoꝝ librum vnuȝ. Epiſtolaꝝ ad diuerſos librum vnum. De conceptu virginali ⁊ originali peccato librū vnum. Orationes ad diuerſos ſanctos. Claruit tēpore henrici imperatoris tertij.

¶ De ſcō Anſelmo ↄfeſ. Ca. LVIII.

Anſelmus confeſſor lundonice ciuitatis anglie magiſter opinatiſſimus: ⁊ ſapiētia celebris: ac famoſus: vite religione ↄſpicu⁹ tēpore henrici quinti ipatoris admoduȝ effulſit. Qui inter alia opuſcula p̄clara ſup pſalterio gloſas marginales ⁊ interlineares cōpoſuit: q̄ ⁊ lundonie ſepultus miracula oſtendit.

¶ De ſancto Hugone abbate cluniacenſi. Cap. LIX.

Hugo abbas cluniaceñ. auguſtudunenſis ciuis nobili pſapia: patre dalmatio cōſulari bellicis rebus intento natus eſt. Cū adhuc eēt in vtero matris: ⁊ preſbyter q̄daȝ miſſaȝ taȝ pro illa q̄ꝫ pro fetu celebraret: vidit in calice imaginē pueri reſplendentis hugonis videlicet nōduȝ nati. ¶ Hic a puerilibus annis relicto ſeculo ſub abbate odilone monachus cluniaceñ. factus eſt. Deinde ad prioratū promotus: inde odiloni d̄functo in abbatie regimine ſucceſſit. ¶ In maxima illuȝ habuit reuerentia henricus imperator ſecūdus: cuius filium henricū tertium hugo de ſacro fonte leuauit: ⁊ in colonia agrippina cum eo paſcha celebrauit. Rediens quoq̧ cluniacū ſtephanum papam nouū florentie languentem viſitauit. In cuius preſentia: vt idem pontifex perhibuit: demones ab eo abſcedebāt: in abſentia ad eum redibant. In cuius etiā ſinu idem papa ſpiritū emiſit. ¶ Hic abbas ↄcilio generali in Remis ciuitate ſub leone nono celebrato interfuit: in quo mirabiliter cōtra ſimoniacos inuexit. ¶ Cū ſancius rex hiſpanie hildefonſuȝ captiuatum teneret: ⁊ pro ipſo ſanctus hugo oraſſet: ſanctus petrus captiuo apparuit: ⁊ ipſum hugonis p̄cibus ocyus liberādum p̄miſit. Deinde ipſe apoſtolus ſancio reuelatur: ⁊ niſi fratrem dimittat: mortē ei ſubitaneaȝ cōminatur: ſicq̧ ſtatim hildefōſus liberat᷑. Spiritu etiā prophetico claruit: quod in plurimis: que predixerat: cōtingentibus apparuit. ¶ In quadaȝ vigilia natiuitatis domini vidit in eccleſia virginem filiuȝ paruulum in vlnis geſtantē: ⁊ de feſto natalis filij exultantē: ac inimico humani generis inſultantem. Ad hanc vocem diabolus de humo erupit: ⁊ verba dn̄e exprobrauit. Quem glorioſa virgo: vt ei viſum eſt: taȝ de cenobio q̄ꝫ de eccleſia effugauit: vt ſupra actuȝ eſt in legenda natiuitatis dn̄i. viij. cal. ianuarij. Tandeȝ ſanctitate plen⁹ migrauit ad xp̄ȝ iij. noñ. iulij. ¶ In cuius trāſitu quidā frater apud nēgetū vidit matrē xp̄i cū monachoꝝ choro lucidiſſimo ſagittarios quoſdā effugātem. Inter quos erant martinus ep̄s ⁊ bene-

dictus abbas hugonis aiam in nube luci/diſſima collocãtes. Eadem quoqȝ nocte qua migrauit a ſeculo. abbas quidã vidit duos lectos ornatiſſimos manibus ãgelorum ad aſtra deferri: in quibus collocandos audiuit anſelmũ cantuarieñ. ⁊ hugonem cluniacẽ. qui ambo eadẽ ipſa die debituȝ exoluerãt carnis. Et vt viderat ſic eos ambos tranſiuiſſe cognouit. Sepultus eſt in abbatia cluniaceñ.

¶ De ſcõ Hugone ↄfeſſore. Cap. LX.

Hugo de ſcõ Victore piſieñ. canonicus confeſſor ſctũs in ſcripturis diuinis eruditus religione ⁊ ſcientia clarus in liberalibus nullũ ſuo tpe ſecundum habens tempore henrici quinti imperatoris floruit. Qui in eccleſia dei opuſcula plurima et proficua cõdidit videlicet. Librum de ſacramentis. Hierarchiam beati Dionyſij explanauit. Super eccleſiaſtem homeli. xv. fecit. Super lamentationes hieremie librum. j. Librum didaſcalion cõpoſuit. Super angelicam hierarchiam dionyſij librum. j. De arca ſiue clauſtro anime librũ vnum. De virtute orandi librum. j. De inſtitutiõe nouitiorũ librum. j. De arca noe lib. v. De anima Chriſti librum. j. De perpetua virginitate beate marie librum. j. Super verbo. Tota pulchra es librum. j. Notulas ſuper quibuſdam verſibus pſalmorum. Soliloquiorũ hominis cum anima ⁊ alia plura. De clauſtralib⁹ lib. j. Quieuit in pace conrado tertio. Imperãte anno dñi. M. cxxvi.



¶ De ſcõ Eſaia ppheta. Cap. LXI.

Eſaias ppheta nobili genere ortus in hieruſaleȝ patre amos nõ illo quideȝ q̃ ex. xij. minoribus pphetis tertius eſt: ſed altero nobile hieroſolymita progenitus fuiſſe probatur. Hic eniȝ de hieruſalem ille de thecua oriundus extitit. Hic genere non infimus: ille paſtor ouium ⁊ ruſticanus fuit. Huius eniȝ ſanctitati diuina ſcriptura teſtimonium in locis pluribus perhibet: ⁊ ipſũ oẽs doctores ⁊ Joſephus iudeorum hiſtoriographus necnõ eius vite exitum: quem martyrio peregit in ſcõrum patrum catalogo cõputandũ expreſſius docent. ¶ Cepit autem eſaias pphetare ſub ozia rege iuda ⁊ hieroboam rege iſrael. Cuius prophetia ptenditur per tpa trium regũ ſubſequẽtiũ: videlicet ioathan: achaȝ: ⁊ ezechie regum iuda: vt ipſemet in exordio ſuo teſtat̃. Et ſub manaſſe rege pphetandi ⁊ viuendi finẽ fecit circa principium regni. Hic aũt vt ait hieronymus: in ſermone ſuo diſertus eſt: q̃ppe vt vir nobilis et vrbane elegãtie nec habens quicq̃ȝ in eloq̃o ruſticitatis admixtũ: Unde accidit vt pre ceteris florẽ ſermonis eius tranſlatio nõ potuerit ↄſeruare. Qui etiaȝ nõ tam ppheta dicẽdus eſt q̃ȝ euangeliſta. Ita eñ vniuerſa chr̃i eccl'ieqȝ myſteria ad liq̃duȝ pſecutus eſt vt nõ euȝ q̃s putet de futuro vaticinari: ſȝ de pteritis hiſtoriã texere. Prophetauit ãt eſaias in hierl'ȝ ⁊ i iudea: necnõ. x. tribubus in captiuitatẽ ductis: ac de vtroqȝ regno nunc cõmixtim nũc ſeparati texit oraculũ. Et licet interduȝ ad pñtẽ reſpiciat hiſtoriã: ⁊ poſt babylonie captiuitatẽ reditum ppl'i ſignificet: in iudea tñ omnis ei cura de vocatiõe gentium: ⁊ de aduẽtu chr̃i eſt. ¶ Hic ſanctus ppheta ezechiã regem iuda diuino miſſo ad ſe ſcõ ↄfortauit ne timeret a facie ſennacherib regis aſſyriorum cum hierl'm obſediſſet: promittẽs regi ⁊ in hoſtib⁹ plagam: ⁊ in pp'lo dei ſalutẽ affuturã. Qd ⁊ factum eſt: angelo dñi in caſtris aſſyriorum centũ ⁊ octuagintaquinqȝ milia pcutiente: ⁊ ſennacherib effugante: vt ſupra dictuȝ eſt in geſtis

ezechie regis. ¶ Huius etiā orationibus dominus placatus super lachrymis eiuſdem regis: cum illum occidere primitus decreuiſſet: adiecit vite ipſius annos. xv. in cuius ſignū ſolē per. x. horas in eclyptica retrogradari fecit: vt ſupra in eadē hiſtoria dictum eſt. ¶ Huius etiā ꝓphete tēpibus erat piſcina extra vrbē quādo exercitus ſennacherib regis babylonis obſedit hieruſalē. Sed precibus ſuis ipetrauit eſaias a dño: ꝙ ſiccabat̄: quādo hoſtes ad eam deſcendebant: ⁊ cum ciues egrederent̄ deſcēdentes ad ipm fontem: erāt ibi aque ſicut prius. Et ſcdm ꝙ dicit epiphani⁹ ad pces eſaie copioſi⁹ ſolito egreſſe ſunt aque de fonte ſyloe. Hoc eniz ſtagnuz vocat̄ in euangelio natatoria ſyloe. ¶ Mortuo autē ezechia cum filius eius manaſſes regnare cepiſſz: ⁊ idola ac aras ſimulacrorū que pater ſuus deſtruxerat renouaſſet: ⁊ populum in viis gentiuz errare feciſſet: eū quoqz ꝓphete miſſi a domino redarguerent: nemini eorū parcebat: ſed plateas hieruſalē prophetarum ſanguine purpurabat: inter alia vero ſcelera ſua: eſaiam prophetam auū ſuuz maternum ſcdm hebreos: vel ſcdm alios affinem: eiectum extra hieruſalem circa dictā piſcinaz ſyloe ſerra lignea per mediū ſecari fecit. Qui dum in principio ſectiōis anguſtiaret̄: petiit ſibi dari aquā: vt biberet. Et cum nollent ei dare dñs de ſublimi imiſit aquā in os eius: ⁊ continuo expirauit: nec inde carnifices deſiterunt a ſectione: Ob hanc enim aque miſſionem cōfirmatū eſt nomē ſyloe: qd interpretat̄ miſſus. Nec ſepelierūt eū in ſepulchro ꝓphetarū ſed ſub quercu rogel iuxta tranſitū aquarū memorate piſcine quē fecerat ezechias: vnde in iugem memoriam ſancti prophete adhuc aque in piſcina ſyloe non iugiter: ſed incertis horis ebulliunt. Et qz orōne ſancti viri aque ille a domino diuinitus date fuerant: populus prophetaz glorioſe ſepeliuit in loco predicto pridie noñ iulij: etiam vt orationibus eius poſt mortē ipſi⁹ indeſinenter huius aque beneficio potirentur. Hec ioſephus ⁊ hieronymus ⁊ ex hiſtoria ſcholaſtica atqz ex chronica guilelmi.

¶ De ſcō Trāquillino mar. Cap. LXII.



Trāquillinus martyr tempore diocletiāi rome paſſus eſt. Hic fuit pater ſanctorum martyrum marci ⁊ marcelliani: quos ex martia vxore genuit: qui ad predicationem beati ſebaſtiani martyris cum coniuge ſua ad chriſtum conuerſus: vt ſupradictū eſt in paſſione eius. xiii. cal. feb. ⁊ a ſcō policarpo pſbytero vna ſecū ſacri fontis vnda perfuſus eſt. Et cū graui morbo ipſe tranquillin⁹ laboraret: mox vt baptizatus eſt: ſanitatē pcepit: Poſtq̄ marcus et marcellianus eius filii paſſi ſunt: vt ſupra in eoꝝ paſſione actū eſt. xiiii. cal. iulii. ⁊ martia mater illorū poſt dies modicos in pace migrauit ad chrm. Poſt hec autē cū audiſſet trāquillinus: ꝙ zoe vxor nicoſtrati pro chriſti nōie paſſa eēt: vt dictum eſt ſupra de ea. iii. noñ. iulij: ⁊ ipſe in medium prorūpēs cōqueri cepit: ꝙ femine viros ad palmam precederent: Et cuz ſe chriſtianuz libere in fori medio proclamaret: a paganis furētibus lapidat⁹ martyrium conſumauit pridie noñ. iulii.

¶ De ſcō Boar confeſſore. Cap. LXIII.

Boar monach⁹ ⁊ ↄfeſſor ſanctus: āno. xvii. mauritii imperatoris veniēs ex aquitania claruit in gallia: vt ait ſigibertus: Cuius ſctitatis famā ſigibertus rex francoꝝ audiens: ipſum per nuncios requiſiuit: quē ad petitionē populi treuereñ. epm conſtā-

mere voluit: ille autē ſatis recuſauit. Tādem dierum .xxx. inducias poſtulauit: vt ad cellam ſuam pergeret: ⁊ monaſterij facta diſponeret. Quo duȝ perueniſſet: orauit ad dominum: vt ſe ab huiuſmodi iugo liberaret: qui mox febre percuſſus per vi. annos continuos graui langore decūbens redire non valuit: ⁊ ſic in ſenectute bona ibidē i pace qeuit ꝑdie no. iulij: cui⁹ corp⁹ ibidē tumulatū mirabilib⁹ effulget.

¶ De ſancto Nicoſtrato mar. C. LXIIII

Nicoſtratus martyr marit⁹ ſancte zoes primiſcrinius imperatoris diocletiani fuit. cuius vxorem ſanctus ſebaſtianus: que pre grauedine longe īfirmitatis dudū loquelam amiſerat: liberauit: ⁊ ipſum virum eius ac coniugem cum alijs multis ad chriſtum conuertit: quos ſanctus poſt carpus preſ byter baptizauit: vt dictū eſt ſupra in paſſione ſebaſtiani. xiij. cal. febr̄. Poſtq̄ȝ autem zoe vxor eiuſdeȝ nicoſtrati martyrium paſſa eſt: vt ſupra in ei⁹ paſſione actum eſt. iij. non̄. iulij. Et ipſe nicoſtratus tētus atq; fabiano vrbis prefecto preſentatus: cum in chriſti nominis confeſſione conſtans perſiſteret: ab eodem prefecto decollatus eſt non̄. iulij.

¶ De ſanctis Nicoſtrato ⁊ ſocijs martyribus. Cap. LXV.

Nicoſtratus: claudius: caſtorius: victorin⁹: ſymphorianus: ſeuerus: ſeuerianus: ſimplicius: ⁊ carpophorus martyres rome paſſi ſunt ſub diocletiano imperatore iudice fabiano. Quos idem fabianus per dies .x. detentos minis ⁊ blanditijs agens: vt ſacrificarent: cū in nullo eos poſſet penit⁹ cōmouere: iuſſit eos tertio torqueri: ac demum in mari precipites dari. Qui paſſi ſunt non̄. iulij: vt dicit ado.

¶ De. ſ. Pāteno pſ bro et ꝯfeſ. C. LXVI

Pantenus pſbr̄ ſtoice philoſophie pfeſſor: marci euāgeliſte apud alexādriā diſcipulus fuit: et vetuſto de more ibidē eccleſiaſtice ſchole ꝑfuit clariſſimi ꝓbatiſſimiq; doctoris fungēs: offō: Tante nāq; ſcie nō ſolū in diuinarū ſcripturaꝝ eruditiōe. verum in ſeculari litteratura fuit: tātoq; ſtudio ⁊ amore verbi dei ꝑdicādi claruit: vt in indiā reqſitus per legatos ipſi⁹ gētis a demetrio alexandrino epo mitteret̄: vbi verbū dei feruenter ⁊ feliciter ꝑdicauit oib⁹ gentib⁹ q̄ in orētis vltimis finib⁹ recōdunt̄. Et demū ad indiā īferiorē rediit: reppitq; bartholomeū aplm aduentū dn̄i ⁊ fidei ſemina pmū ibi ſcōm matthei euangeliū ſeminaſſe. Qd quidē inde hebreis ſcriptū litteris regrediens alexādriā ſecū tulit: vbi ⁊ ipm in grecū trāſtulit. Multa viri hui⁹ doctrie eccleſiaſtice extare dicunt̄ apud alexandrinos monimenta ſed viue vocis oraculo plus eccl'ie ꝯtulit. Docuitq; ſub ſeuero pncipe ⁊ antonio cognomento caracalla imperatore. Et apud alexandriam quieuit in pace non̄. iulij.

¶ De ſanctis Cyliano epiſcopo: colonato ⁊ romano martyribus. Ca. LXVII



Cylian⁹ eps: colonatus pſbr̄ ⁊ roman⁹ diacon⁹ martyres apud vireȝburch oppidū germanie paſſi ſunt. Hic .n. ſcūs genere ſcotus nobilibus parentib⁹ ortus: a pueritia ſacris lr̄is eruditus: adhuc iuuenis oībus pro chr̄o relictis monachus factus eſt: ſcītateq; ⁊ vite cōuerſione cōſpicuus claruit: ⁊ ad pſbyteratus ordinē in monaſterio aſcēdit. Cūq; concurſum ſecularium ad ſe ex fame opinione ꝯfluentium fugeret: inde diſceſſit: ⁊ pmo ādeȝ britanniā:

deinde galliā: ac poſt germaniā venit. Et
ad oppidū virczburch: qd latine dicit vi
ridoꝝ caſtellū diuertit: vbi pplˢ adhuc gē
tiliū credulitate tenebat. Quoꝝ errori
ſcūs cōpatiēs romā acceſſit: ⁊ a ſūmo pō
tifice ſe gentis illius epm̄ conſecrari obti
nuit: atqꝫ auctoritate pape ad idem oppi
dū ad pdicādū rediit: adiunctis ſibi colo
nato pſbīo ⁊ romano diacono. Ipe vero
comites ſuos q̄ ſecū ex ſcotia egreſſi: fue
rāt. Colūbanū videlicet in italia: Gallum
ꝟo in allemania dimiſit: ⁊ ad virczburch
caſtrū acceſſit: vbi pdicationi inſtādo du
cem ciuitatis gotbbertū nomine ⁊ omnē
pplm̄ ad fidē conuertit: ⁊ cū datis ſibi ſo
ciis baptizauit. Cum aūt ducē de cbri cul
tu diligentius inſtruxiſſet: de illicito ma
trimonio ipm̄ corripuit eo ꝙ ipe gerlanā
coniugē fratris vxorē duxerat: qd ſcdm̄ fi
dei xpiane doctrinā ꝓhibitū erat. Sꝫ cū
ducē ad bellū ꝓcedere oporteret: pmiſit
ſancto epo: ꝙ gerlanā dimitteret: poſtq̄
in pace rediſſet. Poſt cuius diſceſſuꝫ mu
lier hoc cōperto ad ſcōs dei noctu i eccle
ſia orātes iugulādos carnifices duos mi
ſit: cylianˢ vero a deo p viſionē de marty
rio pmonitus ſocios ad patientiā horta
batur. Sicqꝫ oēs ipſi pariter gladio tēpo
ralē vitā terminantes eternā adepti ſūt.
Quorū corpora veſtes ⁊ libros ſatellites
de mādato mulieris humi condiderunt:
vt eos de finibus illis diſceſſiſſe credibili
ter pretēdi poſſet. Quedā aūt burgunda
eoꝝ diſcipula ſanguinē eorū terre infuſū
collegit: ⁊ ſibi pro reliquiis conſeruauit.
Gerlana autē ne fc̄m proderetur. Juſſit
in ipſo eorum ſepulture loco aialia ſtabu
lari. Sed tamē tumulus vbi ſcōꝝ corpo
ra quieſcebant ab eorū imunditia illiba
tus ſeruatˢ eſt. Rediens autē dux de ſan
ctis queſiuit: ⁊ gerlana eos occulte inde
abiiſſe ſimulauit. Staticꝫ vnus carnificuꝫ
qui eos peremerant a diabolo arreptus
ſeipſum propriis dentibus lacerauit. Al
ter vero in furorē verſus ſemetipſum gla
dio per ventrē trāſfixit. Gerlana vero ab
imundo ſpiritu vexata: clamante demōe
per os ſceleris nequitiaꝫ propalauit. Dux
quoqꝫ a ſuis interfectus ⁊ filius ipſius de
principatu eiectus eſt. ¶ Tēpore proce
dente atalogus preſbyter in ipſo ſepultu
re loco ſcholas regebat. Die vero quadaꝫ
pueri repēte diuinitˢ aſpirati: cylianū eis
nunq̄ auditū clamare ceperunt: ⁊ locum
digitis oſtenderūt. Preſbyter vero my
ſterium ignorās illos vt tacerent verbis
et verberibus corripuit: ipſaqꝫ nocte lu
mē oculoꝝ amiſit. Sed per viſuꝫ a quodā
ei dicit: ꝙ niſi credat dictis pueroꝝ nun
q̄ illuminari merebit. Cū aūt de hoc ſcō
⁊ ſociis ab antiquis diligēter inquiſiſſet: ⁊ q̄
fuerit didiciſſet: ad eoꝝ tumulū orauit: et
lumē pditū recupauit. Effoſſoqꝫ loco cor
pora martyruꝫ cyliani colonati ⁊ romani
reperta leuauit: et honorabiliter colloca
uit: que in oppido ipſo virczburch. i. her
bipolis quieſcunt clarētia ſignis. Qui paſ
ſi ſunt anno quinto Conſtantini impera
toris. viij. idus iulij.

¶ De ſancto Norberto epiſcopo ordinis
premonſtratenſ. Cap. LXVIII.



Norber
tus archiepūs fundator
loci ⁊ ordinis pmon
ſtratenſ. anno domini:
M.cxx. de lotharingie
partibus claruit. Qui
relictis ſeculi diuitiis
quibˢ affluebat pſbī
ordinatˢ eſt. Et cū qbuſdā dei famulis q̄
vitā artiorē ducere cupiebant ad gelaſiū
papā ſcdm̄: tunc apud ſcm̄ egidium in gal
lia ſynodum celebrantem acceſſit. A quo
⁊ predicandi verbi licentiā ipetrauit. Ac
deinde auctoritatē pape calixti ſcdi gela
ſii ſucceſſoris de nouo ordine incohando
do in eo brachio ſcti doctoris thome. Et
qñ illud obtulit voluit prãdere cũ fribꝰ: ⁊
donauit francos. Dc. Ad laudẽ dñi noſtri
ieſu chr̃i ⁊ ſui ſacri ⁊ fidelis doctoris tho/
me de aquino ordinis predicatorꝝ. Amẽ.

¶ De ſancto Henrico imperatore primo ꝛ confeſſore. Cap. C.



Henricus imperator p̄mus ſcōr autē rex romanorū: fuit p̄mo dux morico rū. Qui imperauit an nis. xxiij. ꝛ mēſibus. v. ꝛ vacauit imperiū an nos. ij. Hic vxorē cune gunde nunq̄ cognouit: ſed vna ſecū vir go p̄māſit. Quodā vero tp̄e inueſtigante diabolo de quodā milite ipſam ſuſpectā habens ſuper candētes vomeres. xv. pe dum via nudis plātis illam incedere cō/ pulit. Cui cū ſe dn̄o cōmēdaſſz: vox de ce lo ſonuit: q̄ virgo maria ipſam virginem liberaret. Totam igitur candentem maſ/ ſam illeſa percurrit: ꝛ ſic ſuſpitio ceſſauit. Hic imperator cum adhuc eſſet dux viſio nem habuit: q̄ ad ſepulchrū ſancti volf/ gangi ratiſponeñ. oraret: ꝛ in pariete ſcri/ ptum videret hoc ſolum verbū: poſt ſex. Quod ex hoc cogitās ſe poſt dies ſex mo riturū: ipſis tranſactis. vj. hebdomadas: deinde. vj. menſes: deinde. vj. annos cō putans mortem infallibiliter expectabat. Sexto igitur anno circa finem dū mortē preſtolat̄ imperator eligitur: qui ſe totū diuino cultui dedicās: eccleſias reparat: nouas edificat ꝛ dotat: ꝛ precipue bābur/ geñ. eccleſiam cathedralē. Orationis gra tia viſitat monaſterium caſſinenſe: dum vitio calculi laboraret. Cui ſanctus bene/ dictus apparens ipſum a calculo libera/ uit. ſed in ſignum miraculi caracterē ma/ nere permiſit. ¶ Hic ſanctus imperator ſororem ſuam in coniugium tradidit ſte phano vngarie regi: ex hoc ipſū ꝛ regnū ad fidem cōuertens. Qui ad extrema de/ ueniens: vxorem cunegundē virginē pa/ rētib᷒ reſignauit. Et dormiuit in pace pri die idus iulij anno regni ſui. xxiij. vite ve ro ſue. lij. anno autē gratie. cxxiiij. Uxor autē eius in ſcō propoſito perſeuerauit: ꝛ ambo pariter in bamburgeñ. eccleſia ſe/ pulti ſunt miraculis clarentes. ¶ Fertur quoq̄: q̄ cum obiiſſet ſanctus henricus: multitudo demonū ante cellam cuiuſdā eremite tranſibat: qui aperta feneſtra in/ terrogauit vltimum quid nam eſſet. Cui ille reſpondit: q̄ legio demonum erat: q̄ ad mortem ceſaris properabant: ſi forte aliquid propriū in eo inuenire poſſent: adiuratur quoq̄: vt ad ſe redeat. Qui re/ diens dixit: q̄ nihil profecerat: quia dum falſa vxoris ſuſpitio: ꝛ alia bona ꝛ mala in libra fuiſſent poſita: aduſtus ille laurētius ollam auream immenſi ponderis attulit: ꝛ cum demones ſuptraſſe iam viderent: illa iactata pars altera libre maxime pon derauit. Sicq̄ demon ille iratus: vnam aurem olle preruperat. Ollam calicē vo/ cabat: quē dictus Ceſar eccleſie eniſteñ. in honorem ſci laurentij fieri fecerat: cui ꝑpter magnitudinē due aures inerant. Repertum eſt aūt ꝛ tūc imperatorē mi/ graſſe: ꝛ aurem vnā calicis fractam eſſe.

¶ De ſcō Phoca epō ꝛ marty. Ca. CI.

Phocas eṗs ꝛ martyr paſſus eſt in pōto ciuitate ſub tra/ iano īperatore. Hic p̄mū artē gubnatoriā exercuit: d inde diuina diſpoſitione ad epatū ſinopis ciuitatis pue nit. Cūq̄ traian᷒ īperator in ptib᷒ arme/ nie xp̄ianos pſequeret̄: Aphrican᷒ eius p̄ fectus phocā epm̄ in vrbe pōto degentē detineri fecit: ſibiq̄ preſentari. Quē cum multis exhortatiōibus ad deoꝝ ſacrificia īuitaſſet Phocas eṗs longa verborū di ſceptatione aphricanū ꝯfundebat: ꝛ deos gētiū demones affirmabat. Cū aūt p̄fect᷒ ei ſupplicia diuerſa cōminaret̄: orāte ſctō īmēſus īber effuſus eſt: terraq̄ concuſſa: grādo: fulgura: ac tonitrua terribilr̄ irrupe rūt. Aphrican᷒ nimio terrore ꝑterrit᷒ ſpi/

ritum exhalãs mortuus cecidit. Chriſtia-
ni autem aſſiſtentes ingentem lucem de
celo fulgentẽ cernũt: ⁊ angelos tres igne-
os ſancti epĩ lateri aſſiſtẽtes: ipſumqꝫ ex-
hortantes: ⁊ exinde celos aduolãtes. Qui-
bus miraculis therentina vxor pfecti cuꝫ
filius. v. phoce pedibus aduoluta veniaꝫ
ac vitã viro exanimi ſupplicabat. Qui ora-
tione pmiſſa aphricanum ſuſcitauit: ⁊ cũ
omni familia ad chriſtum conuertit. Que
cum traianus imperator audiſſet: phocaꝫ
comphenſum exhortabat: vt diis jmola-
ret. Phocas autem petiit ſibi ipſos deos
oſtendi. Sed cum iperator ipſuꝫ ad tem-
plum introduxiſſet. Sanctus martyr non
ſolum rationibus: ſed experimento ipſos
non deos ſed ſimulacra inſenſibilia com-
probauit: propter quod indignatus traia-
nus: ipſum in ligno ſuſpẽdi fecit ⁊ torque-
ri: atqꝫ vngulis ferreis vſqꝫ ad nudationẽ
oſſium lacerari: quẽ orantem vox celica
confortauit. Imperator audita voce per-
timuit: phocãqꝫ in carcerem trudi fecit:
⁊ centurionẽ nomine criſpinum cũ mille
militibus ad cuſtodiã eius adhibuit. Orã-
te vero ſancto media nocte lux ingẽs de
celo refulſit: et ianue carceris patefacte
ſunt. Quod cum vidiſſent centurio ⁊ mi-
lites mille conuerſi ſunt ad chriſtũ. Pho-
cas vero ipſos extra muros ad littus ma-
ris adduxit: eoſqꝫ omnes baptizauit: de-
hinc ad carcerem rediit. Die vero ſequen-
ti traianus ipſum eductũ ⁊ neptuno deo
marino ſacrificare renuentẽ: in caminũ
ignis ardentis immitti iuſſit: in quo per
tres horas ſine vlla leſione perdurauit: in-
deqꝫ omnino inuſtus exiuit. Quem impe-
rator in thermis ante triduũ accenſis in-
tromitti fecit: vbi cuꝫ oraſſet ad dñm: ſpi-
ritum emiſit: corpus vero intactum a ca-
lore permãſit. qꝺ etiam nimio odore fra-
grãbat. Balnee vero quaſi glaciali rigore
congelate ſunt. quo dum traianus intraſ-
ſet: ⁊ huiuſmodi miracula vidiſſet: ſtupe-
factus admodum exiuit. Cui in therma-
rum ianua ſanctus phocas lucidus appa-
ruit: eiqꝫ pdixit: ꝙ poſt triduum moritu-
rus eſſet: ⁊ ad inferna deſcenderet. Sta-
timqꝫ traianus febrium calore vexatus:
poſt triduũ: vt phocas ei predixerat: expi-
rauit. Corpus autem ſancti martyris in
galliam ciuitatẽ armenie delatũ: ibidẽqꝫ
ſepultũ eſt: qui paſſus eſt pdie idus iulij.

¶ De diuiſiõe. xij. aplorũ. Cap. CII.

Diuiſio apoſtoloruꝫ ad pre-
dicandum idibus iulij ce-
lebratur: qꝛ eo die duode-
cimo anno poſt aſcenſionẽ
domini ad euangelizãduꝫ
verbum dei per mundum
diuiſi aſſeruntur: vt impleretur oraculuꝫ
pſalmiſte dauid: qꝛ in oẽm terram exiuit
ſonus eoꝝ ⁊c. ¶ Nã oriens ceſſit thome
⁊ bartholomeo. Meridies ſimoni ⁊ mat-
theo. Aquilo philippo ⁊ tadeo. Mediuꝫ
mundi matthie ⁊ iacobo iuſto. Mediter-
ranei maris puincie ioanni ⁊ andre. Oc-
cidẽtis regna petro ⁊ iacobo zebedei. To-
tus mundus paulo apoſtolo datus eſt: ſe-
cundum qꝺ in eius collecta eccleſia aſſe-
rit dicens. Deus qui vniuerſum mundũ
beati pauli apoſtoli pdicatiõe docuiſti ⁊c.
Et cantat in hoc feſto in miſſa epla Cor-
de enim creditur ad iuſtitiã. ro. x. Et euã-
geliũ. Euntes in mũdũ vniuerſuꝫ. Mar.
vltimo cap. q̄ ſolẽnitati maxime ꝯueniũt.

¶ De ſanctis ſeptuagintaduobus diſci-
pulis. Cap. CIII.

Septuagintaduo diſcipuli chri-
ſti ad inſtar. lxxij. linguarũ ab
ipſo electi poſt aſcenſionẽ do-
mini ad predicandum verbũ
dei ⁊ ipſi per ſingulas quaſqꝫ
orbis terre prouincias et ciuitates diuiſi
ſunt: ⁊ multarum vrbium epatus tenue-
runt. Quoruꝫ nomina hec ſunt. ¶ Lucas
euangeliſta: de quo grecus expoſitor viſi-
biliter ĩquit: ⁊ verbotenus chriſtũ adiit.

Cũmq̃ veritatem agnoſceret verus effi-
citur chriſti diſcipulus: plurimũ cum ma-
giſtro commoratus. ¶ Cleophas: de quo
luc. xxiiij. fit mentio. Hi eni3 duo ibant in
emaus: vt innuit gregorius in prefatione
moralium: ⁊ ita dicit theophilus. Ambro-
ſius vero dicit alium fuiſſe. ¶ Barnabas
cuius paulus in plurimis meminit ⁊ legi-
tur in actibus apoſtolorũ in multis locis.
¶ Matthias qui pro iuda apoſtolorũ nu-
mero ſurrogatus eſt: vt dicitur actuum. j.
¶ Tadeus qui ad abagaru3 miſſus ē. Nõ
enim hic fuit ille qui ⁊ iudas dicitur fra-
ter ſimonis apoſtoli: ſed aliꝰ. Hos q̃ttuor
ponit euſebius primo lib. ca. xv. Sequē-
tes vero ponit abbas dorotheus. Quoru3
nomina hec ſunt. ¶ Ananias qui paulu3
baptizauit actuũ. ix. ⁊ fuit poſtea epiſcopꝰ
damaſci. ¶ Stephanꝰ prothomartyr qui
primus fuit inter ſepte3 diacones. ¶ Phi
lippus vnus ex ſeptem diaconibus qui ſi-
mone3 ⁊ eunuchum baptizauit: ⁊ fuit epi-
ſcopꝰ in thracia ſcythie. ¶ Procorus vnꝰ
ex ſepte3 epiſcopus nicomedie bithynie.
¶ Nicanor vnus ex. vij. qui eade3 die cũ
aliis duobus mortuus ē: qua ⁊ ꝓthomar-
tyr ſtephanꝰ. ¶ Parmenas vnus ex. vij.
qui dormit in niſibi. ¶ Nicolaus vnus ex
vij. fuit epiſcopus ſamarie: ſed apoſtatauit
hereticus factus: a quo ⁊ ſecta nicolaitarũ
quos ioānes apoc. ij. redarguit. ¶ Simō
vnus ex. vij. qui fuit epiſcopus tyri ⁊ ſido-
nis. De his omnibus habetur actuum. vj.
¶ Titus in creta epiſcopus fuit: ibiq3 pre
dicans ſepultus eſt. De hoc ſepius apoſto
lus mentionem facit: ⁊ huic ſpeciale3 epi-
ſtolam dirigit. ¶ Siluanus cũ paulo per-
dicauit: epiſcopus theſſalonice ibiq3 dor-
mit: de quo pria theſſal. j. c. ¶ Chryſthes
ep̄s chalcedonie factus eſt. ¶ Epheneus
de quo ro. xvj. epiſcopꝰ carthagini factus
eſt. ¶ Andronicus de quo ro. xvj. ep̄s pā-
nonie factus eſt. ¶ Ampliatus d quo vbi
ſupra ep̄s ediſſe factus eſt. ¶ Urbanꝰ de
quo ibidem ep̄s macedonie fuit. ¶ Sta-
teus de quo ibidem quem andreas apud
pontum mare nauigās in agrinopoli thra
cie ep̄m cōſtituit. ¶ Appelles de quo ro.
xvj. ep̄s eradie factus eſt. ¶ Philetꝰ vel
philegus ep̄s epheſi: ſapuit ea que ſimo-
nis magi ⁊ reſtituit apoſtolo: vt habetur ſe
cunda timothei. ij. ¶ Hermogenes ep̄s
megare factus eſt ſimilis precedenti: de
his ſecũda timoth. iiij. ¶ Demas de quo
ibide3 dicitur: qui apoſtatauit ⁊ ſacerdos
idolorũ in theſſalonica factus eſt. De his
prima ioānis primo. Ex nobis ꝓdierunt:
ſed non erant ex nobis. ¶ Ampleius ep̄s
ſmyrne fuit ante policarpum cuius apoſto
lus meminit in epiſtola ad roma. ¶ Ari-
ſtobolus de quo ro. xvj. bethanie epiſco-
pus fuit. ¶ Tarciſſus de quo ibidē: qui ⁊
athenarum ep̄s fuit. ¶ Eradius qui ep̄s
epatre fuit: de quo vbi ſupra. ¶ Kikes q̄
apud galliam predicauit. ¶ Agabus de q̄
act. xiii. qui prophetico chariſmate dignꝰ
fuit. ¶ Rufus vel ruferius: d quo ro. xvj.
qui ⁊ thebarum ep̄s fuit. ¶ Aſyncritꝰ de
quo ro. xvj. qui hyrcanie ep̄s fuit. ¶ Phle
gontias de quo ibidem: qui ⁊ machatiōis
ep̄s fuit. ¶ Probas d q̄ ibidē: q̄ ep̄s pelo3
fuit. ¶ Hermes de quo ibidem: qui phi-
lopoles ep̄s fuit. ¶ Linꝰ qui fuit poſt bea
tum petrum rome epiſcopus: de quo ſe-
cũda timoth. iiij. ¶ Caius qui epheſi epi-
ſcopus fuit de quo ro. xvj. ¶ Philologus
qui ab andrea epiſcopus ſinopis factꝰ eſt:
de quo ro. xvj. ¶ Liphaſus q̄ rome ſimul
cum paulo vinctus: ⁊ poſt eius martyriu3
decollatus ē. ¶ Lucius de quo vbi ſupra:
qui epiſcopus laodicie que ē in ſyria fuit.
¶ Jaſon de quo ibidem: qui ⁊ epiſcopus
tarſi factus eſt. Soſipater vt dicit dorothe
us epiſcopus iconij fuit: ſed origenes in
prima gloſa dicit: ꝙ primus epiſcopus
theſſalonice fuit traditione maiorum: de
quo roma. xvj. ¶ Tertius qui ſcripſit epi
ſtolam ad romanos dictante apoſtolo: de

quo ro.xvi. ꝛ ſecunda timothe.iiij.ꝛ actu.
xix.epiſcopus meaidi fuit poſt hieroſoly-
morum diſperſionem. ¶ Quart⁹ de quo
ro.xvi.epiſcopus fuit berithi. ¶ Apollo ð
quo prima cor.primo qui epiſcop⁹ cõnie
fuit. ¶ Soſthenes de quo prima cor. pri/
mo qui ꝛ colophonie fuit epiſcop⁹. ¶ Epa
phroditus andriace epiſcopus fuit: ð quo
phi.iiij. ¶ Titicus de quo col.iiij. qui colo
phonie epiſcop⁹fuit. ¶ Ceſar ð quo phi.
iiij.qui ꝛ dirrhachij epiſcop⁹ fuit. ¶ Mar-
cus barnabe conſobrinus: qui de duabus
ſororibus nati ſant : vt dicit glo. col.iiij.ꝛ
de hoc ibi in textu mentio fit: epiſcop⁹fuit
apolimadis. ¶ Jeſus qui dicebaẗ iuſtus
de quo.iiij.libro eccleſiaſtice hiſtorie clen
tipoleos epiſcop⁹ fuit. ¶ Antomas ð quo
timoth.iij.q̃ ꝛ lyſine epiſcop⁹ fuit. ¶ Cle-
mens de quo phi.iiij.primus ex gentibus
credens:epiſcopus ſardiceñ. poſtmoduꝫ
pontifex romanus. ¶ Oneſimus de quo
prima timoth. primo: qui ꝛ coronis epi-
ſcopus fuit. ¶ Carpus de quo prima ti-
moth.iiij.qui ꝛ beronie que eſt in thracia
epiſcopus fuit. ¶ Enodius qui poſt petrũ
apoſtolum antiochie epiſcop⁹ fuit. ¶ Ari
ſtarchus de quo col. iiij. ꝛ actuum.xx.qui
apamie epiſcopus fuit. ¶ Marcus qui ꝛ
ioannes:de quo act.xiij. ꝛ ſecũda timoth.
iiij.ꝛ ad philemonem : qui ꝛ bibli epiſco/
pus fuit. ¶ Zimas vel zenas : de quo ti/
moth. iij. qui nomicus ideſt legiſta: vel le
gis peritus dictus eſt: ꝛ dioſpoleos epiſco
pus fuit. ¶ Philemon ad quem apoſto-
lus ſcripſit epiſtolam: qui ꝛ gaze epiſcop⁹
fuit. ¶ Ariſtarchus alter de quo ad phile
monem. ¶ Pudens de quo ſecunda ti-
moth.iiij. ¶ Trophinus de quo ibidem.
Hi tres in omnibus perſecutionibus apo
ſtoli cõpatientes: in fine rome poſt eum
decollati ſunt. ¶ Marcus euãgeliſta qui
in roma euangelium ex ore petri ſcripſit.
¶ Candacis eunuchus regine ethiopuꝫ:
de quo actuum. viij.in arabia ꝛ eudomo/
ne predicauit: ꝛ in probari inſula: que eſt
in mari rubro: ſermo habet: ꝙ ibi marty-
rizatus eſt. Hec beatus dorotheus exiſtẽs
rome:in monumentis dereliquit in lin-
gua romana : ꝛ tranſlata ſunt in grecum:
vt eſſent omnibus manifeſta. Uerum fra
ter vincentius dicit : ꝙ ex numero. lxxij.
fuerunt ſancti Sauinus: Potentian⁹: Al/
timinus: Maximinus: ꝛ Joannes ſenior:
vt ſcribit Policarpus. ¶ Jn martylogio
quoqꝫ ponitur Ariſtion: cuius feſtum agi-
tur.viij.calendas martij. ¶ Rufus ꝛ zozi
mus: quorum feſtum agitur.xv.calendas
ianuarij. ¶ Priſcus : cuius feſtum agitur
calendas ſeptembris. ¶ Joſeph: qui co-
gnominatus eſt iuſtus : qui cum matthia
ſortitus eſt : actuum primo: cuius feſtum
agitur.xiij.calendas auguſti. ¶ Naſon an
tiqu⁹ chriſti diſcipulus.iij.idus iulij. ¶ Si
las epiſcopus corinthi.iiij. idus iulij : qui
ꝛ innuitur eſſe ſiluanus : ſed falſum eſt: qꝛ
ille theſſalonice hic macedonie quieſcit.
¶ Euphrates.xiiij. calendas auguſti : de
quo coloſ.iiij.ꝛ ad philem. ¶ Martialis
lemouiceñ.ꝛ ſidonius vel cedonius : qui
fuit cecus natus: qui ſepultus eſt cuꝫ ma
ximino. ¶ Et lazarus qui fuit epiſcopus
maſſilie:fuit ð chriſti diſcipulis. ¶ Et ſan
ctus vrſinus : qui dicitur fuiſſet nathana/
hel : quem chriſtus cõmendat Joannis
primo qui miſſus eſt a bituricas. ¶ Et ſan
ctus iulianus qui dicitur fuiſſe ſimon le-
proſus:qui ꝛ cenomanis predicauit. Sed
vt ſcribit euangeliſta : vbi ſupra capi.xv.
plures q̃.lxxij.diſcipulos chriſti inuenies
ſi obſerues ea q̃ paulus ſcribit pᵃma cor.xv.
dñm appaiuiſſe pluſq̃ qngẽtis frib⁹ ſil̃ ꝛc.

¶ De ſanctis Quirico ꝛ Julita eius ma/
tre martyribus. Ca.CIIII.

QUiricus puer ꝛ iulita eius
mater apud tarſum cilicie
paſſi ſunt ſub alexandro im/
peratore. Fuit enim iulita
illuſtris matrona de iconio

ciuitate biſaurie: que perſecutores decli-
nare cupiens in tarſum cilicie cum puero
ſuo quirico: qui trium erat annoꝝ venit.
Ubi detenta alexandro preſentatur fi- 2
lium geſtans in vlnis: quam due famule
ſue videntes fugerunt: ⁊ eam protinus
reliquerunt. Imperator ergo puerum in
vlnis cepit: ⁊ matrem ſacrificare nolentē
crudis neruis flagellari pcepit. Puer au-
tem matrem flagellari conſpiciens ama-
re flebat. Alexander vero puerum ſuper 3
genua tenens oſculis ⁊ blanditijs demul
cebat. Infans autem ad matrem reſpicie
bat: ⁊ imperatoris oſcula abhorrebat: ⁊
caput cū indignatiōe auertēs vultū eius
vngulis laniabat: ſeqȝ chriſtianum voce
qua poterat aſſerebat. Tandem dia relu- 4
ctans principem in ſcapulis momordit:
tunc ille indignatus ⁊ dolore cruciatus:
quiricum ab alto per gradus precipitauit:
vt etiam tribunali tenellum cerebruȝ ad-
hereret. Julita vero filium ſuum ad re- 5
gnum preceſſiſſe videns: deo gratias egit:
que poſtmodum ab imperatore iuſſa eſt
excoriari: ⁊ bulliente pice perfundi: ac de-
mum capite truncari. Quorum amboruȝ
corpora Alexander membratim cedi fe-
cit: ⁊ membra diſpergi mandauit: ne a
chriſtianis ſepelirentur: ſed tamen ab an
gelo ſunt collecta: ⁊ nocte a chriſtianis
ſepulta. Quorum exemplo .xliiij. genti- 6
les ad chriſtum conuerſi: ⁊ ab Alexan-
dro detenti poſt menſes decem marty-
rio coronati ſunt: de quibus ſupra dictuȝ
eſt pridie non. iunij. Horum autem mar-
tyrum: videlicet pueri ⁊ matris corpora
cum pax eccleſie reddita eſſet: tempo-
re Conſtantini magni ab vna ancilla eo-
rum: que adhuc ſupererat: reuelantur:
⁊ deuotione magna a populo reueren-
tur: qui paſſi ſunt idibus iulij circa ānos
domini .ccxx.

¶ De ſancto Jacobo ſapiente epiſcopo ⁊ confeſſore. Ca. CV.



Jacobus cognomento ſapiens
niſibine ciuitatis: que
nobilis eſt vrbs perſa-
rum epiſcopus vnus
fuit ex numero confeſ
ſoꝝ ſub maximiano
qui in nicena ſynodo
arrianam peruerſitatem homouſion ap-
pellatione dānauerūt. De quo caſſiodor⁹
quinto libro hiſtorie tripartite ponit: qꝫ ſa
por rex perſaꝝ antiochiam perſarum: que
alio nomine niſibus dicitur cum innume
ro exercitu obſedit: quam cum diuerſis
modis obtinere perſe non poſſent: impe-
tum fluminis migdonij per ciuitatem de
currentis a longe retinuerunt: ⁊ ripas ex-
celſiores fecerunt: vt aqua fluuij in ſe col-
lecta concreſceret. Impletiſqȝ ripis ſubi-
to quos fecerant aggeres irrumpentes di
miſerunt impetum fluminis contra mu-
rum: vñ murus ciuitatis vehemens aque
pondus ferre non valens: diruptus eſt.
Cumqȝ ſapor rex diem alterum expecta-
ret: vt alueo ſiccato ſine bello ciuitateȝ in-
traret: orante iacobo vidit murū de nouo
cōſtructū ⁊ pro pugnacula fabricata: vidit
etiam ſuper murū quendam imperiali ha
bitu decoratum: quem primo quideȝ exi
ſtimauit imperatoreȝ romanoꝝ: ſuoſqȝ ex-
ploratores affligebat: quia eius aduentū
ei nunciare non cognouerant. Dum au-
tem non ipſum eſſe didicit: illam ſagitta-
re voluit: ſed ſagitta in aere fixa perman
ſit. Et cum nec ſic a ciuitatis obſidione
diſcederet oratione ſancti epiſcopi mi-
ſit deus ſcyniphes ⁊ culices innumerabi-
les in exercitum perſarū in modum qua-
ſi nebularum: que homines ⁊ animalia
adeo infeſtarunt: qꝫ exercitum inde re-
cedere compulerunt. Quieuit in pace vir
domini idibus iulij tempore Conſtantij
auguſti. ¶ Hic ſanctus Antiſtes a bea-

to hieronymo in libro de viris illuſtribus ecirco omiſſus fuit: ꝙ illo tpe ſyre lingue in qua is ſcripſerat cōmentum non habebat. Scripſit aūt libros plures: videlicet de fide ꝯtra omnes hereſes. De charitate generali. De ieiunio. De oratione. De dilectione erga proximuꝫ ſpecialiter. De reſurrectione. De vita poſt mortē. De humilitate. De patientia. De ſatiſfactione. De virginitate. De ſenſu anime. De circūciſione. De azimo benedicendo pro quo in eſaia legitur. Non exterminabitur botrus. De chriſto ꝙ filius dei ſit ⁊ conſubſtantialis patri. De caſtitate aduerſus gētes. De conſtructione tabernaculi. De gētium conuerſione. De regno perſaruꝫ. De perſecutione chriſtianorum. Hec gennadius libro de illuſtribus.

¶ De ſanctis Catilino ⁊ ſocis m̄. Ca. CVI

Catilinus diacon⁹: ianuarius: ⁊ florētius: Julia: atqꝫ iuſta martyres apud carthaginē paſſi ſunt. Qui tēpore perſecutionis chriſtianorū glorioſo martyrio ꝑ chriſti noie coronati: poſiti ſunt in baſilica fauſti ī eadē ciuitate idib⁹ iulij. Hec ado ponit.

¶ De ſcō Euſtathio epō ⁊ m̄. Cap. CVII.

Euſtathius epſ ⁊ martyr antiochie ſyrie claruit. Qui eiuſdeꝫ ciuitatis epiſcopus ob fidē catholicam a ꝯſtantio imperatore arriano in traianopolim thratie ciuitatem exilio pulſus ibideꝫ requieuit. xvij. cal. auguſti: vt in martylogio colligit̄ adonis.

¶ De ſcō Hilariano marty. Cap. CVIII

Hilarius monachus ⁊ martyr ſub iuliano imperatore in ciuitate oſtia paſſus eſt. Hic de ciuitate aretij oriundus cum beato donato epiſcopo ⁊ martyre dudum conuerſatus eſt: ⁊ plurima vna ſecum miracula perfecit: vt de eo dicetur in paſſiōe donati. vij. id⁹ auguſti. Poſt hec in ciuitate oſtiē. degēs: gallicanum martyrem eodem venienteꝫ ſuſcepit: ⁊ in chriſti fide confortauit. Deniqꝫ tentus a quadratiano preſide in prefato oppido: cum ſacrificare nollet fuſtib⁹ ceſus martyriū ſumpſit. xvij. calē. auguſti cuius corpus ibidem tumulatum qeſcit.

¶ De ſancto Leone papa. iiij. Cap. CIX.



Leo papa huius nominis quartus natione romanus ex patre rodulpho: ſergio pontifici in epiſcopatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. viij. menſes tres dies ſex. Hic primum a parentibus ob ſtudia litterarum in monaſterio ſancti martini iuxta eccleſiam ſancti petri apoſtoli poſitus fuit: vbi non ſolum ſcientia: ſed etiam conuerſatione tanqꝫ perfectus monachus ꝓfecit. Hunc ſergius papa poſtmodum faciens preſbyterum: titulum ſanctoruꝫ q̄tuor coronatoruꝫ eidem aſſignauit. Quo ſergio mortuo ⁊ necdum ſepulto omnes romani tam clerus q̄ꝫ populus vna voce leonem in ſummuꝫ pontificem elegerūt. Qui mox factus pontifex baſilicas apoſtolorum petri ⁊ pauli: ⁊ alias eccleſias quas pauloante ſaraceni deuaſtauerant: honorifice reſtaurauit. Eccleſiam quoqꝫ de nouo edificauit: que dicitur ſancta maria noua. Carolum ludouici filium imperatorē coronauit. Hic etiam inuidioſe ſuper quibuſdam criminibus accuſatus: ſynoduꝫ congregauit: ⁊ ſe iuramento innoxiuꝫ demonſtrauit. Cuius etiam tempore alidulphus rex anglorum: qui primus totius anglie obtinuit monarchiam: deuotionis cā venit romam: ⁊ coram leone papa obtulit tributuꝫ ſancto petro de vnaquaqꝫ domo: argenteum nummum in anno: ⁊ hoc tributum vſqꝫ hodie perſeuerat. ¶ Hic

pontifex catbolicus multe patientie: mul-
teq; bumilitatis diuinarū ſcripturaꝝ exti-
tit feruentiſſimus perſcrutatoꝛ vigilijs et
orationibus ſemper intentus. Qu dū noꝛ
manos a romanoꝝ finibus deturbare ſa-
tagit: cum multis captus nunꝙ̄ conſenſit
ſe ſine alijs relaxari. Dic pꝛo neapolitanis
in mari contra ſaracenos pugnantibus o-
rando collectam fecit. Deus cuius de-
xtera beatum petrum ambulantē ⁊c. Et
poſtꝙ̄ muros ciuitatis leonine reparādo
perfecerat: apponendo feras poꝛtis fecit
⁊ dixit illam collectā. Deus qui beato pe-
tro apoſtolo collocatis clauib9 ⁊c. Jlli au-
tem ſaraceni qui cū magna multitudine
romā venerant ſpoliatis eccleſijs dum in
aphꝛicā redeunt in mari ſubmerſi ſunt.
Leo vero papa moꝛit: ⁊ in eccleſia ſcti pe
tri ſepelit. Cuius feſtum agit. xvij. calen.
auguſti. Et ceſſauit ep̄atus dies. vi.

❡ De ſcō Alexio ꝯfeſſoꝛe. Ca. CX.

ALexius filius eupbemiani
nobiliſſimi romani: ⁊ in au-
la imperialis palatij primi
tpe archadij ⁊ bonorij im-
peratoꝛū in vrbe claruit.
Qui eupbemianus. Dcc. ſeruos babebat:
qui zonis aureis cingebant. Jpſe vero mi-
ſericoꝛdie operibus inſiſtebat ⁊ in domo
ſua quotidie tres menſas pauperib9: pere
grinis: oꝛpbanis ⁊ viduis ꝑabat: quib9 re
fectis ipſe ad boꝛam nonā cum viris reli-
gioſis cibum ſumebat. Cum autē eidem
multa pꝛecum inſtantia dominus alexiū
filium conceſſiſſet ex coniuge aglaia noīe
ipſi ambo deinceps in caſtitate viuere fir-
mauerunt. Puer aūt ſanctus liberalibus
diſciplinis infra annos pubertatis plenius
eruditus: factus adoleſcens puellā de im-
periali domo duxit vxoꝛem. Cum autem
iuuenis cum puella nocte intra cubiculū
incluſus eſſet ſponſam ſuā cepit in dei ti-
moꝛe inſtruere: ac ipſam ad virginitatis
obſeruantiā ꝓuocare. Deinde anulū ſuū
⁊ caput baltei quo cingebatur ſibi ſeruan-
da tradidit: ⁊ de ſubſtantia ſua multū au-
rum accipiens: occulte ad mare diſceſſit:
⁊ aſcendens nauē laodiciā vſq; peruenit.
Jndeq; in ediſſam ciuitatē ſyrie ꝓfectus
eſt: vbi imago chꝛiſti diuinitus facta in ſin
done babebat. Quo perueniens oīa que
ſecum tulerat pauperib9 tribuit: ⁊ vilibus
indutus ipſe cum ceteris pauperibus in
atrio ſancte dei genitricis mendicare ce-
pit: omnia que ſibi dabant vltra quotidia
num victum egenis impēdens. Pater ve
ro de filij abſentia admodum cōtriſtatus:
miſſis pueris ad diuerſas mūdi partes eū
vbiq; perquirebat. Quoꝝ aliqui dum ad
ediſſam ciuitatē veniſſent ab eo cogniti:
ſed ipſū minime cognoſcentes: eidē cū
ceteris pauperibus elemoſynas tribue-
runt. Qui gratias deo egit: ꝙ a ſeruis ſuis
elemoſynā percepiſſet. Reuerſiq; pueri
nunciauerunt: ꝙ ipſum necubi inuenire
potuiſſent. Quapꝛopter tam parentes ꝙ̄
oēs cognati ⁊ affines incōſolabiliter triſta
bant. Sponſa vero cum ſocera ſe ꝑpetuo
manſurā in caſtitate ꝓmiſit donec de ſpō
ſo ſuo noua ꝑcipere poſſet. ❡ Cum ergo
alexius per annos. xvi. in atrio ꝑ̄dicto cō-
moꝛatus eſſet: imago tandem dei genitri
cis: que ibidē erat: cuſtodi eccleſie iuſſit:
virū dei alexium in eccleſiam intromit-
teret: qm̄ dignus erat: eūq; ei ad oculum
oſtendit: quem cuſtos feſtinus in baſilicā
introduxit. Quod factū dum cunctis ino-
teſceret: ⁊ ab omnibus venerari cepiſſet:
bumanam gloꝛiā vir dei fugiens inde re
ceſſit: ⁊ laodiciam venit: ibiq; nauē aſcen
dens: cum in tarſū cilicie ire diſponeret:
diſpenſante deo nauis a vētis impulſa in
romanū poꝛtum applicuit. Quod cernēs
alexius diſpoſuit in animo ſuo nulli extra
neo oneroſus eē: ſed in domo paterna in-
cognitus babitare. Patrē ergo a palatio
redeuntem multitudine obſequentium
circundatum obuium babuit: ac poſt eū

clamauit: vt ſe peregrinum in domo ſuſciperet: ⁊ de micis mēſe ſue nutriri faceret: vt ſui quoqꝫ filiꝰ peregrini deus miſereri poſſet. Quod pater audiens ob amorē filij ipſū ſuſcepit: ⁊ cibū de menſa ſua ei cōſtituit: ac locuꝫ in domo ſua ꝓpriuꝫ tribuit: ⁊ miniſtrū ꝓpriuꝫ delegauit. Ipſe autē in orationibus perſeuerabat: ⁊ ieiunijs ac vigilijs inſiſtebat. Famuli āt domus ipſum multipliciter deridebant: ⁊ aquam vtenſiliuꝫ ſuper caput eius frequēter fundebāt: ⁊ multas ei iniurias faciebant: ipſe aūt patienter oīa ſuſtinebat. Sicqꝫ .xvij. annis in domo patris incognitus manſit: Uidens quoqꝫ per ſpūm: ꝙ eius obitus appropinquaret: chartā cum atramento petijt: ⁊ totum ordinē vite ſue conſcripſit. ¶ Dominica igitur die poſt miſſarū ſolēnia in eccleſia ſancti petri: vox ꝺ ſanctuario ſonuit dicens: Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊c. quod audientes oēs in facies ſuas ceciderunt. Et ecce vox ſecundo dicens. Querite virū dei: vt oret pro roma. Querentibus illis ⁊ nō inuenientibus: iterū dictum eſt. In domo euphemiani querite. Ille requiſitus ſe de hoc nihil ſcire dicebat. Tunc imperatores archadius ⁊ honorius vna cum pontifice inocentio ad domuꝫ predicti viri peruenerūt. Et ecce miniſter alexij ad dn̄m ſuum venit: eumqꝫ obiſſe nunciauit. Intrans euphemianus ipſum defunctuꝫ repperit: ⁊ vultum eius tanqꝫ angeli rutilantē vidit: voluitqꝫ chartam quā tenebat in manu accipere: ſꝫ nequiuit. Exiens igitur cuꝫ hoc imperatoribus ⁊ pontifici nunciaſſet: ⁊ illi ad euꝫ intraſſent: corpuſqꝫ ex parte dei: vt ſibi ſchedulam dimitteret adiuraſſent: accedens pontifex manu chartā accepit: ⁊ ille ſtatiꝫ ei eam dimiſit. Qua de mandato pape coram omni multitudine lecta. Euphemianus hec audiens obſtupuit: ⁊ factus exanimis in terram decidit. Cum vero ad ſe rediſſet: veſtes ſcidit: canos capitis euellere cepit: ⁊ ſemetipſum diſcerpens: ac ſuper corpus filij corruens amariſſime fleuit. Mater eius hec audiens: quaſi leena rūpens rete: ſciſſiſqꝫ veſtibus tota diſſoluta exiit: ⁊ lamentabiles voces emittens: iter populi frequentiā ſe ſuper defunctū filiuꝫ precipitauit: ac ibidem quaſi mortua ꝑmāſit: deinde reuiuiſcens planctum doloroſum emiſit. Sponſa etiaꝫ ipſius induta lugubri veſte cucurrit: ⁊ lachrymas inconſolabiles ſupra corpus ſponſi effudit. Tunc pontifex ⁊ imperatores corpus in honorato pheretro ponentes duxerūt in mediaꝫ ciuitatem: ⁊ nunciatum eſt inuentuꝫ eſſe hominē: quē querebant: ⁊ omnes ad ſanctum corpus concurrebant. Siquis auteꝫ infirmus illud tangebat: protinus curabatur. Nam ⁊ ceci illuminabantur: ⁊ leproſi mundabantur: ⁊ demones fugabant. Cuius pheretrum ipſe pontifex ⁊ imperatores ex deuotione portare ceperunt: ſicqꝫ omni populo comitante corpus ad eccleſiaꝫ ſancti bonifacij martyris perduxerūt: ⁊ illic ei per ſeptē dies ſepulchruꝫ ex auro ⁊ gēmis parari fecerūt: in quo corpus ſancti confeſſoris condiderunt: de quo odor maximus refragrabat qui cūcta aromata ſuperabat. Quieuit aūt in xp̄o. xvi. calen. auguſti: circa annum domini. ccclxxxviij.

¶ De ſcā Marina virgine. Ca. CXL.



Marina virgo in partibus grecie claruit. Hec cū patri ſuo vnica foret: et pr̄ relicto ſeculo mōaſterium introiſſet: eaꝫ cuidam propinquo cōmendauit: ⁊ in cenobio ſumma obedientia deo ſeruire cepit. Cum autem pro filia affligeretur: interrogauit eum abbas: cur magis ſolito triſtaretur: qui dixit ſe filium vnicum in ſeculo reliquiſſe: noluitqꝫ: ꝙ eſſet filia ꝓpalare.

Abbas vero quia diligebat virum: eidem
conceſſit: vt filius ſuus in monaſterio re-
ciperetur. Pater ergo habitu virili eaꝫ in-
duit: ⁊ mutato nomine marinū ipſam vo-
cauit. Uirgo igitur ſancta in monachuꝫ re
cipitur: ⁊ maſculus ab omnibus putatur:
ac frater marinus vocatur. Cepit autē val
de religioſe viuere: ⁊ oibus obedientiam
exhibere. Cum autem eſſet annoꝝ. xvij. ⁊
pater eius morti appropinquaret: filiam
ſuam vocauit: ⁊ eam in ſancto ꝓpoſito cō
firmauit: precipiens ne cuiq̄ꝫ aliquādo re
uelaret ꝙ mulier eēt. Mortuo ergo patre
tenebat doctrinam eius: ⁊ erat obediens
omnibus. Ibant igit̄ fratres cum curru ⁊
bobus: ⁊ monaſterij neceſſaria deferebāt.
Uerum iuſſu abbatis frater marinus ali-
quando cuꝫ plauſtro cepit accedere: ⁊ fra
tres ad portandum ligna iuuare. Conſue-
uerant autē ſepius hoſpitari in domo cu-
iuſdam nobilis pandochij nomine ſi quā-
do eos hora tardior redeūdi prepediret.
Cuius filia virgo cum de quodam milite
concepiſſet interrogata a parentibus fra-
trē marinū ſe violaſſe aſſeruit. Qđ cum pā
dochi⁹ abbati nūciaſſet iterrogaſſetq̄ꝫ ma
rin⁹ cur tantū flagitium cōmiſiſſet: ſe pec-
caſſe confitetur: ⁊ veniam humiliter pre-
catur. Statimq̄ꝫ abbas illum verberibus
cedi iuſſit: deinde de monaſterio eiecit.
Ipſa vero omnia patiētiſſima ferens: tri-
bus annis ante hoſtium monaſterij man-
ſit: nec inde aliq̄n diſceſſit. Sicq̄ꝫ bucella
panis vnica quotidie ſubſtētata: ac ſi pec
catum cōmiſiſſet in penitentia perſeuera-
uit. ¶ Poſt triēnium vero infans ablacta
tur: ⁊ abbati mittitur: ac fratri marino tra
ditur educādus: quē virgo dum per bien-
nium ac ſi ꝓprium aluit: ⁊ cum eo ibideꝫ
permāſit. Tandeꝫ eius patientie ⁊ humi-
litatis fratres miſerti abbati pro marino
intercedūt: ipmq̄ꝫ de eius licentia in mo
naſteriuꝫ cū paruulo intromittūt. Cui ab-
bas pro penitētia impoſuit: vt oēs imun-
ditias loci extra deferret: ⁊ aquā neceſſa-
riā baiularet. Ipſa aūt hilariter oia patiē-
ter pficiebat: ⁊ in cunctis grās agebat. Sꝫ
poſt paucos dies in dño feliciter obdormi
uit. Cuius corp⁹ abbas longe a monaſte-
rio mādauit ſepeliri: eo ꝙ abſq̄ꝫ peniten-
tia obiſſet. Cuꝫ aūt fratres corpus lauarēt
⁊ mulierē eſſe cōſpicerent: ſtupefacti ⁊ ter
riti ſe in dei famulam grauiter deliquiſſe
fatent̄. Quod cū abbas cognouiſſet eā in-
tra mōaſteriū honorifice tumulari iuſſit:
⁊ cū lachrymis pro ſe ⁊ frībus ab ea veniā
poſtulauit: eo ꝙ ipſam ignorās īnocenter
afflixit. Corpus ergo ſancte virginis in ec
cleſia recōditum miraculis clarere cepit.
Illa aūt que dei famulam infamauerat a
demone arripit̄ ⁊ ad ſepulchrū adducta
ſcelus confitetur: ⁊ poſt dies. vij. eius me-
ritis liberat̄. Quieuit autē ſancta virgo in
dño. xvj. calē. augu. ¶ Anno aūt domini
Mccxiij. tpe iacobi teopoli ducis veneto-
rum. Quidaꝫ iacobus de hora ꝓrochialis
eccleſie ſancte marine de venetijs deuo-
tus ſancte virginis: corp⁹ ipſius de ꝑtibus
romanie ſublatū per nauem venetias di-
rexit: ⁊ in eccleſia ſua collocandum ordi-
nauit. Cuius meritis naute a maris tem
peſtate liberati ſunt. Sicq̄ꝫ corpus ſan-
cte virginis venetias delatū in eadē eccle
ſia ſepultū eſt calen. ſeptembris.

¶ De ſcā Theodora monacha. C.CXII.



Theodora monacha apud ale-
xādriā claruit tpe zeno
nis iꝑatoris. Hec nobi
lis ⁊ ſpecioſa viruꝫ ha-
buit: ⁊ diuitē ⁊ deū ti-
mentē. Cui⁹ ſcitati dia
bolus inuidēs: virum
quēdā diuitē in illi⁹ ꝯcupiſcētiā icitauit: q̄
eā crebris nūcijs ⁊ munerib⁹ moleſtauit.
Sed cū ipm oino contēneret ⁊ peccatuꝫ
abhorreret: tandem per quandam mu-

lierem ei miſſam illam decepit: que puel
le ſuaſit: ꝙ deus quicquid occidēte ſole cō-
mittitur minime intuetur. Cuius ſuaſioni
puella prebens aſſenſum virū ad ſe nocte
introire pmiſit: ⁊ volūtatem eius comple
uit. Statimqꝫ ad ſe rediēs amariſſime fle
bat: eo ꝙ ipſam conſcientia remordebat.
Quā vir eius nimiū flentem ꝯſolari ſtude
bat: ſed illa nullā conſolationē recipere cu
rabat: cauſam autem fletus eidem nulla-
tenus indicare volebat. Mane aūt facto
quoddā monaſterium monialium adiit:
⁊ abbatiſſam interrogauit: an deus quod
daꝫ graue delictū quod die aduesperaſcē
te commiſerat ſcire poſſet. Cui illa reſpō-
det: quod deo nihil abſconditur: ⁊ quia de-
us videt quicquid quacūqꝫ hora committi-
tur. Rediens ergo domū quadam die cū
vir ſuus abeſſet: comā ſuaꝫ precidit: ⁊ ve
ſtimenta viri ſui aſſumens ad monaſteri
um monachorum quod per. xviii. milia-
ria a ciuitate diſtabat acceſſit: ⁊ vt ibideꝫ
in monachum reciperetur obtinuit. In-
terrogataqꝫ de nomine dixit ſe theodorū
nuncupari. Ibi ergo officia omnia humili
ter faciebat: ⁊ eius miniſterium omnib⁹
gratum erat. ¶ Poſt aliquot annos ab-
bas theodoro iuſſit: vt boues iungeret et
oleum de ciuitate deferret: vir auteꝫ eius
plurimum flebat: timens ne cum viro ali
quo receſſiſſet. Et ecce angelus domini
ipſi dixit: vt mane ſurgeret: ⁊ in via q̄ dici
tur ſancti petri ſtaret: ⁊ coniugem obuiaꝫ
haberet. Quod cum feciſſet: theodora cū
camelis venit ⁊ virum recognoſcens: ſed
ab ipſo incognita illum ſalutauit. Cuꝫ aūt
ille diutius expectaſſet: ⁊ ſe deceptum cla
maret: facta eſt vox ad eum ꝙ ille qui ipſꝫ
pridie ſalutauerat vxor ſua fuerat. ¶ Tā-
te autem ſanctitatis theodora fuit: vt mul
ta miracula faceret. Nam ⁊ hominem a
beſtia laceratum eripuit: ⁊ ſuis precibus
ſuſcitauit. ipſamqꝫ beſtiaꝫ maledixit: que
ſubito mortua corruit. Diabolus autem
ſanctitatem eius non ferens eidem appa
ruit ⁊ eaꝫ de commiſſo adulterio duriter
increpauit. vt illam ad deſperationeꝫ pro
uocaret. Que ſignuꝫ crucis edidit. ⁊ mox
demon euanuit. Quadam vice duꝫ de ci
uitate cum camelis rediret ⁊ in quodam
loco hoſpitata fuiſſet puella ad eam venit
vt ſecum concumberet illam putans eſſe
virum. Que cum reſpueret iuit ad alte-
rum in ipſo hoſpitio iacentem ⁊ cum eo
dormiuit. ⁊ de illo concepit. Cum autem
venter eius intumuiſſet. Interrogata di-
xit. ſe de theodoro monacho concepiſſe.
Natum igitur puerum ad abbatem tranſ
miſerunt: qui cum theodorum increpa-
ret: ⁊ ille ſibi indulgeri peteret: ſcapulis
ſancte puer imponitur: ⁊ de monaſterio
eiicitur: que per. vii. annos extra monaſte
rium manſit: ⁊ de lacte pecorum infanteꝫ
nutriuit. Diabolus auteꝫ in ſpecie viri ſui
eidem apparuit: ⁊ vt ad ſe rediret: multis
blanditiis perſuaſit: que cum oraſſet: de-
mon ſtatim euanuit. ¶ Alia quoqꝫ vice
demones ad eam in ſpecie multarum fe
rarum venerunt: ⁊ eam diris clamoribus
⁊ inſultibus terrere voluerunt. Sed ora-
tione fuſa confeſtim ab ea diſceſſerunt.
¶ Altera vice multitudo militum venie-
bat: quos princeps precedebat: ⁊ eum ce
teri adorabant: que cum ſimiliter ab illis
inuitaretur: vt eorum dominum adora-
ret: illaqꝫ deum ſe adorare velle diceret:
ipſa ante principem adducitur ⁊ flagellis
vſqꝫ ad mortem ceditur. Sed dum cōſtā
ter perſeueraſſet: omnis illa turba demo
num ab ea depellitur. ¶ Alia quoqꝫ vice
aurum multum repperit: deinde caniſtrū
omni ciborum genere refectum inuenit:
ſed ſigno crucis edito vtrumqꝫ euanuit.
¶ Poſt annos vii. abbas eius patientiaꝫ
conſiderans ipſam cuꝫ puero in monaſte
rium introduxit: vbi cum duos annos lau
dabiliter peregiſſet: vna cum puero ſe in
cella recluſit: quem poſtqꝫ omnibus ſan-

etis monitis erudiuit: ſpiritum tradidit: puerqꝫ plurimum flere cepit. ¶ Eadem nocte abbas per viſionē aſpexit: ꝙ nuptie maxime ꝑabantur: ⁊ mulier gloria ⁊ immenſo lumine circūdata in medio ſanctorum omniū portabatur. ⁊ in lectulo iocūdiſſimo ponebatur. Audiuitqꝫ vocem: ꝙ mulier illa theodorus erat: q̄ falſo de puero accuſatus fuerat. Excitatus abbas cuꝫ fratribus ad cellā iuit: ⁊ iam illam defunctam inuenit: quā diſcoopertam feminaꝫ inuenit. Miſitqꝫ abbas pro patre puelle: que ipſam infamauerat: ⁊ illam ei mulierem eſſe dixit: ⁊ ad oculum indicauit: illeqꝫ de falſo crimine cū filia penitētiā egit. Angelus domini etiam abbati dixit: vt equum conſcenderet: ⁊ quēcunqꝫ ſibi obuium ad monaſteriū ſecum adduceret: q̄ dum pergeret: eidem vir theodore occurrit: ⁊ abbati coniugem ſuam obiſſe aſſeruit: cuius tranſitum domino reuelante didicerat: ⁊ eā ad videndam pergebat: quē abbas in ſuo equo aſſumpſit: ⁊ ad monaſterium ſuum deduxit. Uenientes quoqꝫ ambo plurimū fleuerunt: ⁊ theodorā ſepulture tradiderunt. xvj. cal. auguſ. Uir autem eius cellaꝫ theodore accepit: ⁊ ibidem in ſanctitate vite permanſit. Puer quoqꝫ theodore nutriceꝫ imitatus omnium moruꝫ boneſtate claruit: ita ꝙ abbati defuncto in monaſterii regimine ſucceſſit.

¶ De ſanctis ſcyllitanis m̄. Cap. CXIII.

Scyllitani martyres apud carthaginē paſſi ſunt: quoꝝ nomina ſunt hec ſperatus: natalı᷒: cyrinus: beturius: felix: aquilinus: letarius: ianuarius: generoſa: beſſia: donata: ſecunda. Hi omnes a ſaturnino prefecto detenti poſt primaꝫ chriſti fidei confeſſionem in carcerem miſſi ſunt: ⁊ in ligno confixi: deinde gladio decollati ſūt. xvj. calendas auguſti. Et dicuntur ſcyllitani a ſcyllitania inſula: ex q̄ oriūdi fuerunt.

¶ De ſanctis Symphoroſa ⁊ ſeptem filiis eius martyribus. Cap. CXIIII.

Symphoroſa cum ſeptem filiis ſuis apud tyburtinam ciuitatem ſub hadriano principe paſſa eſt. Hec fuit coniunx beati getulii martyris: de quo ſupra dictuꝫ eſt. iiij. idus iunij. Ex quo ſeptem liberos procreauit: quoꝝ nomina hec ſunt: creſcētius: iulianus: nemeſius: primitiuus: iuſtinus: ſtacteus: eugenius: quos omnes hadrianus vna cū matre detineri fecit: ⁊ ipſam ſymphoroſā iuſſit palmis cedi: dehinc crinibus ſuſpendi: ſed cum eam ſuperare nullatenus poſſet: iuſſit eam alligato ſaxo in fluuium precipitari. Cuius frater eugenius curie principalis tyburtine corpus eius colligēs ſepeliuit. Mane autem facto iuſſit imperator ſeptem figi ſtipites: ibiqꝫ filios ei᷒ ad trocleas extendi: ⁊ creſcentem in gutture tranſfigi: iulianum in pectore: nemeſium in corde: primitiuum per vmblicum: iuſtinum per membra diſtinctum ſcindi per ſingulos corporis nodos atqꝫ iuncturas: ſtacteum lanceis multis donec moreretur in terra configi: eugenium ſcindi a pectore vſqꝫ ad inferiores partes. Quoꝝ corpora precepit auferri ⁊ proiici in foueam altam. Et poſuerunt pontifices ſacrorum nomen loci ipſius ad ſeptem biothanatos quorum corpora requieſcunt via tyburtina miliario nono. Paſſi ſunt autē. xv. calendas auguſti.

¶ De ſancta Sugdene mar. Cap. CXV.

Sugdene martyr apud carthaginem paſſa eſt: que plautiano ⁊ zete conſulibus preſentata iuſſu rufini proconſulis: quater diuerſis temporibus equulei ſuſpenſione vexata: ⁊ vngularuꝫ horrēda laceratiōe cruciata carceris etiam ſqualore diutius afflicta: cum hec oīa pro chriſti nomine ſuperaſſet: nouiſſime gladio ceſa eſt. xv. cal. auguſti.

¶ De ſcō Arnulpho epō. Ca. CXVI.



Arnulphus epſ turoneñ. vt ait ſigibert⁹ claruit in gallia tēpore anaſtaſij imperatoris: qui ſancti remigij remenſis epiſcopi in baptiſmate filius fuit: cuius etiā parentes primo gentiles tamen poſtmodum a ſancto remigio conuerſi ⁊ baptizati: ille rogatianus illa aūt euphroſyna nominati fuerunt: qui omnia ſua pauperibus diſpenſanda ſancto remigio tradiderunt. Remigius vero regi clodoueo iam chriſtiano arnulphum eius ſpūalem filiuʒ cōmendauit. Cui rex vti nobiliſſimo: ſtabergam neptē ſuam in vxorē tradidit. Ipſos tamen ambos cōiuges ſanctus remigius ad virginitatis obſeruātiā iduxit. ¶ Poſt hec arnulphus reuelatione diuina oīa ſua per teſtamentū vxori relinquēs: eā remigio cōmendans in habitu laicali per ānos xxvij. peregrinatus eſt. ¶ Quodaʒ die dominico duʒ poſt matutinū oraret in eccleſia rauēnate: vidit aiam cuiuſdaʒ peccatoris nup defuncti: que ad inferna a demonibus trahebat: que cunctis aſtantib⁹ audientib⁹ ſancti arnulphi auxiliū implorabat. Pro qua vir domini orauit: ⁊ ſtatim anima ⁊ corpus redijt: ipſeq; peccator ſurrexit: ⁊ ꝙ ille vir dei eſſet: eiuſq; ꝑcibus ipſe ſaluatus fuiſſet: oībus patefit. Et concurrentibus ad eū turbis populoꝝ ipſe ad vitādam famā cōfeſtim inde diſceſſit. Deinde apud ſequanā fluuiū aliuʒ mortuū e pheretro ſuſcitauit: quē ſecū ad ſanctuʒ remigiū informāduʒ adduxit. ¶ Iterum quoq; rhemenſem populuʒ ad ſe cōfluendem fugiens: iterūq; peregrinās: cū eſſet turonis ⁊ epātus vacaret: angelo reuelāte epſ turoneñ. factus eſt: qui laudabileʒ vitam ducens: ⁊ miraculis clarens in domino quieuit. xv. calē. auguſti.

¶ De ſcō Rophilo epō. Ca. CXVII.

Rophilus epſ populieñ. fuit qui verbum domini inſtanter predicans: ⁊ que docebat exemplo operū confirmans miraculoꝝ gloria inſignis fuit. Dum aūt in media via poſita inter populieñ. ⁊ liuieñ. oppidum draco imanis apparuiſſet: qui boies ⁊ animalia deuorabat: ⁊ flatu venefico plurimos morbidabat. Sanctus rophilus populo ſuo triduanū ieiunium ⁊ orationē indixit: ſanctoq; mercuriali epō liuieñ. vt hec eadem cum ſua plebe faceret pſuaſit. Et deinde amboq; ipſi epi vna cum clero ⁊ populo vtriuſq; ciuitatis ad locū accedūt: oratiōeq; premiſſa ſancti preſules draconem de antro pducunt: ſtolis quoq; ſuis ipſuʒ vti agnū manſuetiſſimū collo nectētes pertraxerunt: ⁊ in puteo pfundiſſimo incluſerunt: memoriale quoq; ſupra puteum in teſtimoniū miraculi ſignauerūt: quod ibi manet vſq; in preſens. Rophilus aūt ad eccleſiā ſuam rediens: obituſq; ſui diem longe ante predicens. xv. calen. auguſti quieuit in xpo. Sepultuſq; ē in eccleſia ſua miraculis clarus.

¶ De ſcō Filiaſtro ɔfeſ. Ca. CXVIII.

Filiaſter confeſſor ſanctus dei ſacerdos: credens deo fide pleniſſima exiens de terra ſua relicto ſeculo preſbyter factus ē: ⁊ pauli apoſtoli mente ⁊ opere imitator: omneʒ pene romanū orbem ſua predicatione luſtrauit: multoſq; chriſto populos acquiſiuit. Non ſolum enim gentilibus reſtitit: ⁊ iudeis: ſed etiā arriane perfidie tunc vigenti: nam ⁊ mediolani gregē dominicuʒ ab auxentio epiſcopo arriano ſancti ambroſij predeceſſore viriliter defenſauit: ⁊ brixiam ciuitateʒ in fide adhuc

fidem ſua predicatione ad viaȝ veritatis
plene reduxit. Et factus ibidem epiſcop⁹
poſtquã plurimis m[illegible]culis effulſit apud
eandem vrbem b[illegible]ez in pace quieuit
xv. calendas auguſti.

¶ De ſcõ epaphra diſcipulo. Ca. CXIX.

E Paphras diſcipul⁹ d. lxxii.
vnus vt ait Hieronymus:
de quo apoſtolus ad colo-
ſceñ. primo mentioneȝ fa-
cit. Hic enim iubente pau
lo verbum domini coloſcentibus predica
uit: ⁊ ab eodem coloſceñ. epiſcopus ordi-
natus: clarus virtutibus palmam marty-
rij pro ſibi cõmẽdatis ouibus virili agone
percepit. Sepultuſq; eſt apud eandẽ vr-
bem. xiiii. calen. auguſti.

¶ De ſanctis Juſta et Rufina martyri-
bus. Ca. CXX.

I Uſta ⁊ Rufina martyres
in hiſpania ciuitate hiſpali
ſub diogeniano p̃ſide mar
tyriũ paſſe ſunt. De matro
ne chriſtianiſſime pauper-
tate dñte vaſa fictilia mer
cabanť. Ex quo queſtu neceſſarijs ſibi ad
victum reſeruatis: indigentium inopiam
ſubſtentabat. Cum autem in platea ciui-
tatis vaſa diſtraherent: matrone ipſi⁹ op-
pidi idolum lapideum nomine ſalabouẽ
circũferentes: iuxta morem ſuũ gentilem
poſtulabãt a ſanctis feminis vas aliquod
ad vſum dei ſui ſibi offerri. Quod cuȝ ille
vti chriſtiane facere denegaſſent: indigna
te matrone idolum ſuper earuȝ vaſa ficti-
lia iactauerunt: eaq; omnia contriuerunt.
Juſta vero ⁊ Rufina idolum ecõtra lon-
gius abiicientes cõfregerunt: propter qd
a preſide diogeniano detẽte p̱rio equulei
extenſione: ⁊ vngularum laniatione ve-
xate ſunt: poſtmodum in carcere inedia
⁊ varijs doloribus afflicte. Inde quoq;
educte cum preſes ad partes alias iter
arriperet per loca aſpera ⁊ confragoſa nu
dis pedibus poſt eum trahuntur. Tan-
dem iuſta ſpiritum in carcere exhalauit.
Corpuſq; eius in puteum proiectum: in-
de a ſabino epiſcopo leuatum atq; ſepul-
tum eſt. Rufine vero ceruix in confeſſio
ne confracta eſt. Cuius eſt cadauer com-
buſtum. Oſſa autem illius ab eodeȝ epi
ſcopo collecta vna cum corpore iuſte in ci
uitate hiſpaleñ. tumulata ſunt. Harũ paſ-
ſio celebrať. xiiii. cal. auguſti.

¶ De ſcõ Arſenio abbate. Ca. CXXI.

A Rſenius abbas cum ad-
huc in palatio imperato-
rum archadij et honorij
conſiſteret: ⁊ vt ad ſalutẽ
dirigeretur oraret audi-
uit a domino vt homines
fugeret et ſaluaretur. Accedens igitur ad
monachalem vitam ⁊ ibidem orans audi
uit: Arſeni fuge: tace: quieſce. ¶ Matro-
na quedam nobilis ⁊ ſenex venit: vt abba
tem arſenium ex deuotione videret: qui
rogatus a teophilo archiepiſcopo: vt ſe vi-
deri permitteret: nullatenus acquieuit.
Tamen illa ad cellam properans: ipſuȝ fo
ris ante hoſtium inuenit: ⁊ ſe ad pedes
eius proſtrauit. Ille autem cum indigna
tione nimia eam eleuauit: eamq; dure in
crepauit: quia cum mulier eſſet: tantam
nauigationem facere preſumpſiſſet. Naȝ
cum alie mulieres ab ea redeunte audi-
rent: ꝙ abbatem arſenium vidiſſet: ipſe
ſimiliter ad eum videndum confluerent.
Illa auteȝ ſe nunq̃ȝ alicui dicturam pro-
miſit: ꝙ eum vidiſſet: ſupplicans vt tantũ
pro ipſa oraret. Abbas vero ſe deum ora-
turum dicebat: vt memoriaȝ eius de cor-
de ſuo deleret. Hec illa audiens turbata
nimium ad ciuitatem venit: ⁊ pre triſtitia
egrotare cepit. Quod archiep̃s audiẽs ad
eam ꝯſolandaȝ acceſſit: eiq; iter cetera di-
xit: ne de verbis ſenis miraretur: qꝛ inimi

cus per mulieres viros ſanctos īpugnat. Naȝ credere debebat: ꝙ vir ſanctus pro eius anima ſemper exorabat: ⁊ ſic conſolata conualuit: ⁊ ad ꝓpria remeauit. ¶ Arſenius autem per totum vite ſue tempus ſedens ad opus manuū panum habebat in ſinu ꝓpter lachrymas: que iugiter de oculis eius fluebant: ⁊ totā noctem inſomnē ducebat. Mane auteȝ cum propter nature laſſitudinem dormire vellet: ſomnum tanq̄ malum ſeruū vocabat: ⁊ ſedens paruȝ ſomni ſurripiebat: ſtatimq̄ȝ ſurgebat: dicebat enim ſufficere monacho: ſi dormierit vna hora: ſi tamen pugnator eſt. ¶ Cum pater ſancti arſenii nobiliſſimus ſenator vitam finiens ⁊ teſtamentum faciens: magnam hereditateȝ filio dimiſiſſet: tabellio teſtamentuȝ ad eum detulit: quod abbas accipiēs ſcindere voluit: Tabellio vero eius pedibus prouolutus rogabat: ne hoc faceret: quia caput eius precideretur. Cui arſenius reſpondit: ꝙ ꝑus mortuus fuerat q̄ȝ pater eius: qui ipſum heredeȝ fecerat: ⁊ ideo ipſuȝ inſtituere nō potuerat: ⁊ remiſit teſtamentum nihil recipere volens. ¶ Quadam vice facta eſt vox ad arſenium: vt exiret: ⁊ opera hominum videret: ⁊ egreſſus vidit ethiopem ligna incidentem: ⁊ ſarcinam ſibi importabilem facientem: cūq̄ȝ ipſam ferre nō poſſet: iterum ligna cedebat: ⁊ ad ſarcinam diutius addebat. Viditq̄ȝ rurſum hoiem haurientem aquam de lacu: ⁊ eaȝ fundētem in ciſternam pertuſam: quam aquaȝ perfundebat in lacum: ⁊ ipſam nihilominus ciſternam implere volebat. Iterum vidit tēplum ⁊ duos hoies in equis portātes lignū tranſuerſum: volentes aūt templum introire nō poterant: quia lignuȝ in tranſuerſo portabant. Et expoſuit ei vox viſa dicēs: ꝙ vltimi ſunt: qui portāt lignū iuſtitie cum ſuꝑbia: nec humiliant̄: ꝓpter qđ a regno dei excludunt̄. Qui ligna incidit: homo eſt in peccatis multis: ⁊ pro eo vt agat penitentiam non ſubtrahit de peccatis: ſed iniquitates addit. Qui aūt aquā haurit: homo eſt bona opera faciens: ſed quia cum eis ſunt permixta mala perdit opera ſua. ¶ Veſpere ſabbati veniēte die dominico: relinquebat poſt ſe ſolem: ⁊ extendebat manus ad celum: donec mane ſol aſcendens faciem eius illuſtrabat: ⁊ ſic reſidebat. Quieuit aūt ī pace vir dn̄i. xiiij. calen. auguſti. Hic in vitis patrum.

¶ De ſcō Ioſeph iuſto diſcipulo. C. cxxii.

Ioſeph qui vocabatur barſabas qui cognominatus ē iuſtus: vnus ex. lxxii. chriſti diſcipulis nō fuit barnabas vt rabanus ⁊ quidam putauerunt: ſed frater iacobi alphei ac ſimonis: ⁊ iude: filiuſq̄ȝ marie ſalome ſecundo genit e ſancte anne ⁊ ſororis vterine genitricis domini: vt īfra dicetur in geſtis ſancte anne ſeptimo calendas auguſti. Hic enim cum matthia ſtatutus eſt ab apoſtolis ad ſortiendum in locum iude: vt habetur actuum primo capi. Qui predicatiōis ⁊ ſanctitatis officio ſeruiens ac fideliter complens multaſq̄ȝ ꝑſecutiones a iudeis pro chriſto ſubſtinens: victorioſiſſimo fine apud iudeam quieuit. xiii. calendas auguſti. De quo refertur ꝙ venenum biberit: ⁊ nihil ex hoc triſte pertulit ꝓpter domini fidem.

¶ De ſancta Margarita virgine ⁊ martyre. Ca. CXXIII.



Margarita v̄go apđ antiochiaȝ ſub olibryo ꝑfecto paſſa ē. Hec fuit filia theodoſii gētilium patriarche: q̄ nutrici tradit̄ et ad adultā etatē veniēs baptizat̄: ⁊ ꝓpter hoc exoſa patri plurimū habebatur. Cum autem annos. xv. attigiſſet: ⁊ cum aliis vir

ginibus oues nutricis ſue cuſtodiret: pre
fectus olibrius illac tranſitum faciens in
eius amorem exarſit: ⁊ cōcitos pueros vt
ad ſe illā ducerent deſtinauit: quatenus
ſi libera eēt: eam in vxoreʒ acciperet ſi āt
ancilla in concubinam teneret. Quam ſi
bi preſentatam de nomine ⁊ genere ſuo
ac religione requiſiuit. Jlla autem reſpō
dit ſe genere nobilem ⁊ nomine margari
tam ac religione chriſtianam. Quam pre
fectus redarguens quia crucifixum cole
ret: eam in carcerem tradi fecit: ⁊ ad deo
rum ſacrificia properauit. Sequenti vero
die eam ſibi preſentari fecit: ⁊ ad deoruʒ
ſacrificia inuitauit. Quam diis immolare
recuſantem in equuleo ſuſpendi: ⁊ virgis
tam crudeliter cedi: ꝙ ſanguis de eius
corpore vti de fonte manaret. Jta vt oēs
aſtantes ſuper eam deflerent: ⁊ ad conſē
tiendū prefecto ipſaʒ confortarent. Quos
virgo cum indignatione repellebat: ma
loſqȝ conſiliarios eē dicebat. Jterum pre
fectus iuſſit eam vngulis lacerari adeo vt
ipſemet faciem operiret: quia ſanguinem
eius fluentem videre non poſſet. Et dein
de depoſitam in tenebroſo carcere reclu
di mandauit. Orauit autem virgo ad do
minum: vt inimicum qui ſecum pugna
bat ipſi viſibiliter demonſtraret. Et ecce
draco immaniſſimus ibidem apparuit: q̄
os ſuper caput eius ponens ⁊ linguā ſub
ter calcaneum extendens ipſam protin⁹
tranſglutiuit. Sed dum ſe abſorbendam
virgo cōſpexiſſet: ſigno crucis ſe muniuit:
⁊ ſtatim draco per medium crepuit: ⁊ vir
go illeſa exiuit. Diabolus iterum vt eam
deciperet in ſpecieʒ hominis ſe mutauit.
Quem videns in orationeʒ ſe dedit: ⁊ cū
ſurrexiſſet demon ad eam acceſſit: ⁊ ma
num eius tenuit. Quem illa per capillos
apprehendit: ⁊ ſub ſe ad terraʒ deiecit: ac
ſuper ceruicem eius dextrum pedem po
ſuit. Demon aūt clamabat. Jlla vero coe
git: vt ipſi diceret: cur chriſtianos tā mul
tipliciter tentarent. Qui reſpondit natura
le ſibi odium eſſe contra viros virtuoſos:
⁊ quamuis ab eis ſepius repellatur: tamē
deſiderio ſeducendi infeſtus exiſtit: quia
inuidet homini de felicitate quaʒ amiſit:
quamuis eam recuperare non poſſit. Ad
diditqȝ ꝙ ſalomon infinitam demonum
multitudinem in quodam vaſe incluſit:
poſt cuius mortem cum de ipſo vaſe de
mones ignem emitterent ⁊ homines ibi
dem theſaurum eſſe putarent: vas confre
gerunt: ⁊ demones exeuntes aerē imple
uerunt. His dictis virgo pedem ſubleua
uit ⁊ demon ſtatim euanuit. Moxqȝ co
lumba de celo veniens cum luce nimia
virginem confortauit. Theotimus auteʒ
quidam verba virginis auſcultans ſcribe
bat: nutrixqȝ illi⁹ ipſam in carcere refoue
bat. ¶ Poſt dies plures conuenientibus
populis iudici p̄ſentatur: ⁊ ſacrificare con
temnens iterum in equleo leuatur: cor
puſqȝ eius facibus exuritur: mirantib⁹ cū
ctis fortitudinem tenerrime puelle. Dein
de in magno vaſe aque vincta mittitur:
vt ex penarum commutatione creſceret
vis doloris. Sed ſubito terra concutitur
⁊ virginis vincula ſoluuntur: ipſaqȝ illeſa
pauētibus cunctis egredit̄. Colūba quo
qȝ celica cū ingenti lumine de celo aduo
lauit: ⁊ in capite margarite aureolam po
ſuit. Quo miraculo quattuor milia genti
lium exceptis paruulis ⁊ mulierib⁹ chri
ſto crediderunt: ⁊ capitalem ſententiʒ ac
ceperunt. Prefectus autē timens ne alij
conuerterentur: concitus beatam marga
ritam decollari mandauit. Jlla auteʒ pro
ſe ⁊ ſuis perſecutoribus: necnon ⁊ ſui me
moriam agentibus orauit ad chriſtuʒ: ad
dens vt quecūqȝ in partu periclitans ſe i
uocaret illeſam prolem emitteret. Facta
qȝ eſt vox de celo ꝙ in ſuis ſe nouerit pe
titionibus exauditam. Et ſic gladio pcuſ
ſa martyrij coronam percepit. Cuius cor
pus a chriſtianis antiochie ſepultuʒ ē. xiij.

calen. auguſti. Alibi autem legitur ꝛ paſſa eſt tertio idus iunij.

¶ De ſcā Praxede virgi. Ca.CXXIIII.

Praxedis virgo filia fuit bti pudentis ꝛ ſoror potētiane nobiliſſima romanorūꝫ de quibus ſupra dictū eſt. xiiij. calen. iunij. Hec poſt mortem parentum cum ſorore potētiana omnes facultates dimiſit: ꝛ ceperūt ambe ditiſſimum patrimonium vendere: ꝛ pecunias pauperibus erogare. Mortua vero potentiana in ſancto virginitatis propoſito. Praxedis virgo cuꝫ beato pio papa ipſam ſepeliuit. ꝛ exinde pauperes chriſtianos in domo propria ſuſcipiens: eis miniſtrare cepit. Defuncto quoqꝫ ſancto nouato ipſius virginis germano: beata praxedis thermas illius in vico lateritij per manus ſancti pij epiſcopi eccleſiam conſecrari fecit: in qua ꝛ baptiſterium ordinauit. Martyrum quoqꝫ ſymmetrij preſbyteri ꝛ ſociorum: ſub perſecutione antonini imperatoris pro chriſto paſſorum corpora tumulauit: de quibus ſupra dictum eſt. vij. calen. iunij. Cumqꝫ perſecutio quotidie ingraueſceret: beata praxedis orauit ad dominum: vt eam ex hac vita ſuſciperet. Que a domino exaudita: poſt dies modicos egrotare cepit. Et poſtqꝫ omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus ꝛ eccleſie diſpenſauit in ipſo ſancto virginitatis ꝓpoſito perſeuerans ad chriſtum ex hac luce migrauit. xij. calendas auguſti. Sepulta a ſcō paſtore pr̄ſbytero: iuxta patrē ꝛ ſororē via ſalaria in cimiterio priſcylle.

¶ De ſcis Victore ꝛ ſocijs mar. C.cxxv.

Victor martyr cū ſocijs ſuis ſub maximiāo imperatore ī ciuitate maſſilia paſſus ē. Qui maximianus perfecta cede martyrum thebeorūꝫ ī ciuitate ſeduñ. marſſiliaꝫ deuenit victoremqꝫ militē eidem de xp̄ianitate delatū comprehendit. Queꝫ ſacrificare nolenteꝫ funibus per totā vrbem diſtractū: aſterio prefecto puniēdum tradidit. Qui ipſum dudum in patibulo afflictum in carcereꝫ trudi iuſſit. Ubi ſanctus victor celeſti lumine ꝛ angelica viſitatione cōfortat⁹ eſt. Que cū vidiſſent tres milites eū cuſtodiētes ideſt Alexāder Longinus ꝛ Felician⁹ cōuerſi ſunt ad xp̄m. Quos in confeſſione fidei imperator decollari mādauit. Prefectus vero victorē equuleo ſuſpenſuꝫ ꝛ fuſtibus ac neruis ceſum. iteruꝫ in cuſtodia repoſuit. Sed poſt triduuꝫ inde eductus ſtatuam iouis ſibi oblatā: vt ei thura incēderet pede euertit: Cui pes ille ſtatim preciditur Deinde mole molendini ſuppoſitus crudeliter conteritur: verū poſt paululum machina ipſa diuinitus diſſipata: duꝫ adhuc martyr dn̄i aliquātuluꝫ palpitaret: gladio cedente vere victor ac triūphator efficiť. Nam ꝛ eodeꝫ inſtanti vox de celo audita eſt: viciſti victor beate. Corpa vero ſanctoꝝ martyrū iuſſu ceſaris in pelago proiecta angelis miniſtrantib⁹ ad oppoſitum littus enatantia deuecta ſunt: ꝛ a chriſtianis ſepulta. Ad quorū tumulum dum puer eleutherius nomine chriſtianus ꝑſecutionem fugiens declinaſſet: orans emiſit ſpūm: eiſdeꝫ ſanctis ſepultura ſociat⁹. Qui paſſi ſunt. xij. calen. auguſti.

¶ De ſcō Daniele abbate. Ca.CXXVI.

Daniel abbas ꝛ pr̄ſbyter egyptius fuit: qui duꝫ maneret in ſcythi cuꝫ fratribus ſuis ieiunijs ꝛ orationib⁹ ſemꝑ intentus: venit ad villam que themēti dicit: vt opera manuū ſuarū venderet: de quibus inopibus ſubueniret. Rogatus aūt a iuuene in domū ſuam deſcēdit: ꝛ pro vxore ipſius: que ſterilis erat: orauit: vt deus ei ſoboleꝫ largireť. Cūqꝫ mulier poſt dies modicos cōcepiſſet: murmurabant emuli: qꝫ de abbate: qui in domo illa fuerat: puella pre-

gnans eſſet: eo ꝙ a viro nunquā potuerat grauidari. Quod audiens abbas miſit ad iuuenem: vt cū vxor eius peperiſſet: ipſi nunciare curaret. Nato itaqȝ puero venit Daniel ad domum iuuenis: fecitqȝ illum omnibus propinquis ⁊ notis conuiuium preparare. Quibus preſentibus puerum xxv. dierum adductum per deum adiurauit: vt exprimeret patrem ſuum. Infans autē clara lingua iuuenem illum nominauit: eumqȝ digito oſtendit: ⁊ ſic emuli cōfuſi ſunt. ¶ In alia villa erat hō latomus nomine eulogius: qui arte ſua fideliter laborans: peregrinos quoſqȝ hoſpitio ſuſcipiebat: qui dum abbatē danielē ſuſcepiſſet: ⁊ eidem fideliter miniſtraſſet: orauit pro eo ad dn̄m vt augerentur ſibi bona tēporalia: ad hoc vt ille latiora ipendere poſſet. Cui oranti ſenex venerādus apparuit: ⁊ abbatem interrogauit: an latomū in fide ſua vellet ſuſcipere: ſi forte a bonis operibus deficeret. Qui mox pro eo fideiuſſit ⁊ pro anima ſua ſe deo rationem redditurum ꝓmiſit. Poſt dies modicos dū homo in lapidem excideret: audiens ſonū concaui percuſſo lapide foramen inuenit: in quo theſaurū multum latentē repperit. Timens autem ne inuenta ſibi ab vrbis principe tollerētur: cōſtātinopolim abijt: ⁊ ſub iuſtino imperatore collocatis muneribus factus eſt prefectus pretorij: cōſtructoqȝ palatio pauperes tradidit obliuiōi. Quod cum daniel cōperuit: conſternatus animo cōſtantinopolim perrexit: vt homini loqueret: ſed ab eius familia ceſus cū iniuria expellitur. Unde ⁊ ante crucifixū orare cepit: vt a fideiuſſione eriperetur. Cui beata virgo apparuit: ⁊ ſe pro eo interceſſuram ꝓmiſit. Confortatus abbas alexandriā rediit: cui poſtea chriſtus apparēs dixit: ꝙ a vadimonio abſolutus eſſet: ſed de cetero ab huiuſmodi caueret. Cū aūt ad eremū reuerſus eſſet: poſt menſes tres iuſtinus imperator moritur: ⁊ iuſtinianus eius filius coronatur: ⁊ officiales imperij mutantur. Eulogius a perfectura deponitur: ⁊ de mala adminiſtratione requiſitus omni ſubſtantia ſpoliatur. Reuerſuſqȝ ad villam ſuam artem primam repetiit: ⁊ hoſpitalis vt prius eſſe cepit. Ad quem veniens abbas omnia prout cōtigerant: enarrauit: illeqȝ in meli⁹ vitā mutauit. ¶ Aſcēdit aliquando Daniel cum diſcipulo in ſuperiorem thebaidā: ⁊ viſitatis fratribus ⁊ ab eis reuerenter except⁹: adeo vt ipſi veſtimenta proſternerent: venit ad cenobium monialium: quod dicitur ſancti hieremie. Et dum hoſpitium quereret: ⁊ virgines denegarent: eo ꝙ vir clauſtrū illud nunquā intraſſet: audito ꝙ abbas Daniel eſſet: abbatiſſa illum gratanter ſuſcepit: ⁊ ad refectionem vocauit: vbi eum inter alias vidiſſet vnam iuxta viam laternarum in terra iacentem: ⁊ que illa eſſet queſiuiſſet: audiuit: ꝙ ebria ⁊ inſana erat ⁊ ꝙ quaſi ſemper ſic permanebat: ſed pietate dei eam eijcere nolebant: viliaqȝ ei officia imponebant. Cum ergo ſero omnes ad cellas ſuas iuiſſent: abbas in oratione pernoctans vidit illam ſurgere: ⁊ cum lachrymis inſtanter orare: quod abbatiſſe ac diſcipulo oſtendit: eiſqȝ dixit: quia per ſpiritum illam ſemper talē fuiſſe cognouerunt: ⁊ propter eam ſolam ad monaſterium ipſum venerat: que humilitatis cauſa ſe amentem ac ebriam fingebat: vt omnibus contemptui haberetur. Dum ergo abbatiſſa ex hoc nimium compuncta eſſet: ⁊ mane omnia ſororibus rettuliſſet: dum vellent ab ea veniam petere: ipſam necubi inuenerunt: ſed ianuas cenobij apertas conſpexerunt: ſchedulamqȝ foribus affixā in qua ſcriptū erat: quicquid in vos peccaui parcite: ⁊ in chriſto valete. Sicqȝ omnes abbati danieli de commiſſis in ſanctam virginē veniā poſtularunt. Ipſe quoqȝ ad cellam ſuam rediit: ⁊ ſanctitate ꝑfectus in pace quieuit.

xij. calen. auguſti. Hec in vitis patrum.

¶ De ſcā Maria magda. Ca. CXXVII.



Maria magdalena a magdalo caſtro cognominata clariſſimis natalibꝰ exorta patre ſyro matre eucharia cū fratre ſuo lazaro ⁊ ſorore martha magdalum caſtellum: quod eſt ſecundo miliario a geneſareth: ⁊ bethaniam: que eſt iuxta hieruſaleꝫ ⁊ magnam hieroſolymoꝝ partem poſſidebat: ita vt maria magdalum a quo nuncupata eſt magdalena: ⁊ lazarus parteꝫ vrbis hieruſalem: ⁊ martha bethaniam inter ſe diuiſiſſent. Cū autem hec diuitijs abundaret: quia rerum abundantiā voluptas comes ſequitur: quanto magis pulchritudine ſplenduit tanto corpus ſuum voluptati ſubſtrauit vnde iam nomine ꝓprio perdito peccatrix dicebatur. Cumqꝫ chriſtuꝫ in domo ſimonis leproſi recumbere cognouit: ad eū acceſſit: lachrymiſqꝫ pedes eius rigauit ⁊ capillis exterſit: ac vnguēto punxit: ⁊ in tempore gratie prima ſolēneꝫ penitentiam perfecit: vnde ⁊ dominus oīa ei peccata dimiſit. Hec eſt illa cui chriſtus tanta beneficia contulit ⁊ tam maxima ſigna dilectionis oſtendit. Nam ab ea. vij. demonia. i. vniuerſa vitia expulit: in ſuo eam amore totaliter accendit familiariſſimaꝫ ſibi conſtituit: eam ſemper dulciter excuſauit: videlicet apud phariſeum: qui dicebat eam imundam: apud ſororē: que dicebat eam ocioſam: ⁊ apud iudam qui dicebat eam prodigam. Cuius dilectione quatriduanū fratrem ſuſcitauit: cuiꝰ amore marthaꝫ a fluxu ſanguis liberauit. Hec ad pedes domini ſedens eius verba audiuit: dn̄i caput perunxit: iuxta crucē in paſſione xp̄i ſtetit: vnguenta parans eiꝰ corpus inungere voluit: a monumēto quoqꝫ diſcipulis recedentibus non receſſit: cui chriſtus reſurgens primo apparuit: ⁊ apoſtolorum apoſtolam fecit. ¶ Poſt aſcēſionem igitur domini anno. xiiij. poſt ſtephani lapidationem ⁊ diſcipuloꝝ diſperſionē de qua habet᷑ act. vij. Judei magdalenaꝫ cum pluribus chriſtianis rapientes inter quos erant beatus maximinꝰ vnꝰ ex. lxxij. diſcipulis: cui a beato petro ipſa magdalena fuerat ſpecialiter cōmendata: lazarus frater eius: ⁊ martha ſoror eius: atqꝫ marcilla marthe pediſſequa: necnō beatus cedonius qui fuerat cecus a natiuitate queꝫ dominus illuminauerat: ⁊ alij plures: oēs iſtos naui impoſitos ⁊ pelago ſine remo vel remige expoſitos vt in ponto necarentur a iudee finibus ꝓpulerūt. Qui deo duce maſſiliaꝫ appulerunt: vbi cū nemo illos reciperet ſub porticu cuiuſdaꝫ templi morabant᷑. Cum aūt populus ad phanū confluerent: vt idolis imolaret: maria magdalena vultu iocundo linguaqꝫ diſerta cepit xp̄m conſtantiſſime predicare: ⁊ plebeꝫ a cultura demonū reuocare. Vñ multi admirātes corporis ſpēm ⁊ lingue facundiā conuerſi ſunt. Principi etiam ꝓuincie cū vxore ad ſacrificia accedenti: vt prolem a dijs impetraret magdalena deoꝝ imolationes diſſuaſit: ⁊ chriſtum illis annūciauit. ¶ Interea apparuit magdalena ꝑ viſum coniugi principis: eāqꝫ de crudelitate redarguit: eo ꝙ abundans delitijs ſeruos dei fame ⁊ frigore mori permitteret: addens ⁊ minas niſi virum induceret: vt ſcoꝝ inopiam ſubleuaret. Quod cum bis admonita facē neglexiſſet: tertia vice magdalena per viſionem vtriqꝫ coniugi apparuit: ⁊ vultu igneo terribiles minas inuexit: niſi feſtinanter ſanctis viris de victu ⁊ hoſpitio prouideret. Cūqꝫ ambo euigilantes mutuo ſomnia retuliſſēt: exterriti continuo ſanctos diſcipulos hoſpitio receperunt: eiſqꝫ de neceſſarijs prouiderunt. ¶ Poſt hec cum princeps prole careret:

careret:

reret: mariaʒ rogauit: vt ſibi filium a deo
ſuo impetraret: promittens in xp̄m cum
coniuge credere: ſi hoc ei obtinere poſſet.
Tunc magdalena ꝓ eis orauit: ⁊ poſt di/
es modicos matrona illa concepit. Cūq3
princeps ad btūm petrum videndum ro/
mam proficiſci diſponeret: nauiq3 parata
eum mulier iam tumēte vtero ſequi vel/
let: vir eius q̄uis dudum renitens inſtā/
tia coniugis deuictus aſſenſuʒ p̄buit: ⁊ na
uem cum familia ⁊ vxore aſcēdit: quoruʒ
humeris maria ad eoꝝ tutelā ſignum cru
cis impoſuit. Cui princeps ciuitatis ⁊ do/
mus cuſtodiam cōmendauit. Poſtq̄ aūt
flante vēto proſpero die integro nauigaſ/
ſent: ſubito tempeſtas in mari exoritur: ⁊
intumeſcēte procella dolore parturiēdi
mulier anguſtiat᷑. Que inter preſſuras pe
lagi filium peperit ⁊ ɔtinuo expirauit. Cū
igitur infans vagiens mā millaruʒ ſolatia
quereret ⁊ pater nec vbi matrē ſepeliret
locum haberet: nec vnde infantulū ale/
ret prouidere poſſet: lachrymabilit᷑ lamē/
tabatur: ⁊ de magdalena plurimum con/
querebat᷑ eo q̄ ipſius cauſa tanta incur/
riſſe mala videbatur. Naute autē clama/
bant: vt corpus in mare proijceretur. Cū/
q3 peregrinus inſtanter exoraret: vt ali/
quantulū ſubſtinerent: ſi forte mulier ali/
qua detenta extaſi reſpiraret: vt ſalteʒ na/
to puero vbera preberet ecce non procul
a naue collis appuit virq3 princeps a nau
tis precibus ⁊ precio: vt illuc applicarent
exegit. In cuius antro ſecretiori corpus
coniugis collocauit ⁊ pueꝝ mammis op/
ponens chlamyde operuit: ⁊ deo ac bea/
te marie magdalene aīam defuncte nec/
non curā pueri cum fletu amariſſimo cō/
mendauit: ⁊ poſtmodū nauem aſcendit:
nec ꝓpterea accepto itinere deſiſtere vo/
luit. Cūq3 romam ad petrum veniſſet. et
cauſam itineris expoſuiſſet: petrus princi/
pem ſuper caſu qui ei de vxore ⁊ filio con
tigerat confortauit: ⁊ in fidei veritate fir/
mauit. Deinde vna ſecum hieroſolymaʒ
perrexit: ⁊ oīa loca ſacra cum eo perluſtra
uit ac demum ad vrbem rep̄riauit. Prin/
ceps igit᷑ elapſo biēnio a petro conſolat⁹
diſceſſit: ⁊ nauem aſcendens ad patriam
redire diſpoſuit. Perueniens aūt ad col/
lem vbi corpus coniugis cum paruulo di
miſerat applicuit: ⁊ pueruʒ a maria mag/
dalena conſeruatum ac educatū inuenit:
qui more puerorū in littore cum lapillis
⁊ glareis ludebat. Uidenſq3 nautas appli
cantes quos nunq̄ viderat expauens ad
matris vbera ſolita recurrebat: ⁊ ſub chla
myde latitabat. Quē poſtq̄ pater matris
mā mas ſuggenteʒ aſpexit admirans pre
gaudio ineffabili flere cepit. Et ecce mu/
lier a mortuis reſpirauit: ⁊ quaſi de ſom/
no euigilans magdalene grās egit: que ſi/
bi in puerperio obſtetricis impleuerat of
ficium: ⁊ ſe ac ſuū conſeruauerat paruulū
addens q̄ de eadeʒ peregrinatione q̄ vir
ſuus venerat: ⁊ ipſa veniebat: ⁊ oīa loca in
quibus fuerat: ſerioſius referebat. Nam
ſicut petrus virum ſuum ad ipſa loca per
duxerat: ſic ⁊ illaʒ btā maria magdalena
eodem comitata fuerat. Sicq3 princeps
recepta ɔiuge ⁊ paruulo iaʒ bimo maſſili
am repetiit: ⁊ magdalene: que ſibi euene
rāt: enarrauit: omniaq3 idolorum templa
deſtruens cum omni populo baptiſma ſu
ſcepit. Tunc eccleſiam in chriſti nomine
conſtruxerunt: ⁊ beatum lazarum in ep̄ʒ
maſſilie conſtituerunt. Deinde ad ciuita/
tem aquen̄ accedentes p̄dicatione ac mi
raculis cunctum populuʒ conuerterunt:
⁊ maximinū ibidem in pontificem ordi/
narunt: vt dictum eſt ſupra in eius ge/
ſtis .iiij. idus iunij. ¶ Interea beata mag/
dalena eremum aſperrimuʒ petijt: ⁊ in lo
co angelicis manibus preparato .xxx. an/
nis incognita manſit: vbi nec aquaꝝ fluē/
ta. nec plante cuiuſpiaʒ erat ſolatia: vt ſic
daretur intelligi: q̄ non terrenis dapib⁹
ſed epulis tātum celeſtibus eā xp̄s diſpo/

ſuerat ſatiare: ibiqꜫ ꝑ ſingulos dies ſeptē
horis canonicis ab angelis in ethera leua
batur: ⁊ celeſtibus cōcentibus reficieba-
tur: indeqꜫ ꝑ eoſdē angelos ad propria
reducebat. Sicqꜫ ſaciata nullis aliis cor-
poralibus alimētis indigebat. Sacerdos
aūt quidam ſolitariam vitā eligens: qui
ſibi ad.xij. ſtadia ab eodē loco cellam cō-
ſtruxerat: die quadam voces angeloꝝ au-
diuit: ⁊ oculis corporeis aſpexit: qualiter
magdalena ab angelis in ethera leuaba/
tur: ⁊ poſt horam ad ipſm locū reducebat.
Qui cum predictam viſionem ſubtilius i/
tueri vellet: deo ſe cōmendans ad locū
acceſſit: ⁊ cum eēt vicinus tremore reſol/
ui cepit: ita vt vix incedere poſſet: ⁊ intel-
ligens ibidē eſſe celeſte ſacramētū ipſam
ꝑſonam vl'creaturam: que ibi erat ꝑ xp̄m
adiurat: vt q̇d vel qualis eſſet ſibi ediſſe-
rat. Quē magdalena: vt propius accedat:
hortat: ⁊ appropinquantē benigne alloq̇/
tur: ſeqꜫ peccatricem illam famoſam eſſe
teſtatur: que in euangelio memorat: que
chriſti pedes lachrymis abluit: ⁊ ſuorum
criminum veniā promeruit: que ⁊ in ip-
ſo loco per annos triginta omnibus inco-
gnita manſerat: ⁊ quotidie talibus dapi-
bus refecta nullo alio cibo aliquando ege
rat. Et quia obitum ſuū ſibi a domino re
uelatum agnouerat: ipoſuit ſacerdoti: vt
ad ſanctum maximinum epiſcopum ac/
cederet: ⁊ omnia ſibi viſa narraret: ac ip/
ſum ſui parte rogaret: quaten⁹ die domi-
nico proximo hora matutinali in eccleſia
ſua eſſet: vbi magdalenam angelicis alla-
tam manibus inueniret: q̄ dominica ſa-
cramenta ab eodē percipere vellet. Qui
ad eius petitionem ei chlamydem ſuam
conceſſit: vt nuditatē ſuam tegeret: qua-
tenus ad eccleſiam honeſtius ire poſſet.
Sacerdos igiť concitus maximinū adiit:
eiqꜫ iuſſa cuncta ac viſa ꝑ ordinē patefe-
cit: q̇ die ⁊ hora ſtatutis eccleſiā ingreſſus
magdalenam repperit in choro in medio
angelorum: qui eam adduxerant conſiſtē
tem: que duorum cubitorum ſpatio a ter
ra eleuata extenſis manibus in aere ſub-
ſiſtebat: cuiuſqꜫ vultus ex frequentia an/
gelorum: quaſi ſolis radius refulgebat.
Ad quā cū maximinus accedere formida
ret: ab ea confortatus eſt: vt filiam ſuam
agnoſceret. Qui cōuocatis clericis ⁊ ſacer
dote predicto corpus chriſti eidem obtu/
lit: quod ſancta dei cū magna lachryma
rum inundatione percepit: deinde corpo
re ante altare proſtrato ſpiritus inter an-
gelorū manus ad deum euolauit. xi. calē.
auguſti: corpuſqꜫ nimio odore per ſeptē
dies fragrauit: quod beatus maximinus
ibidē deuotius ſepeliuit: et poſt mortem
ſuam ſe iuxta eā tumulari precepit. ¶ Tē
poribus autem caroli magni ſcilicet āno
domini. Dccxlix. gerardus dux burgūdie
liberis carens: multa pauperibus largiter
erogabat: et multas eccleſias ⁊ monaſte/
ria fabricabat. Cum autem celiaceñ. mo/
naſteriū conſtruxiſſet: miſit ipſe ⁊ abbas
ipſius loci quoſdā canonicos ad aqueñ.
ciuitatem: vt inde beate marie magdale-
ne reliquias tranſportarent. Qui venien-
tes predictam ciuitatem a paganis euer/
ſam inueniunt. Caſu tamē quoddam ex
marmore ſepulchrū aſpiciunt: cuius ſcul
ptura demonſtrabat: ꝙ corpus magdale
ne ibidem quieſcebat: quod noctu cōfrin
gentes: aſſumptas reliquias ad hoſpiciū
deportarunt: quorum principalior in ipſa
nocte per viſum a magdalena admone-
tur: ne timeant: ſed ceptum opus perfi-
ciant. Cum autem ad mediam leucā ad
celiaceñ. cenobium propinquaſſent: nul-
latenus inde mouere reliq̇as potuerunt:
donec abbas ⁊ monachi oēs ſancto corpo
ri obuiam ꝓceſſionaliter exierunt: ⁊ ipſū
cū omni reuerentia ſuſceperūt: quod ibi-
dem iacet miraculis coruſcans. Nūc aūt
iacet in caſtro ſancti maximini in ꝯuentu fra
trū predicatoꝝ in archa argētea inſignib⁹

miraculis coruſcās. Ei⁹q3 caput in eodez loco hētur ex toto denudatū excepta parte frontis quam xp̄s ſua manu tetigit poſt reſurrectionē quādo dixit ei noli me tangere: q̄ adhuc carnē ⁊ pellez habet que a xp̄o tacta fuit ⁊ alie partis ex toto conſumpte ſūt. Hic āt duct⁹ a rege frācie fundat⁹ fuit: ⁊ mirifice ⁊ multiplicit dotatus eſt.

¶ De ſcā ſcyntyche deſcipula. C.cxxviij.

Scyntyche diſcipl'a apoſtolorū fuit: de qua beatus paulus ad philippeñ. iiij. ca mētionē facit. Hec in vita apoſtolica cum omni religiōe perſeuerans philippis dormiuit: ibidem ſepulta. xj. cal. auguſti vt dicit ado ex hieronymi martylogio.

¶ De ſcō Platone mar. Cap.CXXIX.



Plato martyr apd ancyrā ciuitatem galatie prouincie paſſus ē tp̄e maximiani imꝑatoris ſub prefecto agrippio qui ꝑuulus ⁊ locuples a parentibus relictus oīa ſua pauperibus diſpenſauit. Quem ⁊ p̄fectus teneri fecit: vt ſacrificaret: qd cuz renueret: a. xij. viris ſibi viciſſim ſuccedētibus: primo quidē grauiter cedit: ſed imobilis perſiſtens carceri mancipatur. Deinde poſt dies. vij. ſuꝑ ferreū lectum extendit: ⁊ carbonib⁹ ſubterſtratis oleo reſina cera ac bitūine p̄fuſus torret. Cum aūt predicta in eum nil preualerēt: cūctis cernētibus angelica viſitatiōe ꝯfortat: odoreq3 nimio fragrāte refouet. Quo miraculo plures ad dn̄m cōuertunt. Poſt hec in equuleo appendit: malaq3 ferrea ignita ei⁹ laterib⁹ adhibentur. Et cū hec etiā patiēter toleraſſet: mādauit iudex: vt corrigie de ei⁹ corꝑe traherent. Quas ſcūs ſuſcipiēs i faciē p̄fecti iactauit: dehinc in cuſtodiā reductus. xviij. diebus fame afficit: ſed a dn̄o confortatur. Nouiſſime aūt iubente p̄fecto extra ciuitatē in locum: qui dicit cāpus: ducit: ⁊ ibidē gladio capite truncat: vbi ⁊ a fidelib⁹ digna reuerētia tumulat. xj. cal. aug.

¶ De. ſ. Uādegiſillo abbate. C.CXXX.

Vandegiſillus abbas q̄ ⁊ vādo vt ait ſigibertus anſegiſi maioris domus nepos ex valciſo fratre floruit tēpore iuſtiniani ſecūdi. Qui cenobia ſiſcanū ⁊ fontanellā domino fundauit. Hic in veredinenſe regione ortus nobili parente. ſ. valciſo pipini francoꝝ regis filio: ſub rege dagoberto comes palatinus ab eo ꝯſtitutus ſtrenue officium exercebat. Cui inuito illuſtrem puellaz rex in vxorem tradidit: quam tamē ipſe ad caſtitatē ſuaſit: Unde ⁊ illa ſci monialis: ipſe vero deſerta curia monachus effectus eſt. Qui cū ſancto viro valtfrido in loco qui dicit mons falconis primotenus habitauit. Cum autē rex ſanctū licet pro poſſe renitentez de monaſterio eductum violēter ad curiam traheret: intrās palatium pauperē cum vehiculo offendit: ⁊ in lutum proiecit: quez cum alij ꝑtereunt vādegiſillus de quo deſcendēs pauperem e ceno ſubtraxit. Statimq3 angelus inopi viro aſtitit ⁊ veſtem deturpatam emundās candidiorem q̄3 ante fuerat reddidit Quo miraculo cōſpecto rex illū ad monaſteriuz redire ꝑmiſit. Inde ad territorium beliſgangiuz perrexit: vbi ⁊ cenobium in proprio fundo conſtruxit: vbi ⁊ plurimas diaboli īſidias perpeſſus: omnes dei gratia ſuperauit. Deinde iuſſu diuino p̄monitus veniēs rothomaguz a ſctō andoeuo ſubdiaconus: inde leuita ordinatur. Ac poſtmodū carnotū tēdens a ſancto audomaro in preſbīm ꝯſecrat. Poſt hec fontanelle mōaſteriuz ꝯſtruxit: in q̄ cū godone ei⁹ nepote deo ſeruire ſtuduit: verum alimentis ſibi deficientib⁹ a

bathylde regina per viſum a deo monita
plauſtris onuſtis cibarijs viſitatur. Ibiqꝫ
vſqꝫ ad annos etatis ſue. xcij. labori ma-
nuum inſiſtens in dei ſeruitio permanſit.
Demum graui egritudine preſſus triduo
qꝫ in extaſi raptus ianuam ſibi celi patefa
ctam proſpexit: Sicqꝫ deo ſpūꝫ reddidit.
xi. cal. auguſti auditaqꝫ eſt in eius trāſitu
a quodam diſcipulo melliflua cantilena.
Sepultuſqꝫ eſt in eccleſia ſcti pauli: vbi ⁊
per annos. xl. permāſit: vbi ⁊ ſcūs auſber
tus ep̄s annis. xj. ⁊ ſanctus vlphranius an
nis. ix. quieuerunt. ¶ Anno aūt domini.
Dclxxxij. horum trium corpora miro odo
re fragrātia ⁊ tam in mēbris q̄ꝫ in veſtib⁹
omnino incorrupta ad eccleſiam ſci petri
tranſlata ſunt calen. aprilis vbi miraculis
coruſcantia requieſcunt et digna fideliuꝫ
veneratione coluntur.

¶ De. ſ. Apollinare ep̄o ⁊ m̄. C. CXXXI



Apollina-
ris ep̄s apud rauēnaꝫ
paſſus eſt tempore ve-
ſpaſiani imperatoris.
Hic antiochen⁹ gene-
re beati petri apoſtoli
diſcipulus cum eo ex
antiochia romā venit.
quem petrus rauēne epiſcopum deſtina-
uit. Et appropians ciuitati apud quendaꝫ
militem nomine ireneuꝫ hoſpitatus: filiū
eius cecum inuocato xp̄i nomine illumi-
nauit ⁊ ipſum cuꝫ parentibus baptizauit.
Quod miraculum cum tribunus a milite
didiciſſet. Apollinareꝫ aduocauit: vt vxo-
rem ſuā noīe theclam per ānos plurimos
decumbentem ſanaret: q̄ꝫ nullus medico-
rum erigere poterat. Cuius manū appre-
hēdens mox illam erexit: ⁊ ipſam cū viro
⁊ filijs ac oī familia: necnon pluribus ex
militibus ad xp̄ꝫ ꝯuertit. Et apud eundē
tribunū annis pluribus māſit: vbi ⁊ ad ſe
infirmos venientes ſanabat: ⁊ multos ad
xp̄i fidem adducebat: ac p̄ſbyteros ⁊ cle-
ricos ordinabat. Poſt ānos vero. xij. cum
predicta dux ſaturnin⁹ audiſſet: appollina-
rem detineri fecit: ac pōtificibus capitolij
rauēnatis tradidit. Ductuſqꝫ ad tēpluꝫ io-
uis vt imolaret: cū diceret ſacerdotibus
auꝝ ⁊ argentuꝫ idolis oblatū melius pau-
peribus dari q̄ꝫ ante demones appēdi: p-
tinus fuſtibus cedit̄: ⁊ ſemiuiu⁹ relinqui-
tur: ſꝫ a diſcipulis collect⁹ in domo cuiuſ-
dam xp̄iane vidue. vi. menſibus refouet̄.
¶ Inde venit ad ciuitateꝫ claſſis: vt quē-
dam bonifaciuꝫ nobiliſſimum mutū effe-
ctum curaret. Et cuꝫ domū ingrederetur
puella habens ſpūm immundum clama-
bat: vt inde diſcederet. Alioq̄n ligatis pedi
bus eū extra oppidū trahi faceret. Quem
apollinaris increpans ꝯfeſtiꝫ ex illa exire
coegit. Et poſt hec iuocato xp̄i noīe mu-
to loquēdi facultatē reſtituit. Sicqꝫ pluſ-
q̄ꝫ quingentos gentiles ꝯuertit: poſt dies
modicos a paganis apprehenſus: iterūqꝫ
fuſtibus ceſus prohibebatur ieſum nomi-
nare. Qui iacens in terra ipſum verū dei
filium exclamabat. Tunc nudis pedibus
ipſum ſuper prunas ſtare fecerunt. De-
inde extra vrbem claſſis eiecerunt. Qui
cuꝫ chriſtianis extra muros in tugurio la
titabat: et ad ſe venientibus chriſtum pre
dicabat. Inde ad emiliam prouinciam
euangelizandam acceſſit. Interimqꝫ ca-
locerus preſ byter rauennatem eccleſiaꝫ
gubernauit. ¶ Regreſſus igitur rauen-
nam ad domuꝫ rufi patricij adductus eſt:
vt filiam eius infirmaꝫ ſanaret. Sed mox
vt ingreſſus eſt domum puella defuncta
eſt. Rufus autem deflebat: deoſqꝫ con-
tra ſe propter illius aduentum iratos di-
cebat ⁊ ob id filiam ſuam occiderāt. Cuꝫ
autem ſanctus oraſſet: ⁊ puella de morte
reſurrexit: ⁊ nomen chriſti confitens cum
matre ⁊ magna multitudine baptiſma ſu
ſcepit: ⁊ virgo permāſit. Rufus vero poſt-
modum martyriuꝫ pertulit: vt dicetur de

eo in eiꝰ paſſione. vi. cal. ſeptẽbꝛ. Audiens
hec ceſar ſcripſit ad meſſalinum prefectũ
pretorij: vt apollinarẽ aut ſacrificare face-
ret: aut in exiliũ mitteret. Prefectus ergo
ipſum ſacrificare nolentem fuſtibus cedi
iuſſit: ⁊ in equuleo extẽſum torqueri: dei-
de aquã feruentẽ in eius vulneribus iacta
ri: ⁊ ſic graui põdere ferri vinctũ in exiliũ
mittere voluit. Tũc xpiani animo accen-
ſi in paganos irruerũt: ⁊ plus ꝙ ducentos
ex eis deciderũt. Prefectus aũt fugit: et
apollinarẽ in carcerẽ trudi fecit: deinde
catenis vinctum naui impoſuit: ⁊ cũ tribꝰ
eũ ſequentibus clericis in exiliũ deſtina-
uit. Ortaq; tẽpeſtate: nauiq; ſoluta: ſctũs
dei cũ duobus clericis: ⁊ duobus ſolũ ex
militibus naufragium euadens: ipſos mi-
lites baptizauit: cũ quibꝰ myſiã peruenit:
⁊ nobilẽ quendam leproſum mũdauit et
plurimos ad fidẽ perduxit. Inde ad ripã
danubij in partes thracie ptranſiuit. Cũq;
eorum idola nulla darẽt reſponſa: vix ab
vno eoꝝ didicerũt. ꝙ donec apollinaris
in partibus illis maneret: dij eoꝝ nullum
eis reſpõſum dare poſſent: quem pagani
repertum exuerunt: ⁊ fuſtibus ceſum na-
uigio rauẽne remiſerũt. ¶ Poſt ãnos igi-
tur tres ad eccleſiã ſuã regredit̃: ⁊ a chri-
ſtianis cũ ſumma letitia ſuſcipit̃. Iterum
aũt poſt dies aliquot a gentilibus capit̃: ⁊
ad tẽplum apollinis adducit̃: cuius ſimu-
lacrum videns maledixit: ⁊ continuo con-
fractũ corruit. Quod vidẽtes põtifices ip-
ſum tauro iudici pſentarunt: cum aũt fili-
um eiꝰ cecũ illuminaſſet: taurꝰ credidit: et
ipm de manibus paganoꝝ ereptũ quat-
tuor annis in predio ſuo manere fecit: vbi
ad ſe veniẽtes in fide xpi docebat: ⁊ mul-
ta ſup languẽtes miracula faciebat. Poſt
hec taurus a põtificibꝰ veſpaſiano accuſa-
tur. Qui reſpõdit: ꝙ impatores deos vin-
dicare nõ habent: ſed ipſi de inimicis ſuis
ſe vlciſci poſſunt: ſi ab eis ledũtur. Miſit
tamen legationẽ ad demoſthenẽ patri-
cium: vt apollinarẽ ſcdm leges iudicaret:
qui ſcũm martyrem ad ſuaſionem ponti-
ficum tradidit cuidam centurioni xpiano
in carcere detinendum: cuius rogatu dux
in vicum leproſorum pergeret: vt ibi pp
furorẽ gentilium latitaret: a paganis inſe-
cutus: ⁊ vſq; ad mortem diutiſſime ceſus
eſt. Ubi p dies. vij. ſuperuiuens: ⁊ diſcipu-
los admonens ſpũm tradidit: ⁊ iuxta mu-
ros claſſeñ. oppidi ſepultus fuit. x. calen.
augu. circa annos domini. lxx. vbi ⁊ quie-
ſcit miraculis redolens.

¶ De ſcõ Apollinare epo ⁊ ɔfe. C.cxxxij.

Apollinaris hieropolitanus
epiſcopus tpe marci anto-
nini impatoris claruit: qui
vir eximius doctrina ⁊ ſci-
tate refulſit. Librum apolo
geticum pro xpiana religio
ne eidem principi cõſcripſit. Extant eius
⁊ aduerſus gentes quinq; volumina. De
veritate duo. Itẽ librum aduerſum cata-
phrygaꝝ hereſim montani: ſcilicet priſcil-
le ⁊ maximille inſanoꝝ ⁊ pſeudo prophe-
tarum. In hieropolitana quoq; ciuitate
diem obijt: ibidẽq; corpore quieſcit. Hec
hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſcã Chriſtia v. ⁊ m. C.CXXXIII.



Chriſtina v-
go in
tyro ciuitate italie: q̃ ẽ
circa lacum vulſinum
paſſa eſt ſub preſide iu
liano. Hec nobilibꝰ pa
rentibus orta in eodẽ
oppido a patre vrbano
preſide in quadã tur-
ri cum. xij. ancillis collocata eſt: deos au-
reos ⁊ argẽteos ſecũ habens. Et cum pro
pter eius elegantẽ pulchritudinem a mul
tis in coniugium peteretur: parentes eiꝰ
nulli eam concedere volebant: cupientes
vt in deoꝝ cultura virgo diutius perma
neret. Ipſa aũt a ſpirituſancto docta deo-

rum ſacrificia abhorrebat: ⁊ incenſa diis
immolanda in feneſtra orientali deo celi
incendebat. Cui oranti angelus apparuit:
eãq; de chriſti fide plenius inſtruxit. Cū
autem pater ab ancillis eam chriſtianam
eſſe didiciſſet: blanditijs multis ad cul-
turam deorum prouocabat: illa vero vni
deo ſe ſacrificium offerre reſpondebat.
¶ Poſt hec autem Chriſtina idola pa-
tris confregit: ⁊ deſcendens ad turris ia-
nuam aurum ⁊ argentū pauperibus ero-
gauit. Rediens vero pater: vt deos ſuos
adoraret: cum id quod filia fecerat ab an-
cillis audiuiſſet: iratus iuſſit eam expolia-
ri: ⁊ a duodecim viris ſibi viciſſim ſucce-
dentibus cedi: donec ipſi laſſi deficerent.
Deinde catenis vinctam in carcerem re-
cluſit. Audiens hec mater ſciſſis veſtibus
ad carcerē perrexit: ⁊ filie pedibus ſe p-
ſtrauit: obſecrans eam. vt paterna vota p-
ficeret. Cumq; nihil poſſet ſuadere ad vi-
rum rediit: ⁊ quid ſibi illa reſponderat in-
dicauit. Quam pater vrbanus ad tribunal
ſuum adductã ad immolandum diis hor-
tabatur. Cumq; omnino cõtemneret: iuſ-
ſit carnes eius vngulis ferreis radi: ⁊ om-
nia eius membra tenera lacerari. Chri-
ſtina autē de carnibus ſuis accipiens: in
vultum patris proiecit: dicens vt carnem
a ſe genitā: et canis roderet: ⁊ ſuo ſe ſan-
guine ſatiaret. Tunc ipſā rote alligari fe-
cit igne ſuppoſito et oleo deſuper effuſo:
ſed erumpens flamma mille ⁊ quingen-
tos gentilium interfecit. Pater autē hec
omnia magicis artibus aſcribens: ipſam
iterum in carcerem mitti iuſſit. Que ſta-
tim angelo viſitante ſanata eſt et refecta.
Facta q; nocte iuſſit pueris ſuis: vt mo-
larem lapidem grandem ad collum eius
ligarent: ⁊ ſic in mare: ideſt in lacum vul-
ſiniū proijcerent. Quā mox angeli aſſum-
pſerūt: et ſuper aquas eam enatare fece-
runt. Chriſtus vero ad eam deſcendit: et
ipſam in eodē lacu manibus proprijs ba-
ptizauit: nomenq; ſuum eidem impoſu-
it. Ac demū illam michaeli archangelo
commendauit: qui eā incolumen ad lit-
tus reduxit. Quod audiens pater chriſti-
nam iterum detentam cuſtodie mancipa-
uit: eamq; mane decollari mandauit. In
ipſa autem nocte vrbanus repẽtina mor-
te extinctus eſt. ¶ Huic ſucceſſit preſes
iniquus nomine dion: qui cunam ferreā
ſuccenſam oleo reſina ⁊ pice liquatis ple-
nam fecit parari: et Chriſtinam ibidem
immiſſam a quattuor viris agitari. Que
dominum tota mente laudabat: qui eam
nuper renatam vt infantulam in cunabu-
lis agitari volebat. Et cū nil leſionis per-
tuliſſet: putans iudex ꝙ maleficia in ca-
pillis eius laterent: fecit caput eius radi ⁊
nudam ad apollinem duci. Que idolo im-
perauit: ⁊ confeſtim in puluerem redactū
corruit. Quod iudex audiens expauit: et
ſpiritum mox emiſit. Quo miraculo tria
milia hominū ad chriſtū conuerſa ſunt.
¶ Huic ſucceſſit ⁊ tertius preſes iulian⁹
qui fornacem ſuccendi fecit: ⁊ virginem
ibidem includi: vbi per dies quinq; cū
angelis cantans ⁊ deambulans illeſa per-
manſit. Cum autem hoc iudex magie at-
tribueret: duos aſpides: duas viperas: et
duos colubros ad eam per veneficum di-
mitti mandauit. Sed vipere pedes virgi-
nis lingunt: aſpides nil nocentes ab vbe-
ribus pendent: colubri collo ſe voluentes
ſudorem ſugunt. Cumq; veneficus beſti-
as irritare vellet: ſerpentes in eum impe-
tum fecerunt: ⁊ protinus occiderunt. Vir-
go autem domini ſerpentes ſuo imperio
ad deſertum miſit: ⁊ orans mortuum ſu-
ſcitauit: ⁊ ad chriſtum conuertit. Tunc p-
ſes mammillas eius precidi fecit: de qui-
bus lac pro ſanguine fluxit. Poſt hec lin-
guam eius amputari iuſſit. Que linguam
abſciſam in faciem iuliani proiecit ⁊ ocu-
lum eius percutiẽs excecauit. Cūq; lin-
gua preciſa diſerte nihilominus loque-

retur. Irat⁹ iudex duas ſagittas circa cor ⁊ vnaȝ in latus eius dimitti precepit. Sic ꝙ percuſſa ſpiritū deo reddidit. Sepulta in tyro ciuitate a chriſtianis. ix. calẽ. augu. Circa annum dñi. cclxxxvij. Corpus autẽ eius delatū venetias in monaſterio moni alium ſci marci de amianis epatus torcelli ab incolis loci nunc q̃eſcere perhibet.


¶ De ſc̃is Niceta ⁊ Aq̃lina m̃. C. cxxxiiii

Niceta ⁊ aq̃lina ſorores martyres in lycia ciuitate amõ paſſe ſunt. He ſpecioſe puelle de corporis ſui proſtitutione viuentes: cum beat⁹ chriſtophorus martyr in eadem ciuitate a rege dagno in carcere detineretur: iuſſu eiuſdem regis ad ipſum ſanctum martyrem miſſe ſunt: promiſſis eis muneribus: ſi eum ſecum peccare facerent: ⁊ ad deorum ſacrificia prouocarent. Quas beatus chriſtophorus ad chriſtum conuertit: vt dicetur in paſſione eius. ix. calendas auguſti. Quod audiens rex puellas comprehẽdi fecit: quas ad deorum ſacrificia inuitauit. Que dixerũt: vt iuſſu regis platee mũdarentur: et omnes populi ad templum congregarentur. Quo facto cum ille templum introiſſent cingula ſoluentes in colla deorum poſuerunt: ⁊ ad terram trahentes confregerunt. Qua ꝑꝑ rex dagnus iratus eas catenis ſuſpendi fecit: et diu dum torqueri: ⁊ dehinc in ignem copioſum iactari. Que cum inde illeſe egreſſe fuiſſent iuſſit rex ambas pariter in chriſti confeſſione gladio cedi: que paſſe ſunt. ix. calẽdas auguſti.

¶ De ſcis Uictore ⁊ ſociis m̃. Ca. cxxxv.

Victor militaris cum duobus germanis: videlicet trichino ⁊ antiogeno apd̃ hermicam hiſpanie ciuitatem paſſi ſunt: qui diuerſis exanimati ſuppliciis: tandem pro chriſti nominis confeſſione glorioſa: gladio capite truncati: martyrij palmam percipere meruerunt. ix. calendas auguſti. Hec ado in ſuo martylogio.

¶ De. ſ. Jacobo maioꝛ aplõ. Ca. cxxxvi.



Jacobus apoſtolus qui dicitur maioꝛ ad differentiã alterius iacobi qui dicitur minoꝛ: nõ ꝙ hic maioꝛ illo fuiſſet etate: ſed prioꝛ vocatione filius fuit zebedei ⁊ marie ſororis matris domini: a quo et ipſa maria iacobi cognominata eſt. Sic ꝙ conſobrinus extitit chriſti: et frater iohannis euangeliſte. Qui poſt aſcenſionem domini dum per iudeaȝ ⁊ ſamariam predicaſſet: in hiſpaniam tandem iuit: vt ibi verbum domini ſeminaret. Sed cum ibi quaſi nihil proficere videretur: eo ꝙ ſolummodo. ix. ibi diſcipulos acquiſiſſet: duos ex illis ibidem cauſa predicationis reliquit: ⁊ alios. vij. ſecum aſſumens in iudeam rediit: vbi dum euangelizaret chriſtum: magnus quidam nomine hermogenes cum phariſeis diſcipuluȝ ſuum nomine philetum ad eum miſit: vt cum diſputando conuinceret ꝙ ſua predicatio falſa eſſet. Sed cum apoſtolus econtra euȝ rationibus ſuperaſſet: et multa coram eo miracula feciſſet: rediit philetus ad hermogenem doctrinam iacobi approbans ⁊ miracula recitans: ac ſe iam eius diſcipulum effectum conteſtans. Quem hermogenes iratus arte magica adeo ligauit vt ſe mouere non poſſet. Quod cum philetus iacobo per puerum nunciaſſet: miſit ad eum apoſtolus ſudarium ſuum: cuius contactu confeſtim ſolutus philetus. Hermogenis artibus inſultauit: ⁊ ad apoſtolum properauit. Tunc hermogenes demones ad illos miſit: vt ambos vinctos ad ſe adducerent. Qui ad iacobum

venientes in aere vlulabant: aduentuſqꝫ ipſoꝝ cauſam publice cũctis audientibꝰ propalabãt: ſeqꝫ catenis igneis religatos: ⁊ plurimum cruciatos ab angelis deplorabant. Quos apoſtolus mox exoluit: eiſqꝫ mãdauit: vt ad hermogenẽ accederẽt ⁊ ipſum in nullo ledentes ligatum ſolummodo ſibi deferrẽt. Qui abeuntes manꝰ ei a tergo ligauerunt: ⁊ vinctum ad iacobum perduxerunt. Et conquerentes: ꝙ eos cruciandos miſiſſet: apoſtolum rogabant: vt eis poteſtatẽ concederet: quatenus ſuas iniurias ⁊ ipſorũ incendia vindicarent. Cũqꝫ ille eos interrogaret: cur philetum ipſis aſſiſtentẽ non tenerent. Demones reſponderũt: qꝛ nec formicã: que eſſet in eius cubiculo cõtingere poſſent: Jacobus autẽ exemplo magiſtri bona pro malis reddere cupiẽs: phileto iuſſit: vt hermogenẽ: qui ipſuꝫ ligauerat: ſolueret: ⁊ eius libertati redderet. Cõfuſus hermogenes ſtabat: ⁊ recedere nõ audebat: qꝛ iram demonum: ne eũ occiderẽt: nimiũ timere dicebat. Cui apoſtolus baculũ ſuũ dedit: ⁊ ille ſecurus abiit: ac oẽs libros artis magice ad iacobũ cremãdos apportauit. Apoſtolus vͦ ne forte odor icendij vexaret incautos: illos in mari demergi mandauit. Quo peracto hermogenes ad aplm rediit: ⁊ veniã poſtulauit: cepit quoqꝫ in dei timore adeo pfectus eẽ: vt etiã in noie eiꝰ plurime vtutes fierẽt.

¶ Hec videntes iudei zelo cõmoti apoſtolum adierunt: ⁊ qꝛ ieſum crucifixum predicaret: increpauerũt. Qui poſtq̃ eis aduentũ ⁊ paſſionẽ ac reſurrectionẽ chri per ſcripturas euidenter pbaſſet: ⁊ plurimi credidiſſent. Abiathar pontifex anni illius ſeditionẽ in populo excitauit: ⁊ ipſum teneri fecit. Tunc ioſias ſcriba funẽ in collo eius miſit: ⁊ cum multitudine iudeorum apoſtolũ ad herodẽ agrippã pertraxit: quem herodes iudeis complacere curans decollari mãdauit. Cũqꝫ ad martyrium duceretur: quidam paralyticus in via iacens ad eum clamauit: vt ipſum ſanaret: Quẽ apoſtolus confeſtim inuocato chriſti nomine ſanũ efficit: Quod videns ioſias ſcriba pfatus: qui funẽ in collo eius miſerat: ad chrm conuerſus eſt: ⁊ cũ apoſtolo decollatus: vt infra pxime dicetur. Apoſtolus ergo dũ ad locum adductus capitis obtruncatiõe martyrium cõſumauit. viii. cal. aprilis videlicet in die annũciationis ⁊ paſſionis chri. ⁊ viij. cal. augu. corpus eius in compoſtellam tranſlatum eſt. Ne igitur feſtũ ſaluatoris ex apoſtoli ſolẽnitate ipediret: ſtatuit eccleſia: vt feſtum paſſiõis eius in die trãſlationis eius corporis tpe videlicet magis congruo celebret.

¶ Decollato igitur iacobo diſcipuli eius nocte pter iudeorũ timorem corpus naui impoſuerunt: ⁊ ſepulchruꝫ eius diuine puidentie cõmittentes nauẽ ſine remige cõſcẽderũt: ⁊ angelo duce in gallitiam in regno lupe regine applicuerũt. Corpus autem de naui deponẽtes ſuper magnum lapidẽ poſuerũt: qui vt cera tenere corporis ceſſit: ⁊ in modũ ſarcophagi ſe corpori mirabilr adaptauit. Ingreſſi ergo diſcipuli ad reginam re ⁊ nomie vere lupã: eidẽ dixerunt: qualr chrs ipſi corpus apoſtoli ſui miſerat: vt quẽ noluerat ſuſcipere viuũ: exciperet vel defunctuꝫ. Narrãteſqꝫ qualr ſine remige puenisſẽt: locum ad ſepulturam congruum poſtulabant. Regina autẽ eos doloſe ad regem hiſpanie deſtinauit: vt ſup hoc eius aſſenſum vti maioris requirerent. Qui eos cepit: ⁊ in carcerẽ recluſit: ſed cum diſcũberet: ãgelus domini eos exoluit: ⁊ liberos abire pmiſit. Quod rex audiens poſt eos milites: qui illos occiderent: deſtinauit. Sed dum milites pontem tranſirẽt: fracto ponte omnes in flumie ſubmerſi ſũt. Quod rex audiens ⁊ ſibi ac ſuis metuẽs: diſcipulos apoſtoli pacifice reuocauit: et ab eis vna cũ populo fidẽ chriſti ſuſcepit.

⁊ quicquid petierant libere conceſſit. Audiens hoc lupa doluit: ⁊ redeuntibus ſanctis ac regis conſenſum per lr̄as aperiẽtibus: reſpondit: vt boues ſuos: quos in tali mõte habebat: plauſtro iungerẽt: ⁊ corpus magiſtri ſui quocunqꝫ vellẽt tumulãdum deferrent. Hoc aũt doloſe faciebat: eo ꝙ draco ingens flãmã euomẽs boues ipſos cuſtodiret: ꝗꝫ tauri eſſent indomiti: qui nec vehiculo iũgi poſſent vel ſi iungerenꝰ: huc illucqꝫ diſcurrerẽt: ⁊ ſic corpꝰ diſſiparent. Diſcipuli vero dolum ignorãtes montem aſcendunt: draconem ingẽtem in eos ignẽ ſpirantẽ ſigno crucis per medium ventrẽ ſcindunt: tauros velut agnos manſuetiſſimos plauſtro iungunt: ⁊ deſuper ſanctum corpus cum lapide ſuper quẽ poſitus fuerat imponũt. Boues autem ſine alicuius regimine corpus in mediũ palatij lupe detulerunt. Qd' illa videns credidit: ⁊ chr̄iana effecta oia ab eis petita conceſſit. Palatium ſancto corpori in eccleſia ꝺdicauit: ⁊ mirifice dotauit: vbi requieſcit infinitis ⁊ maximis miraculis coruſcans.

¶ De ſcõ Joſia martyre. Ca. CXXXVI

Ioſias martyr fuit ille ſcriba iudeorum: qui funẽ primꝰ miſit in collo iacobi apoſtoli: vt ſupra prime dictũ eſt. Cũ autez apoſtolus ad decollandũ duceretꝰ: ⁊ paralyticum ĩ via repertum ſanaſſet: credidit ioſias ⁊ ad pedes eius procidit: ⁊ veniam petens ſe chriſtianum fieri poſtulauit: Quod abiathar ſacerdos videns euz teneri fecit: pugniſqꝫ cedi iuſſit: miſſaqꝫ de illo legatione ad herodem: vt cuz apoſtolo decollaretꝰ obtinuit. Cum autẽ ambo decollari deberẽt: apoſtolus a ſpiculatore lagenã aq̄ petijt: ⁊ ibidẽ ioſiã baptizauit: qui cũ apoſtolo capitis obtruncatiõe ſimul occubuit. viij. calen. auguſti.

¶ De. ſ. Chriſtophoro m̃. C. CXXXVII.



Chriſtophorus martyr genere chananeꝰ ante baptiſmus reprobus vocatus vultu terribilis ⁊ ꝓceriſſime ſtature: vtpote qui. xij. pedes in lõgitudine poſſidebat: ĩ lycia ciuitate amon ſub rege dagno paſſus eſt. Hic aliquãdo cogitauit: vt maiorẽ ꝑncipẽ mundi q̄reret: ad quẽ ſecum moraturus accederet: venit ergo ad quẽdã maximũ regẽ: de quo fama erat: ꝙ maiorẽ dñm mũdus non hẽbat: in cuiꝰ curia chriſtophorus manebat. Cũ aũt die quadã ioculator regi aſiſtens cantionẽ diceret: in qua frequẽter diabolũ noiaret: rex qui chriſtianus erat ſignũ crucis in faciez imprimebat. Quod chriſtophorus notãs ⁊ admirãs: interrogauit cur rex hoc faceret: ⁊ q̇dnã ſignũ hmõi ſibi vellet. Et cum rex illi hoc dicere recuſaret: poſt multam inſtantiã ei dixit: ꝙ illud ſignũ faceret: ne ſepe noiatũ diabolũ timere poſſet. Chriſtophorus autẽ ſtatim arguit: ꝙ diabolus maior dñs q̄z rex erat: eo ꝙ ipſe illũ timebat: vnde ſe deceptuz cognoſcebat: quia maiorẽ mundi dñm nõ inuenerat. Et vale faciens regi: diabolũ querendo ꝑperabat. Cum autẽ per ſolitudinem pergeret vidit maximaz militũ multitudinẽ: inter quos quidã terribilis ⁊ ferus ad eum venit: ⁊ quo tenderet requiſiuit. Qui ſe ire querẽdo diabolũ dixit: ⁊ ꝙ miles ille diabolus eſſet audiuit. Cui ſe chr̄ophorus in ſeruitiũ perpetuũ tradidit. Et cum ambo pergerent ⁊ in via cõi crucẽ erectã inueniſſent: diabolus a ſemita fugiens in nemus declinauit: ⁊ chriſtophorũ ſecuz duxit: atqꝫ poſt laborioſuz iter ad viã rediſt. Quod chriſtophorus admirans multa inſtantia queſiuit: cur hec diabolus fecerit. Qui tandem cõpulſus ei dixit: ꝙ homo

quidā: qui dicitur chriſtus in tali ſigno pē
pēderat: quē ipſum plurimū formidabat
⁊ ob id ab eius ſigno diuertebat: chriſto-
phorus autem adhuc chriſtū maiorē dia-
bolo fore concluſit: ⁊ ſic continuo ab eius
ſeruitio diſceſſit: ⁊ chriſtū querere feſtina
uit. Sed cū eū nullatenus inuenire poſ-
ſet: ad eremitā deuenit: qui ipſi chriſtum
predicauit: ⁊ de fide diligēter inſtruxit ac
baptizauit. Cum autē ei ieiunium ⁊ ora/
tionem pro peccatis ſuis iponeret: ⁊ Chri
ſtophorus ſe nihil horum perficere poſſe
dixiſſet: ipſum tādem ad quēdam fluuiū
deſtinauit: vt ibi reſideret: ⁊ cunctos trā/
ſire volentes: eo ꝙ fortis eſſet ⁊ magnus
tranſportaret: quod chriſto adeo gratū eēt:
vt ſe ipſi ꝓcul dubio reuelaret. Ad fluuiū
igitur acceſſit: ⁊ ibidē ſibi domum cōſtru
xit: portāſqꝫ perticā in manu loco baculi ſe
in aqua ſubſtentabat: ⁊ oēs ſine ceſſatiōe
tranſportabat. Cū aūt quadā nocte quie
ſceret: audiuit tertio vocē pueruli ſe vo/
cantis: ⁊ vt ſe traduceret obſecrātis. Qui
ſemel ac bis egreſſus neminē repperit:
tertia vero vice puerum inueniēs in hu-
meris ſuis accepit: ⁊ baculo ſumpto flu-
mē tranſiturus intrauit. Et ecce aqua flu
minis paulatim intumeſcebat: ⁊ puer adi
ſtar plumbi grauiſſimi ponderabat. Quā
toqꝫ magis ꝓcedebat amplius vnda cre
ſcebat: ⁊ puer magis humeros chriſtopho-
ri deprimebat. Cum autē vix tranſuadaſ
ſet: ⁊ puerū depoſuiſſet: de pondere con-
queſtus ait ꝙ in tantū fuerat grauatꝰ ac/
ſi totum mūdum ſuper humeros habuiſ-
ſet. Cui puer reſpōdit ꝙ non miraretur: qꝛ
nedum mundū ſuper ſe habuerat: ſed il-
lū qui totū mundum creauerat: ſe quoqꝫ
chriſtū dn̄m eſſe dicebat. In cuius ſignū
mandauit: vt baculū ſuū in terra figeret:
quem mane floruiſſe ⁊ fructificaſſe vide
ret. Statīqꝫ ab oculis eius euanuit. Chri
ſtophorus aūt baculū in terrā fixit: ⁊ die
altera ipſum ad modū palme frondes et
dactilos protuliſſe conſpexit. Sicqꝫ chri/
ſtum dominum ſibi apparuiſſe cognouit.
¶ Poſt hec autē ad amon ciuitatē deue
nit: vbi dum eorū linguā non itelligeret:
oratione fuſa ipſorū loquelam intelligere
cepit virgam quoqꝫ ſuā in terram fixit: et
vt ad conuerſionem populi floreret dn̄m
exorauit. Quod cum factū fuiſſet decem
⁊ octo milia hominū crediderunt. Rex
autem dagnus ducētos milites ad eū ca
piendū miſit. Et cum ipſum orantē tene-
re nō auderent: iterū totidē miſit. Cum
quibus oratione premiſſa ad regem ve-
nit: quem vidēs rex ſtatura in tantū ſub-
limem territus eſt: ⁊ pre timore corruit in
terram de ſede ſua: ſed a miniſtris leua/
tus: chriſtophorū de nomine ⁊ patria ⁊
religione requiſiuit. Qui cum ſe chriſto/
phorū nomine chananeū gēte ac chriſtia
nū religione diceret: ⁊ diis ſacrificare cō-
tēneret: rex ipſū in carcere mancipauit.
Duas quoqꝫ puellas elegātes germanas
nicetam ⁊ aquilinam de ſui corporis pro
ſtitutione viuētes ad eū miſit: ꝓmittēs
eis munera ſi illum ad peccandū ſecum
allicerent: ⁊ ad imolandum diis inflectere
poſſent. Cūqꝫ a puellis plauſu manuū et
amplexibus vrgeretur: ⁊ ſanctus martyr
inſtanter dn̄m precaretur: ſubito de facie
illius lux imenſa refulſit: que puellas ad-
modum exterruit. Quapropter ille con-
uerſe ad chriſtū de cōmiſſis veniam po-
ſtularunt: ⁊ coronā martyrii perceperūt
vt ſupra in eorum paſſione actum eſt. ix.
cal. auguſti. ¶ Deinde chriſtophorus re/
gi preſentatur ⁊ cum ſacrificare nollet: vir/
gis ferreis verberatur: ⁊ poſtmodum ga-
lea ignita eius capiti imponitur: ſꝫ in his
minime ſuperatur. Deinde ſup ſcānū fer-
reum alligatur: ⁊ ignis iniecta pice ſubter
incēditur: ſed ad inſtar cere ſcamnū cō-
fringitur ⁊ ſanctus illeſus iuenitur. Sub/
ſequenter autem rex fecit illum ad ſtipi-
tem ligari: et a trecentis militibus ſagit-

tari : ſed ſagitte omnes ſuſpenſe in aere permanebant. Cum autem rex illuc accederet: vt ipſum extinctuȝ conſpiceret: repente vna ex ſagittis ex aere retroceſſit ⁊ regem percutiens vno oculo excecauit. Cui chriſtophorus dixit : vt de ſanguine ipſius in craſtinum decollandi ſumeret ⁊ oculum liniens viſum recuperaret. Tūc iuſſu regis ad decollanduȝ ducitur: ⁊ ibidem fuſa oratione capite truncatur. Rex autem de ſanguine ſuper oculum ponēs continuo viſum recepit. Quapropter in chriſtum credidit ⁊ corpus ſancti martyris ſepeliri mandauit. Paſſus eſt autem octauo calen. auguſti.

¶ De ſcō Cucuſante m̄. Cap. CXXXIX.



Cucufās martyr ī ciuitate barchinona ſub p̄ſide ruffino paſſus ē. Hic ſanctus vna cū felice germano ſuo ex ſcyllitana ciuitate nobilibus parentibus ortus : ceſaream mauritanam ſtudiorū gratia cō migrauit. Indeqȝ ambo poſt tempus aliquod diſcedentes et ad partes occidentis ſe transferentes : omnia ſua pro chriſto pauperibus erogarunt. Et felix quidē in ciuitate gerunda martyr effectus eſt: vt de eo in eius paſſione dicit̄ calendas auguſti. ¶ Cucuſans vero in ciuitatem barchinonaȝ deueniens : dum chriſtum annunciaret a galerio proconſule tentus eſt: et dum ſacrificare nollet : iuſſu proconſulis a. xii. militibus ſibi viciſſim ſuccedentibus grauiſſime ⁊ diutius tortus eſt : ita vt inteſtina dirupto corpore defluerent. Cum autem orationem chriſti martyr fudiſſet: tortores excecātur. Proconſul vna cum eius idolis terra ſe aperiente abſorbetur. Cucuſans vero inteſtinis in alueum diuinitus repoſitis repente ſanatur: Quem pagani catenis vinctū maximiano preſidi preſentarunt: Qui cucuſantem in craticula iuſſit aſſari : ſinapi ⁊ aceto plagis perfundi. Sed cum hec omnia ſuperaſſet : et aſſatores eius repente flamma interiſſent : in ignem copioſum mittitur : ſed eo orante ignis extinguitur. Dehinc in carcere clauſus lumine celico ſuper eum emiſſo confortatur : cuſtodeſqȝ hec aſpicientes ad chriſtum conuertuntur. Mane autem facto cum iubente preſide cardis ferreis ⁊ neruis taurinis cederet̄: orauit ad dominū: ⁊ continuo preſes vadens ad aram iouis de curru concidit: ⁊ fractis ceruicibus expirauit. Idola quoqȝ ad que pergebat: in puluerē redacta ſunt: quo miraculo multi de populo in chriſtum crediderunt. Demum ſuccedente ruffino in preſidem ciuitatis: cucuſans ab ipſo denuo comprehenſus ac decollatus eſt: ſepult[s] barchinone. viij. calendas auguſti: cuius corpus inde pceſſu tpis tranſlatū in eccleſia ſancti dionyſii pariſieñ. vbi ad pn̄s quieſcit.

¶ De. ſ. Nemeſio ⁊ Lucilla m̄. C. CXL.

Nemeſius ⁊ Lucilla filia ei[9] virgo paſſi ſunt in vrbe ſub imperatoribus valeriano ⁊ galieno. Cum enim nemeſius tribunus eēt militū ⁊ lucillā filiā cecā a natiuitate haberet: audiens qualiter ſanctus ſtephanus papa in chriſti noīe omnes egros curaret: acceſſit ad eum ſacrificantem in crypta nepotiana: ⁊ filiam eius ad ipſum detulit: rogans vt ſe ac filiam baptizaret: ipſamqȝ lumē aſpicere faceret. Quos vbi beatus ſtephanus baptizauit: lucilla virgo lumen recepit: ſeqȝ virū quēdā mirabilē aſpexiſſe in baptiſmate dixit : q̄ eius oculos illuminauit. Eodē die viſo miraculo baptizat[9] eſt ſymphroni[9] diſpēſator nemeſii cū omni familia ipſius pmiſcui ſexus numero. lxii. Nemeſius qȝ a btō papa

ſtephano diaconus ordinatus eſt. Quod
audientes valerianus ⁊ maximus conſu/
les iuſſerunt nemeſium teneri. Cum aūt
die quadam predicti duo conſules in tē/
plo martis via apia ſacrificarent: ⁊ neme-
ſius illac tranſiens orationem faceret: ma
ximus a demonio arripitur: ⁊ clamare ce
pit: ꝙ a nemeſio torqueretur: ⁊ cuꝫ mini/
ſtri egreſſi nemeſiū tenuiſſent: maximus
conſul cōtinuo expirauit. Ualerianus au/
tem conſul nemeſium in carcerem trudi
fecit. Lucillam vero filiaꝫ eius apud quā/
dam paganam nomine maximam in cu-
ſtodiam deputauit. Deinde ſymphroniuꝫ
eius diſpēſatorem tenuit: tradiditqꝫ eum
olimpio tribuno examinanduꝫ. Cum au/
tem ad predicationem ſymphronij olym-
pius crediſſet: ⁊ cuꝫ vxore exuperia ac
filio theodolo a ſancto papa ſtephano ba
ptizati fuiſſent: vt dicetur infra in eoꝝ paſ
ſione. Audiētes hec imꝑatores miſerunt
ad valerianum conſulem: ⁊ fecerunt ſibi
nemeſium ⁊ lucillam filiā eius preſenta/
ri. Et cū ambo in xp̄i nominis confeſſiōe
perſiſterent. Lucillam quideꝫ in via apia
ante tēplum martis ſpectante patre iugu
lari iuſſerunt: deinde inter viam apiam ⁊
latinam nemeſium diaconem capite trū/
cari fecerunt. Quorum corpora ſanctus
ſtephanus papa via latina nō longe ab vr
be ſepeliuit octauo calen. auguſti.

¶ De trāſlatiōe ſcī Germani. C. CXLI.

Ranſlatio corporis ſan
cti germani epiſcopi pi
ſtieñ. ab incolis eiuſdeꝫ
ciuitatis. viij. calē. aug.
celebratur. Cuius re-
liquiis dominus tantaꝫ
gratiam contulit: vt in
eius tranſlatione corporis earum conta-
ctu cecis viſum: ſurdis auditum: claudis
greſſum preberet: multoſqꝫ languoribus
variis detētos ſanos efficeret: ⁊ obſeſſos
ab immundis ſpiritibus liberaret.

¶ De ſcā Anna matre dn̄e nr̄e. C. CLII.



Anna mater glorio
ſe virginis marie: vt in
hiſtoriis tribunū iſrael
habeť: de tribu iuda ci
uitate bethleē orta eſt:
viroqꝫ eius ioachim ex
eadeꝫ tribu de galilea
ciuitate nazareth ori-
ginem duxit. Hec tribus viris ſucceſſiue
nupta fuit: quoꝝ primus fuit ioachim: ſe/
cūdus cleophas eiuſdē ioachiꝫ frater: q̄ eā
maſculina ſobole carentē ſcd̄m legē mor-
tuo germano in ꝯiugē aſſumpſit: vt ſemē
fratris ſuſcitaret. Tertius aūt extitit ſalo/
me duoꝝ priorum oīno extraneus. Ex pri
mo aūt viro anna glorioſaꝫ virginem ma
riam genuit: q̄ ioſeph diſpōſata non tamē
in concupiſcentia iuncta: xp̄m per ſpiritū
ſanctum procreauit. Ex ſcd̄o aliam filiaꝫ
mariam noīe ſimiliter peperit: q̄ nupta al
pheo quattuor filios edidit: videlicet iaco
bum minorē apoſtolum: ioſeph iuſtū: ⁊ ſi/
monē ⁊ iudam. Ex tertio aūt viro tertiaꝫ
filiam mariā etiā nominatam ꝓcreauit: q̄
nupta zebedeo duos filios parturiuit ſci-
licet iacobum maiorē apoſtoluꝫ: ⁊ ioannē
euangeliſtā. Ipſa quoqꝫ beata anna ante
tertij mariti obitū in pace q̄euit. Et ſepul/
ta eſt i bethleē in tumulo paterno. vij. cal.
auguſti: vt tradit hieronym⁹.

¶ De ſcō ioachi patre dn̄e. Cap. CXLIII.

Oachim patre domine no-
ſtre filius barpanthere: ⁊ ma
ritus ſancte anne de tribu iu
da ex prouintia galilee ciui/
tate nazareth duxit originē.
Qui cum in bonis tp̄alibus
abūdaret ab annis. xv. deo ſeruire cepit:
⁊ de facultatibus ſuis pauperibus ⁊ pere
grinis atqꝫ tēplo dn̄i ⁊ eius miniſtris largi
fliue miniſtrabat. Et cuꝫ eſſet annoꝝ. xxx.
duxit in coniugem annam filiam agar de.

tribu ſua ex ciuitate bethleez ex qua vſq
ad annos. xx. nullã prolẽ ſuſcepit. Diuina
tandem diſpoſitione mariam genitricez
chriſti futuram ex ipſa filiã procreauit: vt
dicetur plene in natiuitate virgis. vj. idus
ſeptembris. Poſtq̃ autem eandem vir-
ginẽ ad templum adduxit: ⁊ dei ibidem
ſeruitio iuxta votũ mancipauit: ⁊ ipſe ioa
chim domum rediẽs modico tẽpore ſup
uixit: ⁊ plenus virtutibus in pace cuz pa-
tribus ſuis dormiuit. Sepultus in naza-
reth in ſepulchro patrum ſuorũ. Quo aũt
die migrauerit reperiri nõ põt. Jõ ⁊ eius
geſta feſto ãne ipſi[9] ↄiugis adiunguntᷣ.

❡ De ſancto Paſtore preſbytero ⁊ con/ feſſore. Cap. CXLIIII.

Paſtor preſbyter in ere
mo de ſcythi claruit tẽ
pore ſanctorum patrũ
anachoritaruz. Qui ab
ſtinentia magna ſe af-
fligens: multa ſanctita
te ⁊ religiõe pollebat.
Cum autem mater ipſum abbatez ⁊ mo
nachos ſuos videre curaret: ⁊ ad eccleſiã
euntes obſeruaſſet: paſtor cum fratribus
cellam intrantes hoſtium in faciem eius
clauſerunt. Cum aũt illa flens ad hoſtiuz
clamaret: ⁊ filium videre obnoxius poſtu
laret: ipſe matri ſe videri ꝓhibuit: hortãs
illam vt equanimiter ferret: q2 ſi non in
ꝓſenti ſeculo ſaltem ipſum in futuro vide
ret: que confortata diſceſſit: ⁊ ipſum am/
plius aſpicere non curauit. ❡ Judex pro
uincie cum abbatẽ paſtorem videre cupe
ret: ſed nequiret: filium ſororis eius tan/
q̃ malefactorem carcerauit: dicens ꝙ ſi
paſtor pro eo interceſſurus veniret ipſuz
dimitteret. Mater ergo iuuenis et ſoror
abbatis ab hoſtium iuit: ⁊ lachrymis vt
pro eo iudicem adiret inſtanter rogauit.
Cui ille mandauit dicens: ꝙ paſtor filios
non generauit. Qua cum dolore diſcedẽ-
te iudex ait: vt ſaltem verbo iuberet: ⁊ il
lum dimitteret. Jlle autẽ remandauit: vt
cauſam ſcd̃m legẽ examinaret: ⁊ ſi dign[9]
eſſet morte: illum occideret: ſin autẽ quo-
modo vellet faceret. Docebat autem fra/
tres dicẽs ꝙ animam ſuam a peccato cu
ſtodire ⁊ ſe ipſuz conſiderare ⁊ diſcretio/
nem habere: ſunt anime ꝑfectiones. Tri
bulatio ⁊ diſcretio ſunt operationes ſoli/
tarie vite. ❡ Cum quidam frater de qua
dam cõgregatione offendiſſet: abbas de
conſilio cuiuſdam ſolitarij expulit eum.
Quem flentẽ abbas paſtor ad ſe accerſi/
uit: ⁊ pro illo ſolitario miſit. Et cum veniſ
ſet abbas ei dixit: ꝙ duo homines erant:
qui ambo ſuos mortuos hẽbant. Quoruz
vnus mortuum ſuum reliquit: ⁊ iuit plo-
rare mortuum alterius. Quod ſolitarius
de ſe dictum intelligẽs compunctus eſt.
❡. Frater quidam abbati paſtori dixit ſe
ꝑturbatum eſſe ⁊ locum velle deſerere:
q2 verba quedam de fratre audierat que
eum maxime ſcandalizabãt: dixit paſtor
ne hec verba crederet: q2 vera non eẽnt.
Jlle vero verba eſſe vera affirmabat: q2
frater fidelis ipſi dixerat. Et ille reſpon-
dit: ꝙ ſi fidelis eſſet non ipſa dixiſſet. Af-
firmanti autem omnino vera eſſe: propo
ſuit ei parabolam euangelij de trabe ⁊ fe/
ſtuca: admonẽs vt in corde ſuo poneret:
ꝙ peccata ſua trabes eſſet: ⁊ aliena feſtu/
ca. ❡ Frater quidam qui grande pecca-
tum cõmiſit penitentiã facere volens in/
terrogauit paſtorem ſi triẽnis penitentia
ſatis eſſet qui dixit ꝙ multum eſt. Jnter-
rogatus ſi annus ſufficeret: reſpondit ꝙ
multum eſt. Jnterrogatus de. xl. diebus:
reſpondit ꝙ multum eſt. Addens ꝙ ſi ho
mo ex toto corde peniteat: ⁊ penitentiaz
triduanam agat ſuſcipiet deus. ❡ Jnter/
rogatus de illo verbo: qui iraſcitur fratri
ſuo ſine cauſa ⁊c. quid eſſet ſine cauſa ira
ſci reſpondit. Ex omni re qua homo a fra
tre ſuo grauatur: iraſci ſine cauſa: donec
oculum ipſi abſtrahat. Sin autez quis cũ

a deo ſeparare vellet pꝛo hoc iraſci debꝫ.

¶ Cõqueſtus eſt ei frater quidaꝫ ꝙ multas cogitationes habens in ipſis periclitabatur. Qui eum ſub diuo eduxit iubẽs vt ſinum expanderet: ⁊ vẽtum teneret. Qui reſpondit ſe non poſſe: ſic inquit ille: quia cogitationes repelli non poſſunt ne introeant: hominis autẽ eſt eis reſiſtere. Quieuit autem vir ſanctus in domino. vij. calẽdas auguſti ſanctitate ⁊ vita conſpicuus ⁊ miraculis clarus.

¶ De ſcõ Eraſte diſcipulo. Ca. CXLV

ERaſtes diſcipulus vnus ex. lxxij. ꝺ quo apoſtolus ad roma. xvj. ⁊ prima timoth. iiij. cap. mentionẽ facit: ⁊ de q̃ ſcribiẽ act. xix. epiſcopus meadi fuit poſt hieroſolymoꝛum diſperſionem: vt abbas dorotheus ponit. Ado tamen dicit in martylogio ex datariis hieronymi ſũpto: ꝙ a beato paulo apoſtolo philippis epiſcopus relictus ibidem martyrio coronatus quieuit. vij. calen. auguſti.

¶ De ſancto Hiacyntho martyre.
Cap. CXLVI

HIacynthus martyr rome ĩ portu ſub conſulari leõtio paſſus eſt. Quẽ chꝛiſtianuꝫ compertum luxurius quidam primus ciuitatis teracine detinuit: ⁊ ꝯſulari tradidit. Qui pꝛimo ab eodem in copioſum ignem immiſſus: dum exiſſet illeſus: in validiſſimum deinde toꝛrentem pꝛecipitatus: ad littus tamen diuino nutu incolumis eiectus eſt. Quod dũ conſulari leõtio nunciatum eſſet: ipſum gladio feriri iuſſit: quem matrona nomine iulia cum ſeruis ſuis iuxta ipſam ciuitatem teracinam in ſuo pꝛedio ſepeliuit. ſeptimo calendas auguſti.

¶ De ſãcto Symphꝛonio Olympio ⁊ ſociis martyribus. Cap. CXLVII.

SYmphꝛonius: olympius: theodolus: ⁊ exuperia martyres rome paſſi ſunt ſub valeriano ⁊ galieno imperatoꝛibus. Symphꝛonius enim cũ eſſet diſpenſatoꝛ domus nemeſij tribuni: de quo ſupꝛa actum eſt in eius paſſione. viij. calẽ. auguſti vna cum eodem domino ſuo a ſancto ſtephano papa chꝛiſti fidem audiuit: ⁊ baptiſmum ſuſcepit. Cum autẽ valerianus cõſul nemeſium carceri mancipaſſet vna cum lucilla eius filia: ⁊ ipſuꝫ ſymphꝛoniũ ſimiliter compꝛehendit: ⁊ tradidit olympio tribuno. Qui facultates nemeſij a ſymphꝛonio exquirebat: ⁊ ipſum ad deoꝛum ſacrificia inuitabat. Symphꝛonius auteꝫ reſpõdit: ſe omnes facultates domini ſui eius mãdato chꝛiſtianis pauperibus erogaſſe: ⁊ nunq̃ꝫ idolis: que demonia ſunt: imolare poſſe. Queꝫ olympius in cataſta extẽſum iuſſit fuſtibus cedi: dehinc ſimulacrum martis cum tripode deferri: vt ei ſacrificaret. Sed cum ſanctus idoluꝫ maledixiſſet: liquefactum eſt ſicut lutuꝫ: qꝺ admirans olympius ipſum terculino vicario cuſtodiendum dedit: Et veniẽs domum exuperie vxoꝛi vniuerſa narrauit. Cuius ſuaſione olympius chꝛiſto credidit: ⁊ veniens ad ſymphꝛonium cũ vxoꝛe pꝛedicta ⁊ filio theodolo baptiſma ſacruꝫ expetiit: ⁊ ſymphꝛonio veniaꝫ petens eũ abire permiſit: qui ſanctum ſtephanum papam domum olympii nocte perduxit: illeq; olympium cum vxoꝛe et filio pariter baptizauit. Hec audientes imperatoꝛes nemeſium cum lucilla eius filia gladio perimi iuſſerunt: vt ſupꝛa in eoꝛuꝫ geſtis dictum eſt: deinde ſymphꝛonium et olympium cum coniuge ⁊ nato compꝛehendi fecerunt: quos in chꝛiſti confeſſione perſiſtentes iuſſerũt auguſti ante ſimulacrum ſolis iuxta amphitheatrum duci: ⁊ ad ſtipites ligari: igneq; ſuppoſito con

gerie ſarmentorum ſpinarum ⁊ ſtupaniū incendio concremari: ſicq; odoriferum domino ſacrificium reddiderunt: quorū corpora a ſancto ſtephano papa cum clericis ſuis via latina miliario ab vrbe primo ſepulta ſunt. vj. calen. auguſti.

¶ De ſancto Hermolao preſbytero et martyre. Cap. CXLVIII.

Hermolaus p̄ſbyter ⁊ martyr apud nicomediā paſſus eſt ſub maximiano imperatore. Hic ex parētib⁹ romanis non infirmis ortus: ab ipſis cunabulis deo fuiēs ad ſacerdotij dignitatē peruenit: ⁊ multos in fide chr̄i erudiuit: Inter quos ſauinaȝ nobili genere ortā ⁊ pantaleonē euſtorgij ſenatoris filiū baptizauit: ⁊ ad martyriū exhortando p̄duxit: vt dicet infra in eius paſſione. v. cal. auguſti. Hoc audiēs maximianus: q̄ tūc in ciuitate nicomedie reſidebat: fecit hermolaū cōprehēdi ⁊ ſibi p̄ſentari: quē dudum auditū cuȝ oīno diis imolare ↄtradiceret: iuſſit eum nudū appendi ⁊ flagellari: ac deinde tam diutius vngulis radi: donec carnes eius in terrā defluerent. Cui in tormētis angelus dn̄i aſtitit: ⁊ eum vt cōſtans exiſteret cōfortauit. Deinde depoſitū imp̄ator ip̄m in carcerē cū verberib⁹ recludi fecit. Ad queȝ noctu multi chr̄iani veniebāt: ⁊ ei neceſſaria miniſtrabāt: in ip̄o aūt ergaſtulo exiſtēs ſctūs martyr multa ſigna operat⁹ eſt diuina virtute. Nā mācis dexteras reddidit: erutis oculis lumen reſtituit: q̄ſſatis nautis in maris p̄iculo īuocato noīe eius p̄ſs apparuit: ſedatiſq; fluctibus ad portū ſalutis eos illeſos conduxit: demones eiecit: febres ↄpulit: ſurdis auditū: ⁊ claudis greſſuȝ p̄buit. oēs quoq; egros ad ip̄ȝ veniētes ſanos effecit. Elemoſynas q̄s ei ip̄ſas paup̄ibus diuidebat: ⁊ oēs in fide chr̄i plenius inſtruebat. Ad quē inter ceteros horridus leproſus acceſſit: ⁊ ei⁹ miſericordiā poſtulauit. Quē facta oīone ab oi lepra ita mundauit. vt nec in eo macula appereret. ¶ Ante crepuſculuȝ etiā diei nobilis quidā vir roman⁹ cū vxore ⁊ turba copioſa ad ip̄m veniēs vnicū filiū ſuū nuper defunctū in loculo ei adduxit: ⁊ vt ip̄m ſuſcitaret: lachrymabil̄r ſupplicauit. Qui ſi ipſi in xp̄m credere vellēt: id ſe factuȝ p̄miſit. Et cū eis fidē domini p̄dicaſſet: ⁊ omnes ſe credituros aſſererēt: orationē fudit: ⁊ continuo adoleſcens reſurrexit: ⁊ baptizatus eſt cum parentibus: ⁊ omni turba que euȝ ſecuta fuerat diuerſi ſexus numero. ccclij. ⁊ ſic oēs cuȝ gaudio ad p̄pria redierūt. ¶ Que cū maximian⁹ imperator audiſſet in p̄ntia principū ſuorū iuſſit ſibi ſanctū martyrē exhiberi: qui cum diutius examinatus iperatorē viua voce cōfunderet: ip̄mq; vanū ⁊ mendacē cōprobaret: iuſſit illū iterū in equuleo leuari: ⁊ vnguibus ferreis carnes eius lacerari: ac laminas ardētes pectori ⁊ lateribus ſubminiſtrari: qui voce celica cōfirmatus miniſtris laſſis ac deficiētibus in torq̄rēdo triduo indeficiens in patibulo p̄durauit. Tandē depoſitus capitalē ſubire ſn̄iam iuſſus eſt. Et decollatus eſt cum duobus viris chr̄ianis fratribus videlicet hermippo ⁊ hermocrate: ⁊ ſepultus in nicomedia ciuitate. vj. calē. auguſti: Cuius corpus venetias tranſlatuȝ quieſcit in eadem vrbe in baſilica ſancti ſymeonis prophete: vbi ⁊ plurimis miraculis pollet.

¶ De ſcō Pantaleone mar. C. CXLIX.



Pantaleon martyr in ciuitate nicomedia paſſus eſt ſub maximiano iperatore. Hic fuit filius euſtorgij nobilis ſenatoris eiuſdē vrbis qui erat gētilis ⁊ matris eubole chriſtiane. Quem pater cum

eſſet omni elegantia decoratus defuncta
m̄re tradidit euphroſyno magiſtro vt di-
ſceret artē medicine: ⁊ ſic imperatoribus
ſemper aſſiſtere poſſet. Cum autē vadēs
ad ſcholas ſepius tranſiret ante cellaꝫ in
qua hermolaus preſbyter latitabat: die
quadam conuocauit eū preſbyter ad ſe:
⁊ interrogauit eum quis eſſet ⁊ quā ſcien
tiam diſceret aut quā religionē teneret.
Qui reſpondit ſe eſſe filium ſenatoris: et
artem diſcere medicine: necnō deos pa
ternos adorare. Cui hermolaus diuino
ſpiritu motus dixit ꝙ ſciētia hippocratis
vel galieni nihil eſſet: ſuadens vt in chr̄m
crederet: cuius inuocatione omnes lan-
guentes ſanaret. Nam ⁊ ipſe chriſtus ce-
cos illuminauit: ⁊ mortuos ſuſcitauit: et
inumerabilia ſigna fecit: quorum poteſta
tem in ſe credentibus conceſſit. Panta-
leon vero talia a matre defuncta audiuiſ
ſe teſtabatur. Cum autem verba p̄ſbyteri
percepiſſet ſepius illuꝫ viſitabat ⁊ verbū
fidei ab illo libenter audiebat. Die auteꝫ
quadam dimiſſus ab eo vidit puerum a
ſerpente percuſſum ⁊ iacentem mortuū:
orauitqꝫ ad dominū vt ſi vera eſſent: que
de chriſto audierat puer ſan⁹ reſurgeret:
⁊ ſerpens per medium creparet. Que cū
ſtatim adipleta fuiſſent pātaleon ad her-
molaum feſtinauit: ⁊ que facta fuerāt ret
tulit atqꝫ baptiſma ſuſcepit: ⁊ fuit apd̄ eū
dies. vij. Reuerſus autem ad patrem et
quotidie cum eo de chriſto loquens diui
na gratia fauente: patreꝫ ad fidem cōuer
tit: omniaqꝫ idola que in domo ſua erāt
cōminuit: ipſumqꝫ hermolaum duxit. A
quo euſtorgius baptiſma ſuſcepit ⁊ in fi-
de chriſti cōfirmatus: poſt dies modicos
in pace quieuit. Quo defuncto ſanctus iu
uenis paupibus largiter tribuebat: ⁊ om
nes infirmos quacunqꝫ detentos valitu-
dine quos medici ſanare non poterant: p
chriſti inuocationem ſanabat: vnde ⁊ ce-
cum vnum qui omnem ſubſtantiam ſuā
in medicis conſumpſerat nec lumen reci
pere poterat. inuocato chriſti nomine cō
feſtim illuminauit. Quo propter euntes
medici cum ſacerdotibus idolorū ad im
peratorem pantaleoneꝫ accuſauerunt ꝙ
chriſtianus eſſet: ⁊ ꝙ in chriſti nomie lā
guentes curaret: ⁊ ꝙ cecum illuminaſſet
Tunc imperator cecuꝫ adeſſe iuſſit: ⁊ ab
eo omnem veritatem didicit: ac confitē
tem chriſtum decollari precepit. Deinde
ſanctum aduocans iterrogauit an in chri
ſti noīe languētes ſanos efficeret. Qui re
ſpondit ꝙ verum eſſet: cuꝫ deus chriſtia
norum hec omnia poſſet. Quod vt veri⁹
comprobaret paralyticum petiit introdu
ci: ⁊ ſac̄dotes ac medicos aduocari. Qđ
cum factum fuiſſet: ⁊ ſacerdotibus de
os ſuos inuocantibus: medicis quoqꝫ ex
perimenta ſua operantibus nō potuit pa
ralyticus recipere ſanitateꝫ. Cuius manū
pantaleon tenens ipſum in chriſti nomi
ne eleuauit: ⁊ ille continuo ſanus ſurre
xit. ¶ Cūqꝫ maximianus ipſum ad deo-
rum ſacrificia inuitaret: ⁊ pantaleon chri
ſtum dominum ſolum deum predicaret.
Juſſit illum in equuleo ſuſpendi: ⁊ vngu
lis attrectari: ac ad latera eius lampades
applicari. Cui chriſtus in ſimilitudie her
molai preſbyteri apparuit ⁊ ipſum dulci
ter confortauit. Et ſtatim tortorū manus
arruerūt: ⁊ lampades extincte ſunt. Tūc
imperator ſartaginē fecit apportari: ⁊ plū
bum in eam conflari: martyremqꝫ ſan-
ctum in ea demergi. Orāte vero illo chri
ſtus eidem apparuit in ſpecie hermolai:
⁊ ſtatim ignis extinguitur: ⁊ plumbuꝫ in-
frigidatur. Imperator iratus iuſſit lapidē
magnum ad collum eius ligari ⁊ in pela-
gus iactari. Et apparuit illi chriſtus in ſi-
militudine hermolai: ⁊ continuo lapis il
le ſolutus eſt. Chriſtuſqꝫ manum marty
ris ſui tenens incolumen duxit ad littus.
Cui maximianus rurſuꝫ feras multas di
mitti iuſſit: vt chr̄i martyreꝫ deuorarent.

Que ſanctum maſuefacte circūdederūt: leones quidem pedes: leopardi faciē: vrſi manus lingebant: certatimq; ad illuȝ accedebant: nec ab eo niſi ſumpta benedictione recedebant. Clamante autem populo magnuȝ deum chriſtianoꝝ viri mille de populo crediderunt ⁊ pro chriſti cōfeſſione decollati ſunt. ¶ Poſt hec recluditur ſanctus in carcere triginta diebus: ⁊ interea imperator iubet fieri rotā clauis ⁊ gladiis circūſeptam: in qua martyr ligatus membratim cōcidi poſſet. Poſt dies autem triginta eductus de cuſtodia ligatur in rota. Et apparente ei chriſto in ſimilitudine conſueta: vincula eius dirumpūtur: ⁊ diſſoluta machina quingenti paganorum occiduntur. Tunc imperator diligenter de magiſtro pantaleonis inquirēs: inuenit preſbyterum hermolaum: quem cum duobus germanis detentum martyrio conſumauit: vt ſupra in eius paſſione dictum eſt ſexto calendas auguſti. Et continuo terra concutitur: ⁊ omnia idola corruentia conteruntur: imperator hec vidēs pantaleoneȝ iuſſit decollari: ⁊ corp⁹ igne conſumi. Quem milites extra vrbem duxerunt: ⁊ ad nouellam oliuam ligauerūt. Et cum ipſum vnus militū percutere vellet: ferrum ſicut cera plicatū eſt. Milites hoc videntes ad pedes martyris ꝓcidūt: ⁊ veniā petunt: pro quibus pantaleon orauit: ⁊ voce de celo lapſa ſe exauditū audiuit: vnde ⁊ illum de cetero percutere non audebant. Sed cum ſanctus eis diceret: q: niſi hoc facerent ſecum partem non haberet: illi hoc audientes eum decollauerunt. Et ſtatim lac pro ſanguine fluxit: et oliua fructus intempeſtiuos produxit: qḋ imperator audiens oliuam iuſſit precidi: ⁊ ex ea ſanctū corpus comburi. Chriſtiani vero oſſa rapuerunt: ⁊ in ciuitate nicomedia ſepelierunt qui paſſus eſt quinto calen. auguſti.

¶ De ſanctis Nazario et Celſo martyribus. Ca. CL.



Nazarius ⁊ celſus martyres tpe neronis impatoris in ciuitate mediolañ. paſſi ſunt ſub anolino ꝓcōſule. Fuit enim nazarius filius illuſtris viri noie aphricani genere ⁊ prouincia aphri incole vrbis rome: q̄ fide iudeus erat: ⁊ ꝑpetue nobiliſſime romanoꝝ xp̄iane ⁊ a petro aplo baptiȝate. Cū āt eēt annoꝝ .ix. mirabat: q: eius parentes in religione diſſimiliter variarēt: vnde cui eoꝝ adhereret plurimū dubitabat. Cum autē vterq; illuȝ ad fideȝ ſuā trahere niteret: tandeȝ veſtigiis matris nutu dei adheſit: ⁊ a beato lino papa baptiſmū ſuſcepit: quē dum pater a ſctō ꝓpoſito vellet auertere: nazarius de vrbe roma exijt: ⁊ .vii. aialis diuitiis onerata ex parentū hereditate ſuſcepit: ac ꝑ ciuitates italie trāſiēs ola pauperib⁹ diſpenſauit. Anno aūt .x. diſpēſionis ſue ꝑ placentiā venit mediolanū: ⁊ ſctōs martyres xp̄i geruaſiū ⁊ ꝓthaſiū in carcere detētos inuenit: quos ⁊ in dn̄o cōfortauit. Qḋ audiens anolinus prefectus ad ſe illum ptrahi fecit: ⁊ fuſtib⁹ ceſum ex vrbe deiecit. Cui mater que nuꝑ obierat apparuit: ⁊ vt ad gallias ꝑdicādum ꝓperaret: admonuit. ¶ Cum aūt ad vrbē gallie que gimellus dicit̄ ꝑueniſſet: ⁊ ibidem plurimos cōuertiſſet filiū paruuluȝ cuiuſdā nobilis matrone celſuȝ noie ei oblatū a matre baptiȝauit: ⁊ ipm̄ ſecū duxit. Quod ꝑfectus galliaꝝ audiēs: nazariū ⁊ celſuȝ catenis vinctos in carcerē recluſit i craſtino tormētis afficiēdos: ſȝ ab vxore ſua redargutus: ne deos vindicare ꝑſumeret: ſȝ ipſi ſe de ſuis hoſtib⁹ vindicarēt: ꝑfectus eos abſoluit ſed ne ampli⁹ ꝑdicarēt interdixit. ¶ Deinde ad vrbē treueris ꝑuenit: vbi ⁊ xp̄m prim⁹ ꝑdicās multos conuertit: ⁊ ec

cleſiam edificauit. Quod cū neroni ceſari per cornelīū vicariū intimatū eſſet: miſſo ventone milite ſuo cū. 100. armatis: nazarium iuxta eccleſiā orantē inuentū: ⁊ vna cū puero celſo vinctū ſibi exhiberi precepit. Quos impator in carcere detinuit: donec illos ſupplicijs excogitatis pimeret. Poſt dies aūt multos iuſſu neronis milites nazariū calcib⁹ tundētes: ⁊ pueꝝ verberātes de carcere eduxerūt: ⁊ corā ceſare ſtatuerūt. Cuz aūt faciē eius inſtar ſolis ſplendere cōſpexiſſet: putās ſe magicis artib⁹ deluſuz: ip̄m ad tēpluz adductū ſacrificare cōpellebat: ſed eo orāte idola oīa cōfracta ſunt. Tunc nero ambos in mare p̄cipitari p̄cepit. Nazari⁹ vero ⁊ celſus nauicule iponunt: ⁊ obdormiētes in pelag⁹ a militib⁹ p̄cipitant: ſed ſtatiz a nube aſſumunt. Cūqȝ exorta tēpeſtate nauis peclitaret: ecce nazarius ⁊ celſus ſuper vndas ambulātes apparuerūt. Quos illi videntes ⁊ eoꝝ que in ſanctos cōmiſerāt penitētes eoꝝ auxiliū iplorabāt. Qui nauē aſcendētes orone ſua mare placarūt: ⁊ cū militib⁹ ianuā appulerunt: vbi cū diutius p̄dicaſſent: iterū mediolanū reuerſi ſunt. Quod cū anolinus audiſſet: nazariū in exiliū deſtinauit: celſus vero puer apud matronaz quādaz pmanſit. Nazarius vero romā veniens: patrē ſuū ſenem xp̄ianū effectū inuenit: ⁊ cū eo diebus aliquib⁹ fuit. Inde ad vrbē mediolanū redire cū iniuria multa cōpellit. Ubi cuz celſo puero pconſuli pn̄tat. Cuius iuſſu extra portā romanā in loco qui dicit tres muri ducit: ⁊ ibidez cū celſo puero decollat. v. calen. augu. circa annū dn̄i. lvii. Quoꝝ corpora cū xp̄iani in hortis pprijs rapta collocaſſent: in ipſa nocte cuidā cereatio xp̄iano apparuerunt: ⁊ vt eoꝝ corpora in domo ſua in pfunda fouea ſepeliret pp neronis furorē admonuerunt. Qui cū filiā ſuā paralyticā ab eis ſanari petiiſſet: puella continuo ſanata corpora martyrum tulit: ⁊ vt iuſſerant ſepeliuit.

Proceſſu vero tp̄is eadez corpora dn̄s ſancto ambroſio ep̄o reuelauit: qui celſuz in loco ſuo relinquēs nazariū q̄ſi eadē hora ſepultū integrū ⁊ incorruptū cū ſanguine recente cū capillis ⁊ barba reperiens: corpus ip̄m miro fragrās odore ad eccleſiam aploꝝ trāſtulit: ⁊ ibidem honorifice collocauit pridie idus iunij.

De ſcō Uictore papa ⁊ m̄. Ca. CLI.



Uictor papa et martyr natione apher ex p̄re felice eleutherio romano pontifici in ep̄atu ſucceſſit: ſeditqȝ annos. x. menſes ij. dies. xx. Hic conſtituit ſanctuz paſcha die dn̄ico celebrari: ⁊ ad ſacerdotū interrogationē de termino paſchali celebrauit cōcilium in alexandria paleſtine: cui concilio ipſe papa iterfuit: narciſſus patriarcha hieroſolymoꝝ: theophilus quoqȝ ceſaree: ⁊ irene⁹ lugdun̄. ep̄s: vbi ſtatutū ē: vt ſemp die dn̄ica paſcha celebret obſeruato. xiiij. luna menſis martij vſqȝ ad. xxi. Multi eni ep̄i aſie ⁊ orientis tunc cuz iudeis paſcha celebrabāt. Hic etiā cōſtituit: vt neceſſitate vrgente quicūqȝ hoīuz ſiue in flumine ſiue in fontibus ſiue in mari tantū xp̄iane pfeſſione credulitatis clarificata baptizaretur. Hic fecit ordinationes duas per mēſem decēbriuz: preſ byteros quattuor: diacones ſeptez: ep̄os per diuerſa loca numero. xij. Qui ⁊ ſub commodo imperatore martyrio coronatus eſt: ⁊ ſepultus eſt iuxta corpus beati petri apoſtoli in vaticano. v. calen. augu. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xij. Hic ſuper prefata queſtione paſche die dominico celebrandi ⁊ non luna. xiiij. more iudaico opuſculum perutile ſcripſit.

De ſancto Innocentio papa ⁊ martyre. Ca. CLII.

Innocentius papa ⁊ martyr
huius nominis primus na
tione albaneñ. ex patre ino-
centio anaſtaſio p̄io roma
no pontifici in epiſcopatu
ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. xv. menſes. ij. dies
x. Hic conſtituit ſabbato ſancto ieiuniuȝ
celebrari: quia dominus in ſepulchro ia-
cuit ⁊ diſcipuli ieiunauerunt. Conſtitutuȝ
fecit ⁊ de regulis monachoꝝ in monaſte-
rio: ⁊ de iudeis: ⁊ de paganis: ⁊ multos ca
taphrygas inuenit quos exilio relegauit:
⁊ celeſtinum ⁊ pelagium ⁊ iulianuȝ here-
ticos dānauit. Et ↄſtituit vt q̄cūqꝫ natus
fuerit ēt de chriana ꝑ baptiſmū denuo re
naſcat̃: q̄d pelagus dānauit. Qui ēt pelagi
us aſſerebat hoiem ſine gr̄a dei poſſe ſal
uari: ⁊ vnūquēqꝫ ſuis meritis ꝓpria volū-
tate ad iuſtitiā regi. Infantes chrianoꝝ ſi
ne pcō originali naſci. Quos oēs errores i
nocēti⁹ papa exiſtēs britānie dānauit. Hic
ēt decreuit ad miſſā oſculū pacis dari. Et
oleo ab epis ↄſecrato in vſus ifirmoꝝ oi-
um chriſtianoꝝ in extremis laborantium
vti. Hic etiam excōicauit. Archadium im
peratorem: quia conſenſit vt ioānes chry
ſoſtomus de ſede ſua conſtantinopolita
na eiiceretur ab eudoxia vxore ſua ꝓpter
predicationem quam fecerat contra eaȝ:
q̄ circa ſtatuam ſuam quam erexerat mu
lieres ⁊ puellas ludere cōpellebat: quod
eſſe vitium idolatrie chryſoſtomus predi
cabat: vt dictum eſt ſupra in legenda ioā
nis chryſoſtomi. vi. cal. febr. ¶ Hic fecit
ordinatiōes. iiij. in vrbe ꝑ menſem decē
briū preſbros. xxx. diacones. xiiij. epos ꝑ
diuerſa loco numero. liiij. Qui obiit tēpo
re archadij pricipis ⁊ ſepult⁹ eſt in cimite
rio ad vrſum pileatuȝ. v. cal. augu. Et ceſ-
ſauit epatus dies. xxij. ¶ Hic etiam oriē
talium ⁊ occidentaliū eccleſiaruȝ aduer-
ſus pelagianos ſcripſit decretum: quod
ſucceſſor eius zozimus ampliauit.

¶ De ſcō Sampſone epo. Ca. CLIII.



Sampſō
archiepiſcopus doleñ.
tempore iuſtini iunio
ris claruit. Qui demo
tiana ciuitate parenti-
bus nobilib⁹ ortus ē.
Cuius mater anna cū
ſterilis eſſet: ⁊ de fetu
iam deſperaſſet: audiuit a domino per vi
ſionem nocte quadam ſe filium perituraꝫ
qui ſampſon vocari deberet: ⁊ eps futur⁹
eſſet. Natus autem puer ⁊ ſampſon voca-
tus annoꝝ. v. ſcholis traditus eſt: factuſqꝫ
eſt monachus ſub diſciplina eltachi egre-
gij britānoruȝ magiſtri: qui per ſpiritū de
illo prenunciauit: q̄ adhuc futurus foret
eps mirabilis in inſula britānoꝝ. Cuȝ aūt
annoꝝ. xv. iam litteris ab eodeȝ magiſtro
plenius eſſet imbutus: die quadam dum
de queſtione ſubtili dubius meditaretur:
ſolutionē ipſius diuinitus percepit ⁊ a do-
mino audire promeruit quecūqꝫ ſibi du-
bia celeſti reuelatione referāda. ¶ Pluri-
moꝝ miraculoꝝ gloria claruit. Nā in her-
to fratrē a ſerpente ꝑcuſſum exiſtenteȝ q̄ſi
mortuū liberauit. Dum aūt primo diaco-
nus ⁊ dehic preſbyter a ſancto dubrithyo
epo ordinaretur viſa eſt columba niuea
ſuꝑ caput eius ⁊ dorſum reſidere: q̄d ſimi
liter eidem accidit: dum ꝓceſſu tp̄is epo
conſecratus eſt. ¶ A duobus ei emulan-
tibus fratribus venenū in potu ꝓpinatur
adeo ꝑualiduȝ: vt de ipſo primitus aial gu
ſtans repente crepuerit: q̄d tñ ſanctus vir
ſine leſione potauit: vnde ⁊ vn⁹ ex aduer-
ſantibus fribus ad penitentiaȝ ꝓuocatur:
alter vō obſtinat⁹ ꝑmanēs a diabolo arri-
pit̃: ⁊ tā diu diſcerpēs ſeipm vexat̃ q̄ diu
ſcō orāte demon ab ipſo pellit̃: ⁊ frater ō cō
miſſo conterit̃. ¶ Cūqȝ pater ſampſonis
dura oppreſſus egritudine decūberet: di-
cebat ſe nunq̄: nec moritu͛: nec euaſu͛:
nec pniam percepturū: niſi ſampſon filius

eius ad eum veniret. Quod cũ ſanctus au
diſſet: quãuis inuitus ad eũ venit: ⁊ patrẽ
corpore ac mẽte ſanauit. Qua ꝓpter ipſe
cũ vxore ⁊ filijs duobus oĩbus pro chriſto
erogatis monaſticã vitam elegit. Uez cũ
ſampſon ad monaſterium rediret: ⁊ ſer-
pentẽ in ſilua: q̃ fratres ꝓcedẽtes aggreſ-
ſus fuerat: inueniſſet: circulo in terra ſigna
to ipſũ incluſit: factoq; ſigno crucis repen
te intra circulũ reptile interfecit. Hic ſan
ctus dolẽſe monaſteriũ fundauit: cuiꝰ ab-
batie anno dimidio prefuit. Inde ad an-
trũ ſecretiſſimũ ſecedens ſolitariã vitam
duxit: vbi deficiente ſibi aq̃ fontem orãs
de terra ꝓduxit. ¶ Cũ quidam epi in ca-
thedra ſancti petri: vt moris erat: ad ordi
nãdos tres epos conueniſſent: ⁊ duos ſo
lummõ habentes de tertio dubitarẽt. Vi
ſum ẽ ſampſoni ꝑ noctẽ: q̃ a tribus epis
in eccleſia duceret: quos ex nomine didi
cit ⁊ petrũ iacobum ⁊ ioãnem apoſtolos:
⁊ intellexit ſe procul dubio epiſcopũ con-
ſecrãdũ. Statim q; ſancto dubricio epi-
piſcopo angelus dñi reuelauit ſampſonẽ
abbatem eſſet tertium: qui eẽt in epiſco-
pum promouẽdus. Sicq; ad archiepiſco
patũ diuinitus ſublimat᷑ ⁊ eccleſie dolen
ſi preficitur. ¶ Hic cũ die conſecrationis
ſue celebraret viſa eſt flãma ex eius ore
ꝓrumpere: viſi etiã ſunt angeli ei admini
ſtrare. Deinde per viſionem monitus
matrem propriam patre defuncto viſi-
tauit: eamq; in domino confortauit. Dũ-
q; nauigio britanniã rediret: priuatuz q̃n
dam nobilem ſe anxie ꝓſtolantem in lit-
tore repperit: ⁊ iterrogans quid ſibi vel-
let audiuit: q̃ ſibi fuerat a domino reue-
latum vxorẽ ſuam leproſam ab ignoto ſi-
bi peregrino curandã: quem ſampſonem
eẽ nullatenus dubitabat: vnde ⁊ ſibi pro
coniugis liberatiõe ſupplicabat. Quã ſan
ctus vir illico a lepra mundauit: ⁊ virũ ad
perfectam vitã reduxit: ipſe vero poſtmo
dum in ardua penitẽtia perſeuerauit. Nã
nunc poſt biduũ nunc vero poſt triduuz:
nunc aũt poſt ſeptimanã integrã cibuz ſu
mebat. Aliqñ per totã quadrageſimã ter
dino nec vltra guſtabat. Sicq; gregẽ ſibi
commiſſum mox exemplo doces pariter
ac ſermone: quieuit in chriſto. v. calen. au
gu. Sepultuſq; eſt in ſuo: qđ primꝰ erexe-
rat: monaſterio dolenſi clarẽs miraculis.

¶ De ſancta Martha vir. Cap. CLIIII.



Martha virgo hoſpita chriſti ſy
ro patre. eucharia mr̃e
regali ex progenie de-
ſcendit. Nam pater eiꝰ
ſyrie ⁊ maritimẽ ⁊ mł
tarum orarum dux ex-
titit. Tria aũt oppida. ſ.
magdalum ⁊ bethaniã ⁊ partẽ hieroſoly-
me martha cũ lazaro fratre ⁊ ſorore iure
mr̃ne hereditatis poſſidebat: vt ſupra de
his actũ eſt in hiſtoria magdalene. xi. cal.
augu. Miniſtrabat aũt domino nobilis
hoſpita: ⁊ ſororẽ ex ſummo zelo pariter mi-
niſtrare volebat. ¶ Illã vero hemorrhoi
ſaz quã chriſtus a fluxu ſanauit ſanguinis.
Ambroſiꝰ dicit marthã fuiſſe. Refert etiã
euſebius in. vij. libro eccliaſtice hiſtorie:
q̃ mulier hemorrhoiſſa poſtq̃ ſanata fuit
in ſuo viridario ſtatuã ſuam fecit: ⁊ imagi
nem chr̃i cum veſte ⁊ fimbria ſicut euz te
tigerat: ⁊ eã plurimuz venerabat᷑. Herbe
vero ſub ſtatua creſcẽtes cum fimbriam
attingerẽt: tante virtutis ſiebant: vt eoruz
ↄtactu infirmi ſanarent᷑. Ipſam aũt chri-
ſti imaginẽ: vt habetur in tripartita: iulia-
nus apoſtata inde ſubtulit: ⁊ ſuã ibidẽ col
locauit: que ictu fulminis confracta fuit.
¶ Poſt aſcenſionẽ autem chr̃i cum facta
eẽt diſcipuloꝝ perſecutio: martha cũ ma-
ria magdalena ⁊ lazaro frẽ ipſaꝝ ⁊ marcel
la marthe pediſſeq̃ ⁊ cum ſancto maximi
no: q̃ eas baptizauerat: ⁊ alijs pluribꝰ ab-
latis velis remis ⁊ gubernaculis omnibꝰ

naui a iudeis imponuntur: ⁊ ſic in pelago dimittũt. Qui deo duce maſſiliã applicue/runt: vt ſupra dictũ eſt in hiſtoria magda/lene. Qui poſtq̄ maſſiliã ad fidem xp̄i du/xerunt: territoriũ aqueñ. adierũt: ⁊ ibidez pp̄lm cõuerterunt. ¶ Eodem tp̄e erat in nemore ſuper rhodanũ inter arelatum ⁊ auinionẽ draco quidã medius aīal: mediꝰ piſcis: groſſior boue: longior equo: habẽs dentes vt enſes acutos: qui latens in flu/mine trãſeuntes perimebat: ⁊ naues ſub/mergebat: ad quẽ martha a populis roga/ta acceſſit: ipſumqꝫ in nemore hominem manducãtem inuenit: quem cruce domi/ni ꝑducta aqua benedicta aſpſit: moxqꝫ ipſum velut agnum cingulo ꝓprio alliga/uit: quẽ populus cõtinuo lanceis ⁊ lapidi/bus interemit. Uocabat̃ aũt draco ab in/colis tarachonus. Unde in huius memo/ria locus ipſe ab incolis tarachonus dicit̃: qui antea nerbac. i. niger locus vocabat̃. Ibi igit̃ martha de licẽtia ſancti maximi/ni ⁊ ſororis remãſit: ⁊ ſoror multarũ con/gregato ↄuentu eccleſiã in honorẽ dei ge/nitricis edificauit: monaſteriũqꝫ conſtru/xit: ibiqꝫ ieiunijs ⁊ orationibꝰ quotidie va/cabat: ⁊ mira ſe pn̄ia affligebat. ¶ Quadã vice cũ apd̄ auinionẽ iter vrbẽ ⁊ rhodanũ predicaret: quidam iuuenis vltra flumen conſiſtẽs: eiuſqꝫ verba audire cupiens: cũ nauigio carẽt natare cepit: ſ; ip̄m ĩpetꝰ flu/mẽ necauit: cuius cadauer vix ſc̄da die rep/tũ: añ pedes beate marthe ducitur: ⁊ eius orone cõtinuo iuuenis ſuſcitat̃. ¶ Beata igit̃ martha in virginitatẽ perſeuerauit: ⁊ nunq̄ viri cõtuberniũ habuit. Obitũ eius ante per annũ ei dn̄s reuelauit: in quo to/to anno febribus elaborauit: ante octo ve/ro dies ſui exitus angelicos choros ſoro/ris ſue aīam ad celos deferre conſpexit: ⁊ cõuocatis ſororibꝰ nũciauit. Cũ aũt finez ſuũ appropinquãte ſentiret: aſtãtes admo/nuit: vt luminaribꝰ accenſis circa ſe vſqꝫ ad noctem mediã vigilarent. Cuſtodibꝰ vero ſomno grauatis ventus vehemens irruit ⁊ luminaria extinxit: malignorũqꝫ ſpirituũ turba affuit. Sed dum virgo oraſ/ſet: ſororẽ ſibi aſſiſtentez aſpexit: que facẽ tenẽs lampades accendit. Dũqꝫ ſe ex no/mine mutuo vocarent: ecce xp̄s affuit: et marthã ad celeſtia inuitauit. Cum aũt ad extrema aduenniſſet: ſe foras deferri fecit: vt celum aſpiceret: ac cineri cõſperſo ſe ſu/perponi iuſſit: ⁊ ſignũ crucis corã ſe tene/ri: atqꝫ paſſionẽ dn̄i ſm̄ lucam ſibi legi: Et dum diceret̃: pater in manus tuas ⁊c. ipſa ſpiritũ emiſit. iiij. calẽ. augu ¶ Sequenti die dn̄ica dum laudes circa corpus eius exoluerent: ⁊ hora tertia beatꝰ fronto ep̄s petragorice celebraret: ⁊ poſt epiſtolaz in cathedra dormitaſſet: xp̄s ei apparuit: ⁊ vt ſe ſequeret̃ admonuit. Qui ambo ſubito tarachonũ venerunt ⁊ circa corpꝰ marthe ceteris reſpõdẽtibꝰ exequias peregerũt: ac corpus in ſepulchro ſuis manibꝰ ſepe/lierunt. Cuz aũt petragorice finito gradua/li diaconus lecturus euãgeliũ benedictio/nem petens ep̄m excitaret: ille ſe a chriſto aſſeruit tarachonũ ductuz fuiſſe: ⁊ corpus marthe ſepulture tradidiſſe: anulũqꝫ ſuũ ⁊ chirothecas: que corpus locaturus depo/ſuerat: ſe ibidẽ perhibuit dimiſiſſe. Miſſi igit̃ nuncij: ⁊ vt ep̄s dixerat: inuenientes anuluz ⁊ vnã ex chirothecis retulerunt: aliam vero ibidez in miraculi teſtimoniũ dimiſerũt. ¶ Proceſſu vero tp̄is: clodo/ueus rex frãcoꝝ grauem rhenũ dolorẽ pa/tiens: cum ad eius tumulũ liberatus fuiſ/ſet: ecc̄liã ad locũ dotauit: ⁊ triũ miliario/rũ ſpatio in gyro p̄dia cuncta eidẽ ↄceſſit.

¶ De ſancta Marcilla pediſſequa mar/the. Ca. CLV.

Marcilla marthe pediſſequa fuit. Hec mulier illa fuiſſe perhibet̃: que luce. xi. capi. Extollens vocez de turba: ventrẽ qui xp̄m portauit: ⁊ vbera que illuz lactauerũt: beatificare p/

meruit. Hec cū ipſa dom̄ina ſua a iudeoꝝ
finibus expulſa: ⁊ cū alijs diſcipulis: vt ſu
perius actum eſt: maſſiliā deuenit: ipſam
vſq3 ad eius obitū nō dimiſit: ipſiuſq3 vitā
⁊ geſta cōſcripſit. Que poſt eius vite finē
in ſclauoniā pergēs ⁊ ibidē xp̄i euāgeliū
predicās poſt decimū annū a dormitione
marthe in pace quieuit: corp⁹ cuius aquis
tranſlatū iuxta corpora btē marie magda
lene ⁊ ſancti maximini ac ſancti celidonij
ſepultū eſt: vt ſupra dictū eſt in geſtis ma
ximini ep̄i. iiij. idus iunij.

¶ De ſancto Simplicio Fauſtino ⁊ Bea
trice martyribus. Ca. CLVI.



Simpli
cius ⁊ Fauſtinus atq3
Beatrix ſub diocletia
no imp̄atore paſſi ſunt
in vrbe roma. Qui dio
cletian⁹ p̄dictos duos
germāos detētos mul
tiſq3 ſupplicijs affe
ctos: iuſſit pro xp̄i noīe decollari: ⁊ corpo
ra per pontē lapideum in tyberim iactari.
Que dei nutu inuenta ſunt in loco qui vo
catur ſextū philippi via portueñ. que ſan
cta beatrix eoꝝ quōdam germana colle
git: ⁊ cum ſanctis criſpo ⁊ ioāne preſ byte
ris in ipſo loco ſepeliuit. Et exinde apud
ſanctā lucinā morabat̄. Cū aūt lucretius
imp̄atoris vicarius ambiret prediū qđdā
ipſius beatricis predio ſuo vicinū occaſio
ne reperta eā teneri fecit: ⁊ dijs imolare
precepit. Quā renuentē carceri mancipa
uit: deinde noctu a ſeruis ſuis eam preſo
cari mādauit. Cuius corpus lucina rapiēs
iuxta germanoruz corpora ſepeliuit. Qui
paſſi ſunt. iiij. calen. augu. ¶ Poſt hec lu
cretius prediuz beatricis intrauit. Ubi fa
cto amicis ſuis cōuiuio martyribus inſul
tabat. Infantulus vero lactēs pānis inuo
lutus de gremio matris que ibi aderat ex
clamauit. Audi lucreti. Occidiſti ⁊ inuaſi
ſti: ecce datus es in poſſeſſionem inimici.
Statimq3 lucretius tremēs a demōe arri
pitur: ⁊ per tres horas adeo vexat⁹ eſt: vt
in ipſo cōuiuio moreret̄. Quod aſtātes vi
dentes conuerſi ſunt. Paſſi ſunt aūt circa
annum domini. cclxxxvii.

¶ De ſancto Felice papa ſecundo ⁊ mar
tyre. Ca. CLVII.

FElix papa ⁊ martyr hui⁹ no
minis ſecūdus natione ro
manus ex patre anaſtaſio: li
berio pape in ep̄atu romāo
ſucceſſit: ſeditq3 annū vnū.
Hic fuit catholicus vir: ⁊ cōſtituit vt ep̄s
vocatus ad cōciliū veniat. Huius p̄deceſ
ſor liberius cū nollet arriane hereſi ↄſen
tire miſſus eſt in exiliū a cōſtātio auguſto
filio cōſtantini: ⁊ ibi per trieniuz moratus
eſt. Quapropter vniuerſus clerus ⁊ popu
lus roman⁹ loco eius felicē ordinauerūt.
Qui quidē felix cōcilio cōuocato coram
xlviij. ep̄is: cōſtantiū ip̄atorē arrianū here
ticū ⁊ duos p̄ſbyteros ei fauētes. ſ. vrſatiū
⁊ valentē ↄdēnauit: pro eo. v3: q2 idē con
ſtanti⁹ in hereſi3 arrianoꝝ plabēs ab eu
ſebio nicomedieñ. ep̄o fuerat rebaptiza
tus. Qui vrſati⁹ ⁊ valens: poſt dies aliquot
rogauerūt cōſtantiū: vt liberium de exilio
reuocaret: vt vna tantū p̄ticipatiōe cōica
rent. Quoꝝ ſuaſionib⁹ auguſtus induct⁹:
⁊ q2 felix eū dānaſſet indignat⁹: felicē de
ep̄atu ſuo eiecit: ⁊ liberiū eo pacto reuo
cauit: vt ſibi ⁊ alijs quos dānauerat cōica
ret: liberi⁹ igit̄ in heretica prauitate ↄſen
ſit exiliū tedio affect⁹. Et ſic in tantū p̄ſecu
tio excreuit: vt quāplurimi p̄ſbyteri ⁊ cle
rici liberio nō p̄hibēte intra eccleſias ne
carent̄. Tenuitq3 liberi⁹ potētialiter baſi
licas apl̄oꝝ petri ⁊ pauli: ⁊ cōſtantianā an
nos. vij. Felix vero de ep̄atu eiectus habi
tabat in p̄dio ſuo via portueñ. Inde ab he
reticis poſt annos. vij. ad vrbē tract⁹ mar
tyrium capitis obtruncatiōe p̄meruit. Et
ſepultus eſt in baſilica quā ipſe conſtruxe

rat via aurelia.iiij.cal.augu. circa annum dñi.ccclxl. Et ceſſauit epatus vſqȝ ad obitū liberij. Naʒ dies felicis oēs ſub tpe liberij cōputant pp occaſiones memoratas.

¶ De ſancto Felice papa quarto confeſſore. Ca. CLVIII.

Felix papa huius nominis quartus natione ſamnius ex patre cōſtantino. Joāni pape primo in pōtificatu romano ſucceſſit. Et ſedit annos.iiij.mēſes.ij.dies.xiij. Hic cōſtituit vt infirmi ante eoꝝ tranſitū oleo ſcō inunguntur. Hic patriarchā cōſtantinopolitanū arriane hereſi maculatū excōicauit: ⁊ hereſi archā dānauit. Et poſtq̄ȝ in omni ſanctitate ſedem aplicaʒ feliciter gubernauit virtutibꝰ fulgens ad xp̄m migrauit. Et ſepultus iacet apud ſanctuʒ petrum apoſtolum. Et ceſſauit epiſcopatus menſem.j.⁊ dies.xv.

¶ De ſcō Lupo epō. Ca. CLIX.



Lupꝰ epiſcopus trechen̄. leucoꝝ familie primꝰ fuit. Qui vxorē quādaʒ noīe punimolā ſancti germani arelatēſis als altiſiodorenſis epi germanaʒ in ſeculo habuit. Anno vero.vij. ↄiugij ſui ambo epi cōi voto ad deū cōuerſi monachaleʒ vitā elegerūt. Unde ⁊ lupus ſeculo relicto ad ſanctū honoratū abbatē lerinen̄. adijt: ⁊ factus monachus biēnio ſecū māſit. Dehinc cū ſcō germāo cognato ſuo in britāniā ꝑrexit. Poſt annū aūt regrediens: vt q̄ ſibi remāſerant pauperibꝰ diſpēſaret: diuino nutu trechaſine ciuitatis pontifex factꝰ eſt. Hic ciuitateʒ ſuā ſua orōne ab hunoꝝ exercitu oēs galliarum vrbes deuaſtante ſaluauit. Cum enim attile flagello dei hunoꝝ pncipi occurriſſet: ⁊ pro patria intercederet: ⁊ princeps ferox ciuitatē oīno delere ꝓponeret diuina virtute taʒ ipſe q̄ȝ oīs exercitus cecitate percuſſi trāſierunt per ciuitatem a porta vſqȝ ad portā neminē videntes aut ledentes. Sicqʒ patria ſaluata ē. ¶ Hic mulierē paralyticā ſanauit. Puellam que demonis oppreſſiōe muta effecta fuerat: ne dum a demonio liberauit: ſed etiam ei loquelam reſtituit. Aliaqʒ plurima miracula perfecit. Et anno.xxv. epiſcopatus ſui ſanctitate pollens ad dominum migrauit quarto calendas Auguſti. Sepultus in eccleſia ſua.

¶ De ſanctis Flora ⁊ lucilla virginibꝰ ⁊ ſocijs martyribus. Ca. CLX.

Flora ⁊ Lucilla virgines cuʒ ſocijs ſuis eugegio ⁊ alijs ratione martyrium ſub helio vrbis ꝑfecto paſſe ſunt. He cū eſſent ſorores xp̄iane ſanctimoniales: ⁊ ex vrbe roma oriunde ab eugenio barbaroꝝ rege capte ſunt: ⁊ in aphricam ducte. Quas cum tyrannus violare vellet: dixerunt regi: ſe deum celi habere ſue virginitatis cuſtodem: ⁊ corruptionis vltorē. Quod ille audiens timuit: eaſqʒ reuereri cepit: atqʒ in quodam cubiculo incluſit adhibitis ancillis ad miniſterium earum: que ieiunijs ⁊ orationibus intendebant. Rex vero cum ſepius ad bellum prodiret: earum ſe orationibꝰ cōmendabat: ⁊ continuo de hoſtibus victoriam reportabat. Omniaqʒ ipſi ad votum proſpere ſuccedebant. Sicqʒ viginti annis apud barbarum permanentes: poſt ipſum tempus diuinitus admonentur: vt romā redeant: ⁊ martyriū percipiant. Qđ cum regi rettuliſſent ipſe iam mente chriſtianus effectus diuino ſpiritu tactus: virgines deſerere noluit: ſed relicto regno vna ſecum romā peruenit. Ipſe aūt ab helio prefecto cōprehenſe cū ſacrificare nollent capite puniūtur: cū quibus ⁊ eugenius ſe chriſtianuʒ ꝑfitens ſimul etiā decolla/

quidā: qui dicitur chriſtus in tali ſigno ꝑ
ꝑēderat: quē ipſum plurimū formidabat
⁊ ob id ab eius ſigno diuertebat: chriſto-
phorus autem adhuc chriſtū maiorē dia-
bolo fore concluſit: ⁊ ſic continuo ab eius
ſeruitio diſceſſit: ⁊ chriſtū querere feſtina
uit. Sed cū eū nullatenus inuenire poſ-
ſet: ad eremitā deuenit: qui ipſi chriſtum
predicauit: ⁊ de fide diligēter inſtruxit ac
baptizauit. Cum autē ei ieiunium ⁊ ora/
tionem pro peccatis ſuis iponeret: ⁊ Chri
ſtophorus ſe nihil horum perficere poſſe
dixiſſet: ipſum tādem ad quēdam fluuiū
deſtinauit: vt ibi reſideret: ⁊ cunctos trā/
ſire volentes: eo ꝙ fortis eſſet ⁊ magnus
tranſportaret: quod chriſto adeo gratū eēt:
vt ſe ipſi ꝓcul dubio reuelaret. Ad fluuiū
igitur acceſſit: ⁊ ibidē ſibi domum cōſtru
xit: portāſq̧ ꝑticā in manu loco baculi ſe
in aqua ſubſtentabat: ⁊ oēs ſine ceſſatiōe
tranſportabat. Cū aūt quadā nocte quie
ſceret: audiuit tertio vocē puerili ſe vo/
cantis: ⁊ vt ſe traduceret obſecrātis. Qui
ſemel ac bis egreſſus neminez repperit:
tertia vero vice puerum inueniēs in hu-
meris ſuis accepit: ⁊ baculo ſumpto flu-
mē tranſiturus intrauit. Et ecce aqua flu
minis paulatim intumeſcebat: ⁊ puer adi
ſtar plumbi grauiſſimi ponderabat. Quā
toq̧ magis ꝓcedebat amplius vnda cre
ſcebat: ⁊ puer magis humeros chriſtopho-
ri deprimebat. Cum autē vix tranſuadaſ
ſet: ⁊ puerū depoſuiſſet: de pondere con-
queſtus ait ꝙ in tantū fuerat grauatꝰ ac/
ſi totum mūdum ſuper humeros habuiſ/
ſet. Cui puer reſpōdit ꝙ non miraret̃: q̃r
nedum mundū ſuper ſe habuerat: ſed il-
lū qui totū mundum creauerat: ſe quoq̧
chriſtū dn̄m eſſe dicebat. In cuius ſignū
mandauit: vt baculū ſuū in terra figeret:
quem mane floruiſſe ⁊ fructificaſſe vide
ret. Statiq̧ ab oculis eius euanuit. Chri
ſtophorus aūt baculū in terraz fixit: ⁊ die
altera ipſum ad modū palme frondes et

dactilos protuliſſe conſpexit. Sicq̧ chri/
ſtum dominum ſibi apparuiſſe cognouit.
¶ Poſt hec autē ad amon ciuitatē deue
nit: vbi dum eorū linguā non itelligeret:
oratione fuſa ipſorū loquelam intelligere
cepit virgam quoq̧ ſuā in terram fixit: et
vt ad conuerſionem populi floreret dn̄m
exorauit. Quod cum factū fuiſſet decem
⁊ octo milia hominuz crediderunt. Rex
autem dagnus ducētos milites ad eū ca
piendū miſit. Et cum ipſum orantē tene-
re nō auderent: iterū totidez miſit. Cum
quibus oratione premiſſa ad regem ve-
nit: quem vidēs rex ſtatura in tantū ſub-
limem territus eſt: ⁊ pre timore corruit in
terram de ſede ſua: ſed a miniſtris leua-
tus: chriſtophoruz de nomine ⁊ patria ⁊
religione requiſiuit. Qui cum ſe chriſto-
phorū nomine chananeū gēte ac chriſtia
nū religione diceret: ⁊ dijs ſacrificare cō
tēneret: rex ipſuz in carcere mancipauit.
Duas quoq̧ puellas elegātes germanas
nicetam ⁊ aquilinam de ſui corporis pro
ſtitutione viuētes ad euz miſit: ꝓmittēs
eis munera ſi illum ad peccandū ſecum
alliceret: ⁊ ad imolandum dijs inflectere
poſſent. Cūq̧ a puellis plauſu manuū et
amplexibus vrgeretur: ⁊ ſanctus martyr
inſtanter dn̄m precaretur: ſubito de facie
illius lux imenſa refulſit: que puellas ad-
modum exterruit. Quapropter ille con-
uerſe ad chriſtū de cōmiſſis veniam po-
ſtularunt: ⁊ coronaz martyrii perceperūt
vt ſupra in eorum paſſione actum eſt. ix.
cal. auguſti. ¶ Deinde chriſtophorus re/
gi preſentat̃ ⁊ cum ſacrificare nollet: vir/
gis ferreis verberatur: ⁊ poſtmodum ga-
lea ignita eius capiti imponitur: ſʒ in his
minime ſuperatur. Deinde ſuꝑ ſcānū fer-
reum alligatur: ⁊ ignis iniecta pice ſubter
incēditur: ſed ad inſtar cere ſcamnuz cō-
fringitur ⁊ ſanctus illeſus inuenitur. Sub/
ſequenter autem rex fecit illum ad ſtipi-
tem ligari: et a trecentis militibus ſagit-

tari: ſed ſagitte omnes ſuſpenſe in aere permanebant. Cum autem rex illuc accederet: vt ipſum extinctuꝫ conſpiceret: repente vna ex ſagittis ex aere retroceſſit ⁊ regem percutiens vno oculo excecauit. Cui chriſtophorus dixit: vt de ſanguine ipſius in craſtinum decollandi ſumeret ⁊ oculum liniens viſum recuperaret. Tūc iuſſu regis ad decollanduꝫ ducitur: ⁊ ibidem fuſa oratione capite truncatur. Rex autem de ſanguine ſuper oculum ponēs continuo viſum recepit. Quapropter in chriſtum credidit ⁊ corpus ſancti martyris ſepeliri mandauit. Paſſus eſt autem octauo calen. auguſti.

¶ De ſcō Cucufante m̄. Cap. CXXXIX.



Cucufās martyr ĩ ciuitate barchinona ſub p̄ſide rufino paſſus ē. Hic ſanctus vna cū felice germano ſuo ex ſcyllitana ciuitate nobilibus parentibus ortus: ceſaream mauritanam ſtudiorūꝫ gratia cō migrauit. Indeqꝫ ambo poſt tempus aliquod diſcedentes et ad partes occidentis ſe transferentes: omnia ſua pro chriſto pauperibus erogarunt. Et felix quidē in ciuitate gerunda martyr effectus eſt: vt de eo in eius paſſione dicet̄ calendas auguſti. ¶ Cucufans vero in ciuitatem barchinonaꝫ deueniens: dum chriſtum annunciaret a galerio proconſule tentus eſt: et dum ſacrificare nollet: iuſſu proconſulis a. xii. militibus ſibi viciſſim ſuccedentibus grauiſſime ⁊ diutius tortus eſt: ita vt inteſtina dirupto corpore defluerent. Cum autem orationem chriſti martyr fudiſſet: tortores excecātur. Proconſul vna cum eius idolis terra ſe aperiente abſorbetur. Cucufans vero inteſtinis in alueum diuinitus repoſitis repente ſanatur. Quem pagani catenis vinctū maximiano preſidi preſentarunt. Qui cucufantem in craticula iuſſit aſſari: ſinapi ⁊ aceto plagis perfundi. Sed cum hec omnia ſuperaſſet: et aſſatores eius erumpente flamma interiſſent: in ignem copioſum mittitur: ſed eo orante ignis extinguitur. Dehinc in carcere clauſus lumine celico ſuper eum emiſſo confortatur: cuſtodeſqꝫ hec aſpicientes ad chriſtum conuertuntur. Mane autem facto cum iubente preſide cardis ferreis ⁊ neruis taurinis cederet̄: orauit ad dominū: ⁊ continuo preſes vadens ad aram iouis de curru concidit: ⁊ fractis ceruicibus expirauit. Idola quoqꝫ ad que pergebat: in puluerē redacta ſunt: quo miraculo multi de populo in chriſtum crediderunt. Demum ſuccedente rufino in preſidem ciuitatis: cucufans ab ipſo denuo comprehenſus ac decollatus eſt: ſepult⁹ barchinone. viij. calendas auguſti: cuius corpus inde pceſſu tpis tranſlatū in eccleſia ſancti dionyſii pariſieſ. vbi ad p̄ns quieſcit.

¶ De. ſ. Nemeſio ⁊ Lucilla m̄. C. CXL.

Nemeſius ⁊ Lucilla filia ei⁹ virgo paſſi ſunt in vrbe ſub imperatoribus valeriano ⁊ galieno. Cum enim nemeſius tribunus eēt militūꝫ ⁊ lucillā filiā cecā a natiuitate haberet: audiens qualiter ſanctus ſtephanus papa in chriſti noīe omnes egros curaret: acceſſit ad eum ſacrificantem in crypta nepotiana: ⁊ filiam eius ad ipſum detulit: rogans vt ſe ac filiam baptizaret: ipſamqꝫ lumē aſpicere faceret. Quos vbi beatus ſtephanus baptizauit: lucilla virgo lumen recepit: ſeqꝫ virū quēdā mirabilē aſpexiſſe in baptiſmate dixit: q̄ eius oculos illumiauit. Eodē die viſo miraculo baptizat⁹ eſt ſymphroni⁹ diſpēſator nemeſii cū omni familia ipſius, pmiſcui ſexus numero. lxii. Nemeſius q̄ꝫ a btō papa

ſtephano diaconus ordinatus eſt. Quod
audientes valerianus ⁊ maximus conſu/
les iuſſerunt nemeſium teneri. Cum aūt
die quadam predicti duo conſules in tē/
plo martis via apia ſacrificarent: ⁊ neme-
ſius illac tranſiens orationem faceret: ma
ximus a demonio arripitur: ⁊ clamare ce
pit: ꝙ a nemeſio torqueretur: ⁊ cuꝫ mini/
ſtri egreſſi nemeſiū tenuiſſent: maximus
conſul cōtinuo expirauit. Ualerianus au/
tem conſul nemeſium in carcerem trudi
fecit. Lucillam vero filiaꝫ eius apud quā/
dam paganam nomine maximam in cu-
ſtodiam deputauit. Deinde ſymphroniuꝫ
eius diſpēſatorem tenuit: tradiditq; eum
olimpio tribuno examinanduꝫ. Cum au/
tem ad predicationem ſymphronij olym-
pius credidiſſet: ⁊ cuꝫ vxore exuperia ac
filio theodolo a ſancto papa ſtephano ba
ptizati fuiſſent: vt dicetur infra in eoꝝ paſ
ſione. Audiētes hec impatores miſerunt
ad valerianum conſulem: ⁊ fecerunt ſibi
nemeſium ⁊ lucillam filiā eius preſenta/
ri. Et cū ambo in xpi nominis confeſſiōe
perſiſterent. Lucillam quideꝫ in via apia
ante tēplum martis ſpectante patre iugu
lari iuſſerunt: deinde inter viam apiam ⁊
latinam nemeſium diaconem capite trū/
cari fecerunt. Quorum corpora ſanctus
ſtephanus papa via latina nō longe ab vr
be ſepeliuit octauo calen. auguſti.

¶. De trāſlatiōe ſci Germani. C. CXLI.

TRanſlatio corporis ſan
cti germani epiſcopi pi
ſien. ab incolis eiuſdeꝫ
ciuitatis. viij. calē. aug.
celebratur. Cuius re-
liquiis dominus tantaꝫ
gratiam contulit: vt in
eius tranſlatione corporis earum conta-
ctu cecis viſum: ſurdis auditum: claudis
greſſum preberet: multoſq; languoribus
variis detētos ſanos efficeret: ⁊ obſeſſos
ab immundis ſpiritibus liberaret.

¶ De ſcā Anna matre dñe nře. C. CLII.



Anna mater glorio
ſe virginis marie: vt in
hiſtoriis tribunū iſrael
habet: de tribu iuda ci
uitate bethleē orta eſt:
viroq; eius ioachim ex
eadeꝫ tribu de galilea
ciuitate nazareth ori-
ginem duxit. Hec tribus viris ſucceſſiue
nupta fuit: quoꝝ primus fuit ioachim: ſe/
cūdus cleophas eiuſdē ioachiꝫ frater: q̄ eā
maſculina ſobole carentē ſcdm legē mor-
tuo germano in ↄiugē aſſumpſit: vt ſemē
fratris ſuſcitaret. Tertius aūt extitit ſalo/
me duoꝝ priorum oīno extraneus. Ex pri
mo aūt viro anna glorioſaꝫ virginem ma
riam genuit: q̄ ioſeph diſpōſata non tamē
in concupiſcentia iuncta: xpm per ſpiritū
ſanctum procreauit. Ex ſcdo aliam filiaꝫ
mariam noīe ſimiliter peperit: q̄ nupta al
pheo quattuor filios edidit: videlicet iaco
bum minorē apoſtolum: ioſeph iuſtū: ⁊ ſi/
monē ⁊ iudam. Ex tertio aūt viro tertiaꝫ
filiam mariā etiā nominatam ꝓcreauit: q̄
nupta zebedeo duos filios parturiuit ſcili
cet iacobum maiorē apoſtoluꝫ: ⁊ ioannē
euangeliſtā. Ipſa quoq; beata anna ante
tertij mariti obitū in pace q̇euit. Et ſepul/
ta eſt i bethleē in tumulo paterno. vij. cal.
auguſti: vt tradit hieronym⁹.

¶ De ſcō ioachī patre dñe. Cap. CXLIII.

IOachim patre domine no-
ſtre filius barpanthere: ⁊ ma
ritus ſancte anne de tribu iu
da ex prouintia galilee ciui/
tate nazareth duxit originē.
Qui cum in bonis tpalibus
abūdaret ab annis. xv. deo ſeruire cepit:
⁊ de facultatibus ſuis pauperibus ⁊ pere
grinis atq; tēplo dñi ⁊ eius miniſtris largi
ſiue miniſtrabat. Et cuꝫ eſſet annoꝝ. xxx.
duxit in coniugem annam filiam agar de

tribu ſua ex ciuitate bethleez ex qua vſqȝ ad annos .xx. nullã prolẽ ſuſcepit. Diuina tandem diſpoſitione mariam genitriceȝ chriſti futuram ex ipſa filiã procreauit: vt dicetur plene in natiuitate virgi. vj. idus ſeptembris. Poſtq̃ autem eandem virginẽ ad templum adduxit: ꝛ dei ibidem ſeruitio iuxta votũ mancipauit: ꝛ ipſe ioachim domum rediẽs modico tẽpore ſupuixit: ꝛ plenus virtutibus in pace cuȝ patribus ſuis dormiuit. Sepultus in nazareth in ſepulchro patrum ſuorũ. Quo aũt die migrauerit reperiri nõ põt. Jdõ ꝛ eius geſta feſto ãne ipſi' ↄiugis adiunguntꝰ.

¶ De ſancto Paſtore preſbytero ꝛ confeſſore. Cap. CXLIIII.

Paſtor preſbyter in eremo de ſcythi claruit tẽpore ſanctorum patrũ anachoritaruȝ. Qui abſtinentia magna ſe affligens: multa ſanctitate ꝛ religiõe pollebat. Cum autem mater ipſum abbateȝ ꝛ monachos ſuos videre curaret: ꝛ ad eccleſiã euntes obſeruaſſet: paſtor cum fratribus cellam intrantes hoſtium in faciem eius clauſerunt. Cum aũt illa flens ad hoſtiuȝ clamaret: ꝛ filium videre obnoxius poſtularet: ipſe matri ſe videri ꝓhibuit: hortãs illam vt equanimiter ferret: qꝛ ſi non in pñti ſeculo ſaltem ipſum in futuro videret: que confortata diſceſſit: ꝛ ipſum amplius aſpicere non curauit. ¶ Judex prouincie cum abbatẽ paſtorem videre cuperet: ſed nequiret: filium ſororis eius tanq̃ malefactorem carcerauit: dicens ꝙ ſi paſtor pro eo interceſſurus veniret ipſuȝ dimitteret. Mater ergo iuuenis et ſoror abbatis ab hoſtium iuit: ꝛ lachrymis vt pro eo iudicem adiret inſtanter rogauit. Cui ille mandauit dicens: ꝙ paſtor filios non generauit. Qua cum dolore diſcedẽte iudex ait: vt ſaltem verbo iuberet: ꝛ illum dimitteret. Jlle autẽ remandauit: vt cauſam ſcḋm legẽ examinaret: ꝛ ſi digꝰ eſſet morte: illum occideret: ſin autẽ quomodo vellet faceret. Docebat autem fratres dicẽs ꝙ animam ſuam a peccato cuſtodire ꝛ ſe ipſuȝ conſiderare ꝛ diſcretionem habere: ſunt anime ꝑfectiones. Tribulatio ꝛ diſcretio ſunt operationes ſolitarie vite. ¶ Cum quidam frater de quadam cõgregatione offendiſſet: abbas de conſilio cuiuſdam ſolitarij expulit eum. Quem flentẽ abbas paſtor ad ſe accerſiuit: ꝛ pro illo ſolitario miſit. Et cum veniſſet abbas ei dixit: ꝙ duo homines erant: qui ambo ſuos mortuos hẽbant. Quoruȝ vnus mortuum ſuum reliquit: ꝛ iuit plorare mortuum alterius. Quod ſolitarius de ſe dictum intelligẽs compunctus eſt. ¶ Frater quidam abbati paſtori dixit ſe perturbatum eſſe ꝛ locum velle deſerere: qꝛ verba quedam de fratre audierat que eum maxime ſcandalizabãt: dixit paſtor ne hec verba crederet: qꝛ vera non eẽnt. Jlle vero verba eſſe vera affirmabat: qꝛ frater fidelis ipſi dixerat. Et ille reſpondit: ꝙ ſi fidelis eſſet non ipſa dixiſſet. Affirmanti autem omnino vera eſſe: propoſuit ei parabolam euangelij de trabe ꝛ feſtuca: admonẽs vt in corde ſuo poneret: ꝙ peccata ſua trabes eſſet: ꝛ aliena feſtuca. ¶ Frater quidam qui grande peccatum cõmiſit penitentiã facere volens interrogauit paſtorem ſi triẽnis penitentia ſatis eſſet qui dixit ꝙ multum eſt. Jnterrogatus ſi annus ſufficeret: reſpondit ꝙ multum eſt Jnterrogatus de .xl. diebus: reſpondit ꝙ multum eſt. Addens ꝙ ſi homo ex toto corde peniteat: ꝛ penitentiaȝ triduanam agat ſuſcipiet deus. ¶ Jnterrogatus de illo verbo: qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa ꝛc. quid eſſet ſine cauſa iraſci reſpondit. Ex omni re qua homo a fratre ſuo grauatur: iraſci ſine cauſa: donec oculum ipſi abſtrahat. Sin auteȝ quis cũ

a deo ſeparare vellet pro hoc iraſci debꝫ.

¶ Cõqueſtus eſt ei frater quidaꝫ ꝙ multas cogitationes habens in ipſis periclitabatur. Qui eum ſub diuo eduxit iubẽs vt ſinum expanderet: ⁊ vẽtum teneret. Qui reſpondit ſe non poſſe: ſic inquit ille: quia cogitationes repelli non poſſunt ne introeant: hominis autẽ eſt eis reſiſtere. Quieuit autem vir ſanctus in domino. vii. calẽdas auguſti ſanctitate ⁊ vita conſpicuus ⁊ miraculis clarus.

¶ De ſcõ Eraſte diſcipulo. Ca. CXLV

ERaſtes diſcipulus vnus ex. lxxii. d̄ quo apoſtolus ad roma. xvi. ⁊ prima timoth. iiij. cap. mentionẽ facit: ⁊ de q̃ ſcribit act. xix. epiſcopus meadi fuit poſt hieroſolymorum diſperſionem: vt abbas dorotheus ponit. Ado tamen dicit in martylogio ex datariis hieronymi ſũpto: ꝙ a beato paulo apoſtolo philippis epiſcopus relictus ibidem martyrio coronatus quieuit. vij. calen. auguſti.

¶ De ſancto Hiacyntho martyre. Cap. CXLVI

HIacynthus martyr rome i portu ſub conſulari leõtio paſſus eſt. Quẽ chriſtianuꝫ compertum luxurius quidam primus ciuitatis teracine detinuit: ⁊ cõſulari tradidit. Qui primo ab eodem in copioſum ignem immiſſus: dum exiſſet illeſus: in validiſſimum deinde torrentem precipitatus: ad littus tamen diuino nutu incolumis eiectus eſt. Quod dũ conſulari leõtio nunciatum eſſet: ipſum gladio feriri iuſſit: quem matrona nomine iulia cum ſeruis ſuis iuxta ipſam ciuitatem teracinam in ſuo predio ſepeliuit. ſeptimo calendas auguſti.

¶ De ſãcto Symphronio Olympio ⁊ ſociis martyribus. Cap. CXLVII.

SYmphronius: olympius: theodolus: ⁊ exuperia martyres rome paſſi ſunt ſub valeriano ⁊ galieno imperatoribus. Symphronius enim cũ eſſet diſpenſator domus ne meſii tribuni: de quo ſupra actum eſt in eius paſſione. viij. calẽ. auguſti vna cum eodem domino ſuo a ſancto ſtephano papa chriſti fidem audiuit: ⁊ baptiſmum ſuſcepit. Cum autẽ valerianus cõſul nemeſium carceri mancipaſſet vna cum lucilla eius filia: ⁊ ipſuꝫ ſymphroniũ ſimiliter comprehendit: ⁊ tradidit olympio tribuno. Qui facltates nemeſii a ſymphronio exquirebat: ⁊ ipſum ad deorum ſacrificia inuitabat. Symphronius autẽ reſpõdit: ſe omnes facultates domini ſui eius mãdato chriſtianis pauperibus erogaſſe: ⁊ nunq̃ꝫ idolis: que demonia ſunt: imolare poſſe. Queꝫ olympius in cataſta extẽſum iuſſit fuſtibus cedi: dehinc ſimulacrum martis cum tripode deferri: vt ei ſacrificaret. Sed cum ſanctus idoluꝫ maledixiſſet: liquefactum eſt ſicut lutuꝫ: qđ admirans olympius ipſum terculino vicario cuſtodiendum dedit: Et veniẽs domum exuperie vxori vniuerſa narrauit. Cuius ſuaſione olympius chriſto credidit: ⁊ veniens ad ſymphronium cũ vxore predicta ⁊ filio theodolo baptiſma ſacruꝫ expetiit: ⁊ ſymphronio veniaꝫ petens eũ abire permiſit: qui ſanctum ſtephanum papam domum olympii nocte perduxit: illeq; olympium cum vxore et filio pariter baptizauit. Hec audientes imperatores nemeſium cum lucilla eius filia gladio perimi iuſſerunt: vt ſupra in eoruꝫ geſtis dictum eſt: deinde ſymphronium et olympium cum coniuge ⁊ nato comprehendi fecerunt: quos in chriſti confeſſione perſiſtentes iuſſerũt auguſti ante ſimulacrum ſolis iuxta amphitheatrum duci: ⁊ ad ſtipites ligari: igneq; ſuppoſito con/

gerie ſarmentorum ſpinarum ⁊ ſtupaniũ
incendio concremari: ſicq́ʒ odoriferum
domino ſacrificium reddiderunt: quorũ
corpora a ſancto ſtephano papa cum cle-
ricis ſuis via latina miliario ab vrbe pri-
mo ſepulta ſunt. vi. calen. auguſti.

¶ De ſancto Hermolao preſbytero et martyre. Cap. CXLVIII.

Hermolaus pſbyter ⁊ mar-
tyr apud nicomediã paſſus
eſt ſub maximiano impera
tore. Hic ex parẽtibꝰ roma
nis non infirmis ortus: ab
ipſis cunabulis deo fulcẽs
ad ſacerdotij dignitatẽ peruenit: ⁊ multos
in fide chri erudiuit: Inter quos ſauinaʒ
nobili genere ortã ⁊ pantaleonẽ euſtorgij
ſenatoris filiũ baptizauit: ⁊ ad martyriũ
exhortando pduxit: vt dicet infra in eius
paſſione. v. cal. auguſti. Hoc audiẽs maxi
mianus: q̃ tũc in ciuitate nicomedie reſi-
debat: fecit hermolaũ cõprehẽdi ⁊ ſibi p̃-
ſentari: quẽ dudum auditũ cuʒ oĩno diis
immolare ↄtradiceret: iuſſit eum nudũ ap-
pendi ⁊ flagellari: ac deinde tam diutius
vngulis radi: donec carnes eius in terrã
defluerent. Cui in tormẽtis angelus dñi
aſtitit: ⁊ eum vt cõſtans exiſteret cõforta
uit. Deinde depoſitũ impator ipm in car-
cerẽ cũ verberibꝰ recludi fecit. Ad queʒ
noctu multi chriani veniebãt: ⁊ ei neceſ-
ſaria miniſtrabãt: in ipo aũt ergaſtulo exi
ſtẽs ſctũs martyr multa ſigna operatꝰ eſt
diuina virtute. Nã mãcis dexteras reddi
dit: erutis oculis lumen reſtituit: q̃ſſatis
nautis in maris piculo iuocato noĩe eius
pñs apparuit: ſedatiſq́ʒ fluctibus ad por-
tũ ſalutis eos illeſos conduxit: demones
eiecit: febres ꝓpulit: ſurdis auditũ: ⁊ clau
dis greſſuʒ ꝓbuit. oẽs quoq́ʒ egros ad ipʒ
veniẽtes ſanos effecit. Elemoſynas q̃s ei
ip̄ſas paupibus diuidebat: ⁊ oẽs in fide
chri plenius inſtruebat. Ad quẽ inter ce-
teros horridus leproſus acceſſit: ⁊ eiꝰ mi-
ſericordiã poſtulauit. Quẽ facta oõne ab
oi lepra ita mundauit. vt nec in eo macu-
la appareret. ¶ Ante crepuſculuʒ etiã diei
nobilis quidã vir romanꝰ cũ vxore ⁊ tur-
ba copioſa ad ipm veniẽs vnicũ filiũ ſuũ
nuper defunctũ in loculo ei adduxit: ⁊ vt
ipm ſuſcitaret: lachrymabilr ſupplicauit.
Qui ſi ipſi in xpm credere vellẽt: id ſe fa-
cturũ pmiſit. Et cũ eis fidẽ domini pdicaſ
ſet: ⁊ omnes ſe credituros aſſererẽt: ora-
tionẽ fudit: ⁊ continuo adoleſcens reſur-
rexit: ⁊ baptizatus eſt cum parentibus: ⁊
omni turba que euʒ ſecuta fuerat diuerſi
ſexus numero. ccliij. ⁊ ſic oẽs cuʒ gaudio
ad ppria redierũt. ¶ Que cũ maximianꝰ
imperator audiſſet in pñtia principũ ſuo-
rũ iuſſit ſibi ſanctũ martyrẽ exhiberi: qui
cum diutius examinatus iperatorẽ viua
voce cõfunderet: ipmq́ʒ vanũ ⁊ menda-
cẽ cõprobaret: iuſſit illũ iterũ in equuleo
leuari: ⁊ vnguibus ferreis carnes eius la
cerari: ac laminas ardẽtes pectori ⁊ late-
ribus ſubminiſtrari: qui voce celica cõfir
matus miniſtris laſſis ac deficiẽtibus in
torquẽdo triduo indeficiens in patibulo
pduraiut. Tandẽ depoſitus capitalẽ ſubi
re ſniam iuſſus eſt. Et decollatus eſt cum
duobus viris chrianis fratribus videlicet
hermippo ⁊ hermocrate: ⁊ ſepultus in ni
comedia ciuitate. vi. calẽ. auguſti: Cuius
corpus venetias tranſlatuʒ quieſcit in ea
dem vrbe in baſilica ſancti ſymeonis pro
phete: vbi ⁊ plurimis miraculis pollet.

¶ De ſcõ Pantaleone mar. C. CXLIX.



Pantale
on martyr in ciuitate
nicomedia paſſus eſt
ſub maximiano ipe-
ratore. Hic fuit filius
euſtorgij nobilis ſe-
natoris eiuſdẽ vrbis
qui erat gẽtilis ⁊ ma-
tris ſobole chriſtiane. Quem pater cum

eſſet omni elegantia decoratus defuncta
mr̄e tradidit euphroſyno magiſtro vt di-
ſceret artē medicine: ⁊ ſic imperatoribus
ſemper aſſiſtere poſſet. Cum autē vadēs
ad ſcholas ſepius tranſiret ante cellaʒ in
qua hermolaus preſ byter latitabat: die
quadam conuocauit eū preſ byter ad ſe:
⁊ interrogauit eum quis eſſet ⁊ quā ſcien
tiam diſceret aut quā religionē teneret.
Qui reſpondit ſe eſſe filium ſenatoris: et
artem diſcere medicine: necnō deos pa-
ternos adorare. Cui hermolaus diuino
ſpiritu motus dixit ꝙ ſciētia hippocratis
vel galieni nihil eſſet: ſuadens vt in chr̄m
crederet: cuius inuocatione omnes lan-
guentes ſanaret. Nam ⁊ ipſe chriſtus ce-
cos illuminauit: ⁊ mortuos ſuſcitauit: et
inumerabilia ſigna fecit: quorum poteſta
tem in ſe credentibus conceſſit: Panta-
leon vero talia a matre defuncta audiuiſ
ſe teſtabatur. Cum auteʒ verba pr̄ſ byteri
percepiſſet ſepius illuʒ viſitabat ⁊ verbū
fidei ab illo libenter audiebat. Die auteʒ
quadam dimiſſus ab eo vidit puerum a
ſerpente percuſſum ⁊ iacentem mortuū:
orauitqʒ ad dominū vt ſi vera eiſent: que
de chriſto audierat puer ſanꝰ reſurgeret:
⁊ ſerpens per medium crepa ret. Que cū
ſtatim adipleta fuiſſent pātaleon ad her-
molaum feſtinauit: ⁊ que facta fuerāt ret
tulit atqꝫ baptiſma ſuſcepit: ⁊ fuit apd̄ eū
dies. vii. Reuerſus autem ad patrem et
quotidie cum eo de chriſto loquens diui
na gratia fauente: patreʒ ad fidem cōuer/
tit: omniaqʒ idola que in domo ſua erāt
cōminuit: ipſumqʒ hermolaum duxit. A
quo euſtorgius baptiſma ſuſcepit ⁊ in fi-
de chriſti cōfirmatus: poſt dies modicos
in pace quieuit. Quo defuncto ſanctus iu
uenis paupibus largiter tribuebat: ⁊ om/
nes infirmos quacunqʒ detentos valitu-
dine quos medici ſanare non poterant: p
chriſti inuocationem ſanabat: vnde ⁊ ce-
cum vnum qui omnem ſubſtantiam ſuā
in medicis conſumpſerat nec lumen reci
pere poterat. inuocato chriſti nomine cō
feſtim illuminauit. Qua propter euntes
medici cum ſacerdotibus idolorū ad im
peratorem pantaleoneʒ accuſauerunt ꝙ
chriſtianus eſſet: ⁊ ꝙ in chriſti nomie lā-
guentes curaret: ⁊ ꝙ cecum illuminaſſet
Tunc imperator cecuʒ adeſſe iuſſit: ⁊ ab
eo omnem veritatem didicit: ac confitē-
tem chriſtum decollari precepit. Deinde
ſanctum aduocans iterrogauit an in chri
ſti noie languētes ſanos efficeret. Qui re
ſpondit ꝙ verum eſſet: cuʒ deus chriſtus
noſtrum hec omnia poſſet. Quod vt veriꝰ
comprobaret paralyticum petiit introdu
ci: ⁊ ſacērdotes ac medicos aduocari. Qđ
cum factum fuiſſet: ⁊ ſacerdotibus de-/
os ſuos inuocantibus: medicis quoqꝫ ex
perimenta ſua operantibus nō potuit pa
ralyticus recipere ſanitateʒ. Cuius manū
pantaleon tenens ipſum in chriſti nomi/
ne eleuauit: ⁊ ille continuo ſanus ſurre/
xit. ¶ Cūqʒ maximianus ipſum ad deo-
rum ſacrificia inuitaret: ⁊ pantaleon chri
ſtum dominum ſolum deum predicaret.
Juſſit illum in equuleo ſuſpendi: ⁊ vngu
lis attrectari: ac ad latera eius lampades
applicari. Cui chriſtus in ſimilitudie her
molai preſ byteri apparuit ⁊ ipſum dulci/
ter confortauit. Et ſtatim tortorū manus
arruerūt: ⁊ lampades extincte ſunt. Tūc
imperator ſartaginē fecit apportari: ⁊ plū
bum in eam conf lari: martyremqꝫ ſan-
ctum in ea demergi. Orāte vero illo chri
ſtus eidem apparuit in ſpecie hermolai:
⁊ ſtatim ignis extinguitur: ⁊ plumbuʒ in-
frigidatur. Jmperator iratus iuſſit lapidē
magnum ad collum eius ligari ⁊ in pela-
gus iactari. Et apparuit illi chriſtus in ſi-
militudine hermolai: ⁊ continuo lapis il/
le ſolutus eſt. Chriſtuſqꝫ manum marty/
ris ſui tenens incolumen duxit ad littus.
Cui maximianus rurſuʒ feras multas di
mitti iuſſit: vt chri martyreʒ deuorarent.

Que ſanctum manſuefacte circūdederūt: leones quidem pedes: leopardi faciē: vrſi manus lingebant: certatimq; ad illuz accedebant: nec ab eo niſi ſumpta benedictione recedebant. Clamante autem populo magnuz deum chriſtianoꝝ viri mille de populo crediderunt ꝛ pro chriſti cōfeſſione decollati ſunt. ¶ Poſt hec recluditur ſanctus in carcere triginta diebus: ꝛ interea imperator iubet fieri rotā clauis ꝛ gladijs circūſeptam: in qua martyr ligatus membratim cōcidi poſſet. Poſt dies autem triginta eductus de cuſtodia ligatur in rota. Et apparente ei chriſto in ſimilitudine conſueta: vincula eius dirumpūtur: ꝛ diſſoluta machina quingenti paganorum occiduntur. Tunc imperator diligenter de magiſtro pantaleonis inquirēs: inuenit preſbyterum hermolaum: quem cum duobus germanis detentum martyrio conſumauit: vt ſupra in eius paſſione dictum eſt ſexto calendas auguſti. Et continuo terra concutitur: ꝛ omnia idola corruentia conteruntur: imperator hec vidēs pantaleonez iuſſit decollari: ꝛ corpꝰ igne conſumi. Quem milites extra vrbem duxerunt: ꝛ ad nouellam oliuam ligauerūt. Et cum ipſum vnus militū percutere vellet: ferrum ſicut cera plicatū eſt. Milites hoc videntes ad pedes martyris ꝓcidūt: ꝛ veniā petunt: pro quibus pantaleon orauit: ꝛ voce de celo lapſa ſe exauditū audiuit: vnde ꝛ illum de cetero percutere non audebant. Sed cum ſanctus eis diceret: ꝙ niſi hoc facerent ſecum partem non haberet: illi hoc audientes eum decollauerunt. Et ſtatim lac pro ſanguine fluxit: et oliua fructus intempeſtiuos produxit: qd imperator audiens oliuam iuſſit precidi: ꝛ ex ea ſanctū corpus comburi. Chriſtiani vero oſſa rapuerunt: ꝛ in ciuitate nicomedia ſepelierunt qui paſſus eſt quinto calen. auguſti.

¶ De ſanctis Nazario et Celſo martyribus. Ca. CL.




Nazarius ꝛ celſus martyres tpe neronis imꝑatoris in ciuitate mediolañ. paſſi ſunt ſub anolino ꝓcōſule. Fuit enim nazarius filius illuſtris viri noīe aphricani genere ꝛ prouincia aphri incole vrbis rome: q fide iudeus erat: ꝛ ꝑpetue nobiliſſime romanoꝝ xp̄iane ꝛ a petro aplō baptizate. Cū āt eēt annoꝝ .ix. mirabat̄: ꝙ eius parentes in religione diſſimiliter variarēt: vnde cui eoꝝ adhereret plurimū dubitabat. Cum autē vterq; illuz ad fidez ſuā trahere niteret̄: tandez veſtigijs matris nutu dei adheſit: ꝛ a beato lino papa baptiſmū ſuſcepit: quē dum pater a ſctō ꝓpoſito vellet auertere: nazarius de vrbe roma exijt: ꝛ .vij. aialia diuitijs onerata ex parentū hereditate ſuſcepit: ac ꝑ ciuitates italie trāſiēs oia pauperibꝰ diſpenſauit. Anno aūt .x. diſpſionis ſue ꝑ placentiā venit mediolanū: ꝛ ſctōs martyres xp̄i geruaſiū ꝛ ꝓthaſiū in carcere detētos inuenit: quos ꝛ in dn̄o cōfortauit. Qd audiens anolinus prefectus ad ſe illum ꝑtrahi fecit: ꝛ fuſtibꝰ ceſum ex vrbe deiecit. Cui mater que nuꝑ obierat apparuit: ꝛ vt ad gallias ꝑdicādum ꝓperaret: admonuit. ¶ Cum aūt ad vrbē gallie que gimellus dicit̄ ꝑueniſſet: ꝛ ibidem plurimos cōuertiſſet filiū paruuluz cuiuſdā nobilis matrone celſuz noīe ei oblatū a matre baptizauit: ꝛ ipſm̄ ſecū duxit. Quod ꝑfectus galliaꝝ audiēs: nazariū ꝛ celſuz catenis vinctos in carcerē recluſit i craſtino tormētis afficiēdos: ſꝫ ab vxore ſua redargutus: ne deos vindicare ꝑſumeret: ſꝫ ipſi ſe de ſuis hoſtibꝰ vindicarēt: ꝑfectus eos abſoluit ſed ne ampliꝰ ꝑdicarēt iterdixit. ¶ Deinde ad vrbē treueris ꝑuenit: vbi ꝛ xp̄m primꝰ ꝑdicās multos conuertit: ꝛ ec

cleſiam edificauit. Quod cū neroni ceſari per corneliū vicariū intimatū eſſet: miſſo ventone milite ſuo cū. 100. armatis: nazarium iuxta eccleſiā orantē inuentū: ⁊ vna cū puero celſo vinctū ſibi exhiberi precepit. Quos imꝑator in carcere detinuit: donec illos ſuppliciis excogitatis ꝑimeret. Poſt dies aūt multos iuſſu neronis milites nazariū calcib⁹ tundētes: ⁊ pueꝝ verberātes de carcere eduxerūt: ⁊ corā ceſare ſtatuerūt. Cū aūt faciē eius inſtar ſolis ſplendere cōſpexiſſet: putās ſe magicis artib⁹ deluſū: ipm̄ ad tēplū adductū ſacrificare cōpellebat: ſed eo orāte idola oia cōfracta ſunt. Tunc nero ambos in mare ꝓcipitari ꝓcepit. Nazari⁹ vero ⁊ celſus nauicule iponunt̄: ⁊ obdormiētes in pelag⁹ a militib⁹ ꝓcipitant̄: ſed ſtatī a nube aſſumunt̄. Cūq3 exorta tēpeſtate nauis pclitaret̄: ecce nazarius ⁊ celſus ſuper vndas ambulātes apparuerūt. Quos illi vidētes ⁊ eoꝝ que in ſanctos cōmiſerāt penitētes eoꝝ auxiliū iplorabāt. Qui nauē aſcendētes orōne ſua mare placarūt: ⁊ cū militib⁹ ianuā appulerunt: vbi cū diutius ꝑdicaſſent: iterū mediolanū reuerſi ſunt. Quod cū anolinus audiſſet: nazariū in exiliū deſtinauit: celſus vero puer apud matronā quādā ꝑmanſit. Nazarius vero romā veniens: patrē ſuū ſenem xp̄ianū effectū inuenit: ⁊ cū eo diebus aliquib⁹ fuit. Inde ad vrbē mediolanū redire cū iniuria multa cōpellit̄. Ubi cū celſo puero ꝓconſuli ꝑntat̄. Cuius iuſſu extra portā romanā in loco qui dicit̄ tres muri ducit̄: ⁊ ibidē cū celſo puero decollat̄. v. calen. augu. circa annū dn̄i. lvii. Quoꝝ corpora cū xp̄iani in hortis ꝓpriis rapta collocaſſent: in ipſa nocte cuidā ceratio xp̄iano apparuerunt: ⁊ vt eoꝝ corpora in domo ſua in ꝓfunda fouea ſepeliret ꝓp neronis furorē admonuerunt. Qui cū filiā ſuā paralyticā ab eis ſanari petiiſſet: puella continuo ſanata corpora martyrum tulit: ⁊ vt iuſſerant ſepeliuit.

¶ Proceſſu vero tp̄is eadē corpora dn̄s ſancto ambroſio epo reuelauit: qui celſū in loco ſuo relinquēs nazariū q̄ſi eadē hora ſepultū integrū ⁊ incorruptū cū ſanguine recente cū capillis ⁊ barba reperiens: corpus ipm̄ miro fragrās odore ad eccleſiam aploꝝ trāſtulit: ⁊ ibidem honorifice collocauit pridie idus iunii.

¶ De ſcō Uictore papa ⁊ m. Ca. CLI.



Uictor papa et martyr natione apher ex pr̄e felice eleutherio romano pontifici in epatu ſucceſſit: ſeditq3 annos. x. menſes ii. dies. xx. Hic conſtituit ſanctū paſcha die dn̄ico celebrari: ⁊ ad ſacerdotū interrogationē de termino paſchali celebrauit cōcilium in alexandria paleſtine: cui concilio ipſe papa iterfuit: narciſſus patriarcha hieroſolymoꝝ: theophilus quoq3 ceſaree: ⁊ irene⁹ lugdun̄. epūs: vbi ſtatutū ē: vt ſemꝑ die dn̄ica paſcha celebret̄ obſeruata. xiiii. luna menſis martii vſq3 ad. xxi. Multi enī epi aſie ⁊ orientis tunc cū iudeis paſcha celebrabāt. Hic etiā cōſtituit: vt neceſſitate vrgente quicūq3 hoiū ſiue in flumine ſiue in fontibus ſiue in mari tantū xp̄iane ꝓfeſſione credulitatis clarificata baptizaretur. Hic fecit ordinationes duas per mēſem decēbriū: preſbyteros quattuor: diacones ſeptē: epos per diuerſa loca numero. xii. Qui ⁊ ſub commodo imperatore martyrio coronatus eſt: ⁊ ſepultus eſt iuxta corpus beati petri apoſtoli in vaticano. v. calen. augu. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xii. Hic ſuper prefata queſtione paſche die dominico celebrandi ⁊ non luna. xiiii. more iudaico opuſculum perutile ſcripſit.

¶ De ſancto Innocentio papa ⁊ martyre. Ca. CLII.

Innocentius papa ꝛ martyr
huius nominis primus na/
tione albaneñ. ex patre ino/
centio anaſtaſio prio roma/
no pontifici, in epiſcopatu
ſucceſſit: ꝛ ſedit annos. xv. menſes. ij. dies
xx. Hic conſtituit ſabbato ſancto ieiuniuꝫ
celebrari: quia dominus in ſepulchro ia/
cuit ꝛ diſcipuli ieiunauerunt. Conſtitutuꝫ
fecit: ꝛ de regulis monachoꝝ in monaſte/
rio: ꝛ de iudeis: ꝛ de paganis: ꝛ multos ca
taphrygas inuenit quos exilio relegauit:
ꝛ celeſtinum ꝛ pelagium ꝛ iulianuꝫ here/
ticos dānauit. Et ↄſtituit vt ꝗcūꝙ natus
fuerit ēt de chriana ꝑ baptiſmū denuo re
naſcat: qḋ pelagus dānauit. Qui ēt pelagi
us aſſerebat hoiem ſine gr̄a dei poſſe ſal
uari: ꝛ vnūquēꝙ ſuis meritis ꝓpria volū/
tate ad iuſtitiā regi. Infantes chrianoꝝ ſi
ne pcō originali naſci. Quos oēs errores i
nocēti⁹ papa exiſtēs britānie dānauit. Hic
ēt decreuit ad miſſā oſculū pacis dari. Et
oleo ab epīs ↄſecrato in vſus ifirmoꝝ oi/
um chriſtianoꝝ in extremis laborantium
vti. Hic etiam excōicauit. Archadium im
peratorem: quia conſenſit vt ioānes chry
ſoſtomus de ſede ſua conſtantinopolita/
na eiiceretur ab eudoxia vxore ſua ꝓpter
predicationem quam fecerat contra eaꝫ:
ꝙ circa ſtatuam ſuam quam erexerat mu
lieres ꝛ puellas ludere cōpellebat: quod
eſſe vitium idolatrie chryſoſtomus predi
cabat: vt dictum eſt ſupra in legenda ioā/
nis chryſoſtomi. vi. cal. febr. ¶ Hic fecit
ordinatiōes. iiij. in vrbe ꝑ menſem decē/
briū preſbros. xxx. diacones. xiiij. epōs ꝑ
diuerſa loco numero. liiij. Qui obiit tēpo
re archadij pricipis ꝛ ſepult⁹ eſt in cimite
rio ad vrſum pileatuꝫ. v. cal. augu. Et cel/
ſauit epatus dies. xxij. ¶ Hic etiam oriē
talium ꝛ occidentaliū eccleſiaruꝫ aduer/
ſus pelagianos ſcripſit decretum: quod
ſucceſſor eius zozimus ampliauit.

¶ De ſcō Sampſone epō. Ca. CLIII.



Sampſō archiepiſcopus doleñ.
tempore iuſtini iunio
ris claruit. Qui de mo
tiana ciuitate parenti/
bus nobilib⁹ ortus ē.
Cuius mater anna cū
ſterilis eſſet: ꝛ de fetu
iam deſperaſſet: audiuit a domino per vi
ſionem nocte quadam ſe filium peiturā
qui ſampſon vocari deberet: ꝛ epūs futur⁹
eſſet. Natus autem puer ꝛ ſampſon voca/
tus annoꝝ. v. ſcholis traditus eſt: factuſꝙ
eſt monachus ſub diſciplina eltachi egre/
gij britānoruꝫ magiſtri: qui per ſpiritū de
illo prenunciauit: ꝙ adhuc futurus foret
epūs mirabilis in inſula britānoꝝ. Cuꝫ aūt
annoꝝ. xv. iam litteris ab eodeꝫ magiſtro
plenius eſſet imbutus: die quadam dum
de queſtione ſubtili dubius meditaretur:
ſolutionē ipſius diuinitus percepit ꝛ a do/
mino audire promeruit quecūꝙ ſibi du/
bia celeſti reuelatione referāda. ¶ Pluri/
moꝝ miraculoꝝ gloria claruit. Nā in her/
to fratrē a ſerpente ꝑcuſſum exiſtenteꝫ q̄ſi
mortuū liberauit. Dum aūt primo diaco/
nus ꝛ dehīc preſbyter a ſancto dubrithyo
epō ordinaretur viſa eſt columba niuea
ſuꝑ caput eius ꝛ dorſum reſidere: qḋ ſimi
liter eidem accidit: dum ꝓceſſu tpis epūs
conſecratus eſt. ¶ A duobus ei emulan/
tibus fratribus venenū in potu ꝓpinatur
adeo ꝑualiduꝫ: vt de ipſo primitus aial gu
ſtans repente crepuerit: qḋ tñ ſanctus vir
ſine leſione potauit: vnde ꝛ vn⁹ ex aduer/
ſantibus frībus ad penitentiaꝫ ꝓuocatur:
alter v̊o obſtinat⁹ ꝑmanēs a diabolo arri/
pit: ꝛ tā diu diſcerpēs ſeipm̄ vexat ꝙ̄ diu
ſcō orāte demon ab ipſo pellit: ꝛ frater ḋ cō
miſſo conterit. ¶ Cūqꝫ pater ſampſonis
dura oppreſſus egritudine decūberet: di/
cebat ſe nunꝙ̄: nec moritur: nec euaſur:
nec pniam percepturū: niſi ſampſon filius

eius ad eum veniret. Quod cū ſanctus au
diſſet: quāuis inuitus ad eū venit: ⁊ patrē
corpore ac mēte ſanauit. Quapꝑter ipſe
cū vxore ⁊ filijs duobus oībus pro chriſto
erogatis monaſticā vitam elegit. Uex cū
ſampſon ad monaſterium rediret: ⁊ ſer/
pentē in ſilua: q̇ fratres ꝓcedētes aggreſ-
ſus fuerat: inueniſſet: circulo in terra ſigna
to ipſū incluſit: factoq́ȝ ſigno crucis repen
te intra circulū reptile interemit. Hic ſan
ctus dolēſe monaſteriū fundauit: cui⁹ ab,
batie anno dimidio prefuit. Inde ad an-
trū ſecretiſſimū ſecedens ſolitariā vitam
duxit: vbi deficiente ſibi aq̄ fontem orās
de terra ꝓduxit. ¶ Cū quidam epī in ca-
thedra ſancti petri: vt moris erat: ad ordi
nādos tres epōs conueniſſent: ⁊ duos ſo
lummō habentes de tertio dubitarēt. Ui
ſum ē ſampſoni ꝑ noctē: ꝙ a tribus epīs
in eccleſia duceret; quos ex nomine vidi
cit ⁊ petrū iacobum ⁊ ioānem apoſtolos:
⁊ intellexit ſe procul dubio epiſcopū con/
ſecrādū. Statim ꝗ̄ ſancto dubrithyo epi-
piſcopo angelus dñi reuelauit ſampſonē
abbatem eiſſet tertium: qui eēt in epiſco-
pum promouēdus. Sicq́ȝ ad archiepiſco
patū diuinitus ſublimat̄ ⁊ eccleſie dolen
ſi preficitur. ¶ Hic cū die conſecrationis
ſue celebraret viſa eſt flāma ex eius ore
ꝓrumpere: viſi etiā ſunt angeli ei admini
ſtrare. Deinde per viſionem monitus
matrem propriam patre defuncto viſi,
tauit: eamq́ȝ in domino confortauit. Dū-
q́ȝ nauigio britanniā rediret: priuatuȝ q̄n
dam nobilem ſe anxie ꝓſtolantem in lit-
tore repperit: ⁊ iterrogans quid ſibi vel-
let audiuit: ꝙ ſibi fuerat a domino reue-
latum vxorē ſuam leproſam ab ignoto ſi,
bi peregrino curandā: quem ſampſonem
eē nullatenus dubitabat: vnde ⁊ ſibi pro
coniugis liberatiōe ſupplicabat. Quā ſan
ctus vir illico a lepra mundauit: ⁊ virū ad
perfectam vitā reduxit: ipſe vero poſtmo
dum in ardua penitētia perſeuerauit. Nā
nunc poſt biduū nunc vero poſt triduuȝ:
nunc aūt poſt ſeptimanā integrā cibuȝ ſu
mebat. Aliqñ per totā quadrageſimā ter
oino nec vltra guſtabat: Sicq́ȝ gregē ſibi
commiſſum moꝝ exemplo docēs pariter
ac ſermone: quieuit in chriſto. v. calen. au
gu. Sepultuſq́ȝ eſt in ſuo: qđ prim⁹ erexe-
rat: monaſterio dolenſi clarēs miraculis.

¶ De ſancta Martha vir. Cap. CLIIII.



Martha
virgo hoſpita chriſti ſy
ro patre. eucharia mr̄e
regali ex progenie de,
ſcendit. Nam pater ei⁹
ſyrie ⁊ maritime ⁊ mł
tarum oꝛarum dux ex-
titit. Tria āt oppida. ſ.
magdalum ⁊ bethaniā ⁊ partē hieroſoly,
me martha cū lazaro fratre. ⁊ ſorore iure
mr̄ne hereditatis poſſidebat: vt ſupra de
his actū eſt in hiſtoria magdalene. xi. cal.
augu. Miniſtrabat autē domino nobilis
hoſpita: ⁊ ſororē ex ſummo zelo parit̄ mi-
niſtrare volebat. ¶ Illā vero hemorrhoi
ſaȝ quā chriſtus a fluxu ſanauit ſanguinis.
Ambroſi⁹ dicit marthā fuiſſe. Refert etiā
euſebius in. vij. libro eccl'iaſtice hiſtorie:
ꝙ mulier hemorrhoiſa poſtq̄ȝ ſanata fuit
in ſuo viridario ſtatuā ſuam fecit: ⁊ imagi
nem chr̄i cum veſte ⁊ fimbria ſicut euȝ te
tigerat: ⁊ eā plurimuȝ venerabat̄. Herbe
vero ſub ſtatua creſcētes cum fimbriam
attingerēt: tante virtutis fiebant: vt eoꝛuȝ
ↄtactu infirmi ſanarent̄. Ipſam aūt chri-
ſti imaginē: vt habetur in tripartita: iulia,
nus apoſtata inde ſubtulit: ⁊ ſuā ibidē col
locauit: que ictu fulminis confracta fuit.
¶ Poſt aſcenſionē autem chr̄i cum facta
eēt diſcipuloꝝ perſecutio: martha cū ma-
ria magdalena ⁊ lazaro frē ipſaꝝ ⁊ marcel
la marthe pediſſeq̄ ⁊ cum ſancto maximi
no: q̇ eas baptizauerat: ⁊ aliis plurib⁹ ab-
latis velis remis ⁊ gubernaculis omnib⁹

naui a iudeis imponuntur: ⁊ ſic in pelago
dimittũtᵣ. Qui deo duce maſſiliã applicue
runt: vt ſupra dictũ eſt in hiſtoria magda-
lene. Qui poſtq̃ maſſiliã ad fidem xp̄i du/
xerunt: territoriũ aqueñ. adierũt: ⁊ ibidez
pplm cõuerterunt. ¶ Eodem tpe erat in
nemore ſuper rhodanũ inter arelatum ⁊
auinionẽ draco quidã medius aial: medi⁹
piſcis: groſſior boue: longior equo: habẽs
dentes vt enſes acutos: qui latens in flu-
mine trãſeuntes perimebat: ⁊ naues ſub/
mergebat: ad quẽ martha a populis roga/
ta acceſſit: ipſumq̃ in nemore hominem
manducãtem inuenit: quem cruce domi/
ni pducta aqua benedicta aſpſit: moxq̃
ipſum velut agnum cingulo pprio alliga/
uit: quẽ populus cõtinuo lanceis ⁊ lapidi/
bus interemit. Uocabatᵣ aũt draco ab in/
colis tarachonus. Unde in huius memo-
ria locus ipſe ab incolis tarachonus dicitᵣ:
qui antea nerbac. i. niger locus vocabatᵣ.
Ibi igitᵣ martha de licẽtia ſancti maximi/
ni ⁊ ſororis remãſit: ⁊ ſoror multarũ con/
gregato ꝯuentu eccleſiã in honorẽ dei ge/
nitricis edificauit: monaſteriũq̃ conſtru/
xit: ibiq̃ ieiunijs ⁊ orationib⁹ quotidie va
cabat: ⁊ mira ſe pnia affligebat. ¶ Quadã
vice cũ apd auinionẽ iter vrbẽ ⁊ rhodanũ
predicaret: quidam iuuenis vltra flumen
conſiſtẽs: eiuſq̃ verba audire cupiens: cũ
nauigio carẽt natare cepit: ſ; ipm ĩpet⁹ flu
mẽ necauit: cuius cadauer vix ſcda die rep
tũ: añ pedes beate marthe ducitur: ⁊ eius
orõne cõtinuo iuuenis ſuſcitatᵣ. ¶ Beata
igitᵣ martha in virginitatẽ perſeuerauit: ⁊
nunq̃ viri cõtuberniũ habuit. Obitũ eius
ante per annũ ei dñs reuelauit: in quo to/
to anno febribus elaborauit: ante octo ve
ro dies ſui exitus angelicos choros ſoro/
ris ſue aiam ad celos deferre conſpexit: ⁊
cõuocatis ſororib⁹ nũciauit. Cũ aũt finez
ſuũ appropinquãte ſentiret: aſtãtes admo
nuit: vt luminarib⁹ accenſis circa ſe vſq̃
ad noctem mediã vigilarent. Cuſtodib⁹
vero ſomno grauatis ventus vehemens
irruit ⁊ luminaria extinxit: maligñorũq̃
ſpirituũ turba affuit. Sed dum virgo oraſ/
ſet: ſororẽ ſibi aſſiſtentez aſpexit: que facẽ
tenẽs lampades accendit. Dũq̃ ſe ex no-
mine mutuo vocarent: ecce xp̄s affuit: et
marthã ad celeſtia inuitauit. Cum aũt ad
extrema adueniſſet: ſe foras deferri fecit:
vt celum aſpiceret: ac cineri cõſperſo ſe ſu
perponi iuſſit: ⁊ ſignũ crucis corã ſe tene/
ri: atq̃ paſſionẽ dñi ſm lucam ſibi legi: Et
dum diceretᵣ: pater in manus tuas ⁊c. ipſa
ſpiritũ emiſit. iiij. calẽ. augu ¶ Sequenti
die dñica dum laudes circa corpus eius
exoluerent: ⁊ hora tertia beat⁹ fronto ep̄s
petragorice celebraret: ⁊ poſt epiſtolaz in
cathedra dormitaſſet: xp̄s ei apparuit: ⁊ vt
ſe ſequeretᵣ admonuit. Qui ambo ſubito
tarachonũ venerunt ⁊ circa corp⁹ marthe
ceteris reſpõdẽtib⁹ exequias peregerũt:
ac corpus in ſepulchro ſuis manib⁹ ſepe-
lierunt. Cũ aũt petragorice finito gradua
li diaconus lecturus euãgeliũ benedictio
nem petens ep̄m excitaret: ille ſe a chriſto
aſſeruit tarachonũ ductũ fuiſſe: ⁊ corpus
marthe ſepulture tradidiſſe: anulũq̃ ſuũ
⁊ chirothecas: que corpus locaturus depo
ſuerat: ſe ibidẽ perhibuit dimiſiſſe. Miſſi
igitᵣ nuncij: ⁊ vt ep̄s dixerat: inuenientes
anuluz ⁊ vnã ex chirothecis retulerunt:
aliam vero ibidez in miraculi teſtimoniũ
dimiſerũt. ¶ Proceſſu vero tpis: clodo/
ueus rex frãcoꝝ grauem rhenũ dolorẽ pa
tiens: cum ad eius tumulũ liberatus fuiſ/
ſet: eccliã ad locũ dotauit: ⁊ triũ miliario-
rũ ſpatio in gyro pdia cuncta eidẽ ꝯceſſit.

¶ De ſancta Marcilla pediſſequa marthe. Ca. CLV.

Marcilla marthe pediſſequa
fuit. Hec mulier illa fuiſſe
perhibetᵣ: que luce. xi. capi.
Extollens vocez de turba:
ventrẽ qui xp̄m portauit: ⁊
vbera que illuz lactauerũt: beatificare p-

meruit. Hec cū ipſa dom̄ina ſua a iudeoꝝ
finibus expulſa: ⁊ cū alijs diſcipulis: vt ſu-
perius actum eſt: maſſiliā deuenit: ipſam
vſqꝫ ad eius obitū nō dimiſit: ipſiuſqꝫ vitā
⁊ geſta cōſcripſit. Que poſt eius vite finē
in ſclauoniā pergēs ⁊ ibidē xp̄i euāgeliū
predicās poſt decimū annū a dormitione
marthe in pace quieuit: corp⁹ cuius aquis
tranſlatū iuxta corpora btē marie magda-
lene ⁊ ſancti maximini ac ſancti celidonij
ſepultū eſt: vt ſupra dictū eſt in geſtis ma
ximini ep̄i. iiij. idus iunij.

¶ De ſancto Simplicio Fauſtino ⁊ Bea
trice martyribus. Ca. CLVI.



Simpli-
cius ⁊ Fauſtinus atqꝫ
Beatrix ſub diocletia-
no impatore paſſi ſunt
in vrbe roma. Qui dio
cletian⁹ p̄dictos duos
germāos detētos mul
tiſqꝫ ſupplicijs affe-
ctos: iuſſit pro xp̄i noīe decollari: ⁊ corpo-
ra per pontē lapideum in tyberim iactari.
Que dei nutu inuenta ſunt in loco qui vo
catur ſextū philippi via portueñ. que ſan-
cta beatrix eoꝝ quōdam germana colle-
git: ⁊ cum ſanctis criſpo ⁊ ioāne preſ byte
ris in ipſo loco ſepeliuit. Et exinde apud
ſanctā lucinā morabat̄. Cuʒ aūt lucretius
impatoris vicarius ambiret prediū q̄dā
ipſius beatricis predio ſuo vicinū occaſio
ne reperta eā teneri fecit: ⁊ dijs imolare
precepit. Quā renuentē carceri mancipa-
uit: deinde noctu a ſeruis ſuis eam preffo-
cari mādauit. Cuius corpus lucina rapiēs
iuxta germanoruʒ corpora ſepeliuit. Qui
paſſi ſunt. iiij. calen. augu. ¶ Poſt hec lu-
cretius prediuʒ beatricis intrauit. Ubi fa
cto amicis ſuis cōuiuio martyribus inſul-
tabat. Infantulus vero lactēs pānis inuo
lutus de gremio matris que ibi aderat ex-
clamauit. Audi lucreti. Occidiſti ⁊ inuaſi
ſti: ecce datus es in poſſeſſionem inimici.
Statimqꝫ lucretius tremēs a demōe arri-
pitur: ⁊ per tres horas adeo vexat⁹ eſt: vt
in ipſo cōuiuio moreret̄. Quod aſtātes vi
dentes conuerſi ſunt. Paſſi ſunt aūt circa
annum domini. cclxxxvij.

¶ De ſancto Felice papa ſecundo ⁊ mar-
tyre. Ca. CLVII.

Felix papa ⁊ martyr hui⁹ no
minis ſecūdus natione ro-
manus ex patre anaſtaſio: li
berio pape in ep̄atu romāo
ſucceſſit: ſeditqꝫ annū vnū.
Hic fuit catholicus vir: ⁊ cōſtituit vt ep̄s
vocatus ad cōciliū veniat. Huius p̄deceſ-
ſor liberius cū nollet arriane hereſi ꝯſen-
tire miſſus eſt in exiliū a cōſtātio auguſto
filio cōſtantini: ⁊ ibi per triēniuʒ moratus
eſt. Quapropter vniuerſus clerus ⁊ popu
lus roman⁹ loco eius felicē ordinauerūt.
Qui quidē felix cōcilio cōuocato coram
xlviij. ep̄is: cōſtantiū ipatorē arrianū here
ticū ⁊ duos p̄ſbyteros ei fauētes. ſ. vrſatiū
⁊ valentē ꝯdēnauit: pro eo. vʒ: q2 idē con
ſtanti⁹ in hereſiʒ arrianoꝝ ꝓlabēs ab eu-
ſebio nicomedieñ. ep̄o fuerat rebaptiza-
tus. Qui vrſati⁹ ⁊ valens: poſt dies aliquot
rogauerūt cōſtantiū: vt liberium de exilio
reuocaret: vt vna tantū ꝑticipatiōe cōica-
rent. Quoꝝ ſuaſionib⁹ auguſtus induct⁹:
⁊ qa felix eū dānaſſet indignat⁹: felicē de
ep̄atu ſuo eiecit: ⁊ liberiū eo pacto reuo-
cauit: vt ſibi ⁊ alijs quos dānauerat cōica-
ret: liberi⁹ igit̄ in heretica prauitate ꝯſen-
ſit exiliū tedio affect⁹. Et ſic in tantū ꝑſecu
tio excreuit: vt quāplurimi p̄ſbyteri ⁊ cle
rici liberio nō ꝓhibēte intra eccleſias ne-
carent̄. Tenuitqꝫ liberi⁹ potētialiter baſi-
licas ap̄loꝝ petri ⁊ pauli: ⁊ cōſtantianā an-
nos. vij. Felix vero de ep̄atu eiectus habi
tabat in p̄dio ſuo via portueñ. Inde ab he
reticis poſt annos. vij. ad vrbē tract⁹ mar
tyrium capitis obtruncatiōe ꝓmeruit. Et
ſepultus eſt in baſilica quā ipſe conſtruxe-

rat via aurelia.iiij.cal.augu. circa annum
dñi.ccccl. Et ceſſauit epatus vſq3 ad obitũ
liberij. Naz dies felicis oẽs ſub tpe liberij
cõputanẽ pp occaſiones memoratas.

¶ De ſancto Felice papa quarto confeſ-
ſore. Ca. CLVIII.

Felix papa huius nominis
quartus natione ſamnius
ex patre cõſtantino. Joãni
pape primo in põtificatu ro
mano ſucceſſit. Et ſedit an
nos.iiij. mẽſes.ij. dies.xiij.
Hic cõſtituit vt infirmi ante coꝝ tranſitũ
oleo ſcõ inungunẽ. Hic patriarchã cõſtan-
tinopolitanũ arriane hereſi maculatũ ex-
cõicauit: ⁊ hereſi archã dãnauit. Et poſtq̃
in omni ſanctitate ſedem aplicaz feliciter
gubernauit: virtutibꝰ fulgens ad xp̃m mi-
grauit. Et ſepultus iacet apud ſanctuz pe
trum apoſtolum. Et ceſſauit epiſcopatus
menſem.j. ⁊ dies.xv.

¶ De ſcõ Lupo epõ. Ca. CLIX.



Lupꝰ epi-
ſcopus trecheñ. leucoꝝ
familie primꝰ fuit. Qui
vxorẽ quãdaz noie pu-
nimolã ſancti germani
arelatẽſis alẽ altiſiodo-
renſis epi germanaz in
ſeculo habuit. Anno ve
ro.vij. ↄiugij ſui ambo epi cõi voto ad deũ
cõuerſi monachalez vitã elegerũt. Unde
⁊ lupus ſeculo relicto ad ſanctũ honoratũ
abbatẽ lerineñ. adijt: ⁊ factus monachus
biẽnio ſecũ mãſit. Dehinc cũ ſcõ germão
cognato ſuo in britãniã ꝑrexit. Poſt annũ
aũt regrediens: vt q̃ ſibi remãſerant pau
peribꝰ diſpẽſaret: diuino nutu trechaſine
ciuitatis pontifex factꝰ eſt. Hic ciuitatez
ſuã ſua orõne ab hunoꝝ exercitu oẽs gal-
liarum vrbes deuaſtante ſaluauit. Cum
enim attile flagello dei hunoꝝ pricipi oc-
curriſſet: ⁊ pro patria intercederet: ⁊ prin
ceps ferox ciuitatẽ oĩno delere ꝓponeret
diuina virtute taz ipſe q̃ ois exercitus ce
citate percuſſi trãſierunt per ciuitatem a
porta vſq3 ad portã neminẽ videntes aut
ledentes. Sicq3 patria ſaluata ẽ. ¶ Hic
mulierẽ paralyticã ſanauit. Puellam que
demonis oppreſſiõe muta effecta fuerat:
ne dum a demonio liberauit: ſed etiam ei
loquelam reſtituit. Aliaq3 plurima mira-
cula perfecit. Et anno.xxv. epiſcopatus ſui
ſanctitate pollens ad dominum migrauit
quarto calendas Auguſti. Sepultus in ec
cleſia ſua.

¶ De ſanctis Flora ⁊ lucilla virginibꝰ ⁊
ſocijs martyribus. Ca. CLX.

Flora ⁊ Lucilla virgines cuz
ſocijs ſuis eugegio ⁊ alijs ra
tione martyrium ſub belio
vrbis ꝑfecto paſſe ſunt. He
cũ eſſent ſorores xp̃iane ſan
ctimoniales: ⁊ ex vrbe roma oriunde ab
eugenio barbarorum rege capte ſunt: ⁊ in
aphricam ducte. Quas cum tyrannus vio
lare vellet: dixerunt regi: ſe deum celi ha
bere ſue virginitatis cuſtodem: ⁊ corru-
ptionis vltorẽ. Quod ille audiens timuit:
caſq3 revereri cepit: atq3 in quodam cu-
biculo incluſit adhibitis ancillis ad mini
ſterium earum: que ieiunijs ⁊ orationi-
bus intendebant. Rex vero cum ſepius
ad bellum prodiret: earum ſe orationibꝰ
cõmendabat: ⁊ continuo de hoſtibus vi
ctoriam reportabat. Omniaq3 ipſi ad vo
tum proſpere ſuccedebant. Sicq3 viginti
annis apud barbarum permanentes: poſt
ipſum tempus diuinitus admonentur: vt
romã redeant: ⁊ martyriũ percipiant. Qđ
cum regi rettuliſſent ipſe iam mente chri
ſtianus effectus diuino ſpiritu tactus: vir-
gines deſerere noluit: ſed relicto regno
vna ſecum romã peruenit. Ipſe aũt ab he
lio prefecto cõprehenſe cũ ſacrificare nol-
lent capite puniũẽ: cũ quibus ⁊ eugenius
ſe chriſtianuz ꝓfitens ſimul etiã decolla-

tur. Por exemplo antoninus theodorus dionyſius apollonius capanus pioſus corſeus chorigenes pacus ſaturnus victor ⁊ alij nouem: quoꝝ nomina minime reperta ſunt: ſe chriſti cultores acclamantes ab eodem prefecto gladio ceſi martyrio coronantur. Quorum omnium paſſio agitur quarto calendas auguſti.

¶ De ſanctis Abdon ⁊ Senen martyribus. Ca. CLXI.



Abdon ⁊ Senen martyres paſſi ſūt rome ſub decio ceſare. Cum enim idem imperator babyloniā ⁊ quaſdam perſaꝝ prouincias ſuperaſſet: quoſdā chriſtianos inuenit: quos omnes teneri fecit. Et pollochronium quendam epiſcopū in babylonia ciuitate interfecit: vt ſupra in eius paſſione dictum eſt. xiiii. calen. martij. Cuius corpus duo ſubreguli perſarū ſcilicet abdon ⁊ ſenē chriſtianiſſimi ſepelierūt. Ceteros vero chriſtianos videlicet parmeniū: elimā: chryſotellum presbyteros: ⁊ lucam: ac mutiū diacones in cordubam ciuitatē perſarū tractos martyrio coronauit: vt ſupra ī eorum paſſione dictum eſt. x. cal. maij: quorum etiam corpora predicti ſancti ſub reguli tumularunt. Quod cū decius cognouiſſet: eos teneri fecit: ⁊ vinctos catenis atq̄ diuerſis afflictos penis romam ſecū adduxit. Eoſdem quoq̄ in conſpectu totius ſenatus preſentari mandauit preſente valeriano prefecto: vt aut ſacrificarent ⁊ rerum ſuaꝝ libertatem reciperēt: aut ferarum morſibus interirent. Quos ſacrificare cōtemnentes tradidit valeriano prefecto puniendos. Qui eos ad amphitheatrū adduxit ante ſimulacrū ſolis: eoſq̄ ad ſacrificia cōpellebat. Contēnentes autē ⁊ in ſimulacrū expuētes: primo plumbatis diutius ceduntur: deinde in amphitheatrū introducunt: ⁊ ad eos duo leones ⁊ quattuor vrſi dimittunt. Qui cū ſanctos nō lederēt: ſꝫ pedes eoꝝ lingentes ipſos cuſtodirent: iniectis in feras gladiis leones ⁊ vrſi occiſi ſūt. Deinde abdon ⁊ ſenē iuſſu valeriani gladio capite trūcati ſunt: ⁊ ligatis pedibus tracti añ ſolis idolū dimiſſi ſunt. Sꝫ cum eoꝝ corpora ibidē triduo iacuiſſent: quirinus quidam ſubdiaconus ea collegit: ⁊ in domo ſua occulte ſepeliuit: vbi latuerūt vſq̄ ad tp̄a conſtantini: ⁊ tūc beati martyres ſe fidelibus reuelauerūt. Sicq̄ corpora eorum inde leuata ſunt: ⁊ in cimiterio pontiani tranſlata: paſſi ſunt autē tertio calendas auguſti.

¶ De ſanctis Maxima Donatilla ⁊ Secūda virginibus ⁊ mar. Ca. CLXII

Maxima: donatilla: ⁊ ſcda virgines paſſe ſūt apud aphricā in ciuitate taburbo lucernaria ſub pſecutione galieni īperatoris iudice anolino: qui ſanctas virgines ſorores maximā ⁊ donatillā comprehenſas ad ciuitatem taburbitanā duci iuſſit aceto ⁊ felle potatas oīq̄ eis cibo negato. Quas dū pertractas vidiſſet ſcda virgo: q̄ erat in ſupioribus dom⁹ ſue annoꝝ. xii. oībus cōtemptis ⁊ ipſa ſecuta ē. Sequenti vero die anolinus duas germanas ſibi aſſiſtētes ⁊ chriſtum cōfitentes iuſſit vberibus diu affligi: ⁊ calcem ſup plagas cōſpergi atq̄ fricari: deide in equuleo extēdi ⁊ torq̄ri. Et poſt hec eiſdē ſtatuam ad ſacrificandū offerri. In quā dū ille conſpuiſſent: fecit eas iudex in craticula ad carbones ignitos ſterni: ⁊ prunas ſup earū capita adiici. Poſt modū vero in theatrū ad ludibriū poni: ⁊ ab omnibus cōculcari. Cui cū nunciatū eſſet: ⁊ q̄ ſecūda chriſtiana eis adhereret: oēs tres ſimul ferro vinctas anolinus ad beſtias in harena damnauit: laxatuſq̄ eis vrſus ferociſſimus veſtigia eaꝝ lingebat.

Qđ cernens iudex eas gladio cedi iuſſit.
Quarum corpora chriſtiani ſepelierunt i
vrbe prefata.iij.calendas auguſti.

¶ De ſancto Fantino conſ. Cap.CLXIII

Fantinus cōfeſſor nobilis ſyra-
cuſanus de domo de madica
fuit: cuius pr̄ fantius cū vxore
nobili delētino noie deodata:
q̄ꝗuis gētiles eēnt elemoſynas
tn̄ largas paupibus tribuentes:
cuꝫ ꝓle carerent: deos paganoꝝ pro ſuſci
pienda ſobole iugiter exorabāt. Nocte aūt
quadam pr̄ in ſomnis vidit ſe cum coniu
ge corā deo patre aſſiſtere ad iudiciū vo-
catum: ⁊ ꝓpter infidelitatē ad inferna dā-
nari: ſꝫ chriſtus interueniēs ⁊ plagas deo
patri obijciens ꝓmittit illis filiū naſcituꝝ
⁊ fantinum nominandū: qui anno etatis
ſue.xij.parentes ad fidē conuerteret: ⁊ a
gentilitate liberaret: ⁊ ſic a ſummo iudi-
ce dānationis ſententia reuocatur. Nato
auteꝫ puero crux niue candidior ⁊ in me
dio rubicunda carni eius ſup cor impreſ-
ſa cōſpicitur: ⁊ iuxta viſuꝫ patris puer fan
tinus noiatur. Qui cum matris vberibus
aleretur ſepe lectū dimittēs ſuper terram
iacere conſpicitur. Et cū loqui inciperet:
chriſtum quē tamen nunꝙ audiebat ſepi
us noiabat Die vero qua.xij.annum pun
ctaliter implebat: cū iaꝫ venationibus de
lectaretur: cū ſolo ſcutifero venatū acce-
dens per ſiluāꝙ ſyracuſanam ceruos plu
res inſequens: ceteris hincinde diſper-
ſis: vnū inſecutus eſt alijs vaſtioreꝫ: in cu
ius cornibus cruces plurime apparebāt:
ceruuſꝗ voce humana vt ſe ſequeret ad-
monuit. Quem ille ſecutus ad antrū ere-
mite cuiuſdā peruenit. Cui nocte prece-
dente chr̄s apparuerat: ⁊ vt iuuenē fanti-
num nomine ad ſe die ſequēti ventuꝝ in
fide doceret monuerat. Et cōtinuo ei cer
uus diſparuit heremita aūt fantinū ⁊ ſcu
tiferꝝ leontinuꝫ noie ad ſe vocans q̄ vide
rat illis narrauit: ⁊ eos in fide chr̄i erudi-
ens baptizauit. Et cū iam nox eēt: lux de
celo ſupfuſa noctem ſicut diem illumina-
uit. Reuerſus aūt iuuenis parētibus que
ſibi cōtigerant rettulit: eoſꝗ in chriſti fi-
de quā didicerat edocuit. Qui memores
viſionis quā pater de eo nondū nato vi-
derat anos.xij.cōplere ipſum notauerūt:
⁊ cum oi familia baptiſma ſuſceperunt.
Unus v̄o ſolus ex eoꝝ ſeruis qui fideꝫ re
cipere recuſauit: poſt dies tres ſeipſuꝫ in
flumen necauit. Cū ergo fantini parētes
oia ſua pauperibus erogaſſent: a procon-
ſule ſyracuſanoꝝ propter chriſtianitatem
detenti ſunt: vna cum ſcō Fantino. Et pri
mo quidem ipſi oēs plumbatis ceſi: dein
de in careereꝫ miſſi ſunt: ſed nocte ab an-
gelo confortati ad martyrium animātur.
Qui fantinum diruptis vinculis de cuſto
dia eduxit ⁊ fantium ac deodatā dimiſit.
Qui mane educti cū ſacrificare renuiſſēt
ambo pariter decollātur. Fantinus vero
angelum ſequens portam vrbis ſibi diui-
nitus reſeratā exiuit: ⁊ veniens meſanaꝫ
filium cuiuſdam ciuis cecuꝫ illuminauit:
ac ipſum cum omni familia baptizauit.
Cum aūt a ſtradichone capitaneo quere-
retur vt dijs imolaret: angelico monitu
nauem ſine remo cōſcendit: ⁊ per pharuꝫ
in mare exiuit: naueſꝗꝫ paganoꝝ ſe inſe-
quentes oratione fuſa immobiles fecit.
Ipſe vero fugiēs metropolim rhegyum
angelo duce applicuit: vbi aquā ſibi a ma
trona porrectā in vinum ɔuertit. ¶ Dein
de ꝑ calabryam ad ciuitatem tabritanam
perrexit: vbi balzanio cuidā diuiti ad ſer-
uiendum ſe contulit: qui eum ad equorū
paſcua deputauit. Quod cū ſeruus chriſti
fideliter ⁊ humiliter faceret tēpore quo
frumēta triturantur equos ꝑ areas ad tri
turandum circūferebat: ⁊ de ꝑcepta mer
cede pauperꝝ neceſſitatibꝰ ſubueniebat.
Cūꝗ hoc eius domino nunciatū eſſet: il-
leꝗꝫ iratus ſupueniens vt fantinum puni
ret: ⁊ eꝗ in triturando laborarēt: viſuꝫ eſt

balzanio: ꝙ alalia viridia paſcua caperét: ⁊ nil laboris perferrent. Fantinum quoq3 dormienté eius dñs excitauit: ⁊ vt equos bene foueret cōfortauit. Sed cum ſibi de narratis beſtaret: eo ꝙ animalia pre labore macilenta facta cōſpiceret. Iterū inopinante fantino ſupueniēs: equos vidit grana terentes. Tunc iratus poſt fantinū currere cepit. Illeq3 fugiens ad motabrū flumen deuenit. Et cum euadere nec procedere poſſet oratione fuſa aquā virga percuſſit: ⁊ ſtatim aquis ex vno pendentibus latere vnda fluminis ſubito ſe ſiccauit ipſeq3 illeſus trāſiuit. Statimq3 aquis ad locum ſuū reuerētibus balzanius circa flumen remāſit. Rogauit aūt fantinum vt ⁊ ipſe tranſire poſſet. Et cum ille vt prius aquas virga pcuſſiſſet iterum alueus exſiccatur: ⁊ balzanius ſicco pede cum ſuis trāſiuit. Undaq3 mox in ſuū ſtatum rediuit. Qui viſo tanto miraculo ɔuerſus ē ad xp̄z ⁊ ciuitatez tabritanā ſua predicatione ad fidē reduxit. Fantinus aūt annoꝝ. xxxiij. plenus ſanctitate die dominico ī eccleſia: audita miſſa ſacraq3 cōmunione pcepta in pace migrauit ad xp̄m pridie calendas auguſti. Super quem morientē celica lux deſcendit ⁊ corpus inſepultū ⁊ incorruptū miro fragrans odore dieb⁹. xxx. permanſit. Et deinde in ipſa ciuitate ſepultū fuit. Ex cuius tumulo oleum deſudat: qđ cunctorum debilia membra ſanat: ⁊ carnalia deſideria fugat.


¶ De ſancto Germano epiſcopo antiſiodoreñ. Ca. CLXIIII.



Germanꝰ eps antiſiodoreñ. nobili genere in vrbe antiſiodoro natus: ⁊ liberalibꝰ ſtudiis eruditus tandem romā ad diſcēda iura ciuilia pfectus eſt. Ubi gratus oībus exiſtens a ſenatu ad gallias mittit: vt ducatum burgūdie obtineret. Cum ergo antiſiodoreñ. vrbez ſtrenue regeret: arborē pinū in platea habebat ad cuiꝰ ramos pro oſtentatiōe venationis: ferarum capita ſuſpendebat. Quem ſanctus amator eps ipſius vrbis ſepiꝰ de tali vanitate redarguebat: monens vt arborem excideret ne ex hoc xp̄ianis occaſio criminis adueniret: illeq3 nullatenus acquieſcebat. Die autez quadam abſente germano: eps arborem precidit ⁊ incendio cōſumpſit. Qđ germanus audiens cū militibus epm aggreſſus mortem ei intentauit. Sed ille patiēter ferens germanū ſibi in epatu ſucceſſurū predixit. Et furēti cedens aliquādiu in auguſtuduno latuit. Reuerſus aūt poſt modicum obiit: ⁊ omnis plebs germanū in epiſcopum elegit. Qui ſubſtantia pauperibꝰ erogata ⁊ vxore in ſororem cōmutata: ipſe per annos. xxx. mira penitētia ſe afflixit: ieiuniis ⁊ orationibus aſſidue intentus: predicationi ſolicitus: ⁊ pauperum prouiſor ſtudioſus exiſtens. ¶ Hoſpitatus in quodam loco: dum poſt cenam iterū pararet: admirās interrogauit: cur hoc fieret. Qui reſponderunt: ꝙ bonis hominibus ⁊ mulieribus: que de nocte incedunt: illa parabant. Sanctus autem ipſa nocte vigilans vidit demones ad menſaz informis diuerſorum hominū venientes: Et precipiēs ne abirent: familiaz excitauit: ⁊ ſi pſonas illas cognoſcerent inquiſiuit. Qui cum plures ibidem vicinos ſuos ⁊ vicinas eē dicerēt: miſit ad domos ſingulorū: qui omnes in ſuis lectulis inuenti ſunt. Adiurati autem illi ſe demones eſſe dixerunt: qui ſic hominibus illudebant. ¶ Cum tēpore quodam aſſumpto lupo epiſcopo trecaſino in britānias pergeret ad hereticos extirpādos: qui ibi maxime vigebant: ortā in mari tempeſtatez ſua oratione confeſtim ſedauit: ⁊ britāniaz accedens hereticos mirabiliter expugnauit. ¶ Cum in quodaz

loco infirmus decumberet: ⁊ locus totus
incẽdio ↄflagraret: rogatus vt inde aſpoꝛ
tatus ignem euaderet: ille ſe flãmis oppo
ni fecit: ⁊ vltra citraqz omnibus conſum-
ptis ignis hoſpitiũ eius non tetigit. ¶ Dũ
ad britãnias iterum rediret: vt hereticos
confutaret: quidam eius diſcipulus apud
coꝛmodoꝛuz infirmatus deceſſit. Rediẽs
inde vir ſanctus ſepulchꝛum aperiri fecit:
ipſumqz vocans ex nomine quid faceret:
⁊ an adhuc ſecum militare vellet requiſi-
uit. Mox ille reſidens cuncta ſibi conſta-
re ſuauia dixit: ac ſe huc nolle reuocari re-
ſpondit: ⁊ iubente germano iteruz obdoꝛ
miuit. ¶ Cum in britãnia ꝑdicaret: ⁊ rex
ei ac ſocijs hoſpitiũ denegaſſet: bubulc⁹ re
gis a palatio rediens germanũ cum ſocijs
fame ⁊ frigoꝛe laboꝛantez in domo ſua ſu
ſcepit: ⁊ vitulum quez ſolum habebat: ho
ſpitibus occidit. Poſt cenam vero ſanct⁹
ep̃s oſſa vituli ſeruata ſuper pellem com
poni fecit: ⁊ ad eius oꝛationẽ vitulus ſine
moꝛa ſurrexit. Deinde regem conſtanter
de impietate redarguit: ⁊ regnuz eius ad
extraneum tranſiturũ prophetico ſpiritu
pꝛedixit. Dehinc cunctis ſtupentibus bu-
bulcuz diuina monitione regẽ conſtituit.
Et extunc reges de bubulci genere ꝓdeũ
tes dominantur regi gentis britãnioꝛuz.
¶ Cum ſaxones contra britones dimica-
rent: ⁊ ſe paucos viderent: ſanctũ illac trã
ſeuntem ad ſe in auxilium aduocarunt.
Quibus ille victoꝛiam pꝛomittẽs chꝛiſtuz
pꝛedicauit: ⁊ ſacro illos baptiſmate perfu
dit. Deinde admonuit: vt die paſche oẽs
inermes in chꝛiſti nomine hoſtibus occur
rerent. Et cum ipſe alleluia inciperet: om-
nes altis vocibus reſponderent. Qđ cum
factuz eſſet: tantus tremoꝛ hoſtes inuaſit:
vt armis pꝛoiectis cũcti diffugerẽt. ¶ Cũ
apud rauẽnaz eſſet a regina placida ⁊ a fi
lio valẽtiniano imperatoꝛe honoꝛifice ſu-
ſceptus: etiaz ad cenã ẽ inuitatus. Cui re
gina vas argẽteũ maximũ cibis delicatis
plenuz miſit. Qui cibos famulis tradidit:
⁊ vas argẽti pro pauperib⁹ retinuit. Ipſe
vero ſcutellam ligneam cuz pane hoꝛdea
ceo regine remiſit: quod illa deuote ſuſci-
piens: panem reuerenter comedit: ⁊ ſcu-
tellam argento texens pro reliquijs ſerua
uit. ¶ Inuitatus denuo ab eadem regi-
na ad palatium cenaturus: aſello deuect⁹
aduenit. Quibus diſcumbentibus aſinus
moꝛtuus eſt. Cumqz redire volenti regi-
na equũ ſuum mire manſuetudinis obtu
liſſet: ille omnino recuſauit. Et pergẽs ad
cadauer: aſello vt ſurgeret iperauit. Qui
ſtatim ſe quaſi de ſomno excutiens ſurre
xit: ⁊ ſanctum ad hoſpitium depoꝛtauit.
¶ Sed anteq̃ꝫ de ipſa vꝛbe diſcederet obi
tum ſuum iminere pꝛedixit: ⁊ poſt modi-
cum febꝛe coꝛripit̃: ⁊ die. vij. ad dñm euo
catur. Coꝛpuſqz eius regina ad gallias: vt
ille poſtulauerat: tranſmiſit. Quieuit aũt
vir ſanctus pꝛidie calendas auguſti circa
annum domini. ccccxxij.

¶ De ſcõ Fabio martyre. Ca. CLXV.



Fabius martyr apud ceſareã
paſſus eſt. Qui cũ fere
vexilla ꝓſidaria recu-
ſaret: xp̃ianus cõper-
tus: pꝛimo dieb⁹ ali-
quot ĩ carcere truſus:
deinde ſemel ac iteꝝ
interrogatus cũ ĩ xp̃i ↄfeſſione ꝑduraret:
mox a iudice capitali ſñia condẽnatur eſt:
coꝛpuſqz eius inhumatum triduo dimiſ-
ſum eſt. Dehinc reticulo inſutum in mare
demergit̃: caput videlicet ſeoꝛſum ⁊ ſeoꝛ
ſum cadauer. Sed dei nutu ſciſſo reticulo
membꝛa capiti reuocãtur: ⁊ ceruix ſcapu-
lis cum indicijs paſſionis adiungit̃. Quod
ab vndis eiectum ad cateniauũ littus a
fidelibus repertũ ⁊ in baſilica ibidẽ iuxta
poſita conditũ eſt. Paſſus eſt aũt pꝛidie
calendas auguſti: hec ado.

¶ De ſcā Cunegunde. Ca. CLXVI.



Ex nobi/
liſſimo parentum ma
gnoꝝ. vȝ. auguſtoꝛum
ſanguine duo imarce/
ſcibilis glīe floꝛes emi
cuerunt ſanct⁹ vȝ. hē/
ricus romani imperij
glozioſiſſimum decus,
eiuſqȝ digniſſima collectalis pie memoꝛie
Cunegundis imperatrix. Eadeȝ vero be.
⁊ deo dilecta Cunegundis terreno impe/
ratoꝛi coꝛpoꝛaliter non carnaliter coniun-
cta celeſti regi virginitatem ſuā conſecra/
uit, quā vſqȝ in finem caſti coniugis cōſen/
ſu deo teſte cōſeruauit. Quod poſtmoduȝ
diuinitas ne lumē in tenebꝛis lateret oſtē/
dit: dum eam ad confundendum virgini/
tatis hoſtem: ⁊ obſtruenduȝ os mēdaciū
contra virginē chꝛiſti loquētium ſup igni-
tos vomeres incedere ⁊ illeſam ꝓcedere
dedit. In faſcibus itaqȝ conſtituta conti/
nentie ſue gloꝛiaȝ ſub terreni clamide im
perii ſatagebat abſcondere: vt tanto ꝓpē/
ſius q̄to efficacius poterat promoueret:
que deo inſtigante illo quoqȝ adiuuan-
te ad laudem ipſius cogitabat perficere.
Deniqȝ poſt nouellam fecundiſſime plan
tationis ſue eccleſiam: quam cum illo ſtu
diſſimo cooperatoꝛe Henrico in loco
Bambergenſi venuſtiſſime ſicut hacte/
nus cernitur fabꝛicauit ſub patrocinio
pꝛincipis aploꝝ beati petri ⁊ ſancti geoꝛ/
gii martyris: monaſteriū ſub regula beati
bn̄dicti ad aquilonarē plagā i honoꝛe ſan
cti michaelis archāgeli extruxit nō mino/
ri ſtudio: pꝛedioꝝ quoqȝ ac diuerſoꝝ do-
nariis oꝛnamentoꝝ. Tertiā demū verſus
meridieȝ ſub oꝛdine canonicoꝝ ſub titulo
beati ꝓthomartyris ſtephani paruo q̄deȝ
ſcemate: ſed maioꝛi opa de ſuo matrimo-
nio eccleſiā dedicauit. Ad quaȝ dedican/
dam. b. papā quē pꝛefatus deo dignus im
perator Henricus ad confirmādum bam
bergenſem pontificatū aduocauerat veni
re rogauit: ipſa quoqȝ illud pſalmographi
ſecum decantans. Domine dilexi decoꝛē
domus tue: diuerſa eidem eccleſie iuxta
impialeȝ magnificentiā ꝯtulit in diuerſis
eccleſie oꝛnamētis. Que oīa ipſe domin⁹
apl̄icus: vt ſemp memoꝛia fundatricis ip-
ſi⁹ illic floꝛeat ne q̄s per fraudē aut violē
tiaȝ vel furto ſubtraherēt inde dura bāni
ſui inodatione ſeptuaginta quoqȝ duoꝛuȝ
ep̄oꝝ qui illic aderāt auctoꝛitate ipſo die
cōfirmauit. Itē monaſteriū ſancti ſaluato
ris noſtri ieſu chꝛiſti: ⁊ ei⁹ victoꝛioſiſſime
crucis in loco qui confugia dicit̄ ma gnifi-
ce cōſtruxit: ⁊ ancillarū dei ibideȝ deo ſm
regulaȝ. b. bn̄dicti ſeruientiū cōgregatiōe
decētiſſime declinauit. Porro cooperāte
ei in oīb⁹ impiali maieſtate idē monaſte-
riū omni oꝛnatu decoꝛauit. Ad principale
altare anconam de auro ⁊ lapidibus pre/
cioſiſſimis ſtatuit: calices aureos ⁊ argen
teos: catinos aureos: aureos vrceos: pal-
las ⁊ caſulas vela ⁊ coꝛtinas cappas auro
⁊ gemmis intextas, ⁊ cetera vtenſilia ſiue
vaſa ad miniſteria tanto ſtudio ⁊ taȝ ſum/
ptuoſis expenſis eidem eccleſie contulit:
vt quicūqȝ ea intuentur regiā munificen/
tiaȝ ⁊ mirā vtriuſqȝ impatoꝛis. vȝ. ⁊ impa/
tricis deuotionē in deū magnopere admi/
rari non ceſſent. Preter has pꝛincipales
ſue operationis pꝛimarias eccleſias: que
cōuentualis eccleſia: que mōaſteria illoꝝ
donatiuo non gloꝛiant̄ ſe aut in pꝛediis di
latatas aut decoꝛatas oꝛnamentis: Alias
eniȝ antiquitate collapſas reedificauerūt:
quaſdam etiā deſtructas ⁊ ad nihilū reda
ctas in pꝛiſtinum: vel etiā in melioꝛē ſta-
tum inſtaurauerunt: ⁊ ſicuti pꝛudētes vir
gines oleuȝ ſue miſericoꝛdie in diuerſos
effuderunt: vt merito dr̄e poſſint: chꝛiſti
bonus odoꝛ ſumus: ⁊ in omni loco. O cō/
iugium non voluptate: ſed bona volūtate
copulatū. O ſanctū mr̄imoniū vbi vna ſi-

des inuiolate caſtitatis: vbi vnus ſpiritus
miſericordie ⁊ veritatis: vbi idem vellet
in virtutibus: ideoq̄ nolle in vicijs: vbi nec
prim⁹ nec alter diſcerni potuit dum alter
qd primus voluit: vbi par anim⁹ in multi
fariis opez effectibus pares in duob⁹ oñ
dit affectus? Quas has nuptias dixeri ne
ſcio? Unuz ſcio: qz noſtra modo neſcit re
gio tales: dū propter regnū celorum ſe ca
ſtrātes: nec prolē terrene fecūditas expe
ctantes celibē a deo generationē recipe
rent: a quoz ore laus dei nunq̄ deficiet.
Hec eſt generatio querentiū dominum:
q̄ viuentes in chriſto mēbra ſua mortificā
tes propter chriſtū ſuper terrā morientiū
regnantes cū chriſto bona dñi ſui vident
in regiōe viuentium. Qñ de vita ⁊ mira
culis pii Henrici chriſtianiſſimi iperatoris ⁊
miſeratiōibus varijs: q̄s fecit in domo do
mini. De ſignis quoqz ⁊ miraculis q̄ poſt
tranſitum ipſius per euz fecit ſatis digne
ſcripta ſancta recepit eccleſia. nunc aium
pupugit ac in mēte venit vitā memoran
de virginis nr̄e breuiter explicare ⁊ me
morie ſcripto commēdaret: vt ad exem
plum ei⁹ ſe intuentes q̄cūq̄ virgines: q̄
cūq̄ vere vidue pfecte vite normā arbi
trent conuerſationē illius. Indignū eniz
nobis ⁊ magis ope preciū digne duxim⁹:
vt illi offm̄ ſubtrahām⁹ oris: cuius puidē
tia alimenta pcipimus corpis. Henrico
itaq̄ ſuo ſue caſtitatis patiētiſſimo ſp cu
ſtode: vbi eā ſuis virginē vti trāſduxerat
in chro reſignauit. ad celeſtia q̄ iugiter ſu
ſpirabat gaudia trāſlato: illa ſe ad deuz vt
ſp totam ꝯtulit ipm ſue caſtitati neceſſita
ti ac ſaluti adeſſe illū ſuis eccleſiis illū fili
is quos ei in ipſo aggregauerat pñtem af
fore: aduocare: vigiliis orationibus inſta
re: die practicā cum martha: noctu contē
platiuam cum maria vitā agere non ceſſa
bat. Quanta vo elemoſynaz largitate: q̄
ta oronis inſtantia p beati ꝯiugis defun
cti aīa deſudauerit in ſubſcripta pagina

quaz ipſe p ſe. nam litteraz ⁊ artiū aliaruz
diſtinguere auro gēmiſq̄ ſacras veſtes
pitiſſima fuit. cōpoſuit ⁊ ſcripſit q̄cūqz vo
luerit agnoſcere potuit. ¶ Cunegūdi di
uina diſpēſatione ſolo iperatrix noie ſpe
cialis dilecte ꝯgregatiōi in ꝯfugia quicqd
iuſte ꝯuenit dilectioni ꝑprie aduerſitatis
ſarcinā facilius veluti exiſtio tolerarem ſi
vr̄as res ſaluas icolumeſqz exiſtere vide
rem. Quāuis enim mēs ꝑcelloſis curarū
fluctibus vndiqz q̄tiatur: veſtre tn̄ recor
datiōis ancora a cordis ꝓfunditate non
euellit. Et lz longe remote ab oculis ab
animo tn̄ nunq̄ recedentis. Quis non ſe
parabit a charitate chri? Caſus doloris:
aut lōginq̄tas remotionis. Quin ēt ſi amiſ
ſe facultatis vſus ꝯcederet: voluntas hec
opis exhibitiōe comprobaret. Ipſum tn̄
modicuz qd adhuc deo volēte reliquū te
nem⁹: veſtre cōmonitioni alienū eſſe vo
lumus: vt pticipatione paruitatis releuet
magnitudo deuotiōis. Mater nāqz ſi pa
rum habuerit paz filijs tribuit. Ecce hec
modici ſūptus munuſcula ad refectionez
vobis mittunt carnis: vt aiaz ſenioris pa
tris vr̄i ꝯtinua orationis alimonia reficia
tis: qm̄ tot iuſtoz preces vnanimiter con
tinuate apud deuz multū poſſunt ꝓficer.
Iac. atteſtante. Multū valet deprecatio
iuſti aſſidua. Ille ēt atqz etiaz iuſtus dn̄s
q̄ iuſtitias dilexit eq̄tatem ſupplicationis
exaudire nō reſpuit: ſz vobis indefeſſis i
terceſſorib⁹ ſupradicti chari memoriā fa
cientibus ſalutis dabit p̄miū: qd ipſe p
mittit dicēs. Qui pſeuerauerit vſqz in fi
nē ſaluus erit. Atqz bonū opus in ꝯſpectu
etiam dei placitū eſſe cernitis: ſi non ſolū
p illis q̄ in hac vita poſiti multa vobis do
na: ſz qui nulla fecerūt orateritis. Obſe
cro ergo vt eū a cordib⁹ veſtris nūq̄ abij
ciatis: qui vos tanq̄ propria amauit: atqz
hunc locum vr̄a ſeruitute florere voluit.
Eſtote quoqz mee neceſſitatis memores
ſp hilaritate cordis miſericordes ſm illō

apoſtoli: dilectionē ſine ſimulatiōe: necnō
veſtre mentis in quādaʒ mutue charitatis
ſoliditatē magis ac magis cōcreſcāt: qua-
tenus in die tribulationis clamorē veſtrū
ipſius aures exaudiat qui dicit. Ubi duo
vel tres congregati fuerint in noīe meo in
medio eoꝝ ſum: qḋ vos oīmodo ꝓmere-
ri hortor eodeʒ preſtāte qui cū pr̄e ⁊ ſ. ſ. vi.
⁊ re. ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ Amē. ℭ Deniq̄
Conrado ſibi ſuccedente in regno ipſa cu
ris ſecularibꝰ: ſicut iaʒ diu deſiderauerat
exonerata iam in xp̄o anniuerſario die trā
ſitus. ſ. Henrici archiep̄s cum ep̄is ad de-
dicationē cōfugienſis eccleſie cōuocauit.
Ubi inter miſſarū ſolēnia imꝑiali decētiſ-
ſima omni ornatu culta ante principale al
tare virgo deo deuota ꝓceſſit: ibiq̄ the-
ſauruʒ incōparabileʒ ligni: vʒ dñici cruceʒ
paruā quidē in materia: ſʒ maximā in vir
tute dñi obtulit. At vbi lectio euangelij in
qua ſuꝑ arborē crucis aſcēdens cōſpicien
tem ſe ieſuʒ ſuſcipere: ⁊ ab eo benedictio
nem puſillus meruit accipere leta fuit re-
galem purpurā exuens tunicā ſuſtiorem:
quā ipſa manibꝰ ſuis oꝑata fuerat ſacerdo
tali benedictione data: veſtē religionis in
duit: ⁊ multis quidē pro ſe fletibꝰ: pro illa
aūt gaudentibꝰ que iam ſeculuʒ dānaſſet
in veſtibꝰ capillis qui huc uſq̄ eodeʒ mo
naſterio pro veneratiōe ſeruant preciſis:
impoſito ſibi ab ep̄o velo: ānulo fidei ſub-
arata gratulabūda ſuccinuit: poſuit ſignuʒ
in faciem meā: ⁊ annulo ſuo ſubarauit me
dñs meus ieſus xp̄s. In ſponſo xp̄i conſe-
crata dum filiaꝝ ſuaꝝ ſe ſanctiſſimo cōtu-
bernio applicuiſſet: nō vt mater filiabꝰ ſe
preferebat: ſed omnibus inſeruiēs ſerui-
lem perſonaʒ ſe oſtendebat: ita tñ vt cum
omnia faceret oſtentationem fugeret ſin-
guloꝝ ne reciperet in p̄ſenti ſeculo mer
cedem ſuam. Operabatur manibus ſuis
ſciens ſcriptum eſſe: qui non operatur nō
manducet. Sponſo ſuo aut orans loque-
batur: aut pſallens ad eccleſie limina pe-
ne inuiſa ꝓperabat: nihil ſeueritate illius
iocūdius: nihil iocūditate ſeuerius: triſtis
in riſu: in triſtitia ſuauis breue vite ſpatiū
eterna memoria compenſabat. Idem illi
orationis locus ⁊ quietis fuit. Ideʒ ſemꝑ
habitus incultum corpus dū ſciret reiciē
das delitias corporis qḋ paulopoſt vermi
bus exarāduʒ fuit. Semper eam legere:
aut legentē audire vidiſſes. Multa illi cir
ca cōtubernales deuotio. frequens decu-
bantium viſitatio: ſoluta pauperū cōſola-
tio. Preterea eam feciſſe plura miracula
credimus: ſed q̄ gloriam humanā ⁊ oleū
adulationis ſemper fugeret eē ſuppreſſa:
aut in curia hoium: ſeu reuolutioni tēpoꝝ
nō defectui deputādum virtutum. Unde
etiaʒ tante maieſtati indigna ſcribēdi mi-
nor materia fuit pauca tantuʒ que in ſcri-
ptis reperimus vel viridica ſanctimonia-
lium vbi illa pro xp̄o militabat relatiōe co
gnouimꝰ hic inferre dignum duximus.
ℭ Cum poſt orationis frequētiā inter le-
ctionis laſſitudinē ancilla xp̄i in lecto non
plumis extructo: ſed cilicio ſtrato mēbra
ſopore grauata remiſiſſʒ puella ſacra que
de more aſſidebat ſacros codices legens.
Cum fere ad medium noctis lectionem
extendere caligantes oculos clauſit: lu-
menq̄ e manibus elapſum paleas corri-
piens ſui frangore circūiacentes ſorores
excitauit. Clamore ⁊ cōcurſu facto virgo
chriſti de ſomno excuſſa: dum colluctan-
tes inter ſe flammas circa ſe aſpexit ad
orationis arma ſe conuertit: ⁊ ſigno crucis
aduſtionem illam abſq̄ omni ſuarum le-
ſione veſtiuʒ auertit. Tua hec chriſte ope-
ra: qui babylonem regem in ſuo furore cō
fudiſti: ⁊ babylonis ignes vt pueri tui ſer-
uentur illeſi. ℭ Aliud miraculū q̄ʒ timen-
dum q̄ʒ mirandum hic placuit ſubſcribe-
re in quo animi illius conſtantiam ⁊ rigo-
ris ſeueritatem diſcere poteris: habuit ſe-
cum ſororis ſue filiam vnam nomine: quā
a primis annis educatam omni diſciplina

ſecularium quoq litterarum ſcientia inſtruxerat. Hec materteraz non minus religionis q̄ dilectionis amore in monaſterio ſecuta ⁊ cõſecrata fuit. Hanc in omnibus plene inſtructam: vt eius in orationibus vigilijs ac ieiunijs perſeuerantiaz: ⁊ a domino patientiã perſpexit omni aſſenſu ⁊ rogatu primaz in ipſo cenobio eaz abbatiſſam perfecit. Cum virgo mater filiam ſuſcipiens iuxta cõmonitionem ſanctam iam dudum habitam precedentium patrum repetens alloquia mouet ob ſalutis affectum vtilia: ac deo placita ſepe dicere: frequẽter audire: ſolitas religioſi itineris vias nõ deſerere magis magiſq errorum deuia: ac diaboli calcare figmẽta nullam luci ac tenebris veritati atq mendacio turpitudini atq egeſtati apud dei ſeruos decet eſſe cõmunionez ſollicite cauere ne vana ſectãdo deſineret eē templum dei: fieret habitatio tenebraruz. fieret demonis monumentum: lumina ſua in dei defigere aſpectum. ¶ Primãq docet facere: vt fructum doctrine ſue ipſa in illis deo adiuuante poſſit inuenire. Hec ⁊ huiuſmodi iterum atq iterum materno ſtudio ei inculcãs quaſi in oĩbus iam perfectaz ⁊ ipſaz magiſtrã venerari cepit. Ipſa vbi in matura libertate poſita eſt paulatiz a rigore ſuo deficere: meliorẽ cultum lautiorem cibum vitiorũ alimenta deſiderare: vltima in choro prima in cõuiuio puellarum fabulis intereſſe ⁊ in oĩbus lacius ſe agere cepit. Pro huiuſmodi leuitatib⁹ dum eam ſancta dei priuatim inter ſe publice coraz oĩbus argueret ſepius obſecraret in:reparet: nec illa velut matertere patrocinio aut familiaritate vana ↄſiſa emẽdaret: quadam die cum ipſa cum conuentu crucem. nam dies dominicus erat: ſequitur: abbatiſſa defuit: quam illa inquirens ⁊ epulantem cum coeuis in conclaui reperiens zelo pietatis armata cũ verbo correptionis dextram maxillam eius percuſſit. Que quaſi ſigillum quoddam formaz digitorum accepit: qua omni tẽpore vite ſue non caruit. De quo nimiruz facto conſtat: quia non tantũ pro ſe: ſed aliorũ emendatione hoc pertulit: vt huius viſio alijs proficeret: ⁊ ad melioris vite ſtatum a vitijs ſuis retorqueretur. Forte ⁊ illud detractoribus fabuloſum ⁊ infidelibus videre riſibile putabatur: q ſanctitatẽ illius quã gratia humilitatis ipſa homines latere voluit elementa loquũtur. Deniq cuz poſt lectionem euangelii ſuo ſolẽni more ad altare ſacrificatura accederet: dextre manus ſue chirotecam detrahens cũ nullus qui reciperet adeſſet a ſe reiecit: quaz radi⁹ ſol' p feneſtre rimulas intrans ſuſcepit: ⁊ tandiu quaſi famulando ſuſtinuit donec illa poſt ſacrificium rediens eam reciperet. Tale etiaz quid in beati veſte goaris aliquando diuina virtute oſtenſum fuiſſe legitur. Qui dum a ſede ruſtici treuerenſis põtificis a ſumma maieſtate deſpicitur: per maioris luminaris famulatũ honoratur. Omniũ itaq capax erat meritorũ que iudicem cunctorũ meruit habere virtutum. Quindecim in ſancto propoſito ſeruiuit annos: tam humilitatis gratia q̄ pro religionis reuerentia omnibus admiranda. Tandem pro nimia ciboruz abſtinentia orationis ⁊ vigiliarum incredibili perſeuerantia cepit corpore langueſcere ⁊ ingraueſcente morbo paulatiz deficere: ſed dum membra dolore contraherẽtur exterius: tamen ſpiritu: qr laus dei in ore eius ſemper confortabatur interius: vocabat angelos: quorũ hic vita: illic nunc conſortio fruitur. Apoſtolos ⁊ ↄfeſſores: quorũ fidem ſemper ⁊ confeſſionem tenuit interpellabat. Uirginum chriſti in ſuo exitu inuitabat chorum: quarum emulatiõe in carne dum preter carnem viueret ſe immaculatum chriſto conſecrauerat chorũ omnium dei famulantium ſibi adeſſe ſibi occurrere orabat auxiliũ. Uere qđ ſcri

ptum eſt: timentibus deum oia coopant
in bonū: in obitu tante virginis vidimus
cōprobatū. Nec dum ſpūm exhalauerat:
nec duʒ xpo debitā reddiderat vitā: ⁊ iaʒ
fama volans tanti prenūcia luctus nō tm̄
ſacratas virgines aut diuerſi ordis viros:
ſed ⁊ toti⁹ vrbis populos ad exequias cō
gregabat. Sonabāt pſalmi ⁊ totā domuʒ
vbi ſacrū corpuſculuʒ in medio ſuper illo
nobili cilicio cōpoſituʒ iacebat in ſublime
reſonans letaniā pro exeunte aīa quatie
bat. Interiʒ ex more regales tanq̄ impe
ratrici non vt paupercule debent ſorori
parātur obſequie: aurea feretro obtinēda
pferuntur velamina: cum illa pſallentes
vultus: quos ante vt ſponſo veniēti letos
videres ad os retorquere manu ānuere:
amictus iſte ait non eſt meus. auferte hic.
ornatus hic alienus eſt. His terreno ſpon
ſo: iſtis celeſti ſum copulata nuda de vte
ro matris mee egreſſa ſuʒ: nuda regrediar
illuc. His miſere vilem carnis materiam
inuolutie: ⁊ corpuſculuʒ meū iuxta tumu
lum fratris mei ac domini henrici impe
ratoris: quem me vocantem video in p
prio locello reponite. His dictis in manū
domini ſpiritum cōmendās: carnis ſarci
na abiecta ad ſuū anima reuoluit auctorē:
⁊ in antiquam poſſeſſioneʒ diu peregrina
ta conſcendit: terris matrem cōmuneʒ ſe
amiſiſſe flentibus: celis autem conciuem
in ſuum conſortium ſe ſuſcepiſſe gauden
tibus. Ita demum ſacro illo corpore fere
tro ſuppoſito nobilium ordine precun
te: multis hincinde confluentibus tur
mis cum illo ſibi ſemꝑ familiariſſimo pau
perum contubernio ad locum predeſtina
tū ſepulture felices exequie vſq3 delate
ſunt. Cum vero relictas vrbes vacua ru
ra: deſolatas ciuitates vndiq3 concurrere
populos videres matres paruulos ſuos
in brachiis geſtantes. infirmos in graba
tis iacentes ſanitatis gratia ſuperare: feli
cem ſe credere: ſi cui aut feretro iungi: aut
ab ipſo contigiſſet vmbrari. Tandeʒ in ec
cleſiam beati petri corpus non ſine labo
re deportatum triduanas ibi meritis ſuis
ac beneficiis condignas habuit exequias.
Filii quos ipſa illic in chriſto aggregaue
rat de matris pace iam ſecuri. pro ſe autē
ſolliciti inceſſanter pſallebant: dum eam
ſibi ad horam ſubtractā ſine timore amiſ
ſionis in ſpe perpetue interceſſionis rece
piſſe plaudebant. Mater de celo filioruʒ
proſpectans affectum gaudebat: ita vela
tum ſacrum corpus ſacris veſtibus diade
mate chriſti ſuppoſito ſuo loculo ī dextro
latere: ſicut hactenus veneratur repoſitū
eſt anno domini. M.lxxxix. ad vincula
ſancti petri.

¶ Explicit liber ſextus.

¶ Incipit prologus libri ſeptimi.

SEptimus liber pſentis ca
talogi continet paſſiones ⁊
geſta ſanctoꝝ illoꝝ quorū
feſtiuitates occurrūt infra
tempus in quo repreſentat
eccleſia ppagationē filioꝝ: qui fuerunt ec
cleſie ipſius edificatores: qui fuerunt ſan
cti doctores. Hoc autem tempus eſt a ca
lendis auguſti vſq3 ad calēdas ſeptēbris.
Et hoc ſub figura ſapiētiſſimi ſalomonis:
cuius tunc libri leguntur: cuiuſq3 vices ge
runt in eccleſia dei ſancti doctores diui
na ſapientia repleti: ex quibus tam in gre
corum orientali q̄ in latinorum occiden
tali eccleſia quattuor principaliores exi
ſtunt per quattuor libros ſapientie deſi
gnati. ¶ Ad huius ergo temporis feſta p
tractanda tranſcurrenduʒ eſt. Uerū: quia
hoc tpe libri ſalomonis ⁊ ieſu filii ſyrach
ab eccleſia leguntur: merito legendis ſan
ctoꝝ huius tpis geſta ipſoruʒ duorum ſan
ctoꝝ: videlicet ſalomonis pphete ⁊ ieſu ſy
rach ꝑmittent: quoꝝ dies obit⁹ nullo loco
reperiri

reperiri certum eſt. Et quia ſalomon pro
pter crimē idolatrie qđ incurrit: ex eo ꝙ
mulieres alienigenas adamauit: vt dicit̄.
iij. regum cap. xi. a quibuſdā dānatus aſſe
ratur. Mihi tamen iuxta alioꝝ ſententiā
rectius viſum eſt: ipſum nedū damnatū
dici nō audere: ſed potius ſcificatū aſtrue
re. ¶ Ad quod aſſerendum me inducūt
principaliter qnqꝫ rōnes. Primo quia ec
cleſiaſtici. xlvij cap. ipſe ſalomō inter viros
glorioſus ꝛ ſcōs veteris teſtamēti patres
expreſſe ꝯnumerat̄: eiuſqꝫ laudabilia ope
ra memorant̄. Et quāuis etiam eiuſdem
crimina explicent̄: conſiderāti tamē ſub
tilius verba ſapiētis: potius apparebit ipꝫ
ſalomonem approbatū ꝙ̄ reprobatū. Ex
quo conijcitur: ꝙ ſapiens ieſus diuino ſpi
ritu ſalomonem ſanctificatum manifeſti
us confirmauit. ¶ Secundo quia non eſt
arbitrandum ꝙ deus hominem tantum
ſibi dilectum: quē tanta gratia ſublima
uit: vt ipſum precunctis mortalibus ſapi
entia diuinorū ꝛ humanorum diuinitus
ei infuſa dotaret: ꝛ tanta glorie diuitiarū:
pacis: ꝛ regni dilationis abundantia dita
ret: ad tantam miſeriam deuenire pmiſiſ
ſet: vt ipſum in obſtinatione idolatrie fini
re conſenſerit: quin potius vt tradunt he
brei circa vite finē de cōmiſſis penituit.
Unde propter hoc libꝝ de contēptu mun
di: qui eccleſiaſtes dicitur: compoſuit. Ex
cuius textu libelli etiam ſatis apparet: ꝙ
ipſū ꝯpoſuit in vltima ſenectute. ¶ Ter
tia quia ipſe templum ſanctiſſimū domi
no edificauit: quod nec ipſe dauid pater
eius edificare promeruit. Quis enim: qui
dei perfecta intueatur clarius opa: aude
at opinari glorioſum deū: qui dauid p
phetam ſanctiſſimum ob id ſolum a tem
pli conſtructione prohibuit: qđ ſanguinē
inimicorum dei fuderat etiam iuſte ꝛ do
mino imperante: voluiſſe idem templū
locū videlicet diuine habitationis electū
ab homine fabricari: quē preſciuiſſet eter
ne dānationi obnoxium: ob eius crimina
deputandū? ¶ Quarto: quia ipſum ſalo
monem: vt in multis apparet: dominus
pphetico ſpiritu repleuit. Nā ꝛ plurima
de xp̄i humanitate predixit. Et ſi oppona
tur: ꝙ ꝛ balaam ariolus prophetauit. Re
ſpondet̄. ꝙ non erat ille magus de electo
populo hebreoꝝ: ſed ex dānatis gētilibus
oriundus. ¶ Quinto arguitur fortiſſime
ſanctitas ſalomonis: ex eo ꝙ eccleſia dei:
que per ſpiritūſcū cuncta diſponere ꝛ fa
cere credenda eſt: libros ſalomonis inter
ſacre pagine volumina ſuſcepit: in qbus
fundamentaliter fides noſtra conſiſtit tā
quam approbatiſſimos ꝛ catholice veri
tatis myſteria continētes. Quod ſi eccle
ſia ſalomonem damnatum putaret: ꝛ ip
ſius opuſcula: ꝛ ſi nō expreſſius reprobaſ
ſet: ſaltem inter apocripha dimiſiſſet. Ex
quibus rationibus inductus opinionem
ioſephi in hac parte ſecutus: ſalomonem
ſanctum ꝛ inter ſanctorum numerum ſal
ua ſemper fidei catholice veritate: ꝛ ma
tris eccleſie diffinitione ſcribendum eſſe
decreui. Hieronymus autem ꝛ ambroſi
us hoc ſatis declarant. Hieronymus enī
in. xvi. libro de extrema viſione ezechie
lis facit mentionem de ſalomone dicens.
Quamuis peccaſſet: egit tamen peniten
tiam ſcribens prouerbia vbi dicit. In no
uiſſimis egit penitentiā: ꝛ reſpuit eligens
diſciplinam. Item hieronymus ſuper ec
cleſiaſtem. Aiunt hebrei hunc librum eſ
ſe ſalomonis penitentiam agentis. Am
broſius in apologia dauid. Quid de da
uid dicā: ꝛ đ ſancto ſalomone: qui quoni
am vulgus exiſtimabat eum veniſſe pro
chriſto: ne videretur eſſe ſupra hominē
nutu diuino corruit. Ubi per ambroſium
dauid non dicitur ſanctus: qui ab omni
bus ſanctus eſſe ſcitur: ꝛ ſalomonem ſan
ctum nominat: vt nobis de penitētia ei⁹
dubietatem tollat.

¶ Incipit liber ſeptimus a calendas auguſti vſqȝ ad calendas ſeptembris.

¶ De ſcõ ſalomone rege ⁊ ꝓpheta. C. I.



Salomõ propheta ⁊ rex iſrael filius regis dauid de tribu iuda in hieruſaleȝ progenitus de berſabee oli vxore vrie adhuc patre viuente ipſi uſqȝ iuſſione in regeȝ iſrael inunctus fuit: vt ſupra dictum eſt in legenda dauid prophete. iiii. calẽ. ianua. Qui poſt parentis obitum in regno ſuo pacifice ſedẽs: de fratre adonia de proditione regni ſuſpecto: nec vindictaȝ expetiit. Ioab quoqȝ principem militie patris ſui: de homicidio: quod alias in abner principem militie ſaul commiſerat: gladio puniuit. Abiathar quoqȝ ſacerdotem ab altaris miniſterio eiecit. Sicqȝ exigente iuſtitia ſceleratorum crimina digna vltione mulctauit. Filiaȝ pharaonis regis egypti in vxoreȝ duxit. Deinde aſcendit in excelſum gabaon quẽ ioſephꝰ appellat hebrõ: ⁊ obtulit mille oſtias in holocauſtum ſuper altare: qd̓ fecerat moyſes. Cui dominus per viſionem in ſomnis eadeȝ nocte apparuit dicens: vt quod vellet obtinendum: continuo poſtularet. Qui ſapientiaȝ quam omnibus donis prepoſuit: a domino ſibi infuſam impetrauit. Et reuerſus in hieruſalem coraȝ arca domini gratias egit. ¶ Tunc venerunt due mulieres meretrices coram rege de vnico filio viuente litigantes: quem vtraqȝ illarum ſuum natum nuper editum eſſe dicebat: alterũ. qȝ qui nocte ab vna illaruȝ oppreſſus fuerat: quelibet ipſarum peperiſſe vel necaſſe denegabat. Cumqȝ mens omnium in huiuſmodi diſcrimine heſitaret. Rex ſalomon queſtioneȝ inopinanter ſoluit: ⁊ allato gladio: vt ait ioſephus: precepit vtrũqȝ infantem diuidi: vt vtraqȝ mulier medietatem viui ⁊ mortui acciperet. Quod mater viuentis audiens: quia commota ſunt viſcera eius ſuper filio ſuo: petiit infantem viuũ aduerſarie dari ne occideretur. Altera v̓o diuidi poſtulabat: ⁊ cognoſcens rex vtriuſqȝ vocem de vero cordis fonte prolatam: infantem viuum ei: que ipſum dimitti aduerſarie poſtulauerat: tã quam vere matri aſſignauit. Et admirati ſunt aſſeſſores eius qui prius ſententiam quaſi ab adoleſcente prolatã deridebant. Omnis quoqȝ iſrael hoc audiens diuinã ſapientiam in rege fore cognouit. ¶ Statuit autem rex. xii. prefectos ſuper omnẽ terram ſuam: qui per ſingulos menſes p̃bebant neceſſaria domus eius. Erat autẽ cibus ſalomonis per ſingulos dies. xxx. cori ſimile: ⁊. lx. cori farine. x. boues pigues: ⁊. xx. paſcuales: ⁊. 100. arietes excepta venatione ceruoꝝ ⁊ caprearum ⁊ auium altiliuȝ: ſed ⁊ piſces ei quotidie innumerabiles portabantur. Et fuit in diebus eius pax ſumma in terra: habebat quoqȝ ſalomon quadraginta milia equorum curruum ⁊ duodecim milia equeſtrium. Et p̃cedebat in ſapientia cunctos homines ⁊ reges orientaliũ ⁊ egyptiorum. ¶ Quarto igitur anno regni ſui: q̇ fuit annus quadrigenteſimus octuageſimus egreſſionis iſrael ex egypto menſe maio: primo templum domini cepit edificare in hieruſalem de marmore candido: quod parium dicitur in monte moria in quo abraam olim filiuȝ iuſſu diuino voluit immolare: ⁊ in anno. xi. regni fuit menſes octobris conſumauit. Ita qͦ in. vii. annis et. vi. menſibus cum ſuis vtenſilibus completum eſt. Sic enim omnia extra vrbeȝ dolata ⁊ perfecta ſunt: qꝛ nulluȝ ferramẽtum auditum eſt in domo domini cũ edificaretur. Hiras quoqȝ rex tyri olim ami

cus dauid ligna cedrina de libano exciſa per manus ſeruorum ſuorum ſalomoni adminiſtrauit. ¶ Dicitur etiaȝ ſalomonē ad eruderandos celerius lapides habuiſſe ſanguinem vermiculi qui thaminus dicitur: quo liniti marmores facilius ſecabantur: quem inuenit hoc modo. Erat ſalomoni ſtruthius habens pulluȝ: quē ſub vitreo vaſe incluſum: cum pater habere nequiret: tulit vermiculuȝ de deſerto: cuius ſanguine vitreum liniens confractuȝ eſt. Dum autem conſumaretur edificium poſitus eſt lapis viuus in angulo ſuperiori cunctis mirantibus: quia ab edificantibus nec in fundamento nec in muro vnꝗ̄ poni potuit: nec eſt ei inuentus locus. Et impleta eſt prophetia dauid: lapidem queȝ reprobauerunt edificātes ꝛc. ¶ Tēplo igitur conſumato rex ſalomon menſibus. vij. illud ſolemniter dedicauit: et arcam domini de ciuitate dauid in eodem tranſtulit. Deinde ad edificium domoruȝ acceſſit: quod. xiij. annis vix cōpleuit. Nō enim circa eas adeo feruens erat: nec ad eas opulentia ipſa a patre ſicut ad templū preperata fuerat. Fecit autem tres domus: vnam ſibi: ꝛ alteram vxori filie pharaonis: ꝛ tertiam domum ſaltus. Deinde hiram regi tyrio: qui ſibi prebuerat auxilium in auro ꝛ lignis ad templum domini conſtruendum dedit. xx. oppida in terra galilee de ſorte neptaliȝ maritima. Et ex tunc terra illa dicta eſt galilea gentium: quia in ditione regis gentilis erat. ¶ Salomon etiam miro robore muros ciuitatis hieruſalem edificauit: et ampliauit: et nouas ciuitates in pluribus locis fundauit. De filijs iſrael nullum ſibi ſeruum fecit: ſȝ chananeos ſibi tributarios ſubiugauit. Claſſeȝ quoqȝ fecit in inſula maris rubri: que dicitur aſiongaber: ꝛ deferebant ei viri nautici de ophir aurum multum ꝛ argentum ꝛ gēmas ꝛ aromata ꝛ alia precioſa de indie partibus allata. Et habuit rex ſalomon diuitias inextimabiles. Unde ꝛ in dieb⁹ ſuis quaſi nullis precij erat argentum in hieruſalē: nam ꝛ ſedilia preſoribus domoꝝ plurima argentea erant: ꝛ tanta erat argenti copia quanta lapiduȝ vel lignoꝝ. Omnia vaſa domus ſue erant aurea ꝛ vniuerſa ſupellex domusſaltus ex auro puriſſimo erat. Et magnificat⁹ ē rex ſalomon ſuper oēs reges terre diuitijs et ſapientia: ꝛ vniuerſi deſiderabāt eū videre: ꝛ deferebantur vndiqȝ ei munera ꝛ iocalia precioſa: ꝛ arma bellica: ꝛ equi ꝛ muli fortiſſimi ꝛ decori. ¶ Ad huius opinionem incredibileȝ regina ſaba ethiopie ſapientiſſima venit eū tentare in enigmatibus: ꝛ ingreſſa eſt hieruſalem cum comitatu multo ꝛ diuitijs. Et honorauit eā rex vltra modum: ac docuit eam in his oibus: que ſibi ꝓpoſuit. Unde admirans nō habebat ſpūm. Uerūtamen tria pre ceteris admirata eſt videlicet domūſaltus: ꝛ ſupra templi fabricam ordinem ꝛ frequentiam miniſtrantium in templo. Item ordineȝ ꝛ diſtinctionem regi ſeruentiuȝ in menſa vt in tante multitudine miniſtrorum nullus dubitaret: quis cuius rei miniſterio fungeret̄: nec etiaȝ vnꝗ̄ opus: vt cuiqȝ eorum: ꝙ tale quid faceret: per aliū mandaret̄. Dedit aūt regi munera. ſ. xxx. talenta auri ꝛ gēmas precioſas ꝛ aromata quanta ꝛ qualia alias in hieruſaleȝ nō fuerant viſa. Dicit etiam ioſephus: eā dediſſe regi radicem balſami. vnde propagate ſunt vinee engaddi: cui ꝛ ſalomon plurima redonauit. Cumqȝ regina ad terram ſuā reuerſa eēt: tradunt quidam ipſam regi ſcripſiſſe: ꝙ ꝓſentialiter timuit ei dicere: ſe vidiſſe in domoſaltus ligṅuȝ in quo ſuſpendēdus eſſet quidam: ꝑ cuius morte regnūm iudeoꝛuȝ periret: ꝛ certis indicijs illud regi indicauit. Quod timēs ſalomon in ꝓfundiſſimis terre viſcerib⁹ illud occultauit: ꝛ hoc lignuȝ crucis dn̄ice fuit: quod tamen paſſionis tēpore miraculoſe

ſuperenatauit: vt ſupra dictū eſt in legenda ſci ade poſt ſeptuageſimā.x. cal. febꝛ. ¶ Cum aūt ſalomon iam ꝓpe ſenectutē eſſet: contra legē dei mulieres multa gentilium amauit. Habuit enim vxores.ccc. ⁊ concubinas.dcc. q̄ auerterunt coꝛ eius a dn̄o: ⁊ ſecutus eſt deos alienos: ne eas cōtriſtaret. Edificauit eniꝫ in excelſis circa hieruſalem tria phana idoloꝝ.ſ. vnum aſtaroth dee ſidonioꝝ: que iuno di. Scdꝫ cadimū idolo moabitaꝝ. Tertiū moloch idolo amonitaꝝ in monte oliueti e regione tēpli. Quod plurimum deo diſplicuit. Unde poſtea locus dictus eſt locus offenſionis. Ideo propter huiuſmodi peccata deus ſalomoni adhuc viuēti aduerſarios ſuſcitauit: eiuſqꝫ regnū poſt moꝛtem eius ſcindēduꝫ eſſe pꝛedixit. Sicqꝫ q̄ prius pacem hēbat vndiqꝫ vitam in tribulatione finiuit: ⁊ cum annis.xl. regnaſſet moꝛtuꝰ eſt. Sed vt dictū eſt ipſum circa vite finē penituit: ⁊ ſepultꝰ eſt in ſepulchꝛo dauid patris ſui in hieruſaleꝫ. ¶ Et notandum ꝙ ſalomon dicit̄ ſenex fuiſſe: de q̄ mirandum eſt: cū modicuꝫ vltra.l. annos vixiſſe legat̄. Nam.xi. annoꝝ genuit roboam: ⁊.xl. annis regnaſſe dicitur: plenius ergo ioſephus hoc declarat dicēs: ꝙ ſalomon valde longeuꝰ moꝛtuus eſt: q̄ regnauit annis.lxxx. vixit aūt annis.xciiii. Sed diuina ſcriptura eos tantū annos expꝛimit: q̄bus anteq̄ꝫ preuaricaret̄ regnauit. ¶ Aiunt hebꝛei ſalomonē de idolatrie peccato penitenteꝫ ſe trahi feciſſe per plateas hieruſalem cauſa penitentie: ⁊ inde eum in tēplum veniſſe quod fecerat cū.vii. virgis: de quibus dedit quattuoꝛ legis peritis: vt verberaretur ab illis. Qui comuni conſilio dixerunt: ꝙ in vnctum domini manū non mitterent. Unde fruſtratus ab illis a ſeipſo depoſitꝰ eſt: ⁊ ſeipſum verberauit. Et hec ſūt verba ſalomonis de ſeipſo ſcribentis. Poſtq̄ꝫ amiſerat regnum chꝛiſtus purgauit peccata ipſiꝰ ⁊ exaltauit in eternum coꝛnu eius: ⁊ dedit illi thꝛonum regni ⁊ ſedeꝫ gloꝛie iſrael. ¶ Scripſit aūt ſalomon libꝛos tres.ſ. parabolaꝝ ſiue pꝛouerbioꝝ: ⁊ eccleſiaſten: atqꝫ cantica canticoꝛum. Libꝛum aūt ſapientie quidam a ieſu ſyrach conſcriptum aſſerunt: quidaꝫ ab ipſo ſalomone: qui tamen apud hebꝛeos nuſq̄ꝫ eſt: quia ⁊ grecam eloquentiam redolet: vt ait hieronymus: ⁊ nō nulli hūc eē iudei philonis affirmant. Primus autem liber pꝛouerbioꝛum in parabolis.iii. conſiſtit. Tertius in verſibus.v. qui dragmata dicunt̄. Et diſputauit de natura arboꝛum ⁊ herbaꝝ a cedro vſqꝫ ad iſopum. De naturis quoqꝫ auium ⁊ omnium animantiuꝫ philoſophatus eſt: per vnū quodqꝫ genus parabolam dicens. Excogitauit etiam coniurationes: quibus egritudines mitigantur. Alias quoqꝫ quibus demones eiicerentur: et alias quibus obſtricti non redirent. Et ſic ex ipſo textu biblie cōſtat ipſum etiam alia volumina compoſuiſſe: preter ea que in canone continentur. ¶ Hec oīa ex tertio regum a cap.ii. vſqꝫ ad.xi. incluſiue: ⁊ ex ſcdo paralipomenon a pꝛincipio vſqꝫ ad cap.x. incluſiue. Et ex dictis Joſephi: hieronymi: et ex hiſtoꝛia ſcholaſtica: atqꝫ ex chꝛonicis guilelmi bꝛeuiter collecta ſunt.

¶ De ſcō ieſu ſyrach ꝓpheta. Cap. II.



Jeſus filius ſyrach oꝛtus in hieruſalem honoꝛabilis doctoꝛ legis ⁊ diuina ſapientia perluſtratus tempoꝛe ptolemei euergetis regis egypti ſub ſimone onie filio ſacerdote claruit: qui libꝛum eccleſiaſticum compoſuit: in quo ⁊ eiuſdem ſimonis mentionem facit. Libꝛum etiam qui ſapientia intitulatur: compilaſſe dicitur: quamuis de hoc nulla certa veritas habeatur. Qui ſapien-

tia ⁊ ſanctitate pollens in diebus eleaza/
ri ſacerdotis tempore ptolemei philopa/
toris nature humane debitum ſoluit: ſe-
pultuſq; eſt in hieruſalez in ſepulchro pa-
trum ſuorum: ⁊ a iudeis maxima venera
tione celebris habetur. Cuius librum ne
pos ipſius ex filio eiuſdem cum eo nomi
ne ieſus ex hebreo in grecum tranſtulit:
vt idem in ipſius libri prologo teſtatur.

¶ De ſcõ Petro ad vincula. Cap. III



Feſtum ſancti petri ad vincu-
la quattuor ex cauſis
inſtitutum fuiſſe pu-
tatur: ſcilicet. ¶ In
memoriam liberatio
nis. ¶ In memoriaz
cathenarum ipſius re
pertionis. ¶ Pro deſtruendo ritu genti-
lium. ¶ Et pro impetranda abſolutione
ſpiritualium vinculorum. ¶ Prima igi-
tur cauſa eſt in memoriaz liberationis pe
tri. Nam ſicut in hiſtoria ſcholaſtica dici-
tur. Herodes agrippa romam adijt: ⁊ ibi
caio nepoti tiberij ceſaris familiariſſimus
extitit: Unde poſt aliquod tempus tibe/
rio defuncto caius in imperium ſublima
tus: herodem regem in iudeam deſtina/
uit. Qui cum veniſſet hieruſalem: vt dicit
act. xij. occidit iacobũ frẽz ioannis gladio:
Uidẽs autem quia placeret iudeis in die
bus azimorum petrum apprehendit: ⁊ in
carcere catenis vinctum recluſit. Ange-
lus autem eidez noctu aſtitit ⁊ lumen in
habitaculo refulſit: ac petrum a vinculis
mirabiliter abſoluit: liberũq; abire dimi/
ſit. Sequenti autez die dum herodes cu-
ſtodes detẽtos propter liberationem pe-
tri diuerſis vellet penis afficere: concitus
in ceſaream deſcendit. Ubi dum eſſet ſi-
cut refert ioſephus in. xix. antiquitatum li
bro: ⁊ ad eum totius prouincie viri vnani
miter conueniſſent: ille veſte ex auro mi-
rabiliter contexta indutus incipiente die
proceſſit ad theatruz: vbi dum primos ſo
lis radios veſtis aurea ſuſcepiſſet: reper/
cuſſo ſplendore duplicatam ſpectantibus
lucem fulgor metalli vibrantis effudit: vt
per hoc plus aliquid de eo q̃z humane na
ture eſt artifex arrogantia mentiret̃. Qui
mox ad populum vti facundiſſimus erat
melliſluo ſermone concionari cepit. Illi-
co adulantis voces concrepant: ipſuz nõ
hominem ſed deum. Et duz ſibi oblatos
diuinos honores nimia preſumptione ſu
ſciperet: vidit ſuper funiculum eius capi/
ti exiſtentem bubonem: quem rome exi
ſtens ab augure didicerat futurũ ante. v.
dies mortis ſue preſagium. Et continuo
percuſſus ab ãgelo vermibus per. v. dies
viſcera corrodentibus expirauit. In me
moriam igitur tam mire liberationis pn-
cipis apoſtolorum a vinculis: ⁊ dire vltio
nis in tyrãnum protinus ſubſecute: eccle
ſia feſtum beati petri ad vicula ſolẽnizat:
Unde ⁊ epiſtola in miſſa cantatur in qua
hec liberatio facta perhibet̃. Et ſcđm hoc
videtur q̄ hoc feſtum dici debeat petri a
vinculis. ¶ Scđa cauſa eſt in memoriaz
inuentionis cathene. Cum enim beatus
alexander papa ⁊ martyr qui in cuſtodia
detinebatur a quirino tribuno filiã ipſius
quirini balbinam nomine ad ſe in carce-
rem delatam impoſita boga ſua in collo
ipſius puelle a ſtrumate liberaſſet: vt ſu/
pra dictum eſt in paſſione quirini mr. iij.
calenđ. aprilis ⁊ in paſſione alexandri pa
pe. v. noñ. maij. Balbina ad chriſtum cõ/
uerſa ⁊ baptizata: ipſam bogaz apud ſe ex
deuotione retinens frequenter oſculaba
tur. Quod cum faceret alexander papa ip
ſam exhortatur vt bogã illam dimittat: ſ3
cathenas beati petri diligenter inquirat:
quas ſi reperire poſſit eas cuz ſumma de
uotiõe retineat. Quirinus igitur ad inſtã
tiam filie in carcere vbi petrus detentus
fuerat diligenter cathenas inquiri fecit:

eaſq; tandem repertas filie cōceſſit. Que
in calē. auguſti reperte ſunt. Tunc ſanct⁹
alexander hoc feſtum in memoriam ca/
thenarum petri in calen. aug. celebrandū
inſtituit: ⁊ in honore eius eccleſiam fabri
cauit: quā ⁊ ad vincula nominauit: ⁊ ibidē
cathenā ipſam repoſuit: vbi in ipſa ſolēni
tate multitudo populi congregatur: ⁊ pe/
tri vincula deoſculantur. ¶ Tertia cauſa
inſtitutionis eſt ſcđm bedam. Cum eniz
octauianus imperator rēpublicam prim⁹
⁊ mirabilr̄ auxiſſet: auguſtus primus om
nium vocatus eſt. Unde ⁊ hunc menſem
qui prius ſextilis dicebatur: quia ſextus a
martio: ſuo nomie intitulauit: eum augu
ſtum vocans. In memoriam igitur octa/
uiani auguſti omnes romani primā diez
ipſius ſolenniter celebrabant: ⁊ diui nos
quodāmodo honores gētili principi exhi
bebant: vſq; ad tempus theodoſij impe/
ratoris qui cepit regnare ānō dñi. ccccxxv.
Eudoxia igitur filia ipſius theodoſij vxor
valentiniani hieroſolymam ex voto per/
rexit: Ubi quidaz iudeus pro magno mu
nere cathenaz ei obtulit qua ſub herode
petrus apoſtolus vinctus fuit. Cum ergo
romā rediſſet: ⁊ romanos in honorez au/
guſti ceſaris in calēdis ipſius mēſis ſolen
nizare videret: cogitās ꝙ nō de facili a ta
li eos errore reuocare poſſ;: cogitādo tra
ctauit vt obſeruantia quidē ſic ſtaret: ſed
in honorē beati petri fieret: ⁊ ipſum diez
omnis pp̄ls ad vincula noiaret. Habita/
q; collatione cū pelagio papa multis ex/
hortationibus pp̄lm induxerūt vt memo
ria principis paganorū trāſſ̄ret ad memo
riā principis apoſtoloruz. Tunc īperatrix
cathenam quā de hieruſalē attulerat pro
tulit: ⁊ papa illam qua petrus rome vin/
ctus fuerat eduxit. Hec igitur illi ſociata
ita miraculoſe vna cathena facta eſt: acſi
ſemper vna ⁊ eadem extitiſſet. Ipſa igi/
tur vincula papa ⁊ regina in eccleſia ſan/
cti petri ad vincula poſuerūt: ⁊ ipſaz mul/
tis priuilegijs dotauerunt. Ac ꝑdictū diē
vbiq; celebrem fore inſtituerunt: videli/
cet cal. auguſti. ¶ Anno domini. Dccccxl
quidā comes othonis imperatoris a dia/
bolo crudeliter arreptus in tantum vt ſe
ipſum dentibus laceraret: ad ioannē pa/
paz ducitur: vt cathena ipſa eius collo cir
cūdaretur. Sed dum alia cathena furētis
collo a fallacibus clericis fuiſſet impoſita
nihilq; ex hac proueniret ſalutis: nimirū
vbi nihil erat virtutis: tandem vera petri
cathena ꝑducitur ⁊ furentis collo impo/
nit̄: ſtatimq; demon ab ip̄o effugat̄. Tūc
theodericus meteń. ep̄s ipſam cathenaz
arripuit: ⁊ illā ſe non dimiſſuruz niſi pars
eius ſibi cōcederet̄: aut ſibi manus abſci/
deret̄: aſſeruit. Tandem cū de hoc multa
cōtentio eēt: imperator litigium ſedauit:
⁊ ex illa cathena a papa anulū vnum ep̄o
īpetrauit. ¶ Quarta cā huius feſti inſtitu
tionis eſſe pōt: q2 dñs petrum a vinculis
miraculoſe abſoluit: ⁊ eidez ligandi atq;
ſoluendi poteſtatē conceſſit. Nos etiaz q̄
vinculis peccatorū obligati tenemur: ab/
ſolui indigem⁹: Ideo igit̄ ſolēnitatē petri
ad vincula celebram⁹: vt ſicut ille a vinculis
abſolui ꝑmeruit: ⁊ ſicut abſoluendi pote
ſtatē accepit: ſic ⁊ ipſe a pctōrum vinculis
nos abſoluat. Hanc vero vltimam cauſaz
inſtitutionis quis defacili perpēdere pōt
ſi videat: ꝙ abſolutionē a vinculis in apo
ſtolo factam epiſtola memorat: Abſoluē/
di ei conceſſam euangelium recitat: ⁊ ab
ſolutionem ab ip̄o nobis fiendam oratio
hodierna depoſtulat.

¶ De ſcīs Machabeis mar. Cap. IIII.

Machabei martyres ſeptem
frēs fuerūt: qui cum matre
reuerēda pro obſeruatione
legis diuine ſub antiocho re/
ge in hieruſalez paſſi ſunt:
ꝑut in. ij. macb. cap. vij. ple
nius continet̄. Cum eni porcinas carnes
nollent comedere iubēte rege vexati: ſin

gilatiȝ vnuſquiſq; eoꝝ amputatis liguis: ⁊ cute capitis cū capillis abſtracta: atq; p̄ciſis manib⁹ in ſartagines et ollas eneas accēſas miſſi ſpm̄ tradiderūt: quos mat̄ mirabilis in ſupplicijs hortabat̄: ⁊ cōſtātiā ad tolerantiā inuitabat. Que tandem oibus per ignē ɔſumatis: vt dictū eſt: ⁊ ipſa ſimil̄r eadē pena crutiata martyrij corona filijs ſociata eſt. ¶ Et notādū: q̄ eccleſia orientalis facit feſta de ſcis vtriuſq; teſtamēti. Occidētalis aūt nō facit feſta de ſcis veteris teſtamēti: eo q̄ ad iferos deſcēderūt: preterq̄ de inocētibus: eo q̄ in ipſoꝝ ſingulis cb̄s occiſus eſt: ⁊ de machabeis. Et hoc p̄pter quattuor rōnes. ¶ Primo p̄pter prerogatiuā martyrij: q2 inaudita ſupplicia vltra alios teſtamenti veteris paſſi fuerūt. Et hec eſt ratio comeſtoris. ¶ Scd̄o p̄pter repn̄tationē myſterij. Septenarius eni eſt numerus vniuerſitatis: ſignificat̄ eni in iſtis oēs ſci veteris teſti celebritate digni: ⁊ in his ſeptē ceteris oibus reuerētia impendit̄. ¶ Tertio p̄pter exēplum patiendi: p̄ponunt̄ enim in exēplum fidelibus: vt. ſ. eorum cōſtātia ad zelum fidei animentur ⁊ ad patiendum pro lege euāgelij: ſicut ⁊ illi paſſi ſūt pro lege moiſi. ¶ Quarta eſt propter cauſam ſupplicij. Nam pro defenſione legis ſue talia ſupplicia paſſi ſūt: ſicut ⁊ chriſtiani pro defenſione legis euangelice patiūtur. Has tres rationes aſſignat ioannes beleth in ſumma de officio. Paſſi ſunt autem calendis auguſti.

¶ De ſcō Euſebio epō ⁊ mar. Cap. V.



Euſebi⁹ epiſcop⁹ ⁊ martyr ſemper virgo exiſtens: dū adhuc catecumin⁹ eſſet: ab euſebio papa baptiſma ſuſcepit et nomē. Jn quo baptiſmo man⁹ āgelice viſe ſūt: que ipſum de ſacro fonte leuauerūt. Matrona quedam eius pulchritudine capta: cum ipſius cubiculum adire vellet: cuſtodientibus angelis peruenire non potuit: Unde facto mane ab eo veniam poſtulauit. Ordinatus preſbyter tanta ſanctitate emicuit: q̄ dū celebraret ſepius ei angeli miniſtrarent. Cumq; arrianā peſtis italiam totam inficeret. Jmperante conſtantio eidem hereſi fauente: iulianus papa euſebium in vercelleñ. epiſcopum cōſecrauit: que tunc inter vrbes italie quodāmodo principalis erat. Quod audiētes heretici fores eccleſie clauſerunt. At euſebius vrbē ingreſſus ante hoſtium maioris eccleſie: que eſt dei genitricis genua flexit: ⁊ omnia hoſtia ſua mox oratiōe reſerauit. Aurentium mediolaneñ. epiſcopum arrianum de epiſcopatu eiecit: ⁊ dionyſium ei catholicum ſurrogauit. Quapropter indignatus conſtantius imperator multorum epiſcoporum conciliū ordinauit: ⁊ dionyſium ep̄m accerſiuit: multaſq; ad euſebiū ep̄las deſtinauit: q̄ ſciēs malitiā in multitudine p̄ualere venire cōtēpſit: ſed ſuā ſenectutē oppoſuit: Unde imꝑator cōtra eius excuſationē ſtatuit in mediolaneñ. ciuitate: que p̄pe erat: cōcilium celebrari: Ubi cum euſebiū deeſſe vidiſſet: iuſſit arrianos fidē ſuam deſcribere: ⁊ dionyſiū epiſcopū mediolaneñ. ⁊ xxix. ep̄os catholicos cōpulit ſubſcribere: quod audiēs euſebius mediolanū acceſſit: ⁊ multa ſe paſſurum predixit. Cū autē ad quēdā fluuium exiſtēs in itinere perueniſſet: nauis ex alia parte fluminis exiſtens: eo iubente per ſe ad eum venit: ⁊ ipſū cū ſocijs ſine gubernatore tráſportauit: cui p̄dictus dionyſi⁹ obuiauit: ⁊ ad pedes eius p̄cidēs veniā poſtulauit. Cū ergo euſebi⁹ ab iperatore: nec minis: nec blanditijs flecti poſſet: vt chirographo arrianorum ſubſcriberet: q̄n potius euſebi⁹ chirographum ſibi ad ſubſcribendū tradi

tum cōbuſſiſſet. Iratus conſtantinus euſebium tradidit arrianis: quem protinus de medio aliorum epōꝝ raptum diutius flagellarunt: ⁊ p gradus palatii a ſummo id imum ⁊ econtrario traxerunt. Cumq quaſſato capite multū ſanguinis effudiſſet manibus poſt tergū vinctis ipm per collū fune trahebant. Tunc conſtantius impator omnes epōs catholicos: q̄ ei⁹ exemplo fuerant aiati in exilium miſit. Euſebium vero apud ſcythoplim vrbem paleſtine arriani duxerunt: ⁊ ipſū in quodā cubiculo adeo artiſſimo recluſerūt: vt eſſet illo longitudine breuior: latitudine artior: ita vt curuatis: nec pedes extendere: nec ſe i latus vertere poſſet. Sed poſt modicum conſtantio defuncto. Iulianus eidem ſuccedens: ⁊ omnibus placere volens. Iuſſit omnes pacifice quacunq lege ſibi placita pͤfrui. Et ſic euſebius inde exuit: ⁊ ad athanaſium alexandrinum epiſcopum perrexit. ¶ Poſt aliquot annos ſopitis arrianis ſub iouiniano imperatore vercellas rediit: quem populus cū exultatione ſuſcepit. Sed regnante valēte arriani repullulant: qui euſebiū extra domum ſupinum traxerunt et ipſum lapidibus obruerunt. Sepultus in eccleſia quam ipſe conſtruxerat calēdas auguſti: cum eſſet annorum. lxxxviii. circa annum domini. cccl. Qui inter cetera talem gratiam ſue ciuitati obtinuit: vt nullus arrianus ibidem viuere poſſit. Hic in pſalmos cōmentarios edidit ⁊ alia opuſcula fecit: vt ait hieronymus libro de illuſtribus.

¶ De ſancto Bono preſ bytero et ſociis martyribus. Cap. VI.

Bonus preſ byter: fauſtus ⁊ maurus diacones: primitiuus et calumnioſus ſubdiacones: Ioannes exuperantius: quirillus: ⁊ honoratus clerici. Paſſi ſunt rome ſub valeriano: ⁊ galieno impatoribus: hi ex numero clericoꝝ fuerunt. Quos beatus ſtephanus papa ordinauit. Cū enī predicti imperatores ſummo ſtudio beatum epiſcopum vel eius clericos requirerent: poſuerunt edictum in locis celeberrimis vrbis preconizariq fecerunt: vt quicunq papam vel eius clericos agnouiſſent vbicunq latere illico imperatorum auribus diuulgarent. Qua de re prefatos. ix. repertos ac detentos iuſſerunt īperatores ſine vlla audientia decollari. Qui decollati ſunt via latina iuxta aqueductus. Quorum corpora tertulianus licet adhuc gētilis ſepeliuit in ipſo loco iuxta corpora martyrum iouini ⁊ baſilei calendas auguſti.

¶ De ſanctis Sophia ⁊ filiabus eius virginibus ⁊ martyribus. Cap. VII.

Sophia mulier et tres filie eius virgines: fides: ſpes: ⁊ charitas. Rome paſſe ſunt ſub hadriano imperatore. Hec matrona chriſtianiſſima de italico ſolo: cū predictis tribus filiabus ſuis ad vrbem veniens: multas feminas ad fidem conuertit: ⁊ exemplo ſue caſtitatis plurimas mulieres chriſtianas effectas a conſortio maritorū ſubtraxit. Quapropter ad ſuggeſtionem antiochi prefecti ab imperatore cū filiabus tenta eſt: ⁊ carcerem miſſa in domo palladii ſenatoris: vbi mater in fide chriſti filias hortabatur. ¶ Poſt dies autem tres filie eius educte: ⁊ hadriano preſentate ſunt: Cumq diane ſacrificare nollēt: primo quidem hadrianus fidem annorum. xii. a centurionibus. xii. ſibi viciſſim ſuccedentibus grauiter fecit cedi. Deinde mammillas eius amputari: de quibus lac pro ſanguie fluxit. Deinde iuſſit illam in craticula aſſari ⁊ poſtmodū in ſartagine frigi: oleo cera ⁊ bitumine in ea feruentibus liquefactis. Et cū hec omnia cōſtantiſſime toleraſſet: precepit illam gla-

dio extingui. Poſtea autem ſpem annorum. x. a viris decem neruis crudeliter taureis cedi mādauit: et deinde in fornacem mitti fecit: vbi dum flammis extinctis mãſiſſet illeſa: iuſſit eam diutius torq̄ri: dehic i vaſe eneo: pice: adipe: cera: ⁊ reſina liq̄factis repleto fecit i mmitti. Sed cum inde illeſa egreſſa eſſent precepit ipſam capite cedi. ¶ Demum tertiam ſcilicet charitatem annorum. ix. iuſſit ſuſpenſam diutius a viris. ix. flagellari ⁊ torqueri: dehinc in ignem copioſum iactari. In quo dum permanſiſſet illeſa flamma prorumpens plures gentiliū interemit. Uiſi quoq; ſunt tres viri ſole ſplendidiores cum puella in igne deambulantes. Inde educta iuſſu hadriani capitali ſentētia plexa eſt. Quarum corpora mater ſophia rapuit: ⁊ xviij. miliario ab vrbe delata vehiculo ſepeliuit. Et dum ad tumulum virginum oraret ſpiritum emiſit. Sepultaq; eſt a mulieribus que eam ſecute fuerant in ſepulchro filiarum. Quarū feſtum agitur calendas auguſti.

¶ De ſcā Maria ↄſolatrice ṽg. Ca. VIII.



Maria ṽgo cognominata cõſolatrix in ciuitate verona claruit Que nobilis puella ⁊ ſpecioſa: plurium ſe coniugio petentiū preces deſpexit: ⁊ virginitatē ſuam domino conſecrauit. Cum autem in ipſa ciuitate per annos. xvij. ſtille roris omniſq; pluuia defeciſſent: ⁊ ex hoc terra ſterilitate periret: populumq; fames opprimeret: oranti marie a domino reuelatur: q nunquam ſiccitas effugaretur: niſi prius corpora martyrum firmi ⁊ ruſtici: qui dudum verone paſſi fuerant ⁊ inde aſportati: ad ipſam ciuitatem reportarentur. Quam viſionem virgo fratri ſuo annoni veroneſi. epiſcopo retulit: ipſamq; epiſcopus populo reſerauit. Queruntur ſacra corpora ⁊ in ciuitate capris que eſt in biſtria iacere comperiuntur. Ciues vero oppidi ſe corpora ſancta daturos promittunt: ſi tanto argento ⁊ auro redimantur: quantum ipſa corpora ponderabant. Fit collecta per virginem in ciuitate verona: ⁊ maximo auri et argenti pondere cõgregato: virgo dei mittitur ad corpora exigenda. Sed dum corpora martyrum ponderantur: in tantū leuia efficiuntur: vt dei nutu forte quarta pars eius q̄d pēſare arbitrabantur: in eis theſauri expenſum ſit: reliquumq; a virgine reportatur. Quam nauem ingreſſam biſtri ciues nauibus alijs inſequuntur: maleficijs femine aſcribentes: quod chriſtus miraculoſe monſtrauerat. Sed dum ad dominum oraſſet: nauis eius tanta velocitate ferebatur: vt alie eam inſequentes minime attingere potuiſſent. Que p flumen atheſis repatrians ab epiſcopo ⁊ ciuibus cum honore ſuſcipitur: et corporibus cum reuerentia tumulatis: pluuia mox celitus elargitur. Propter quod ipſa virgo maria conſolatrix ab omnibus appellatur. Que reſiduum vite ſue ieiunijs ⁊ orationibus occupans quieuit in xp̄o cal. augu. Sepulta verone miraculis clarens.

¶ De ſcō Felice martyre. Cap. IX.

Felix martyr german⁹ fuit beati cucufatis martyris: de quo ſupra actum eſt octauo calendas auguſti. Hic enim in hiſpanijs ciuitate gerunda ſub daciano preſide paſſus eſt. Quem iuſſit idem preſes chriſtum confitentem poſt illata ei plura tormentorum genera vngulis detrahi: ac deinde vſq; ad oſſa laniari: ⁊ tā diu vulnera vulneribus inſtaurari: donec inuictum chriſto ſpiritum reddidit. Qui paſſus eſt calendis auguſti: vt ado in martylogio teſtatur.

¶ De ſcis Cyrillo ꝛ ſocijs mar. Cap. X.

Cyrillus: aquila: petrus: domitian⁹: rufus ꝛ menander martyres apud arabiã in ciuitate philadelphia paſſi ſunt. Qui omnes pro confeſſione nominis chriſtiani vna die gladio cedēte martyrio coronati ſūt: videlicet cal. auguſti. Decado vbi ſupra.

¶ De ſancto Stephano papa p̄mo ꝛ martyre. Cap. XI.



Stephanus papa ꝛ martyr huius nominis prim⁹ natione romanus ex patre iuliano: lucio p̄mo pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: ꝛ ſedit annos quattuor menſes duos dies. xv. Hic conſtituit ſacerdotes ꝛ leuitas veſtibus et vaſis ſacratis in vſu quotidiano non vti niſi in eccleſia tātum. Hic cum multos gentilium conuertiſſet: ꝛ multa martyrum corpora ſepeliſſet: a valeriano et galieno imperatoribus ſummo ſtudio perquirebatur: vt eum vel clericos eius aut ſacrificare cogerent: aut diuerſis ſupplicijs punirent. Dederuntq; edictum: vt quicunq; eos proderet: omnem eorum ſubſtantiam poſſideret. Stephanus ergo papa cōprehenditur: ꝛ multis eum ſequētibus chriſtianis ſolus alijs eiectis ante valerianū preſentatur. Quē poſtquam imperator chriſtum confitentem audiuit: iuſſit eum ad templum martis adduci: et ibi aut idolū adoraret: aut ſententiam capitalem ſubiret. Sed cum templum ingreſſus fuiſſet: et chriſtum vt ipſum templum deſtrueret exoraſſet: tonitruo maximo cum coruſcationibus irruente ſtatim maxima pars templi corruit: ꝛ omnis gentilium multitudo pre timore aufugit. Ipſe vero cum aſſiſtentib⁹ chriſtianis ad cimiteriū lucine perrexit. Quod audiens valerianus milites plures prioribus ad eum occidendum miſit: qui venientes ipſum celebrantē miſſam inuenerunt: ꝛ ſtātem intrepidum ac cepta iugiter perficientem in ſua ſede decollauerunt. Cuius ſanguis in pauimento effuſus adhuc ibidem apparet in teſtimoniū paſſionis eius: corpuſq; eius in eadē crypta in loco qui dicitur cimiterium calixti a chriſtianis ſepultum eſt. iiij. noñ. auguſti. Hic fecit ordinationes duas per menſem decembrium: preſbyteros. vij. diacones. v. epiſcopos per diuerſa loca. iij. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xxij.

¶ De ſcō Stephanus papa ſcdo. Ca. XII.

Stephanus papa huius nominis ſecūdus natione romanus ex patre conſtantino zacharie pontifici in epiſcopatu romano ſucceſſit: ꝛ ſedit annos. v. dies. xxviij. Hic poſt parentis obitum paruus derelictus vna cū ſancto paulo eius germano ꝛ in papatu ſucceſſore in cubiculo lateraneñ. ꝓ doctrina apoſtolice traditiōis ſub gregorio tertio et zacharia predeceſſoribus pontificibus permanſit: quem ſeriatim per eccleſiaſticos ordines promouentes in ordine diaconatus ipſū ordinauerūt. Defuncto vero zacharia papa ſtephanum quendam preſbyterum in ordine pontificatus cunctus populus ſibi elegit: qui dum cauſas diſponeret: ſubito obmuteſcens defunctus eſt. Poſt hec cunctus populus congregatus in eccl'ia ſancte marie maioris inuocata ſpirituſſancti gratia: predictum beatiſſimum virum ſibi elegerunt in pontificem: ꝛ cum laudibus in baſilicam ſaluatoris: que dicitur conſtantiniana: deportauerunt: ꝛ ſic ſtephanus papatum obtinuit. ¶ Fuit autē amator eccleſiarum dei: ꝛ eccleſie traditiōes firma

ſtabilitate conſeruans : pauperum chriſti
velox ſubuentor: verbi dei in magna con
ſtantia predicator : pupillorum ac vidua-
rum ⁊ miſerabilium quarumcunqꝫ perſo
narum voce manuqꝫ fortiſſimus auxilia/
tor. ¶ Dicꝗ ob infeſtationem aſtulphi re-
gis longobardorum in franciaꝫ perrexit:
auxilium pipini regis imploraturus. Cui
pipinus venienti occurrit: ad triaꝫ milia-
riorum ſpatium ex equo deſcendens: ⁊ ꝑ
frenum equi pape ſtratoris officium exer
cens vſqꝫ ad ſuum deduxit palatiuꝫ : quē
ipſe pontifex regem inunxit duoſqꝫ filios
eius carolum ⁊ carolomānum. Et ad pre
ces pape cum maximo exercitu in italiaꝫ
pipinus deuenit: ⁊ aſtulphum regem pa-
pie potenter obſedit ipſumqꝫ tandem ec
cleſie ſubiugauit. Stephanum quoqꝫ pa
pam in ſede ſua omnibus pacatis remi-
ſit. Qui vltimo ſui pontificatus anno im-
perium a grecis trāſtulit in germanos in
perſonam magnifici regis caroli tunc in
iuuenili etate conſtituti. Et poſt dies mo/
dicos in pace qͤuit: ⁊ ſepultus eſt ad ſan-
ctum petrum apoſtolum. Et ceſſauit epā/
tus menſem vnum ⁊ dies .x.

¶ De ſcō Stephano papa tertio. C. XIII



Stepha-
nus papa huius nomi/
nis tertius natione ſi-
culus ex patre oliuo:
paulo epiſcopo roma-
no in pōtificatu ſucceſ/
ſit : et ſedit annos .iiii.
menſes .v. dies .xxviii.
Uir ſtrenuus et diuinis ſcripturis erudi-
tus atqꝫ eccleſiaſticis traditionibus imbu
tus: ⁊ in earum obſeruationibus conſtan
tiſſimus ꝑſeuerator. Dic dū a ſicilia paru⁹
romaꝫ veniſſet in monaſterio ſancti chry
ſogoni a gregorio papa .iii. traditus ⁊ mo-
nachus effectus eſt. Quem poſtmodum
zacharias papa : ex ipſo tollens monaſte/
rio cubicularium ſuum fecit : ipſumque
presbyterum cardinalem in titulo beate
cecilie cōſecrauit. Sed ⁊ reliqui .ſ. ſtepha
nus ⁊ paulus beati pontifices eundem in
ſuo ſeruitio ſimiliter detinuerunt. In cu/
ius ſinu paulus papa ſpirituꝫ emiſit. Quo
necduꝫ defuncto otho dux nempeſine ci-
uitatis cum exercitus multitudine ſubito
elegit conſtantinum fratrem ſuum tunc
laicum exiſtentem. Que georgius epiſco-
pus preneſtinus et ſergius oſtieñ. ab ipſa
multitudine coacti contra canonum ſta/
tuta ipſum clericum facientes : gradatim
ad ordines promouerunt: ⁊ ſequente die
dominico epiſcopuꝫ conſecrauerunt. Nō
multos poſt eiuſdem ſergii qui eum con/
ſecrauit manus aruit. Sicqꝫ languens vi/
tam finiuit. Conſtantinus autem poſt an
num ſeditione commota de ſede epiſco-
patus expulſus eſt. Sequenti quoqꝫ die
clerus ⁊ populus vniuerſus vnanimes ſte
phanum preſbyteruꝫ ſancte cecilie in pō
tificem elegerunt: ⁊ cum laudibus in pa-
triarchale palatiuꝫ lateraneñ. detulerunt.
Conſtantinus vero in eccleſia ſaluatoris
coram ſtephano papa de tyrannica ambi
tione penitentiam egit: quem pontifex in
monaſterio detruſit : quem ⁊ nō poſt mul
tos dies in vltioneꝫ criminis: a furore po
puli deus ipſum excecari permiſit. Sicqꝫ
erutis oculis miſerabiliter vitam finiuit.
¶ Stephanus autem papa ex omni gal/
lia ⁊ italia rome ſynodo cōuocata: omnia
ordinata ab eius predeceſſore conſtan-
tio falſi nois pontifice imo ſedis apoſtoli/
ce inuaſore reuocauit. pter baptiſmum ⁊
chriſma ab ipſo confectuꝫ. Omnes quoqꝫ
per ipſum ordinatos degradauit. Execra/
bilem quoqꝫ ſynodū tunc nuper in parti-
bus grecie celebratam in q̄ ſtatutum fue/
rat: vt ſacre ſcōꝝ imagines deponerentur
dānauit. ¶ Dic ꝯſtituit vt ei die dñico a
vii. epis cardinalib⁹ hebdōariis q̄ in ecclia
ſaluatoris obſeruāt miſſarū ſolēnia ſuper

altare beati petri. Gloria in excelſis deo diceretur. Mycalium quēdam in archiepiſcopū rauēnatem per impreſſionē brachij ſecularis itruſum depoſuit. Et in operibus ſanctis laudabiliter vitam finiuit. Et ſepultus eſt ad ſanctū petrum. Et ceſſauit epiſcopatus dies. viij.

¶ De. ſ. Theodora ⁊ filijs mar. C. XIIII

Theodora cum tribus filijs ſuis ſub diocletiano imperatore apud niceam ciuitatem paſſa eſt. Hec ex prouincia bithynie ciuis nicena cum apud ſirinium perſecutionem fugiens declinaſſet a paganis tenta: ⁊ diocletiano a macedonia redeūti oblata eſt. Qui eam tradidit leocadio comiti imperatori promittenti: ꝙ eā aut idolis imolanteꝫ in vxore aſſumeret: aut crudeli morte perimeret. Cum autem comes eius coniugium peteret: theodora ei ſuadet: vt primo ad facultates ſuas exquirendas ⁊ obtinendas pergat: et poſtmodum rediens ipſam aſſumat. Quod ille adimplere curauit. Intereaqꝫ ſanctaqꝫ dei cū anaſtaſia chriſtiana ſanctis pauperibus miniſtrabat. ¶ Reuerſus auteꝫ comes cum eam expeteret: illaqꝫ ei conſentire nullatenus vellet: ipſam vinctam ferro cum tribus filijs ad conſularem bithynie deſtinauit. Qui filium eius primogenitum nomine enodium chriſtum confitentem fuſtibus cedi iuſſit: mater vero aſſiſtens illuꝫ hortabatur ad palmā. Poſt hec tradita eſt hyrtaco lenoni: vt eaꝫ ꝑus illuſam inter publicas conſtitueret meretrices. Et dum ipſam leno trahere vellet apparuit iuuenis qui eum in vultu percuſſit ſanguiſqꝫ de narib⁹ eius ſtillare cepit. Tumqꝫ conſularis hec videns ipſam cum tribus filijs igne conſumi fecit. Qui paſſi ſunt. iiij. non. auguſti.

¶ De inuentione corporum ſanctorū ſtephani ꝓthomartyris ⁊ ſocioꝝ. C. XV.



Inuētio corpoꝝ ſcōꝝ ſtephani ꝓthomartyris: nicodemi: gamalielis: ⁊ abibon āno dñi. ccccxvij. anno videlꝫ. vij. honorij iperatoris fctā eſt. Quoꝝ reuelatio facta eſt ꝑſbr̄o luciano eccleſie gaphargamala: que eſt in territorio hieroſolymitano. Dū enim in ſtratu ſuo quieſceret: ⁊ pene vigilaret in baſilica baptiſterij feria. vi. illuceſcente in exceſſum mētis raptus: vidit virum ſenē ſtatura procerum vultu decorū prolixa barba: pallio candido amictum: cui gēmule auree ⁊ cruces erant contexte calciatum caligis in ſuperficie deauratis: qui manu virgam auream tenens de qua eum tetigit: ⁊ tertio ex nomie vocauit: iuſſitqꝫ vt ſumma diligentia ſuū ⁊ ſociorum tumuluꝫ patefaceret: qui indecēter in deſpecto loco ſepulti eſſent. Mandauitqꝫ vt ioāni hieroſolymitano epiſcopo diceret: vt ipſorum corpora in honorabili loco reponeret: qꝛ cuꝫ ſiccitas ⁊ tribulatio orbem concuteret: eorum ſuffragijs deus mundo propitiari decreuiſſet. Cumqꝫ lucianus eum interrogaſſet quis eſſet: ⁊ qui illi forent quos ſecum iacere diceret: dixit ſe eſſe gamalielem qui paulum apoſtolum enutriuit: et ad pedes ſuos legem perdocuit. Qui autem ſecum iacebant primus erat ſtephanus prothomartyr: qui a iudeis lapidatus extra ciuitatem proiectus fuerat: auibus et feris deuorandus: cuius corpus ipſe collegerat ⁊ in ſuo tumulo ſepeliuerat. Alius auteꝫ erat nicodemus nepos ſuus qui nocte ad ieſum venit: et a petro et ioanne baptiſma ſuſcepit: qui a iudeis omni ſubſtantia ſpoliatus et vſqꝫ ad ſemineccm ceſus ab ipſo gamaliele collect⁹ ⁊ refectus fuerat. Cuius ⁊ corpus ex ipis verberib⁹ mo

rientis: ipſe in eodē ſepulchro locauerat. Tertius vero erat abibon filius ſuus: qui anno etatis ſue. xx. vna ſecū baptiſma ſuſcepit. ⁊ in virginitate pſeuerās in maxima iuuētute in pace dormiuit: Vxor vero ipſius gamalielis artea et progenitus eius ſelemias: qui fidem chriſti noluerūt ſuſcipere nequaq̄ ſanctorū ſepultura digni fuere: ſed alibi depoſiti fuerant: quorū tamen ſepulchra inania ⁊ vacua erāt. Hoc dicto ſanct⁹ gamaliel diſparuit. Lucianus vero euigilans dn̄m exorauit: vt ſi hec viſio in veritate fieret: eidem ſecūdo ac tertio appareret. In ſequēti vero ſexta feria eidē ſicut prius apparuit: ⁊ cur ea: que ei iuſſerat: neglexiſſet: Lucianum interrogauit: ⁊ ad viſionis certitudinem ex his que ei dixerat: ſimilitudinē obtulit: ſingulorumq̄ loculos et reliq̄as docuit: dicens ꝙ in poſſeſſione ipſius gamalielis inuenirentur: que lingua ſyra dicitur delagabria ſiue debatralia: oſtenditq̄ ei gamaliel tres calathos aureos: quorū vnus plenus erat roſis rubeis: alij duo roſis cādidis: quartum etiam calathum argenteum croco plenum. Dixitq̄ calathos eſſe ſanctorum ſingulorum loculos. Nā calathus roſis rubeis plen⁹: erat loculus ſancti Stephani: qui ſolus ex illis martyrio meruit coronari. Alij duo roſis albis referti gamalielis ⁊ nicodemi erant loculi: qui ſyncero corde in confeſſione perſeuerauerant chriſti. Quartus vero argente⁹ croco plenus erat abibon filij ſui loculus: qui candore virginitatis floruit: ⁊ mundus de mundo exiuit. Hiſq̄ dictis iterū diſparuit. ¶ In tertia vero ſexta feria ſequentis hebdomade eidem iterum iratus apparuit: ⁊ de dilatione ⁊ negligētia ipſum grauiter increpauit. Concitus igitur lucianus hieroſolymam adijt: ⁊ ioanni epiſcopo cuncta per ordinem enarrauit: Qui conuocatis euſtonio ſebaſteñ. ⁊ eleutherio hiericontineñ. epiſcopis ad locum deſignatum acceſſit: ⁊ in quodam aceruo lapidum fodi iuſſit. Eademq̄ nocte ſanctus gamaliel per viſum cuidam migetio monacho apparuit: dicens ꝙ in vanum in illo loco foderent: q2 ibi corpora non eſſent: ſed ea requirerent in loco illo: qui dicitur virorum bonorum poſſeſſio. Qui cum viſa ioanni epiſcopo ⁊ luciano pſbytero retuliſſet: ⁊ locum deſignatum oſtendiſſet: ad locum ipſum omnes acceſſerunt. ibiq̄ fodere ceperunt. Tuncq̄ ſubito terra concutitur: ⁊ odor ſuauiſſimus ſentitur: ad cuius fragrantiam. lxxiij. homines a diuerſis infirmitatibus liberantur. Sicq̄ ſanctorum corpora prout oſtenſa fuerant inuenerūt: ⁊ ea in ſanctam eccleſiam ſyon: vbi quondam ipſe ſtephanus archidiaconus fuerat: detulerunt: ⁊ ibidem honorifice condiderunt. Hec autem inuentio facta eſt ea die: qua ſancti ſtephani paſſio celebratur: videlicet ſeptimo calendas ianuarij: ⁊ eius paſſio hac die fuiſſe credit̄: ſcilicet tertio nonas auguſti. Quare autem feſta ab eccleſia mutata ſunt: ſuperius in alio eius feſto dictum eſt: videlicet ſeptimo calēdas ianuarij. ¶ Corpus autem beati ſtephani proceſſu temporis hoc modo conſtantinopolim tranſlatū eſt: vt ait auguſtinus. Alexander quidam ſenator cū vxore iuliana hieruſalem adijt: ⁊ prothomartyri ſtephano pulcherrimum oratorium conſtruxit: ac loculum argenteum obtulit: et poſt eius obitum iuxta corpus martyris ex ſumma deuotione in ſimili argēteo loculo ſe ſepeliri fecit. Euolutis igitur ſeptē annis cum vxor repatriare vellet: corpus viri ſecum deferendum ab epiſcopo poſtulauit. Qui precibus eius annuēs loculos argenteos protulit: dicens ꝙ ex illis non nouerat loculum viri ſui: at illa ſe illum noſce aſſerens: cum corpus viri putat accipere: caſu prothomartyris corpus accepit. Cum autem nauem cum corpo-

re aſcēdiſſet: hymni angelici reſonant: et ſuauiſſimus odor effragrat. Demões clamant: corpus ſtephani ſe exurere: ſeuāq; tempeſtatē excitant. Sed nautis naufragium formidantibus ſtephanus innocatur: ipſoq; eis apparente ſubito tēpeſtas ſedatur. Tunc pnceps demonum demones quinq; miſit: vt nauem incenderēt: quos ſtatim angelus dñi cunctis vidētibus in profundum demerſit. Et cū chalcedoniam veniſſent: demones vlulabāt: q Stephanus illuc adductus eos incendebat. Conſtantinopolim igitur incolumes peruenerunt: ⁊ corpus ibidē reuerenter depoſuerunt. Hec auguſtinus.

¶ De ſanctis Gamaliele ⁊ Abibon confeſſoribus. Cap. XVI.

Gamaliel confeſſor honorabilis legis doctor: ⁊ occultus chri diſcipulus: ⁊ apoſtoli pauli in lege moyſi didaſcalus cum abibon filio ſuo annorū. xx. ab apoſtolis ſanctis poſt aſcenſionem domini ſacrū baptiſma ſuſcepit. Et ipſorum apoſtolorum predicātium in concilio phariſeorum caute defenſor fuit: ſicut legitur actuū. v. cap. Qui corpora ſtephani prothomartyris ⁊ nicodemi diſcipuli in ſua poſſeſſione vigeſimoſecho miliario a hieroſolyma diſtante necnō in proprio tumulo ſepeliuit. Et cū eodē filio ſuo: qui in virginitate iugiter pſeuerauit: omnibus diebus vite ſue deo ſeruire ſtuduit. Qui poſt opera laudabilia temporibus apoſtolorum in Chriſto quieuerunt: ⁊ iuxta corpora ſcōꝝ ſtephani ⁊ nicodemi in eodē ſepulchro recōditi fuerūt. Nunc piſis deſcūt i eccl'ia maiori.

¶ De ſcō ſtephano anachorita. C. XVII.

Stephanus anachorita in parte locorū mareotidis per annos ſexaginta degit: Qui tātum indiſcernenda rerū ambiguitate iudiciū hūit: vt nullus ad eū quācūq; cauſa veniret: q poſt eius ſermonē triſtis abſcederet. Hic licet in verēdis nature ſumma egritudine laboraret: funes tū iugiter de folijs palmaꝝ contexēs: nec ab opere manuū aliqñ deſiſtebat nec ſermonē aliis exhortatoriū intermittebat: ceteras vero corporis partes medico ferro patienter pbebat. Tanta eniz erat patiencia predotatus: vt mēte celeſtibus occupatus a dolore corporis quodāmodo fieret alienus: adeo vt genitalibus exciſis nihilomo ſentire videret. Quieuit in chrō tertio non. auguſti. Hec heraclides.

¶ De ſcō Juſtino pſbro ⁊ mr. C. XVIII.

Juſtinus pſbr ⁊ martyr rome paſſus eſt ſub decio iperatore. Hic a beato ſixto papa. ij. pſbyter ordinatus: eius ſcitatis imitator effect⁹ eſt. Ad hūc beatus Laurētius martyr venit in vicū patric. j latentē in crypta nepotiana: vt theſauros a btō ſixto ſibi cōmendatos pauperib⁹ erogaret: vt infra dicet in paſſiōe ipſius. iiij. idus auguſti. Inuenitq; cū eo. lxiij. chriſtianos: quoꝝ ſingulis ipſe btūs Laurēti⁹ cū iuſtino pſbytero pedes lauit: ⁊ pacis oſculū cū elemoſyna tribuit. Hic ſanctus pſbyter poſtq; beatoꝝ ſixti pape ⁊ ſociorū ⁊ Laurētij archidiaconi ac hippolyti: ⁊ omnis eius familie: aliorūq; pluriū martyrū corpora: ſepulture cōmendauit: euoluto anno ⁊ ipſe ſub perſecutiōe decij galieni ⁊ voluſiani confeſſionis glorie inſignis martyriū capitis obtruncatione permeruit. Sepultus rome via tyburtina iuxta corpus beati laurentij in agro verano pridie nonas auguſti.

¶ De ſcō Ariſtarcho diſcipulo. C. XIX.

Ariſtarchus diſcipulus beati pauli apli: vnus ex. lxxij. diſcipulis chri fuit. De quo ad col. iiij. cap. ⁊ act. xx. mētio ſpecialis habetur. Qui

com:s indiuiduus pauli et concaptiuus in vincalis rome fuit: ⁊ cum eo vſqꝫ ad finem eius perſeuerauit. Sed poſt paſſionem pauli: quia ab eo epiſcopus theſſalonicenſium cōſtitutus fuerat vel vt abbas Dorotheus ponit: epiſcopus apamie poſt longos agones a chriſto coronatus fuit. Quieuit in pace pridie nonas auguſti.

¶ De ſcō Tertulino mar. Cap. XX

Tertulin⁹ martyr rome. paſſus eſt ſub valeriano imperatore. Hic cum eſſet procurator rerum olympij tribūi. qui pro chrō nomine paſſus fuerat: vt ſupra in eius ⁊ ſociorum paſſione geſtum eſt. vj. calen. auguſti: ⁊ licet adhuc gentilis tamen tormēta que chriſtianis inferebantur abhorreret: corpora ſanctorum boni preſbyteri ⁊ ſociorum ſepeliuit: vt dictum eſt in eorū paſſione ſupra calend. auguſti. Et dehinc veniens ad ſanctum ſtephanum papam ab eodem fidei rudimēta ac baptiſma ſuſcepit: atqꝫ preſbyter ordinat⁹ fuit. Queꝫ imperator valerianus teneri fecit: vt facultates olympii proderet: ⁊ dijs ſacrificaret. Qui cum diuitias domini ſui diceret in celis per manus ſeruorū chriſti ſublatas: ⁊ deos gentilium vti demonia confutaret: iuſſu ceſaris extenditur ⁊ fuſtib⁹ diutius cedit: ignis quoqꝫ lateribus eius ſubterponitur. Deinde prefecto ſapritio examinandus traditur. Qui tertulinum ante ſuum tribunal adductum: cū ab eo nec facultates olympii exigere: nec ipſuꝫ ad ſacrificia cogere poſſet: iuſſit in equuleo extendi ⁊ neruis diutius contorqueri. deinde ignibus concremari. Et cū nūciatum eſſet valeriano: ipſuꝫ hec omnia conſtanter pertuliſſe: data ab eo ſententia de equuleo depoſitus eſt: ⁊ via latina miliario ſecundo ab vrbe ductus atqꝫ ibidem decollatus eſt. Cuius corpus ibidē a fidelibus in crypta harenaria ſepultum eſt. pridie nonas auguſti.

¶ De feſto niuis ſcē Marie vg. C. XXI



Feſtum ſancte marie ad niues ab eccleſia celebrari inſtitutum eſt: nonis auguſti propter miraculuꝫ quod rome apparuit: propter qd̄ eccleſia ſctē marie maioris in honorem dei genitricis edificata eſt tempore liberii pape. Cuꝫ enim vſqꝫ ad illud tempus nulla intra vrbis ambitū in honorē beate virginis fuiſſet eccleſia fabricata. Accidit vt quidam ioannes patricius rome moribus ⁊ nobilitate preclarus diuitijs ⁊ poſſeſſiōibus abūdaret. Qui dum filiuꝫ minime procreaſſet: qui tot diuitiarū heres fieret: ad beatā genitricē dei mariā vna cū coniuge ſua ſpiritualē deuotionē elegerunt. Rogantes ipſam aſſidue: vt eis vel filium heredē concederet vel eos de aliquo ei grato: ī quo facultates ſuas poſſent īpēdere informaret. ¶ Menſe itaqꝫ auguſti. v. videlicꝫ ipſius menſis die: quo tp̄e hoies ſolis aduſtionibus magis decoquunt: volens btā virgo in monte qui ſuperagius dicit ſibi eccleſiam edificari: aerem repente cōtra naturā ſic ē imitari: ⁊ copioſa niue miraculoſe cadente locum illum ipſius montis tantū infudit in illo videlicet ambitu: in quo fuerat eccleſia conſtruenda. Eadēqꝫ nocte beata virgo liberio papa apparuit: ſeqꝫ dei genitriceꝫ eſſe dixit: omniaqꝫ ei geſta narrauit: atqꝫ mādauit: vt mane cū vniuerſo clero ⁊ pplō ad p̄dictū monteꝫ accederet: ⁊ ītra niuis ambitū ſibi eccl̄iaꝫ fabricaret. Quā de facultatib⁹ ioānis pātricii conſtrui volebat: ⁊ iccirco eidē ſimileꝫ viſionē oñderat. ¶ Eadē hora apparuit ioanni ⁊ vxori ſue beata virgo maria: di

cens orationes eorum exaudiuiſſe: ⁊ ſeip-
ſam ſibi ſuccetricem bonorum ſuorum a
domino impetraſſe. Precepit igitur vt in
predicto monte in loco videlicet quem
tantum nix operuerat de conſilio pape li
berii eccleſiam ſuo nomini fabricarent: ⁊
largiſſiue dotarent. Mane autem facto io-
annes ad papam acceſſit: eiq; viſionem
narrauit: atq; ab eo ſimilia percepit. Et
conuocato clero ⁊ vniuerſo populo ad mon
tem ſuperagium acceſſerunt ⁊ niuem lo-
ci ambitum miraculoſe repleuiſſe inue-
nerunt: vbi de mandato pape ioannes ec
cleſiam in nomine dei genitricis erexit:
ipſam ꝑ ſancte marie maioris nominauit:
⁊ de ſuis facultatibus largiſſiue dotauit:
quam ⁊ liberius pontifex ꝯſecrauit: Ubi
de capillis ⁊ veſtimento ipſius alme vir-
ginis: ⁊ corpus beati matthie apoſtoli: ac
glorioſi doctoris hieronymi requieſcunt.

¶ De ſancto Dominico confeſſore ordinis predicatorum. Cap. XXII.



Domini
cus ordinis predica-
torum dux ⁊ fundator
inclytus ex hiſpanie
partibus: villa que di
citur calaroga oxomen
ſis dioceſis patre feli
ce matre ioanna ori-
ginem duxit: cuius mater ante ipſius or-
tum vidit in ſomnis ſe catulum geſtantē
in vtero ardentem in ore faculam baiulā
tem: qui natus totam mūdi fabricam in-
cendebat. ¶ Cuidam matrone: que ipſum
ex ſacro fonte leuauerat: videbatur: ꝙ pu-
er dominicus ſtellam haberet in fronte:
que totum orbem illuſtrabat. ¶ Dum ad-
huc eſſet puerulus: a nutrice ſepe depre-
henſus eſt lectum dimittere: ⁊ ſuper nu-
dam terram iacere: quaſi iam carnis deli
tias abhorreret. ¶ Miſſus deinde palē-
tiam amore ſapientie adiſcende vinum
per decēnium non guſtauit: vbi cū fames
eſſet valida: libros cum omni ſupellecti-
li vendidit: ⁊ precium pauperibus eroga
uit. Ab epiſcopo quoq; oxomēſi in ſua ca
thedrali eccleſia canonicus regularis ef-
ficitur: ⁊ a canonicis ſupprior .i. archipre-
ſbyter ordinatur: qui lectioni ⁊ orationi
iugiter vacabat: aſſidue deum exorans: vt
gratiam ſibi infunderet: qua ſe totum ali
quando ſaluti proximorum impēderet.
Pergens autem cum epiſcopo tholoſam:
hoſpitem ſuum heretica prauitate corru-
ptum ad fidei veritatem reduxit. ¶ Cum
die quadam aduerſus hereticos predicaſ-
ſet: auctoritates ſuas in ſcriptis redegit:
⁊ cuidam heretico ſchedulam ad delibe-
randum tradidit: Qui ſociis ſero ad ignē
congregatis ſchedulam produxit. Ipſi ve
ro omnes ad inuicē condixerunt: vt ſche
dula in ignem proiiceretur: vt ſic ex eius
combuſtione vel conſeruatiōe: fides eo-
rum vera vel falſa probaretur. Que trib⁹
vicibus in flāmas iniecta tertio de igne
proſiliuit illeſa. Heretici tamen in ſua du
ritia permanentes: ſibi viciſſim ſuper mi
raculo ſilentium impoſuerunt. Quod ta-
men nutu dei ab aſtante milite catholico
reuelatum eſt. Epiſcopo vero oxomenſi
defuncto ceteris recedentibus: Domini
cus cum paucis ibidem permanſit: ⁊ ver
bum dei inſtanter predicans ⁊ in officio
inquiſitionis cōtra hereticos ſibi ab apo-
ſtolica ſede cōmiſſo diligenter ſe exercēs
non dabant eis requiem: ſed eos moleſta-
bat predicationib⁹ ⁊ diſputatōib⁹ cōtinue
vacās. Unde multa ab emulis opprobria
⁊ perſecutiones pertulit: quas omnes di
uina gratia ſuperauit. ¶ Dumq; beatus
dñicus in partibus tholoſanis ꝑdicaret:
cōperit quoſdā nobiles egeſtate cōpulſos
filias ſuas tradere hereticis erudiendas
imo verius peſtiferis errorib⁹ corrūpen-
das. Quorum miſeram calamitatem cō-
ſiderans ſeruus dei dominicus monaſte

rium

rium de pruliano inſtituit vbi dicte virgi-
nes collocate ſunt. Ubi ſub arto ſilentio ⁊
opere manuũ dño famulantes in imenſuʒ
merito ⁊ numero creuerunt: ⁊ iſtud fuit
primũ ſororꝝ ordinis monaſteriũ. ¶ Re-
periens etiaʒ quẽdam qui ex paupertate
hereticis adheſerat: decreuit ſeipſum vẽ-
dere: vt ſic illius inopie ſubueniret: ⁊ illuʒ
ab errore ſubtrahẽt. Quod ⁊ feciſſet: niſi
eius inopie diuina grã ꝓuidiſſet. ¶ Alias
etiaʒ mulieri que filium a ſaracenis captũ
deflebat ſe vendendum pro eius redem-
ptione obtulit. Sed mulier non acqeuit.
¶ Hoc tempore cepit de inſtitutione or-
dinis cogitare: cuius officiũ eſſet per mũ-
dum diſcurrere: ⁊ fidem ab hereticis de-
fenſare. Qui poſtq̃ .xij. annis tholoſe per-
manſerat: ad cõcilium generale: qḋ rome
celebrabaẗ: cum fulcone epõ ſuo adiit: et
ab inocentio tertio papa ordinẽ ꝑdicatoꝝ
inſtituẽdum ⁊ confirmanduʒ poſtulauit.
Cũq̃ in hoc ſe papa difficilem exhiberet:
nocte quadam vidit in ſomnis lateranen
ſem eccleſiam ruinaʒ minantem: ⁊ domi
nicũ humeris ſuppoſitis caſurã illam fa-
bricam ſubſtentanteʒ. Qui euigilans ⁊ vi-
ſionem intelligens petitionẽ viri domini
acceptauit: ⁊ vt ſibi approbatã aliquaʒ re-
gulam eligeret mandauit. ¶ Hoc etiam
tempore Innocentius papa. iij. ſtatuens
quaſdaʒ cõmiſſiones in partibus tholoſa-
nis beato dñico delegare: duʒ talia in ſcri
ptis ei dare vellet accito notario dixit ei.
Sede ſcribe ſup his fratri dominico ⁊ ſo-
ciis eius in hec verba. Et ſtans paululum
ait. Noli ſcribere ſicut predixi. ſed ſic. fra
tri dominico ⁊ cũ eo predicantibꝰ in par-
tibus tholoſanis. Et aliquãtuluʒ plus con-
ſiderãs dixit. Scribe ſic. Magiſtro domi
nico ⁊ fratribus predicatoribus ⁊c. Et ex
tunc tam in curia q̃ alibi fratres predica-
tores hoc nomine appellari ceperunt: qḋ
os domini nominauerat. Dominicꝰ ergo
cum .xvj. fratribus regulam auguſtini do-
ctoris ⁊ predicationis aſſumpſerunt: ⁊ ſic
ordinem inchoarunt. Confirmationeʒ ve
ro inocentio iaʒ defuncto ab honorio. iij.
eius ſucceſſore obtinuerunt anno domini
M.ccxvi. xi. calẽ. ianuarij. ¶ Duʒ ergo ro
me in eccleſia ſancti petri pro dilatatione
ordinis exoraret: apoſtoloꝝ principes ei-
dem apparuerunt: quoꝝ petrus baculum
paulus librum ei tradiderunt: atq̃ ad pre
dicanduʒ miſerũt. Qui fratres inumeros
ſui ordinis mox aſpexit per mũduʒ diſcur
rentes ⁊ verbum dñi predicãtes. ¶ Qui-
dam frater minor vidit in ſpiritu chriſtuʒ
in aere exiſtentẽ: ⁊ tres lanceas cõtra mũ-
dum vibrantẽ: ſeq̃ illis omnes homines
velle perimere ꝑteſtantem. Cui occurrẽs
beata virgo orauit: vt modicum ſuſtine
ret: cum duos ſtrenuos pugiles haberet:
qui ad mundum cõuertendum ſufficien-
tes eſſent. Obtulitq̃ filio beatos domini-
cum ⁊ franciſcum. Quos ambos chriſtus
approbauit: ⁊ vt mater illos ad mundum
predicanduʒ mitteret: imperauit. ¶ Exi-
ſtente eo bononie quidam cõuerſus fra-
ter a diabolo arripiẗ: ⁊ a fratre Rainerio
Dominico preſentatur. Adiuratuſq̃ ſpiri-
tus dixit in eum introiſſe: cuʒ precedenti
ſine licentia ⁊ abſq̃ ſigno crucis in ciuita-
te bibiſſet. Sed cum ſignuʒ ad matutinũ
pulſaretur: demon ſe amplius ſtare ibidẽ
non poſſe dixit: quia capuciati ſurgebant.
Et ſic orante ſancto exire compulſus eſt.
¶ Cum in partibus tholoſe libri eius in
flumine ſine ↄſeruatorio cecidiſſent: poſt
dies duos a piſcatore in rete inueniũtur:
adeo oĩ aque humore illeſi acſi fuiſſent in
armario cuſtoditi. ¶ Veniens ad quẽdaʒ
locum nocte cuʒ fratres inquietare nollet
dormientes: orationem fudit: ⁊ clauſis ia
nuis cum ſocio introiuit. ¶ Alias etiã exi
ſtens cum quodam conuerſo ordinis ci-
ſtercien. cum ſero ad eccleſiam veniſſent
eamq̃ clauſaʒ repperiſſent oratione fuſa
ſe intra eccleſiam ſubito inuenerunt: ⁊ no

cteꝫ in oīone duxerūt. ¶ Scholaris q̄daꝫ
lubricꝰ cū ipſiꝰ celebrātis manuū deoſcu
latus eēt: maximā ide fragrantiam ſenſit:
moxq; in eo oīs carnalis eſtus refriguit.
¶ Quidā magr̄ ſcīa ꝛ fama p̄clarus tholo
ſe in theologia legēs: q̄daꝫ mane vidit in
ſomnis .vij. ſibi ſtellas lucidas p̄ntari. Quo
de nouo euenio admirante: totū mūduꝫ
illuſtrare videbant. Et ecce dum ſcholas
ītraſſet: btūs dn̄icus cū ſex ex ſuis fratribꝰ
magr̄ꝫ adeunt: ꝛ vt eos in ſuos auditores
ſuſcipēt humilr̄ depoſcūt. Qui viſionē re
colēs illos eē ſtellas quas viderat itellexit:
eoſq; gratiſſime recepit. ¶ Exiſtēte rome
btō dn̄ico q̄dā magr̄ rhegynaldus ſci ania
ni aurelian̄. decanꝰ cū ordinē ingredi pro
poſuiſſet: ꝛ hoc viro dei indicaſſet: ſubito
ad mortē īfirmatus eſt: pro quo domini-
cus beatam virginem cui ſpecialiter curā
ordinis commiſſerat exorauit. ¶ Regina
ergo miſericordie cū duabus virginibus
rhegynaldo in extremis laborāti nocte ap
paruit: ꝛ vnctione mirifica ipſum per ſin-
gulas corporis p̄tes inunxit: formaſq; ver
borum ad ſingulas vnctiones protulit ac
die tertia ipſum plene ſanandum p̄miſit:
eiq; habitum predicatoꝝ ordinis demō-
ſtrauit. Quam viſionem cum per oīa ſimi
liter vir dei conſpexiſſet: mane ad rhegy-
naldum acceſſit: ꝛ ipſum ſanatuꝫ repperit
nedum ab eſtu febris ſed etiam a cōcupi-
ſcentia carnis. A quo ſerieꝫ viſionis audi-
uit: ꝛ habitum a virgine demonſtratum
aſſumpſit. Nam antea fratres ſuperpelli-
ceis vtebantur. Rhegynaldus ergo ſanc
tus ordinem introiuit ꝛ miſſus bononiaꝫ
officium predicationis feruēter peregit.
¶ Quidam puer filius domine Guttedo-
ne romane a matre in lecto infirmus de-
relictus que ad predicationem beati do-
minici ad ſanctuꝫ marcū perrexerat: poſt
predicationeꝫ beati viri domū reuerſa fi-
lium mortuū reperit. Que dolore ſuppreſ
ſo puerum mortuū vni ex ſuis famulabus
tribuens: eum portari fecit ad monaſte-
rium ſancti ſixti. Ubi beatum dominicuꝫ
reperiens: puerum mortuum ante pedes
eius proiecit rogās vt eum ſuſcitaret. Qui
eam redarguens ꝛ dicens hoc eſſe officiū
apoſtoloꝝ ꝛ non ſuum: perſeuerante ma-
tre in fletu ꝛ dicente ſe non inde diſceſſu
ram niſi ſibi redderet filium ſuum beatus
dominicus modica oratione facta pueruꝫ
matri reddidit viuum ꝛ ſoſpitem: mādās
ei ne hoc alicui publicaret. Que gratiam
dei acceptam pluribus reuelauit: ita ꝙ ad
aures pontificis honorij deueniret. Qui
cum miraculum publicare vellet beatus
dominicus ei obſtitit aſſerens ſi hoc face-
ret inde diſcederet ꝛ vltra ad illas partes
non rediret. ¶ Quo tempore dum beatꝰ
dominicus rome pro ordinis promotiōe
frequenter in apoſtolico palatio verſaret̄
conſiderās ꝙ hora qua dominus papa cū
reuerendiſſimis dominis cardinalibꝰ ſa-
crum peragerent conciſtoriū prelati ꝛ alij
de familijs expectantes exitum dictoruꝫ
reuerendiſſimorū cardinalium per aulas
dicti palatij deambulātes nugis vacabāt:
acceſſit ad dominum papam honoriuꝫ ꝛ
dixit ei. Beatiſſime pater indecēs valde
mihi videtur ꝙ prelati ꝛ alij curiales tem
pore ſacri conciſtorij hincinde vagentur
nec aliquid boni faciant. Unde ſanctitati
veſtre ſuggero ꝙ prouideat de aliquo vi-
ro ydoneo ꝛ ſapiente qui eo tēpore aliq̄d
legat in ipſo palatio: ꝛ ſic illi non amittent
tempus. Quod cū domino pape placuiſſet
dixit ei. Magiſter dn̄e nouimus vos vi-
ruꝫ doctiſſimū ꝛ qui ad hoc opus ydoneꝰ
eſtis. Unde vobis imponimꝰ vt tale offi-
cium ſubeatis. Uoloq; ꝙ vocemini magi
ſter ſacri palatij. Quod beatus dn̄icus cuꝫ
omni reuerentia recepit ꝛ ibi legit totum
euangeliū ſancti matthei ꝛ epiſtolas pau-
li gratioſiſſime vtꝫ magiſter in theologia.
Unde dn̄s papa tale officiuꝫ ordini fratꝝ
predicatoꝝ in perpetuū ꝯceſſit. Quod eſt

maxime dignitatis ⁊ excellentie. ¶ Juue
nis quidaꝫ nepos domini ſtephani cardi/
nalis de foſſa noua cuꝫ equo in foueā pre
cipitio lapſus: inde mortuus eſt eductus.
Quem beatus dominicus oratiōe fuſa cū
lachrymis cōtinuo ſuſcitauit. ¶ Jn eccle
ſia ſancti ſixti architectus quidam cecidit
diuqꝫ ſub cumulo cadentis macerie iacēs
expirauit. Cuius cadauer ad ſe delatū: vir
domini orationū ſuffragio a mortuis exci
tauit. ¶ Jn eadeꝫ eccleſia apud vrbē cum
fratres .xl. manerēt: ⁊ panis ei quadā vice
deficeret: modicū paneꝫ repertū ꝑ bucel
las frībꝰ diſcūbentibꝰ diuiſit. Et ecce duo
iuuenes formā ⁊ habitu decori refectoriū
intrauerūt: palliaqꝫ plena panibus detule
runt: quibꝰ viro dei cunctis videntibꝰ ſilē
ter oblatis ſubito diſceſſerūt. ¶ Jn itine
re poſitus cū grauis pluuie inundatio fie
ret: a ſe ⁊ ſocio imbrem adeo ſigno crucis
reppulit: ꝙ circa eos ad ſpatiū triū cubito
rum nec aque vel vnica gutta deſcendit.
¶ Conſtitutus in itinere cū quodaꝫ viro
religioſo: cōuerſationis domeſtico ſed lo
quela alieno: dolens ꝙ diuinis eloquiis
ſe mutuo refouere non poſſent: impetra
uit a domino vt alter alterius lingua loque
retur: ⁊ ſic per trium dierū ſpatium verba
alterutrius idiomate variātes mutuis ſe
collationibus cōfortarunt. ¶ Doīeꝫ quē
dam pluribus vexatum demonis ſtolam
collo ipſius imponēs fugatis imūdis ſpi
ritibus liberauit. ¶ Jn partibus tholoſa
nis exiſtens inquiſitor auctoritate apoſto
lica ex pluribꝰ cōuictis hereticis ⁊ incen
dio dānatis vnū reſeruari fecit: queꝫ ſpi
ritu ꝓphetico futurū fratrē ⁊ egregiū pre
dicatorē preuidit atqꝫ ꝓdixit: ⁊ vt ꝓdixe
rat ſic euenit poſt ſpatiū annoꝝ .xx. Nam
⁊ ſpūm ꝓphetie ipm habuiſſe multorum
que ꝓdixit euētus ꝓbauit. ¶ Apud ſctm̄
ſixtū in vrbe frībus ad caplm̄ conuocatis
oībus prenunciauit .iiij. ex fratribꝰ in bre
ui: duos videlꝫ in corpore ⁊ duos in ani
ma morituros. Et poſt modicum duo ad
dnm̄ migrauerūt ⁊ duo ex ordine receſſe
runt. ¶ Eodem tpe quū ꝓpter malitiaꝫ
⁊ multiplicationē hereticoꝝ ⁊ malos chri
ſtianoꝝ ſuper excreuiſcet iniquitas intan
tum ꝙ heretici falſas opiniones predicā
do populoꝝ corda ſubuerterent: ⁊ mali
chriſtiani bona eccleſie raperēt ⁊ in vſus
⁊ ꝓprietates ſuas cōuerterent: beatꝰ do
minicus huic malo volens obuiare: quaſ
dam bonos viros ⁊ catholicos congrega
uit quibus dedit habitū album ⁊ nigrum
⁊ eos iurare faciebat fidelitatē ſancte ro
mane eccleſie: ⁊ ꝙ ponerēt vitā pro fide
⁊ pro bonis eccleſiarū recuperandis: qui
tenerent vna ſecum hereticos perſequi ⁊
bona eccleſiaꝝ recuperare: ⁊ iſtos appel
lauit fratres de militia ieſu chri. Opa igit
illoꝝ ⁊ auxilio fretus beatus dñicus here
ticos ex magna parte deiecit ⁊ bona eccle
ſiaꝝ requiſiuit. Poſt tranſitū vero ſuū ex
tirpatis hereticis ⁊ eccleſijs in bono diſpo
ſitis fratres illi mutato vocabulo pro re
uerentia ſui inſtitutoris frēs de penitētia
beati dominici ſe appellari fecerūt. Et ſic
beatus dominicus tres ordines fecit. vꝫ.
vnum fratrū: alium ſoroꝝ ⁊ tertiuꝫ de pe
nitentia ſeu in penitentia viuentiū. Ordi
nauit ēt roſarij beate virginis ſocietateꝫ:
per ſe ⁊ per fratres ſuos ſequētibus infini
tis ſignis. ¶ Exiſtens bononie in vigilia
aſſumptiōis dñe: priori mōaſterij caſema
ris ordinis ciſtertieñ. ſibi amiciſſimo exi
gente materia familiariter reuelauit: ꝙ
nunqꝫ a dño aliquid poſtulaſſet: qḋ iuxta
votū nō obtinuiſſet. Cui cū prior ille dice
ret: vt a dño impetraret ꝙ magiſter cōra
dus theutonicꝰ ordinē aſſumeret: qḋ fra
tres ſummo deſiderio affectabant: finito
cōpletorio cunctiſqꝫ diſcedentibꝰ frībus:
ſolus ipſe in eccleſia māſit: ⁊ in oratione
more ſolito ꝑnoctauit. Conuenientibus
ergo fratribus ad primaꝫ cum cantor hy
mnū: iam lucis icepiſſet: ecce noue lucis

notum ſidus futurus magiſter conradus
aduenit: ⁊ ad pedes viri dñi ſe proſternẽs
habitum vt petiit perſeueranter accepit.
¶ Frequẽter dum corpus dñi leuaret in
tanto mentis rapiebat exceſſu acſi ibidẽ
chřm incarnatum videret. Mira ꝟo peni
tentia corpus affligebat: ⁊ noctibꝰ oratio
ni intẽtus dies predicatiõibus impende
bat. ¶ Tandẽ appropinquãte peregrina
tionis termino apud bononiã grauiter in
firmatꝰ: vidit iuuenẽ pulcherrimum ſe
ad celi gaudia inuitãtem. Conuocatis igi
tur duodecim ex fratribus ꝯuentus bono
nie teſtm̃ condidit: ⁊ q̃ poſſederat eis iu
re hereditatis dimiſit: charitatem ſcilicet
humilitatẽ ac voluntariã paupertatẽ: di
cens. Hec ſunt fratres chariſſimiq̃ vobis
tanq̃ filijs iure hereditario poſſidẽda re
linquo. Charitatẽ habete: humilitatẽ ſer
uate: paupertatem voluntariã poſſidete. Et
tunc illis apte declarauit q̃uo deus eũ im
maculatum ⁊ ĩpollutum ab oĩ carnis con
tagione in integra ꝟginitate ſeruauerat:
quã etiã vt ipſi ſeruarent: admonuit eos
vt feminaꝝ ⁊ maxime iuuenculaꝝ ſuſpe
cta ꝯſortia declinarent. Fratribus quoq̃
deceſſum ſuũ egre ferentibus eos dulci
ter conſolatus eſt: ꝓmittens ꝙ vtiliorem
ipſum forent poſt obitũ habituri. Sicque
ad extrema deueniens ãno dñi. M.ccxxi
nonis auguſti obdormiuit in dño: ſepultꝰ
in terra in ꝯuentu bononieñ. ¶ Eadẽ ho
ra frater guala prior conuentus brixieñ. ⁊
poſtmodũ ipſius ciuitatis eps: vidit in ſõ
nis celũ apertũ: ⁊ duas ſcalas candidas
ad terrã demitti: quaꝝ ſummitates chri
ſtus cum matre tenebat: ⁊ angeli per eas
aſcẽdebant. In medio autem frater ordi
nis ĩ ſede poſita reſidebat: quẽ ieſus ⁊ ma
ter ſurſum cũ ſcalis trahebant: donec ipſo
in celum eleuato apertura celi clauſa eſt.
Qui diẽ ⁊ horam notans veniens bononi
am inuenit ſanctũ eodem tẽpore a corpo
re migraſſe. ¶ Eadẽ hora frater rhao po
ſitus apud tybur prope romam cum miſ
ſam celebraret: ⁊ in canone patrẽ domini
cum more ſolito cõmendare vellet: in ex
taſi raptus vidit ſanctũ dominicum coro
na aurea ⁊ imẽſo lumine adornatũ: duo
bus reuerendis viris comitatũ extra bo
noniã procedentẽ. Qui diem ⁊ horã ſimi
liter notauit: tũcq̃ vir dei in pace deceſſiſ
ſe cognouit. ¶ Cum autẽ corpus eiꝰ ſub
terra multo tẽpore iacuiſſet: miraculis cre
ſcentibus ⁊ fama a fratribꝰ in eminentio
rem locum tranſlatũ eſt: quod tam mira
fragrantia redolebat: vt totã quaſi ciuita
tem repleret: ⁊ cunctoꝝ aromatum odo
rem ſuperaret de qua trãſlatione dictum
fuit ſupra. ix. calen. iunij. Quieſcit ibidem
ſanctum corpus inſignibus miraculis
pollens.

¶ De ſcõ Oſualdo rege ⁊ mř. cap. XXIII.



Oſualdꝰ
rex bernicioꝝ ⁊ mar
tyr vt ſcribit beda. iii.
libro prio cap. ſucceſſit
fratri ſuo eanfrido: qui
fuerat chriſtianus ſed
apoſtatans a rege bri
tonũ cedualdo in bel
lo fuerat interfectꝰ. Poſt cuius occiſionẽ
oſualdus cũ paruo exercitu fide chři mu
nitus ſuperuenit: ⁊ ſuos in chriſti nomi
ne exhortans crucẽ ligneam terre affixit:
⁊ ante ipſam cũ exercitu ꝓcidentes: ⁊ chri
ſtum in ſui adiutoriũ inuocantes de hoſti
bus viriliter triũphaurunt. In teſtimoniũ
ergo miraculi ⁊ ſanctitatis oſualdi: de ipſa
cruce lignea fruſta cedũtur: ⁊ in aquã mit
tuntur: cuius aque potus ſanitatẽ cuiuſcũ
q̃ egritudinis preſtat hominibus ac iu
mentis. ¶ Oſualdus igit percepta victo
ria regnoq̃ ſuſcepto in fide chriſti anima
tus ad gentẽ ſcotoꝝ inſule miſit: in q̃ du
dum fuerat delegatus: vt ſibi catholicum
aliquem epiſcopũ mitterent qui gentem

ſuam fide chriſtiana imbuerēt. Miſſuſq;
eſt epiſcopus hadrianus cuius predicatio
ne regiſq; fauore atq; ſuaſu gens berni-
cioꝝ chriſti fidem ſuſcepit. Rex enim ep̄o
linguā ignoranti ſemꝑ aſtitit: eiuſq; īter-
pres ad populuz fuit. Tunc cepit rex eccle
ſias cōſtruere: ⁊ pauperibus largiſſue mi-
niſtrare. ¶ Quodaz die paſche poſita mē-
ſa de diſco argēteo cū regalibus vaſis: nū-
ciatum eſt ei infinitam pauperū multitu-
dinem pre foribus aſſiſtere elemoſynas
poſtulantes. Qui nedum omnes eſcas ad
prandium paratas eis largiri fecit: veruz
etiam diſcum argēteū cum vaſis omnib⁹
per fruſtra conciſa eidem impartiri man-
dauit. Quo pietatis opere viſo ep̄s manū
vtrāq; tangens dixit. Nunq̄ putreſcant
he manus. Quod ⁊ euenit. Naz ⁊ rege in-
terfecto: vt dicetur: manus cum brachijs
a cetero corpore preciſe vſq; in preſens i-
corrupte permanent. Hic rex ſanct⁹ inter
berbenoꝝ ⁊ doricorū prouincias dudum
ab inuicez diſcordes pacem procurauit: ⁊
ad finem optatum perduxit. Totumq; re
gnum britānie primus acquiſiuit: ⁊ obti-
nuit: cuius partem ſolūmodo eius deceſ-
ſores poſſiderant: ipſum autez felici regi-
mine gubernauit. Poſtq̄ autez. ix. annis
regnaſſet contra paganorum exercitū gē-
tilemq; regem merciorum pro fide dimi-
cans ac regni ſalute in bello martyr occi-
ſus eſt anno etatis ſuo. xxxviij. nonā. augu.
In quo loco omnis quorūcunq; languen
tium hominū vel animaliuz egritudines
ſanantur. Puluis quoq; de loco vbi īter-
fectus fuerat aſſumptus quocunq; dela-
tus: ⁊ in potum languentibus datus: ean-
dem obtinet gratiam ſanitatum. Sepul-
tuſq; ē in ciuitate regia nomine beba mi-
raculis inſignis. Manus autem cum bra-
chijs per ſe in vaſe argēteo poſite oino in-
corrupte ſeruantur.

¶ De ſancto Emigdio epiſcopo ⁊ martyre. Cap. XXIIII.



Emigdi⁹
ep̄s de ꝓuincia frācie
auſtrali: que dicit̄ ger
mania: cū eſſet adhuc
preſbyter ide egreſſus
eſt cuz. xij. fratrib⁹ ſuis
tribuſq; diſcipulis ſciliz
eupl o germanio ⁊ va-
lentino tp̄e quo polymnius gentilis in ci-
uitate eſculana xp̄ianos perſequebat̄: ve-
nitq; romā multa miracula faciendo. Qđ
audiens cecus quidaz aſſumpto ductore
venit eum requirendo: vt ab ipſo illumi-
naretur. Cui in via adiunct⁹ eſt miles ha-
bens filiam fluxum ſanguinis quinquen-
nio patientez. Qui cum ſanctū emigdiuz
inueniſſent: cecū quidez p̄ntem illumina
uit: filiam vero militis abſentē: cum pro
illa oraſſet: a profluuio liberauit: ipſoſq;
omnes cuz. xl. hominibus ꝓmiſcui ſexus
baptizauit. Sed poſtq̄ idolum aſclepij ſi-
gno crucis cōminuit: ſacerdotē eius con-
uertit cū. M. xxx. viris ⁊ alijs ꝑuulis ⁊ mu
lieribus multis. Quod audiens vrbis pre
fectus querebat emigdiuz occidēdū. Qui
veniens ad marcelluz papam ab eodem
ep̄s eſculan̄. ciuitatis ordinat̄: ⁊ ad p̄dicā-
dum illuc deſtinat̄. Ipſe autem miracula
multa oſtendens venit eſculuz: cōmitatur
a multitudine fideliuz. In cuius ingreſſu
demōes ſe incēdi clamabāt. Quapropter
ad eum venientes egri numero. cl. qui ab
eoꝝ dijs curari nō poterant: ꝑcepto ab eo
ſacro baptiſmate oēs a diuerſis langorib⁹
ſanati ſunt: Unde ⁊ propter hec miracula
populi templa. xij. euerterūt: idolaq; igni
tradiderunt. Uerum cum ſanctis oratio-
nem ad deuz fudiſſet: mox facto terremo
tu cetera phana idoloruz numero. xxij. ſu-
bito corruerunt: multiq; ad chriſtum vi-
ſis tot miraculis cōuerſi ſunt: ⁊ in ipſo op-
pido tres eccleſias conſtruxerunt. Cum
autem a polymnio quereretur ꝑſecutionē

fugiens ad vrbem picenam venit ſuſce-
ptus a matrona chriſtiana. Ubi demerſo in fluuium ſimulacro phanoqȝ oratiõe de
ſtructo multos ad xpm conuertit. ¶ Tandem polymnius ipſum detinuit: ⁊ hortabatur vt diis imolaret: pmittens ei ſe filiã ſuam in coniugem daturuȝ. Quãqȝ et tradidit vt ipm ad ſacrificia puocaret Emigdius vero puellam ſe temptantẽ ad xpm ſua predicatione cõuertit: aquãqȝ de ſaxo pducens ipſaȝ cõtinuo baptizauit. Alios quoqȝ plures quos a diuerſis primũ langoribus ſanos effecerat: eadem vnda pfudit. Quod rex audiens ipſum in eodeȝ loco iuxta flumen rheonti decollari pcepit. Sȝ anteq̃ȝ decollaret̃ dicitur oraſſe: vt in ciuitate eſculo nullus aliquãdo eẽt leproſus vel demoniacus: ⁊ q̄ nullus exercit⁹ ipſaȝ vrbem vltra .ix. dies obſidere poſſet aut ibi perſeuerare. Decollatus quoqȝ caput ſuum in byrrho ſuſcepit ⁊ tercẽtis paſſibus perambulauit vſqȝ ad montem cenobitarum: qui mons ſe mirabiliter aperuit: ⁊ corpus cum capite intra ſe recepit ſeqȝ continuo recluſit: vbi vſqȝ in pſens quieſcit. Sanguis aũt ipſius a xpiana q̃dã collectus: eſculi reſeruat̃ in eccleſia ſua. Qui paſſus eſt non. auguſti.

¶ De ſancto Menio epiſcopo et confeſſore. Ca. XXV.

MEnius cathalaneñ. epũs nobilis romanus a ſancto petro apoſtolo in epm conſecratus: cum ſancto Dionyſio ⁊ aliis epis ad gallias pdicationis gratia directus ẽ: adiuncto ipſi ſubdiacono maximiano. Sed cũ .xviij. miliario ab vrbe elongati forent: ſubdiacon⁹ mortuus eſt. Menius vero ad petrum rediit: ⁊ ſocium defunctum nunciauit. Accepta quoqȝ ab apoſtolo de fimbria veſtimenti eius particula: reuerſus cadauer adhuc inhumatum tetigit: ⁊ cõtinuo mortuus reſurrexit. Alia quoqȝ ſigna plurima per illos dominus oſtendit. Cum autem ad vrbem cathalaneñ. veniſſet: ⁊ populuȝ ad conuertendum durum reppeririſſet miliario vno a ciuitate in loco deſerto cepit in ſpelunca contemplationi vacare: multiſqȝ inibi miraculis clareſcere. Nam puerum nobilem qui cadens in fluuiolo qui nauta dicitur ⁊ iuxta ciuitatem labitur necatus fuerat: ſuſcitauit: multoſqȝ viſo mirabili ſigno ad chriſtum conuertit. Sicqȝ a populo cum honore ad ciuitatem ducit̃ ⁊ in epiſcopuȝ ſublimatur. In ipſo quoqȝ vrbis ingreſſu tres leproſos mundauit et totidẽ cecos illuminauit: demonẽ quoqȝ ab obſeſſo quodam eiecit. Gregem autẽ dominicum verbis ⁊ exemplis refouẽs annis .lxxx. ſedem ſuam feliciter gubernauit. Et confectus ſenio in pace quieuit non. auguſti.

¶ De ſancto Juſto epo. Ca. XXVI.

IUſtus epiſcop⁹ lugduneñ. fuit. Qui cuȝ epiſcopatu relicto aliquot annis in eremo angelicã vitam egiſſet. ibidem ſancto fine migrauit ad dominuȝ. Cuius ſanctum corpus lugdunẽſes ciues ſolicite requiſitum: ac in eremo vaſtiſſima repertuȝ a remotis terre partibus ad ſuam ciuitatem tulerunt: ⁊ ibideȝ in eccleſia ſui ſacerdotii honorifice cõdiderũt non. auguſti.

¶ De ſcõ Caſſiano epo. Ca. XXVII.



Caſſian⁹ epũs ex alexãdrinoruȝ nobili genere ortus a ſcõ zenone eius vrbis epo diuis litteris eruditus eſt. Qui oĩa pro xpo relinquẽs in horteñ. ciuitate eccleſiaȝ cõſtruxit. Ibiqȝ degens ſub iouiniano imperatore xpianiſſimo a populo epũs cõſtitutus eſt. Et cum ipſam ſedem diu in ſan

ctitate gubernaſſet: peregrinationis gratia inde diſceſſit: ⁊ per mare maſſiliā nauigauit. Indeq₃ auguſtudunū venit: ⁊ ſācto ſimplicio epo triennio adheſit. Quo defuncto omnis clerus ⁊ populus caſſianuʒ ſibi in epm̄ conſtituit. Qui vita ⁊ miraculis clarēs anno .xx. ſui epatus in pace qeuit non̄. auguſti. ¶ De hoc frater vincentius ait q̄ dum ſanctus germanus antiſiodoreñ. eps de britānia rediens ad tumulum huius oraret. Interrogauit caſſianuʒ quomodo ſe haberet. Qui ſtatiʒ ex tumulo cunctis audientibus reſpondit: ſe pfrui dulci quiete: ⁊ ſ̄m ſaluatoris aduentū expectare. Cuius ſe germanus orationibus cōmendauit: ⁊ vt in ipſo ſecundo aduentu partem ſecum habere mereretur: humiliter ſupplicauit.

¶ De ſcā Aphra martyre. Ca. XXVIII.

Aphra martyr apud cretam in ciuitate auguſtana martyriuʒ paſſa eſt. Hec cū eēt pagana ⁊ meretrix matreʒ hilariā de lenocinio vitam exigente habebat. Ipſa vero cum tribus ancillis ſuis: videlicet: digna: eumenia: et eutropia ſe cunctis petentib⁹ pſtituebat. Sed per predicationē narciſſi hieroſolymoꝝ epi ad xp̄m cōuerſa ⁊ cum omni domo ⁊ matre baptizata: atq₃ a peccato reuocata eſt. Que a iudice cōprehenſa cuʒ ſacrificare nollet: ſed diceret ſufficere ſibi peccata ſua: quib⁹ de corpe ſuo ⁊ ancillaꝝ ludibriū faciēs deū offenderat: qui tñ eaʒ peccatricē ad pniaʒ cōuerterat: viua incēdi iuſſa eſt. Ubi iuxta ſiluā lethei fluminis adducta flāmiſq₃ tradita: ſic ſpūm emiſit: vt corp⁹ oino pmaneret inuſtuʒ. Ancillas vero que eā ad martyriuʒ ſecute fuerant: puer cū nauicula apparēs cōtinuo trāſuadauit. Que cū corp⁹ incōbuſtū iueniſſent: nec ipm ſepelire poſſent nec nunciuʒ per quē matri nūciarēt paratū haberent: puer qui eas trāſtulerat eū flumē natauit: ⁊ predicta hilarie matri nūciauit. Que veniēs noctu cum ſacerdotibus ⁊ ancillis corpus abſtulit: ⁊ ſecundo miliario ab auguſta ciuitate in monumento proprio ſepeliuit non̄. auguſti.

¶ De transfiguratione domini noſtri ieſu chriſti. Cap. XXIX.



Trāſfiguratio dñi in quibuſdaʒ eccleſiis. vij. i dus auguſti celebrat̄: nō q̄ ea die: vt qdaʒ aiunt: trāſfiguratio ipſa facta fuerit: ſed ea die p apoſtolos publicata. Nam vt dicunt trāſfiguratio facta eſt circa principiuʒ veris. Uerū diſcipuli pp̄ter phibitionem eis a dño factaʒ: ne viſionē quam viderant alicui dicerent donec filius hoīs a mortuis reſurgeret: ipſaʒ tam diu celauerunt: ⁊ in hac die manifeſtauerunt. Ita legitur in libro qui dicit̄ mitralis. ¶ Circa hanc transfiguratione quattuor ſunt attendenda. ¶ Primo quare dñs ſe trāſfigurare voluit. ¶ Scd̄o quō ſe trāſfiguratū oſtēdit. ¶ Tertio quos ſue glorie teſtes adhibuit. ¶ Quarto qualr̄ ipſam viſionē cōfirmauit. ¶ Circa primū ſciēdū: q̄ xp̄s corā diſcipulis trāſfigurari voluit propter tria. ¶ Primo ad ɔfirmādaʒ coꝝ fidē: cū eniʒ paulo ante dñs apoſtolos interrogaſſet: quē ipſum homines eē dicerent: illiq₃ varias hominū opiniones reſponderent: petro vero in pſona omniū apoſtoloꝝ ipſum eſſe xp̄m filium dei viui preſtante: ad cōfirmandam fidem ipſoꝝ xp̄s eis gloriā diuinitatis ſue oſtendere voluit: vt tam ex viſione vultus ſplendentis q̄ꝫ ex auditiōe patris ip̄m eē dei filiū exclamātis: qd̄ ipſi primo de ieſu credebant: in eoꝝ cordibus efficaciter ⁊ ſine vlla heſitatione firmaretur: vt quia paſſurus erat: cū apoſtoli cum tanq̄ꝫ hominē verū mortuū cernerēt: etiā

tanq̃ verũ dei filium reſurrecturũ non du
bitarent. Et quia ipſa tranſfiguratio ſumme
deitatis myſteriũ repreſentat: ideo non
oĩbus diſcipulis tanq̃ ſecretũ diuinum re
uelanda fuit: ſed eis ſolũmodo qui cete-
ris excellẽtiores erant. Et nõ vni tantũ: quia
teſtimoniũ vnius q̃ſi nullius reputatur: ſed
tribus diſcipulis: eo quod in ore duorum aut tri
um teſtiũ ſtat omne verbũ. ¶ Secundo
ad augendũ eorum ſpẽ: vt per talem viſio
nem diſcipulorũ animos ad paſſionẽ fir-
maret. Oportet enim ad hoc: vt aliquis di-
recte procedat in via: quod finem aliqualiter
precognoſcat: ſicut ſagittator nõ recte ia-
ciet ſagittã niſi ſignum proſpiciat; vnde di
cebat thomas Joan. xiiij. Domine neſci-
mus: quo vadis: et quomodo poſſumus
viam ſcire? Et chriſtus per paſſionẽ nõ ſo
lum gloriã anime obtinuit: quã habuit a
principio conceptiõis: ſed etiam corporis.
Et ideo cõueniens fuit: vt diſcipulis glori
am ſue claritatis corporalis oſtẽderet: vt
ſic ſpem future glorificatiõis in eorum cor
poribus demõſtraret: ſecundũ illud phil.
iij. Reformabit corpus humilitatis noſtre
configuratũ corpori claritatis ſue. ¶ Ter
tio ad perficiendũ charitatẽ. Apoſtoli enim
licet in chriſto diuinitatẽ crederent: ſolam
tamen humanitatẽ conſpexerant: et ideo
vix aliquid in chriſto diuinũ diligebant: quia
difficile eſt amare: quod non videtur. Ideo
quia chriſtus eis gloriam ſue diuinitatis reue
lauit: vt cũ ipſum etiam deũ ex tali viſione
conſpicerent: etiã in ipſo diuinitatẽ mani
feſte cognoſcerent: et per cõſequens vt de
um ipſum diligerẽt. ¶ Circa ſecundũ ſci-
endum: quod iuxta textũ euangelii facies eius
reſplẽduit ſicut ſol: et veſtimẽta eius facta
ſunt alba ſicut nix. ¶ Et notandũ: quod inter
quattuor dotes corporis claritatis eſt ipſi
us perſone in ſeipſa. Alie vero tres non per
cipiuntur niſi aliquo actu vel motu. Chri
ſtus autẽ licet aliis tẽporibus alias corpo
ris dotes in ſe oſtẽderit: videlicet. ¶ Agi
litatem: quando ſuper mare ambulauit.
¶ Subtilitatẽ: quãdo clauſo virginis vte
ro in mundũ prodiit. ¶ Impaſſibilitatẽ:
quando iudeis eũ lapidare volẽtibus de
manibus eorum exiuit: non tamẽ propter il
las dicitur tranſfiguratus: ſed per ſolam
claritatem quã diſcipulis in monte oſten
dit: que ſola pertinet ad aſpectũ perſone.
Figura enim circa extremitatẽ corporis cõ-
ſideratur. Nã figura eſt: que terminis cõ-
tinetur. Et ideo ſola claritatis aſſumptio
dicitur tranſfiguratio: et hec claritas deri-
uatur ab aĩe claritate: quã chriſtus ſemper
habuit: eo quod ipſius aĩa ſemper beata fuit
ideo et corpora noſtra poſt reſurrectionem
ſicut ſol refulgebũt: que lux ex aĩe clarita
te: que beata erit: originẽ habebit. Mat.
xiij. Fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno patris
eorũ. Nec eſt dicendũ: quod chriſtus oſtẽde
rit tantã claritatem: quantã habuit: ſed quã-
tam oculis diſcipulorum percipiendam poſſi
bile fuit. Et ſicut caro chriſti ex claritate
anime ſplendorẽ illum cõtraxit: ſic etiam
veſtes eius ex carnis ſplendore candorem
niueũ contraxerunt. Sicut verbi gratia:
Aqua ex ſolis radio percuſſa reſplendet:
et paries ex aqua ſplendente repercuſſus re
fulget. ¶ Circa tertiũ eſt ſciendũ: quod chri-
ſtus huius ſue glorioſe viſiõis teſtes adhi
bere voluit patres noui ac veteris teſtamẽ-
ti. De veteri autẽ teſtamento duos: de no
uo aũt tres aſſumpſit: quia videlicet vetus
teſtamentũ tanq̃ ex dualitate: qui eſt nu
merus diuiſionis: imperfectum fuerat: no-
uum autẽ ex trinitate perfectiorem in ſe
gratiã continebat. Uerũ per moyſen et he
liam lex et prophetia deſignatur in quibus
omnia veteris teſtamẽti mandata cõtinẽ-
tur. Quod enim lex primo mandauit: et pro
phetia poſtmodũ cõfirmauit. Uel per moy
ſen et heliã denotantur duo ſtatus antiq̃
tẽporis. Quorum vnus fuit cõiugatorum
deſignatus in moyſe: alius cõtinentium de
ſignatus in helia. Uel per moyſen ſignifi-

cantur omnes defuncti ſuſcitandi per he
liam in corpore viuētes omnes viui repe
riendi ⁊ a domino in nubibus rapiēdi cū
venerit in gloria ſue maieſtatis ad iudicā
dum viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculū per ignē:
quod iā per hanc tranſfigurationē deno-
tatū eſt. ¶ Tres aūt diſcipuli: videlicet
petrus iacobus ⁊ ioānes ſignificant tres
ordines eccleſie militātis: quibus aureo-
la datur: ad quos omnes ceteri reducun-
tur. Petrus enī ſignificat doctores: quia
ipſe fuit eccleſie omniū primus paſtor. Jo
annes omnes virgines: quia virgo a dño
electus eſt. Jacobus vero martyres: quia
primus iter apoſtolos martyriū pertulit.
Primus autē ordo pugnat contra diabo-
lum. Secūdus contra carnē. Tertius cō-
tra mundum. Ad primū ordinē reducū-
tur confeſſores: ad ſecundū continentes
ad tertiū penitentes. ¶ Uel per iſtos tres
apoſtolos ſignificant̄ tres virtutes theolo
gice per quas ad gloriā eterne felicitatis
peruenire debemus. Petrus enī denotat
fidē: quia ipſe ſolus confeſſus eſt gloriam
deitatis dicēs. Tu es chriſtus fili⁹ dei vi-
ui. Jacobus denotat ſpem quia primus
omniū apoſtolorum paſſus fuit propter
ſpem retributionis eterne. Joānes vero
charitatē: quia ipſū chriſtus ſpeciali pre
rogatiua ſuper oēs dilexit. ¶ Uel p ipſos
tres apoſtolos ſignificātur tres penitētie
partes ſine qua ad claritatē eternā nemo
peruenit. ¶ Petrus enī qui interpretatur
agnoſcens denotat contritionē: que ex ſo
la peccati notitia prouenit. ps. Quoniam
iniqui. me. ego cognoſco. Unde ⁊ petrus
culpa ſua cognita fleuit amare. ¶ Jaco-
bus qui interpretat̄ ſupplātator denotat
confeſſionē: qua diabolus ſupplantatus
elidi ur. ¶ Joannes qui interpretat̄ gra-
tia domini denotat ſatiſfactionē: qua ho-
mo penitēs ad gratiā reuocatur. ¶ Circa
quartum ſciendū eſt ꝙ in baptiſmo chri-
ſti: quod fuit myſteriū prime regeneratio
nis: ⁊ in tranſfiguratione: quod eſt myſte
rium ſecūde: declarata eſt opatio trinita-
tis. Nā in chriſti baptiſmate apparuit pa-
ter in voce: fili⁹ in carne: ſpirituſſanctus
in colūbe ſpecie. Hic aūt ſe reuelat pater
eadem voce ⁊ eadē verborū prolatione:
filius eadē carne ſed refulgente: ſpiritus
aūt ſanctus in forma nubis perlucide. Nā
ſicuti in baptiſmo ſpirituſſanctus dat ino
centiā: que per columbā deſignatur: ſic ī
reſurrectiōe dabit claritatē glorie ⁊ refri-
geriū ab omni malo: quod in nube oſten
ditur. Et quia chr̄s venit gratiam actuali
ter dare in re: gloriā vero incredibiliter ꝑ
mittere in ſpe. Ideo in tranſfiguratione ī
ducuntur homines vt ipſū audiant nō au
tē in baptiſmo. ¶ In hac die vinū nouū
ſi inueniri poteſt in ſanguinē chriſti confi
citur: vel ſaltē de matura vua in calice ali
quantulū eliquatur. Racemi etiā benedi
cuntur ⁊ populus cōicantur. Cuius ratio
eſt: quia dñs diſcipulis in die cene dixit.
Non bibā amodo de hoc gemine vitis do
nec illud bibā nouū in regno patris mei.
Illa vero tranſfiguratio dñi: ⁊ quod dixit
nouū vinum repreſentat glorioſam inno-
uationem: quā chriſtus poſt reſurrectio-
nem habuit: Et ideo in hac die tranſfigu-
rationis q̄ reſurrectionē repreſentat nouū
vinum inquiritur: in quo nouitas eterne
dulcedinis oſtēditur: que ſanctis poſt re-
ſurrectionē in patria propinabitur. Hec
ex libro mitrali.

¶ De ſanctis Sixto papa ſecundo ⁊ ſociis martyribus. Cap. XXX



Sixt⁹ pa-
pa ⁊ martyr huius no-
minis ſecūdus feliciſſi
mus ⁊ agapitus diaco-
nes rome ſub decio ce
ſare paſſi ſunt. Hic na-
tiōe grecus ex patre ſo-
phoro athenieē. prius d

dem philoſophus poſtea vero xpi diſcipu
lus ſtephano pape primo in põtificatu ro/
mano ſucceſſit: ſeditq; annos.ij. menſes
xj.dies.vj. Hic ꝯſtituit vt miſſa celebraret
ſup altare qđ antea nõ fiebat. Et vt ſacer/
dote incipiẽte miſſaꝝ actionẽ: chorus de/
cantaret hymnuz. Sanctus: ſanctus: ſan/
ctus dominus deus ſabaoth ꝛc. Qui cum
prefatis duob⁹ diaconib⁹ detent⁹. Decio
ceſari ꝛ valeriano prefecto pñtatur: cũ nul
lis pſuaſionib⁹ ad ſacrificãdum poſſet in
clinare iuſſus eſt duci ad tẽpluz martis: vt
aut ſacrificaret: aut in cuſtodia mamerti
na reciperet. Sed dũ ſacrificare renuẽt in
cuſtodiã duceret: beatus laurentius eius
archidiaconus eidez obuiauit: ꝛ quo ipſe
pater ſine filio tẽderet clamare cepit: atq;
ne ſe derelinqueret inſtãter exorauit: Sz
beatus ſixtus eidem predixit: ꝙ ipſuz nõ
deſerebat ſed ad martyriũ ꝓcedebat: cuz
ipſi maiora certamina poſt triduũ deberẽ
tur. Mandans vt theſauros eccleſie quos
ei cõmendauerat paupib⁹ diſpẽſaret. Qđ
ꝛ laurẽtius fideliter adimpleuit: vt dicet
infra in ei⁹ paſſione.iiij.idus aug. ¶ Poſt
duos dies beat⁹ ſixtus de cuſtodia educit
cũ duobus diaconib⁹ feliciſſimo ꝛ agapi
to: ꝛ pñtatus decio ꝛ valeriano iubent du
ci ad templuz martis: ꝛ ibi ſacrificare. Qđ
ſi renuerent: ibidem capite trũcari. Ducti
ſunt ergo foras muros porte apie ad tem
plum martis. Et cũ oraſſet ſixt⁹ cecidit ali
qua pars tẽpli ꝛ idola cõminuta ſũt. Cũq;
duceret ad decollandũ beat⁹ laurentius
poſt eũ clamare cepit: rogãs ne ſe deſere/
ret: eo ꝙ theſauros ſuos quos ſibi tradide
rat iam expẽdiſſet. Tunc milites audien/
tes de theſauris laurẽtiũ tenuerũt. Sixtũ
vero cũ feliciſſimo ꝛ agapito ibidẽ decol
lauerũt. Chriſtiani autẽ cũ iuſtino pſbyte
ro corpus ſixti raptũ ſepelierũt in cimite
rio caliꝛti via apia. Feliciſſimi vero ꝛ aga
piti corpora poſuerunt in cimiterio prete/
xtati. viij. idus auguſti. Referuntur etiam
paſſi cum beato ſixto.iiij.alij diacones vi
delicet ianuarius: magnus: vincentius: ꝛ
ſtephanus: ꝛ ſeuerus preſbyter ꝛ claudius
ſubdiaconus: ꝛ creſcentius lector ꝛ roma
nus hoſtiarius. ¶ Hic fecit ordinationes
duas per menſez decẽbris pſbyteros.iiij.
diacones.vij.epõs vero duos. Et ceſſauit
epiſcopatus dies.xx.

¶ De ſcõ Sixto papa.iij. Ca. XXXI.



Sixt⁹ pa/
pa hui⁹ noĩs.iij.natio/
ne roman⁹ ex prẽ piſco/
celeſtino.j.pape i epa/
tu romano ſucceſſit: ſe/
ditq; ãnos.viij. ꝛ dies
ix. Hic de regione celii
montis: ꝯſtituit vt nul
lus cleric⁹ in parochia alteri⁹ ordinari pre
ſumat. Hic cõgregata ſynodo pro crimine
ſibi illato coram.lvij.epis ſe purgauit. Et
condemnat baſſus: qui hoc ei apud augu/
ſtum crimen intulerat: ita tamen vt vlti
mo die vite eius viaticum ipſi non nega
retur: ꝓpter humanitatem pietatis eccle/
ſie: qui baſſus cũ defunctus eſſet corp⁹ ei⁹
ſixtus epõ manibus ꝓprijs ſepeliuit. Hic
edificauit eccleſiam ſancte dei genitricis
marie: que dicit ad preſepe: ꝛ hodie ma/
ior vocat in monte ſuperagio iuxta macel
lum libye. Hic ꝛ in diſtribuendas paupe/
ribus elemoſynas ſtuduit ꝛ multas auro
ꝛ argenteo baſilicas decorauit: plenuſq;
ſanctitate feliciter in xp̃o quieuit: ꝛ ſepul/
tus eſt in via tyburtina in crypta iuxta cor
pus beati laurentii: ꝛ ceſſauit epatus dies
xxii. Hic occidẽtaliũ epoꝝ ſnĩ as neſtorii
dãnanter errorẽ: oriẽtalib⁹ ſcripſit epis: in
ſigni volumi ne cõtentas.

¶ De ſcis martyrib⁹ Iuſto ꝛ Paſtore. Ca. XXXII.

Iuſtus et paſtor martyres
apud vrbẽ cõplutũ hiſpanie
ꝓuĩcie ſub daciano ꝓſide

paſſi ſunt. Hi germani frēs xpianis parēti
b⁹ orti ⁊ ipſi xpiani: cū adhuc pueri litteris
imburerent: ad paſſionē animati: pіectis
in ſchola tabulis ſponte ad martyrium cu
currerunt: idola ſerpentes. Qui a Daciano
preſide tenti nec auditi: eo q dubitaret:
ne ipſoꝝ vtpote īfantiū exemplo alij pue
ctiores ad martyriū incitarent: verberib⁹
diris afflicti ſunt. Cuꝫ aūt preſidi relatuꝫ
eſſet: q ſe mutuis exhortationib⁹ conſtan
tius roborarent: eos extra ciuitatē addu
ctos gladio cedi iuſſit: quoꝝ aīas etiaꝫ ipſi
gentiles ab ipſo xp̄o cōcinentib⁹ angelis
ad celuꝫ deferri viderunt. Corpora vero
a chriſtianis in eo quo paſſi fuerant loco
tumulata ſunt multis clarentia ſignis: vbi
⁊ baſilica deſuper edificata eſt: paſſi ſunt
aūt. viii. idus auguſti.

¶ De ſancto Donato epiſcopo et martyre. Ca. XXXIII.



Donatus
eps ⁊ martyr apd are
tiuꝫ ciuitatē tuſcie paſ
ſus eſt tpe iuliani ipe
ratoris. Hic cū iuliano
imperatore pdicto nutri
tur ⁊ eruditus: atq cū
eodeꝫ clericus effect⁹
eſt a ſancto pygmenio presbytero in vrbe
roma: qui iulianus ad ſubdiaconat⁹ ordi
nem aſcendit: ipſe vero donatus lectoris
officiū ſuſcepit. Sed cū iulian⁹ apoſtataſ
ſet: ⁊ in imperiū ſublimatus eſſet patrē ⁊
matrē donati occidit. Donatus vero fuga
arretiū petijt: ⁊ cū hilariano monacho ha
bitauit: cū q̄ ⁊ multis claruit ſignis. ¶ Cū
eniꝫ mulier q̄dā noie ſyrana gētilis ⁊ ceca
ad eos veniſſet: petens in xpi virtute illu
minari ab eiſdē: prio mētis cecitate ſana
ta vna cū filio ſuo: oia idola cōbuſſit: ⁊ ad
ſatyrū epm arretinū adducta ab eodē cū
filio baptizata ē: ⁊ cū ſacro chriſmate lini
ref: oculoꝝ mox lumē recepit. ¶ Deinde
donatus cū hilarianū aproniani pfecti ci
uitatis filiū demoniacū aſteriū noie ad ſe
adductum ab imūdo ſpiritu liberauit: cla
mante demone q donat⁹ ipm de domo
ſua cohartaret exire. ¶ Uir q̄dam euſta
ſius noie exactor fiſci in tuſcia publicā pe
cuniam euphroſyne cōiugi in cuſtodia de
reliquit: ⁊ abiit. Que timore hoſtiū ſupue
nientium pecuniam abſcondit: ⁊ repenti
na morte preuenta ſepulta eſt. Cūq vir
eius rediens pro exactione theſauri cum
filijs ad ſupplicium traheref: ad donatuꝫ
confugit. Qui vna cum eo ad ſepulchrum
vxoris perrexit: ⁊ oratione fuſa euphroſy
nam de tumulo ex nomine vocauit: ⁊ vbi
eſſet pecunia interrogauit. Que ridit: q
in ingreſſu domus ſuffoſa iacebat: qua ibi
dem repta euſtaſius liberatus ē. ¶ Poſt
hec donatus a ſatyro epiſcopo in preſby
terum ordinatur: eoq defuncto ab omni
populo in epiſcopum eligitur. Cumq die
quadam celebrans populū cōicaret: ⁊ dia
conus antimus ſanguineꝫ chriſti in calice
vitreo populo propinaret: ſubito paganoꝝ
impulſu cecidit: ⁊ calicem fregit. Cumq
ex hoc omnes triſtarentur: donatus frag
mentis calicis collectis oratione fuſa ip
ſum in formam priſtinaꝫ reſtaurauit: vna
autem particula a diabolo abſconſa defe
cit: que tamen ad teſtimoniū miraculi p
fecit. Quo ſigno viſo. lxxix. gētiliū ad chri
ſtum conuerſi ſunt. ¶ Poſt dies autem
xxviii. quadracianus auguſtalis preſes te
nuit beatos hilarianuꝫ ⁊ donatum. Et pri
mo quidem hilarianū in ciuitate oſtia de
tentum fuſtibus ceſum martyrē chriſti fe
cit: vt ſupra in eius paſſione actū eſt. xvii.
calen. auguſti. Deinde donatum in ciuita
te arretina detentū: cuꝫ ſacrificare nollet:
⁊ deos blaſphemaret: iuſſit cū lapidib⁹ oꝛ
contundi: ⁊ deinde in cuſtodia retrudi.
Ubi dum egrotoꝝ multitudo ad eū acce
dens a diuerſis langoribus ſanaref: iuſſit
illuꝫ quadracianus i eadē cuſtodia capite

truncari: cuius corpus a xp̄ianis in eadez ciuitate tumulatū eſt. vij. idus auguſti.

¶ De ſancto Donato epiſcopo ꝛ confeſſore. Ca. XXXIIII.



Donatus ep̄s apud ciuitatē epiri veteris in tp̄e theodoſij imperatoris iunioris multis ibidem miraculis clarebat. ¶ In quodam loco nomine biſauria erat fons aque adeo infectus: vt quicunqꝫ de illo biberet protinus moreret̄. Ad quē locum ſanctus vir cuz clero ꝛ populo pceſſionaliter acceſſit: vt oratione aquaz ſanaret. Et duz vectus aſinulo fonti appropinquaret: celo nubibus tenebrato: ꝛ fulguribus ac tonitruis erumpentibus: draco terribilis inde erupit: ꝛ pedes aſini cauda inuoluens contra donatū ſe erexit. Quez ille leui ictu baculi percutiens: vel vt alibi legitur in os eius expuens ꝯtinuo interfecit. Quem octo boum paria vix traxerunt ad ignem. Orauit aūt vir ſanct⁹ ad dn̄m: ꝛ omne venenum a fonte fugauit. Miſſo quoqꝫ puero cum ſitula aquā hauſtam bibit: ꝛ oībus ad bibēduz ſaluberrimā exinde cōceſſit. ¶ Alias etiā dum ipſe cuz ſocijs ſiti vrgeret̄: ſua oratione fontē de terra pduxit. Cum filia theodoſij imperatoris a demone vexaret̄: ꝛ a patre adhuc gētili ad ſingula ſacrificia deoꝝ duceretur: ꝛ nullo modo liberari poſſet: Imp̄ator audiens de virtutib⁹ ſancti ip̄m ad ſe accerſiuit: ꝛ vt natā ſuam liberaret inſtanter rogauit. Qui demonē interrogauit: vn̄ illuc veniſſet. Illeqꝫ de eremo ſe veniſſe reſpōdit. Quem ſanctus dei ad locum ipſuz redire coegit: demonqꝫ vniuerſam domuz concutiens euanuit. Sicqꝫ imperatorem cū vxore ꝛ filia ꝛ vniuerſa familia ad xp̄m conuertit. ¶ Cum quidaz mortuus efferretur adueniens creditor chirographum protulit: dicens ſibi deberi ſolidos ducētos ꝛ iuxta legē imperialez nō p̄mittebat eū ſepeliri. Quod cū vxor eius donato cū lachrymis indicaſſet: aſſerēs ꝙ homo ille pecuniā totaliter recepiſſet: aſſurgens hō dei ad locū iuit: ꝛ manū defuncti tenēs coram oībus excitauit: atqꝫ vt creditori ſatiſfaceret iuſſit. Qui reſidēs in pheretro ip̄z de ſolutiōe debiti cōuicit: ꝛ chirographū manu ſcidit: atqꝫ iubente ſcō iterū obdormiuit. ¶ Cuz fere trib⁹ annis nō pluiſſet ꝛ ſterilitas magna eſſet. Infideles ad imperatorē cōueniunt: petētes ſibi tradi donatū: qui per artē magicā hoc feciſſet. Ad imperatoris ergo inſtantiā ſanct⁹ egreſſus dn̄m exorauit: ꝛ ſtatim pluuia copioſa deſcendit ceteriſqꝫ infuſis ab imbre ipſe leuibus indutus ꝛ ſiccis veſtibus domū redijt. Et ſic oēm ciuitatē cōſtātinopolitanā ad fidem conuertit. ¶ Poſt hec ab imperatore impetrauit imunitatē loci vbi ipſe fontē ſanauerat. Ibiqꝫ iuxta ciuitatē luſloniam eccleſiā cōſtruxit ꝛ clarus virtutib⁹ in pace quieuit. vij. idus augu. Corpuſqꝫ eius poſt multos ānos a venetis inde ſublatum poſitū eſt in eccleſia beate marie ꝺ muriano ſub ep̄atu torcelleñ. vbi ꝛ ſignis mirabilibus fulget.

¶ De ſcō Alberto ꝯfeſ. Ca. XXXV.

Albertus confeſſor gente ſiculus: drepani ex benedicto ꝛ ioāna parentib⁹ honeſtiſſimis et deuotis originem duxit. Qui peracto iam vigeſimoſexto ſterilitatis anno. vouerūt ſe glorioſe virgini: ſiquā forent ſobolez ſuſcepturi: eius ſeruitio eā perpetuo dicaturos. Qua impetrata poſt tp̄is plenitudinem: Joanna peperit filium: in baptiſmo albertum nomine appellatū. Quē ſextum vir attingentē annuz in ſponſuz puelle de domo regia pater pluribus ei ſuadētib⁹:

coniungi annuebat. De quo cuʒ vxore cō
ſerena: tale a diſcreta coniuge reſponſum
accepit. Miror te prudentē virum taliter
eſſe mutatū: quod deo ⁊ eius genitrici ꝓ-
miſimus: huic caduco ⁊ fragili mūdo con
donare velis. Non ne oportet deo redde
re: qđ eius eſt? Nos filiū noſtrū deo ⁊ ma
tri eius obligauimꝰ: ipſum ſana ↄſcientia
reuocare nequimus. His pater a ꝓpoſito re
uocato: adoleſcēs religionē carmelitam i
greſſus eſt. In qua diſciplinis ⁊ contēpla
tioni vacans. ſūme ſanctitatis ⁊ doctrine
vir effectus eſt: ⁊ poſt laudabilē vitam ci-
uis celeſtis hieruſalem non abſq; miracu
lorum illuſtratione. Eius feſtum ſeptimo
idus auguſti occurrit.

❡ De ſāctis Cyriaco largo ⁊ Smaragdo martyribus. Cap. XXXVI.



Cyriacus largus ⁊ ſmaragdꝰ mar
tyres rome paſſi ſunt
ſub maximiano ipera-
tore. Hic cyriacus a ſā-
cto marcello papa dia-
conus ordinatus eſt.
Cum autē maximianꝰ
imperator thermas edificaret noī diocle-
tiani: ⁊ chriſtianos plurimos dānaſſet ad
fodiendā harenaʒ: inter ceteros deducti
ſunt ad miniſteriū predictum ſancti mar
tyres cyriacus ⁊ ſiſinnius: q̄ nō ſoluʒ ſuas
ſed etiā alienas ſarcinas dei auxilio por-
tabant. Nā cum ibi eſſet ſanctus ſaturni-
nus ſenex: qui ex ſenectute harenā ferre
nō poterat: ſiſinnius ⁊ cyriacus ipſum ad
portandū iuuabant: vt dictuʒ eſt ſupra in
paſſiōe marcelli pape. xvij. cal. februarij.
Quod cū audiſſet maximianus iperator
ſaturninū ⁊ ſiſinnium ac cyriacū in carce
re detineri fecit. Et ſiſinniū quidem ac ſa
turninū per diuerſa ſupplicia interemit:
vt ſupra actū eſt in paſſione eoꝝ. iij. cal. de
cembris. Cyriacus vero cū duobus ſocijs
largo ⁊ ſmaragdo in carcere detētus eſt ꝑ
annos tres: donec edificatis thermis dio
cletianꝰ rediit de partibꝰ aphrice. ❡ Poſt
dies autē paucos filia diocletiani noīe ar
temia cepit a demonio vexari: clamante
demone ꝑ os eiꝰ ꝙ niſi cyriacus veniret:
inde nunq̄ diſcederet. Qua de re cyriacꝰ
cū ſocijs de cuſtodia eductus eſt: ⁊ ad fili
am imperatoris adductꝰ. Cui demon di-
cebat: vt ſi ipſū ex puella exire vellet: vas
aliqđ ſibi daret in quo intraret. Et cū cy-
riacus ſeipſū offerret: demō dicebat: quia
in vas ſuū intrare non poterat: q̄a vndiq;
ſignatū erat. Addiditq; cōminans: ꝙ ſi in
de ipſum eijceret in ꝑſidem illū venire fa
ceret. Et cū coactus ex puella exiſſet arte
mia clamauit: ꝙ deū queʒ predicat cyria
cus videret. Quā ſanctus cyriacus cū ma
tre ſerena ad chriſtū conuertit ⁊ baptiza-
uit. Cui diocletianꝰ iuxta palatiū ſuuʒ do-
mum ↄceſſit: vt ibidem cū ſocijs ſecurus
in chr̄ianitate maneret. ❡ Poſt modicuʒ
tempus venit legatio a ſapore rege perſa-
rū ad diocletianum: vt cyriacū ad ſe mit-
teret: qꝛ filia eius iobia noīe a diabolo ve-
xabat̄. Ad preces ergo diocletiani cyriacꝰ
cum ſocijs naui ipoſitis neceſſarijs in ba-
byloniā letus iuit. Et cū ad puellā perue-
niſſet in chriſti noīe immundū ſpiritū ab
ea eiecit: clamāte demone per os eius ꝙ
nomē chriſti terribile ipſū coartabat exi-
re. Et ſic ſanatā puellam cū parentibus ⁊
omni cognatione numero. ccccxx. cyriacꝰ
baptizauit. Et cū multa ſibi munera eēnt
oblata recipe noluit: ſʒ. xlv. diebus ibideʒ
in pane ⁊ aqua ieiunās tandem romā re-
uerſus eſt: ⁊ a diocletiano gratāter exce-
ptus. Quo poſt duos mēſes defuncto. Ma
ximianus eiꝰ filius ſucceſſit. Qui iratus de
ſorore ſua artemia: cyriacū cōprehēdit
⁊ nudū ac catenis ligatum ante redā ſuaʒ
trahi fecit: ad exēplum chriſtianorū. Dein
de ipſum carpaſio vicario cū ſocijs tradit
puniendū. Qui picem liquatā ſuper capi-

ta ipſoꝝ iuſſit perfundi: deinde dieb⁹.iiij.
in carcere fame macerari. Poſt hec cyria
cum eductum ꝛ ſacrificare nolentē iuſſit
in cathaſta extendi ꝛ attrahi neruis ac fu
ſtib⁹ cedi. Et cū in his hoib⁹ grās ageret:
iuſſu maximiani duct⁹ eſt via ſalaria itra
thermas ſaluſtij: ꝛ ibidē decollat⁹ eſt cuꝫ
ſocijs ſuis largo ꝛ ſmaragdo: ꝛ alijs xpia
nis ꝑmiſcui ſexus numero.xxj. Quorum
oiuꝫ corpora ioānes p̄ſbyter in eodē loco
ſepeliuit. Sanctū vero cyriacū cū largo ꝛ
ſmaragdo ꝑ ſe poſuit: ſub die.xvij. calen.
aprilis: poſt aliquot mēſes corpora ipſoꝝ
ſanctoꝝ a ſctō marcello papa ꝛ lucina ma
trona inde leuata ſunt ꝛ tranſlata in via
oſtēſi miliario ab vrbe octauo.vi. idus au
guſti: quo die p̄fatus pontifex ipſoꝝ feſtū
recolendum ordinauit. ¶ Carpaſi⁹ autē
cum domū cyriaci impetraſſet: ꝛ ad deri
ſionem xpanoꝝ in loco vbi baptizabat: ſe
balnearet: ꝛ ludis ſcenicis ac epulis cum
xix. ſocijs ſepius vacaret: oēs ſubito die
quadam mortui ſunt. Et extūc clauſo bal
neo gentiles xpianos venerari ceperunt.

¶ De ſcō Seuero epō viēnēſi. C.xxxvij.



Seuerus
epṡ vienneſi. natione
indus fide xpi feruen
tiſſimus: cū p̄dicatiōis
laborioſiſſime ad p̄fa
taꝫ vrbē veniēs: in gē
teꝫ paganoꝝ multitu
dinē verbo ꝛ miracu
lis ad fidē xpi conuertit: vbi epṡ a populo
cōſtitutus: poſt laudabileꝫ vitā inibi in pa
ce quieuit.vj.idus auguſti: cōditus in ba
ſilica ſancti ſtephani ſignis clarus.

¶ De ſcō Hormiſda papa ꝛ ↄfeſ. Ca. XXXVIII.

Hormiſda papa natiōe cam
panus de ciuitate freſclon
ex patre iuſto: ſymmacho
pape in pōtificatu romano ſucceſſit: ꝛ ſe-
dit annos.ix.dies.xvij. Hic clerum cōpo
ſuit: ꝛ pſalmos canēdos ordinauit. ¶ Cū
aūt anaſtaſius imperator in hereſim euty
chianam corruiſſet: duas in xpo naturas
denegās. Hormiſda papa direxit enodiū
epm̄ ticeneſ. alioſqꝫ cum eo cōſtatinopo
lim legatos: quatenus anaſtaſium impe
ratorem ꝛ acacium patriarchā ei cōplicē:
ſi reſipiſcerent: ad eccleſie gremiū redu
cerent: ſin autē anathemate ligarent. Qui
non ſolum eoꝝ ſalubria monita ſpreuit:
ſed etiā graui cōtumelia illos expulit: na
uiqꝫ fragili impoſitos mādauit: ne vſpiaꝫ
ad aliquā grecie ciuitatē accederēt. Quaꝫ
eius impiam temeritatē vltio diuina ſe
cuta eſt. Nam.xxvij. eius imperij āno ful
minis ictu ꝑcuſſus interiit: moxqꝫ omnes
grecos ad catholicā veritatem redeuntes
hormiſda papa reconciliauit. ¶ Hic poſt
ꝙ multas elemoſynas pauperib⁹ erogaſ
ſet: necnō pluribus baſilicis diuerſa orna
menta cōtuliſſet: apud ſctū petrū trabem
argenteā mille ꝛ.xl. librāꝝ relinquēs ibi
dem ſepultus requieſcit: dormiuit auteꝫ
in domino.vi. idus auguſti.

¶ De ſcō Hormiſda m̄. Ca. XXXIX.

Hormiſda martyr apud per
ſas paſſus eſt ſub rege ipſi⁹
ꝓuincie ſapore: qui nobiliſ
ſimus fuit ex patre p̄fecto
perſaꝝ: quē dum rex ſapor
xpianuꝫ agnoſceret: iuſſit vt nudus came
los exercitus traheret. Quod dum multis
dieb⁹ patiēter feciſſet: ille eū ex alto ſole
aduſtū ↄſpiciēs: veſte linea pietate motus
ipm operuit: deinde ei: vt negaret xpm:
blandiri cepit. At ſanct⁹ illico cōciſam ve
ſtem depoſuit: moxqꝫ ipm rex indignat⁹
gladio necari mandauit.

¶ De tranſlatione ſci Qui
rici. Ca. XL.

Tranſlatio corpis ſci quiri
ci epi ꝛ martyris apud an
conaꝫ.vj.idus auguſti cele

bratur: quo videlicet die ipſius beati martyris corpus ſanctiſſimū de hieroſolymis ad ipſaʒ ciuitatē delatū multis clarens ſignis atq; miraculis digna veneratōe recōditum eſt: vt habet in martyrologio.

¶ De ſcō Romano martyre. Ca. XLI.

Romanus martyr rome paſſus eſt ſub decio ceſare. Cū enim beatus laurentius in cathaſta extenſus ſcorpionibus cederetur: vt dicetur infra in eius paſſione. iiij. idus auguſti Romanus miles inter alios ibidem aſtans cepit clamare: ꝙ videbat ante martyrē iuuenem pulcherrimū aſſiſtentem: ⁊ vulnera eius linteo extergētē. Et cum hoc audientes decius ceſar ⁊ valerianus prefectus magicis artibus aſcriberent: ⁊ laurentiū de cathaſta ſolutuʒ in cuſtodiaʒ hippolyti recipi iuſſiſſent. Affuit romanus ad pedes eius afferens vrceum cum aqua: ⁊ ſe baptizari inſtanter exorās: quem beatus laurentius credentē baptiʒauit. Quod cum decius audiſſet: iuſſit eū cum fuſtibus exhiberi: ⁊ euʒ non interrogatus ſe xp̄ianuʒ proclamaret: iuſſu decij foras muros porte ſalarie eductꝰ: ⁊ ibidē capitali ſnīa punitus eſt. Cuius corpus a iuſtino preſbytero collectū: ſepultū eſt in crypta in agro verano. v. idus auguſti.

¶ De ſanctis Secūdiano veriano ⁊ marcelliano martyribus. Ca. XLII.

Secundianus: verianus et marcellianꝰ rome paſſi ſūt ſub decio ceſare. Secūdianus enim togatus cum veriano pictore i chriſtianos ſeuiebat. Qui dū die quadam cum marcelliano eloquentiſſimo ⁊ ſapientiſſimo oratore gentile de ſentētijs diſputarent: venientes ad virgilium ⁊ tractantes q̄ de chriſto in ſuis bucolicis ſcripſerat: Magnus ab integro ſeculorꝫ naſcitur ordo. Jam redit ⁊ virgo: redeunt ſaturnia regna. Et noua progenies celo demittitur alto. Et infra. Tu modo naſcenti puero quo ferrea primum deſinet: ac toto ſurget gens aurea mundo ⁊c. Et hec ad inuicem conferentes eaq; de chriſto dicta eſſe intelligentes conuerſi ſunt: ⁊ a timotheo preſbytero baptizati atq; a ſancto ſixto papa confirmati. Quod audiens valerianus prefectus nūciauit decio: qui eos tentos miſſoſq; centūcellis: tradidit eos promoto conſulari tuſcie puniēdos. A quo primum fuſtibus ceſi ſunt. Et dum in idolum conſpuentes ipſum cōminuiſſent: in equuleo ſuſpenſi: ⁊ vnguibus abraſi: atq; flammis lateribus appoſitis diutius cruciati ſunt: quod dum fieret vnus ex miniſtris ſubito expirauit: ceteri vero a diabolo obſeſſi ſunt. Quod cernens ꝑmotus illos decollari iuſſit ⁊ corpora eorum in mari iactari. Sed diuina prouidētia ad litus euecta: a quodam deodato tumulata fuerūt in loco vbi erant decollati. Qui paſſi ſunt. v. idus auguſti.

¶ De ſanctis Firmo ⁊ Ruſtico martyribus. Ca. XLIII.



Firmus ⁊ Ruſticꝰ martyres apd veronaʒ paſſi ſunt: ſub anolino proconſule tēporibꝰ maximiani imꝑatoris. Hi ciues bergomenſes ex eadeʒ parentela orti ſunt. Sed Firmus erat notiſſimus maximiano imperatori. Qui audiens eum chriſtianum miſit ad ipſum detinendum. Quem milites in villa eius inuenientes euangelium legentem: vinctum adducunt mediolanum. Cui occurrit ⁊ ruſticus: ſeq; chriſtianum profitens tentus ac ſimul ductus eſt. Imperator autem ipſos ſacrificare nolentes a binis tornionibus fuſtibꝰ cedi iuſſit. Et iterum incluſos in cippo pe

dibus artari. Deinde eos anolino preſidi
tradidit puniendos. Qui eos ſecū vinctos
veronam ducens dedit in cuſtodiā militi
caucario nomine vicario ciuitatis triduo
inedia macerādos. Cum aūt ille eos me-
dia nocte canentes audiſſet: ⁊ lucem celi-
tus effuſaʒ ac ipſos diuinis refectos cibis
vidiſſet: ad xp̄m conuerſus eſt. Poſt dies
vj. iuſſu anolini educunt. Dūqꝫ proculus
ep̄s veroneñ. eos inſequeretur: dicens ſe
xp̄ianum: ⁊ ipſe vinctus preſidi preſen-
tatur. Queʒ ille vt decrepitum arbitrans
inſanire in facie ceſum dimiſit: vt ſupra di
ctuʒ eſt in geſtis proculi ep̄i. v. idus decē-
bris. Sanctos vero martyres ſup teſtas
accenſas diutius voluptatos in igneʒ mi-
ſit. Sed flāma in quattuor partes diuiſa
plures incendit: ipſi vero illeſi permanſe-
runt. Quos preſes demū extra ciuitatem
eductos ⁊ fuſtib⁹ mactatos decollari mā
dauit: corporibus beſtiis derelictis. Sed
caucario nocte iuxta corpora vigilāte. vij.
viri ſe negociatores aſſerētes corpora ab-
ſtulerunt nauigio impoſita ⁊ vltra non cō
paruerunt. Corpora aūt ipſa diuino nutu
trāſuecta ſunt ad carthagineñ. ꝓuinciā in
ciuitatē que dicitur predoner: ibiqꝫ ab an
gelis ſepulta multo tp̄e iacuerūt. Proceſ-
ſu vero temporis dum terentius quidam
de hiſtoria ciuitate capris: haberet filium
nomine gaudentiuʒ: cum eo mercatiōis
gratia per mare diſcurrebat. Filius auteʒ
eius repēte a demone opprimitur clamā
te per os eius diabolo ꝙ nemo inde ip̄m
eiiceret niſi firmus ⁊ ruſticus martyres.
Pater auteʒ dum ſanctoꝝ corpora dudū
nauigans requiſiſſet: tandeʒ dei prouidē-
tia ad locum vbi iacebat applicuit: puerqꝫ
mox liberatus eſt: vbi ſepulchruʒ tetigit.
Pater aūt ſanctoꝝ corpora īde ſurripuit:
⁊ ad ciuitatem ſuaʒ perducta tumulauit:
Ubi quieuerunt: donec a ſancta maria ve
roneñ. dicta conſolatrice veronaʒ repor-
tata ſunt: vt ſupra in eius legēda habetur
calendas auguſti. Paſſi ſunt auteʒ ſancti
martyres. v. idus auguſti.

¶ De ſancto Laurentio archidiacono et
martyre. Ca. XLIIII.



Laurenti
us archidiacon⁹ eccle
ſie romane ſub decio
ceſare ⁊ valeriano ꝑ-
fecto rome glorioſum
martyrium paſſus eſt.
Hic genere hiſpan⁹ ⁊
beati ſixti pape ſecūdi
diſcipulus fuit. A quo leuita rome ordina
tus vna ſecuʒ predicationi inſiſtebat. Eo-
dem tempore philippus imperator prim⁹
ex imperatoribus ⁊ filius eius nomīe phi
lippus fidem chriſti perceperunt conuerſi
a ſancto pontio martyre. Qui philippus re
gnauit anno milleſimo ab vrbe condita.
¶ Uerum ipſo imperatore philippo a de
cio occiſo: vt dicetur infra in eius paſſiōe
libro. xj. philippus iunior timens fugā arri
puit ⁊ theſaurum patris ac ſuū beato ſixto
pape cōmendauit: vt ſi ipſum a decio in-
terfici contingeret ipſum theſaurum pau-
peribus erogaret. Cum auteʒ decius in
imperatorem electus eſſet a militibus: li-
cet nunqꝫ a ſenatu confirmatus: propter
quod non imperator ſed ceſar dictus eſt:
chriſtianoruʒ perſecutionem exercere ce
pit: ⁊ multa milia martyrum per diuerſas
mundi partes interfecit. Inter quos etiā
philippus philippi imperatoris fili⁹ marty
rio coronatus eſt. ¶ Poſt hec decius de
theſauro philippi inquiſitionem faciens
oblatus eſt ei beatus ſixtus tanqꝫ q̄ xp̄m
coleret: ⁊ imperatoris theſauros haberet.
Quem decius in carcerem recipi iuſſit.
Cui cuʒ laurentius obuiaſſet clamare ce
pit: quo ipſe pater ſine filio pergeret ⁊ ne
ſe miniſtruʒ ſuum vllomodo deſereret.
Beatus autem ſixtus per ſpiritū eidē re-
ſpondit: ꝙ eū non deſerebat: ſed ad mar-

tyrium

tyrium precedebat: cum ipſi maiora poſt
triduum certamina deberent: mandans
vt theſauros ſibi commiſſos pauperibus
diſpēſaret: pro vt hec omnia acta ſunt ſu-
pra in paſſione ſixti. viij. id⁹ auguſti. Bea-
tus ergo laurentius chriſtianos die ac no
cte diligenter inquiſiuit: et vnicuiqꝫ pro
vt opus fuerat miniſtrauit: veniensqꝫ in
celio monte ad domū cyriace vidue: que
multos chriſtianos in domo ſua abſcon-
ſos habebat: ipſam viduā impoſita ei ma-
nu a longo dolore capitis liberauit: ⁊ pau
perum pedes lauans eiſdē elemoſynas
contulit. Eademqꝫ nocte in domum cu-
iuſdam chriſtiani veniens: cecum quen-
dam nomine creſcentium ſigno crucis fa
cto illuminauit. Deinde venit ad vicum
patricij in crypta nepotiana: vbi inuenit
iuſtinum preſbyterum a ſixto papa ordi-
natum: cum quo videlicet pauperū chri-
ſtianorum ibidem latentiū pedes lauit
eiſque largifluas elemoſynas conceſſit.
¶ Poſt hec autem cum beatus ſixtus ad
decollandum duceretur beatus laurēti⁹
poſt eū clamare cepit rogans ne ſe dereli
queret: eo ꝙ theſauros eius ſibi traditos
expendiſſet. Tunc milites audiētes de
theſauris laurētiū tenuerūt: ⁊ parthemio
tribuno tradiderunt: deinde ſixtum epi-
ſcopum decollauerunt. Parthemius au-
tem laurentium decio preſentauit. Qui
ipſum vbi eſſent theſauri eccleſie interro
gauit. Qui cum verbum ei non reſponde-
ret: tradidit eum decius valeriano prefe-
cto: vt aut theſauros prodat: ⁊ ſacrificet
dijs: aut diuerſis eū faciat interire tormē-
tis. Ualerianus autem laurentium hippo
lyto vicario in cuſtodiam tradidit: quem
ille cū multis alijs i carcere recluſit. Erat
autem ibi quidam gentilis lucillus nomi
ne multo tempore detentus qui ploran-
do lumen oculorum amiſerat. Cui cum
laurentius lumen ſe reſtaurare promitte
ret: ſi in chriſtum crederet: ⁊ ſe baptizari
permitteret: ille ſe baptizari inſtātius po-
ſtulauit. Accepta ergo aqua ipſum laurē-
tius de fidei articulis interrogatū bapti-
zauit: ſtatim qꝫ lucillus lumen oculorum
accepit. Quapropter multi ceci ad eū ve
niebant: ⁊ ab eo manu eis impoſita illu-
minati redibant. ¶ Cum autem hippoly
tus laurentiū de theſauris interrogaret:
illeqꝫ ei reſponderet: ꝙ ſi in chriſtum cre
deret: ⁊ theſauros ei oſtenderet: ⁊ vitam
eternam promitteret: conuerſus eſt hip-
polytus: ⁊ cū omni familia ſua promiſcui
ſexus numero. xix. ſacrū baptiſma ſuſce-
pit. Baptizatuſqꝫ animas innocentiū le
tas gaudere ſe vidiſſe perhibuit. Deinde
de mandato decij hippolytus valeriano
laurentium preſentauit: ſitqꝫ iterū ab il
lo inquiſitio de theſauris. Laurentius au
tem biduo inducias petijt: quas valerianus
eidem ſub hippolyti pollicitatione cōceſ-
ſit. In hoc ergo biduo laurentius paupe-
res cecos ⁊ claudos ac debiles collegit: eoſ
qꝫ in palatio ſaluſtiano coram decio ⁊ va
leriano obtulit: dicēs hos fore theſauros
eternos: qui nunquā minuuntur: ſed cre
ſcunt: quorum manus in celū theſauros
eccleſie deportarunt. Cumqꝫ decius ⁊ va
lerianus ſe deluſos putarent: ⁊ laurentio
ſuaderent: vt artem magicā deponeret:
⁊ dijs immolatiōes deferret: ipſeqꝫ deos
gentium demonia eſſe viua voce reſpon-
diſſet: iuſſit eū decius ſpoliatum ſcorpio
nibus cedi: deinde omne genus tormen
torum in conſpectu eius afferri. Qui cum
tales epulas ſe ſemper optaſſe diceret: fe
cit eū decius vinctū cathenis in palatiū
tiberianū adduci: ſibiqꝫ in templo iouis
tribunal parari: ⁊ cū ipſum iterum de the
ſauris requiſiſſet: ac vt omnes prophanos
ſibi ſimiles declararet: reſpondit lauren-
tius: ꝙ vere in eternis theſauris confide
bat: nomina autem eorum quos decius
interrogauerat in celis ſcripta fuerāt: quo
rū aſpectibus ille indignus erat. ¶ Tūc

iubente decio nudus fuſtibus cedit: de-
inde a terra leuatur: et lamine ardētes ad
latera eius apponuntur. Et cuꝫ in his om
nibus martyr chriſti gaudēs gratias age-
ret. Deciuſqꝫ magicis artibus eius conſtā
tiam aſcriberet: iuſſit eum plumbatis diu
tiſſime cedi. Orauit autem ad dominum:
vt acciperet ſpiritum eius: voxqꝫ ei de ce
lo facta eſt audientibus cunctis: ꝙ adhuc
ei multa certamina deberentur. Cum au
tem ceſar aſtantibus diceret: ꝙ ipſuꝫ per
magias demones confortarent: iuſſit euꝫ
in cathaſta extendi: et iterū ſcorpiōib9 ver-
berari. Tunc romanus miles inter cete-
ros aſſiſtens ibidem: vidit ante laurenti-
um iuuenem pulcherrimum: eius vulne-
ra linteo extergentem. Et cum iuſſu decij
et valeriani de cathaſta ſolutus hippolyto
redditus eſſet cuſtodiendus: affuit roma-
nus ad pedes eius: et vrceuꝫ aque attulit:
ſeqꝫ baptizari inſtanter poſtulauit. Queꝫ
beatus laurētius credenteꝫ baptizauit: ꝓ-
pter quod a decio detentus et fuſtibus ce
ſus ac decollatus eſt: vt dictum eſt ſupra
in eius paſſione. v. idus auguſti. ¶ Eadē
nocte iuſſit ſibi decius ceſar cum valeria-
no ꝑfecto parari tribunal i thermis olym-
piadis ſibiqꝫ laurentium preſentari. Cuꝫ
autem hippolytus fleret: et ſe chriſtianuꝫ
clamare vellet: dixit ad euꝫ laurentius: vt
in interiori homine chriſtuꝫ abſconderet
paululumqꝫ ſuſtineret: et dum ipm chri-
ſtus vocaret: ad eum veniret. Omnia er-
go tormentorū generant. Dixit autem de-
cius laurentio: vt aut ſacrificaret: aut ip-
ſam nocte in eum cuꝫ ſupplicijs expende-
ret. Cui laurentius reſpondit: ꝙ nox eius
nihil obſcuruꝫ habebat: ſed omnia ſibi in
lucem clarebant: tunc iuſſit: vt os eius cū
lapidibus tunderetur. Et cuꝫ in hoc ride-
ret: et chriſto gratias ageret: iuſſit ceſar: vt
afferret lectus ferreus: in quo requieſce-
ret: contumax laurentius. Allatus auteꝫ
eſt lectus cum coſtis ferreis tribus in mo-
dum craticule. Miniſtri ergo laurentiuꝫ
eruūt: ſuper cratem ferream extendunt:
et allatas prunas ſubterponunt: atqꝫ ipm
deſuper furcis ferreis cōpreſſerunt. et con
tinue carbones magis accenſos ſub crate
miniſtrabant. Cūqꝫ martyr chriſti ad de-
cium diceret: ꝙ carbones ipſi ſibi refrige
rium preſtabant: ceſari aūt eternum ſup-
plicium miniſtrabant. Ualerianus prefe-
ctus illum iterū ad deorum ſacrificia ſua-
debat. At martyr chriſti inter incendia cō
ſtanter pſeuerauit: et iam morti proximus
ad decium irridens dixit: vt quia ipꝫ vna
parte ſatis aſſaſſet: aliam regyrans coctaꝫ
manducaret: et gratias agens deo: quia ia
nuas celi ingredi meruiſſet: emiſit ſpiritū.
Confuſus decius cum valeriano ambula
uit in palatium tyberij: relicto corpore ſu
per ignem: quod hippolytus ſummo dilu
culo rapuit: et in predio cyriaci vidue: qd
eſt via tyburtina: occultauit: atqꝫ iuſtino
preſbytero nunciauit: qui ambo hora ve-
ſpertina corpus tulerūt: et ibi iuxta in agro
verano in crypta ibi poſitum ſepelierunt.
iiij. idus auguſti. Chriſtiani autem ieiunā
tes triduo ſuper corpus vigilias celebra-
runt: mugitus dantes et lachrymas effun
dētes. paſſus eſt circa annum dñi. cclx.

¶ De ſanctis centum ſexagintaquinque
martyrib9. Cap. XLV.



Centum et ſexagintaquiqꝫ mar
tyres milites. Rome
paſſi ſunt ſub aurelia-
no imperatore. Quos
omnes chriſtianos re
pertos idem impera-
tor extra vrbeꝫ via ſa-
laria duci precepit et ibideꝫ omnes ſimul
capite truncari. Quorum ibidem corpora
a chriſtianis recondita ſunt. Qui paſſi ſūt
quarto id9 auguſti: vt ex martylogio ado-
nis habetur.

¶ De trāſlatiōe ſcē corone dñi. C. XLVI

TRāſlatio ſancte ſpinee
corōe domini facta eſt
tempore caroli magni
imperatoris: vt bellinā-
dus teſtatur. Cum eniz
patriarcha hieroſolymi
tanus a paganis de ſe-
de ſua fuiſſet expulſus ciuitaſqꝫ vaſtata:
veniens conſtantinopolim ad imperato-
rem conqueſtus eſt ſibi de perſecutione
per gentiles in chriſtianos illata. Qui ſu-
per hoc miſſis litteris carolum magnum
in ſubſidiuz requiſiuit. Ipſe vero congre-
gato exercitu mare tranſiuit: ⁊ ciuitatem
ſanctam a paganis redemit: eiſqꝫ expu-
gnatis patriarcham in ſede ſua repoſuit.
¶ Cumqꝫ poſt victoriam conſtātinopo-
lim rediſſet. Imperator cōſtantinopoli-
tanus obtulit ſibi quicquid petiſſet. Qui
reliquias paſſionis dominice pro premio
petijt et accepit. Nam poſt triduanum ie-
iunium omni populo indictuz: cunctis ad
eccleſiam conuenientibus: aperta eſt the
ca i qua corona chriſti ſpinea ſeruabatur.
Statimqꝫ mira odoris reſperſi fragran-
tia per totam ciuitatem trecenti egroti a
diuerſis langorib⁹ ſunt ſanati. Educta au
tem corona lignum eius reuiſcere cepit ⁊
flores producere. Cumqꝫ daniel epiſco-
pus neapolitanus coronā ſecaret: vt pars
eius carolo cōcederetur magis adhuc flo
reſcere perſeuerabat. Et dū carolus ꝺ flo
rib⁹ collectis cyrothecā vna ex ſuis ipleſ-
ſet: ⁊ eam tenendam hebronio archiepi-
ſcopo tribuiſſet: vt aliam ſimiliter imple-
ret: atqꝫ vterqꝫ ipſorum ex deuotione ni-
mia lachrymis profuſus eſſet: putauit ca-
rolus cyrothecam in manu archiepiſcopi
poſuiſſet: ipſeqꝫ putauit eaz accepiſſe: ſed
ex inundantibus lachrymis acie oculoruz
obtuſa. neqꝫ carolus cyrothecaz in manu
archiepiſcopi poſuit: nec ipſe eaz accepit.
Sicqꝫ cyrotheca plena floribus in aere pe
pendit: donec aliam rex floribus imple-
uit: ⁊ conuerſus primam pendere conſpe
xit. Ex quibus poſtmoduz effuſi flores p̄
dicti: in māna conuerſi ſunt quod vſqꝫ ho
die in monaſterio ſancti dionyſij ſeruatur
¶ Quidam vero exiſtens cecus ſurdus ⁊
mutus: qui ipſas infirmitates per annos.
xxxij. paſſus fuerat: in eductione corone
viſum recepit: in ipſius ſectione auditum
in florum emiſſione loquelam. Obtinuit-
qꝫ rex partem corone ⁊ clauum domini-
cum: cuius tactus virtute puer habēs ma
num aridam cum dextero latere ſanatus
eſt. Obtinuit etiam fruſtum magnum do-
minice crucis: ſudarium domini: camiſi-
am virginis: ⁊ faſciaz pueri ieſu: ac brachi
um ſymeonis prophete. Rediensqꝫ do-
mum dum eſſet in caſtro ligmedo: ipſa-
rum reliquiarum virtute ⁊ contactu mor
tuus viuus reſurrexit. Deinde veniens a-
quiſgranis ſanati ſunt egri quaſi innume
ri a diuerſis langoribus. Sicqꝫ partez do
minice corone cuz alijs ſacris reliquijs p̄-
miſſis pariſius detulit: ⁊ ibidem honoriſi
ce collocauit. iij. idus auguſti.

¶ De ſcō tyburtio martyre. Ca. XLVII.



Tyburti⁹
martyr rome paſſus ē
ſub diocletiano ⁊ ma-
ximiano imꝑatoribus:
agente prefecto vrbis
fabiano. Cuius pater
chromatius prefectus
cuz morbo grauiſſimo
laboraret: ⁊ audiſſet quoniam tranquilli-
nus eius attinens pater ſanctorum marci
⁊ marcelliani. graui infirmitate detentus
a ſancto ſebaſtiano conuerſus ⁊ baptiza-
tus ſanitatem percepiſſet: vt ſupra dictuz
eſt in paſſione ſancti ſebaſtiani. xiii. calen.
februarij: rogauit tranquillinum: vt ad ſe
adduceret illum: qui ſibi dederat ſanita-
tem. Cūqꝫ ad eū veniſſent ſebaſtian⁹ ⁊ p̄-

ſbyter policarpꝰ: et ipſe pro ſui ſalute exo-
raret: dixit ei ſebaſtianus vt prius omnia
idola abnegaret: et confringendi ea ſibi po
teſtatem concederet: et ſic ſanitatem acci
peret. Quod cum ille licet multum reni/
tens tandem annuiſſet: policarpus et ſeba
ſtianus accincti pluſq̃ ducenta idola con
fregerunt. Et cuz ſic nec chromatius libe/
ratus eſſet dixerunt: quia ex quo ſalutem
non perceperat certum erat ꝙ aliqua ido
la reſeruauerat. Tunc indicauit here tha-
lamum in quo erat omnis diſciplina ſtel/
larum: ꝓ quo pater ſuus ducenta auri pō
dera expenderat et per hoc futura oīa pre
uidebat. Et cum ſuadentibus ſcis vt ipm̄
opus deſtrui conſentiret: et filius eius ty/
burtius iuuenis opus taz preclarum diſ-
ſolui contradiceret. tandem ad hoc deue
nit vt duo clibani accenderent̄: vt ſi de-
ſtructo opere pater ſuus ſanitatem non ꝑ
ciperet: ambo ſci viui cōcremarent̄. Ope-
re ergo deſtructo angelus prefecto appa-
ruit: et ipſum de lecto ſanuz eleuauit: ſicq̃
chromatius cum filio ſuo tyburtio et om/
ni familia ſua nūero. M.cccc. promiſcui
ſexus fidem perceperunt: oēſq̃ baptizati
ſunt. ¶ Poſt hec dum ferueute perſecu/
tione diocletiani et maximiani chromatiꝰ
prefectura depoſitus: cuz multis chriſtia-
nis in campaniā exilio actus eēt filiꝰ eius
tyburtius amore martyrii flagrans in vr/
be reſedit cuz ſancto papa caio continue
ieiunijs et orōnibus vacans. Qui die quo-
dam tranſiens occurrit homini qui de al-
to lapſus adeo caput et omnia membra
quaſſauerat: vt iam de ſola ſepultura eius
ageretur. Et conuocatis ſeorſum parenti/
bus indicauit eis virtutem nominis chri-
ſti. Atq̃ dum ſuper corpus hominis len/
te dixiſſet orationem dominicam et ſym-
bolum apoſtolorum: ſanum et conſoli da-
tum parentibus reſtituit. Quos conuer/
ſos vna cuz iuuene ad papā caium addu
xit: qui eos oēs baptizauit. ¶ Interea ſe-
uiente perſecutione torq̃tus quidam chri
ſtianus qui apoſtatauerat: ſancto caio pa-
pe ſe callide ſociauit: et ſimulata chriſtia-
nitate arte egit vt ipſe vna cum ſancto ty/
burtio orantes ab infidelibus comprehē/
derentur. Qui et fabiano prefecto preſen-
tati ſunt. Et duz confeſtim torquatus chri
ſtum negaſſet: et hoc idem tyburtio ſua-
deret: ipſeq̃ magis chriſtuz confiteretur:
iuſſit fabianus carbones accendi: et vt ty-
burtius aut thura ſuper eos dijs impone/
ret: aut nudis pedibus deſuper ambula-
ret. Qui in vocato chriſti noīe nuda plan-
ta ſuper carbones incedens illeſus ꝑman
ſit: quem fabianus via lauicona extra vr-
bem eductum decollari precepit: vbi et ſe
pultus eſt. iij. idus auguſti.

¶ De ſancto Chromatio et ſocijs marty-
bus. Cap. XLVIII.

Chromatius martyr cum ſo
cijs ſuis martyriuz paſſi ſūt
apud campaniam tempori/
bus diocletiani et maximia
ni imperatoꝝ. Qui chroma-
tius prius fuit vrbis ꝑfectꝰ:
et pater ſancti tyburtij ſupradicti: qui gra-
ui languore duduz preſſus a ſcis ſebaſtia-
no martyre et policarpo ꝑſbytero ſanatus:
et ad xp̄m conuerſus atq̃ baptizatus eſt:
vt ſupra ꝑrime actuz ē in paſſione tybur-
tij. Cum autem xp̄ianoruz perſecutio ſub
prefatis imꝑatoribus ebulliret. Chroma
tius de ꝯſilio pape caij cum multitudine
xp̄ianoꝝ et cum omni familia. M.cccc. nu
mero ꝓmiſcui ſexus: vt perſecutionē de-
clinarent in cāpaniam perrexerunt: ibiq̃z
degētes a diocletiano ꝓſcripti ſunt in exi-
liū et multa inopia afflicti in ꝯfeſſione xp̄i
poſt longum tempus in pace quieuerunt
martyrio coronati. Quorum dies dormi/
tionis ignoti ſunt. Unde et ſancti tyburtij
paſſiōi ſubdunt̄. Quoꝝ principalior chro/
matius pater ipſius tyburtij fuit.

¶ De ſcō chromatio epō. Cap. XLIX.

Chromatius epiſcopus aquileieñ. fuit ⁊ claruit tempore theodoſij imperatoris: ⁊ damaſi pape ſub cui⁹ metropoli floruit heliodorus epiſcopus altineñ. de quo ſupra actum eſt in eius geſtis quinto idus iulij. Ipſe enim heliodorus hunc ſanctuz chromatium viſitauit: ⁊ ab eodez ordinatus altinenſis epiſcopus diu ſecuz permãſit: ſacrarum litterarum ſtudijs intendentes. Hi duo epiſcopi beato hieronymo ꝑſbytero familiari dilectione cõiuncti: plures eidem epiſtolas direxerunt: ⁊ ab eodem receperunt. Ad quorum inſtantiam libros plurimos ſacre pagine idem Hieronymus in latinum tranſtulit: ⁊ martylogium ſanctorum compilauit. Chromatius vero epiſcopus poſt laudabilem vitaz ⁊ multarum virtutum opera quibus gregem dominicuz verbo ⁊ exemplo pauit: plen⁹ ſanctitate aquileie in pace quieuit: ibidem tumulatus.

¶ De ſcã Suſanna ṽgine ⁊ mar. Cap. L.



Suſanna virgo rome paſſa ẽ ſub diocletiano imperatore: que fuit filia gabini preſbyteri fratris caij pape: de quo ſupra dictum ẽ in paſſione gabini. xi. calend. martij. Hec patri ſuo vnica ⁊ dilecta a cunabulis xp̃iana ſacris litteris erudita eſt. Quia võ erat de genere diocletiani imperatoris: idem imperator miſſo ad patrẽ eius claudio ipſius conſanguineo ⁊ ſuſanne auunculo puellam filio ſuo in coniugem requiſiuit. Pater autem gabinus inducias petijt: vt filie voluntatem requireret. Quaz cum requiſiſſet: illa ſe chriſto deſponſataz reſpondit: denegans omnino coniugiuz: potiſſime quia chriſtianam non decebat cultori demonũ copulari. Poſt dies tres reuerſus claudius: vt eius reſponſionem audiret: a ſuſanna cõuerſus eſt ad chriſtũ. Reuerſuſq; domum cum omnia prepedigne vxori ſue rettuliſſet: ipſa etiã ad chriſtum conuertitur. Et ſic ipſe claudius cuz coniuge ⁊ filio alexandro atq; filia cutia nocte a ſancto caio papa baptizantur: ⁊ ſacra euchariſtia cõmunicantur. Claudius igitur omnibus ſuis venditis miniſtrare cepit egentibus chriſtianis. ¶ Poſt dies autem. xlvi. ſuſanna iterum requiritur in coniugium filij imperatoris per maximũ comitem rei priuate eo ꝙ ipſam vti ſponſam iuuenis nimium adamaret: veniensq; comes ad claudium: vt ſecum de matrimonio tractaret: ab eodem ad fidẽ cõuerſus eſt: ⁊ poſt dies quinq; a Caio papa baptizatus: qui ⁊ ipſe cepit chriſtianis miniſtrare. Quod audiens Diocletianus ſerene auguſte vxori ſue ſuaſit: vt ſuſannã accerſitaz de coniugio filij hortaretur. Auguſta vero cuz eſſet occulte chriſtiana: puellam ad ſe vocauit: ⁊ vna ſecuz per dies plures orationi vacauit. Hoc autez imperator comperiens claudium cum vxore ⁊ filijs: ⁊ maximo fratre ſuo iuſſit apud oſtiam in mare iactari: de quibus ſupra in eorum paſſione dictum eſt. xij. calẽ. martij. Gabinum vero in carcere detineri fecit. Suſannam vero remiſit ad ipſius domũ: vt eam ibidẽ filius ſuus vel violenter polueret: nolens palatiuz ſuum contaminari. Ingreſſus autẽ iuuenis ad eam noctu videnſq; angeluz ſplendidum iuxta eam timuit: ⁊ fugit: aſſumptoq; curtio iterum ad eam redijt: qui ambo angelica viſione exterriti fugerunt. Quod imperator audiens ⁊ maleficijs deputans: miſit ſuſanne ſtatuunculam iouis: vt eaz aut adoraret: aut gladio periret. Quã inſufflans in puluerem redegit. Tũc imperator miſſo macedonio tribuno: iuſſit eam primo fuſtibus ceſam intra domum ipſius decollari

cuius corpus a ſerena imperatrice incry/
pta ſepultum eſt: et ſanguis in linteo col/
lectus. iij. idus auguſti.

❡ De ſcō taurino epō. Cap. LI.



Taurin⁹ epiſcopus fuit filius tar
dnij nobiliſſimi roma/
ni: et matris eutychie
grece in ciuitate aure/
lian̄. Ad quem venien
tes duo magi: camby/
ſes ⁊ zari: qui fuerant
ſacerdotes diane cum. xx. diſcipulis ſuis
vt euʒ occiderent: oppoſito ſibi ſigno cru/
cis ſubſtiterunt: nec vltra procedere va/
luerunt. Quod videntes magi ſeipſos pre
dolore occiderunt. Illi auteʒ. xx. a ſancto
ſunt conuerſi: ⁊ baptizati. Hoc audiens li
cinius prefectus ipſum comprehendit: et
ſacrificare nolenteʒ virgis cedi iuſſit. Sta
tim manus carnificum aruerunt: ⁊ leonil
la vxor licinij conuerſa eſt tanto miraculo
conſpecto. Inter hec nunciatur: licinio fi
lium eius marinum cum paſchaſio armi/
gero: qui venationi inſiſtebant ex equis
precipites interiſſe. Cumq; illos ſanctus
taurin⁹ ſuſcitaſſet: ⁊ illi que in eternis pe
nis viderant enarraſſent. Conuerſus eſt
licinius cū filio ⁊ armigero ⁊ aliis. M.cc.
❡ Poſt hec dum zabulus princeps cum
exercitu orientalium gallos inuaderet: re
uelatur taurino animas ſuorū ciuium ab
hoſtibus ſaluandas: locum vero penitus
deſolandum: ipſum vero ad dominū die.
viij. migraturum. Qui hec omnia populo
nunciauit: ⁊ ipſos in chriſto confortauit.
Igitur dominica die ſubſequēte celebra
ta miſſa: ⁊ facto ſermone populo: apparu/
it multitudo candidatorū circa altare eū
ad celos inuitantium: nubeſq; odore fra/
grans eccleſiam impleuit. Qua poſt horā
recedente: inuentus in ſede ſua manibus
expanſis et oculis in celum erectis ad do/
minum conuolaſſe. Dubitantibus autem
ciuibus ne corpus ſanctuʒ ab hoſtibus ra/
peretur ſepultum: apparuit ſenior quidaʒ
eoſq; vt ſe ſequerent admonuit. Qui cor
pus inde tollentes quaſi tertia miliarij par
te extra vrbem ſeniorem ſequuntur. Qui
ibidem ſubſtitit: ⁊ ipſum ibi ſepeliri man
dauit. Quibus adhuc heſitātibus corpus
ſe erexit ⁊ vt ibidem conderet viua voce
cōmonuit. Quod ⁊ factū ē. Poſt hec a ſe/
niore vt inde velociter fugerent admonē
tur. Ipſo poſt nuſq; vlterius comparēte.
Illiſq; abſcedentibus hoſtes ſubito in ci
uitatem irruerunt: ⁊ eam vt ſanctus pre/
dixerat euerterunt. Quieuit autem in do
mino tertio idus auguſti.

❡ De ſanctis ſeptem dormientibus mar
tyribus. Cap. LII.

Septem dormientes in ciui
tate epheſi orti ſunt. Quorū
nomina ſūt hec: maximia/
nus: malchus: martinian⁹:
dionyſius: ioannes: ſerapi/
on: ⁊ conſtantinus: ⁊ apud
ipſam ciuitatem in monte celio dormien
tes requieſcunt ſine vlla corporuʒ aut ve
ſtium corruptione. Cuʒ enim decius im/
perator perſequens chriſtianos veniſſet
epheſum: ⁊ cunctos ad idolorū ſacrificia
compelleret: prefati ſeptem chriſtiani in
ipſa vrbe nobiliſſimi: in domo ſua ſecreto
ſe celantes: accuſati apud decium q̄ chri
ſtum colleret: ante ipſuʒ ſtatuuntur: ⁊ da/
to eis ſpacio reſipiſcendi vſq; ad reditum
decij: qui alio pergebat dimittuntur. At
illi interiʒ patrimonia ſua pauperib⁹ ero/
gantes: inito conſilio in monte celio ſeceſ
ſerunt: ⁊ ibidem ſecretius eſſe decreuerūt.
Quibus malchus continue miniſtrabat: ⁊
quotiens vrbeʒ intrabat vt cibos emeret
ſe medici habitu veſtiebat. Cum ergo de
cius epheſum rediſſet: ⁊ eos ad ſacrifican
dum perquiri iuſſiſſet. Malchus mini/
ſter eorum ad ſocios territus rediit: ⁊ eis

furorem ceſaris indicauit. Eis tamen pa-
nes allatos appoſuit: ⁊ in domino confor-
tauit. Qui nimio timore pauefacti cum la-
chrymis ſero comederunt: ⁊ ſe mutuis ex-
hortationibus confortantes ſicut deus vo-
luit obdormierunt. Taliq; ſomno diuina
diſpenſatione ſoporati in eodem loco ia-
cuerunt vſq; ad annum triceſimum theo-
doſii iunioris per annos videlicet. cxcvj.
Mane autem facto cum queſiti inueniri
non poſſent: ⁊ decius tales ſe viros perdi-
diſſe doleret: accuſati ſunt ꝙ omnia ſua
paupibus diſpenſaſſent. ⁊ hucuſq; in mō-
te celio latuiſſent in chriſtianitatis propo-
ſito ꝑmanentes. Juſſit ergo decius paren-
tes ſuos adeſſe: ⁊ minis ac terroribus ab
eis extorſit: ꝙ in ipſo mōte laterent ſicut
ei fuerat per alios ſuggeſtum. Tunc cogi-
tans quid de ipſis faceret: nutu dei iuſſit
os ſpelunce lapidibus obſtrui vt ibi defi-
cerent fame ⁊ inopia circūcluſi. Quod cū
fieret duo ex miniſtris chriſtiani: theodo-
rus ⁊ rufinus eorum martyrium deſcribē-
tes in tabulis: ⁊ ſigillantes caute inter la-
pides poſuerūt. ¶ Mortuo igitur decio
⁊ tota illa generatione: poſt annos. cxcvj.
anno videlicet. xxx. impij theodoſii iunio-
ris pullulauit hereſis eorum qui negabāt
reſurrectionem mortuorum. Unde con-
triſtatus chriſtianiſſimus impator: quia fi-
dem tam impie agitari videbat: in cine-
re ⁊ cilicio cum lachrymis in oratione q̄-
tidie pſiſtebat. Quod videns miſericors
deus ꝯfirmare ſpē de reſurrectione mor-
tuorū voluit: ⁊ ita predictos martyres ſu-
ſcitauit. Miſit ſiquidem in cor cuiuſdam
burgenſis epheſi: vt in illo loco edificaret
ſtabula paſtoribus ſuis. Cemētariis ergo
ſpeluncā aperientibus ſurrexerunt ſācti:
et ſe inuicem ſalutantes putabant ſe vna
tantum nocte dormiſſe ⁊ pridianā triſti-
ciam recordantes ſe mutuo ad martyriū
exhortabātur. Juſſeruntq; malcho vt ad
vrbem deſcenderet: ⁊ plures panes quā
heri afferet: atq; quid iuſſiſſet decius nū-
ciaret. Qui aſſumpto medici habitu iuxta
morem. v. ſolidos accepit: et de ſpelunca
exiuit: videnteſq; lapides admiratus eſt:
ſed aliud cogitans de lapidibus parū cu-
rauit: veniens ergo timidus ad portā ci-
uitatis: vltra modum ſtupefactus eſt: vi-
dens ſignum crucis ſuperpoſitum et mu-
tatam in omnibus ciuitatē. Et ad ſingu-
las accedens portas: ita per omnia repit
ſignanſq; ſe ad primā rediit: ſe exiſtimās
ſomniare. Jngreſſus tandē cum tremo-
re nimio homines de chriſto loquētes au-
diuit: et maiorem ſtuporem incurrit: nec
putabat illam eſſet epheſiorum ciuitatē:
⁊ cum interrogans ipſā eſſe epheſum in-
tellexiſſet: vere ſe erraſſe putauit: ⁊ ad ſo-
cios redire cogitauit. Acceſſit tamen ad
eos: qui panem vendebant: ⁊ cum argē-
teos protuliſſet: mirati venditores mo-
netam incognitam: dicebant ad inuicē:
ꝙ ille iuuenis theſaurum antiquum in-
ueniſſet. Jlle vero eos ad inuicem collo-
quentes videns putabat: ꝙ ipſum ad im-
peratorem trahere vellent: ⁊ territus ro-
gabat: vt panes ⁊ nummos retinerent: ⁊
ſe dimitterent. Qui cum tenentes inter-
rogabant: vbi theſauros imperatorū an-
tiquorum inueniſſet: qui non inuenie-
bat quid eis diceret pre timore. Miſſo
igitur fune in collo eius per vicos ad me-
dium ciuitatis trahitur: ⁊ exiit rumor: ꝙ
iuuenis theſauros inueniſſet. Congrega-
tiſq; omnibus ad eum: ipſe a nemine co-
gnoſci poterat: ſed nec ipſe circunſpiciēs
aliquem de ſua cognatiōe videbat: quos
veraciter viuere putabat: et nullum in-
ueniēs quaſi inſanus ſtabat in medio po-
puli. Quod audientes marinus epiſcopꝰ
⁊ antipater proconſul: eum ad ſe duci iuſ-
ſerunt: et cum ad eccleſiam duceretur:
ad decium ſe trahi exiſtimabat. Epiſco-
pus igitur et proconſul mirantes eum in-
terrogant: vbi theſauros antiquos inue-

niſſet. Qui reſpondit ſe nihil īueniſſe. ſed
de ſacculo parentum ſuorum nummos
illos habuiſſe. Et interrogatus cuius ciui/
tatis eſſet: reſpondit: ꝙ erat ipſius ciuita
tis: ſi tamē illa eſſet ciuitas epheſina. Et i/
terrogatus de nomine parentū ſuorum:
vt pro ipſo teſtarenť: cum ipſos nominaſ/
ſet: ⁊ nullus eos cognoſceret: dicebāt euꝫ
fingere: vt aliquo modo euadere poſſet.
Dicenteqꝫ proconſule: ꝙ pecunia illa pa/
rentū ſuorum eſſe non poterat: eo ꝙ ſu/
perſcriptio fere ducentorum annoꝝ erat:
quo tempore parentes ſui fuiſſe nō pote/
rant: ⁊ ꝙ tali modo ſapiētes ⁊ ſenes ephe
ſi volebat deludere. Juſſitqꝫ eum tormē
tis tradi: donec veritateꝫ confitereť. Tūc
malchus procidens eos pro deo adiura/
uit: vt ei dicerent: vbi decius imperator
eſſet. Epiſcopus vero reſpondit: ꝙ tunc
non erat in terra: qui decius nominareť:
ſed ante longum tempus fuerat impera/
tor. Malcus vero ſtupefactus ſtabat. nar
rauitqꝫ eis ꝙ furorem decii in monte ce
lio cuꝫ ſociis aufugerat: ⁊ quomodo in ſe
ro precedenti decius ipſam ciuitatem in
trauerat. vt chriſtianos perſequereť: ſe ta
men ipſa eſſet ciuitas epheſiorum in cuiꝰ
teſtimonium rogabat: vt ſecum irent: et
ſocios ſuos eis oſtenderet. ¶ Tunc epi/
ſcopus cogitans: ꝙ hec eſſet diuina viſio:
cum proconſule ⁊ vniuerſo populo ducē
te eos malcho perrexit ad monteꝫ celiū:
⁊ ingrediente prius malcho ad ſocios in/
uenit epiſcopus inter lapides litteras ſi/
gillatas duobus ſigillis argenteis ſancto/
rum paſſionem continentes: quas coraꝫ
omni populo legit: ⁊ mirantibus cunctis
viderunt ſanctos in ſpecu ſedentes: ⁊ fa/
cies eorum quaſi roſas florentes: omneſ/
qꝫ glorificabāt deū cernētes corpora ipſo
rum ⁊ veſtes īcorruptas ac ſi ſola vna no
cte dormiſſent. Statiqꝫ hec omnia theo/
doſio imperatori per litteras ſignificare
curarunt. Qui ſurgens de loco in quo ora

bat glorificans deū concitus venit ephe/
ſum: Ueniens quoqꝫ ad ſpeluncaꝫ: vidit
ſanctorum facies ſicut ſol refulgentes: et
procidens ante ipſos ac ſingulos eorum
amplexans fleuit cum gaudio dicens: ꝙ
ſic eos videbat: quaſi ſi videret chriſtum
lazarum de monumento vocantem. Qui
reſpondebant: ꝙ ad hoc deus ipſos ſuſci/
tauerat: vt crederetur indubitanter reſur
rectio mortuoruꝫ. Sicut enim infans eſt
in matris vtero non ſentiens leſionem ⁊
viuit: ſic fuerant viuentes et dormientes
⁊ nihil ſentiētes: ⁊ his dictis inclinantes
capita ſua iterum obdormierūt: quos im
perator deoſculās ſuper eos fleuit. Et cū
iuſſiſſet fieri loculos aureos: in quibꝰ mit
terentur: in ipſa nocte apparuerunt impe
ratori dicentes: vt ſicut hactenus in ter/
ra iacuerāt: ſic eos dimitteret: donec eos
dominus iterum in vltima reſurrectione
ſuſcitaret. Juſſit ergo imperator locuꝫ il/
lum inauratis lapidibus adornari: ⁊ om/
nes epiſcopos negantes reſurrectionem
ab epiſcopatu deponi. Dormierunt ergo
ſancti martyres prima dormitione. vi. ca
lendas auguſti. Surrexerūt vero. iii. idus
ipſius menſis: quo die feſtum ipſorum ſo
lennius recolitur: anno dn̄i. cccclxviii.

¶ De ſancta Clara virgine. Cap. LIII.



Clara vir
go ordinis dominarū
pauperum ſancti da/
miani de ciuitate aſſi
ſii nobilibus orta pa/
rentibus ab annis pu
erilibus chriſti ſerui/
tio mancipata virgini
tatem ſuam domino dedicauit. Que a bea
to franciſco ordinis minorum fundatore
edocta: monitis ipſius relicto ſeculo: die
dominico palmaruꝫ adhuc iuuencula ad
eccleſiam in omni veſtium ſuarum orna
tu procedēs: a ſummo pontifice innocen

tio tertio palme ramum accepit. Die quoque ſequenti ad beatum franciſcum acceſſit: et apud ſanctam mariam de portiuncula ab ipſo habitum monachalem cū humilitate petiit ⁊ aſſumpſit. Deducta ergo ad eccleſiam ſancti pauli graui perſecutione conſanguineorum ſibi excitata: ipſa in ſancto propoſito perſeuerans bella omnia triūphauit. Deinde a ſancto frāciſco apud eccleſiaꝫ ſancti damiani incluſa ſororum pauperum ordinem incobauit: ⁊ .xlij. annis in ſanctitate ⁊ perfectione vite perſeuerauit. Ieiuniis quoqꝫ et orationibus ſemper intenta paternam omnem hereditatem monaſteriis eccleſiis ⁊ pauperibus diſpenſauit. Cuiuſqꝫ regulam prefatus papa innocentius confirmauit. Miraculis etiam pluribus et inſignibus claruit. ¶ Nam ſemel panem vnicum in domo repertum: cum fratribus elemoſynam petentibus dimidiauit: reliquamqꝫ medietatem inter .xl. ſorores diuidi fecit: omnibuſqꝫ ſaturatis plenius abundauit. ¶ Alias etiam vas olei vacuum eius oratione repletum inuentū eſt. ¶ Cum tēpore federici imperatoris italiam deuaſtantis: ſaraceni ab eo conducti vallem ſpoletanam depopulati eſſent: ibi quoqꝫ aſſiſium inuaſiſſent: cum ipſa lāgueret: ſe in ianua clauſtri hoſtibus irruētibus opponi fecit: chriſtoqꝫ puerulo ſibi apparente: et liberationem loci ac ciuitatis promittente: orans infideles illos diuinitus non ſolum a monaſterio effugauit: ſed etiam ciuitatem ab eorum euerſione ſaracenis mox per aliam portā quaſi in fugam exeuntibus liberauit. ¶ Alias etiam vitalem quendam de auerſa ciuitatem eandem obſidentem ſua oratione adeo perturbauit: vt diſſoluto exercitu: mane ſequenti recederet. Qui poſt dies modicos iugulatus eſt. ¶ Sancta autem virgo in principio ſue conuerſionis agnetem germanam poſtulauit a deo ſibi in eodem propoſito ſociādam: quod ⁊ obtinuit. Nā ⁊ ipſa poſt dies .xvi. relinquens mundum religionis habitum ſuſcepit: et in eodem monaſterio vna ſecū virgo permanſit: totidemqꝫ diebus poſt eius trāſitum claram ad celeſtia ſecuta eſt. ¶ Cuꝫ aliquādo in natale domini infirma lecto decumberet: matutinali officio in ſpiritu rapta preſens fuit: chriſtumqꝫ puerum aſpexit omniaqꝫ diuina corporaliter audiuit: ⁊ que geſta fuerant retulit: Cum tamen tanto longe poſita eſſet ꝙ voces cātantium humanitus audire non potuiſſet. A ſero quoqꝫ cene dominice vſqꝫ in ſabbato ſancto de mane in extaſi aſſumpta paſſionem dominicam in ſpiritu contemplata: ⁊ ad ſe rediens vnius fere hore ſpatio putauerat ſe dormiſſe: Sicqꝫ ſignis ⁊ virtutibus clarens per annos .xxviij. longo caſtigata langore aſſiſtente ſibi domino gregorio papa .ix. ſibi deuotiſſimo cum cardinaliū cetu virtutibus predita feliciter migrauit ad chriſtuꝫ pridie idus auguſti. Ab eodem pontifice in eccleſia ſancti gregorii tumulata: vbi ⁊ quieſcit miraculis clarens.

¶ De ſancto Euplo martyre. Ca. LIIII.



Euplus martyr in ciuitate catanienſium temporibus diocletiani ⁊ maximiani imperatoruꝫ paſſus eſt ſub caluiſiano conſulari. Dū enī idem caluiſianus in templo idolorum ſacrificaret: ⁊ euplus ſe chriſtianum publice proclamaret tentus eſt: ⁊ queſitus quem deum coleret. Qui cum quattuor euangeliorum codicē quē ſecum habebat aperuiſſet ⁊ coram eo legiſſet chriſtum confitendo ab eodem iudice diutius tortus: deinde contra eum dictata ſententia decollat⁹ eſt pridie idus.

auguſti. Sepultuſq; eſt in ipſa ciuitate.

¶ De ſancta Hilaria et ſociabus martyribus. Cap. LV.

Hilaria martyr mater ſancte aphre fuit. De qua ſupra dictum eſt nonis auguſti. Que cum ancillis: filie ſue: digna: eumenia ⁊ eutropia apud cretam in ciuitate auguſta paſſa eſt. He cum corpus predicte aphre martyris ſepeliſſent: die ſequẽti ad tumulum eius orantes reperte ſunt ⁊ comprehenſe: atq; iudici preſentate. Que dum chriſtum confiterent in monumẽto de lignis facto incluſe ſũt: ⁊ cathenis victe: ipſoq; tumulo feno ⁊ ſpinis repleto: igne ſuppoſito martyriũ compleuerunt pridie idus auguſti. Quarum corpora iuxta aphraꝫ martyrẽ cõdita ſũt.

¶ De ſanctis Quiriaco et ſocijs martyribus. Cap. LVI.



Quiriacus largus: creſcentian9: meminia: iuliana: leonides: eutychianus: diomeda: chariton: philadelphus: agapes ⁊ petrus cum alijs. xiij. apud eandem ciuitatem auguſtam in creta paſſi ſunt. Qui omnes pro confeſſione nominis chriſti decollati martyriũ ꝯſummauerũt pridie idus aug. Hec ado ex martylogio hieronymi.

¶ De ſanctis Hippolyto et ſocijs martyribus. Cap. LVII.

Hippolytus et omnis eius familia vtriuſq; ſexus numero. xix. rome paſſi ſunt ſub decio ceſare ⁊ valeriano prefecto: Cum eniꝫ hippolytus beatum laurentiũ in cuſtodia haberet ſibi a prefecto valeriano commendatum: ⁊ vidiſſet eum manus ſuper oculos cecorum imponẽtem: ⁊ eos illuminantem conuerſus eſt et cum omni domo ſua baptizatus: vt dictum eſt ſupra in paſſione laurentij. iiij. idus auguſti. Poſtq̃ autem corpus beati laurentij cuꝫ iuſtino pſbytero ſepeliſſet: venit domũ: et dans pacem omnibus ſeruis ⁊ ancillis ſuis: omnes ſacramento altaris quod iuſtinus preſbyter obtulerat communicauit: ⁊ poſita menſa prius q̃ cibum ſumeret: venientes milites eum rapuerunt: ⁊ ad decium adduxerunt. Quem decius interrogauit: an magus effectus eſſet: eo ꝙ corpus laurentij abſtuliſſet: illeq; reſpondit: ſe non eſſe magum ſed chriſtianum. Tunc decius fecit eum expoliari habitu chriſtiano: ⁊ os eius lapidibus tũdi: agẽs vt ſacrificaret: ne per tormenta ſicut laurentius periret. Cuꝫ autem diceret ſe velle exemplum beati martyris laurẽtij imitari: iuſſit eum decius fuſtibus cedi: ⁊ cardis ferreis laniari: cum tormenta huiuſmodi derideret: fecit ipſum veſtiri veſte militari: qua ante vtebatur. hortans vt amicitiam ⁊ militiam priſtinaꝫ obtineret: Cui hippolytus ſe Chriſto militare dicebat. Quem tradidit Decius Valeriano prefecto: vt omnes eius facultates acciperet: ⁊ tormentis afficeret. ¶ Valerianus autẽ inuenta omni eius familia chriſtiana omnes ſibi exhiberi precepit: Et cum ad ſacrificia cogerentur: concordia nutrix hippolyti pro omnibus reſpondit: ꝙ optabant cum domino ſuo magis pudice mori quam impudice viuere. Valerianus autem dicens: ꝙ genus ſeruoruꝫ niſi per ſupplicia non emendatur: iuſſit eam preſente ſancto Hippolyto tantum plumbatis cedi: quouſq; ſpiritum emitteret. Deinde extra portam tyburtinam ſanctum Hippolytum cum omni eius familia duci fecit: Quos cum ipſe ad martyrium hortaretur: iuſſit Valerianus eos omnes in conſpectu ſancti Hippolyti de-

collari: ipſum vero pedibus ad colla in/
domitorum equorum ligari fecit: Qui ſic
per cardos ⁊ tribulos tractus emiſit ſpi/
ritum. Quorum corpora iuſtinus preſby
ter rapuit: et iuxta corpus beati Lauren/
tii in agro verano ſepeliuit. Corpus vero
concordie inuenire non poterat: quia fu
erat in cloacam proiectum. Miles au/
tem quidam nomine porphyrius credẽs
concordiam aurum et margaritas in ve/
ſtibus habere: quendam cloacarium no
mine ireneum: qui erat occulte chriſtia/
nus aduocauit: ⁊ ei ſecretius vbi corpus
eſſet intimauit: promiſſione ſibi facta: ꝙ
aurum vel gemmas repertas eidem cõ/
cederet: ipſe vero corpus haberet. Cũqꝫ
ei locum indicaſſet: ⁊ extracto corpore ni
hil inueniſſet: porphyrius fugit: et irene
us vocato alio chriſtiano nomine abun/
dio corpus ad iuſtinum preſbyterum de
tulit: qui illud iuxta corpora hippolyti et
aliorum ſepeliuit. Paſſi' ſunt autem idi/
bus auguſti.

❡ De ſcõ hippolyto epõ. C. LVIII.



Hippolytus epi/
ſcopus aphrican' cla/
ruit tempore alexan/
dri imperatoris. Qui
vite ſanctitate plenus
et doctrine ſuauitate
melliflu' plurima in
dei eccleſia opuſcula
condidit: Uidelicet librum de paſcha cõ/
poſuit. Item in exameron. Item contra
martionem Item in cantica canticoruꝫ.
Item in geneſim. In zachariam prophe
tam. In librum pſalmoruꝫ. In eſaia. In
daniele. In apocalypſi. In prouerbiis.
In eccleſiaſtice cõmentarios edidit. Li/
brum compoſuit de ſaule ⁊ phythoniſſa.
De antichriſto. De reſurrectione. De lau/
de domini ſaluatoris: ⁊ proſhomelion: ⁊
plenus virtutibus in pace quieuit. vt di/
cit gẽnadius libro de illuſtribus.

❡ De ſcõ Caſſiano epõ ⁊ mar. Ca. LIX.

Caſſianus epiſcopus paſſus
eſt apud ciuitatẽ forum ſyl
le ſiue cornelii a ſylla cor/
nelio duce romanorum di
ctã que nunc imola nuncu
paẗ. Hic genere nobilis põ
tifex fuit ciuitatꝭ brixineñ. que ciuitas eſt
in confinibus allemanie poſita. Qui pere
grinationis gratia venit ad imoleñ. ciuita
tem: vbi dum ſcholas puerorũ regeret: ⁊
chriſtũ dominũ predicaret tempore per/
ſecutionis a paganis tẽtus queſitũ eſt ꝗd
artis: aut quid haberet officii. Reſpõſum
ꝙ eſt: ꝙ pueros litteris erudiret: Statim
ꝙ a perſecutore quẽ ſpreuerat: per ſentẽ
tiam addictũ eſt: vt ipſius diſcipuli in ma
giſtri ſanguinẽ quomodo vellẽt: cum cor/
poris laceratione ſeuirent. Statuitur er/
go in medium ſpoliatus: ⁊ poſt terga liga
tus manib'. Armati itaqꝫ ſtilis pueri cir/
cũſtantes ac tabulis illudebãt magiſtro:
⁊ in capite ipſius fractis tabellis acutiſſi/
mis ſtilis mẽbra eius nõ ceſſabãt effodẽ.
Multis itaqꝫ vulneribus dei martyr per
foſſus: vix retrahens ſuſpiria: humili eos
hortabatur voce: vt eſſent viribus fortio/
res: ⁊ coeuos virtute tranſcenderẽt. Sic/
qꝫ per venas totius corporis ſanguis effu
ſus piam animã conditori ſuo cuꝫ gloria
reddidit ⁊ corona: ⁊ ſepultus iacet in ipſa
ciuitate: qui paſſus eſt idibus auguſti.

❡ De ſancto Caſſiano preſbytero ⁊ con/
feſſore. Cap. LX.

Caſſianus preſbyter de quo
frater vincentius ⁊ gẽnadi
us: claruit tempore honorii
imperatoris: vir illuſtris et
facũdus. Alio nomĩe dict'
ioãnes eremita Qui de ec
cleſia conſtantinopolitana per Joannem
chriſoſtomũ eiectus in maſſilia gallie pre
ſbyter ordinatus: Duo condidit monaſte/

ria virorũ ⁊ mulierum que hodie extant.
¶ Scripſit m̃lta opuſcula ad fidei noſtre
exhortationẽ. Scripſit.n. vitas patrum in
egypto degentiũ ⁊ regulas : que multarũ
animarum edificationẽ continent: ⁊ lucu
lento ſmone niteſcũt. Scripſit ⁊ rex om/
niũ monachorum neceſſarias.i. debitum
⁊ de canonica oratione atq; pſalmodia: q̃
in egypti monaſteriis die noctuq; tenet
libros quattuor: Inſtitutionum librũ.i.
De origine ⁊ qualitate ac remediis.ix. pn
cipalium vitiorũ libros octo ſingula ſin/
gulis explicans. Digeſſit ⁊ collationes cũ
partibus egyptiis habitas: videlicet d̓ de
ſtinatione monachi ac fide. De diſtrictio
ne. De tribus ad ſeruiẽdum deo vocatio/
nibus. De pugna carnis aduerſus ſpiritũ:
⁊ ſpiritus aduerſus carnẽ. De natura om
nium vitiorum. De nece ſanctorum. De
nobilitate anime. De pricipibus. De qua/
litate orationis. De perfectis. De caſtita/
te. De protectione dei. De ſcientia ſpiri/
tuali. De diuinis chariſmatibus. De ami/
citia. De diffiniendo vel non diffiniendo.
De tribus antiquis generibus monacho
rum: ⁊ quarto nuper exorto. De fide ce/
nobite ⁊ eremite. De ſatiſfactione penitẽ
tie. De remiſſiõe quinquageſime. De no/
cturnis illuſionibus. De eo quod dicit a/
poſtolus. Non enim quod volo facio bo/
num: ſed quod nolo malum hoc ago. De
mortificatione; ad extremum rogatus a
leone archidiacono poſtmodũ romano
epiſcopo: aduerſus neſtorium de incarna
tione domini.vii.cõdidit libros in quib⁹
apud maſſiliam ſcribendi: et vite termi/
num dedit. Imperantibus theodoſio et
valentiniano.

¶ De ſcã Radegunde regina. C.LXI.

Radegundis regina nitigo/
rũ nobiliſſima clotharii re
gis francorum vxor: claruit
anno.xxx. iuſtini imperato
ris: vt ait ſigibert⁹. Hec na
tione barbara patre rege berengario no/
mine progenita: dum regio ſua a francis
eſſet depopulata: de patria ſua in galliam
in predam abducta: veniens in ſortem
clotharii ob nimiã ſpecioſitatẽ ab eo in
coniugem ducta eſt. Que tamen deo po/
tius q̃ regi ſeruiebat ieiuniis: videlicet
elemoſynis et orationibus vacans carnẽ
cilicio domans: deſuper regalibus indue
batur. Adhuc in palatio regis conſiſtẽs:
dum in priuina villa per pomerium am/
bularet: ⁊ audiſſet voces compeditorum
eius miſericordiam implorantium: pro
ipſis in orationem ſe dedit: et contritis
compedibus illico omnes abſoluit. Dum
autem frater regis in bello occiſus eſſet:
ille ex hoc motus vxori dudum poſtula/
tam ⁊ optatam petitionem conceſſit: q̃
ſcilicet deo libere ſeruire poſſet. Que ve/
niens ad ſanctum medardũ nouiomeñ.
epiſcopum: ab eo conſecratur in chriſti
ſponſam: ⁊ pictauis monaſterio conſtru/
cto: ordinante rege clothario ibidem ſe
incluſit: omnibus ſuis pauperibus tradi/
tis: multiſq; in ibi ſororibus cõgregatis:
earum abbatiſſa facta cum eiſdem ancil/
lis chriſti in ſanctitate vite pollens ſolis
diuinis inſiſtebat: pauperes quotidie re/
creans: ⁊ carnẽ penitentia dira caſtigãs.
Multis quoq; miraculis claruit. ¶ Nã
mulierem a diabolo obſeſſam ſolo impe/
rio in chri noie liberauit: qui cũ fluxu ven
tris ea in eccleſie pauimẽto diſtẽta egreſ/
ſus eſt. ¶ Arborẽ lauri de aliq̃ loco euul/
ſam ⁊ in horto ſuo pro ſolatio trãſplãtatã:
dum arruiſſet: omnino ad vitã ⁊ viridita/
tem reuocauit. ¶ Infantulã vnã ex mo/
nachabus nuper defunctã in cellula ſua
recluſam dudum ſuper corpus orãs cum
lachrymis a mortuis ſuſcitauit. ¶ Cũ im
perator iuſtinus eidem per nuncios ſuos
partem ligni crucis dominice auro conte
ctã deſtinaſſet: illiq; redeũtes i mari nau
fragium paterentur: ſanctã inuocãtes regi

nam: columbã tertio circa nauem volan-
tem conſpiciunt. Cuit dux vnus ex cauda
tres pẽnas auelleret: ⁊ in mare miſiſſet:
trãquillitas mox ſubſecuta eſt. ¶ Tribu
nus quidam nomine domebenus guttu-
ris prefocationem patiẽs: die quo ſancta
migrauit a carne: videt in extaſi reginam
radegundem ad ſe venientem ⁊ eadẽ ho
ra ſe de corpore exiſſe nunciantem: eũq̃
admonentem: vt eccleſiam ſancti marti-
ni in loco ſibi oſtenſo edificet: ⁊ detẽtos
relaxet: ⁊ ſic ſanitatẽ recipiet. Qui poſtq̃
hec promiſit ad ſe rediit: ſeque ſanatum
reperiens: diem horamq̃ notauit: ⁊ inue
nit ſanctam a ſeculo tunc migraſſe: Un-
de mox dimiſſis. lxxiii. detentis in vincu-
lis eccleſiã ſancti martini in loco vbi nũc
eſt de proprio edificauit. Quieuit in pace
ſancta radegundis idibus auguſti in ſuo
cenobio pictauis tumulata.

¶ De ſancto Helia ꝓpheta. Cap. LXII.



Helias pro
phe
ta, de galaad originez
trahens: cuius tamen
nomen patris in ſcri-
ptura non habet: non
ſolum eccleſiaſtici. xl-
viii. cap. inter patres
antiqui temporis glo
rioſus cõmendatur ſed etiam ab ipſo ſal
uatore in aliqua euangelii parte magnifi
catur. Qui tempore achab regis iſrael et
iorã filii eius in iſrael claruit: nõ ſolum in
ſignis ꝓphetie gratia: ſed etiam excellen
ti miraculorũ gloria: que a. xvii. cap. iii. li-
bri regum vſq; ad ſecundũ quarti cõme-
morantur. ¶ Cum enim achab rex iſrael
ad inſtantiam impie coniugis iezabelis
omnẽ iſrael a deo preuaricare ⁊ baal ado
rare feciſſet: ad preces helie prophete in
vltionem tanti ſceleris: dominus clauſit
celũ: nec dedit pluuiaz ſuper terrã annis
tribus ⁊ mẽſibus ſex: Propter qđ fames
⁊ ſterilitas magna fuit per vniuerſum re
gnũ iſrael. Helias autem ex precepto do
mini latuit in torrente charit iuxta iorda-
nẽ: vbi corui deferebãt ei panes ⁊ carnes
mane ⁊ veſpere ⁊ bibebat de torrẽte do-
nec ſiccaret. Poſtea vero veniẽs in ſare-
ptã ſidonioꝝ que eſt inter tyrum ⁊ ſidonẽ
vrbs modica: vidit mulierẽ viduã colligẽ
tem ligna. Ad quam cũ petiſſet modicuz
aque ad bibẽdum: ⁊ illa pergeret vt affer
ret: petiit ⁊ bucellam panis ad edenduz.
Cumq̃ illa diceret ſe non habere niſi mo
dicum farine in hydria quantũ eſt pugil-
lus ⁊ parum olei in lecytho. Iuſſit helias
ſibi fieri ſubcineritium panẽ de ipſa fari-
na: promittẽs per nomẽ dñi: quia nec fari
na nec oleum deficerent vſq; ad tempus
fertilitatis. Et ſicut ipſe predixerat ſic fa-
ctum eſt. ¶ Deinde cum filius vidue ip-
ſius apud quã helias cõmanebat defun-
ctus eſſet. Helias puerum mortuum ſu-
per lectulum ſuum poſuit: ⁊ oratione fa-
cta eum a mortuis ſuſcitauit. Hũc tradũt
hebrei fuiſſe ionam prophetam: ſicut di-
ctum eſt ſupra in geſtis ione prophete. vi.
calendas februarii. Tunc iezabel regina
omnes prophetas domini quos inueni-
re potuit occidi mandauit. Abdias vero
procurator domus achab abſcõdit in ſpe
lũca. 100. viros prophetas: ⁊ pauit eos pa
ne ⁊ aqua: propter quod poſtmodum ſpi-
ritu prophetico dotatꝰ eſt. De quo ſupra
actum eſt in geſtis eius. ix. calẽd. ianua
rii. ¶ Poſt tres annos ⁊ dimidium ſteri-
litatis ⁊ famis helias propheta: qui vſq;
tunc latuerat: achab regi iſrael ſe oſtẽdit:
dum ipſe rex propter ſterilitatem quere
ret pabula equis ſuis: ⁊ non inueniret: in-
crepauitq; eum propheta: ꝙ dominum
reliquiſſet: ⁊ deos gentium ſequeretur: ⁊
coleret: Deinde hortatu eius ad imperiũ
regis congregatis multitudine populi et
octingentis ⁊ q̃nquaginta prophetis baal
in monte carmeli: Helias ad populũ ait:


ne in duas partes claudicarẽt sed aut dominum deum patrum suorum: aut baal sequerentur: deditqꝫ eis optionem talẽ: vt duo boues educerẽtur: quorum vnus daretur prophetis baal: ⁊ alius sibi soli: ⁊ vnaqueqꝫ pars bouem suum in frusta cõcisũ super ligna poneretur. igne non supposito: ⁊ inuocaret deum suum: ⁊ qui exaudiret igne dato de sublimi: ipse esset verus deus. Placuitqꝫ propositio populo. Cũqꝫ sacerdotes baal fecissent: quod dixerat helias inuocantes baal a mane vsqꝫ ad meridiem transiliebant altare. quod fecerant: ⁊ incidebant se iuxta ritum ipsorum lanceolis: vt sanguine perfunderentur. Demones enim plurimum delectantur perfusione sanguinis humani. Tunc helias presente populo altare ipsorũ destruxit: ⁊ nouo in honorẽ domini constructo ligna ⁊ frusta bouis supposuit: ⁊ aquã abundanter desuper iactare fecit: donec aqueductus impleretur: ne putarent arte magica ipsum de visceribus terre ignẽ suscitasse. Factaqꝫ oratione ignis de celo descendit: qui holocaustum ligna ⁊ lapides ac puluerem: etiam ipsam aquam cõsumpsit. Quo viso miraculo populus conuersus est: ⁊ iussu helie omnes prophetas baal occidit iuxta torrentem cison. ¶ Deinde dixit achab: vt comederet: ⁊ festinãter descenderet: ne ipsum pluuia superuẽtura occuparet. quo comedente helias inclinato capite orauit: ⁊ misso puero septies ad videndum contra mare: septima vice vidit nubeculam ascendentẽ: que vsqꝫ tunc non apparuerat. Festinãteqꝫ achab domum: facta est pluuia grandis: ⁊ omnẽ terram irrigauit. Jezabel autem audito quod helias fecerat de ꝓphetis baal querebat: vt occideret eum: qui timens fugit in bersabee iuda: ⁊ dimisit ibi puerum suum: ⁊ perrexit in desertũ via vnius diei. Sedensqꝫ subter iuniperum: petiuit anime sue: vt moreretur. Postmodum vero dormitauit: ⁊ excitatꝰ ab angelo ⁊ confortatus: atqꝫ pane celico ei delato refectus ambulauit in fortitudie cibi illius. xl. diebus: vsqꝫ ad montem dei oreb: vbi preceptum accepit a deo de vngendo azael regem super syriam in damascum: ⁊ iehu filium namsi regem super israel: ⁊ heliseũ filium saphat de abella in prophetam pro se: vt isti tres interficerẽt idolatras israel. Que omnia helias adimpleuit iuxta mãdatum domini. ¶ Mortuo vero achab rege israel: regnauit pro eo filiꝰ eius ochozias. Qui ambulauit in vijs malis patris sui ⁊ matris sue impie iezabelis: propter quod deus puniuit eũ: vt cadens de cancello cenaculi sui ad mortẽ egrotaret in samaria ciuitate. Misitqꝫ nuncios ad cõsulendum beelzabub deum acharob: an liberari posset de infirmitate sua. Quibus ex precepto dei occurrens helias: eos redarguit: dicens ꝙ ochozias de ipsa egritudine moreretur. Cumqꝫ redissent nuncij ad regem: ⁊ ei verba narrassent: quesito ab eis de habitu viri: intellexit ipsum esse heliam: Misitque ad eum principem quinquagenarium ⁊ quinquaginta: qui erant sub eo: vt vocarent heliam vel inuitum traherent. Et ad mandatum helie descendit ignis de celo: et deuorauit eos. Rex quoqꝫ misit alium quinquagenarium ⁊ suos quinquaginta: qui similia passi sunt. Destinatus vero tertius: qui abdias fuisse dicitur: curuauit genua contra heliam: ⁊ eius misericordiã implorauit. Et propheta domini cum eo iubente angelo de monte descendit: ⁊ ingressus ad ochoziam ipsum de idolatria redarguit: mortemqꝫ ei imminere prophetauit: qui ⁊ mortuus est iuxta verbũ helie. Pro quo ioram frater eius regnauit: eo ꝙ ochozias filium non haberet. ¶ Anno vero primo ioram regis israel: cum helie reuelatum esset: ꝙ deus ipsũ tollere vellet: iuerunt helias et heliseus de galgalis in be-

hel: ⁊ deinde in hiericho: ac demum de/ uenerunt ad iordanem ſequentibus eos quinquaginta ex filiis prophetarum: qui diuino ſpiritu raptum helie prenouerant. Tunc helias ſtans ſuper ripam iordanis: tullit pallium ſuuꝫ: ⁊ percuſſit aquas: que diuiſe ſunt in duas partes: ⁊ tranſierunt ambo per ſiccum: helias videlicet ⁊ heli/ ſeus. Dixitqꝫ helias ad heliſeum: vt pete ret quod vellet ab eo: anteq̃ꝫ ab ipſo tol/ leretur. Qui petijt: vt duplex ſpiritus eius in eo requieſceret .ſ. ad prophetādū ⁊ mi racula faciendum. Cūqꝫ pergentes ad in uicem loquerentur. helias curru igneo ⁊ equis igneis raptus eſt ab heliſeo ⁊ ꝑ tur binem in celum: hoc eſt in ſuperiora aeris aſcendit: tranſlatuſqꝫ eſt in paradiſuꝫ ter/ reſtrem vt creditur: Ubi cum enoch cor/ poraliter viuit rediturí in fine ſeculi: ⁊ cō tra antichriſtum conflictū habituri: quos ipſe demum occidet: ſed eos dominus ſu ſcitabit: vt habetur apocalyp. xi. Leuauit autem heliſeus pallium helie: quod ceci/ derat ei: ⁊ percuſſis aquis iordanis ſecū/ da vice diuiſe ſunt: ⁊ trāſiuit heliſeus per ſiccum ad aliam ripam vbi erant filij pro phetarum: qui viſo miraculo diuiſionis aquarum intellexerunt ſpiritum helie in heliſeo quieuiſſe. Celebratur autem dies raptus helie ꝓphete ab hebreis decimo nono calēdas ſeptembris: quo die tradūt eum in paradiſuꝫ fuiſſe tranſlatum. Hec ex libris tertio ⁊ quarto regum: capitulis quibus ſupra: ex dictis ioſephi: ⁊ hiero/ nymi: et ex hiſtoria ſcholaſtica: atque ex chronica guilelmi.

¶ De ſcō Euſebio pſbo. Ca. LXIII

Euſebius preſbyter rome claruit tempore conſtan tij auguſti: ⁊ liberij pape hereticorum. Qui vir ca tholicus ⁊ doctrina pre clarus: cuꝫ fidem catho licam conſtanter defenſaret: et conſtan tium auguſtum atqꝫ liberium vrbis ro/ me epiſcopum hereticos predicaret: eo ꝙ arriane fidei conſenſiſſent. Ab eodem conſtantio rogatu liberij detentus eſt: et in quodam cubiculo domus ſue incluſus habēte in latitudine pedes .iiij. ⁊ ibi mul tis menſibus in oratiōe perſeuerauit. In cluſus tamen adhuc poſt menſes .vij. dor mitionem accepit .xix. calēdas ſeptēbris Cuius corpus gregorius ⁊ oroſius preſ/ byteri ſepelierūt via apia in cimiterio ca/ lixti: iuxta corpus beati ſixti pape ⁊ mar/ tyris in crypta. Quod audiens conſtanti/ us auguſtus gregorium preſ byterum ce pit: ⁊ viuum in eadeꝫ crypta ſepeliuit: vbi poſt dies tres in pace quieuit.

¶ De .ſ. Euſebio epō emeſſeno. LXIIII.



Euſebiꝰ epiſcopus emeſſenus tēpore conſtantij im/ peratoris claruit: qui vir elegantis rhetori/ ciqꝫ ingenij innume/ rabiles compoſuit li/ bros magis ſecutus hi ſtoriā ⁊ quā ad plauſum pertinent ab his qui declamare volunt maxime leguntur. Quorum ꝓcipui ſunt aduerſus iudeos et gētiles atqꝫ nouatianos. Ad galatas q̃qꝫ ſcripſit libros .x. Et in euangeliis homeli/ as plurimas breues. Quieuit autē in xpō apud antiochiaꝫ. Ibidē ſepultus in pace. Hec hieronymꝰ libro de viris illuſtribus.

¶ De ſcō Euſebio abbate. Cap. LXV.

Euſebius abbas diſcipulus beati hieronymi fuit. Hic natione cremonenſis no/ bili proſapia ortus: cuꝫ ad terram ſanctam viſitandā perrexiſſet beatum hiero/ nymum ibidem repperit qui apud beth/ leem paruum monachorum conſtruxerat de nouo cenobium. Cuius ſapiētia ⁊ mo/

ribus accenſus relicto ſeculo ei adheſit: ⁊
monachus factus in ſancte conuerſatiõis
ordine vitam laudabilem duxit. Quem ⁊
hieronymus decedens eidem congrega/
tioni in abbatẽ prefecit: ⁊ eidem biblio/
thecam ſuam cõmendauit. ¶ Cum poſt
obitum beati hieronymi grecorũ quedã
hereſis pullulaſſet: aſſerẽs ꝙ anime bea/
torum vſq; ad corporũ reſumptionẽ eter
nam: non percipiũt gloriam: nec anime
damnatorũ ſentiunt gehẽne penam: mul
tiſq; fidelibus tali errore inuolutis cũ ta
lis opinio in partibꝰ hieroſolymitanis re/
ſonaſſet: per cyrillũ epiſcopũ hieroſolymi
tanũ idictũ ẽ triduanũ ieiuniũ cũ aſſidua
oratione cunctis fidelibus: vt deus ſue fi
dei catholice ſubueniret. Expletis autẽ
tribus diebꝰ nocte ꝓcedẽte apparuit bea/
tus hieronymus. Euſebio in oratione cũ
lachrymis cõſtituto dicens: ꝙ deus fide/
les ſuos reſpexerat: ⁊ ꝙ interuẽtu ipſius
eccleſie ſue ſubuenire ꝺcreuerat. Mãda/
uit ġ vt triũ iuuenũ in ipa nocte ĩ bethleẽ
defunctorum corpora ante foſſam in que
corpus ipſiꝰ doctoris qeſcebat deferri fa/
ceret: que ſacco cilicino quo viuus indue
batur tangeret: qui continuo reſurgerẽt:
⁊ predictã hereſim vti teſtes veridici cõ
futarent. Qui iterum poſt dies. xx. in chri
ſto quieſcerẽt: cum quibus ⁊ ipſe euſebiꝰ
migrare deberet. Mane autẽ facto: cyril/
lo epiſcopo viſo per euſebiũ narrat̃: om
niſq; clerus ⁊ populus in eccleſia bethleẽ
congregatur: triũ iuuenum ipſa nocte de
functorum cadauera ad tumbã hierony/
mi deferuntur: ⁊ per euſebium ipſius ſac
co cilicino tangunt̃. Mox quoq; iuuenes
quaſi de ſomno euigilantes ſurrexerunt:
⁊ que viderant in alio ſeculo in gloria et
in gehẽna cunctis populis narrauerunt:
⁊ ſic grecorum hereſim confuderũt: Per
triduum vero ante dies illos. xx. quibus
hieronymus predixerat: euſebius egrota
re cepit ⁊ per dies. iij. febre correptus ec/
cleſiaſticis ſacramentis cõmunitus appa
rente ſibi beato hieronymo ⁊ ipſuz ad ce/
leſtia vocante in domino feliciter pauſa/
uit. Eademq; hora prefati tres iuuenes
iterum a corpore migrauerunt. Corpus
autem euſebij iuxta corpus hieronymi ſe
pultũ fuit. In cuius ſepultura monachus
qui lumen oculorum dudũ amiſerat ca/
dauer deoſculatus viſum recepit.

¶ De aſſumptõe btẽ ỽgis marie. LXVI



Aſſũptio glorio/
ſe virginis
marie in a/
nima facta
eſt. xviij. ca
len. ſeptem
bris vt ſctã
tradit eccle
ſia. In ani/
ma dixi qa
ipa ⁊ in cor
pore aſſumpta eſt: vt infra pluribus ratio
nibus comprobatur. Aſſumptio autẽ ip
ſius facta in corpore. ſcđm ꝙ in eius hi/
ſtoria infraſcripta traditur: facta eſt tertio
die poſt eius diſſolutionẽ anime a corpo/
re quo videlicet die anima corpori eiꝰ re/
unita: ⁊ ipſa corporaliter eſt aſſumpta. ſ.
xv. calen. ſeptembris. In viſione autem
ſancte eliſabeth de ſconangia habetur: ꝙ
beata virgo. xl. die ab obitu eius fuerit in
corpore aſſumpta: videlicet. ix. calendas.
octobris: ſicut eidem ſancte fuit diuinitꝰ
reuelatum. Sed quicquid veritatis ſit de
corporali aſſumptione: planũ eſt quod te
net eccleſia de anime ſue glorificatione.
Qualiter autem ipſa aſſumptio facta ſit:
ex quodam libello licet apocripho: qui io
anni euangeliſte aſcribitur edocet̃. ¶ A/
poſtolis namq; predicatiõis gratia diuer
ſas mundi partes ſubeũtibus: virgo bea/
ta in domo iuxta montem ſion poſita di/
citur

citur remāſiſſe: omniaq̄ȝ loca filij ſui. ſ. na/
tiuitatis: baptiſmi: paſſionis: ſepulture: re
ſurrectionis: ⁊ aſcenſionis quoadiuixit: de/
uotione ſeduta viſitabat. Et ſm ꝙ ait epi/
phanius. xxiiij. annis poſt aſcenſionē xp̄i
ſupuixit. Refert enim ꝙ beata virgo an/
noꝝ. xiiij. xp̄m concepit: ⁊ in. xv. peperit: ⁊
cum eo māſit annis. xxxiij. ⁊ ſm hoc obijt
annoꝝ. lxxij. Alijs ꝓbabilius videt̃: vt. xij.
annis filio ſupuixerit: ⁊ ſic ſexagenaria ſit
aſſumpta: cū apoſtoli totidem annis in iu/
dea ⁊ circa partes ipſas predicauerint: ſi/
cut eccleſiaſtica hiſtoria tradit. In viſiōe
aūt predicte eliſabeth aſſerit̃: ꝙ virgo ma
ria poſt chriſti aſcenſionē anno integro ſu
peruixit: ⁊ tot diebus vltra annum: quot
ſunt ab aſcenſione chriſti vſq̄ȝ ad aſſum/
ptionem virginis: Et hoc verius iudicat̃
ex eo ꝙ dicit dionyſius: oēs apoſtolos dor
mitioni virginis interfuiſſe: quod eē non
potuiſſet: ſi ipſa poſt aſcenſionē vlteri⁹ vi/
xiſſet. Cum iacobus apoſtolus filius zebe
dei paſſus fuerit ad litterā biēnio poſt dn̄i
paſſionē. ¶ Cum igit̃ die quadā cor virgi
nis in filij deſideriū vehementer eēt accē
ſum: ita vt in lachrymas prorumperet abū
danter gabriel angelus eidem cū lumine
aſtitit: eāq̄ȝ reuerēter ſalutauit: ac eidē ex
parte eius filij dixit: ꝙ poſt triduū eſſet a
carne migratura: ⁊ cū chriſto ꝑpetuo regna/
tura. Ramū quoq̄ȝ palme eidē de paradi
ſo allatū pn̄tauit: quē ante eius pheretruȝ
portari mādauit. Uirgo aūt de nūcio leta
deo grās egit: ⁊ duas petitōes ab āgelo po
ſtulauit. ¶ Primo vt filij eius ⁊ frēs oēs
apoſtoli ad ipſam pariter cōgregarent̃: q̇/
bus pn̄tibus ſpūm deo redderet: q̇q̄ȝ ſibi
ſepulture officiū exhiberent. ¶ Secundo
vt cum ſpūm emitteret: malignū ſathanā
non videret. Angelus aūt cōfeſtiȝ ei opta/
ta ꝓmiſit: quia ⁊ ille qui abacuch ꝓphe
tam de iudea in babylonē in impetu ſpi
ritus ſui attulit: ipſe ad eam in momento
omnes apoſtolos congregabit: malignuȝ
quoqȝ ſpiritum ei in tranſitu non viſura
repromiſit: ⁊ continuo ab ea diſceſſit. Pal
ma autem illa in ſtipite viridis erat: ſȝ in
folijs vt ſtella fulgebat. ¶ Cum aūt ioan/
nes in epheſo predicaret: ecce poſt toni/
truū nubes eum rapuit: ⁊ ipſum repente
ante marie ianuam collocauit. Quem in/
gredientez ad ſe maria obſtupuit: ⁊ pre gau
dio lachrymas cōtinere nequiuit. Dixitqȝ
ei qualiter fuiſſet a domino euocata: vt de
bitum humane ꝯditionis exolueret: idqȝ
ipſuȝ chriſtus ad ſe venire feciſſet: cui cor/
pus ſuum tumulanduȝ cōmendauit: atq̄ȝ
palmaȝ ante pheretruȝ deferendaȝ man/
dauit. Cum auteȝ Ioannes alios coapo/
ſtolos ibidem preſentes optaret: ecce om
nes ipſi de locis vbi predicabant: in nubi
bus rapiuntur: ⁊ ante marie hoſtium ſu/
bito congregantur: Qui cum ſe ibidem
tranſlatos admirarentur: ⁊ cauſaȝ adinui/
cem ſciſcitarentur: ioannes ad eos exijt:
⁊ dominaȝ migraturam predixit: admo/
nens: ne cum obierit: aliquis defleat: ne
forte eis imputari poſſet: ꝙ ipſi qui reſur/
rectionem predicant: mortem timeant.
Cumq̄ȝ beata virgo omnes apoſtolos cō/
gregatos vidiſſet: dominū benedixit: ⁊ in
coruȝ medio luminaribus accenſis conſe
dit: ſicq̄ȝ vſq̄ȝ ad diem tertiuȝ perſeuera/
uit. ¶ Circa vero horam noctis tertiam
ieſus aduenit cum omniū angeloꝝ ⁊ ſan
ctorum agminibus: ⁊ ante thorū virginis
acies ordinantur: ⁊ dulcia cantica vſq̄ȝ ad
noctis mediuȝ frequētantur. Tunc ieſus
eam his vt ad ſe veniret: dulciter aduoca
uit: ipſaq̄ȝ ſpiritum ei reddere ſe paratam
eſſe letanter reſpondit. Omneſq̄ȝ qui cuȝ
ieſu venerant: dulcia canticoꝝ cantica ſol/
uebant. Sicq̄ȝ marie anima de corpore
exijt: ⁊ in vlnas filij aduolauit. Fuitq̄ȝ taȝ
a dolore mortis extranea: ſicut a corru/
ptione carnis fuerat aliena. Dominus au
tem mandauit apoſtolis: vt corpus ma/
tris ſue in vallem ioſaphat tollerent: ⁊ in

monumento nouo ibidez reperto ponerent: ipſumq triduo ibidez donec ad eos reuerteretur expectarent. Statim autem circūdarunt eam flores roſarum roſei. ſ. cetus martyrum: ⁊ lilia conuallium agmina: videlicet angelorū confeſſorū ⁊ virginum. Ad conceſſum quoq aſcendentiū: cetus qui remanſerant concite obuiam proceſſerunt: videnteſq regem regū ſemine animam in vlnis proprijs baiulantem: illamq ſuper eum innixam: que iſta eſſet interrogant admirantes ipſamq matrem domini ad reginam celoꝝ reſpondent eā comitantes. Sicq in celum gaudens ſuſcipitur: ⁊ a dextris filij in throno collocatur. Apoſtoli autem eius animā tanti candoris eſſe viderunt: vt nulla mortaliū lingua poſſet effari. Tres autē virgines: que ibi erant: cum corpus lauandum ſpoliaſſent: tanta corpus eius claritate ſplēduit: vt tanti quidem ad lauandū poſſet: ſed minime videri: que tñ diu lux reſplenduit: donec corpus lotum fuit. ¶ Corpore ergo in pheretro poſito pia contentio inter apoſtolos oritur: quis eoꝝ palmā ante loculum portare debeat. Defert ioānes petro ꝓpter apoſtolicam dignitatem: petrus vero ioanni propter illibatam virginitatem. Tandem omniū apoſtoloꝝ ſententia ioāni palma traditur deferenda. Petrus autem ⁊ paulus pheretrum eleuare ceperūt: ⁊ ceteri apoſtoli circa ipſum ſe poſuerunt. Incepit petrus canere: Exiit iſrael ð egypto: ⁊ reliqui pſalmum dulciter ꝓſequuntur. Dominus quoq pheretrū ⁊ apoſtolos nube contexit: ita vt audiri quidē poſſent: ſed minime cerni. Affuerunt ⁊ angeli cum apoſtolis cōcinentes. Ad melodiā autem tota ciuitas excitatur: ⁊ quidnam hoc ſit omnibus declaratur. Judei ad arma concurrunt: vt corpus rapiant idq odioſe comburant. Tunc princeps ſacerdotum cum impetu manus ad loculum miſit: vt ipſum euerteret: ⁊ corpus ad terram deduceret: cuius manus ſubito aruerunt ⁊ lectulo pendentes adheſerūt. Reliquus vero populus ab angelo cecitate percuſſus eſt. Cum autem princeps ſacerdotum petri auxilium inuocaret: Petrus ei reſpondit ꝙ. ſi mariam dei eſſe genitricem confiteretur: eius ſuffragium poſtulans continuo ſanaretur. Qui cum ſe credere reſpondiſſet: manus eius a pheretro ſolute ſunt: ſed tamen in eis ariditas permanſit donec corpus deoſculans integrā ſanitatem recepit. Tunc de petri conſilio palmam princeps ille accepit: ⁊ ſingulos de populo tetigit: ⁊ quicunq in virginem credidit viſum recuperauit: qui autem credere noluit cecus permanſit. Corpus igitur marie apoſtoli in monumento ſtatuto condiderunt: ⁊ iuxta illud triduo conſederunt. ¶ Tertia vero die dominus cum angelorum multitudine venit: ⁊ apoſtolos ſalutans pacem eis nūciauit. Deinde eos interrogauit: quid eis videretur honoris ſue genitrici cōferendum. Illi vero reſpōderunt: vt ſicut ille deuicta morte regnabat: ſic ⁊ matris corpuſculum ſuſcitaret: ⁊ ad ſui dexteram collocaret. Quo annuente michael archangelus marie animā cōtinuo preſentauit: eamq dominus illico corpori reuniuit. Statimq corpus de tumulo prodiit glorioſum: ⁊ a chriſto aſſumitur ad ethereum thalamum comitante ſecum multitudine angelorum. Quod autem dicitur de thoma ꝙ abfuit: ⁊ reſurrectionem virginis credere noluit: zonāq ipſius ex aere delapſam recepit: deluſorium ⁊ friuolum reputatur. Hec omnia in libello predicto licet apocripho. ¶ Et notandum ꝙ quāuis hieronymus in ſermone huius feſti ad paulam ⁊ euſtochium aſſerere non audeat: virginem corporaliter aſſumptam: dicens: tutius eſſe pie dubitare ꝙ͂ aliquid temere diffinire: eccleſia tamen hoc indubitanter tenere videtur: ⁊ pluribus rationibus comprobatur.

¶ Prima quarum ſumitur ex parte iuſtitie dei. Deus enim iudex eſt iuſtus librās merita ſingulorum: ⁊ vnicuiqꝫ ad condignum retribuens premia meritorum. Jccirco ad reſurrectionem corporum futuram ordinauit: vt ſicut anima cum corpore meruit vel deliquit: ſic cum corpore percipiat gaudia vel ſubſtineat tormēta. Jllud ergo quod plus meruit plus debet habere de premio. Quomodo ergo corpus virginis quod cunctis aliis plus meruit chriſtū ex ſe generando: plus aliis premiatur: ſi cum aliis corruptum incinератur? Nō ne dei iuſtitia deperit: que corpus virginis cum aliis ſanctorum corporibus vltimam reſurrectionem expectare facit? Et hec ratiōe eſt damaſceni. ¶ Secunda ratio ſumitur ex parte doni in hac vita: ſcilicet in chriſti natiuitate recepti. Nam cum conceditur maius debet concedi ⁊ minus maxime vbi reſpiciunt eūdem finem: ſicut cui conceditur regnum faciliter conceditur nobile veſtimentuꝫ. Sed maius eſt ſine corruptiōe carnis parere quod virgini eſt collatum: quod eſt omnino excedens naturam ⁊ arteꝫ: ꝙ carere corporis corruptione quod pōt fieri per artem. ¶ Tertia ſumitur ex obligatione percepti. Cum enim lector legit ꝙ nō debet facere contra legis perceptum: cōueniens eſt ꝙ filius dei: qui legeꝫ dedit: non faciat contra ſue legis mandatū. Sꝫ credendum eſt ꝙ implere voluit preceptuꝫ quod dedit de honore materno: ſed hoc non impleſſet niſi corpus integrum ſeruaſſet. Nam ſecundum Auguſtinū putredo ⁊ vermis opprobrium eſt humane conditionis. Qui autem in aliquo ſubſtinet opprobrium non honoratur. ¶ Quarta ſumitur ex conformitate virgis ad corpus chriſti. Nam idem locus debeť parti ⁊ toti niſi violenter alterum horum impediatur: quia ſecundum philoſophum. Jdem ē locus totius terre ⁊ glebe: totius ignis ⁊ ſcintille. Sed corpus chriſti ſumptum eſt de corpore matris ſue: ergo vtriꝙ idem locus debetur. Corpus autem virginis nulla violentia impediri poteſt: quia ibi eſt vbi corpus filii eſt. Et hec predicte tres rationes ſunt auguſtini. ¶ Quinta ſumitur per locum a ſimili: quia de ſimilibus idem eſt iudicium: ſed deus triū puerorum corpora inter flammas ſeruauit illeſa. Jonam viuum ſeruauit in ventre ceti: Danielem in rabida fame leonū ſeruauit incolumen: cur ergo corpus matris non ſeruabit incorruptum. Et hec ratio eſt anſelmi. ¶ Sexta ſumitur per locum a minori: quia ſi de quo minus videtur ineſſe ⁊ ineſt: ⁊ de quo magis. Sed minor ratio eſt ꝙ corpora ſanctorum qui cum chriſto ſurrexerunt ſine glorificata: ⁊ in eis perfecta reſurrectio ſit completa: ꝙ ꝙ corpus glorioſe virginis ſit ad celos aſſumptum. Et tamen in illis perfecta reſurrectio completa eſt: vt ſupra probatuꝫ eſt in hiſtoria reſurrectionis domini ſexto calendas aprilis: ergo multo fortius hoc concludendum eſt de reſurrectione virginis. Et hec ratio ſumitur ex dictis hieronymi in ſermone predicto. ¶ Septima ⁊ vltima ratio ſumitur ex euidentia facti: quam rationem Bernardus aſſignat dicens. Quoniam ſanctorum corpora deus precioſa ſublimauit: vt puta petri pauli ⁊ iacobi: tamqꝫ glorioſe venerabilia reddidit: vt ⁊ ipſis deputetur locus eorum venerationi congruus: ⁊ ad ea mūdus properet vniuerſus. Si igitur marie corpus ſuper terram eſſe dicatur: cuꝫ nec deuotā frequentetur viſitatione fideliuꝫ: nec eidem locus deputetur honoris: nimis videbitur chriſtus honorem materni corporis contempſiſſe: cum tamen ſuper terram aliorum ſanctorum corpora ſic honoret. Unde ⁊ egregius quidā verſificator ait. Scādit ad ethera: virgo puerpera virgula ieſſe: non ſine corpore ſed ſine tēpo-

re tendit ad eſſe. ¶ De veſtimētis enim ⁊ capillis virginis ⁊ de lacte ipſius in pluribus locis oſtēditur: de mēbris autē corporis vel minima particula necubi reperitur: nec ꝙ alicubi habeatur ab aliquo vnꝙ̄ aſſeritur.

¶ De ſancto Tharſitio mar. Ca. LXVII



Tharſiti⁹ acolythus ⁊ martyr rome paſſus ē ſub perſecutione valeriani ⁊ galieni iperatoꝝ. Qui cũ corporis chriſti ſacramenta portaret: tenētes eũ pagani diſcutere ceperunt: vt q̄d gereret idicaret. At ille indignũ iudicans porcis ꝑdere margaritas: nequaꝙ̄ voluit detegere ſacroſācta myſteria. Quem fuſtib⁹ ac lapidibus tam diu mactauerũt: quouſꝙ̄ ſpũz exhalaret. Reuolutoꝙ̄ eius exanimi corpori ſacrilegi diſcuſſores: nihil in manib⁹ eius: aut veſtibus ſacramentorũ chriſti inuenire potuerũt. Sed relicto corpore cũ terrore fugerunt. Quod a chriſtianis ſublatũ: ⁊ via apia in cimiterio calixti ſepultũ eſt. xviij. calen. ſeptembris.

¶ De ſcō Urſatio cōfeſſore. C. LXVIII.

Urſatius cōfeſſor claruit in niceia bithynie ciuitate. Hic eni genere perſa: primum ſub rege licinio ꝯfeſſor effectus: deinde ſolitariā vitam in turri ciuitatis ipſi⁹ agebat incluſus. Qui iter cetera ſigna: cum obſeſſus a diabolo gladio arrepto per vrbē diſcurreret: cũctis fugientibus eidem ſolus occurit: ipſũꝙ̄ a demonio liberauit. ¶ Draconē etiaz ante nicomediā ciuitatē exiſtentez: ſoloꝙ̄ flatu homines perimētem oratione ſua de valle productũ leuiꝙ̄ baculo capite percuſſuz extinxit. ¶ Hic etiā niceam ciuitatē terremotu diruēdam longe ante predixit. Duz aũt dies terremotus aduenisſet ad eccleſiam currens: ⁊ clericos admonēs: vt pro iminenti periculo deũ orarent: ab eis iriſus ad turriz rediit: proſtratuſꝙ̄ in oratione cũ lachrymis ſe dedit. Interea vero ſuperueniēte terremotu: pluribus oppreſſis reliquis per mōtana diſperſis: vrſatius in turri mortuus repertus eſt: pronus iacēs: ſicut orare ſolebat. Sermo tamen eſt: ꝙ deũ oraſſet: vt prius vitā finiret: ꝙ̄ videret excidiũ ciuitatis. Omnis autem vrbis ſtructura ex illo terremotu diruit: ſola turris in qua ſanctus orabat ꝑmanſit. Quieuit in pace. xvij. calen. ſeptembris.

¶ De. ſ. Arnulpho epō metē. cap. LXIX

Arnulphus epiſcop⁹ meteñ. vt ait petr⁹ damiani: pater pipini fuit: ⁊ au⁹ caroli magni imperatoris. Qui lothoringie ducatũ tenens: vxore ⁊ filiis ac ſeculo derelictis eremũ petiit: ⁊ ſolitariā vitam elegit. Ueniens aũt ad pontē fluminis moſelle: anulũ ſuuz in aqua demerſit tali cōditione: vt quandocũꝙ̄ ipſum reciperet: ſe a domino intelligeret peccatis omnib⁹ abſolutum: indeꝙ̄ in eremo mũdo mortu⁹ deo vixit. ¶ Defuncto aũt meteñ. epiſcopo in pontificem electus eſt. Dũꝙ̄ piſcis eidē ad edenduz fuiſſet oblatus exenterato piſce anul⁹ ei⁹ in ventre repertus ē: cum tamen per duas dietas a loco vbi anulum deiecerat: piſcis captus eēt. Intelligens autē ſanctus peccata ſua ſibi dimiſſa: nihilominus penitentie operib⁹ artius inſudauit: pauperibus large miniſtrauit: ⁊ multis miraculis claruit. Nā in diebus rogationũ ad proceſſionē tendens: demoniacum liberauit: leproſum quendā barbaruz in domo ſuſceptuz ad chriſtũ conuertit: quē baptizans ſpiritũ pariter ⁊ carne mũdauit. ¶ Ciuitatē ſuam incendio pene totā flagrantē:

dum oēs aufugerent: ipſe ſe igni obijciēs ſigno crucis edito flāmas compeſcuit: et vlterius procedere nō permiſit. Quo die per viſum quidam longe conſtitutus crucem igneam in aere conſpexit: audita voce q̄ tali ſigno meteñ. ciuitatis per arnulphum ab incendio fuerat liberata. ¶ Tādem vir domini famā populi fugiens eremū repetiit: ⁊ cum aliquibus monachis deo ſeruiuit: ſucceſſore ſibi georico ordinato. Ubi ⁊ poſt tempus modicum in pace quieuit. xvij. calē. ſeptembris ſucceſſor autem eius obitu ipſius cognito cum clero ⁊ populo locum adiit: ⁊ ſanctū corpus ad ſuam ciuitatem transferens in eccleſia apoſtolorum condidit: vbi ⁊ quieſcit ſignis effulgens.

¶ De ſcā Serena regina. Ca. LXX

SErena regina vxor quōdā diocletiani auguſti a ſācto cyriaco martyre cōuerſa ⁊ baptizata eſt: quia filiā ei⁹ artemiā a demonio liberauit: vt ſupra dictū ē in paſſione cyriaci. vj. idus auguſti. Que vidēs perſecutionem diram chriſtianoꝝ: quam vir eius exercebat: que per annos decem durauerat: ita vt infra dies. xxx. per diuerſas prouincias. xvij. milia martyrio coronarētur: ⁊ in phrygia ciuitas vna xp̄ianoꝝ vndiq̧ concluſa ne vllus euadere poſſet: igne cū omnibus cremata fuiſſet: videns quoq̧ ſuſannam neptem eius paſſam: et alia mala que fiebant: dolore cruciata ⁊ febre correpta in cōfeſſione domini migrauit ad xp̄m. xvij. calē. ſeptēbris. Sepulta a xp̄ianis iuxta corp⁹ ſuſanne in crypta.

¶ De ſcā Artemia vgi. ⁊ m̄. Ca. LXXI.

ARtemia virgo rome paſſa eſt ſub maximiāo filio diocletiani fratre ſuo; filia nāq̧ diocletiani fuit ⁊ ſerene auguſte. Que cum eſſet ab immundo ſpiritu obſeſſa a ſancto cyriaco martyre liberata ⁊ baptizata eſt: vt ſupra in paſſione dicti martyris actum eſt ſexto idus auguſti. Poſt mortem autē diocletiani: cum maximianus filius eius in iperiū ſublimatus eſſet: xp̄ianoſq̧ pſequeretur: cyriacū quidem cum eius ſociis diuerſis ſupplicijs martyrizauit. Artemiam vero ſororē ſuam gladio in xp̄i cōfeſſione necari fecit: que iuxta matrē ⁊ ↄſobrinam ſepulta ē: cuius: q2 dies paſſionis ignoraſ: paſſio eius recte matri ſubijcit.

¶ De ſctis Liberato abbate ⁊ ſociis martyribus. Cap. LXXI.

LIberatus abbas bonifaci⁹ diaconus: ſeruius: ⁊ ruſtic⁹ ſubdiaconi: rogatus: ſeptimus: ⁊ ſeuerus monachi: ⁊ maximus puer apud aphricam perſecutiōe vandalica ſub hunerico rege paſſi ſunt. Qui ex territorio ciuitatis caproſeñ. monaſterio abſtracti: ⁊ carthaginem ducti primo ſunt cuſtodie mācipati ferro vincti: deīde naui impoſiti fuerūt: manibus ac pedibus ligatis: ipſaq̧ nauicula ſiccis lignis impleta: igne imiſſo vt cremarenſ. Sed diuino nutu ignis extinctus ſepiuſq̧ renouatus ſemꝑ deficiebat. Demū remoꝝ vectibus mactati cerebris excuſſis extincti ſunt. Corpora vero i mare iactata: ſed diuina diſpenſatione littori euecta in monaſterio ↄtiguo loco baſilice qđ dicit̄ celerine: a chriſtianis ſepulta ſūt: vt victor ſcribit aphrican⁹. Qui paſſi ſunt xvi. calen. ſeptembris.

¶ De ſcō Māmete mar. Ca. LXXIII.



Māmes puer. vij. annoꝝ apud ceſareā cappadocie tēpore aureliani imperatoris ⁊ pſidis antiochi paſſus eſt. Qui defunctis parētib⁹ pſecutionem fugiēs in ſiluam

ſeceeſſit: vbi oratiōi iugiter vacabat: ⁊ de lacte ſuaꝝ ouiū ſe paſcebat. Sed admonitus de celo in campū deſcēdit: ibiq; codicez euāgelioꝝ ⁊ baculuz repperit: quibus aſſumptis in montē aſcēdit. Et dū lectiōi inſiſteret: feraꝝ multitudo ad eū cōuenit: quib⁹ māſuefactis de lacte ipſaꝝ ſanctus emūgebat: de quib⁹ ad refectionē ſui vtebat̄. Reſiduū vero ad portā ciuitatis ceſaree ad vēdendū deferebat: vt ꝑciū pauperib⁹ erogaret. Alexāder ꝑſes hoc audiēs: miſit ad eū duos milites capiendū. Quos ille in domū ſuā adducēs benigne refecit. Dūq; illi aīalia ferocia ad eū veniētia conſpexiſſent territi fuerūt. Sanct⁹ vero māmes eos ſecut⁹ eſt: corā preſide ſe p̄ntans aſſeruit ſe xp̄ianuz. Quē ꝑſes detentū iuſſit in equuleo ſuſpēdi ⁊ torqueri: deide in carcerē recludi: vbi pluſq; xl. xp̄ianos repperit fame deficiētes. Uerū orante puero colūba de celo aduolās lac ⁊ mel attulit: quib⁹ illos ſanct⁹ refecit: ⁊ apto carceris hoſtio vectib⁹ cōfractis oēs emiſit. Quod audiens ꝑſes māmetē in caminum ignis mitti fecit. Igne vero bis extincto biſq; renouato: diuz flāmis deficiētib⁹ illeſus extiſſet: beſtiis ſubijcit̄: ſed ab his intact⁹ minime ledit̄. Amphitheatro quoq; ab angelis incluſo: vt nemo exire poſſet leo foueaz egreſſus: multos iudeoꝝ ac gētilium interemit: q̄ ⁊ humana voce locut⁹ ē. Hec a deo ſe iuſſuz facere in vltionē xp̄i militis māmetis: deniq; iubēte ſctō leo ſolū ꝑſidez cū oi officio ſuo illeſuz dimiſit. Tādē ſanct⁹ martyr cū lapidib⁹ obrut⁹ maneret illeſus: ab āgelis de celo vocat⁹ emiſit ſpūm xvi. cal. ſeptēbris.



De ſancta Helena regina. Ca. LXXIIII.

Helena regina mater fuit imperatoris conſtantini magni. Que ſicut in hiſtoria britonū legitur: quam ioānes veroneñ. in ſua chronica ponit: filia fuit cloelis regis britannie. Cum eniz iam britones chriſti fidē ſuſcepiſſent tempore videlicet eleutherij pape. Helena a patre ſuo in fide edocta: non tñ baptizata: eo ꝙ de his que audierat dubitaret: vt tamen ea vera eē ex parte aliqua cōprobaret: audiens miracula que rome fiebāt per merita apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli: dum a patre peregrinandi romā licentiā obtinere non poſſet: deſiderio peregrinatiōis accenſa cum vnica ancilla fideliſſima clam inde diſceſſit: ⁊ mutato habitu romam venit. Quā cōſtantius imꝑator videns eius nimia pulchritudine allectus amauit: ⁊ vt peregrinā raptam ad ſe introduxit. eamq; carnaliter cognouit: ac pluribus dieb⁹ ſecum habuit. Sed volentez oino abire peregrinantem dimiſit: que nec patrē ei nec patriaz indicare voluit. Et cū multos ſibi theſauros offeret nihil acceptauit: ſed ſolum anulum eius ſuſcepit. Inde igitur diſcedens habitu induta milliſſimo in villā ſeceſſit: vbi cum ancilla ſua morabatur: ⁊ de labore manuū ſuarū victum cōſequat̄. Eratq; in domo quadaz que olim fuerat ſtabulum equoꝝ: vnde ⁊ ſtabularia dicta eſt. ¶ Natum ergo pueruz ex patris noie conſtantinū vocauit. Qui cū ſapientia etate ⁊ virtutibus creuiſſet a vicinis mercatoribus muneribus allectus abduct⁹ eſt. Et dum bizantium que poſtmodum fuit conſtantinopolis dicta nauigaſſent: ſimulatas litteras ex parte imꝑatoris regi bizātij offerunt: filiaz eius filio imꝑatoris quē ſecum adduxerant petunt: ex hoc imperatorem pacē ſecum habiturū perpetuo promittentes: cū dudum adinuicē diſcordiā habuiſſent. Quod rex bizantij facere oino curauit: filiāq; ſuā in cōiugē iuueni tradidit: theſauroſq; maximos ⁊ ſeruos ⁊ ancillas eidem dedit. Mater vero filiaz ſuam diploidē gēmis īfiniti valoris plena īduit:

vt ſi qñ caſus aduerſus occurreret: exinde ſibi in neceſſitatibus ſuis ꝓuidere poſſet. Redeuntes autē mercatores inſulaꝫ maris appulerunt: in qua cōſtantinū cum vxore dormitātes dimiſerunt: familiam eoꝝ interfecerunt. ⁊ oēm theſaurū abſtulerunt. Illi aūt excitati hoc vidētes amariſſime flebant. Puella iuuenē interrogat ſi vere filius imperatoris eēt: eo ꝙ de hoc aliquātuluꝫ dubitaret. Ille vero ſe matrē habere romanā pauperem reſpondit. Patrem vero ſuum quis eſſet omnino ignorare ſe dicit. Quem illa ꝯfortans diploidē cum gēmis ꝓducit. Illi vero die ſequenti a romanis nauigantibꝰ aſſumpti: ſimulātes ſe naufragio in inſula deiectos romaꝫ repetunt: ⁊ ad domū matris cōſtātini tendunt. Iuuenis aūt ſe ⁊ cōiugeꝫ matri preſentauit: oīa que ſibi cōtigerant narrauit: ⁊ diploideꝫ cum gēmis tradidit. Tunc de cōmuni conſilio vrbem adeunt: palatium emunt: ⁊ nobileꝫ vitam ducunt. Conſtantinus vero armis exercitabat̄ ⁊ in oibus famoſus ⁊ cunctis amabilis hēbat̄. ¶ Cū aūt die quadaꝫ in quodam torneamento plures ꝓſtraſſet: ⁊ oibus ignotus eēt: cum ipſo impatore cōgreditur: ⁊ cuꝫ ipſum ad terram deieciſſet: ⁊ impator eius ſtrenuitatem cōſiderans: ipſuꝫ ꝙ̄plurimū honoraſſet: illum de progenie ſua interrogauit. Ille vero patreꝫ ſuū ignorare ſe dixit: matrem vero helenā ad imperatorē adduxit. Que ab eodem vix cognita ⁊ ſecretius interrogata helenā ſe eē dixit: patrem ſuum ac patriā ꝑdidit: omneſq; ſuos euentꝰ pādit: conſtantinū quoq; imperatoris filiuꝫ eē aſſeruit: ⁊ in ſignum hoꝝ anulum eius ceſari preſentauit. Quod audiens conſtātius letus vltra modū efficit̄: ⁊ quia vxor nuper defuncta erat: helenā in coniugem deſponſauit: atq; cum rege brizantii matrimoniū confirmauit: eoq; mortuo orientis imperiū acquiſiuit. Filium quoq; ſuū conſtantinū in ceſarē ordinauit. Quo defuncto eidem cōſtantinus in imperiū ſucceſſit. Helena autem bizantii exiſtens a iudeis circūuenta xp̄m in quē adhuc plene non credebat: cū neq; baptiſmuꝫ accepiſſet reliq̄t: ⁊ iudaiſmū accepit. ¶ Poſtꝙ̄ aūt conſtātinus a ſancto ſilueſtro baptizatus eſt: ⁊ a lepra mūdatus: ⁊ poſt diſputationem habitā de fide inter iudeos ⁊ ſilueſtrum: ⁊ ipſa quoq; helena conuerſa ē ad chriſtuꝫ: vt habitum eſt ſupra in geſtis ſilueſtri pape pridie cal. ianuarij. ¶ Poſt hec aūt helena amore paſſionis dn̄i animata hieroſolymā perrexit ⁊ crucem dominicā requiſiuit. Sanctū quoq; quiriacum: qui prius iudas eſt vocatus hieroſolymoꝝ ep̄m ordinauit: partē quoq; dominice crucis cōſtantinopolim ad filiū ſuuꝫ imperatorē attulit: partē vero in hieruſalē dimiſit. Et hec oia acta ſunt ſupra in hiſtoria de inentiōe ſancte crucis. v. non. maij. Ipſa vero beata helena operibus pietatis ⁊ religionis inſudens: octogeſimū etatis annuꝫ agens in ſanctitate vite in pace quieuit apud vrbeꝫ romā. xv. cal. ſeptēbꝛ. Sepultaq; eſt in eccleſia ſanctoruꝫ marcellini ⁊ petri. Cuius corpus filius eius cōſtantinus imperator inde conſtantinopolim tranſtuliſſe dicitur: poſtꝙ̄ ad ipſaꝫ vrbem habitaturꝰ acceſſit. ¶ In temporis vero proceſſu de ipſa vrbe rege a venetis tranſlatum eſſe fertur venetias ipſum corpus: ⁊ ſepultū iacet in monaſterio ſuo nomini edificato.

¶ De ſcō Agapito mar. Ca. LXXV



Agapitus martyr paſſus ē apd ciuitatē preneſtinaꝫ ſub aureliano ipatore ꝑſide vero antiocho. Qui a ſcō porphyrio martyre enutritꝰ ⁊ in fide doctus: cum eſſet annoruꝫ. xv. ⁊ amore chriſti martyrio ferueret

ſponte ſe imperatori in vrbe obtulit: ⁊ ſe
chriſtianum viua voce aſſeruit. Iuſſu er-
go imperatoris tētus ⁊ neruis crudis du-
riſſime ceſus: deide vt cōpelleretur ſacri-
ficare traditus eſt. Qui duriſſimo carcere
ipſuz icluſit: ⁊ per quattuor dies cibū oēz
negauit. Attulus vero ſiue anaſtaſius cor
nicularius eū cuſtodiebat: ⁊ ab eo verba
vite audiens: pene in chriſtum credebat.
Inde de carcere preſidi exhibit⁹: prunas
ardentes ſuper caput ei⁹ iuſſit imponi. Et
cū gratias martyr deo ageret: flagellis ce
ditur: ⁊ nudus capite deorſū verſo ſuſpē-
ditur: attro ſubter eū fumo facto: oibuſq;
abeūtibus ſic ſtare mandat: donec in ipo
cruciatu deficeret. Mandatūq; eſt per ꝑ
fidez vt nullus omnino ad eū accederet.
¶ Poſt dies aūt quattuor anaſtaſius cor
nicularius illuc accedēs: vidit euz ſolutū
ſuper fumū ambulantem ⁊ pſallētem. Et
cōuerſus ad chriſtum hoc preſidi nuncia-
uit. Quem preſes carceri mācipauit: aga-
pitum vero iterū detentum a quattuor ſi-
bi inuicem ſuccedentibus flagellis cedi
duriſſime iuſſit: deinde bullientem aquā
ſuper ventrem eius miniſtri diaboli effu
derunt ⁊ maxillas eius confregerunt. In
terea preſes ſubito de tribunali ſuo cadēs
a miniſtris collectus: ⁊ in lecto reclinat⁹
eſt: ⁊ ſentiens dei virtutē in martyre poſt
modicum triſtem animaz emiſit. Quod
cum imperatori nunciatū eſſet: iuſſit aga
pitum ad ciuitatem preneſtinam duci: ⁊
ibidem in amphitheatro leonibus ſubij-
ci. Sed manſuefacte fere ad lambenduz
pedibus martyris ſe inclinauerūt. Quod
videntes ſceleris miniſtri iuſſu imperato
ribus tulerunt ſanctum martyrem: ⁊ ve-
nerunt contra ciuitatem preneſtinam mi
liario ab vrbe vigeſimotertio: vbi ſūt due
columne: ⁊ eum ibi gladio percuſſerunt.
xv. calen. ſeptembris. Cui⁹ corpus a chri
ſtianis ſepultum eſt miliario primo ab vr
be in ſarcophago nouo ibi diuinit⁹ iucto.

¶ De ſanctis Ioanne ⁊ Criſpo martyri-
bus. Cap. LXXVI

Ioannes ⁊ criſpus preſby-
teri rome paſſi ſunt diocle-
tiano auguſto. Qui cuz inū
dante perſecutione ipſius
imperatoris: multa ſancto-
rum corpora officioſiſſime
ſepeliſſent: ⁊ ipſi ab imperatore tenti: gla
dioq; in chriſti confeſſione ceſi: eorundē
martyruz meritis ⁊ ipſi ſociati: gaudia vi
te meruerunt. xv. cal. ſeptēb. vt dicit ado.

¶ De ſancto Magno ⁊ ſocijs martyri-
bus. Cap. LXXVII.



Magnus
martyr paſſus eſt in ce-
ſarea cappadocie tem-
pore aureliani impera
toris ſub preſide alexā
dro. Qui ex ipſa ciuita
te ortus: defunctis pa-
rentibus chriſtianis:
ipſe in fide chriſti conſtantiſſimus: dū ora
ret ad dominum: voce ſibi de celo lapſa
ad martyriū confortatur. Quam vocē cuz
audiſſent pagani eū tenuerunt: ⁊ in carce
rem concluſerunt: ⁊ poſt dies quattuor ꝑ
ſidi eum obtulerūt. Quem ſacrificare dijs
recuſantem tradit preſes alexandro ⁊ zo
zimo ſacerdotibus idolorum: vt eū igne
conſumerent. Qui miſerunt eum in cami
nuz ignis ardentis. Statimq; flamma ex
tinguitur: ⁊ poſt dies. iij. martyr chriſti in
de illeſus educitur. Hoc preſes audiens
caminum amplius accendi fecit: ⁊ ipſum
iterum intromiſit: vbi quinq; diebus iclu
ſus ſtetit. Flamma quoq; in duas partes
diuiſa: ipſe intactus omnino permanſit.
¶ Poſt dies. v. accedentes milites: vt vl
oſſa eius inuenirent: audientes eum pſal
lentem reſpexerunt ⁊ quaſi milia angelo
rum cum eo viderunt. In quoruz medio
magnus inuſtus deum laudabat. Cū au-

tem iuſſu preſidis eductus eſſet: ⁊ chriſti virtutē preſes magie deputaret. iuſſit eā in amphitheatrum duci ⁊ feras ei laxari. Et primo quidē viſa peſſima ad eum di/miſſa: in terram proſtrata pedes illius lingebat. Deinde leopardus exiliens colluꝫ eius amplexus lingua ſudorē vultus ei⁹ extergebat. Tertio leo ferociſſimus ⁊ ingens a venatoribus capt⁹ itromiſſus eſt. Et cū multitudo paganoꝝ eſſet intra am/phitheatrum anteqꝫ abirent: leo de manibus venatoꝝ proſiliuit ⁊ in gētiles irruit. Angelus vō harenariū concluſit vt nemo aufugere poſſet. Et laniante leone multi/tudinē paganoꝝ ad mandatū ſancti ſolus preſes cū officio ſuo illeſus ꝑmanſit: ⁊ leo ad caueā manſuetus rediit. Tūc exiens ꝑſes oēs exire mādauit: ⁊ ſolum magnum ibidē dimiſit: leonēqꝫ dimitti fecit: qui ad pedes ei⁹ procidit ⁊ oſculabatᷣ eum. Quo viſo miraculo. 2597. pagani in dn̄o crediderunt. Qui oēs iuſſu alexādri preſidis decollati ſunt. Deinde eo mādante gentiles populi ſcm̄ martyrem tulerūt: ⁊ extra vrbem eiectū lapidauerūt. Cūqꝫ ſuper euꝫ aceruum lapidum iactaſſent: cumqꝫ iam mortuū exiſtimaſſent: ſubito martyr chri/ſti cūctis audientibus dn̄ꝫ orauit: vt ſuſciperet aiam eius in pace. Et ſtatim emiſit ſpūm. Cuius corpus a chr̄ianis in ipſa ci/uitate ſepultum eſt in ſarcophago nouo. xiiij. cal. ſeptē. Martyꝝ vero alioꝝ corpora iuxta muros vrbis in cimiterio ſunt tumulata.

¶ De ſancto Ludouico epiſcopo ordinis minoꝝ. Ca. LXXVIII



Ludouic⁹ epiſcopus tholoſan⁹ de ordine minoꝝ filius il/luſtris regis caroli ⁊ regis roberti germanus fuit. Qui cū eſſet annorum. xij. pro illuſtri do/mino carolo patre ſuo in catalonia obſes fuit. Cui aſſiterūt fratres minores: a qui/bus legeꝫ vite ⁊ diſcipline ꝑcepit: votūqꝫ domino vouit: ꝙ ſi de cuſtodia dimitteretur minoꝝ fratrum ordinē ingrederetur: virginitateꝫ quoqꝫ ſuā domino perpetuo dedicauit. Sed poſt quadriēnium dimiſſus pr̄ne hereditati renunciare cupiēs: cepit mundi cōtemptor eē: miroqꝫ modo deo deuote ſeruire. Cumqꝫ p̄r ei vellet ī coniugem ſororē regis francie tradere: oīno contempſit: ⁊ extunc oīmode ordineꝫ intrare diſpoſuit. Quē fratres eius robertus ⁊ carolus martellus: totis virib⁹ ap/poſito diſtrahebāt. Sed nil proficientes eū clericali ꝑmiſerunt. Cum aūt ipſuꝫ iaꝫ ſubdiaconuꝫ effectū papa vellet in epiſcopū promouere omnino renuit. Contem/platiue aūt vite totus intentus ēt actiue ſe exercēs pauperibus largiflue miniſtra/bat. carnē quoqꝫ mira penitentia macerabat. ¶ Factus tandē frater minor in vigilia dominice natiuitatis ⁊ de licentia ſummi pontificis ſtatim profeſſus: eadem die per ſummum pontificē pronunciatus eſt epiſcopus tholoſanus. Qui non obſtante ꝙ eſſet epiſcopus regularē ordinis profeſſionē ad litteram mirabiliter obſeruabat. Sicqꝫ eccleſiā tholoſonā verbo pariter inſtruens ⁊ exemplo ſanctitate pollens: diēqꝫ mortis ſue ante triduū predicens an/no dn̄i. M. ccxcv. xiiij. calen. ſeptembris cuꝫ eſſet annoꝝ. xxiij. feliciter emiſit ſpiritū. Sepultuſqꝫ eſt maſſilie iuxta quod decreuerat miraculis clarus. ¶ Anno aūt domini. Mcccxix. de mandato pape ioā/nis. xxij. corpus eius de terra leuatuꝫ eſt. ⁊ in capſa argentea honorifice condituꝫ: preſente rege roberto eius fratre: ⁊ mul/tis prelatis ac clericis ⁊ populis infinitis. In cuius tranſlatione quinqꝫ mortui re/dierunt ad vitam: ⁊ multi infirmi a diuerſis langoribus ſanati ſunt.

¶ De ſcō Donato p̄ſbyte. Cap. LXXIX

DOnatus preſbyter apud pagum ſigiſtricum galliarum claruit. Qui ex vrbe aurelianeñ. ad eandem ciuitatem in monte qui dicitur iura adueniens: anachoriticam vitã multis ãnis exegit: multiſqȝ miraculis floruit. Qui inter cetera draconem terribileȝ ſua oratione inde fugatum extinxiſſe fertur. Cumqȝ dies vocationis eius inſtaret: adueniente abbate mario diuinitus admonito: vt ad eã accederet. Inter verba orationis migrauit ad xp̄m: ab eodem patre ibideȝ ſepultus decimoquarto calendas ſeptembris.

¶ De ſcõ Julio ſenatore ⁊ m̃. C. LXXX



Juli⁹ ſenator ⁊ martyr rome paſſus eſt tempore cõmodi imp̃atoris. Qui audita p̄dicatione ſanctorum euſebij: vincentij: peregrini: ⁊ potentiani de quibus dicetur infra. viij. calendas ſeptembris: conuerſus ẽ ad chriſtuȝ: ⁊ a rufino preſbytero cum omni domo ſua baptizatus. Cumqȝ omnia ſua pauperibus erogaſſet: duȝ chriſtum confiteretur: a ceſare detẽtus ⁊ examinatus: atqȝ magiſtro peditum vitellio traditus eſt. Qui ab eodẽ in cuſtodia diebus pluribus recluſus: inde eductus: cuȝ ſacrificare nollet: tam diu fuſtibus eſt ceſus: donec ſpiritum emitteret. Cuius corpus ante amphitheatrum dimiſſum: euſebius ⁊ ceteri predicti martyres ſepelierũt in cimiterio calepodij: qui paſſus ẽ. xiij. calen. ſeptembris.

¶ De ſancto Heli ſacerdote. Ca. LXXX.

HEli ſacerdos ⁊ iudex iſrael qui eccleſiaſtici. xlvi. caplo ſanctoꝝ patrum veteris teſtamenti catalogo numeratur. Qui quãuis ex eo ꝙ remiſſus fuit in filios ſuos malos ⁊ preuaricatores legis domini corrigendos temporali pena mortis ſubite a deo punitus fuerit: quia tamen in ſe bonus ⁊ ſanctus extitit: credendũ eſt: ꝙ ſue ſanctitatis premia eternaliter non amiſit. Hic cum eſſet de genere aaron ſacerdos ⁊ iudex in iſrael: coram arca domini in tabernaculo miniſtrabat in ſilo. Ipſe quoqȝ predixit anne vxori helcane: que ſterilis fuerat: filium ex ea naſcituruȝ: vt tradunt hebrei: quẽ illa vouit domino ſe daturaȝ. Cum auteȝ heli duos haberet filios ophni ⁊ phinees: qui dominũ neſcientes parteȝ ſacerdotalem de ſacrificijs anteq̃ȝ adolerent: adipem tollebant ab offerentib⁹ crudum contra legem dei vt lautius ſibi pararent eum: quod non erat portio ſed rapina: dormierunt etiam cum mulieribus obſeruantibus ad hoſtiuȝ tabernaculi: ⁊ eas que venerant ad purificanduȝ polluebãt. Pater eorum hoc agnoſcens: tepide eos redarguebat. Propter quod per viruȝ dei reprobatus ẽ a domino: ne ſacerdotio domus ei⁹ fungeretur: ⁊ temporali pena puniendus promittitur: vt ipſe mala morte cum filijs ſuis periret. ¶ Et cuȝ heli ad talem dei cõminationẽ quaſi redderetur incredulus: confidens de magna miſericordia domini: ⁊ ſamuel adhuc puer oblatus domino a parentibus coram heli in tabernaculo miniſtraret: ⁊ heli iam ſenex eſſet: apparuit deus ſamueli: eũqȝ tertio vocauit: ac idem predixit: ꝙ quicquid heli ſacerdoti cõminatus fuerat: ad litteram adimpleret: vt dicetur infra: cuȝ de ſamuele agetur. Quod ipſe ſamuel heli interroganti per omnia rettulit. ¶ Cumqȝ philiſtei in prelium contra iſrael congregati veniſſent: ⁊ quattuor milia ex eis occidiſſent: ⁊ ſeniores iſrael hoc egre ferentes ad inuicem conſilium habuiſſent: arcam domini de ſilo in prelium ſecum tulerunt: ⁊ cum

duobus filiis beli arcaꝫ comitantibus contra philiſteos iuerunt. Uidentes autē philiſtei arcam domini timuerūt: ſed acrius ex hoc pugnātes iſraelitas fugere compulerunt: ⁊ ex eis .xxx. milia occiderunt: arca quoqꝫ dei capta ē: ⁊ duo filii mortui ſunt. Heli autem ſacerdos pre ſenectute cecutiens ſedebat contra viaꝫ: que ducit ad caſtra. Et cum audiſſet nunciuꝫ: qui de prelio fugerat: ꝙ populus ceſus eēt: ⁊ duo filii eius interfecti: ſiluit: ⁊ patienter tulit. Cū autem audiſſet arcam captaꝫ: propter dei reuerentiaꝫ moleſte tulit: ⁊ cadens de ſella retrorſum fractis ceruicibus expirauit. Judicauit autem iſrael .xl. annis: ⁊ ſepultus eſt in ſepulchro patrum ſuoꝝ: cuiuſqꝫ dies obitus certus nō habet. De ſamuele eius diſcipulo dicturus ipſuꝫ ꝑmiſi: quoꝝ ad inuicem geſta cōtinuantur. Hec ex primo libro regum a principio uſqꝫ ad capl'ꝫ quartum: ⁊ ex dictis ioſephi ⁊ hieronymi atqꝫ ex hiſtoria ſcholaſtica ſumpta.

¶ De ſanctis Helchana ⁊ Anna eius vxore. Ca. LXXXII.

Helchana vir iuſtus ⁊ Anna eius vxor ſamuelis prophete parētes inter ſanctos priſci temporis a ioſepho ⁊ hieronymo computant̄: quoꝝ laus tam ex primo libro reguꝫ ꝙ̄ ex benedicta eorum prole ſuſcepta percipit̄. Fuit autem helchana de ramathain ſiue ramatha: que in euangelio dicitur arimathia: que ſita eſt in monte effraiꝫ: ⁊ fuit de iſuar auūculo moyſi per chore deſcendens: ⁊ ſic per patrem fuit de tribu leui: per mr̄eꝫ vero de tribu iuda. Habuit quoqꝫ duas vxores videlicet fennenam fecundam et annam ſterilem. Et cum eſſet anna pulchrior: ⁊ vir eam diligeret: fennena ei inuidens exprobrabat ei: ⁊ obiiciebat ſterilitatem. Et cum de more ſuo aſcenderet debito tempore helchana: vt imolaret domino in ſilo: vbi tunc erat arca dei: que in tabernaculo ſeruabatur: ⁊ quodam tempore ipſe helchana cum ambabus vxoribus aſcendiſſet: ⁊ filios ac filias quos habebat de fennena ſecum duxiſſet. Anna triſtis pro ſterilitate ad fores tabernaculi egreſſa orauit ad dominum pro prole habenda: ⁊ votum vouit: ꝙ ſi deus ſibi maſculum largiretur: ꝙ faceret ipſum nazarenum: ⁊ altaris miniſterio perpetuo deputaret. ¶ Et cum heli ſacerdos eam orātem obſeruaſſet: ⁊ triſtitie eius cauſam audiſſet: diuino ſpiritu eidem prenūciauit: ꝙ deus audiſſet eam: que promiſſione ſacerdotali ſecura iam de ſobole facta eſt: et reuerſa cum viro in domum ſuam concepit: ⁊ peperit filium: vocauitqꝫ nomē eiꝰ ſamuel: eo ꝙ a domino poſtulaſſet eum. Nec aſcendit mulier cum viro in ſilo: donec ablactaret filium. Et cum ipſum ablactaſſet: videlicet cum eſſet annorum .xii. adduxit eum cuꝫ muneribus in ſilo: ⁊ obtulerunt eum parentes heli: vt eſſet miniſter in conſpectu domini: ſecundum votum quod emiſerat eius mater. Poſt hec vero anna habuit tres alios filios ⁊ duas filias: qđ deus facere voluit: vt filiū queꝫ quodāmodo ſecundum carnem pro deo amiſerat: in alia ſobole triplicaret: ⁊ ꝑ hoc oſtendat̄: qꝛ qđ deo cōcedit̄ etiā in tēporalibus nō amittit̄. Quieuerūt aūt in pace helchana ⁊ vxor eius anna ⁊ ſepulti ſunt in ciuitate ſua in ramatha. Quibus autem diebus migrauerunt expreſſe non habetur ⁊ iccirco geſtis filii eius cuius ſolēnitas ſequitur non imerito premittuntur. Hec vnde ſupra.



¶ De .ſ. ſamuele ꝓpheta ⁊ iudice. ca. lxxxiii.

Samuel propheta ⁊ iudex populi iſrael ſanctiſſimꝰ qui nedum inter patres antiquos ſanctoꝝ

teſtamenti veteris eccleſiaſtici. xlvj. cap. plurimum cōmendatur: ſed etiam in pleriſq; diuine ſcripture locis: vt ſanctus magnificatur ⁊ ponitur: filius fuit helchane ephratei de ramatha de tribu leui: ⁊ anne eius vxoris de quibus ſupra proximo actū eſt. Qui matris eius orationibus a domino poſtulatus fuit: voto premiſſo: ꝙ ipſm ad perpetuū ſeruitium domini mancipa ret: quod ⁊ parentes ipſius fideliter adimplere curarūt: ipſumq; duodenem heli ſacerdoti in ſilo obtulerunt. Et ab illa etate vt dicit ioſephus plenarie ꝓphetare cepit. ¶ Cum autē filij heli legis domini eſſent tranſgreſſores: ⁊ heli tepide corrigeret illos: ⁊ dominus eidem ac filijs eius per ꝓphetam mortem cōminatus fuiſſet: nec adhuc heli verbis domini fidem plenam adhiberet: vt ſuperius dictū eſt in geſtis heli factum eſt: vt heli in lecto ſuo iaceret: ⁊ iam pre ſenectute ipſius oculi caligaſſent: ⁊ ſamuel iacebat iuxta tabernaculū cum heli ſacerdote. i. prope lectum eius. Quem dominus vocauit ex nomine. Qui ſurgens acceſſit ad heli credens ſe vocatum ab eo: ſed heli ipſū vocaſſe denegās ad dormiendum remiſit. Cumq; hoc ibidem ⁊ ſecundo ⁊ tertio factum eſſet. Intellexit heli ꝙ deus ipſum vocaſſet: ⁊ inſtruxit puerum qualiter iterū reſpondere deberet. Vocatus autem iterato a domino cum reſpondiſſet: loquere domine: indicauit ei dominus eandē cōminationē in domū heli quam primo fecerat per virum dei. Mane autē ſamuel ab heli adiuratus: indicauit ei omnia que locutus eſt ei deus. Creuit autem ſamuel ⁊ cognouit omnis populus: quia fidelis eſſet propheta domini. Et conſulebat eum omnis populus iuxta preceptum domini. Preceperat enim deus: vt abijcerent ariolos ⁊ diuinos: ⁊ huiuſmodi: ⁊ ſciſcitarentur a fratribus verbū domini. ¶ Mortuo vero heli ſacerdote: vt ſuperius dictum eſt. Samuel in locum eius ſucceſſit in iudicem. Qui populum domini adduxit in maſphat: vt oraret pro eis: eo ꝙ philiſtei terminos iſrael inuaſiſſent. Tunc ſamuel effudit aquam coram domino: in qua maledicta congeſta erant: quā ſi bibebat idolatra labia ipſi inſeperabiliter adherebāt: forte in ſignum federis ſicut fecit ioſue. Quidam tamen aſſerunt ſamuelem idolum redegiſſe in puluerem: ⁊ mixtum dedit populo ad bibendum ⁊ in barbis eorū iudicaſſe reos idolatrie a nō reis ſicut olim fecerat moyſes. Et iudicauit eos ibi ſamuel. i. docuit iudicia dei. Et audierunt philiſtei cōgregatū eſſe iſrael in maſphat ⁊ armati aſcenderunt aduerſus eos. Clamauitq; ſamuel ad dominum: ⁊ obtulit agnum lactantem in holocauſtum. Et inito prelio dominus intonuit fragore magno ſuper philiſteos: ⁊ mota ē terra: ⁊ per loca pandebat hiatus: ⁊ philiſtei in fugam verſi ceſi ſunt a filijs iſrael: qui percuſſerūt eos vſq; ad terminos terre ſue. Tulitq; ſamuel lapidem: ⁊ poſuit eum in terminis: nec auſi ſunt vltra philiſtei intrare terminos iſrael: viuente ſamuele. Iudicabat itaq; ſamuel populum in bethel ⁊ galgalis ⁊ maſphat circuiens per annos ſingulos ⁊ reuertebatur in ramatha: ſed ⁊ ibi iudicabat iſrael. ¶ Cum autē ſenuiſſet ſamuel: poſuit filios ſuos iudices ioel ⁊ abiam: alterum in bethleem alterum in berſabe vt ibi populum iudicarent. Qui declinauerunt poſt auaritiam: ⁊ peruerterunt iudicia. Quod non ferens populus petijt a ſamuele regem. Qui diuina reuelatiōe ſaulem de tribu beniamin ſibi a domino miſſum vnxit in regē ſup iſrael: ⁊ ipſe ſamuel iudex eſt factus: qui prefuerunt ſimul in populo. xl. ānis vt ioſephus ſcribit. ¶ Proceſſu vero temporis mādauit ſamuel ſauli regi iubente domino: vt deleret amalech: ⁊ nec hoi pceret nec iumētis. Qui ꝯ preceptū domini: poſtquam amalechitas

expugnaſſet: pepercit agag regi amalech: ⁊ optimis armētorū: Propter quod a domino reprobatus eſt: ⁊ regnū eius ad dauid tranſlatum ex ore ſamuelis prophete domino ei mādante: licet propheta dei p ſaule dominū plurimū exoraſſet. Sicq̄ poſt aliquot menſes ſamuel propheta iuſſu diuino iunxit dauid filiū iſai de bethleē in regē futurum ſuper iſrael adhuc viuēt ſaule. Et extunc cepit regnum ſaulis declinare: dauid autem in omnibus proſperari: ſicut dictū eſt ſupra in geſtis dauid regis. iiii. calen. ianuar. ¶ Poſtq̄ autem ſamuel populum dei laudabiliter iudicaſſet mortuus eſt. Et fleuit eum vniuerſus iſrael ſinguli tanq̄ proprium patrē lugētes: ⁊ ſepelierunt eum in ſepulchro paterno in ramatha. Qui dormiuit in domino. xiij. calen. ſeptembris. ¶ Huius oſſa ſacratiſſima: Archadius iperator de iudea trāſtulit in thraciam portātibus epiſcopis accurrentibus populis tanta letitia: vt quaſi preſentem viuentemq̄ cernerent atq̄ ſuſciperent: vt de paleſtina vſq̄ chalcedonem iungerentur populorum agmina in chriſti laudes vna voce perſonātia: vt ſcribit hieronymus libro contra vigilantiū. Hec ex primo libro regum a. iij. ca. vſq̄ ad. xvj. ⁊ aliis voluminibus quib⁹ ſupra.

¶ De ſcō Samuele pſby. C. LXXXIIII

SAmuel preſ bř eccleſie ediſſene claruit tēpore anaſtaſij primi imperatoris. Qui ſancta vita ſublimis: ⁊ doctrine ſapientia clarus: multa aduerſus eccleſie inimicos intentione tamen precipua cōtra neſtorianos ⁊ timotianos ſyro ſermone conſcripſit: quem apud conſtantinopolim adhuc tempore ſuo in carne viuere: ⁊ ſcripta eius ſe teſtatur agnoſcere illuſtris gēnadius: qui ⁊ apud ipſam ciuitatē in chriſto quieuit cū pace: ibidemq̄ tumulat⁹.

¶ De ſancto Bernardo abbate ordinis ciſtertienſis. Ca. LXXXV.



Bernardus abbas claraualleñ. ⁊ doctor claruit tēpore eugenij pape tertij ⁊ federici imperatoris primi: qui ex prouincia burgundie caſtro fontanis patre milite telecino matre aleth religioſa domina ortus eſt. Que ſex mares filios genuit monachos futuros: feminā vnā ſanctimonialem: quos vt ediderat domino offerebat: ⁊ ipſos pueros cibis groſſiorib⁹ quaſi eremo magis q̄ curie nutriebat. Cum autem tertium ſcilicet Bernardum geſtaret in vtero: vidit per ſomnium catellum candidū ⁊ latrantem in vtero ſe habere. Quod cū cuidam viro dei expoſuiſſet: ille voce prophetica reſpondit: q̄ optimum catulū pareret: qui domus dei cuſtos futurus eēt: eo q̄ predicator fieret egregius: ⁊ contra inimicos daret latratus: ac multos medicinalis lingue gratia eſſet curatur⁹. ¶ Cū autem bernardus adhuc puer in natiuitatis dominice nocte officiū expectaret: auidius ſcire qua hora chriſtus natus eſſet: media nocte eidem apparuit puerul⁹ ieſus: quaſi denuo ex vtero matris natus. Unde extunc illam fuiſſe horam dominice natiuitatis cognouit. Ex illa ergo hora in his que pertinent ad illud ſacramētū: ſenſus ei profūdior ⁊ ſermo copioſior datus eſt. Quod patet in illo initio opuſculorum ſuorum quod edidit: cum homeliam illam ſuper euangelio. Miſſus eſt gabriel. compoſuit. ¶ Uerum antiquus hoſtis eius caſtitati inuidens: multos ei laqueos tentationis oppoſuit. Cum ſemel i q̄ndam feminam diu oculos defixos habuiſſet: de ſe continuo erubuit: ac in ſtagnum gelidarum aquarum inſiluit: ibiq̄ tā diu manſit: donec a carnali concupiſcentia totus refriguit. ¶ Alia nocte puella quedā

ſe nudam in lecto ipſius poſuit: quam ille ſentiens partem lectuli ei conceſſit: donec illa ipſum cernens immobilem: erubeſcens inde receſſit. ❡ Alias etiam hoſpitatus in domo vnius matrone: cuꝫ illa in eius pulchritudinem exarſiſſet: nocte ſilenter ad lectum eius acceſſit. Illoqꝫ clamante latrones: mulier ſe abſcōdit. Surgentes vero famuli latronem querūt: ſed non inueniunt. Cumqꝫ hoc ideꝫ vſqꝫ tertio factum eſſet: mulier tandem deſperata receſſit. Dum vero mane a ſocijs quereretur: quomodo tot vicibus latrones clamaſſet: reſpondit: ꝙ vere latro ei inſidiatus fuerat: quia hoſpita theſauruꝫ ſue virginitatis irrecuperabilem auferre voluerat. Et extunc ciſtertienſium ordinem ingredi deliberauit. Quod cuꝫ fratres ei⁹ omnimode prohiberent: tantam ei dominus gratiam contulit: vt non ſolum nō prohiberetur: ſed omnes fratres ſuos ⁊ alios plures ad religionem domino lucraretur. Fratri autem ſuo gerardo verba eius vana reputanti predixit: ꝙ lancea latus eius perforaret: ⁊ tunc compunctus verbis eius conſenſum preberet. Poſt paucos dies gerardus ab inimicis capitur: ⁊ lancea in latere vulneratus carceratur. Ad quem Bernardus veniens eūdem confortauit: promittens ꝙ cito liberaretur: ⁊ monaſteriuꝫ ingrederetur. Eadem nocte compedes gerardi de pedibus eius ceciderunt: ⁊ hoſtio per ſe aperto ipſe euaſit: indicauitqꝫ fratri ſe mutaſſe propoſitum: ⁊ velle fieri monachum. ❡ Anno igitur domini. M.cxij. a conſtitutione ordinis ciſtertienſis. xv. ſeruus dei Bernardus annorum. xxij. cum fratrib⁹ ⁊ aliis ſocijs. xxx. ordinem ciſtertienſem ingreſſus eſt. Qui mox totus ita in ſpiritum abſorptus eſt: vt iam nullis corporeis ſenſibus vteretur. Quem abbas ciſtertienſis ad edificandum domum clareuallenſem poſt modicum abbatem miſit. Ubi multo tempore in nimia paupertate vitam duxit. Uigilijs autem ⁊ orationibus intentus continue carnem mira penitentia flagellabat: ⁊ maxima ieiuniorum inedia domabat. In veſtibus auteꝫ ⁊ alijs cunctis ſemper paupertatem amabat. Quicquid vero in ſcripturis didicit: in agris ⁊ ſiluis confitebatur accepiſſe: ⁊ nullum ſe magiſtrum aliquando habuiſſe. Oranti quoqꝫ ſibi confeſſus eſt expoſitionem orationis dominice ſibi ſcriptam apparuiſſe. Humilitatem autem ⁊ patientiam vltra modum in cunctis oſtendit. ❡ Cum trecentas marchas argenti ſibi pro cenobio conſtruendo miſſas predones abſtuliſſent: patienter tulit: deumqꝫ benedixit: qui ſibi a tanto onere pepercit. ❡ Quidam canonicus regularis ad eum venit: ⁊ vt in monachum reciperetur rogauit: cumqꝫ ille non acquieſceret: ſed ad ſuam eccleſiam redire ſuaderet: aduertens ꝙ canonicus ex leuitate ordinem mutare vellet: canonicus ad conuitia multa prorupit: ac demuꝫ ipſū in maxilla percuſſit. Cūqꝫ aſtātes in ſacrilegū inſurgerēt: ille ne eū tangerent per chriſtum adiurauit: ⁊ ſine vlla vltiōe patienter dimiſit. ❡ Pater eius q̄ ſolus in domo remāſerat. ad monaſteriū iuit: ⁊ ibideꝫ poſt aliq̄d tp̄s in ſenectute bona deceſſit. Soror vero eius in ſeculo nupta cuꝫ multo comitatu ⁊ pompa ad monaſterium acceſſit. Sed ad eam vir dei exire recuſauit. Cum autem lachrymās inſtaret ⁊ conſilium anime ſue ſaluande peteret ad eam exiſt: ⁊ mundi ei gloriam interdixit. Que habitum ⁊ vitam mutās in ſeculo quaſi in eremo deinceps deo ſeruiuit: ⁊ tandem multis precibus a viro licentia habita monaſterium introiuit. Tanta autem abſtinentia ⁊ vigilijs corpus attriuit: vt fere continua grauiſſima infirmitate langueret. ❡ A ciuitatibus ianueñ. ⁊ mediolaneñ. in epiſcopuꝫ electus conſentire renuit: dicens ſe non

eſſe ſuum: ſed aliorum ſeruitio deputatum. ¶ Cum quodam tempore fratres cartuſienſes viſitaſſet: loci prior contra ipſum aliquantulam murmurauit: ꝙ ſella cui equitando preſidebat nimium curioſa eſſet. Quod cum vir dei audiſſet miratus querebat qualis ſella foret. Nā illuc vſqꝫ a claraualle venerat ⁊ qualis eſſet ſella non perpenderat. ¶ Iuxta lacum etiam lauſanenſem vnius diei itinere pergens ipſum non vidit: ⁊ cum ſero ſocij de ipſo lacu loquerentur: vbi eēt lacus ille interrogauit. ¶ Predicanti ſibi aliquando inanis glorie tentatio irrepſit: ꝙ optime populo predicaret. Qui mox in domino confortatus tentatori reſpondit: ꝙ nec per ipſum inceperat: nec per ipſum dimittere intendebat. Frater Robertus eius monachus ⁊ ſecundum ſeculum propinquus: quorundam ſuaſione ad monaſterium cluniaci ſe contulerat: quem vir dei ſtatuit per epiſtolam reuocare. Cum autem eam ſcriptori ſub diuo dictaret: ſuperueniente ſubito imbre: ſcriptor ſurgere voluit. Bernardus vero vt procederet in ſcribendo ſua ſit: quia opus dei erat: quod ipſi faciebant. Sicqꝫ ſcripſit epiſtolam in medio imbre ſine imbre. Cum enim circa eos vndiqꝫ plueret: inde moleſtiam imbris virtus expulit charitatis. ¶ Monaſterium quoddam multitudo infinita muſcarum occupauerat: que monachos grauiter infeſtabat. Quas vir dei excōmunicauit: ⁊ mane omnes muſce mortue ſunt reperte. ¶ Cum a mediolanenſibus eccleſie reconciliandis a papa miſſus papiam rediſſet. Quidam vxorem ſuam demoniacaꝫ ad eum adduxit. Cumqꝫ malignus ſpiritus per multa verba bernardum irrideret: ⁊ cum eo vir dei prolixius diſputaſſet: tandem oratione ſua imundum ſpiritum ex illa muliere exire coegit. Sed cum inde ſanctus vir receſſiſſet: diabolus eam iterum inuaſit. Quod cum ſanctus per virum eius poſt ſe currentem audiſſet nomen ieſu chriſti in ſchedula ſcripſit ⁊ collo mulieris alligari mandauit. Et ſic totaliter a ſpiritu illo maligno liberata eſt. ¶ Apud aquitaniam mulier alia ab incubo quodam per ſex annos petulante laſcinia vexata fuerat. Que ad viruꝫ dei acceſſit: ⁊ que paſſa fuerat cum lachrymis enarrauit: cui Bernardus baculum ſuum tradidit: ⁊ vt in lectulo ſuo ipſum poneret mandauit. Demon autem extūc ad cubile non audebat accedere: ſed acerrime cōminabatur: ꝙ eo recedente ſe de ipſa atrocius vindicaret. Quod cum ſancto retuliſſet: ille populum conuocauit: ⁊ candelis accenſis omnia publice enarrauit: ac demonem illum excommunicauit. Sicqꝫ mulier ab eius illuſione penitus liberata eſt. ¶ Cum in eadeꝫ ꝓuincia legatione fungeretur: vt ducē aquitanie eccleſie reconciliaret: ⁊ ille recuſaret: vir dei ab altare celebraturus acceſſit: duce preforibus expectante. Cum autem pax domini dixiſſet corpus chriſti ſuper patenam poſuit: ⁊ adducem exiuit: eidemqꝫ per filiuꝫ virginis terribiles minas intulit: ⁊ vltionem diuinam addidit: niſi ad eccleſie obedientiaꝫ veniret. Quē dux ignea facie ⁊ flammeis oculis conſpiciens: territus coram eo procidit: ⁊ veniam poſtulauit: ⁊ quicquid ſanctus precipere voluit: mox adimpleuit. ¶ Militem quendam nobilem monachum ſuuꝫ effectum grauis tentatio exeundi ordinē pulſauit: ita vt expreſſe diceret ſe nunꝗ̄ letum futurum. Quod ſanctus audiens pro eo orauit: ⁊ tentatio mox diſceſſit: ita vt poſtmodum diceret ſe nunquam triſtitiam habiturum. ¶ Cum ſanctus malachias epiſcopus hibernie in ſuo monaſterio migraſſet: ⁊ bernardus pro eo miſſam pro defunctis incohaſſet gloriā eius intra canoneꝫ domino ſibi reuelante co-

gnouit: ⁊ poſt cõmunionis collectam pro
confeſſore pontifice cõmutauit. Cui dum
cantor innueret ꝙ errabat: ait ſe non erra
re: ſed ſcire qd diceret. Deinde accedens
ſacro corpori pedes oſculatus eſt. ¶ Uiſi
tatus a quibuſdam tyronibus in quadra/
geſima rogabat eos: vt ſaltem illis diebus
a ſuis ſe vanitatibus cohiberent. Quibus
recuſantibus vinuz benedictum eis in po
culum tradidit: ⁊ mox illorum vitam in
melius cõmutauit. ¶ Tandem morti ap/
propinquans fratribus ſuis: charitatẽ: hu/
militatem: ⁊ patientiam iure teſtamenti
reliquit. Deinde poſtquã multa miracula
perpetraſſet: ⁊ centum ⁊ ſexaginta mona
ſteria conſtruxiſſet: anno domini mille/
ſimo centeſimo ⁊ ſexageſimotertio: eta/
tis vero ſue anno ſexageſimotertio inter
filiorum manus obdormiuit in domino
decimotertio calendas ſeptembris. Se/
pultuſq; ẽ in monaſterio clarauallẽ. mul
tis ⁊ mirabilibus miraculis refulgens.
¶ Hic doctor ſanctus multos libros ⁊ tra
ctatus edidit. Scripſit libruz vnum de cõ
temptu mundi ad clericos. Super miſſus
eſt homelias. iiij. Item exhortatoriuz de
paſſione ⁊ reſurrectione domini librum
vnum. De gratia ⁊ libero arbitrio librum
vnũ. De gradibus humilitatis ⁊ ſuperbie
librum vnum. Ad abbatez columbenſez
de precepto ⁊ diſpenſatione librũ vnum.
Ad ciſtertieñ. ⁊ cluniaceñ. apologeticum
librum vnum. Ad hugonem de ſancto vi
ctore librum vnum. Super pſalmuz. Qui
habitat. homelias. xviij. Super cantica
canticorũ homelias ſeptuagintatres. Su
per Magnificat tractatum vnum. Epiſto
las ad diuerſos. ccxl. Sermones vero in/
numerabiles. Item ad eugenium papam
tertium de conſideratione libros quinq;.
Ad milites templi de laude militie noue
libruz vnum. Et alia opuſcula multa ⁊ ele
gantia compilauit.

¶ De ſcõ Philiberto abbate. Ca. lxxxvi.

Philibertus abbas apd
rothomaguz claruit tẽ
pore clodouei regis frã
corum: Qui adhuc iu/
uenis a dagoberto re/
ge francorum in pala/
tio ſuo aduocatus: cuz
eſſet annoruz viginti elegit chriſti fieri di/
ſcipulus: ⁊ in robatẽſi monaſterio ſub agi/
lo abbate monachus factus eſt. Ubi ope/
ribus penitẽtie vacans: multa diaboli ten
tamina ꝑtulit: quas omnes a chriſto adiu
tus ſuperauit. Succeſſitq; agilo in abba/
tie regimine: domuz ſibi creditaz ſtrenue
gubernando: ⁊ miraculis coruſcãdo. Duz
autem eum quidam ex fratribus liuore
inuidie ex cenobio abieciſſent: vnus eorũ
ictu fulminis interijt: alius in ſeceſſuz om
nia interiora depoſuit. Reliqui timore ꝑ/
cuſſi penitentiam agentes: ipſumq; reuo
cantes: eidẽ hũiliter obedierunt. ¶ Poſt
modum autem a rege clodoueo ⁊ bathyl
de regina francoruz in pago rothomagẽſi
locum appellatum gemericum obtinuit:
vbi egregiũ monaſteriũ cõſtruxit. ¶ Mo
nachum quendam quez ad regem pro cã
cenobij mittere diſponebat febre deten/
tum: iperans febri ſanauit ⁊ miſit. ¶ Exi
ſtente eo pariſius latro cyrothecas eius
furatus ẽ. Mane autẽ ſe ardere eiulans:
⁊ loqui non valẽs: ſinum cuz furto abſcõ
dito patefecit. ¶ Cum nocte quadam in
baſilica ſancti Petri oraret: viſi ſunt ocu
li eius quaſi due lampades fulgentes.
¶ Monacho qui languens ad extrema
venerat: ⁊ loqui non valebat: peccatũq;
vnum in confeſſione ſcienter omiſerat:
oratione ſua loquelam reſtituit: illeq; pec
catum confeſſus mox expirauit. ¶ Cum
fratres meſſem ſuccidérent: ⁊ manipu/
li per agros iacerent: tempeſtatem ſubi/
tam ingruentem a meſſe repulit: ⁊ con
tinuo ſerenitatem adduxit. ¶ In villa
quoq; pineuio hoſpitatus a muliere qua/
dam

dam paupere in domo ſuſceptus: vas vi/
ni qd habebat benedixit: ꝛ multis inde
potātibus cunctiſqꝫ ſatiatis ipſo abeunte
plenum repertuꝫ eſt. Quieuit in pace vir
domini decimotertio calendas ſeptem/
bris. Sepultus in mōaſterio ſuo ꝑdicto.

¶ De ſancto Stephano primo vngarie
rege. Cap. LXXXVII.



Stepha/
nus primus rex ꝛ apo
ſtolus vngarie ex no/
bili progenie ducū vn
garie patre geyſa ort⁹
anteqꝫ conciperet per
beatū ſtephanum pro
thomartyrem pr̄i ſuo
ꝑnunciatus fuit ac matri: addito qꝫ noīe
ſuo inſigniret. Qd ꝛ factum eſt. Nat⁹ igi/
tur puer a beato adalberto ep̄o baptizat.
Qui etate ſimul ꝛ gratia creſcens grama/
ticalibus ſcientiis ſufficienter inſtructus
eſt. Poſt que pater eius omnib⁹ prelatis
ꝛ principibus vngarorum conuocatis ſta
tuit ſtephanum filium ſuuꝫ poſt ſe regna/
turū: ꝛ omnes in eius fidelitate iurare cō
ſtituit. Quo facto pater eius deuote dieꝫ
clauſit extremū. Conſtitutus ſtephanus
poſt patrē ſuū dux vngarie adhuc adole/
ſcens pplm ſibi ſubditum laudabilr rege
re cepit iuſtitiā ꝛ iudiciū omnib⁹ faciens.
Et qꝛ adhuc vngaria nō erat ad chriſti fi/
dē cōuerſa cogitauit cū omnib⁹ finitimis
pacē firmare: vt faciliori acceſſu pplos ad
fidem chriſti cōuerteret. Et cuꝫ aliqui ex
ſuis baronibus cōtra eum inſurrexiſſent
ꝛ multa mala in vngaria operarētur: fide/
lis princeps dei ꝛ beati martini ac beati
georgii ſub quoruꝫ vexillis militabat pre
cibus adiutus omnes vi armorū debella/
uit. Ex quorū preda monaſterium ſancti
martini ſolēniſſimū conſtruxit ꝛ copioſis
redditibus dotauit: qd ſanctis viris vnde
quaqꝫ vocatis repleuit. Poſt hec prouin
ciā diuiſit in ep̄atus: ꝛ ſtrigonienſem ep̄ꝫ
metropolitanū fecit. Et mittēs aſtrictuꝫ
abbatem quē ep̄m colocēſem fecerat ad
romanū pontificē rogauit eundem vt no
uelle vngarie plantationi faueret: ꝛ ep̄a
tus ꝛ archiepiſcopatū confirmaret: ꝛ ſibi
titulū regni ꝯcederet. Qui aſtrictus ſapiē
ter legationē exequens: ad votum omnia
īpetrauit. Et ſic beatus ſtephanus regni
corona donat⁹ ꝛ a preſulibus ꝛ baronibus
coronatus feliciter regnū adminiſtrauit
plenus oratiōibus ieiuniis ꝛ elemoſynis.
Poſtmodū cā prolis ſuſcipiēde vxorē du
xit byſlam ſororē ſancti henrici īpatoris.
Que pia ꝛ ſancta mulier nō diſcordans a
viri pietate: eccleſias ꝛ monaſteria diuer/
ſis ornatibus decorabat. Scūs autem rex
continue cū ſeruis dei morabat: ꝛ ſi queꝫ
virtute ꝑcellentē conſpexiſſet honorabat
pro poſſe. Unde ꝛ ſebaſtianū monachuꝫ
monaſterij ſcti martini ꝑdicti virtutibus
egregium ſtrigoniēſem archiep̄m elegit.
Conſtruxit etiā monaſteriū in ſancta ciui/
tate hieruſalem: qd ampliſſime ditauit.
Rome quoqꝫ ſub titulo ſcti ſtephani pro/
thomartyris xenodochiū pro vngaris pe/
regrinis ſuſcipiēdis: qd abundanter dota/
uit. Beatū quoqꝫ gerarduꝫ monachū ve/
netū ad terrā ſctāꝫ proficiſcētē rettinuit:
quē poſtmodū epiſcopū factum infideles
martyrio coronauerūt. Mortuo aūt hen/
rico imperatore conradus ſeptruꝫ impe
rij ſuſcepit. Qui regnū vngarie moleſtare
conatus: hoſtiliter regnum inuaſit. Quod
audiens pius rex exercitu cōgregato an
te omnia ad beatiſſime virginis cōfugiuꝫ
recurrit. Et ſic eius precibus hoſtes paca/
ti retroceſſerunt. Poſt laudabileꝫ autem
vite ſue curſum a dn̄o ꝑmonitus ſciſſime
diem clauſit extremū Anno domini. M.
xxxv. ꝛ in alba regali ſepelit.

¶ De ſanctis Chriſtophoro ꝛ Leonigildo
martyribus. Cap. LXXXVIII.

CHriſtophorꝰ ⁊ Leouigildus martyres apud ciuitatē hiſpanie cordubam paſſi ſūt. Qui tēpore perſecutionis ab infidelibus comprehēſi chriſtum cōfeſſi eſſent: gladio cedente martyriuꝫ cōſumauerunt. Quorum corpora poſt abſciſionem capituꝫ igni tradita ſunt. Qui paſſi ſunt .xiii. calendas ſeptembris: vt ado tradit in ſanctorum martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶ De ſanctis martyribus Leōtio ⁊ Carpophoro. Ca. LXXXIX.

LEontius ⁊ carpophorus martyres in ciuitate aquileia paſſi ſunt tēporibus diocletiani ⁊ maximiani imperatoruꝫ ſub lyſia preſide. Qui cum eſſent arte medici: infirmos quoſcunqꝫ ab omni languore ſanabant non tam naturalibus medicaminibus artis ſue ꝙ̄ Chriſti nomine inuocato. Erant enim fideliſſimi chriſtiani. Audiēs autem lyſias preſes famam illorum: cum eſſent ei ab eius officialibus accuſati: ⁊ ꝙ cultum deorum ſuoruꝫ deſtruerent: eos ad ſe accerſiri fecit: ⁊ que eſſent eorū nomina: que patria: que conditio: que fortuna queſiuit. Illi vero ad ſingula reſpōderunt: quia ſcilicet nomina eoruꝫ erāt leōtius ⁊ carpophorus: patria vero eorū erat arabia: conditio chriſtiana: fortunaꝫ autē chriſtianos neſcire dixerūt. Tunc preſes cepit eis perſuadere: vt diis ſacrificarēt: promittens illos exinde honoribus ſublimandos: aut ſi renuerēt diuerſis puniēdos ſuppliciis. Cumqꝫ illi ſacrificia demonibus exhibere nullatenus velle reſponderent: ⁊ chriſtum ſibi adiutorem in omnibus dicerent: atqꝫ illius cōminata tormenta contēnerent: precepit eos preſes in manibus ⁊ pedibus grauiter torqueri. Et dum illi conſtantes hoc ſuppliciuꝫ deriderent: iuſſit eos preſes cathenis victos in mare ꝓcipitari. Statimqꝫ angelus domini affuit: ⁊ diruptis vinculis illos e pelago ad littus incolumes eduxit. Et cum hoc miraculum preſes artibus magicis aſcriberet ⁊ econtra illi ei chriſti virtutem predicarēt: Illeqꝫ eos in nomine dei ſui hadriani ſequi velle diceret: cōtinuo duo demones affuerunt: et preſidem in faciem alapis cederunt grauibus per horam vnam. Sed orantibus pro eo ſanctis ſtatim demones abierunt. Tunc preſes dicere cepit: ꝙ dii ꝯtra ſe indignati: quia illos velle relinquere dixerat: talē i eū vindictā exercuerant. Iuſſitqꝫ ſcōs in carcerē trudi: donec qualiter ipſos perderet cogitaret. ¶ Altera die illos eductos ⁊ diis immolare cōſtantius recuſantes: in ignē copioſum accēſum iactari mādauit. Sed tñ ignis illos in nullo leſit ſed fctō terremotu nimio: erumpēs flāma plurimos paganoꝝ circūſtātes exuſſit. Illi vero ſancti de ignis educti medio: nedū in corporibꝰ ſꝫ etiā in capillis ⁊ veſtibus penitꝰ apparuerūt itacti. Iubent ergo in equuleo ſuſpēdi ⁊ vngulis radi. Sed angelo illos cuſtodiēte: fatigatis ad modū carnificibꝰ ante ꝑſidē deponunt. ¶ Et cū iterū ac iterū a preſide pſuaſi: cultū diis ſuis exhibere renuerēt: fecit illos lyſias ꝑſes in crucibꝰ leuari: ac circūſtāte ꝑplo lapidari: verū lapides in iacientes redibāt ⁊ plīmos vulnerabāt. Tūc mādauit illos a .iiii. ex militibꝰ ſagittis ꝯfigi. Sagitte vero martyres nō ledebāt: ſed retrouerſe ſagittarios cōfigebāt. Et nō ſoluꝫ illos: ſed alios plures aſtātes occiderūt. ¶ Lyſias aūt ſe ꝯfuſū in oībus cernēs ſctōs dei gladio cedi iuſſit. Et ſic accedētes ſpiculatores eoꝝ capita gladiis abſciderūt. Quoꝝ corpora chriſtiani rapiētes iuxta muros ciuitatis aq̄leie ſepelierūt. Paſſi ſūt aūt ſcī martyres leōtius ⁊ carpophorus .xiii. calen. ſeptēbris.

¶ De ſcõ Anaſtaſio mar. Cap. XC.



Anaſtaſi⁹ ſiue attal⁹ martyr paſſus eſt ſub aureliano auguſto ꝛ pſide antiocho rome. Qui cũ eſſ; cornicularius: agapitũ martyrẽ i cuſtodia habuit mandato pſidis. Et audiẽs ab eo verba vite fere conuerſus eſt. Cũ aũt agapit⁹ verſis pedibus ſuperius eẽt ſuſpenſus: ꝛ fumo de ſubter fcõ ſic. iiij. dieb⁹ eſſet dimiſſus: vt ſupra dictũ eſt in paſſiõe ei⁹. xv. cal. ſeptẽb. ꝛ poſt dies q̄ttuor anaſtaſius illuc vadẽs iueniſſet eũ ſolutũ ambulãtẽ ꝛ pſallentẽ: fidem xp̄i oio ſuſcepit ꝛ baptizatus eſt. Et dum hec oia que viderat preſidi nunciaſſet: et chr̄m conſtanter cõfeſſus eſſet. Juſſu aureliani decollatus eſt. xij. cal. ſeptẽbris.

¶ De ſcõ Priuato epõ ꝛ mar. Ca. XCI.

Priuatus epõs ꝛ martyr paſſus eſt in territorio gaualitane ciuitatis. Qui ſub pſecutione imperatorũ valeriani et galieni cũ chriſtuz dominuz predicaret: ꝛ deos paganoꝝ adorare recuſaret. Judicis ſententia decolatus: ꝛ palma martyrii coronatus eſt xii. calen. ſeptembris: vt dicit ado.

¶ De ſancto Quadrato epõ. Cap. XCII.

Quadratus epiſcopus tp̄e hadriani iperatoris claruit: qui multa vtilia opera eccleſie digeſſit. Nam eidez principi apologeticum ſcripſit ꝛ obtulit. Librũ rationis ꝛ fidei plenũ: apoſtolicaq; doctria dignũ: ꝛ religioni chriſtiane pertitilẽ. Scripſit ꝛ parthicũ bellum ſub ſeuero principe geſtum. Auidii caſſij vitam ꝛ geſta ſcriptiõi tradidit. Et in partibus macedonie in pace quieuit. xij. calendas ſeptembris. Hec hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De. ſ. Timotheo pſbõ ꝛ m̄. C. XCIII.

Timotheus pſbr ꝛ martyr rome paſſus eſt ſub valeriano iperatore: ꝛ tarq̄nio vrbis prefecto. Qui ab antiochia veniens tp̄e melchiadis pape a ſcõ ſilueſtro tũc preſbytero: poſtea romano põtifice futuro: hoſpitio deuote ſuſceptus eſt. Qui timotheus: cum per vnũ annũ: ꝛ tres menſes: docens chriſti veritatẽ multos populorum gentilium cõuertiſſet: tentus a tarquinio vrbis pfecto: ꝛ plagarũ tormentis afflictus: longaq; carceris cuſtodia maceratus: cũ ſacrificare idolis noluiſſet: ter ceſus terq; grauiſſimis ſuppliciis attrectatus nouiſſime ſniam accipiens capitalez: inter homicidas decollatus eſt. Cui⁹ corpus ſilueſter pſbyter clã rapiens in domo ſua occultauit: ꝛ melchiadi pape nunciauit. Qui veniens nocte cuz preſbyteris ꝛ diaconibus corpus tulerũt: ꝛ in horto cuiuſdaz mulieris nomine theone iuxta ſepulturaz beati pauli apoſtoli ſepelierunt. Paſſus eſt autem. xi. calen. ſeptẽbris.

¶ De ſanctis Timotheo ꝛ Proterio martyribus. Cap. XCIIII.

Timotheus alexandrinus epõs ꝛ proterius eius preſbyter fidei catholice pugiles extiterunt tẽpore leonis imperatoris contra dioſcorum epiſcopum alexãdrinum p timotheanos hereticos intruſuz viriliter reſiſtẽtes. Propter qḋ heretici eũ dioſcoro armata manu in cena dñi alexãdriã inuadẽtes proteriũ capiunt: ꝛ in eccleſia occidunt: corpuſq; illi⁹ crudelit̃ laniatũ igne ↄſumunt: puluerẽ q̄z inuctum diſpergunt. Dioſcoꝝ vero violenter in exilium mittunt. Timotheus vere epõs catholicus vix aufugiens liberatus ẽ. Qui poſt dies modicos: multũ oppreſſus anguſtiis q̄euit in xp̄o.

¶ De ſcõ Symphoriano mar. C. XCV.

Symphorianus martyr tpe aureliani iperatoris paſſus eſt in ciuitate eduneñ. ſub conſulari heraclio. Qui ex auguſtuduneñ. vrbe: patre fauſto nobile chriſtiano ꝓgenitus: cũ adhuc eſſet adoleſcens tanta morũ grauitate pollebat vt ſeniorũ vitaꝫ anticipare videret. Cũ ergo pagani in ciuitate edua feſtũ veneris celebrarent: et ſtatuã eius ante heracliũ prefectuꝫ deferent: Symphorianus affuit: ⁊ nolens eaꝫ adorare diu ceditur: ⁊ ceſus carceri mãcipat. Et cum eductus de carcere ad ſacrificiũ cogeretur: ⁊ multa ei donaria ꝓmitterent: ipeqꝫ oia tanq̃ lutũ abominaretur: iratus iudex data ſñia precepit: vt decollaret. Qui cũ ad locũ duceret: mater eius de muro aſpiciebat: ⁊ ipſum ad paſſionẽ viriliter cõfortabat: dicens ꝙ ei vita non tolleret: ſed in melius cõmutaret. Mox igit decollatus eſt: ⁊ corpus eius a chriãnis ſepultũ ad fontẽ: qui eſt extra publicũ cãpũ foris muros edue ciuitatis. Paſſus eſt ãt. xj. cal. ſeptẽb. circa annũ dñi. cclxx.

¶ De ſcõ Antonio mar. Cap. XCVI.



Antoni⁹ martyr paſſus eſt rome tpe cõmodi imperatoris ſub vitellio ꝑfecto. Qui cũ eſſet carnifex: ⁊ ſanctos martyres euſebiũ: pontianũ: peregrinũ: ⁊ vincẽtium in equuleo leuatos mãdato preſidis laniaret. vidit iuuenẽ ſtantẽ ⁊ cũ ſpongia ſcõꝝ vulnera tergentẽ: de quib⁹ infra dicet. viij. cal. ſeptẽbris: qui mox conuerſus: ⁊ a rufino pſbro baptizatus: duꝫ chriſtũ confiteret: iuſſu prefecti capitali ſentẽtia damnatus eſt: ⁊ via aurelia iuxta forũ traiani ſepultus. xj. calen. ſeptembris.

¶ De ſctis Timotheo ⁊ Apollinare martyribus. Cap. XCVII.

Timotheus et Apollinaris martyres paſſi ſũt apud rhemenſiũ vrbẽ ſub nerone iꝑatore: ꝑſide autẽ lãpadio: Cui primũ timotheus preſentatus cũ ſacrificare nollet: ⁊ grauiter tortus fuiſſet: ac laniatus ⁊ aceto ⁊ calce viua eius vulnera cõſpergerent: Apollinaris q̃dã gentilis aſſiſtẽs: vidit duos angelos Timotheo aſtantes: et ipſum hortãtes: ac vt in celũ aſpiceret admonentes. Qui aſpiciẽs vidit celũ aptũ: ⁊ ieſum coronã gẽmataꝫ tenentẽ: eamqꝫ ei dare promittẽtẽ: poſt que angeli ad celos euolarunt. Que omnia cũ apollinaris vidiſſet: conuerſus eſt. Et dũ a ꝑſide tẽtus fuiſſet: ⁊ in os eis plumbũ liquefactũ faceret infundi: tanqꝫ glacies repente refriguit. Quo viſo miraculo multi paganorũ in dño crediderũt: ⁊ nocte a ſancto mauro preſbytero baptizati ſunt. Sancti vero timotheus ⁊ apollinaris in carcereꝫ miſſi ſunt: Ubi ⁊ apollinaris tanqꝫ nouus chriſti tyro ab angelo confortat. ¶ Die vero ſequẽti omnes qui cõuerſi fuerant iubente preſide decollant. Timotheus vero ⁊ apollinaris tertio ceſi: ⁊ diuerſis attrectati ſupplicijs in confeſſione domini perſeuerantes: tandẽ capitali ſententia puniti ſunt. Statimqꝫ iaculum ignitũ de celo cadẽs humerum dextrũ preſidis percuſſit: ⁊ ꝓtinus a demonio arreptus infeliciter expirauit. Sanctoꝝ vero martyrũ corpora a chriãnis i eadẽ vrbe honorifice condita ſunt. x. cal. ſeptẽbris circa annũ dñi. lvij.

¶ De ſancto Zacheo epiſcopo hieroſolymorum. Cap. XCVIII.

Zacheus epiſcopus quartus a beato iacobo hieroſolymorũ eccleſiam clariſſime rexit. Naꝫ vt ait euſebius. iiij. libro cap. v. Hieroſoly-

mis epiſcopi. xv. fuerũt vſqȝ ad tempora hadriani imperatoris oĩs ex hebreis chriſtianis aſſumpti: verũ iudeis a romanis diſperſis epiſcopi ex circũciſione eligi ceperunt. ¶ Horũ autẽ primus fuit iacobꝰ frater domini: ſecũdus ſymeõ: tertius iuſtus: quartus zacheus: quintus tobias: ſextus beniamin: ſeptimus ioãnes: octauꝰ matheus: nonus philippus: decimus ſeneca: vndecimus leui: duodecimus iuſtꝰ decimuſtertius effrem. decimuſquartus ioſeph. decimuſquintus iudas. Hec euſebius. Beatus vero zacheus in oĩ ſanctitate cõmiſſum ſibi gregem exemplis ac doctrinis reficiens: quieuit in pace decem calendas ſeptembris.

¶ De. ſ. Zacheo epõ Antiocheno. c. xcix

Zacheus epũs antiochenus primus poſt petrũ apoſtolũ conſtitutus fuit. de quo in itinerario clemẽtis dicitur qꝫ cũ petrus in diſputatione quã habuit cũ ſimone mago victoriã obtinuiſſet: ſimõqꝫ romã a facie petri fugiſſet. Petrus poſt eũ pergens: zacheũ ſibi ſucceſſorẽ conſtituit: ꝛ pſbyteros ac diaconos ordinans: eiſdẽ populum commendauit: ipſoſqꝫ de omnibus inſtruens perfectius profectus abiit. Zacheus autẽ epiſcopus poſtqꝫ eccleſiam ſibi cõmiſſaȝ feliciter gubernaſſet: plenꝰ ſanctitate beato fine quieuit: ibidẽqꝫ ſepultus in pace.

¶ De ſcõ Theona epõ. Cap. C.

Theonas epũs alexãdrinus venerabilis fuit oĩqꝫ virtute clarus: qui beatum petrum eiſdem vrbis epm ꝛ martyrem enutriuit: cui ꝛ idẽ beatus petrus in epatu ſucceſſit: put ſibi a domino per viſuȝ fuerat reuelatum. Hic eccleſiam ſuam ab infeſtatione arriana tunc vigẽte viriliter defenſauit: qui ꝛ virtutibus laudabilibꝰ preclarus in pace quieuit. x. cal. ſeptembris: Alexandrie quoqꝫ tumulatus iacet.

¶ De ſcõ Theona abbate. Cap. CI.

Theonas abbas pꝛi fuit trium miliũ monachorum in eremo ſcythi: qꝫ vt dicit ſozomenꝰ: fuit ſciẽtiſſimꝰ litterarũ grecarũ: latinarum: ꝛ egyptiarũ: Qui triginta annis dicit minime viſus iraſci: aut iurare: aut mẽtiri. aut vanũ: vel aſperũ vel infirmũ ꝓtuliſſe ſermonẽ. Hic abbatẽ quẽdã adhuc iuuenẽ quotidie pãmachiũ furantẽ ꝛ occulte manducantẽ: ſermone de cõtinentia facto conuertit ad pniaȝ: eoqꝫ peccatum ſuũ publice cõfitẽte velut lampas ignis de ſinu eiꝰ egreſſa eſt: totãqꝫ domuȝ fetore cõpleuit. Hic etiã dicebat nihil ẽẽ tam noxiũ monachis: qꝫ cogitatiões ſuas patribꝰ ſuis ſpũalibꝰ celare. Quieuit in pace ĩ eremo ꝺ ſcythi. x. cal. ſeptẽbris. Hec ſozomenus in hiſtoria tripartita.

¶ De ſanctis Donato ꝛ Reſtituto ꝛ ſociis martyribus. Cap. CII.



Donatꝰ ꝛ reſtitutꝰ: valerianꝰ: ꝛ fructuoſa cũ aliis. xii. apud antiochiaȝ paſſi ſunt. Qui pclariſſimo cõfeſſionis honore per diuerſa genera tormẽtorum glorioſo martyrio coronati ſunt. x. calẽdas ſeptembris. Hec ado in martyrologio ſuo.

¶ De ſanctis Claudio Aſterio ꝛ Nenone martyribus. Cap. CIII.

Claudiꝰ: aſterius: ꝛ nenon apud lyciã in ciuitate egea martyriũ paſſi ſunt. Qui tẽpore pſecutiõis ab infidelibus tẽti: cũ chrĩm dñm cõfiterentur: poſt acerba et diuerſa ſupplicia cruci affixi ſunt. In qua deo ſpiritū red/

diderunt.x.calen.ſeptembris. Hec ado.

¶ De ſcō Porphyrio mar. Cap.CIIII

Porphyrius martyr paſſus eſt tēpore aureliani īperatoris: ſub antiocho preſide in vrbe roma. Hic vir dei ſanctū martyrē agapitū enutriuit: ⁊ ad martyrium ſua doctrīa animauit. De quo ſupra dictū eſt.xv.cal.ſeptēbris. Propter qđ ab antiocho preſide detentus: poſt multa ſibi illata tormēta emiſit ſpm̄.x.cal. ſeptembris.

¶ De ſcō Bartholomeo aplō. Cap.CV



Bartholomeus apoſtolus natiōe ſirus ⁊ nepos fuit regis ſyroꝝ ex patre ſoluſq; ex oibus apoſtolis ſcđꝫ carnē nobilitate decoratus vnde ⁊ ꝓpter ipm ſolū in cena domini facta eſt contētio inter diſcipulos: quis eorū videt eſſe maior. Cū enim chrs apoſtolis dixiſſet: ꝙ vnus ex eis ipſū traditurus eēt: apoſtoli ſuſpicati ſūt: ꝙ ꝓditor ille hoc facere vellet: quatenus regnū iſrael quē ſperabant carnaliter chrm obtenturum ſibi vſurpare cuperet. Et cū nullus inter eos eēt: qui ad talē dignitatē aſpirare putaret: niſi bartholomeꝰ ꝓpter nobilitatē regiā. Ideo habuerunt eū de tali ꝓditione ſuſpectum: ⁊ queſtionē de maioritate fecerunt. Hec damaſcenꝰ: vnde in quibuſdam eccleſiis euangeliū in hoc feſto de dicta contētione inter diſcipulos facta legitur. ¶ Legitur aūt in quadā hiſtoria licet apocripha: ꝙ dum perueniſſet ad bartholomeū regis ſyrie nepotem adhuc iuuenē: de doctrina ⁊ miraculis chriſti: apud iudeam predicātis: miſit ad eum nuncium ꝙ libēter eius diſcipulū ſe faceret: ſi ieſus gratiam vnā illi concederet. Audierat eni ꝙ diſcipuli eius paupere in abiecto habitu incedebāt. Si ergo ꝓpter honorē regie dignitatis ſibi concederet: vt purpura idutus vteretur ipm perpetuo ſequeretur. Cui Chriſtus optata libere conceſſit: dixit tamen nuncio vt ex parte ſua diceret bartholomeo: ꝙ qui materialem chlamydem deponere recuſaret: adhuc pro eius amore naturalē veſtem: hoc eſt corporis cutē dimitteret. Et ſic chriſtus bartholomeū in apoſtolū ſuū recepit: ⁊ ille ſemper purpure vſum retinuit. Cū ergo poſt paſſionē domini apoſtoli per diuerſas mundi partes ad predicandū diuiſi eſſent: Bartolomeus primo in lycaonia predicauit: deinde ad indiā inferiorem acceſſit. Et ingreſſus templū in quo erat idolū aſtaroth quaſi peregrinus ibi manere cepit. In hoc idolo quidam demon habitabat: qui ſe languētes curare dicebat: ſed non ſubueniebat ſanando: ſed homines primo ledēdo: deinde a leſione ceſſando. ¶ Uerum cū templum languentibꝰ plenum eſſet: ⁊ nullū ab idolo reſponſum habere poſſent: perrexerunt ad aliā ciuitatem: vbi aliud idolum nomine berith colebatur. Et interrogātibus cur ſibi deus ſuus aſtaroth reſpōſum nō daret. Berith reſpondit: ꝙ deus eorū cathenis igneis conſtrictus eſſet: vt nec reſpirare nec loqui poſſꝫ: ex illa hora qua apoſtolus dei Bartholomeꝰ illuc ingreſſus fuiſſet. Illis vero querētibus qͥs eſſet iſte bartholomeꝰ. Reſpōdit ꝙ erat amicus dei omnipotētis: ⁊ ideo illuc venerat vt omnes deos inde euacuaret. Dixitq; eis berith omnia ſigna eius: ꝙ videlicet capillos nigros ⁊ criſpos habebat: oculos grandes: nares equales barbā prolixam paucis canis reſperſam: ſtaturam mediocrem. Colobio albo ⁊ pallio purpureo induebatur anni vigintiquinq; erant ex quo veſtes eius ⁊ ſandalia: nec veteraſcerant nec ſordidauerāt. Centies in die

⁊ totidem in nocte genu flectebat. Ange/
li dei cum eo ſemper ambulabant: nō per-
mittentes eum fatigari nec eſurire. Om-
nia preuidebat: omnia nouerat ⁊ omniuꝫ
gentium linguas ſciebat. Et ꝙ ſecum lo-
queretur ipſe iam nouerat: et ſi vellet ſe
eis oſtenderet: ſin autem ipſum nunquaꝫ
inuenire poſſent. Rogauitqꝫ eos: vt cum
ipſum inuenirent: eū exorarent: ne illuc
accederet: ne angeli domini ſibi facerēt:
pro vt college ſuo aſtaroth fecerant ipſuꝫ
cathenis igneis religantes. ¶ Reuerten
tes aūt illi per duos dies oīuꝫ peregrinoꝝ
vultus ⁊ habit⁹ ſolicite q̄ſierūt: ⁊ iꝑm mi/
nime inuenerūt. ¶ Tertio vero die qdā
pſeuſtius q̄ per plures ānos a dmonio fue
rat vexatus: cepit clamare ad apoſtolum
dei bartholomeum: ꝙ ipſum eius oratio
nes incēdebāt. Quem confeſtim apoſto-
lus ſilere fecit: ⁊ a demonio pſeuſtium li-
berauit. ¶ Hec audiens rex regionis illi/
us nomine polemius: cum haberet filiaꝫ
lunaticaꝫ: miſit ad apoſtolum rogans: vt
ad filiam ſuam liberandaꝫ accederet: ad
quā cum ille veniſſet: ⁊ cathenis vinctaꝫ
vidiſſet: q2 accedētes morſib⁹ lacerabat:
iuſſit eam exolui: dicēs ꝙ iam demoni-
um: quod in ea erat: ligatum tenebat: et
ſtatim ſoluta ⁊ liberata eſt. Tunc rex ca
melos auro ⁊ argento ac gemmis onera-
uit: ⁊ apoſtolum inquiri faciens: nullate-
nus inuenire potuit. Mane autem ſequē
ti apoſtolus cum ſolo rege in cubiculo ia-
nuis clauſis affuit: eiqꝫ dixit: ꝙ munera
iſta temporalia non querebat: ſed anima
rum ſalutē deſiderabat: ⁊ incipiens apo/
ſtolus predicauit illi chriſtum: addens ꝙ
ſi baptizari vellet: deum ſuum cathenis
igneis ligatum oſtenderet. Sequenti igi
tur die iuxta regis mandatum: dum pon
tifices idolo ſacrificarent: cepit clamare
demon: vt deſiſterent: ne deterius eis q̄ꝫ
ſibi contingeret: qui cathenis igneis liga
tus tenebatur ab angelis ieſu chriſti iuſ/
ſu apoſtoli eius bartholomei. Tunc iuſſu
apoſtoli demon confiteri cepit: qualiter
ad animarum perditionem populum illu/
dificabat: ⁊ quia eis illudens non ſubue-
niebat ſanando: ſed a leſione ceſſando:
vt ſicipſum vt deum adorarent: ⁊ verum
deum celi negarēt. Statimqꝫ omnes iuſ-
ſu regis miſerunt funes ⁊ trocleas: vt ſi-
mulacrum euerterent: ⁊ non potuerunt.
Apoſtolus autem demoni precepit: vt in
de exiens idolum ipſum comminueret:
qui ſtatim exiens omnia idola comminu
it: ita vt etiam picturam omnem diluiſſꝫ.
Apoſtolus vero templum deo dicauit: ⁊
demonem in deſertuꝫ abire precepit. Et
ecce angelus domini apparuit: ⁊ templū
circumuolans in quattuor angulis ſignū
crucis digito ſuo ſculpſit: admonens po-
pulum: vt idem ſignum frontibus ſuis
imprimerent: et demonem non timerēt:
Tunc oſtendit eis ethiopem nigerrimū:
facie acuta: barba prolixa: crinibus vſqꝫ
ad pedes protenſis: oculis igneis ſcintil-
las emittentibus flāmas ſulphuris ex ore
ſpirantem ac naribus: cathenis quoque
igneis retro vinctum manibus: dicens
populo ꝙ ille deus eorum eſſet, quem
hactenus coluiſſent: Quem exoluens in
deſertum locum iuſſit abire: ⁊ ibidem
vſqꝫ ad diem iudicii cōmanere. Ille au/
tem ſolutus cum magno ſtrepitu ⁊ vlula
tu diſceſſit. Angelus autem domini cun
ctis videntibus ad celos euolauit. Tunc
rex cum vxore et filiis ⁊ omni populo ba/
ptizatur: ⁊ relicto regno apoſtoli diſcipu
lus efficitur. ¶ Hoc videntes temploꝝ
pontifices congregati ad regem aſtyageꝫ
fratrem eius maiorem conuenerunt: cō-
querentes de deorum ſuorum amiſſio-
ne: et regis per artem magicam decepti
one. Aſtiages igitur rex indignatus mi-
ſit mille viros armatos ad apoſtolum ca
piendum: quem coram ſe adductum in
terrogauit: cur fratreꝫ ſuum peruertiſſet.

Apoſtolus vero ſe illum non ꝑueniſſe ſed conuertiſſe reſpondit. Et cũ rex eidem cõminaretur: ꝙ faceret eũ deũ ſuum relinq̃re: ⁊ deos ſuos adoraret. Ecce ſubito regi nunciat: ꝙ deus ſuus baldach cecidiſſet: ⁊ cõminat⁹ fuiſſet. Quod rex audiẽs purpuram q̃ indutus erat ſcidit: ⁊ apoſtolum fuſtibus cedi iuſſit: deinde in cruce ipſuz extenſuz viuũ excoriari mãdauit: q̃ excoriatus eſt. ix. cal. ſeptẽbꝛ. Cũqꝫ puelle nudatus adhuc viuus permãſiſſet: ⁊ excoriatus dñm predicaret: ⁊ multos tantuz cernentes miraculum conuertiſſet: iuſſu regis decollatus eſt die ſequenti videlicet. viij. cal. predicti mẽſis. ¶ Propter hoc q̃dam eius feſtum celebrant die precedenti: agentes memoriaz martyrij excoriationis: quidam die ſequẽti agentes memoriam decollationis. Uenientes aũt innumerabiles populi. xij. ciuitatum: que per eum crediderant: vna cum rege polemio corpus eius cum gloria ſepelierunt: ⁊ eccleſiam mire magnitudinis in eius noie ꝯſtruxerunt. Die vero. xxx. eius paſſionis rex aſtyages cũ põtificib⁹ a demonio vexati venientes ad tumuluz eius ⁊ apoſtolatum eius confitentes mortui ſunt. ¶ Cũ aũt propter ſignoꝝ multitudinem pagani viderent corpus eius populi frequẽtia viſitari: indignati ipſuz extumularunt: ⁊ loculo plumbeo impoſitum in mare iactauerunt. Quod diuino nutu vndis ſupnatans ad inſulam liparis delatum: ibiqꝫ a fidelibus collectum digna veneratione conditũ eſt: vbi multo tpe quieuit. ¶ Anno autem dñi. cccxxxi. ſaraceni ſiciliaz inuadentes liparitanã inſulam vaſtauerũt: ac eius ſepulchꝛum ꝯfringentes: oſſa apoſtoli diſperſerunt. Illis ergo recedentibus apparuit apoſtolus cuidã monacho: mandans vt oſſa ſua: que diſperſa fuerãt colligere curaret. Et cum monachus interrogaſſet: quomodo inter tot alioꝝ oſſa ei⁹ cognoſcere poſſz: ait vt nocte ad ea colligenda iret: ⁊ ea que vt ignem ſplẽdidiſſima videret: ꝓtinus leuaret. Que omnia: vt dixerat: monachus inueniens: oſſa leuauit: ⁊ nauez cõſcendens beneuentũ: que metropolis ẽ apulie trãſtulit. Que inde proceſſu tempoꝛis rome dicuntur fuiſſe tranſlata.

¶ De ſcõ Polemio epo. Cap. CVI



Polemi⁹ epiſcop⁹ diſcipulus fuit beati bartholomei apoſtoli: q̃ rex fuerat i india inferioꝛi: cuius filiam lunaticam idez apoſtolus a demonis obſeſſione liberauit: ⁊ ipſum regem cum omni familia et regno ad chꝛiſtum conuertit. Qui relicto regno diſcipulus chꝛiſti effectus eſt: ⁊ poſt paſſionez apoſtoli ab omni clero ⁊ populo in epiſcopum oꝛdinatur: qui in chꝛiſti nomine ⁊ apoſtoli bartholomei etiam miraculoꝝ ſigna faciebat. Fuit quoqꝫ in epiſcopatu annis. xx. Et perfectione multa fidẽ chꝛiſti in ipſis partibus auxit: ac laudabiliter viuens plenus virtutibus ad deũ migrauit: ſepultus ad pedes eius magiſtri.

¶ De ſanctis trecentis martyribus q̃ dicuntur maſſa candida. Cap. CVII.

MArtyres ſancti qui dicũtur maſſa candida fuerunt trecenti martyres apd̓ carthaginem pro xp̄o paſſi tempoꝛe valeriani ⁊ galieni impatoꝝ. Fertur enim inter alia ſupplicia: tũc a ꝑſide clibanũ calcis acceſũ: ⁊ in oꝛe eius prunas cũ thure exhibitas: ⁊ ꝑſidẽ ſcis dediſſe optionẽ alterius ex duobus: aut thura ſup ip̄os carbones offerre ioui: aut in calcẽ demergi. Tũc trecẽti viri fide armati ictu rapidiſſimo: xp̄m dei filiũ fatẽtes ſe in ignẽ iniecerũt: ⁊ iter vapores calcis pulueree ignitos demerſi exti-

cti ſunt. Ex quoniã ille cãdidatus beatoꝝ exercitus: maſſa cãdida meruit appellari maſſa ꝓpter numerum: candida propter meritu. Qui paſſi ſunt. ix. cal. ſeptembris. Hec ado ex hieronymi martylogio. Fuerunt ⁊ alij innumerabiles martyres q̃ ſimiliter appellant̃ maſſa cãdida: de quib⁹ infra ſuo loco: videlicet. iij. non. nouẽbris.

¶ De ſanctis gregorio theodoro ⁊ leone confeſſoribus. Cap. CVIII.

Gregorius: theodor⁹: ⁊ leo confeſſores tpe conſtantij imꝑatoris apud inſulaꝫ ſamũ claruerunt. Qui ex ptibus oriẽtalib⁹ orti: quo ad ſeculum milites imꝑiales: corde ſo deo militãtes pro fide xp̃i martyriuꝫ deſiderabãt pati. Gregorius enim ſenex venerãda canitie ⁊ ſapiẽtia decoratus. Theodorꝫ fere. xxx annoꝝ: ⁊ leonem adoleſcentem edocebat: veꝝ dum hereſi arrianoꝝ ſub conſtãtio vigente edictuꝫ eſſet: vt oẽs per vniuerſum orbẽ eiuſdem ſecte fierẽt: ipſiqꝫ ſci milites catholici: quibus erat cor vnum ⁊ aĩa vna in dño: cũ alijs ſuis cõmilitonibus apud ſiciliã degerent: multis circũquaqꝫ diſpſis fidelibus ob pſecutionem ipſi ſci cephaloniã deuenerũt. Et decreto habito ab alijs diſcedere: ſoliqꝫ xp̃o militare: ad ſamum inſulaꝫ ibi iuxta poſitam abierunt: vbi rubetum denſiſſimum inuenientes: idem ſci locuꝫ ſolitarium elegerunt. Sed pro tunc a cõmilitonibus diſcedere nõ valẽtes: vna cũ eis ad italiam nauigarunt. Indeqꝫ diſcedẽtes occulte: reuerſi ſamum intrauerũt rubetum parteqꝫ tẽpli vetuſtate dirupti ibidem repertaꝫ habitare ceperunt: pnie operibus ac contẽplationi vacantes. Ubi poſt tempus aliquod oratione facta: omnes eodẽ die feliciter obdormierunt: videlicet. xi. calen. ſeptembris. ¶ Michael vero ipſius inſule nobilis ⁊ diciſſimus elephantia lepra laborans: duꝫ a medicis liberari non poſſet: ad dei auxiliuꝫ oõne confugit. Cui ꝑ viſum apparuerunt tres viri in ſpecie angelica eidem mãdantes: vt corpora eoꝝ que dudum inhumata iacuerant: ⁊ a porcis ſtercorizabant̃ tumulare deberet: ⁊ ſic ſanitateꝫ perciperet. Qui euigilans ⁊ nomina ſcõꝝ ⁊ locum ignorans: mane bubulcum repperit: q̃ eidem michaeli retulit: ꝙ dũ iuxta rupem quandam porcos paſceret ⁊ vnum ex grege fugientẽ inſequeretur: miram fragrantiam ſenſit. Ingreſſuſqꝫ rubetum tria corpora ſcõꝝ inhumata et omnino incorrupta vidit: a quib⁹ odor ille maximus exalabat. Ille vero ipſa eſſe ſanctoruꝫ corpora: qui ſibi nocte apparuerãt intelligens: equum aſcendens: bubulco duce locuꝫ concitus adijt: ⁊ corpora fulgentia reppit. Que deoſculans mundationẽ recepit. In quo loco monaſteriũ de proprio ꝯſtruxit: ⁊ ipſa corpora honorifice cõdidit. Poſtqꝫ ijdem ſci ſibi apparuerunt in hitu: videlicet quo in mundo fuerant cõuerſati: vitã ⁊ noĩa ſua ac diem obitus eidẽ per ordinẽ enarrantes. Que oĩa michael ſcripture mãdauit. ¶ Proceſſu vero tẽporis duo ex ipſis corporibus a venetis dicunt̃ fuiſſe inde leuata: ⁊ venetias ad monaſteriũ ſci zacharie delata ſci gregorij ⁊ theodori: vbi in eadẽ arcella poſt altare maius requieſcũt: vna cũ corpe ſci zacharie ꝓphete patris ioannis baptiſte. ¶ Leonis autẽ corpus apud ſamum adhuc habetur.

¶ De ſcõ Sidonio epõ. Cap. CIX.



Sidoni⁹ apollinaris epũs aruernen. floruit tpe childeberti regis. Hic ex prefecto antiſtes: vir ſecũdum ſeculi dignitateꝫ nõ infimus literaꝝ ſapiẽtia ac diſciplina piſſimus: fuit qui multa opuſcula perutilia

vigeſſit. Epſtarū eni grāde volumē ad di/
uerſos: ſcrabro ſʒ erudito ſermone condi
dit. Iteʒ panegyrica metra antonio augu
ſto: ⁊ maioriano auguſto: ⁊ adiuto impa/
tori ſocero ſuo. Scripſit ⁊ cauſaꝝ libꝛuʒ. i.
Item librum excuſatorium ad iarum cla
rum ⁊ felicem. Epithalamiuʒ ruricio ⁊ hi
bernie. Epigrāma ad virum clarum caro/
linum. Epigrāma ad imperatorem maio
rianum. Epithalamiuʒ polemio ⁊ araneo
le. Eucbariſton ad fauſtuʒ epiſcopū. Epi-
grāmata. v. ad diuerſos. Propetion ad li-
bꝛū ſuuʒ. Librū pontij leontij. Laudē nar
boneñ. vrbis concinium. Qui ⁊ primi iu/
ſtini tpe debitum ſoluit humanuʒ in xpo
quieſcens. ix. calen. ſeptembꝛis.

¶ De ſcō Tito diſcipulo. Cap. CX.

Titus diſcipulus btī pauli apo
ſtoli fuit: cui idem apoſtolus
ſpecialem epiſtolam dirigit.
Huius vitam ſcripſit zenas le
gis peritus: cuius ideʒ apoſto
lus in eadeʒ epiſtola. iij. cap.
mentionem facit. Qui a minoe rege cre/
te generis duxit oꝛigenem in eadeʒ inſu-
la nobilibus parētibus ortus. Deſiderans
autem homeri ⁊ alioꝛum philoſophoꝛum
poemata: vacans circa illa: cum eēt anno/
rum. xx. audiuit de celo ſibi voceʒ illapſaʒ
ꝙ opoꝛtebat euʒ inde recedere: ⁊ animā
ſuam ſaluare. Poſt hec nouem annis ela
pſis: iuſſum eſt ſibi: ꝙ libꝛuʒ eſaie legeret
vbi dicit. Renouamini a me inſule mul-
te: iſrael ſaluabitur a domino eterna ſalu
te. Miſſus eſt itaqꝫ ab auunculo ſuo pro/
conſule crete hieroſolymam: audire ⁊ vi-
dere de miraculis ieſu chꝛiſti. Qui abiens
vidit paſſioneʒ chꝛiſti reſurrectionem: at
qꝫ aſcenſionem: ⁊ ſpiritusſancti aduentū
in apoſtolos. Sicqꝫ perfectam certitudi
nem de chꝛiſto aſſumens credidit: ⁊ an-
numeratus eſt cū. lxx. diſcipulis: in quos
ſpiritusſcūs coꝛpoꝛaliter deſcēdit. ¶ Poſt
ꝗ̄ autem ab apoſtolis epiſcopꝰ conſecra-
tus eſt: miſſus eſt cum paulo ad gentes ꝑ
dicandas. Qui nauigantes ad cretam in-
ſulam xpm predicabant: quos rutilius ti/
ti cognatus deridebat. Interea v̓o rutilij
filius moꝛiť: ⁊ a paulo ſuſcitať. Sicqꝫ ru-
tilius credens cū oī domo ſua baptizatur.
Paulus vero titum creteñ. epm oꝛdina/
uit: ipſumqꝫ crete dimittens abijt. Poſt
duos aūt ānos titus ad paulū romā acceſ
ſit: cū quo ⁊ fuit vſqꝫ ad interfectionē eiꝰ
a nerone: coꝛpuſqꝫ ipſiꝰ vna cū luca euā/
geliſta ſepeliuit. ¶ Poſt hec titꝰ ad cretā
deuenit: vbi gratioſe de fide xpī diſputās
tādem increduli ꝑſiſterent: oꝛauit ad diīʒ
ſtatimqꝫ idolum diane: quod colebāt: ce/
cidit: ⁊ in pulucreʒ redactuʒ eſt: mox cre/
derunt anime quingente in chꝛiſto: ⁊ ba-
ptizati ſunt. Conſecrauit aūt titus preſby
teros ⁊ diacōes: ipſe vero metropoli pre/
ſidebat. Cum die quadam tranſiret ante
palatiuʒ: quod ſecundus pꝛoconſul iuſſu
imperatoꝛis in iouis nomine cōſtruebat:
maledixit illud: ⁊ ſtatim opꝰ funditus diſ/
ſipatum eſt. Tunc ſecundus venit ad titū
cum lachꝛymis rogans ſe indemnem ab
opere conſeruari: cui Titus impoſuit: vt
opus in nomine vnius dei chꝛiſtianoꝛum
inciperet: ⁊ ſic opus perficere poſſet: ⁊ qḋ ⁊
factū eſt. Cōpleto vero ope ſcďus cum fi-
lio ſuo baptizatus ē. ¶ Dū igiť btūs titus
moꝛti appꝛopiquaret: vidit angelus ad ſe
miſſos: ⁊ reſplēduit facies eius ſicut ſol.
Qui ſpm ſuū ⁊ plebē ſibi ꝯmiſſam dn̄o cō/
mēdans in pace ꝗeuit etatis āno ſue. xciiij
viij. cal. ſeptēbꝛis: ſepultuſqꝫ eſt in metro
poli crete: vbi ⁊ q̇eſcit miraclis coꝛuſcās.

¶ De ſcō Tito epo. Cap. CXI.

Titus eps poſtremenſis claru/
it ſub iuliani ⁊ iouiani īperato
rū tempoꝛibus. Qui ſanctita-
te ⁊ vita ꝯſpicuꝰ: aduerſus ma
nicheos foꝛtiſſimos ſcripſit li
bꝛos: ⁊ doctrina luculēta in po
pulo ſuo claruit. Et ſub valentis imperio

in pace quieuit: vt tradit hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſcō Geneſio martyre. Cap. CXII.



Geneſi⁹ martyr apd̄ arelateñ. vrbē paſſus ē ſub diocletiano imperatore: qui ex eadem ciuitate oriundus arteʒ mimoſtellā exercēs chriſtianos pertinaciter irridebat. Et dum vellet diocletiano per artis ſue peritiaʒ placere: cepit ſcrutari chriſtianorum geſta curioſe: vt eadem poſtmoduʒ mimatice ſimulando ceſari in eadem ciuitate degēti ſolatium exhiberet. Cumqʒ baptizari vidiſſʒ infantes: ⁊ geſta chriſtianorum que in ſacramento fiūt menti cōmendaſſet: cum imperatore ad theatruʒ perrexit: vt baptiſma ludibrio ſimulans aſtantes prouocaret ad riſuʒ. Cōuocatis ergo aliis mimis ⁊ ioculatoribus imperatore ſpectāte: lecto ſe deferri faciens et egrotum fingens: dixit ad ſuos: vt quia grauem ſe ſentiret: leuem fieri volebat. Reſponderunt: ꝙ ipſum leuem facere nequibant: quia nec ipſi fabri: nec ipſe ferreus erat: exibuerunt his dictis populo gentilium riſum. Geneſius autem irridendo dicebat: quia chriſtianus mori deſiderabat: vt in illa die vel fugitiuus inueniretur. Ad hec verba et diocletianus riſum continere nō potuit. Cui vt arte ſua iocando magis placeret: exorciſtam ⁊ preſbyterum intrare faciunt: ⁊ eos iuxta lectum geneſii ſiſtunt: ⁊ ipſis interrogantibus ad quid eos vocaſſet: ipſe iam diuinitus tactus non ſimulate ſed ex puro corde reſpondit: ꝙ baptiſmum petebat. Imperator vero ac populi eum adhuc ſimulare credentes accurrunt aquam exibentes: ita vt imperator ei munera preberet: ⁊ cum baptizatus eſſet: et albis indutus: dum in lectulo conſederet: ⁊ ſacerdos cū exorciſta abiſſet: veniunt ad euʒ quaſi ab imperatore miſſi: qui euʒ tenerent: ⁊ quaſi ad fictam paſſionem adducerent. Tūc in albis veſtibus ad imperatorem accedens ad locum: vbi ſtatua veneris erat aſcendit: ⁊ coram omnibus chriſtum confitens concionari cepit: aſſerens ſe chriſtianos ſemper exoſos habuiſſe: ⁊ eorum fidem deriſiſſe: baptiſmum autem chriſtianorum deluſorie requiſiſſe: ſed vbi aqua ipſum nudum tetigerat: vidit angelū dei ſplendidum iuxta ſe ſtantem: et omnia peccata ſua que ab infantia fecerat recitantem: ipſaqʒ omnia ſibi dimiſſa in ipſius aque lotione promittentem. Aſſerēs ſe vere ⁊ non ficte in chriſtum credere: ⁊ pro ipſo mori paratum eſſe. Cum autem diocletianus hec audiens a principio quidem ipſum fingere credens: ſed poſtmodum ipſius animi veritateʒ compariens indignatus acriter: geneſiuʒ fuſtibus grauiſſime cedi fecit: deinde in carcereʒ trudi. Altera vero die tradidit eum plutiano prefecto: vt aut eum ſacrificare compelleret: aut diuerſis penis interimeret: qui geneſium ſacrificare nolentem iuſſit in equuleo leuari: et lampades ad latera eius applicari. Ipſe vero chriſtum conſtantius inuocabat. Que cum prefectus diocletiano rettuliſſet. Juſſit eum capite cedi. Qui decollat⁹ eſt ⁊ in ciuitate arelateñ. ſepultus. viii. cal. ſeptembris.

¶ De ſanctis Euſebio Uincentio ⁊ ſociis martyribus. Cap. CXIII.

Euſebius: vincentius: peregrinus: ⁊ romanus martyres rome paſſi ſunt tēpore cōmodi iperatoris ſub vitellio vrbis ꝑfecto. Cū enī prefatus imperator die natalis ſui indutus pelle leonis cū omni populo romano herculi ſacrificaret ⁊ ſancti martyres in vico cannario cōmorantes:

tos in aqua per fruſta cōciſos: adeo multiplicauit: ꝙ ex eis triduo. ccclx. ſuos fratres refecit: die vō quarta. ccc. tritici modios ſibi apportādos eſſe prenūciauit. Et ſic deo largiente euenit. Sicqʒ poſt multa oſtenſa miracula confectus ſenio in pace quieuit. viij. calendas ſeptēbris in baſilica ſancti marci ſepultus.

¶ De. ſ. Zepherino papa ⁊ m̄. C.CXVI.

Zepherin⁹ papa ⁊ martyr natione romanus ex patre abūdio pontifici romano victori primo in epatu ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. ix. mēſes. vij. dies. x. Hic conſtituit in preſentia omnium clericoꝝ ⁊ laicoꝝ fideliuʒ: vt omnes chriſtiani. xij. annoꝝ eucariſtiam in die ſancto paſche accipere deberent. Et fecit ſtatutū in eccl'ia: vt oīa vaſa altaris eſſent vitrea vel ſtannea. Nam antea erant lignea. Cōſtituit etiam vt patriarcha vel primas vel metropolitanus ↄtra accuſatum ep̄m nō proferat ſententiaʒ niſi prius fultus auctoritate apoſtolica. Et vt ordinatiōes pſbyterorum ac leuitarum tempore ſtatuto ⁊ multis coram aſtantibus ſolēniter fierent de approbatis ⁊ doctis viris. Et hic perſecutione antonini imꝑatoris martyrio coronat. ⁊ ſepultus ē apud collegas ſuas cimiterio caliẋti via apia. vij. calen. ſeptembris. ¶ Hic fecit ordinationes. vij. ꝑ mēſem decēbriū preſbyteros. xiij. diacones. ſeptē epos. xiij. Et ceſſauit epat⁹ dies. vj.

¶ De ſcō Ludouico rege ⁊ ↄfeſ. C. cxvij.



Ludouic⁹ quintus francoꝛuʒ rex ſcīſſimus patreʒ habuit xp̄ianiſſimum ludouicuʒ quartum q̄ multum hereticoꝝ debellauit. poſt cuius obitum ſub matris tutela. ſ. domine blanche quondā filie regis caſtelle pie educatus in omni ſanctitate profecit: qui etiaʒ nunq̄ mortaliter peccaſſe in ſua vltima confeſſione compertus eſt. Sub cura magiſtri et fratrum predicatorum et minorum ſacris litteris fuit imbutus. Deinde vxorem ducens filiuʒ ex ea ſuſceptū religioſe nutriuit. Ipſe vero vtens cilicio clandeſtine operibus penitentie inſudebat: pauperibus ducentis q̄tidie ante cibum perſonaliter miniſtrabat. In menſa quoqʒ ſemꝑ tres pauperes iuxta ſe diſcūbentes habebat. ¶ Poſt hec ardore fidei aſſumpta cruce ad terram ſanctem acquirendam cuʒ exercitu copioſo tranſiuit. Et poſt multas occupationes terrarum: ipſe: vt probaretur eius patientia: ab infidelibus captus eſt. Sed modico poſtea redēptus precio: quinqʒ annis continuis manſit in ſyria: caſtra plurima conſtruēs: captiuos redimens ⁊ multos ſaracenoꝝ ſua religione ad fideʒ conuertens. Audito vero matris obitu in franciam rediit: ⁊ dum reuerteretur: maris tēpeſtatem ſua oīone ſedauit. Reuerſus aūt ad domum ſuam in virtutibus ſꝑ perficiens: capellam egregiaʒ in proprio palatio edificauit: vbi ⁊ coronaʒ domini ⁊ crucis dominice partem atqʒ lanceam collocauit. ¶ Tandem poſt plurima annorum curricula cum fratribus ſuis copioſo exercitu cōgregato iterum mare tranſiuit: ⁊ tunicium applicans adiacentem regioneʒ faciliter occupauit: vbi fixis tentoꝛiis febre corripitur: ⁊ pluribus diebus decumbens ſacra ſumpta cōmunione chriſtuʒ iugiter inuocans ſuper ſtratum cinereum in modum crucis extēſum poſt laudabilia virtutū opera ſuū domino ſpūm tradidit. vij. cal. ſeptēbris anno dn̄i M. cclxx. Corpus vero eius delatum in franciam apud ſanctum dionyſium pariſieñ. ſepultum eſt: mirabilibus ſignis coruſcans.

¶ De ſanctis Ireneo ⁊ Abundio martyribus. Cap. CXVIII.



Ireneus & abūdi⁹ martyres paſſi ſunt rome ſub decio ceſare & valeriano prefecto. Cū eniʒ valerianus corpus ſcē concordie martyris pro xpo paſſe in cloacam iactari feciſſet: & quidā miles: noie porphyri⁹ ireneo cloacario occulte xpiano illud indicaſſet: ſperās in veſtimentis ſcē gēmas vel auꝝ inuenire: vt ſupra dictū eſt in paſſione hippolyti & ſocioꝝ idib⁹ auguſti: ireneus ꝑdictus effoſſo loco vna cū porphyrio corpus ꝯcordie de cloaca leuauit: ſed in veſtimētis ei⁹ nihil inuenit. Unde porphyrius aufugit. Ireneus vero xpianum quēdā noie abūdiū ſecū vocauit: q̄ corp⁹ martyris ad ꝑſbyteꝝ iuſtinuʒ tulerunt: & ipm vna ſecū ſepulture tradiderunt. Hoc audiens valerianus ireneū & abūdium teneri fecit: deide poſt dies. xij. iuſſit: vt ambo viui in ipſa cloaca necarent. Qui necati ſunt. vij. cal. ſeptēbris. Quoꝝ corpora iuſtinus ꝑſbyter inde leuauit: & iuxta corpora ſanctoruʒ laurentij & ceteroꝝ in crypta in agro verano ſepeliuit.

¶ De ſcō Scdo martyre. Cap. CXIX.

Secundus martyr apud caſtꝝ vigintimilium italie tempore maximiani imꝑatoris paſſus eſt: qui vir ſpectabilis & dux ex ſacra thebeoruʒ legione ante beatum mauritiū & ceteros pro ꝯfeſſiōe nominis xpi poſt vinculā & carceres martyriū capitis abſciſione cōpleuit. vij. calē. ſeptēbris: vt ait ado.

¶ De ſcō Alexandro martyre. C. CXX.

Alexander martyr apd̄ bergomum italie ciuitatē paſſus eſt ſub maximiano imperatore. Qui cum eſſet miles eiuſdem ceſaris: et a legione ſanctorum thebeorum fidem percepiſſet: cum imperator veniſſet mediolanum: & poſita idolorum menſa ipſum ſacrificare compelleret: Alexander menſaʒ calce percuſſit: & euertit. Quem imꝑator vni ex militibus decapitandum tradidit. Cūq; ille diuino terrore perculſus: ipſuʒ ferire non auderet: traditur alijs militib⁹ occidendus. Alexander vero diuina promiſſione manus eorum aufugiens bergomum venit: vbi chriſtum annuncians aliquos conuertit. Ad quem tādem milites venientes ipſum detentū & ſacrificare nolentem: gladio percuſſerunt. vij. calen. ſeptembris: cuius corpus a grata matrona in predio ſuo iuxta muruʒ ciuitatis bergomenſis ſepultum eſt.

¶ De ſancto Rufo martyre. C. CXXI.

Rufus martyr apud capuam paſſus eſt. Hic patricie dignitatis inſignis: cum eſſet ex conſule dux rauenne: beatus apollinaris epiſcopus & martyr filiā ei⁹ a mortuis ſuſcitauit: ipſumq; in fide docuit: et baptizauit vna cuʒ filia eius & vxore ac familia promiſcui ſexus numero. cccxxiij. vt ſupra actuʒ eſt in paſſione apollinaris. x. calendas auguſti. Unde & deinceps rufus ſancto apollinari occulte miniſtrabat Filiaq; eius virgo ſacra permanſit. Quod nero ceſar audiens: ipſum a ducatu abſoluit: & eidem ſucceſſoreʒ delegauit. Dū autem rufus veniſſet capuam tentus a vicario prefecti pretorio meſſalino: nolēſq; ſacrificare decollatus eſt. vj. cal. ſeptēbris

¶ De ſcō Pelagio martyre. Ca. CXXII.

Pelagius martyr paſſus eſt in ciuitate emonia prouincia acarnānie tempore numeriani imperatoris. Cuius pater peloſius & mater claria nobiles ac ditiſſimi chriſtiani ipſum puerulum in fide chriſti

docuerunt. Et cū eſſet annorum .vij. vranio preſbytero tradiderunt ſacris litteris imbuendum. Et cum eſſet annorum .xij. pater eius migrauit ad dominū: omneſq̄ facultates ſuas filio ſuo ad miniſteriū pauperum dereliquit. Cum vero annos .xviij. impleuiſſet mater eius ſimiliter ex hac luce ſubtracta eſt. Qui continuo oēm eius familiaꝫ manumiſit: ⁊ vna cum vranio preſbytero oēs facultates ſuas pauperibus ⁊ eccleſijs diſtribuit: veruꝫ cum eſſet annorum .xxv. facta eſt pſecutio chriſtianoruꝫ ſub numeriano auguſto. Qui ⁊ euilaſiuꝫ preſidem ad dictam prouinciaꝫ deſtiauit: vt oēs xp̄iāos ad ſacrificia deorum compelleret. Cum aūt multi chriſtianorum metu tormētorū imolarent. Pelagius orōne ad dn̄m effuſa: voce ſibi de celo lapſa ad martyriuꝫ aiatus eſt. Et ſequēti die ſe ſponte preſidi preſentauit ⁊ xp̄ianiſſimū aſſeruit. Qui miſſis catenis in collo ⁊ manib⁹ eius in obſcuriſſimo carcere euꝫ recluſit: vbi lux celica ei diuinitus effulſit. Altera die coram preſide ſtatuit̄: ⁊ ſacrificare contēnens virgis diuti⁹ flagellat̄. Deinde fuſtibus cedi iubetur: ſed dei nutu fuſtes q̄ſi papyrei mollierūt. Quod cernens preſes iuſſit eum in equuleo ſuſpendi: ⁊ vngulis radi. Deinde ipſum deponi: ⁊ oleum feruens ventri ipſius ꝯfundi. Et cum manus carnificum oleo ſuccederentur: ſanctus martyr ipm calens oleum: ac ſi aquam frigidam ſentiebat. Quo viſo miraculo multi paganoꝝ in domino crediderunt. Poſt hec iterū cum dijs immolare nollet: mandauit iudex fragmenta teſtaꝝ per pauimenta viarum effundi: ⁊ ligatis manib⁹ ac pedibus eū pertrahi: vt ſic ſpūm exhalaret. Et cū ī his oībus cōſtans pſiſteret. Juſſit eum preſes capitalē ſubire ſententiā. Qui ductus extra muros vrbis capite ceſus ē. Cuius corp⁹ colligēs vranius pr̄ſbyter ipm ibidē ſepeliuit. Paſſus eſt aūt. vj. calē. ſeptēbris.

¶ De ſcō Pelagio papa p̄. C.CXXIII.



Pelagi⁹ papa huius nominis pm⁹ natione romanus: ex patre ioāne vigilio pape in ep̄atu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit ānos .iiij. mēſes .x. dies .xix. Hic ꝯſtituit vt heretici ⁊ ſchiſmatici ep̄i per ſeculares poteſtates cōprimerent̄ ac punirent̄: valde nāq̧ catholice fidei extitit ꝯfēſator ⁊ pugil. Qui ob inuidiā a quibuſdā emulantibus ſibi clericis de morte vigilij deceſſoris ei⁹ culpatus eſt: ſed corā populo tangēdo crucem ⁊ euāgeliū ſe purgauit. Multe nāq̧ ſcitatis vir fuit: ac in pontificatu laudabiliter ſe gerēs plenus bonis operibus in pace quieuit. vj. cal. ſeptēbris. Et in eccleſia ſancti petri ſepultus eſt. Cuius tempore oſſa ꝓthomartyris ſtephani romam ſunt delata: ⁊ in eadem tumba cū corpore ſancti laurentij collocata. Et ceſſauit ep̄atus eo defuncto menſes .iiij. dies .xxv.

¶ De .ſ. Pelagio papa ſcōo. C.CXXIIII.

Pelagius papa huius nominis ſcōus natione roman⁹ ex patre virigeldo. Benedicto primo pape in pontificatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos .x. menſes .vj. ⁊ dies .xxv. Hic abſq̧ iuſſione principis ordinatus eſt: eo q̧ longobardi romam obſiderent: nec poſſet quiſq̧ a roma diſcedere. Hic .ix. prefationes tradidit eccleſie ante canonem decantandas: videlicet natalis epiphanie .xl. crucis .reſurrectionis: aſcenſionis: pentecoſtes: trinitatis: ⁊ apoſtolorum: prefatio auteꝫ de beata virgine poſtmodum a gregorio papa addita eſt. Hic vir ſanctiſſimus ⁊ circa pauperum neceſſitates intentiſſimus fuit. ¶ Eo autem tempore tante pluuiaruꝫ inundationes fuerunt: quod omnes eſſe

diluuium dubitarent: taliſq; clades fuit: qualem a ſeculo null' meminit audiuiſſe. Cũ vero tyberis ex tentarũ pluuiarum abundantia in tantuz inundauit: vt ſuper muros vrbẽ ingrediens magnam partez regionis occuparet: ſecuz trahẽs innumeram multitudinem ſerpẽtum: ⁊ draconez ingentiſſimuz: que beſtie putrefacte poſt diluuium: ex aeris corruptione maximaz mortalitatẽ hominũ induxerunt. De qua dictũ eſt ſupra in geſtis gregorii pape. iiij. idus martii. Ita ꝙ multe dom' vacue remanſerunt in vrbe. Hec aũt clades pmuz a pelagio papa incepit ipſumq; ſubito de medio ſubſtulit: deinde ad populum vrbis deſcẽdit. Pelagius itaq; defunctus in eccleſia ſancti petri ſepultus eſt. In cuius locum beatus gregorius papa ⁊ doctor ab omni populo electus eſt.

¶ De ſanctis Georgio: Aureliano ⁊ ſociis martyribus. Cap. CXXV.

GEorgius diaconus: aurelius felix: natalia: ⁊ lilioſa apd cordubã hiſpanie ciuitatez paſſi ſunt. Quorum primus mire abſtinẽtie monachus ab hier. cordubam veniens: cum reliquis ex eadẽ vrbe claro germine ortis: diu optatum ſibiq; a domino premonſtratum meruit conſequi martyriũ. Qui paſſi ſunt ſexto calẽ. ſeptẽbris. Hec ado in martylogio.

¶ De ſcõ Anaſtaſio marty. Ca. CXXVI.



Anaſtaſius martyr paſſus eſt in ſalone dalmatie ciuitate ſub perſecutione diocletiani imperatoris. Hic ex aquileia ortus ciuitate: cum artem fullõis exerceret: quicquid ex ipſa conſequi poterat: preter parcum quotidianum victum pauperib' erogabat. Tandez amore animatus martyrii ad ſalonitarum ciuitatez deuenit. Et cum in hoſpicio in quo manſurus erat ſignum crucis in locis plurib' depinxiſſet: ob hoc a gentilibus comprehẽſus ⁊ iudici preſentatus eſt. Qui cum ſanctum cogitaſſet diuerſis laniare ſuppliciis: ab imperatore ſubita iuſſiõe compulſus eſt ad ipſam in qua auguſtus degebat cõcitus ire ciuitatem. Ob hanc cauſaz expeditam in chriſti martyrem ſententiaz protulit: vt ſuſpenſo ad collũ eius ingenti lapide in mari precipitio daretur. Matrona vero quedam chriſtiana noie aſclepia corpus martyris habere cupiens ſeruis ſuis libertatẽ ⁊ munera promiſit. ſi corpus ſancti martyris inuenirẽt. Qui diebus pluribus per littora diſcurrentes tandem aphros quoſdam inuenerunt: qui corpus ipſum iam leuarant. Ut vero corpus territi dimitterent: calumniam homicidii in illos fingebant: vtpote qui haberẽt in manibus corpus exanime. Ipſi tamen animoſi viri ex aphrica orti caput martyris in patriam ſuam portauerunt: ⁊ eccleſiaz in nomine ipſius fecerunt: in qua virtutes fiunt mirabiles in malignis ſpiritibus effugandis. Corpus vero ſine capite ſibi delatuz a ſeruis matrona illa deuotius excepit: quod donec ceſſaret perſecutio in pdio ſuo celauit: deinde eccleſiaz conſtruxit: ⁊ corp' martyris in ſalonitano tritorio collocauit. Paſſus eſt autem Chriſti martyr Anaſtaſius ſexto cal. ſeptẽbris.

¶ De ſcõ Ceſario epo. Cap. CXXVII.

CEſari' eps arelateñ. floruit tẽpore anaſtaſii imperatoris ſcdi: qui ſancte ⁊ ↄtinentiſſime vite vir beat' homelias plurimas morales ⁊ vtiles ad monachos edidiſſe reperitur. Et poſt felicem eccleſie ſue gubernationem ſanctitate et doctrina inſignis migrauit ad xp̃m ſexto cal. ſeptẽbr̃.

¶ De ſcõ

¶ De ſcō Daniele ꝓphe. Ca.CXXVIII.



Daniel ꝓ
pheta cuiꝰ laus i pleriſ
qꝫ diuie ſcripture libꝛ
⁊ locꝛ dſcribit: ⁊.ii.ma
cha.ii.cap inter patres
ſanctos priſci tempo/
ris cōnumeratur de re
gione iudeoꝝ ⁊ ſemie
regio natu s eſt. Cum aūt nabuchodono/
ſoꝛ rex chaldeoꝝ hieruſalem pꝛia obſidio/
ne cepiſſet. Joachim regem iuda vinctū
ſecum trahebat in babylonem: ⁊ nobiles
iudeoꝝ cum eo: in itinere vero remiſit eū
impoſito ei tributo: ⁊ obſides pueros de
ſemine regio ſecum traxit. ſ. danielez: ana
niaz: miſaelem: ⁊ azariā ⁊ alios plures: ⁊
abinde fuit daniel in babylone: donec re/
gnum defecit. Jpſum vero danielem ⁊ ſo
cios vti pulchꝛioꝛes ⁊ doctioꝛes caſtrauit
rex: vt ait ioſephus ⁊ tradidit eos prepoſi/
to eunuchoꝝ aphanaz: ⁊ fecit eos erudiri
prouincialibus litteris ⁊ lingua chaldeoꝝ:
mutatis eoꝝ nominibus: danielem enim
vocauit balthaſar: ananiam ſidrach: aza/
riam miſach: ⁊ miſaelem abdenago. His
quattuoꝛ prepoſitus eunuchoꝝ ſpecialez
procuratoꝛē prefecit malaſar. Qui propo/
ſuerunt non cōtaminari cibis gentiliuz: ⁊
a prepoſito eoꝝ obtinuerunt decem die/
bus leguminibus ⁊ aqua tentari: ⁊ cuz ex
hoc eos probans in nullo ceteris macrio/
res vidiſſet: accipiebat cibaria ⁊ vina re/
gia: ⁊ dabat eis legumina ⁊ aquam. Tran
factis vero tribus annis ſteterunt corā re/
ge: prout ipſe decreuerat: nec ſunt inuen/
ti eis ſimiles in regno in omni ſapientia ⁊
diſciplina. Ex qbus pre ceteris daniel gra
tiam a deo obtinuit: viſiones ⁊ ſomnia in/
terpꝛetādi. Hec omnia ſuperius acta ſunt
in geſtis trium pueroꝝ. xviij. cal. ianuarij.
¶ Anno vero ſecundo regi Nabuchodo/
noſoꝛ vidit rex ſomnium mirabile cuius
poſtqꝫ euigilaſſet memoꝛiam amiſit: ⁊ cō
uocatis coniectoꝛibus chaldeoꝝ petebat
ab eis: vt ſomniū ſibi dicerent: ⁊ interpꝛe
tationem eius etiam indicarent. Qui cum
hoc ſe poſſe facere nullo modo dicerent:
eo ꝙ omni homini impoſſibile eēt: ſed ſi
rex ſomniū narraret: ipſi coniecturā eius
exponerent. Jratus rex mandauit: vt om
nes ſapientes babylonis perirent. Quere
banturqꝫ daniel ⁊ ſocij: vt cum ceteris oc
ciderentur. Quod cum daniel ab arioch
pꝛīcipe militie didiciſſet. Jngreſſus roga/
uit regem: vt daret ſibi tempus ad ſolutio
nem per vnam noctem tantū: vt dicit io/
ſephus: ⁊ pernoctanti in oꝛatione cum ſo/
cijs myſterium ei reuelatū eſt. Et ingreſ/
ſus mane ad regez dixit ei: ꝙ nemo viuē
tium poſſet petitionez ſuam implere: ſed
deus celi reuelans myſteria eidem indi/
cauerat: que nouiſſimis tempoꝛibus futu
ra erant. Narrauitqꝫ ei ꝙ per ſomniuz vi
diſſet ſtatuam quattuoꝛ metalloꝝ: cuius
caput aureum ſignificabat pꝛimū regnuz
aſſyrioꝝ ceteris nobilius ⁊ ditius: pectus
vero ⁊ bꝛachia argentea: ſignificabant re/
gnum perſarum ⁊ medoꝝ ſecundo ventu
rum: ꝙ minus pꝛimo eſſet nobilitate ⁊ di
uitijs decoꝛatuz: venter vero ereus regnū
eſſet grecoꝛum: tertio loco futuruz ſuoꝛuz
ſapientia ſonoꝛoſum: Tibia vero ⁊ crura
ferrea regnuz romanoꝝ quarto venturū:
ꝙ ſua foꝛtitudine omnia domaret: Lapi/
dem vero ſine manibus de monte abſci/
ſum qui percuſſit ſtatuam: ⁊ eam in pulue
rem cōminuit qui ⁊ factus eſt mons ma/
gnus: ⁊ impleuit vniuerſam terram: dixit
eſſe regnum celi: quod eſt regnuz chꝛiſti:
qui omnia regna cōminuet: ⁊ ipſuz ſtabit
in eternum. Quod rex audiens danielez
⁊ deum eius adoꝛauit: ⁊ ipſuz prefecit cū/
ctis ſapientibus babylonis. Socios vero
eius pꝛefecit ſuper opera totius pꝛouincie
babylonis. ¶ Circa dictum tempus da/
niel ſanctam ſuſannam de falſo adulterij

crimine ei impoſito liberauit: cum adhuc
iuuenis eſſet: vt dicetur infra in hiſtoria
prima de ſuſanna. ¶ Poſt hec aūt cū na
buchodonoſor rex ſtatuā aureā erexiſſet:
⁊ eaꝫ tres pueri adorare noluiſſent in for
nacem miſſi: inde miraculoſe erepti ſunt:
vt ſupra dictū eſt in geſtis ipſoꝝ triuꝫ pue
roꝝ: ꝑpter qd̄ nabuchodonoſor deum he
breoꝝ magis reuereri cepit. ¶ Deinde
poſt lapſum tēpus nabuchodonoſor vidit
per ſomniū arborē excelſam: que totā ter
rā occupabat: ⁊ beſtie ac volucres ſub ra
mis eiꝰ habitabāt quā deꝰ celi ſuccidendā
mandauit: donec. vij. tēpora mutarentur
ſup eam. Que viſio ſm ꝙ daniel regi iter
pretatus eſt ei de facto cōtigit. Ipſe eniꝫ
nabuchodonoſor ꝑpter nimiā ſuperbiam
ſuam in beſtiā trāſformatꝰ ab hoībus eie
ctus eſt: nō ꝙ corporis mutationē: ſed mē
tis alienationem patereť: vt dicit epipha
nius. Ablatus eſt enim ei vſus lingue ad
loquēdum ⁊ herba ei in cibū data eſt: vt
⁊ videbať ei ꝙ bos eſſet in anterioribus:
⁊ poſteriorībꝰ leo: daniel vero toto alie
nationis eius tp̄e pro ipſo orationi vaca
bat: ⁊ ad preces eius annis. vij. quos toti
dem dixerat tempora in. vij. mēſes verſi
ſunt: in quibꝰ. xl. diebꝰ inſaniā patiebať: ⁊
p alios. xl. ad cor hoīs reuerſus flebat: do
nec. vij. mēſes cōplerenť: poſt quos reuo
catus eſt: nec tñ regnauit: ſed ſtatuti ſunt
pro eo. vij. iudices: ⁊ de conſilio danielis
vſqꝫ ad. vij. annos pniam egit: pro vt hec
oīa ioſephus tradit. ¶ Mortuo vero na
buchodonoſor maiore regnauit pro eo fi
lius eius maior: qui ⁊ ipſe nabuchodono
ſor noiať. Qui danieleꝫ cōpellebat vt ado
raret idolum bel: dicens ipſum eſſe deuꝫ
viuentem: eo ꝙ quotidie comederet. xij.
mēſuras farine ⁊. xl. oues: ac vini ampho
ras. vj. ſibi oblatas. Daniel vero ecōtra il
lum deum fuſilem ex metallo ⁊ mortuuꝫ
aſſerebat. Uenit autē rex cum daniele ad
templum: ⁊ poſitis omnibꝰ eſcis ante mē
ſam: egreſſi ſunt omnes: ⁊ rex clauſit ho
ſtia: ⁊ anulo ſuo ſignauit. Daniel autē cri
brauerat cinerem in pauimento coraꝫ re
ge. Sacerdotes autem bel qui erāt. xl. cū
paruulis ſuis ⁊ mulieribus iuxta conſuetu
dinem ſuam: nocte ingreſſi ſunt per cuni
culos ſubterraneos quos fecerāt ſibi: ⁊ cō
ſumpſerunt omnia: venit ergo rex dilucu
lo cum daniele ad templuꝫ: ⁊ inuentis ſal
uis ſigillis ianue impreſſis aperuerūt ho
ſtia. Rex aūt intuitus menſam vacuā: ma
gnum deū bel exclamauit. Daniel autem
oſtendit regi veſtigia per pauimentū cine
ri impreſſa: que erant viroꝝ ⁊ mulieruꝫ ⁊
infantum. Et deinde oſtendit ei occultos
aditus: ⁊ occultum introitū ſub menſa. Et
iratus rex apprehēdit ſacerdotes qui ⁊ de
ceptionem ſuā ei confeſſi ſunt. Quos oēs
occidit rex: ⁊ dedit bel in manu danielis
qui ſubuertit eum ⁊ templuꝫ. ¶ Erat etiā
in eodem loco draco latēs in fouea: ⁊ ado
rabant eum babylonij. Sacerdotes enim
eius habebāt vaſa plena aqua facta de co
rijs vituloꝝ: ⁊ ea virgis percutiebāt: vt fa
cerent ſonitum terribileꝫ quaſi tonitruū.
Ad quem excitatus draco: quādoqꝫ emit
tebat ignem: quandoqꝫ fumū: quandoqꝫ
viſibiliter apparebat. Cumqꝫ rex danielē
cogeret vt illi ſacrificaret: petijt daniel ip
ſum ſibi dari in poteſtate: ⁊ iterficeret eū
ſine ferro ⁊ fuſte. Et tulit daniel picem et
adipeꝫ: ⁊ pilos: ⁊ coxit pariter ⁊ fecit maſ
ſas: deditqꝫ in os draconis: qui ſuffocatus
crepuit. Et indignati babylonij petierunt
a rege danielem ſibi dari: qui duos eoruꝫ
deos deſtruxiſſet: cōminantes ꝙ niſi da
ret eum ipſis: regem cum omni domo ſua
interficerent: Unde rex timore cōpulſus
tradidit eis danielem qui miſerunt eum
in lacum: in quo erant leones ſepteꝫ: qui
bus quotidie ad eſcam dabantur duo cor
pora damnatoruꝫ ⁊ due oues: ⁊ tunc non
data ſunt eis: vt deuorarent danieleꝫ. Do
minus autem miſericors non ſolum da

nielem de ore leonum ſex diebus illeſum conſeruauit: ſed etiam ei de prandio prouidit: cum enim abacbuch propheta in iudea prandium meſſoribus ſuis deferret: tulit eum angelus domini: ⁊ per verticē apprehenſum poſuit eum in babylone ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui. Qui prādiū danieli obtulit: illeq̄ comedit: ⁊ deo gratias egit: ipſumq̄ angelus domini in locum ſuum in momento reſtituit: vt dictum eſt ſupra in hiſtoria abacbuch ꝓphete. xviii. calen. februarii. Uenit ergo rex die. vii. ad lacum: ⁊ cum vidiſſet danielē ſedentem in medio leonum: exclamauit magnū deum danielis. Et eduxit eū de lacu: ⁊ eius emulos intromiſit: qui deuorati ſunt a leonibus coram rege. Et tunc rex danielem ⁊ deum eius omni tempore vite ſue ꝑmaxime reuerit⁹ fuit. ¶ Prophetauit autem daniel in tempore illo: videlicet a diebus Nabuch. iunioris: quib⁹ prophetauit in chaldea: vſq̄ ad tempus darii primi regis perſarum: quo tempore prophetauit in perſide ſiue in media illuc ab ipſo tranſlatus multaſq̄ mirabiles viſiones habuit: de tempore futuro ⁊ de fine ſeculi: que in eius libro ſpiritualius explicantur: quarūq̄ expoſitio ſpecialē requirunt librum. ¶ Mortuis autem nabuchodonoſor iuniore ⁊ euilmeredath fratre eius: qui ambo ſucceſſiue regnauerūt poſt nabuchodonoſor primum. Regnauit balthaſar filius euilmeredath ānis tribus. Qui cum obſeſſus eſſet in babylone a dario primo rege medorum: ⁊ cyro rege perſarum: qui cum eo venerat: propter incredibilem fortitudinē ciuitatis de obſidione parum curabat. Fecitq̄ optimatibus ſuis grande conuiuium: ⁊ vaſa que nabuchodonoſor auus eius d̄ templo domini in hieruſalē abſtulerat principibus ⁊ vxoribus ſuis atq̄ concubinis tradidit ad bibendum. Intellexerat enim balthaſar: vt dicunt hebrei. lxx. annos captiuitatis hebreorum: quos hieremias predixerat fluxiſſe: ⁊ tamen iudei non erant liberati: vnde iudeorū deo inſultabat ⁊ deos ſuos collaudabat. Tunc apparuit manus ſcribentis in pariete: mane: thechel: phares: que ſonant numerus: appenſio: diuiſio. Et cum rex hoc videns danielē turbatus conſuluiſſet. Interpretatus eſt ſcripturam dicens: q̄ deus regnum balthaſar numeraſſet id eſt compleuiſſet: ⁊ ipſū in ſtatera appendiſſet: qui ⁊ minus viueret: q̄ꝫ putabat: ⁊ diuiſum eſſet regnum ſuum: ⁊ datum medis ⁊ perſis. Eadem nocte capta eſt babylon. Nam cyrus fecerat diuidi longe a ciuitate fluuiū euphratem per plures riuulos: ita vt alueum qui fluebat in ciuitatem vadabilem faceret. Et tunc gentes darii ⁊ cyri per alueum ingreſſe balthaſar interfecerunt: ⁊ ciuitatem fortiſſimam ⁊ munitiſſimā deſtruxerunt: que ſicut humano opere potuiſſe ꝯſtrui: ſic humano ope potuiſſe capi minime homines opinabantur. ¶ Darius autem ſecum duxit Danielem in mediam faciens eum vnum de ſatrapis: qui centū ⁊ viginti preerant: ipſumq̄ admodum honorantes. Propter q̄d inuidentes ei principes accuſatione facta contra eū: fecerant eū mitti in alium lacum leonū: ſed ſicut alias ita ⁊ tunc domino adiuuante inde liberatus eſt: ⁊ accuſatores eius in lacū miſſi a leonib⁹ deuorati ſunt. ¶ Hic daniel dedit ſigna in montibus ſup babyloniam dicens: q̄ quando pars montium a borea fumigabit: venit finis babylonie: quādo vero veniet ignis ardens finis erit vniuerſe terre: quando a parte noti aque decurrent: reuertetur populus ad terram ſuā: q̄ ſi ſanguine fluxerit erūt homicidia belial in vniuerſa terra. Defunct⁹ eſt autē daniel in media quinto calen. ſeptēbris: ⁊ ſepultus in ſpelunca regali ſolus cum gloria. Hec ex libro danielis per totum: ⁊ ex dictis ioſephi ⁊ Hieronymi ⁊ comeſtoris

etcꝫ ex chronica guilelmi.

¶ De ſancta Suſanna vxore ioachim. Cap. CXXIX.

Suſanna ſancta cuius pudicitiam ꝛ ſanctitatē ipſe textus libri danielis cōmendat: iccirco geſtis danielis ſubiicitur: quia eius contēporanea: dies dormitiōis eius certus non inuenitur. Hec erat filia helchie ꝛ vxor ioachim: qui erat de nobilioribus iudee iter omnes filios iſrael in babylonē tranſmigratos. Et cū eſſet ſuſanna nimiū ſpecioſa: exarſerunt in eā duo ſeniores iudices illius anni. De quibus tradunt hebrei: ꝙ mulieres decipiebant: dicentes ſe eē de ſemine dauid: ꝛ chriſtum de ſemine eius naſciturum. Hi ſtatuerūt in commune tempus: quo ſuſannam poſſent inuenire ſolam. Et latuerunt poſt meridiem in pomerio helchie. Ingreſſa aūt ſuſanna volens lauari ꝛ vngi iuxta morē patrie: miſit puellas ad afferendū oleum ꝛ vnguenta. Tunc accurrentes ſenes ad eam: requiſierunt eam cōminantes: ꝙ ſi conſentire nollet: contra ipſam adulterij teſtimonium dicerent. Et elegit ſuſanna potius incidere in manus eorum: ꝙ̄ peccare in dominū. Et exclamauit. Et accurrentes famuli erubuerunt: cum audiſſent ſenes contra ſuſannam teſtificari. ¶ Altera die ſtatutā eſt ſuſanna in medio populi: ꝛ ponentes ſenes manus ſuper caput eius conteſtati ſunt: ipſam vidiſſe cum iuuene cōmiſceri ꝛ condemnata eſt ad mortem. Et cum oraſſet ad dominum: ſuſcitauit deus ſpiritum pueri cui nomen daniel. i. manifeſtauit ſpiritū dei in eo eē: qui latens quieſcebat: cum adhuc daniel eēt adoleſcens: ꝛ exclamauit ſe mundum a ſanguine illius. Et cum reuerſi eſſent omnes populi ad iudiciū: daniel ſeparari iuſſit ſenes ab inuicem: ꝛ ſingulos eoꝝ per ſe examinans interrogauit: ſub qua arbore vidiſſet adulterium committi: quoꝝ vnus ait ſub cino: alter ſub prino. Et acclamauit in eos populus propter diſloquātiam conuictoſꝗ de falſo teſtimonio ſecūdum legē dei lapidauerunt. Suſanna aūt poſt hec ab omni populo in reuerentia habita eſt propter eius pudiciſſimam caſtitatem: que ꝛ vitam ſuam in ſanctis operibus pie conſumauit.

¶ De ſācto Auguſtino epiſcopo ac doctore. Cap. CXXX.



Auguſtinus epiſcopus ꝛ doctor egregiꝰ ex ꝓuincia aphricana ciuitate tagaſteñ. honeſtis parentibus ꝛ chriſtianis ortus ſcilicet p̄re patricio matre monica a puerilibus annis liberales diſciplinas ſufficienter edoctus fuit: adeo vt etate iuuenili ſummus philoſophus: ꝛ rethor luculentiſſimus haberetur. Nam libros ariſtotelis ꝛ liberaliū artium quoſcūꝗ legere potuit: per ſe didicit: ꝛ nemine tradente intellexit: ſicut ipſe de ſe in libro ꝯfeſſionum teſtatur. Verū quia ſcientia ſine charitate non edificat: ſed inflat: in errorē incidit manicheorū: qui chriſtum phantaſticū affirmant: ꝛ carnis reſurrectionē negant: in quo adhuc adoleſcēs per annos nouē permanſit. Ad has etiā nugas adductus eſt: vt arborē fici flere diceret: cū ab ea ficus vel foliū tolleretur. Mater vero eius plurimum flebat: ꝛ cū eſſet chriſtiana ipſum ad fidei veritatem reducere ſatagebat. Que die quadam vidit ſe ſtare in quadā linea lignea licet triſtem: Cui quidam iuuenis aſtitit: ꝛ cauſam triſtitie requiſiuit Que cū perditionem filiū ſui deplorare diceret: ille confortauit eam dicens ne timeret: quia vbi ipſa ibi ille eſſet. Rogabat ergo ſedula mater quaſi importuna quendam epi-

dam epiſcopum ſicut in eodem libro cō
feſſionum teſtatur: vt pro filio ſuo orare di
gnaretur: Cui ille importunitate deuictus
prophetica voce reſpondit: vt ſecura ſta-
ret: quia impoſſibile eſſet: vt filius tanta-
rum lachrymaruꝫ periret. ¶ Cum auteꝫ
in ciuitate ſua grāmaticam ⁊ apud cartha
ginem multis annis rethoricaꝫ docuiſſet:
occulte matre neſciente romam venit: ⁊
ibidem multos diſcipulos congregauit.
His temporibus mediolanēſibus ſibi pe-
tētibus doctorem in roma in rhetorica de
ſtinari. Symmachus prefectus auguſtinū
deſtinauit. Quo tempore beatus ambro-
ſius mediolani epiſcopus erat. Mater ve
ro eius cum multa difficultate ad eum ve
nit: ⁊ ipſum iam nec vere catholicum nec
vere manicheum repperit. Auguſtin⁹ au-
tem predicationem Ambroſij frequenter
audiebat: ſolicitus valde: ne vel pro erro
re manicheorum: vel contra ipſum aliq̄d
proferret. Quadam tamen die ambroſius
predicans errorem illum apertiſſime cō-
futauit: ⁊ a corde auguſtini opinioneꝫ du-
dum habitam penitus depulit. Cum aūt
ſicut ipſe libro ſupradicto refert: via dei
ſibi plurimuꝫ placeret: ſed ad ipſam acce-
dere pigeret. Ad quendam ſimplicianuꝫ
ſeruū dei perrexit: cum quo ⁊ eſtus ſuos
contulit: qui ⁊ ipſum in via dei exemplo
multorum puerorum ⁊ puellarum horta-
ri cepit. Interim ab aphrica amicus qui-
dam auguſtini venit: qui magni antonij
in egypto d̄functi miracula recitauit. Quo
rum exemplo auguſtinus vehemēter ex-
arſit: ⁊ ſocium alloquens ſeipſum redar-
guit: dicens: ꝙ indocti celum rapiebant ⁊
ſapientes cum doctrinis ſuis in infernum
demergebantur. Et accurrens in quen-
dam hortum ſedens ſub ficu amariſſime
fleuit: audiuitq; vocem dicentem ei: tol-
le: lege. Aperuitq; codicem apoſtolicum:
⁊ coniectis oculis ad primuꝫ capituluꝫ le-
git. Induimini dominū ieſum chriſtum.
Et ſtatiꝫ ab eo omnes dubictatis tenebre
diffugerunt. Cumq; beato ambroſio per
litteras votum ſuum inſinuaſſet vt mone
ret quid ſibi de libris ſanctis legendum
eſſet: ille mandauit vt legeret eſaiam pro
phetam: tanq̄ euangelij ⁊ vocationis gē-
tium apertiſſimuꝫ pronunciatorē. ¶ Ad-
ueniente ergo paſchali tempore: auguſti-
nus annorum. xxx. cum filio ſuo adeoda-
to puero ingenioſo: ⁊ cū alipio amico ſuo:
meritis matris ⁊ predicatiōe ambroſij cō
uerſus: ſacrum baptiſma a ſancto ambro
ſio ſuſcepit. Tunc ambroſius: Te deum
laudamus inquit: ⁊ auguſtinus: te domi-
num confitemur reſpondit. Et ſic alterna-
tim ipſum hymnū compoſuerunt: ſicut in
ſpeculo eccleſie traditur. Protinuſq; i fi-
de catholica confirmatus: ſpem oēm quā
habebat in ſeculo dereliquit: ⁊ ſcholis q̄s
regebat abrenunciauit. ¶ Poſt hec cum
matre ⁊ filio ⁊ duobus amicis nebridio ⁊
euodio remeabat ad aphricam: ſed cum
eſſet apud oſtia tyberina mater eius de-
functa eſt. Poſt cuius mortem regreſſus
ad patriam cum ſibi adherētibus deo ſer
uiens: ieiunijs ⁊ orationibus vacabat: ⁊ li
bros ſcribebat ac docebat: fama quoq;
eius vbiq; ſpargebatur: ⁊ in ſuis doctrinis
admirabilis habebatur. Cum autem ad
preces cuiuſdam magnatis qui ſe ſeculo
renunciare promiſerat: ſi verbuꝫ domini
ab eo audiret: ad ciuitatem hipponem cō
citus aduenīſſet: Ualerius hipponeñ. epi-
ſcopus eum ad ſe accerſiuit: ⁊ licet pluri-
muꝫ renitentem preſ byteruꝫ in ſua eccle
ſia ordinauit. Qui ſtat in monaſteriuꝫ cle-
ricorum inſtituit: ⁊ cepit viuere ſecūduꝫ
regulam a ſanctis apoſtolis conſtitutam:
quam regulaꝫ moribus ⁊ ſanctitate refer-
tam ipſe ſpiritu diuino dictauit. De cuius
monaſterio eo viuente deceꝫ epiſcopi ele
cti ſunt. Et quia epiſcopus valerius gre-
cus erat: ⁊ latinas litteras ignorabat: Au-
guſtino epiſcopo libertatem conceſſit: vt

contra morem orientalis eccleſie coram
ſe in eccleſia predicaret. Eodeꝫ tempore
fortunatus quidam preſbyter manicheo-
rum multos catholicos ſeducebat: quem
auguſtinus in conuentu omnium diſpu-
tans publice ſuperauit. Donatiſtas etiam
⁊ manicheos quoſdam de ipſa ciuitate cõ
uinctos fugauit. Ualerius autẽ epiſcopus
timens ne auguſtinus ſibi ab alia ciuitate
in epiſcopum electus tolleretur: impetra
uit ab archiepiſcopo carthaginẽ. vt ipſe
epiſcopatui cederet: ⁊ ille auguſtinũ hip-
ponenſi eccleſie in epiſcopum promoue-
ret. Sed cum hoc auguſtinus recuſaret:
compulſus tandem acquieuit: ⁊ epiſcopa
tus curam ſuſcepit. Quod in ſe poſtea fie-
ri non debuiſſe: ⁊ dixit ⁊ ſcripſit: ⁊ de ſui
ordinatione admoduꝫ penituit. Uixit au
teꝫ in clericatu ⁊ epiſcopatu annis fere. xl.
ſemper domino ſeruiens: ſemper ſtudẽs:
ſemper docens ⁊ libros cõtinue ſcribẽs.
Cura quoqꝫ rei ſecularis cuidam prepo-
ſito ſuo ex toto cõmiſſa: contemplationi ⁊
ſtudio iugiter vacabat. Paupertateꝫ i om
nibus amauit: temperantiam in victu ſer
uauit pauperum operibus ſemper inten-
tus extitit. Pudicitiam ⁊ honeſtateꝫ non
ſolum dilexit: ſed etiam exemplariter pre
tendere voluit omnibuſqꝫ virtutibꝰ ador
natus deo ſeruire ⁊ omnibus ſanctitatis
exempla prebere ſtuduit. Hereticos aũt
validiſſime confutabat: ita vt ipſi inter ſe
publice predicarent: non eſſe peccatum
interficere auguſtinum: quem tanꝗ lupũ
occidendum eſſe dicebant. Multaſqꝫ in-
ſidias ab eis pertulit quas tamen dei pro-
uidentia omnes euaſit: a multis etiam ec
cleſiis inuitabatur: vt ibi verbum domini
predicaret: ad quas libenter accedebat: ⁊
multos ab eoruꝫ erroribus conuertebat.
¶ Fertur de eo ꝙ cum librum de trinita-
te compilare cogitaſſet: trãſiens iuxta lit-
tus: vidit puerum: qui foueam paruam
in littore fecerat: ⁊ coclea aquam de ma
ri hauſtam in foueam mittebat. Et cum
auguſtinus puerum interrogaſſet: quid fa
ceret. Reſpondit puer: ꝙ mare diſpoſue-
rat coclea exiccare: ⁊ in foueam illaꝫ mit-
tere. Cumqꝫ hoc auguſtinus impoſſibile
eſt diceret: ⁊ ſimplicitatem pueri rideret:
puer ille ei dixit: ꝙ poſſibilius ſibi eſſet
hoc perficere: ꝗ̃ auguſtino minimaꝫ par-
tem myſterioruꝫ trinitatis in libro ſuo ex-
plicare: aſſimilans foueam codici: mare
trinitati: cocleam intellectui auguſtini:
Quo dicto puer diſparuit. Auguſtinus au
tem ex hoc ſe humiliauit: ⁊ librum de tri-
nitate oratione premiſſa: vtcunqꝫ potuit
compilauit. ¶ Mulier quedam afflicta
ad auguſtinum acceſſit: vt eius conſiliuꝫ
imploraret. Quem ſtudentem inueniens
ſalutauit: nec ille ei quicꝗ̃ reſpõdit. Que
propius accedens negocium ſuum ei ex-
plicauit: ſed nec ille ſe conuertit: nec ver-
bum protulit. Unde mulier amplius cõ-
triſtata diſceſſit. Sequẽti die dum mulier
auguſtino celebranti aſſiſteret: cum cor-
pus dominicuꝫ eleuaſſet ipſa ante tribu-
nal trinitatis in ſpiritu rapitur: vbi vidit
auguſtinum de trinitatis gloria attentiſſi-
me diſputantem: dictumqꝫ eſt ei ꝙ cum
ad auguſtinum acceſſerat: ille ſic attentiſ
ſime d̃ trinitate diſputabat. Ideoqꝫ ꝙ ibi
fuiſſet non aduerterat: ſed ad ipſum ſecu
re rediret: ⁊ ſalubrem conſiliatorem inue
niret. Quod illa ad ſe rediẽs fecit: ⁊ augu-
ſtinum clementiſſimuꝫ inuenit. ¶ Mira
culorũ quoqꝫ gloria claruit. Nam in libro
xxij. de ciuitate dei duo miracula de ſe ꝗ̃ſi
de alio loquẽs recitat. Quorum primum
eſt: quia cum virginem quandam demo-
niacam oleo perunxiſſet: ⁊ pro ea oraſſet:
ipſaꝫ ab imundo ſpiritu liberauit. ¶ Pro
alio etiam adoleſcente quem non vidit
orauit: ⁊ ille continuo demonio: qui eum
obſidebat caruit. ¶ Cum quidam fiſtu-
lam patiens incidi deberet. Auguſtinus
vna cuꝫ ipſo infirmo ⁊ pro eo orauit: ⁊ ma

ne ſine inciſione aliqua ſanus repertus
fuit. ¶ Anno igitur domini. ccccxl. dū vā-
dali totam aphricā occupaſſent: omneſqȝ
ciuitates deuaſtaſſent: ad hipponeñ. ciui-
tatem venerunt: ⁊ ipſam manu valida ob
ſederunt. Auguſtinus autem orauit ad do
minum: vt aut ciuitatem a periculo libe-
raret: aut ipm̄ ex hac vita ſuſciperet. Qui
tertio obſidionis menſe febribus laborās
lecto decubuit: intelligenſqȝ diſſolutio-
nem ſui corporis imminere: pſalmos pe-
nitentiales ſibi ſcribi fecit: ⁊ contra lectuȝ
in pariete poni: quos lecto decumbens
legebat: ⁊ lachrymas iuges fundebat. Et
vt deo liberius vacare poſſet: ante decem
dies ſui exitus: nullum ad ſe ingredi pre-
cepit: niſi ſolum medicum ⁊ cibum ei de
ferentem. ¶ Egrum autem quendam ad
ipſum venientem ⁊ eius auxilium implo-
rantem manu ſua tetigit: ⁊ continuo ſani
tatem recepit. Energuminos etiam plu-
res in ipſa ſua infirmitate curauit: ⁊ plura
alia miracula fecit. Nullum quoqȝ quāti-
cunqȝ meriti docuit ſine cōfeſſione ⁊ eu-
chariſtia debere trāſire quod ipſe ſuo exē
plo firmauit. Sicqȝ ad extremam horam
veniens in pace migrauit quinto calen.
ſeptembris anno etatis ſue ſeptuageſimo
ſexto: epiſcopatus vero ſui anno quadra
geſimo circa ānos domini. ccccxl. Sepul
tuſqȝ eſt in eccleſia ſua ciuitatis hipponē-
ſis: donec corpus ſuum inde tranſlatum
eſt: vt habetur ſupra in eius tranſlatione
pridie calendas martij. ¶ Eadm hora
in quodam monaſterio quidam mona-
chus in ſpiritu raptus: vidit auguſtinum
in nube ſedentem: pontificalibus inſigni
tum: cuius oculi quaſi ſolis radij totaȝ ec
cleſiaȝ illuminabāt: ⁊ odor de eo nimius
exhalabat. ¶ Alio etiaȝ tempore dum ei⁹
ſermones ad matutinum in eccleſia lege
rentur. Beatus bernardus vidit auguſti-
num epiſcopum: de cuius ore tantus im-
petus aquarum exibat: ꝙ totam eccleſiā
inundabat. ¶ Opuſcula vero ipſius docto
ris glorioſi omnia: nullus aut vidiſſe: aut
legiſſe: aut ſe glorietur habere: cum nec
inueniri queant: vltra enim millenariuȝ
numerum exceſſiſſe creduntur: de qui-
bus pauca attingam: curioſis cetera dere
linquens. De gratia ⁊ libero arbitrio li-
brum vnum. De predeſtinatione gratie li
brum vnum. De trinitate libros quinde-
cim. De confeſſionibus libros treſdecim.
De ciuitate dei libros vigintiduos. De ba
ptiſmo libros ſeptem. Soliloquiorum li-
brum vnum. De ſermone domini in mō-
te libros duos. Cōtra fauſtum manicheū
libros trigintatres. De fide ad petrum li-
bros tres. De concordia euangeliſtaruȝ li
bros quattuor. De muſica libros ſex. Su-
per geneſim ad litteram libros duodeciȝ.
De achademicis libruȝ vnum. Contra pa
ganos libros tres. De ordine libros duos.
De anime immortalitate librum vnum.
De veteri teſtamento libros vigintitres.
De origine anime ad hieronymū librum
vnum. De natura boni libros tres. De do
ctrina chriſtiana libros quattuor. De vti-
litate credendi librum vnum. De vera re-
ligione librum vnum. De decem cordis
librum vnum. De anima ⁊ ſpiritu librum
vnum. Utrum anima a ſeipſa ſit librum
vnum. De anime quantitate librū vnuȝ.
Contra donatum libros duos. Contra ar
rianos libros octo. Contra permenianuȝ
libros tres. De verbis domini libros du-
os. De penitentia librum vnum. De ago-
ne chriſtiano librum vnum. De diuina-
tione demonum librum vnum. De opere
monachoruȝ librum vnum. Enchiridion
libros vndecim. De gratia noui teſtamē-
ti librum vnum. De nuptijs ⁊ concupiſcē
tia libros duos. Retractationum libros
duos. De baptiſmo paruulorum librum
vnum. De rudibus cathetizandis libruȝ
vnum. De octo principalibus vitijs li-
bros octo. Super pſalterium volumē in-

gens in quo ſinguli.cl.ps. exponunẗ. De ſancta viduitate librum vnum. De ſancta virginitate lib.iij. De cura pro mortuis librum vnuꝫ. De vita beata lib.iiij. Si quē vero huius almi preſulis noſcendi operū ſuorum titulos maior ſitis numerus exagitat gēnadium q̄rat: qui voluminū ei⁹ vltra.Dc.nomina commemorat.

¶ De ſancto Hermete mar. C. CXXXI

Ermes martyr ſub aureliano imperatoris comite rome paſſus eſt. Hunc illuſtriſſimum ⁊ romane vrbis prefectum beatus alexander romanus pontifex ⁊ martyr baptizauit cuꝫ ſorore theodora ⁊ filijs: ⁊ cum.M.ccl. ſeruis ſuis: cum vxoribus quoqꝫ eorum ac filijs: quos omnes die ſabbati paſche manumiſſos ſacrifontis vnda perfudit: vt dictum eſt ſupra in paſſione alexandri pape.v.non.maii. Cum autem traianus imperator hec audiens de ſeleutia biſaurie aurelianum comitem ad vrbem miſiſſet: ad chriſtianorum perſecutioneꝫ agendā. Aurelianus hermetem prefectum apud quirinum tribunū carcerauit. Alexandrū vero in alia cuſtodia in vinculis per ſe poſuit. Qui tamen vt ſupra dictuꝫ eſt in paſſione quirini.iij.calē.aprilis: per puerum qui faculam ferrebat de carcere noctu ꝑ feneſtram eductus ad domum quirini tribuni: vbi hermes in cuſtodia tenebaẗ veniens ipſum quirinum conuertit: filiāqꝫ eius ſibi ad carcerem ſuum delatā a ſtrumate liberauit: ⁊ quirinum cum filia ⁊ oībus in ipſa detentis cuſtodia baptizauit. Cum autem hec aurelianus percepiſſet. Quirinum in carcerem trudi mandauit. Hermetem vero decollari iuſſit. Qui decollatus a beata theodora ſorore collectus: ⁊ in via ſalaria vetere non longe ab vrbe ſepultus eſt.v.calen.ſeptembris.

¶ De ſancto Alexandro epiſcopo. Capitu. CXXXII




Alexāder epiſcopus cōſtantinopolitanus claruit temporibus cōſtantini magni ⁊ conſtantij eius filii. De quo refert ſozomenus in ſecundo hiſtorie tripartite: ꝙ duꝫ conſtantinus imperator veniſſet bizantium: que poſtmodū appellata ex nomine ſuo cōſtantinopolis dicta ē: a philoſophis redarguebaẗ: ꝙ chriſtum coleret: ⁊ ꝙ nouam legē in republica itroduxiſſet. Cūqꝫ imperator diſputationeꝫ ordinaſſet: ⁊ alexandrum epiſcopū ad hoc conuocaſſet: ille minus philoſophie peritus: cum philoſophis ꝯgredi dubitauit: tamē in deo confiſus ante oīa philoſopho loqui volēti: in chriſti nomine ſilentiū imperauit. Illoqꝫ nullatenus loqui valente: alexander victor efficitur: ⁊ philoſophi cum plurimis conuertuntur. ¶ Sed ⁊ tēpore conſtantii dum diutius cum arrio heretico diſputaſſet: ⁊ contentio maxima inter catholicos ⁊ arrianos eſſet: orante alexandro: arrius ſubito ventris dolore percuſſus iuxta forum conſtantini ad ſecreta nature receſſit: ibiqꝫ dei iudicio omnia interiora ⁊ vitam emiſit. Propter quod fides catholica ab omnibus eſt exaltata. Beatus vero alexander glorioſus ſenex poſt laudabilē vitam annoꝝ.xciiii. epiſcopatus autē ſui anno.xxiii. quieuit in pace.v.cal. ſeptēb.

¶ De ſancto Juliano martyre de Aluernia. Ca.CXXXIII

Ulianus martyr apd̄ aluerniam paſſus ē ſub criſpinio cōſulari. Hic ex aluernia natus ex nobilibus parentib⁹ ⁊ chriſtianis: chriſtianus ⁊ ipſe ferreoli tribuni ⁊ martyris comes erat: ⁊ vterqꝫ deo in militari habitu ſeruiebat: qui ⁊ ambo apud vien

nam degebant. Cum autem furor gentili
um in chriſtianos vienne ſeuiret. Julia-
nus martyriū affectabat. Sȝ ferreoli coa-
ctus precibus ex viēneñ vrbe clandeſti-
ne diſceſſit: ꝛ aluerniā fugit: ibiqȝ aliquan
diu latitauit. Quē criſpinus conſularis ibi
eſſe audiens: miſſo carnifice precepit īuē-
tum occidi. Ille vero ſponte proſiliens: ꝛ
ſe chriſtianuȝ profitens decollatur. Cui9
caput leuantes milites ad ſanctū ferreo-
lū portauerūt: vt niſi ſacrificaret ſimilē ſē
tentiam exciperet. Quod ꝛ factū eſt: vt di
cetur infra in paſſione ferreoli martyris.
xiiij. calen. octobris. Sicqȝ factuȝ eſt vt ca
put ſancti iuliani cum corpore ferreoli in
eodem ſepulchro vienne locaretur: corp9
vero iuliani ſine capite aluernie reconde
retur. Qui paſſus. v. calen. ſeptembris.

¶ De decollatione ſancti Joannis bapti
ſte. Ca. CXXXIIII.



Decolla-
tio ſancti ioannis ba-
ptiſte quattuor ex cau
ſis inſtituta fuiſſe vi-
detur: vt dicitur in li-
bro mitrali. ¶ Primo p
pter ipſius decollatio
neȝ. ¶ Secundo pro
pter oſſiū ipſius cōcremationē ꝛ collectio
nem. ¶ Tertio propter capitis ipſius īuē
tionē. ¶ Quarto ꝑpter digiti eius trāſla-
tioneȝ: ꝛ eccleſie dedicationē. ¶ Primo
celebratur hoc feſtū propter ipſius decol
lationē que hoc modo facta eſt: vt in ſcho
laſtica hiſtoria legitur. Herodes enim an
tipas filius magni herodis aſcalonite: ro-
mam proficiſcens: ꝛ per fratrē ſuum phi-
lippum trāſitū faciens: cū herodiade vxo
re philippi cōcubuit: ꝛ ſecreto pepigit: ꝙ i
reditu ſuo vxorem repudiaret: ꝛ ipſam aſ
ſumeret. Quod vxor ſua filia regis arethe
damaſcenorū comperiens non expectato
viri reditu: ad patrē feſtinauit. Rediens
autē herodes herodiadeȝ philippo abſtu
lit: ꝛ ſibi in cōiugem accepit. Cūqȝ de hoc
a ioāne baptiſta argueret: ipſum in carce
re vinculauit: vxori quoqȝ placere cupiēs
eum occidere voluit: ſed populū timuit.
Ut tamē occaſionem inueniret: ſecreto cū
vxore condixit: vt herodes die natalis ſui
celebrato cōuiuio: puelle ſaltanti filie ipſi
us herodiadis quicquid peteret ſe ei da-
turum iuramēto firmaret: ꝛ ipſa caput io-
annis peteret: quod ei propter iuramētuȝ
tribuere oporteret: ſed de iuramento ſcō:
contriſtari ſe ſimularet. Ordinato igitur
cunctis principibus ſuis conuiuio puella
corā omnibus ſaltat: cūctis placet ſe ei ꝗc
quid peteret daturum rex iurat: a matrē
monita caput ioannis expoſtulat. Uerſi-
pellis herodes ſe propter iuſiurandū tri
ſtem ſimulat: ſpiculatorem mittit: ꝛ ioan-
nem in carcere decollari fecit: caput in di
ſco puelle datur: ꝛ a puella matri adulte-
re preſentatur. In hac autē die ioānes de
collatus non eſt: ſed circa dies azimoruȝ
eodē die paſſionis chriſti: anno videlicet
precedente: ſed oportuit: vt propter dñi-
ca ſacramēta minor cedēt maiori. ¶ He-
rodes autem impunitus non abiit: ſȝ pro
hoc ſcelere in exilium a ceſare lugdunum
miſſus miſerabiliter vitam finiuit. Habe
bat enī ipſum caius ceſar ſuſpectuȝ: ꝙ ro
mano vellet imperio rebellare. In cuius
argumentum cōperuit: ꝙ in ciuitatibus
ſuis haberet arma pro ſeptuaginta milia
armatorum. ¶ De herodiade auteȝ dici-
tur: ꝙ dum caput ioannis in manibus te-
neret: ꝛ eidem gaudens plurimum inſul-
taret: diuino iudicio caput in eaȝ inſuffla
uit: ꝛ illa protinus expirauit. Filia vō eius
cum ſuper glaciem ludens deambularet:
ſub ea glacies reſoluitur ꝛ ipſa in aquis cō
tinuo prefocatur. ¶ Secundo celebratur
hoc feſtum propter ipſius oſſium concre-
mationē ꝛ collectionē: ꝗ ipſa die ſcilicet.
iiij. cal. ſeptēbris ſecundum quoſdam fue

runt cõcremata ⁊ a fidelibus ex parte collecta. Unde quaſi ſecundum martyrium patitur: cum in ſuis oſſibus concrematur. Et ideo eccleſia hoc feſtum quaſi ſecũduꝫ eius martyrium celebrat. Nam ſicut legitur in .xij. libro hiſtorie eccleſiaſtice: cum diſcipuli ioannis corpus eius apud ſebaſten vrbem paleſtine inter heliſeum ⁊ abdiam prophetas ſepeliſſent: ⁊ ad eius tumulum miracula crebra fierent: iubẽte iuliano apoſtata gentiles oſſa eius ſparſerũt ⁊ miraculis adhuc nõ ceſſantibus collecta igne cremauerunt: ⁊ puluerem per agros ventilarunt. Dum autem ad cremandum colligerentur: quidam monachi ex hieroſolymis venientes: colligentibus ſe latenter miſcuerunt: ⁊ magnam eorum parteꝫ tollentes ad philippum epiſcopum hieroſolymitanum detulerunt: qui ea poſtmodum athanaſio alexandrino epiſcopo miſit. Poſtmodum vero theophilus eiuſdẽ vrbis epiſcop⁹: ea in templo ſerapis a ſordibus purgato repoſuit: ⁊ eccleſiaꝫ in honorem ioannis baptiſte dedicauit. Nunc autem eadem oſſa apud ianuam eſſe dicuntur: ⁊ ibidem deuote coluntur: ſicut alexander tertius ⁊ innocentius quartus pape ſuis priuilegijs approbarũt. ¶ Tertio celebratur propter capitis ipſius inuẽtionem: que hoc die .l.iiij. calẽ. ſeptẽbris facta eſt. Sicut enim dicit̃ in .xj. libro hiſtorie eccleſiaſtice. Joannes in caſtello arabie dicto macheronta fuit vinctus ⁊ capite trũcatus. Herodes aũt caput ioannis in hieruſalem fecit deferri: ⁊ iuxta habitaculum ſuum caute ſepeliri: timens ne ꝓpheta reſurgeret: ſi corpus cum capite ſepultum eẽt. ¶ Tempore vero martiani principis: qui cepit anno domini .cccclij. Joãnes caput ſuum duobus monachis reuelauit: qui illud iuxta dictum palatium inuenerunt ſaccis cilicinis inuolutum. Qui dum ad propria cum dicto capite remearent: quidaꝫ ediſſene ciuitatis figulus paupertatem fugiens ſe comitem eiſdem exhibuit. Et dum peram ſibi creditam cum ſacro capite portaret: admonitus in ſomnis a ſancto ioanne: eos fugiens ediſſenam vrbem cum ſancto capite ingreſſus eſt: vbi ꝙdiu vixit ſanctum caput in quodam ſpecu venerans proſperitatem maximaꝫ aſſecutus eſt. Moriens autem illud ſorori ſue ſub fide reuelauit: ⁊ eodeꝫ modo inuicem ſucceſſores. ¶ Poſt multum vero temporis marcello monacho in eodem ſpecu degenti hoc modo reuelatur. Nã prima nocte dormienti ſibi viſe ſunt: ꝙ turbe pſallentes incederent: poſt quos ioannes baptiſta duobus angelis comitatus veniret: qui omnibus aſtantibus benedixit: ⁊ marcellum per mentum apprehendens: oſculum pacis ei dedit. Qui cũ vnde veniſſet illuc queſiuiſſet illeꝗ ſe de ſebaſte veniſſe reſpondit. Sequẽti vero nocte cum de tali viſione admiratus iterum dormiret: quidam eum ſubito excitauit: ⁊ euigilans vidit in hoſtio celle ſtellaꝫ fulgentem: quam dum palpare vellet: in aliã partem ſe tranſtulit: ⁊ ſic in pluribus locis poſt eam iuit. Tandeꝫ in loco vbi erat ſanctum caput requieuit: vbi fodiens repperit vrnam: ⁊ in ea ſanctum theſaurũ. Sed dum quidam hoc non credens manuꝫ in hydriam miſiſſet. ſtatim manus exaruit: ⁊ hydrie adheſit. Orantibus autẽ ſocijs manum abſtraxit: ſed inualida remãſit. Cui ioannes apparuit dicens vt cũ caput eius in eccleſia poneretur: hydriam contingeret: ⁊ ſanitatem integram perciperet. Qđ ⁊ factum eſt. Cum autem marcellus hec omnia iuliano ipſius vrbis epiſcopo indicaſſet: caput de ſpelunca ab eis eſt eleuatum: ⁊ in ipſam vrbem delatum. Ex eadẽ die cepit in ipſa ciuitate decollatio ioãnis celebrari: qua caput eius inuentum eſt: ſcilicet .iiij. calen. ſeptembris. ¶ Ipſuꝫ autem caput poſtmodum conſtantinopoliꝫ tranſlatum eſt. Nam vt in tripartita habe-

tur cum valens imperator caput ſanctum
vehiculo impoſitum conſtantinopolim
tranſferri iuſſiſſet: cum circa chalcedoniã
veniſſent vehiculum nullatenus vlterius
trahi potuit: ideoq̃ ipſum ibidem dimit-
teret coacti ſunt. Sed cum poſtmodum
theodoſius ipſum inde auferri vellet: vir
ginem quandam cuſtodie capitis deputa
tam rogauit: vt ſibi illud inde portare di/
mitteret. Illa autem conſenſit: credens q̃
ſicut alias ita etiam tunc non permitteret
ſe auferri. Quod imperator purpura ſua
opertum conſtantinopolim tranſtulit: et
ibidem locato eccleſiam edificauit. Inde
quoq̃ ad gallias apud pictauiam a pipino
rege tranſlatum eſt: vbi eius meritis mor
tui plures ſuſcitati ſunt. ¶ Quarto ꝓpter
digiti ipſius tranſlationem: ⁊ eccleſie dedi
cationem. Digitus enim ille: vt dicit quo
dominũ oſtendit: nunq̃ comburi potuit:
qui a predictis monachis repertus eſt: ip/
ſumq̃ ſancta thecla inter alpes trãſtulit: ⁊
in eccleſia ſancti martini collocauit: vt in
ſcholaſtica habetur. Joannes beleth etiam
dicit: q̃ predicta ſancta thecla ipſum digi
tum de vltra marinis partibus attulit: ⁊ in
romaniam portauit. Ibidemq̃ eccleſiam
in honorem baptiſte fabricauit. Quam ec
cleſiam hac die quidam dedicatam aſſe/
runt: ⁊ iccirco tale feſtum. iiij. cal. ſeptem
bris celebrare ceperunt.

¶ De ſancta Sabina mar. Ca. CXXXV



Sabina martyr
rome paſſa eſt tempore
hadriani imperatoris
ſub prefecto vrbis elpi
dio. Hec fuit vxor cu/
iuſdam preclariſſimi va
lenti: ⁊ filia herodis me
tallarii. Que a ſcã ſera
phia ṽgine cõuerſa ẽ ad dñm. Cuiꝰ et corpꝰ
ſepeliuit ipſa ſabina: vt dicet ĩfra ĩ paſſio
ne ſeraphie. iij. non. ſeptẽbris. Et poſt mar
tyrium eius beata ſabina anno fere inte/
gro elemoſynis ⁊ refectionibus pauperũ
inſtuduit. Demum a prefecto vrbis elpi/
dio comprehenſa compellebatur: vt chri/
ſtum negaret: ⁊ idolis imolaret. Que cum
ſe ſoli chriſto deo vero ⁊ non demonijs ſa
crificaturam diceret: iuſſu nequiſſimi pre
fecti decollatur: ⁊ facultates eius omnes
fiſco applicantur. Cuius corpus a chriſtia
nis ſepultũ eſt in oppido vendienſi ad ar/
cum fauſtini. iiij. calen. ſeptẽbris: vbi ipſa
corpus ſeraphie virginis poſuerat.

¶ De ſanctis Sauiniano martyre ⁊ Sa/
uina virgine. Cap. CXXXVI

Sauinianus martyr ⁊ Saui/
na virgo ĩ ciuitate trechas ve
nerantur. Hi nobiliſſimi vi/
ri ſauini: ſed gentilis filij fue
rũt: qui de prima vxore ſaui/
nianum genuit: de ſecunda coniuge ſa/
uinam procreauit. Sauinianus autem
legens verſum illum. Aſperges me ⁊c.
Et intelligere non valens: in cinere et
cilicio proſtratus iacebat: dicens ſe malle
mori: q̃ non intelligere ſenſum verbi. Cui
apparuit angelus domini: eiq̃ dixit: q̃ ſi
baptizari vellet: niue candidior fieret: et
tunc: quod querebat intelligeret. Exinde
igitur idola cõtẽnens de ciuitate aufugit:
⁊ ad vrbem trechaſinam deuenit. Et cũ ad
fluuiũ ſequane veniſſet a preſbytero chri
ſtiano baptizatus eſt: ⁊ voce celica cõfor/
tatus: quia tunc quod dudum quęſiuerat
inueniſſet. Statimq̃ baculum ſuum in ter
ra fixit: ⁊ confeſtim frondes ac flores pro/
duxit. Quo viſo miraculo. M. cviij. viri in
domino crediderunt. Audiens hec aure/
lianus imperator ad ipſum capiendum mi
lites miſit. Qui eum orantem inuenientes
ad eum accedere timuerunt. Miſit iterũ
plures prioribus: qui cum orante oraue/
runt: ⁊ vt ſecum ad auguſtũ accederet: ſo/
lis precibus impetrarunt. Qui cũ veniſſet

⁊ ſacrificare nolet: imperator cum manibus ac pedibus vinctum iuſſit virgis ferreis cedi. Deinde ſuper ſcamnum eneum ligari: ⁊ ligna ac oleum ſupponi: ⁊ incēdio cremari. Et cum in medio flamme illeſus oraret: ⁊ hec aurelianus magie attribueret: in craſtino fecit eum ad ſtipitem ligari: ⁊ a militibus ſagittari. Sagitte vero a lateribus eius in aere ſuſpendebātur: ⁊ a nulla ipſarum martyr domini ledebatur. Et cum imperator ad ſpeculuȝ iſtud accederet: vna ex ſagittis regem in oculo percuſſit: ⁊ penitus excecauit: Unde iratus imperator iuſſit euȝ in carcere recipi ⁊ in craſtino decollari. Sauinianus aūt orans vt ad locuȝ vbi baptizatus fuerat transferretur: confractis catenis ⁊ apertis hoſtiis per medium milituȝ illuc venit. Et vidēs milites ſe inſequentes ſuper aquam vſq; ad locum baptiſmi ſui ambulauit. Et cuȝ milites tranſuadentes eum percutere formidarent: eos vt ſe ferirent confortauit: ac vt de ſanguine ſuo regis oculuȝ linirēt: ⁊ ſtatim viſuȝ recuperaret. Percuſſus ergo caput ſuuȝ leuauit ⁊ paſſibus. xlix. illud portauit. De cuius ſibi delato ſanguine imperator oculum tetigit ⁊ confeſtim viſum recepit. Quod audiens quidaȝ qui antea p annos. xl lumē amiſerat ad locū ſe portari fecit: ⁊ ptinꝰ lumē recuperauit. Cuius corpus a chriſtianis ibidem ſepultum eſt iuxta flumen. ¶ Sauina autem cum fratrem ſuum quotidie fleret: ⁊ pro eo diis imolaret: tandem ſibi in ſomnis angelus domini apparuit: ⁊ eidem iuſſit vt domū ſuam relinqueret.: ⁊ fratrem ſuum honoratiſſimuȝ inueniret. Qui euigilans collactaneam ſuam eandem vidiſſe viſionem audiuit. Latenter ergo ambe in craſtino receſſerunt. Que romaȝ veniens fidē chriſti ſuſcepit: ⁊ ab euſebio papa baptizata: in virginitate permanſit. In vrbe quoqȝ duos cecos illuminauit: ⁊ duos cōtractos ſanauit. Deinde poſt annos quinq; angelica admonitione cuȝ comite ſua inde receſſit: ⁊ ad trecbaſinam ciuitatem deuenit. Et cum in vrbe rauenna ad domū cuiuſdam diuitis quaſi peregrine hoſpitium quererent: cuius filia quaſi mortua plangebatur: pediſſequa ſe excuſare cepit: q eas recipere non poterat: quia ſua domina in extremis laborabat. Sauina autem in chriſto confiſa intrauit: ⁊ puellam p manum apprehenſam ſanam erexit. Cuȝ ergo iuxta trechas: vt ei angelus dixerat ad miliare veniſſent: ⁊ ambe pre labore quieſcerent: virum quendam nomine licerīū nobilem de ciuitate venientem ſauina interrogauit: vbi nam fratrem ſuuȝ ſauinianum diu amiſſum inuenire poſſet. Qui ei eundem pro chriſto paſſum fuiſſe reſpondit: ⁊ locuȝ ſepulture demonſtrauit. Ipſa vero ante tumulum fratris proſtrata orauit ad dominuȝ: vt ſuſciperet in pace ſpiritum eius: ⁊ continuo in chriſto obdormiuit. Ad inſtantiaȝ ergo prefati nobilis oēs ciues ad eā ↄcurrerūt: ⁊ corpus ſctē iuxta corpus germani honorifice ↄdiderūt: iuxta q̄s ⁊ poſtmodū p̄dicta collectanea eius ſepulta ē: quorꝫ feſtū agitur. iiij. cal. ſeptē.

¶ De ſanctis Felice p̄ſbytero ⁊ Adaucto martyribus. Cap. CXXXVII.



Felix preſbyter ⁊ adauctꝰ martyres paſſi ſunt in vrbe ſub diocletiano ⁊ maximiano īpatoribꝰ p̄fecto ⁊ iudice draco: qui p̄fectꝰ dū felicē p̄ſbyteruȝ teneri feciſſet: ⁊ ad deorꝫ ſacrificia īuitaſſet: illeq; ſacrificare nullatenus acquieuiſſet: iuſſit illū in equuleo leuari: ⁊ duduȝ torqueri: deinde extra ciuitateȝ via oſtieñ. duci: ⁊ ibidem gladio capite truncari: corpus quoq; eius inhumatum lupis ⁊ canibus derelinqui. Data ſentētia obuius fuit ei quidaȝ chriſtianus

hominibus quidem incognitus: deo ve-
ro manifeſtus. Hic cum didiciſſet: ꝙ bea
tus preſbyter iuſſus fuiſſet duci: ſe ex ea-
dem lege ⁊ chriſtianum eſſe publice pro-
clamauit. Mox ⁊ ipſe ab officio compre-
henſus: pariter dato ſibi prius pacis oſcu
lo cum beato felice decollatus eſt. Huius
nomen qꝛ chriſtiani non inuenerũt: adau
ctum eum poſtmodum appellauerũt: eo
ꝙ ſancto martyri felici auctus ſit ad coro-
naꝫ: ipſiqꝫ pro confeſſione fidei corona ſit
aucta: Paſſi ſunt aũt. iij. cal. ſeptembris.

¶ De ſanctis Terentiano ⁊ Flacco mar-
tyribus. Cap. CXXXVIII.



Terentianus epõ ⁊ flaccus mar-
tyres paſſi ſunt tẽpore
hadriani ĩpatoris apud
ciuitatẽ tudertum ſub
letiano ꝓcõſule tuſcie.
Qui terentianũ compre-
henſuꝫ ⁊ ſacrificare no-
lentem: deoſqꝫ demonia affirmantẽ: lapi
dibus ore ɔtundi fecit: ⁊ cuꝫ idola ei obla
ta cõminuiſſet: ⁊ ſacerdos idoloꝝ in faciẽ
ſuam corruiſſet: iuſſit ꝓconſul ſanctum in
equuleo leuari: ⁊ ſcorpionibꝰ grauiter ce-
di: ignemqꝫ ad latera eius apponi. Qui cũ
omnia patienter toleraſſet: fecit linguam
eius precidi ⁊ pedibus cõculcari. Ille ve
ro dum nihilominus chriſtũ diſerta voce
confiteretur: procõſul mutus efficitur: ac
ſi eius non ſancti lingua preciſa fuiſſet. Et
annuens manibus: ꝙ loquelaꝫ amiſerat:
poſt modicuꝫ expirauit. Lucius vero ⁊ ſa
uinus eius aſſeſſores terentianuꝫ carceri
manciparunt. Altera vero die cum duce-
retur ad forum occurrit ei flaccus idolorũ
ſacerdos: qui cecus effectus fuerat: ſed di
uina reuelatione monitus erat: vt ad ſan
ctum pro lumine recuperando recurſuꝫ
haberet: quem ſanctus ad chriſtum con-
uerſum baptizauit: ⁊ illuminauit. Ambo
igitur a militibꝰ tenti ſunt: ⁊ iuxta flumẽ
ſecus murũ ciuitatis decollati. iij. calen.
ſeptembris. Quorũ corpora exuperanti-
us preſbyter ⁊ laurentia in ſomnis diui-
nitus admonita ſepelierunt octauo milia
rio a ciuitate tuderto: i loco q̇ dĩ petroſo.

¶ De ſctõ Firmino epõ. Ca. CXXXIX.

Firminus epiſcopꝰ ambiañ.
q̇ ab ambitu fluminis am-
bianũ dicitur: ipſiꝰ ciuitatis
oriũdus filius fuit fauſtiani
nobiliſſimi viri. Qui i hono-
reꝫ ſancti firmini martyris
filium ſuuꝫ firminũ vocauit: de quo firmi
no martyre habetur infra. vij. calen. octo.
Hic bone indolis puer etate procedente
per incremẽta virtutum creſcẽs: factus ẽ
epiſcopus ciuitatis. Qui populũ verbo ⁊
exẽplo in viam ſalutis direxit: ⁊ ab oĩ gen
tilitatis errore vrbẽ purgauit: atqꝫ ſupra
ſepulchrũ ſancti firmini martyris eccleſiã
dei genitricis conſtruxit. ⁊ cõſecrauit. In
qua dũ in die ſancto paſche celebraret: ce
lis apertis palmã ſibi de ſuperiꝰ illapſã
aſpexit: ⁊ ab eo die ab omni carnis inqui-
namento ⁊ motu mũdus permãſit. Quie
uit in pace. iij. calen. ſeptembris: ſepultus
in eccleſia ſupradicta. Cui ſucceſſerũt ſan
cti honoratus: de quo. xvij. calen. febru. ⁊
ſaluius: de quo. iij. idus ianuarii.

¶ De ſancto Felice preſbytero ⁊ confeſ-
ſore. Cap. CXL.

Felix preſbyter ⁊ cõfeſſor apud
nolam ciuitateꝫ campanie cla
ruit: cuius pater hermias duos
filios habens felicem ⁊ hermi
am ſubſtantiam ſuam ſoli feli-
ci dereliquit. hermiaꝫ vero ex
heredauit. Felix vero omnes facultates
fratri dimiſit: ⁊ ſpiritualibus diſciplinis ſe
dedit. Qui ſub ſancto maximo nolano epi-
ſcopo officiũ lectoris deinde exorciſte gra-
dum accepit: ac demuꝫ per alios ordines
ad ſacerdotij honorẽ peruenit. Cum autẽ

chriſtianoꝝ pſecutio deſeuiret: maximus epiſcopus iam ſenex eccleſiam ſuam felici presbytero cōmendauit: ⁊ ad montiuꝫ deſerta receſſit. Cumq; felix predicationi inſiſteret: a paganis detinetur: ⁊ in carcerem nudus vinculatur: atq; teſtaꝝ ei fragmina ſubſternuntur. Nocte vero ipſi diuinitus lux effulſit: angeluſq; ei aſtitit: ⁊ de cuſtodia ruptis catenis eduxit: atq; ad requirendum eis ep̄m ad montana trāſmiſit. Queꝫ dudum requiſitū: felix tandeꝫ fame deficienteꝫ inuenit: ⁊ ex dolore triſtis ingemuit: quia nec vnde calefaceret ſenē algentē habebat: nec vnde aleret fame deficientē videbat. Cui xp̄s mox oranti ſubuenit: qui de ſpinoſis ſentibus media hyeme vuaꝫ pduxit. Cuius liquorē ſup os ſenis expreſſit: moxq; ille reſumptis faucib⁹ reſpirauit. Et poſtq̄ alter in alteri⁹ amplexus ruit: felix ſeniorē in humeris ſuis tulit: ⁊ ad cellulam ſuam perduxit atq; refecit.

¶ Et cum iteꝝ pgreſſus xp̄m predicaret: ⁊ gregē dñi cōfortaret: gentiles armati: vt eum caperent domū eius circūdederunt. Qui egreſſus per mediū illoꝝ tranſiuit: ita vt eū videntes nō agnoſcerēt: ipſumq; quaſi alium de felice interrogarēt. Ad maceriē ergo deſerte locū declinauit: ſtatimq; ſup aditum aranee telam ita texuerūt: vt nullus hoīuꝫ illuc ingredi potuiſſe quis putaret: quādo vnius muſce impetū tremulus ſinus aranee tele ferre non poſſet. Sed poſt abſceſſum hoſtium felix egreſſus ad domū cuiuſdam vidue ſecreto peruenit: ⁊ apud ipſaꝫ aliquo tempore latitauit. Et dum ex nimia ſiccitate eſtiuo tempore in eius puteo aqua defeciſſet: orante ſancto pluuia larga deſcendit: ⁊ puteum abūdanter repleuit. Sicq; in eo ardoreꝫ fidei duplicauit. Uerum poſtq̄ eccleſie pax reddita eſt: confeſſor domini de latebris pdiit: ⁊ populum ſuaui predicationis eloquio in domino confortauit. Qui deo gratias agebant: q ipſum quem extinctum putabant in perſecutione conſeruaſſet. ¶ Cum autem maximus epiſcopus ad dominū migraſſet: populuſq; omnis feliceꝫ in epiſcopum elegiſſet: ille omnino epiſcopari recuſauit: ⁊ quintum preſbyterum eligi fecit. Sub quo ⁊ ipſe preſbyter meritis ⁊ vita laudabiliter vixit: ⁊ poſt lōgos agones in dño feliciter requieuit pridie cal. ſeptēbris. Cuius corpus apud nolam tumulatū iacet: ⁊ ſignis irradiat.

¶ De ſancto Paulino epiſcopo martyre. Cap. CXLI.



Paulin⁹ epiſcopus treuereñ. ⁊ martyr claruit tempore cōſtantii imperatoris. Qui tempore arriane infeſtationis a cōſtatio prefato ob fideꝫ catholicā exilio relegatur: ⁊ vſq; ad mortem ꝑpter chriſti nomen hinc inde mutādo exilia fatigatus tandē apud phrygiam defunctus beate paſſionis coronam precepit a dño pridie calē. ſeptēbris. Hec ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcō Ariſtide ꝯfeſ. Ca. CXLII.

Ariſtides confeſſor claruit apud athenas ſub hadriāo imperatore. Qui philoſophus eloquentiſſim⁹ fuit: fide ſapientiaq; clariſſim⁹ ⁊ chriſtiane religionis pietate imbutus. Hic hadriano principi librum apologeticum pro fidei noſtre ratione conſcripſit ⁊ obtulit: ⁊ q chriſtus ieſus ſolus eēt deus coram ipſo imperatore luculētiſſime perorauit: eo videlicet tempore quo quadratus vir inſignis libellum ſimilem eidem ceſari preſentauit. Qui ⁊ in eadē ciuitate diem extremum in pace concluſit pridie calē. ſeptembris. Hec hieronym⁹ in libro de viris illluſtribus.

¶ De ſcō Optato epō. Ca. CXLIII.

OPtatus epiſcopus mileſitanus natiōe apher claruit imperantibus valentiniano ⁊ valente auguſtis. Qui fidei pugil ⁊ doctor egregius aduerſus donatiane partis calumniam libros ſex edidit: in quibus donatiſtarum crimen falſo in nos retorqueri aſſeruit. Qui ⁊ ſanctitate ⁊ vita nō infimus apud antiſiodoꝝ in pace quieuit pridie cal'. ſeptēbꝛ. Hec hieronym⁹ vbi ſupra.

Explicit liber ſeptimus.

Incipit prologus libri octaui.

OCtauus liber preſentis cathalogi continet geſta ⁊ paſſiones illoꝝ ſanctoꝝ quoꝝ feſtiuitates occurrunt infra tempus quo repreſentat eccleſia propagationē filioruȝ qui fuerunt ipſius eccleſie conſeruatores: quales fuerunt ſancti confeſſores. Hoc autem tempus eſt a calen. ſeptembris vſqȝ ad calen. octobris. Et hoc ſub figura ſcōꝝ: Job: Tobie: Eſdre: Judith: ⁊ Heſter: q̄ ꝑ tunc geſta recoluntur: confeſſoꝝ patiētiaȝ ⁊ ſanctitatē denotantia: qui in tribulatiōe poſiti: munduȝ carnem ⁊ diabolū trūphant. Ad ipſius igitur temporis feſta pertractanda tranſeundum eſt. Et notandum ꝙ quia omnes iudices iſrael: q̄ fuerunt poſt moyſem ante reges generaliter in cathalogo ſanctoꝝ veteris teſtamēti in diuina ſcriptura cōnumerantur: ⁊ duoruȝ ex ipſis ſolūmō: videlicet ioſue filij nun ⁊ gedeonis: feſtuȝ in calen. ſeptembris recolitur: quo videlicet die ipſi ambo diuerſis temporibus quieuerunt: vt hieronym⁹ ſcribit: reliquoꝝ autem predictorum ſanctorum dies dormitionis necubi reperiūtur. Jccirco gratia duoꝝ predictorū geſta etiam reliquoꝝ iudicum: qui omnes ſancti fuerunt in calen. ſeptembris conſcribere volui: vt geſta eoruȝ: quoꝝ dies icertus habetur: hiſtoriis conſocioruȝ: quoꝝ dies hic agitur: merito copulentur. Acta etiam quorūdam alioꝝ eiſdem iudicibus contēporaneoꝝ: quoꝝ ſimiliter feſtiuitates certos dies nō habēt: vt raab: caleph: ⁊ ruth: prefatis iudicū hiſtorijs inſerendo.

Incipit liber octauus a calen. ſeptembris vſqȝ ad calen. octobris.

De ſcō Joſue ꝓpheta ⁊ duce. Cap. I.



Joſue ꝓpheta ⁊ dux populi iſrael filius nun alio nomine dictus ieſus fili⁹ naue de tribu effraim moyſi prophete: ⁊ duci eiuſdem populi i ducatu ſucceſſit: de quo dicetur īfra in eius feſto pridie noñ. ſeptēbris. Hic moyſe defuncto cū populus eēt vltra iordanem contra hiericho: loquente ſibi domino mandauit populo vt prepararent ſe ad tranſeundum iordanem. Miſitqȝ duos exploratores de ſethim in hiericho: qui ſub ſimulatione fatuitatis explorarunt terram: ⁊ ad domum raab meretricis declinauerunt: quos illa abſcondit a facie nunciorum regis hierico querentium eos: ⁊ per murum nocte dimiſit: vt dicetur infra in eius legenda. Reuerſis ergo exploratoribus ad ioſue: tribus tranſactis diebus precepit ioſue ſacerdotibus: vt tollerent arcam dei: ⁊ intrantes cum ea iordanem: omnem populum precederent. Cumqȝ intraſſent ſacerdotes aquam quam penitus imeabilem inuenerant: eo ꝙ plus ſolito excreuiſſet: ſteterunt aque deſcendentes ad inſtar montis in tumeſcentes vſqȝ ad locum qui dicitur ſarathan: inferiores ve-

ro aque in mare mortuū deſcenderunt:
ſicqꝫ ſiccato fluuio omnis populus ꝑ aré/
tem alueū pertranſiuit. Tulitqꝫ ioſue .xij.
lapides de alueo in ſiccum: ⁊ alios .xij. de
ſicco in alueum reportauit: in miraculi te
ſtimoniū. Et cuꝫ tranſiſſet populus reuer
ſe ſunt aque ad locum ſuū. Deinde ioſue
filios populi qui erant incircuncisi: dei mā
dato circūcidi iuſſit in galgalis. Et fecerūt
phaſe .xiiij. die menſis primi in campeſtri
bus hiericho: ⁊ comederunt de fructibus
terre: eo ꝙ ſibi māna defeciſſet: quo ꝑ de-
ſertuꝫ aliti fuerant .xl. annis. Poſt hec io/
ſue mandauit arcam dei .vij. diebus circū
duci circa muros hiericho: precedētibus
ſeptē ſacerdotibus ⁊ clangentibus .vij. tu/
bis: omniqꝫ populo armato ſubſequente.
Septimo vero die poſt ſeptimā circuitio-
nem: vociferantibus cunctis: muri hieri-
cho funditus corruerūt: ⁊ intrauit quiſqꝫ
per locum qui contra ſe erat: ⁊ interfece-
runt omnes viuētes in ea: ⁊ combuſſerūt
eam: ⁊ oēm ſuppellectilem eius: ſola raab
cū domo ſua reſeruata. Mandauerat aūt
dominus per ioſue vt nemo aliq̄d de hie
rico tolleret: ſed omnia velut anathema-/
ta igne ↄſumerent. Achor aūt filius carmi
de tribu iuda latenter tulit regulaꝫ aureā
⁊ chlamydem coccineā contectam auro:
⁊ abſcondit humo. Cuꝫ aūt miſiſſet ioſue
tria milia viroꝝ ad expugnādam ciuitatē
hai percuſſi ſunt a viris hai ⁊ ceciderēt ex
eis .xxxvi. viri. Cōtriſtatuſqꝫ ioſue orauit
ad dn̄m. Cui dominus reſpondit ꝙ non
eſſet cum populo donec mundaretur ana
thema. Iuſſitqꝫ hoc ſorte ſcrutari. Ioſue
aūt omni populo cōgregato ſortes miſit.
Et primo per tribus inuenit ſorte tribum
iude: deinde per familias inuenit familiā
zare: deinde per domos domū carmi: de-
inde per capita caput achor. Qui cōfeſſus
peccatū ſuū ab omni populo eſt lapidat⁹:
⁊ oīs domus eius interfecta: omniſqꝫ ſub
ſtantia ei⁹ exuſta. Quo facto ioſue de mā-
dato dei aſcēdit cōtra ciuitatem hai: par/
temqꝫ exercitus in inſidijs collocauit poſt
ciuitatē. Cum reliqua vero ꝑte ciuitateꝫ
agreſſus ē Et cū aliquādiu pugnaſſent po
pulus cū ioſue terga vertentes: arte ſimu
larunt fugā. Rex aūt hai cū omni populo
egreſſus eos inſecutus eſt. Et cū eos lon/
gius traxiſſent ab vrbe: ſurrexerūt: q̄ erant
in inſidijs: ⁊ ingreſſi ciuitatē nemine reſi-
ſtente eam incenderūt. Ioſue vero retro-
cedente ⁊ īſidijs ciuitate egreſſis: hoſtes
ex vtraqꝫ parte cōcluſi īterfecti ſunt. Om-
niſqꝫ populus inuentus in vrbe occiſus
eſt: ⁊ ciuitas igne cōſumpta: omnia quoqꝫ
bona ciuitatis populo in predam diuiſa
ſunt. Rex etiam ciuitatis hai in patibulo
ſuſpenſus interijt. ¶ Gabaonite vero vi-
dentes: qđ fecerat iſrael de duabus ciuita
tibus: timuerūt valde: ⁊ miſſis ad ioſue ⁊
populuꝫ nuncijs inierunt cum eis fedus:
quibus filij iſrael iuramento confederati
ſunt. Et facti ſunt gabaonite eorum ſerui
lignoꝝ ceſores ⁊ aque portitores in perpe
tuum. ¶ Adoniſedech autem rex hieruſa
lem audiens gabaonitas confederatos fi/
lijs iſrael: cōuocatis ſecum quattuor regi-
bus amorreoꝝ obſedit gabaon. Quod au
diens ioſue collecto exercitu repēte irruit
ſuper eos: ⁊ verſi ſunt in fugam per deſcē
ſum bethoron Miſit deus grandineꝫ ſu-
per eos: ⁊ plures occidit grando q̄ꝫ gla-
dius. Uidens aūt ioſue ſolem deſcenden-
tem ad occaſum: ⁊ lunam aſcendenteꝫ: ti-
mens ne beneficio noctis hoſtes euade-
rent: precepit ſoli cōtra gabaon ⁊ lune cō-
tra vallem habilon: ne mouerent. Stete/
rūtqꝫ ſol ⁊ luna ſpatio vnius diei: nec fuit
ante ⁊ poſtea tam longa dies. Tunc q̄nqꝫ
reges ſe abſconderunt in ſpelunca mace
da. Ad quoruꝫ cuſtodiam ioſue viros di-
miſit. Ceſis quoqꝫ ⁊ deletis omnibus ad-
uerſarijs: ioſue quinqꝫ reges ꝓductos in
patibulis ſuſpendit. Eodem quoqꝫ die ꝑ-
cuſſit macedam in ore gladij: poſtea vero
vaſtauit

vaſtauit lebnam ⁊ lachin: eglon: ⁊ hebrō: ⁊ dabir: ⁊ reuerſus ē ad caſtra in galgala ¶ Jabin autē rex aſſor cōgregatis. xxiiij. regibus cum turmis ſuis habentibus ſecum. ccc. milia armatorum ⁊. ij. milia curruum pugnauit cū ioſue ⁊ populo iſrael. Sed deuictus eſt iabin ⁊ omnes ſui occiſi preter eos qui ſe receperunt in vrbes ⁊ caſtra munitiſſima. Fecerant eniꝫ chananei plures munitiones perualidas a die qua audierāt egreſſum iſrael de egypto aduerſum eos: nec eas niſi longo tempore ⁊ graui labore obtinuerunt hebrei. Uaſtauit tamen ioſue vniuerſam circa regionem nulli etati parcens aut ſexui: ⁊ ditatus eſt iſrael ſupra modum ex hoſtium ꝑda. Quintus auteꝫ annus iam tranſierat: ⁊ ioſue tranſtulit a galgalis locum tabernaculorum in ſilo: ⁊ illuc tranſtulit tabernaculum cum omni ornatu ſuo pro loci opportunitate. Et inde procedens in ſichem conſtituit in monte ebal altare domino de lapidibus impolitis: offerens ſuper illud holocauſta: ſcripſitqꝫ ſup eo deuteronomium: quod quidam intelligunt mandata deuteronomij: deinde rediit in ſilo. ¶ Poſt hec conceſſit ioſue tribui iuda montana ad meridieꝫ: que iam acquiſierant: ſed nondum ſorte tradidit. Effraim quoqꝫ ↄceſſit montana ad aquiloneꝫ: inter vtrunqꝫ ponens dimidiam tribum manaſſe. His tribus tantum cōmiſit terram aliis in caſtra manentibus: tum quia bellicoſe erant: tum quia digniores. Sciebat enim iude regnum eſſe promiſſum: ⁊ manaſſe ⁊ effraim benedixiſſe iacob pro beneficio ioſeph patris eorum. Dedit autem effraim extra ſortem agrum ſichem: quem dederat iacob ſingulariter ioſeph filio ſuo: ⁊ ſepeliuit in eo oſſa ioſeph: que attulerat de egypto. Ipſe eniꝫ ioſue effrateus erat. Dedit etiam caleph filio iephone hebron in poſſeſſionem: ⁊ quieuit terra a prelijs. ¶ Iterum auteꝫ conuocauit ioſue populum in ſilo: ⁊ aſſumpſit de ſingulis tribubus tres viros ad conſiderandum terram: vt eam ſorte diuideret: deditqꝫ eis ſingulis. x. viros metiendi peritos: mandans ne ſecundum quantitateꝫ terram metirentur ſed ſecunduꝫ eſtimationem felicis terre. Qui circūeuntes terram ⁊ menſurantes ſeptimo mēſe reuerſi ſunt ad eū in ſilo. Proiectiſqꝫ ſortibus. Prima ſors iude egreſſa eſt. Secunda ſymeonis. Tertia beniamin: que ſors anguſtiſſima fuit propter terre fertilitatē. Quarta effrai. Quita medie tribui manaſſe. Sexta iſachar. Septima ʒabulō. Octaua aſer Nona neptalim. Ultima dan. Ruben autem ⁊ gad ⁊ dimidia alia tribus manaſſe viuente moyſe in ſortem habuerant terram galaad trans iordanem. Sed ⁊ leuitis ſeparauit. xlviij. ciuitates ad inhabitādum. Filij aūt ruben ⁊ gad ⁊ dimidia tribus manaſſe tranſeuntes iordanem in locum ſortis hereditatis ſue: edificauerūt iuxta iordanē ad tumulos altare mire magnitudinis: qđ ioſue ⁊ alii qui citra iordanem erant audientes: voluerunt eos diſperdere ⁊ inſurgere contra eos: putantes ꝙ altare erexiſſent: vt ſuper eo victimas immolarent: quod nō licebat niſi ſuper altare tabernaculi. Sed ꝑ nuncios ſuos eiſdē miſſos inuenerunt: ꝙ altare feciſſent: nō in ſacrificiuꝫ ſed in teſtimonium: ne videret alter populus: eo ꝙ trans iordaneꝫ eſſet ex loco diuiſus. Et ſic inueniētes eos rectam habere intentionem ad dominū: reuerſi ſunt ⁊ laudauerunt eos. ¶ Cū aūt ioſue vna cū populo iterum in ſilo congregato cum dn̄o fedus iniiſſet: omniaqꝫ recte diſpoſuiſſet: cuꝫ eſſet annorum. cx. in pace requieuit. Nam annorum. xliiij. acceſſit ad moyſem: ⁊. xl. annis eidem in deſerto ſeruiuit: ⁊ ſic per annos. xxvi. pc populum rexit: qui ⁊ in dn̄o obdormiuit calen. ſeptēbris: ⁊ ſepult⁹ ē in tamnathſara: que ſita ē in monte effraim. Hic enim vii vir

ſanctiſſim⁹ eccleſiaſtici. xlvi. cap. ⁊ .ij. ma/ cha. ij. cap. inter veteris teſtamenti ſctōs ſpeciali laude predicatur: ⁊ in aliis pleriſq; diuine ſcripture locis cōmendatur. Hec ex libro ioſue: ⁊ ex chronicis ioſephi ⁊ hie/ ronymi: ⁊ petri comeſtoris: atq; gulielmi.

¶ De ſcō Caleph. Cap. III.

Caleph filius iephone de tri bu iuda vir ſanctus: qui ec/ cleſiaſtici. xlvi. cap. ⁊ .ij. ma cha. ij. inter ſanctos priſci temporis cōnumeratur. Hic fuit vnus ex. xij. explorato/ rib⁹: quos moyſes de deſerto pharam mi ſit ad explorandum terram promiſſionis. Qui vna cū ioſue filio nun de tribu effra im populum rediens cōfortauit: vt ad ter ram ipſam pergerent obtinendam. Cete ris pauore formidantibus: et filios iſrael deterrentibus. Et murmurante omni po pulo. Jurauit dominus: ⁊ nemo illorum qui ex egypto egreſſi fuerant a. xx. ānis ſu pra ad terram ipſam introirent: preter du os prenominatos viros caleph: videlicet ⁊ ioſue. Quod ⁊ ita contigit: populum in deſerto. xl. annis moraꝫ trahente: donec omnis natio illa mortua eſt. Propter hoc meritum caleph non ſolum meruit reſer/ uari: vt ad terraꝫ intraret promiſſam: ſed ī hebron poſſeſſionē ſpecialē obtinuit. Jn quam aſcendens tres filios enach percuſ/ ſit. Et ciuitatē dabir que prius vocabatur cariathſepher. i. ciuitas litterarū obſedit. Quā cum inueniſſet munitam: ꝓmiſit: vt qui primus eā caperet daret ei filiā ſuam in vxorem. Et accepit eam othoniel filius ceneꝫ frater caleph minor: qui ⁊ poſt io/ ſue prim⁹ iudex fuit in iſrael. Cui caleph natam axan in coniugem dedit: ⁊ vrbem in poſſeſſionē cum agris irriguis ab vtra/ q; parte. Et poſt multos annos caleph in ſenectute bona quieuit: et ſepultus eſt in hebron. Hec vnde ſupra.

¶ De ſcā Raab meretrice. Cap. III.

Raab meretrix cui⁹ ſanctitas iacobi epiſtola ſecūdo. ca. ⁊ ad hebr. xi. cōmemoratur: in numero ſanctarum mu/ lierum veteris teſtamenti ex ipſo euangelio matth. i. ca. cōnumeratur. Ad huius domuꝫ decli nauerunt veſpere duo exēplatores quos ioſue miſit ad conſiderandum ciuitatem hiericho: vt ſupra dictum eſt in geſtis io ſue. Hec erat meretrix: ad quam confi/ dentius: quaſi ad miſcendum ſecum: ex/ ploratores ingredi potuerūt: domuſq; ei⁹ iuncta erat muro et porte ciuitatis. Cum autem rex hiericho de miſſis exploratori/ bus audiſſet: ⁊ q; ingreſſi eſſent domum raab comperiſſet: miſit ad eaꝫ: vt eos ede ceret. Que abſcondit eos in ſtipula lini quam ſiccabat ſupra murū mentiens eos egreſſos dum clauderetur porta. Dixit/ q; nunciis vt eos per viam iordanis per/ ſequerentur. Tunc aſcendens ad explora tores: narrauit que dixerat nunciis regis petens ab eis: vt quādo deus traderet eis hiericho capiendam conſeruarent eam. Quod exploratores mulieri promiſerunt cum iuramento. Tunc dimiſit eos muli/ er de feneſtra per murum cum fune coc/ cineo. Deditq; eis ſignum funem ipſum in feneſtra ligatum: vt cuꝫ caperetur ciui tas: ex ſigno populus cognoſceret domuꝫ illam eſſe ſeruandaꝫ. Et dimiſſi nuncii ad ioſue redierunt: ⁊ ei: q̄ geſta fuerant: nar/ rauerunt. Joſue vero ⁊ maiores populi ꝓ miſſionem exploratorū ratam habuerūt: vnde ⁊ capta hiericho atq; delata: ſola do mus raab cum omnibus ſuis intromiſſis conſeruata eſt. Quam proceſſu temporis ſalmon princeps tribus iude duxit in vxo rem: ex qua genuit booꝫ et ex qua dei fi/ lius ſecundum carnem eſt propagatus. Et hec in colloniam iudeorum tranſiens laudabili fine quieuit.

¶ De ſcō Othoniele iudice. Cap. IIII.

Othoniel iudex filius cenez fr̄ caleph ſupꝛadicti de tribu iuda: pm⁹ poſt ioſue in iſrl̄ iudicauit. Nā cū ioſue moꝛtuo ſurrexiſſent alii in filiis iſrael: qui non viderant virtutes domini: quas fecerat in dieb⁹ moyſi ⁊ ioſue: fecerunt malum in cōſpectu domini: ⁊ ſeruierunt baal: ⁊ aſtaroth: et diis terre: contraxeruntq; coniugia cum alienigenis. Quam oꝛbem indignata diuinitas non deleuit gentes de medio eoꝛum: vt eſſent eis in aculeum ⁊ laboꝛem. Tradiditq; eos de⁹ in manus chuſan raſathaim regis meſopotamie ⁊ ſirie: ſeruieruntq3 ei. viii. annis: ⁊ clamauerunt ad dn̄m: qui ſuſcitauit eis liberatoꝛem othonielē: ⁊ fuit dn̄s cū eo: ⁊ pugnauit aduerſus chuſan raſathaim: ⁊ oppꝛeſſit eū: ⁊ liberauit populum. Quieuitq3 terra per annos. xl. quib⁹ othoniel iudicauit populū. Et moꝛtuus eſt othoniel in pace.

¶ De ſcō Baioth iudice. Cap. V.

Baioth filius gerra filii gemini de tribus effraim ſecundum guilelmum: ſecundū vero comeſtoꝛe3 de tribu beniamin: ſecundus iudex poſt ioſue i iſrael iudicauit: Moꝛtuo enim othoniele eglon rex moab adiunctis ſibi filiis amon et amalech: tranſiens ioꝛdane3 percuſſit filios iſrael: ⁊ poſuit idola ſua in galgalis: vbi ſolebat eſſe tabernaculu3: fecitq3 ſibi domum in vrbe palmarum. i. hiericho: ⁊ ſeruierūt ei filii iſrael. xviii. annis: ⁊ clamauerūt ad dominum: qui ſuſcitauit eis baioth: qui vtraq3 manu pꝛo dextera vtebatur. Miſerūtq3 filii iſrael munera eglon regi p manu3 baioth: qui fecit ſibi gladium ancipitem longitudinis palme vnius manus: ⁊ accinctus eſt eo in femoꝛe ſubter chlamydem. Erat autem eglon craſſus nimis. Cumq3 obtuliſſet ei munera et diſceſſiſſet ab eo cum ſociis: reuerſus iteru3 ſolus ait ad regem: q verbum haberet ei ſecreto explicandum. Egreſſiſq3 omnibus qui cum rege erant extendit baioth manum ſiniſtrā: ⁊ tulit ſiccam de dextro femoꝛe: ⁊ infixit in ventrem eius: nec eduxit eam: ſed dimiſit in coꝛpꝛe. Clauſiſq3 hoſtiis p poſticum egreſſus fuit. Serui vero regis poſt longam moꝛam intrantes inuenerunt regem moꝛtuum iacentē. Uenitq3 baioth i ſeirath: ⁊ inſonuit buccina in monte effraī ⁊ congregatus iſrael: deſcenderunt cū eo ad ioꝛdanē: ⁊ volentes tranſire moab itas pcuſſerunt ex eis decem milia: ⁊ humiliatus eſt moab ſub manu iſrael. Et quieuit terra. lxxx. annis: qbus baioth iudicauit: q ⁊ in pace moꝛtuus eſt ſenex: ⁊ poſt hec de philiſteis volentibus intrare: iſrael: qda3 ſāgar occidit ex eis ſexcētos vomere vno: nec tamē inter iudices computatur: quia eodem anno vitam finiuit.

¶ De ſcā Delboꝛa pphetiſſa. Cap. VI.

Delboꝛa pphetiſſa de tribu effraim ⁊ vir eius barach filius lapbidoth de neptalim tertii poſt ioſue in iſrael iudicauerunt. Cu3 enim poſt moꝛte3 baioth filii iſrael feciſſent malum in conſpectu dn̄i: tradidit eos dn̄s in manus iabin regis chanaam: qui regnabat in aſer: ⁊ habuit quenda3 ſiſaram ducē exercitus ſui. Ipſe autem habitabat in aſeroth gētium: qui oppꝛeſſit filios iſrael per annos viginti. Et clamauerunt ad dn̄m. Erat aute3 delboꝛa pꝛophetiſſa: que habitabat in monte effraim ſub palma: ⁊ aſcēdebant ad eam filii iſrael ad querendum iudicium. Que virum ſuum aduocās ex pꝛecepto dn̄i dixit ei: vt duceret exercitu3 in monte thaboꝛ ɔtra ſiſarā duce3 exercitus iabin. Qui aſſumptis pugnatoꝛibus decē milib⁹ de nepthalin ⁊ zabulō cū ipſa delboꝛa iuit in mōtē thaboꝛ. Siſara vo exercitū ɔgregauit ad toꝛrētē ci

ſon.ccc.milium armatorum. Deſcendenteꝗ; barach de monte cum ſuis ſtāte delbora in monte ad orōnem: perterruit dn̄s multitudinē ſiſare vento grandine niue ⁊ pluuia: que cadebant in facies eorū: ita vt arcus ⁊ fundibule inutiles fierēt: ⁊ plurimi de equis ⁊ curribus excuſſi conterebantur. Sicq; conuerſo in fugā exercitu ſiſare: ipſe de curru exiliēs fugit ad domū cuiuſdam mulieris noīe iabel: que habitabat in valle ſenam iuxta cedes. Que fugientem rogantemq;: vt ipſū celaret ſuſcepit: ⁊ petenti poculum dedit lac: vt grauius obdormiret. Dormienti vero clauū percuſſum malleo per vtrumq; tēpus immiſit: ⁊ in terram ꝯfixit: ⁊ barach poſt paululū venienti oſtendit. Barach vero exercitum ducens vſq; ad abſor obuiū ſibi regem iabin interfecit: ⁊ ciuitatem euertit. Et ſic quieuit terra hebreoꝝ per annos quadraginta: quibꝰ iudicauerunt delbora cū viro ſuo barach: q̄ ⁊ in pace ſepulti quieuerunt in terra effraim.

¶ De ſcō Gedeone iudice. Cap. VII.

Gedeon iudex filiꝰ ioas de tribu manaſſe: quartꝰ poſt ioſue filios iſrael iudicauit. Cū enim iſrael in conſpectu domini deliquiſſet: tradidit eos deus i manu madian ſeptē annis. Cumq; clamaſſent ad dominū. Venit angelus domini: ⁊ ſedit ſubter quercum: que erat in effra. Ager autem pertinebat ad ioas patrem gedeonis. Gedeon autē timens aduentum hoſtium: excutiebat frumēta in torculari: vt haberet viaticum ad fugam. Quem angelus ſalutauit: ipſumq; ex parte dei miſit: vt percuteret madian. Cūq; gedeon hedum coxiſſet: poſuit carnes ⁊ azymos panes coram angelo: qui tetigit ea ſummitate virge quā tenebat: ⁊ aſcendēs ignis de petra omnia cōſumpſit: ⁊ angelus euanuit. Timentiq; valde gedeon dominus apparuit nocte: mādās vt aram baal quā pater ſuus erexerat deſtrueret: ⁊ locū qui erat circa eam ſuccideret: ⁊ dn̄o deo taurum ſeptem annorum immolaret. Gedeon vero timens patrē ⁊ ciues nocte omnia compleuit cum.x.ex ſeruis ſuis: inde dictus eſt hieroboal quaſi fortitudo baal: quia fortis contra eum fuit. Cūq; gedeon cōgregaſſet de tribus manaſſe aſer zabulon ⁊ neptalim.xxxij.milia virorum: petiit a dn̄o ſignū victoria in vellere in area poſito: ſi nocte illa vellus cōplueret: aera ſicca remanente: ⁊ factum eſt ita. Sequēti nocte petiit ſignū in contrarium: vt area roraret. ⁊ vellus ſiccū eſſet: quod factū eſt. Venit aūt gedeon cum ſuis ad fontē arad: ⁊ de mandato dei omnes formidoloſos licentiauit: ⁊ reuerſi ſunt de populo xxii.milia: ⁊ tantum decem milia remanſerunt. Adhuc gedeon mādato dei populum duxit ad aquas: ⁊ omnes lambentes aquam lingua ⁊ manu ſicut canes aſſumpſit tanq̄ magnanimos: reliquos aquam ore ſumentes vti delitioſos dimiſit: ⁊ inuenti ſunt cū gedeone tantum.ccc. viri: in quibus dominus predixit ſe traditurū madian in manu gedeonis: ne forte multitudo ſibi arroganter victoriam aſcriberet. Quibꝰ aſſumpſit ⁊ cibariis pro numero ⁊ totidem tubis gedeon ad certamen properauit. ¶ Eadem nocte gedeon cū ſolo puero deſcendens ad caſtra madiā: audiuit duos vigiles ſecum loquentes: vnūq; narrantē ꝙ vidiſſet ſomnium: panem videlicet hordeaceum in caſtra madian deſcendentē: ⁊ ea ſubuertētem. Alium vero ipſum ſomnium interpretantē: ꝙ panis hordei eēt gladius gedeonis: qui vilis inter filios iſrael reputabatur: in cuius manu deꝰ caſtra madian tradidiſſet. His auditis gedeon animoſior effectꝰ tulit trecentos viros: ⁊ in dextris eorum poſuit tubas: ⁊ in ſiniſtris lagenas vacuas: ⁊ in medio lagenarū lāpades: ⁊ ingreſſi ꝑ

gyrium in tres partes diuiſit circa hoſtium
caſtra in vigilia noctis medie fregerūt hy
drias ⁊ lampades in ſiniſtris tenētes clā
gebat tubis: quibus omnib⁹ ſonitus ter
ribilis audiebat. Quo ſubito excitati ho
ſtes ⁊ turbati: nec ſe cognoſcentes inuicē
mutuis vulneribus ſe cedebant: aliis in
fugam conuerſis vſq₃ berſith. Uiri autē
qui ex .x. milibus remanſerant: eos perſe
quebant. Effraim quoq₃ deſcendit in oc
curſu fugientium: ⁊ occupauit iordanem
⁊ occidit duos reges madian oreb in pe
tra quadam: ⁊ zeb in torculari: ⁊ portauit
effraim capita regum ad gedeon. Tranſi
uitq₃ gedeon iordanem cum .ccc. viris.
Zebee autem ⁊ ſalmana in valle quieſce
bant: nihil aduerſum ſuſpicantes .xv. tan
tū de ſuo exercitu ceſis. Gedeon aūt repē
te irruit ſuper eos: ⁊ turbato exercitu eoꝝ
duos reges cōphenſos occidit. Et reuer
ſus eſt cū victoria magna. Et cū pp̄ls eū
vellet dn̄m cōſtituere noluit gedeon: ſed
ſoli deo gratiā attribuens dn̄m ſup iſrael
dn̄aturū eſſe dixit. Ipſe aūt per .xl. ānos
ppl̄m iudicauit: q̄bus terra q̄euit. Et dor
miuit gedeō in ſenectute bona cal. ſeptē
bris. Et ſepult⁹ eſt in ſepulchro patris ſui
in effra. ¶ Poſt cuius mortē abimelech
eius filius ſpurius occidit .lxx. filios legi
timos gedeonis: ⁊ dolo atq₃ tyrānide oc
cupauit regnū iſrael. Soluſq₃ ex omnib⁹
iudicibus ſe regē nominari fecit: q̄ et pu
gnans aduerſus vrbē ſichem oppreſſus a
muliere que fragmē mole de muro pro
iecit: peſſima iterūt morte: Ideo ⁊ nomē
ei⁹ de catalogo iudicū ſanctoꝝ deletū eſt.
propter fratricidii ⁊ tyrānidis crimen.

¶ De ſcō Thola iudice. Cap. VIII.

Thola iudex filius ſuba de
tribu iſachar: quintus poſt
ioſue filios iſrael: Iudica
uit annis .xxiii. Qui licet ni
hil notabile feciſſe legatur:
inter ſanctos tamē iudices
cōnumerat: in cuius tempore populū he
breoꝝ pace fruitū eſſe credendum eſt: eo
ꝙ ſcriptura nullius belli mentionem fa
cit. Et fuit māſio thola i oppido ſanir. Ubi
⁊ quieſcens in pace ſepultus eſt.

¶ De ſancto Jahir iudice. Cap. IX.

Jahir galaadithes de tribu
manaſſe iudex ſextus poſt
ioſue iudicauit iſrael annis
xxii. Hic habuit .xxx. filios
quos fecit principes .xxx. ci
uitatū: quas noīe ſuo vocauit haiothiahir
ideſt oppida iahir. In cuius etiā tpe ter
ra iſrael pace gaudebat: nec leguntur he
brei ab aliqua natiōe perſecutionem per
tuliſſe. Ex quo etiā ſanctitas iudicis argui
poteſt: qui feliciter populum gubernans
ad ſcelera conſueta ruere non permitte
bat: qui ⁊ in pace ſepultus eſt.

¶ De ſcō Jepthe iudice. Cap. X.

Jepthe galaadithes iudex ſe
ptim⁹ poſt ioſue iudicauit
iſrael. Cū enim filii iſrael
poſt mortē iahir ſeruiſſent
diis gentiū tradidit eos do
minus in manus philiſtiim
⁊ amō: ⁊ afflicti ſunt vehemēter .xviii. an
nis. Qui clamauerūt ad dn̄m ⁊ piecerunt
idola de finibus ſuis: ⁊ doluit dn̄s ſup mi
ſeriā eoꝝ: fuit eo tēpore iepthe galaadi
thes vir fortiſſimus pugnator: ſed fili⁹ me
retricis. Hic habuit vxorem de galaad de
qua ſuſcepit filios: q̄ adulti patrē ſuū tāq̄
ſpuriū eiecerūt. Et abiit in terrā thob. Et
ꝯgregauit inopes ⁊ latrocinātes: ⁊ factus
eſt eorū princeps. Tūc oppreſſi maiores
natu iſrael deſcēderūt ad eū: ⁊ ipſum in
principē elegerūt: vt pugnaret pro eis cō
tra amonitas. Et aſcēdens cū eis in maſ
phat factus eſt iudex in populo. Miſſiſq₃
nunciis ad regē amon: vt exiret de terra
ſua: illoq₃ exire nolente: egreſſus ē iepteb
ad pugnā cū exercitu ſuo: vouitq₃ dn̄o: vt
ſi victor rediret: q̄cūq₃ prior de domo ſua

ſibi occurreret eū in holocauſtū dño of-
ferret. Et pcuſſit iepthe amonitas plaga
magna: ꝛ humiliauit eos reuertēti aūt in
maſphat: occurrit ei vnigenita filia cum
tympanis ꝛ choris. Qua viſa triſtatus eſt
ad mortē: eo ꝙ ex voto ipſam dño neceſ-
ſe hēret offerre. Filia vero ī nullo doluit:
ꝓpter victoriā pris: ſed tantū duoꝝ men-
ſium inducias petiit: vt plāgeret virgini-
tatē ſuam cum ſodalibus ſuis. et expletis
duobus mēſibus rediit: ꝛ pater qḋ noue-
rat impleuit. Fuit tamen ꝛ ſtultus in vo-
uendo ꝛ impius in ſoluēdo: qꝛ obtulit ho-
locauſtū nec legitimū nec deo charū. Po-
tuit tamē ante votum eē bonus: qꝛ irruit
ſpūs domini ſup eū ꝛ etiā poſt votū: qꝛ ꝛ
apoſtolus ponit eū in catalogo ſanctoꝝ
in epiſtola ad hebre. Quidā autē eū excu-
ſantes dicunt illū familiari conſilio ſpiri-
tuſancti hoc feciſſe: ſicut ꝛ ſampſon q̄ ſe-
metipſum occidit. Judicauit autē iepthe
iſrael. vj. annis: ꝛ quieuit in pace: ꝛ ſepul-
tus eſt in ciuitate ſua ſebeth: que eſt in ga-
laad. Hic ab etate moyſi vſqꝫ ad ſeipſuꝫ
ait ſupputari annos trecētos excluſis an-
nis. xviij. afflictionis qui precefferant.

¶ De ſcō Abeſan iudice. Cap. XI.

ABeſan vel eſebon bethle-
mita de tribu iuda iudex
viij. pꝰ ioſue iudicauit iſrl
vij. annis. Qui ꝛ populum
domini in pace rexiſſe cre-
dit: qꝛ nec eius tpe alicuiꝰ
belli in ſcriptura mētio habeť. Qui ꝛ quieuit
in pace ꝛ ſepultꝰ eſt i bethleē ciuitate ſua.

¶ De ſcō Hailon iudice. Cap. XII.

HAilō zabulonites iudex no-
nus poſt ioſue iudicauit fi-
lios iſrael. x. ānis. Qui ꝛ pa-
ce zoi ſue vite tpe habuiſſe
putādus eſt qꝛ neqꝫ ꝙ euꝫ
vlla natōe diſcordiā habue-
rit expſſum reperiť. Et hic deſcēs in pace
in ciuitate ſua. Sepulꝰ eſt cū pſibꝰ ſuis.

¶ De ſcō Abdon iudice. Ca. XIII.

ABdon iudex de ciuitate
thecue: que eſt i tribu ef-
fraim dcimus poſt ioſue
iudicauit i iſrael. viij. an-
nis. Sub quo etiam ter-
ra hebreoꝝ in pace quie-
uit: eo ꝙ ſub his prefatis
tribus iudicibus iſrael a domino nō receſ-
ſit. Et hic in pace dormiens in ſepulchro
paterno ſepultus eſt in oppido thecue ex
quo fuerat oriundus.

¶ De ſcō Sampſone iudice. Cap. XIIII.

SAmpſon iudex ď tribu dā
vndecimus poſt ioſue iudi-
cauit iſrael. Cum enīꝫ filij
iſrael corā deo peccaſſent
tradidit eos in manus phi-
liſtinoꝝ. xl. annis: a qua
ſeruitute hoc modo liberati ſunt. Uir quī-
dam de ſtirpe dan nomine manue: habe-
bat vxorem pulchram ſed ſterileꝫ. Cui ſe-
pe oranti angelus in agro apparuit: ꝛ na-
ſciturum ex ea filium nunciauit. Mādās
ne quid vltra comederet aut biberet niſi
iuxta legē nazareoꝝ: nam ꝛ puerū na-
zareum futurū predixit: qui ꝛ iſrael libe-
raret. Et cum hec omnia viro nunciaſſet:
ꝛ ille vri zelotypia ductus angelū aliquē
iuuenem ſuſpicatus eſſet: orantibus am-
bobus angelus iterum apparuit: ꝛ predi-
cta que dixerat cōiugi manue replicauit.
Attulitqꝫ manue hedum ꝛ panes angelo
vt comederet: ꝛ iuſſu angeli hec domino
in ſacrificium obtulit: ꝛ angelus aſcendēs
flāma diſparuit. Natū aūt filium vocaue-
rūt ſampſon. i. robuſtū: Creuitqꝫ puer ci-
to: vt iam futurus ꝓpheta prenoſceret: ce-
pitqꝫ ſpūs domini eē in illo in caſtris dan
ideſt in exercitu tribus ſue. ¶ Cū autem
adoleuiſſet ſampſon: deſcendit in thāna-
ta: vt videret ſolēnitateꝫ que ibi fiebat: ꝛ
viſam virginē philiſtinoꝝ cōcupiuit: quā
nō dudū parētibus renitētibꝰ accepit vxo-

rẽ. Nolebant. n. parentes ꝙ filiã alienige
ne in coniugiũ ſumeret: neſcientes ꝙ res
fieret a dño. Cũq; deſcenderẽt cũ eo ap
paruit catul⁹ leõis in vineis oppidi. Quẽ
ſampſon in ſpũ dñi nihil in manibus hñs
dilacerauit quaſi hedũ: nec hoc parentí/
bus indicauit: Deſponſataq; vxoꝛe cũ de
ſcẽderet: vt acciperet eam: vidit cadauer
leonis: in cuius oꝛe mellificauerãt apes.
De quo melle ſampſon comedit: ⁊ dedit
parentibus ac vxoꝛi. Timẽtes autẽ phili
ſtei robur ſampſonis: dederũt ei i nuptijs
xxx. iuuenes robuſtos ſermone quidẽ ſo
cios ope vero cuſtodes: ne q̄d foꝛte com
mitteret creſcẽte ciboꝝ ſatietate. Propo
ſuit autẽ ſampſon ſocijs ꝓblema: q̄d ſi in
fra. vij. dies ſoluerẽt: daret eis. xxx. veſtes
ſin aũt econtra ipſi ſampſoni ad totidẽ ve
ſtes tenerent. Fuit autẽ hoc ꝓblema. De
comedẽte exiuit cibus: ⁊ de foꝛti egreſſa
eſt dulcedo. Qui cũ ꝓblema neſcirẽt ſol
uere: ad coꝝ inſtãtiaʒ ſpoſa ſampſonis ei
blandita: didicit ab eo ꝓuerbij expoſitio
nẽ: quã ⁊ ſocijs idicauit: q̄ in die. vij. ſam
pſoni ꝓblema ſoluerũt: de leone ⁊ melle
in oꝛe ei⁹ inuẽto. Sãpſon ergo deſcendẽs
aſcalonẽ: ꝑcuſſit ibi. xxx. viros: ⁊ veſtes eo
rũ ablatas dedit pronubis ſuis. Et iratus
ſampſon ex hoc ꝯtra vxoꝛẽ: venit ad do
mũ ſuã: que nupſit vni de pronubis ſuis.
¶ Poſt dies aliquot rediens ſampſon in
thãnata: iuenit ꝯiugẽ alteri viro nuptã: et
indignatus eſt valde: Cui cũ pater ſoro
rẽ illius pulchꝛioꝛem loco ipſius tradere
vellet: noluit ſampſon: ſed proteſtatus eſt
contra populũ philiſtinoꝛũ: vt faceret eis
mala: ⁊ cepit trecẽtas vulpes ⁊ vixit cau
das caudis: ⁊ faces ligauit in medio: quas
igne ſuccẽdẽs miſit in ſegetes philiſtino
rũ: omneſq; igne cõſumpſit: ita etiã vt vi
neas ⁊ olineta incẽderẽt. Quod philiſtei
audiẽtes opus fuiſſe ſampſonis: vxoꝛem
eius ⁊ parẽtes cõbuſſerũt tanq̃ hui⁹ ma
li auctoꝛes. Percuſſitq; iteꝝ ſampſon phi
liſteos plaga magna: qui aſcenderunt ad
terrã iuda: vt caperent eũ. Aſcẽdenteſq;
viri iuda ad ſampſonẽ redarguebãt euʒ:
q2 ipſius occaſiõe philiſtei cõtra eos aſcẽ
derẽt: vt bellarẽt aduerſum populũ. Sã
pſon aũt ꝑmis recepto ſacramẽto ab eis
ne ſe occiderẽt: ꝑmiſit ſe ligari ſpũ dei ta
ctus a viris iuda: ⁊ duci ad philiſteos: vt
ſic in eos grauius vltionẽ expeteret. Qui
cum traherẽt irruit ſpũs domini in eũ: et
diſſoluta ſunt eius vincula quaſi ſtupa ad
ignẽ: Tollenſq; mandibulã aſini iacentẽ
in terra iterfecit ea mille viros alijs in fu
gam ꝯuerſis: Et cuʒ pꝛe laboꝛe ſiti deſice
ret clamauit ad dñm: ⁊ aperuit dominus
molarẽ dẽtẽ maxille: ⁊ egreſſe ſunt aque:
quibus hauſtis ſampſon refectus eſt: vo
catũq; eſt nomen loci fons inuocãtis de
maxilla. ¶ Poſt hec ſampſon iuit ad ga
ʒam ciuitatẽ philiſtinoꝝ ⁊ igreſſus eſt ad
mulierem meretrice: quo cognito phili
ſtei poſuerũt cuſtodes ad poꝛtam ciuita
tis: vt eum mane cõpꝛehenderẽt. Sam
pſon ṽo nocte media cõſurgens tulit am
bas ferreas foꝛes cũ poſtibus ⁊ ſeris: ⁊ in
humeris poꝛtauit vſq; ad verticẽ mõtis.
¶ Deinde amauit dalidam in monte ſo
reth: quã ſatrape philiſtinoꝝ induxerunt
ꝑcio promiſſo: vt diſceret a ſampſone: in
quo vires eius conſiſterent. Qui ei illu
dens dixit: ꝙ ſi. vij. neruiceis funibus hu
mẽtibus ligatus eſſet: infirmus vt alij ho
mines fieret. Cunq; dalida ipm̃ doꝛmiẽ
tem ligaſſet philiſteis apud ſe latẽtibus:
excitatus ille rupit vincula quaſi ſtupea.
Idipſum ſecũdo factuʒ eſt de. vij. nouis
funibus. Cũ aũt tertio. vij. crines capitis
ei⁹ circũligatos licio clauo terre affixiſſʒ:
excitat⁹ ſampſon extraxit clauuʒ cũ crini
bus ⁊ licio. Cũ autẽ iſtaret ei dalida: ⁊ ad
moꝛtẽ deficere viderẽt: vt ei veritatẽ pã
deret: Sampſon cõfeſſus eſt ſe nazareuʒ
eſſe ab infantia domino conſecratũ: ꝙ ſi
caput ei⁹ raſuʒ foꝛet foꝛtitudo ab eo diſce

deret. Tūc dalida vocatis philiſteis ſampſonem ſuper genua ſua dormiētem per tonſorem radi fecit: ⁊ receſſit ſtatim virtꝰ eius ab eo. Quem tenentes philiſtei eruerunt oculos eius: ⁊ apud gazam vinctuꝫ: in carcere ad deriſū molere fecerunt. Coegeruntqꝫ eum iacere cum mulieribꝰ robuſtis: vt dicunt hebrei: vt ex eo robuſtā prolem ſuſciperent. ¶ Procedente tempore cum capilli eius renaſci cepiſſent: ⁊ philiſtei in templo dagon ſolēne conuiuium in die feſto eorum celebrarent: adductus eſt ſampſon: vt ante eos luderet: ⁊ ipſi ei illuderent. Qui ſtans inter duas colūnas: quibus domus innitebatˀ: apprehendit vtranqꝫ manibus ⁊ totam domū ſuper omni multitudine preſentiū deiecit: qui ⁊ mortui ſunt mortuꝰ eſt ēt ipſe ſampſon ſub illa ruina. Et multo plures occidit moriens ꝙ̄ viuus occiderat. Nā propter conuiuantes q̄ſi tria milia vtriuſqꝫ ſexus conuenerant: qui detecto ſpectabant. Qui ſepultus eſt in ſepulchro patruꝫ ſuorum inter ſaraa ⁊ eſchol. Et iudicauit iſrl̃. xx. annis. Non aūt aliter excuſatur: vt ait auguſtinus: ꝙ ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit: niſi quia ſpiritus hoc latenter iuſſerat. Qui per illū miracula faciebat. Habuit enim fortitudinem non de natura ſe de gratia.

¶ De ſcā Ruth vidua. Cap. XV.

RUth vidua de regione moab in diebus iudicum claruit. Quam ſcām fuiſſe probat non ſoluꝫ ioſephus qui hoc teſtatur: ſed etiaꝫ quia liber eius ſpālis hiſtorie inter ſacre pagine volumina cōnumeratˀ. Elimelech enim de bethleem effrateus cum noemi vxore ſua: ⁊ maalon ⁊ cheliō liberis ſuis cum facta eſſet fames in terra iſrael: abiit in regionem moabitidem vt paſcerentur ibi. Quo mortuo filii eius duxerūt vxores ď moabiꝫ orphā ⁊ ruth. Eo mortui ſunt ambo ſine prole. Noemi v̓o vidua ⁊ filiis orbata cū redire vellet in terram ſuā facta fertilitate comitabantˀ eam nurus ſue. Quas cū licentiaſſet orpha q̇dem reuerſa remāſit. Ruth vero oīno cū ſocru abire voluit. Et venerūt in bethleē que prius effrata dicebatˀ: tp̄e quo primū hordea metebantˀ. Erat aūt ibi vir potens ⁊ diues nomine booꝫ cōſanguineus elimelech. Intrauitqꝫ ruth agrum booꝫ de mandato ſocrus ⁊ colligebat ſpicas poſt metentes. Booꝫ vero agrū ingreſſus cuꝫ audiſſet que eēt puella cōpatiens ei mandauit ne ad alterꝰ agrum accederet: ſed ⁊ hora veſcēdi cū meſſoribus ſuis comederet. Precepitqꝫ metētibus vt de induſtria ſpicas dimitterēt quas illa ſine rubore colligere poſſet. Reuerſaqꝫ ſero ad ſocrū ⁊ portans hordeū qḋ collegerat ei oīa nunciauit. Cui ſocrus dixit: ꝙ booꝫ ꝓpinquus eius erat. Idipm̄ fecit ruth diebus ſequētibꝰ vſqꝫ ad aree vētilationē. ¶ Cū aūt in ventilando areā booꝫ iuxta moreꝫ patriū conuiuiū faceret ſeruis ⁊ meſſoribus ſuis. Ruth de ſocrus conſilio lota et cultis veſtibus induta aſcendit cū aliis in areā latēter. Et cū ſero booꝫ obdormiſſet ꝓiecit ſe ad pedes eius. Qui media nocte excitatus expauit vidēs puellā ⁊ queſiuit q̄ eſſet. Que reſpondit ſe eſſe ruth relictā ꝓpinqui ſui: q̄ ideo venerat: vt eam liberis carētē in ꝯiugē ſumēt ꝓut ex lege tenebatˀ cuꝫ ipſe booꝫ vxore careret. Booꝫ v̓o reſpōdit aliū eē magis ꝓpinquū q̇ primo de ꝯiugio requiri deberet. Quod ſi renueret ipſe poſtmodū eā libēter acciperet. Et cū diluculo ſurrexiſſet: iplenit palliū ruth hordeo: eāqꝫ ſegete onuſtā remiſit ad ſocrū. Mane v̓o booꝫ ꝯgregatis ſenioribꝰ ciuitatis iterrogauit ꝓpinq̇orē illū elimelech an agrū venalē ꝓpinq̇ ſui emere vellet ⁊ relictā eiꝰ accipe cui tāqꝫ ꝓpinq̇ori ꝑdicta ſcōm legē debebātˀ: an ſibi minꝰ ꝓpinq̇ ius ſuum cedere. Qui ei libēter ceſ

dere velle dixit. Sicq; booz diuino nutu
ruth cepit vxorẽ. Ex qua genuit obed: q̃
fuit pater iſai patris dauid. Ruth aũt ſan
cta ⁊ pudica ſcitateq; famoſa apud beth
leẽ i pace quieuit. Hec oia ex libris iudicũ
ruth: ⁊ ex chronicis ioſephi ⁊ hieronymi:
petriq; cõeſtoꝛ: nec nõ ex chꝛõic guilelmi.

¶ De ſcã Anna ꝓphetiſſa. Cap. XVI.

Anna prophetiſſa filia pha/
nuel de tribu aſer: cui⁹ ſan/
ctitatẽ euãgelicus prodit
ſermo luc. ij. tꝑe quo chri/
ſtus fuit ad tẽplũ preſenta/
tus ibidẽ ſe reppit ⁊ eadẽ
hoꝛa ſupueniẽs multa de illo ꝓphetauit:
oĩbus qui expectabant redẽptionẽ iſrael.
Hec eni vixerat cũ viro ſuo annis ſeptẽ
a virginitate ſua. Et permanſit in viduita
te vſq; ad annos. lxxxiiij. etatis ſue: que
nunq; de templo diſceſſit: ſed in oratio/
ne die noctuq; permãſit ⁊ in bona ſene/
ctute in pace quieuit. Sepulta iuxta tem/
plũ dñi in hieruſalẽ. cal. ſeptẽbꝛis.

¶ De ſcõ Priſco diſcipulo. Cap. XVII.

Priſcus diſcipulus fuit vn⁹
ex antiquis diſcipulis xp̃i:
licet inter noĩa. lxxij. diſci/
puloꝝ: q̃ a dorotheo abba/
te conſcripti ſunt nõ repia/
tur. Hic enim ille paterfa/
milias fuiſſe aſſerit̃ in cuius domo xp̄s pa
ſcha ſibi parari fecit: ⁊ in eius cenaculo cum
diſcipulis diſcubuit: ⁊ eoꝝ pedes lauit: vt
damaſcen⁹ dic̃. Hic p⁹ aſcẽſionẽ dñi veni/
ẽns romã cũ apl̃o petro in ptib⁹ cãpanie
euangeliũ predicauit. Qui ⁊ apud capuã
via aq̃ria depoſit⁹ ẽ: cal. ſeptẽ. vt dic̃ ado.

¶ De ſcõ Egidio abbate. Cap. XVIII.

Egidius abbas apud arela/
teñ. oppidũ puincie floruit
tꝑe caroli impatoris. Hic
athenieñ. natiõe regia ſtir/
pe pgenitus: pre theodoro
mr̃e pelagia ſacriſq; litteris
eruditus eſt a puerilib⁹ annis. Qui dũ q̃/
dam die ad eccleſiã pgeret: egro cuidã in
platea iacẽti ⁊ elemoſynã petenti tunicã
ſuam tribuit: qua indut⁹ mox ſanitatẽ re/
cepit. Parẽtibus vero ſuis defunctis pa/
trimoniũ ſui xp̃m fecit heredẽ. ¶ Die quo
dã dũ ab eccleſia rediret obuiũ habuit vi/
rum a ſerpẽte pcuſſum: ſed oꝛõne fuſa ab
eo ꝓtinus virus fugauit. ¶ Demoniacũ
quẽdã die dñico in eccleſia conſiſtẽtem: ⁊
cũctos clamoꝛibus ↄturbãtem. Egidius
oꝛans ab imundo ſpũ continuo liberauit.
Cum aũt ꝑ totam greciã ipſius fama cre
ſceret: ipſe humani fauoꝛis vitãs piculum
clã littus maris petiit: vt ad partes alias
ſe trãſferret. Aſpiciẽſq; nautas maris tẽpe
ſtate piclitãtes facta oꝛõne tẽpeſtatem ſe/
dauit. Applicãtes quoq; naute grãs eius
meritis egerunt: ⁊ ꝙ eũ ſecum gratis ve/
herẽt ꝓmiſerunt. Et cũ ad quãdam inſu/
lam poſt dies quattuoꝛ appuliſſent: virũ
dei ibidẽ in cellula reptum egidius adiit:
⁊ cũ ipſo in dei laudib⁹ triduo manſit: de/
inde vale dicẽs cũ nautis abſceſſit. Cum
ergo a relatũ veniſſet: ⁊ bienio cũ ſcõ ce/
ſario eiuſdẽ vrbis ep̃o mãſiſſ: ⁊ ibidẽ: q̃n
dã qui ꝑ triẽniũ febꝛicitauerat a febꝛibus
liberaſſet: eremũ cupiẽs clam diſceſſit:
⁊ rhodano trãſito ſecus ripã guardonis
apud veredemium eremitã ſciſſimũ diu/
duz fuit: vbi ſterilitatẽ terre ſuis meritis
fugauit: ⁊ infirmũ quendam ei delatũ ve/
redemio abſcẽte ſanauit. ¶ Deide famaz
humanam fugiẽs relicto veredemio inte/
rioꝛem eremũ penetrauit: vbi videlicet
rhodanus in mare defluit: q̃ locus ſepti/
mania vocat̃. Ubi antrum ſpinis obſituz
⁊ fontẽ inueniẽs certã ſibi diuinitus ꝓ/
paratam nutricẽ habuit: que certis hoꝛis
lactis ei alimoniã triẽnio prebuit. Cũ au/
tem ibidem regis famuli venarent̃: cete/
ris feris cõtemptis ceruam cũ canibus in/
ſequũtur. A quibus dũ fugaret̃ ad pedes
ſui ↄfugit alumni. Ille vero ad mirãs cur

preter ſolitū ſic mugiret: exiēs ⁊ venato/
res audiens dn̄m pro ceruа exorauit. Ca
nes aūt intra iactuꝫ lapidis appropinqua/
re minime audētes: cū nimio latratu ad
venatores redibant. Nocte ſuperueniente
domuꝫ reuerſi ſunt: ⁊ ſequenti die retro/
cedētes caſſo labore iteꝝ redierūt. Quod
rex audiens cum multitudine venatoruꝫ
aſſumpto ep̄o ad locuꝫ acceſſit. Sed cum
canes vt prius accedere nō auderent. Lo
cum vepruum denſitate inacceſſibileꝫ in
gyrum circūdederunt. Unus aūt incaute
ſagitam dirigēs: vt in ceruā emitteret: vi/
ro dei oranti pro ceruа graue vulnus inſli
xit. Milites aūt ſemitam ferro apientes
ad ſpeluncā veniunt: ⁊ ſenē venerandū
in habitu monachali ꝯſpiciunt: ceruam ꝗ
qꝫ ad eius pedes procūbentem reperiūt.
Ad quē ſoli rex ⁊ ep̄s pedes adeunt: ⁊ quis
eſſet interrogantes: oēm vitam ſuam eo
narrante cōperiunt. Qui duꝫ pro vulnere
ei illato veniā poſtulaſſent: ⁊ medicos ꝑ
ipſo ſanando promiſiſſent: ac munera ob/
tuliſſent: ipſe nec medicinā adhiberi volu
it: nec ad munera eoꝝ reſpexit: quin po/
tius dn̄m orauit: vt q̄zdiu viueret: ipſum
vulnus perpetuo ſubſtineret. ℂ Sed cuꝫ
rex ipſum frequēter viſitaret: ⁊ pabulum
ſalutis ab eo reciperet: imenſas ei diuitias
obtulit: quas ſcīus recipere recuſauit: vt
tamen de ipſis monaſteriuꝫ fabricaret ad
monuit. Quod quidem rex per omnia ꝑ/
fecit: ipſiuſqꝫ cenobij egidius licet diu re/
nitēs tādem multa regis inſtantia regimi
nis curaꝫ ſuſcepit. Et proceſſu tēporis ad
ſacerdotij dignitatem peruenit. ℂ Huius
famā rex carolus audiēs: vt ad ſe veniret:
precibus multis obtinuit. Qui veniēs au
relian̄. in baſilica ſcē crucis energuminuꝫ
liberauit. Deinde veniēs ad regē: ipꝫ rex
reuerēter excepit: ⁊ iter cetera ſalutis col
loquia rex ipſum rogauit: vt ꝑ ſe ad dn̄m
oraret eo ꝙ peccatuꝫ quoddam enorme
cōmiſiſſet: quod nulli vnq̄ꝫ nec ipſi ſcō cō

fiteri auderet. Sequēti ergo dn̄ica egidi/
us celebrans ꝑ rege orauit ⁊ cōtinuo an/
gelus eidem apꝑuit: q̄ ſchedulam in alta
re depoſuit: in qua ſcriptū erat regis pec/
catum: et ſi de eo peniteret egidij ꝑcibus
iam dimiſſuꝫ. Addebaṫ quoqꝫ ibidē: ꝙ ſi
quis ꝑ aliquo peccato egidiū inuocaret: ſi
tamen ab eo deſiſteret ſibi dimiſſum nō
dubitaret. Oblata igiṫ regi ſchedula: ille
de peccato ſuo veniā hūiliter poſtulauit.
Egidius aūt cū honore rediens apud tre/
uernēſem vrbem filiū principis a mortu/
is ſuſcitauit. ℂ Poſt aliquod tēpus ꝑnun
cians monaſterium ſuū ab hoſtibus euer/
tendum romā adiit: ⁊ multa priuilegia ec
cleſia ſue ipetrauit: duoqꝫ hoſtia cupreſ/
ſina in q̄bꝰ imagines apoſtoloruꝫ ſculpte
erāt a papa ei donata in tyberi dimiſit: et
diuino regimini cōmēdauit. Cūqꝫ ad mo
naſterium rediret cuidam ꝯtracto apud
cebironem greſſum reſtituit. Reuerſuſqꝫ
ad locuꝫ predicta hoſtia in portu inuenit:
que i eccleſia ſua adornatū ⁊ ſedis roma/
ne monimētum erexit. ℂ Obitum quo/
qꝫ ſuum ei diuinitus reuelatū predixit. Et
poſt laudabilem vitaꝫ in dn̄o feliciter ob/
dormiuit calē. ſeptembris: vbi choros an
gelorum eius animam ad celos ferentiū
concinentes plurimi audiſſe teſtati ſunt:
claruit circa annos dn̄i. Dcc.

ℂ De ſcis. xij. fratribus marty. Ca. XIX.



Uodecim fratres martyres
glorioſi pro chriſto paſſi ſūt
Quorum tamē nomina ori
ginem paſſioniſqꝫ vel locū
vel modum minime valui
reperire: niſi hoc ſolum qꝺ
in adonis martylogio ſcriptum eſt: ꝙ vi/
delicet poſt ceſſioneꝫ ⁊ in carcerationem
vltimo in diuerſis partibꝰ capite ceſi ſunt
calendas ſeptembris: quos ⁊ romana ec/
cleſia in ſuis calendarijs ꝯſcripſit: ⁊ de eis
ſpecialiter feſtum facit.

ℂ De ſcō Lupo ep̄o ſenonen̄. Cap. XX.



Lupus archi
epi/
ſcopus ſenoneñ. claru
it tempore clotharij re
gis francoꝝ: qui apud
aurelian̄. ex regali ge/
nere ortus: dū virtu
tibus polleret archi-
epūs ſenonis elect᷒ ē.
Dum aūt omnia ſua pauperib᷒ erogaret:
⁊ die quadā plurimos ad conuiuium in/
uitaſſet: cum vinum ad medium pro re-
cumbentibus non haberet orauit ad do-
minum ⁊ ſtatim nuncius affuit: qui centū
vini modios adeſſe pre foribus nūciauit:
quod vnde aut a quo delatum eſſet mini
me ſciri potuit. ¶ Cū plures ei detrahe/
rent: ꝙ filiam predeceſſoris ſui virginem
dedicatam immoderate amaret: coram
detrahentibus ipſam deoſculatus eſt: di-
cens nihil nocere boni verba aliena: quē
propria non maculat cōſcientia. Nā quia
ipſam deum amare ardenter nouerat: eā
mente puriſſima diligebat. Cum rex fran
corum clotharius burgundiā intrans ſce
neſchalcum ſuum contra ſenones direxiſ
ſet ⁊ ciuitatem obſideret: lupus eccleſiā
ſancti ſtephani intrans campanam pulſa/
ri fecit: cuius ſonitu tanto terrore hoſtes
concuſſi ſunt: vt niſi fugiſſent ſe in carcere
putaſſent. Tandē obtento regno cum rex
alium ſceneſchalcum miſiſſet: ⁊ lupus ei
ſicut alij epiſcopi fecerant non occurriſ-
ſet: ſumpta occaſione illa epiſcopum a-
deo apud regem diffamauit: ꝙ rex ipſum
ad exilium deſtinauit. Ubi doctrina ⁊ mi
raculis claruit. Interea ſenonici quendā
epiſcopum: qui locum lupi inuaſerat oc/
cidentes: a rege impetrarunt vt lup᷒ de
exilio reuerteretur. Quem rex videns exi
lio tabefactum: ita repente diuinitus eſt
mutatus: vt coram illo proſtratus veniā
peteret: ⁊ multis muneribus eius eccle/
ſiam dotaret. ¶ Dum autē remeans pa/
riſius veniſſet: multa carceratorum turba
ſolutis vinculis apertiſq; hoſtijs eidē ob
uiauit: ⁊ de ipſorum liberatione eius me/
ritis facta gratias egit. ¶ Celebrāti ei die
quodam dominico lapſa eſt celitus gem/
ma in calice ſancto: quam rex inſuas reli/
quias collocauit. ¶ Rex clotharius cam
panam ſancti ſtephani ſenon̄. audiens eſ-
ſe mire dulcedinis iuſſit ſibi pariſius de/
ferri. Sed mox vt de vrbe ſenonica dela
ta eſt ſonus ille dulcedinē amiſit. Quod
rex audiens eam ſenonicis reportari iuſ-
ſit: ⁊. vij. ab vrbe miliario ſonitū recupe/
rauit. ¶ Cum nocte quadam oraret in/
ſtinctu diabolico valde ſitiens ſibi aquā
deferri fecit. Sed aduertens dolos inimi
ci puluinar ſuper os vaſis poſuit: ⁊ diabo
lum intus clauſit: qui tota nocte vlulauit:
factoq; mane confuſus ⁊ dimiſſus abſceſ
ſit. Alia nocte dum eccleſias more ſuo cir
cuiret inuenit clericos quoſdā rixantes:
eo ꝙ cū mulieribus fornicari volebant.
Qui ingreſſus eccleſiam pro eis orauit: ⁊
mox ab eis omnis tentatio diſceſſit. Qui
coram eo proſtrati veniam poſtularunt.
Tandē multis clarus virtutibus in pace
quieuit calē. ſeptēbris. Circa annos dn̄i.
Dcx. tpe heraclij imperatoris.

¶ De ſcō Uiuardo epo. Cap. XXI.

Viuardus rhemeñ. archiepūs
claruit tempore clodouei
regis: vt ait ſigibert᷒. Quo
etiam tempore claruerunt
reolus eius ſucceſſor: ⁊ ber
carius martyr primus ab/
bas ancylaten̄. ⁊ ſancta berta martyr ⁊ ab
batiſſa in partibus galliarꝝ. Huius nempe
viuardi diſcipulus fuit dictus bercarius
abbas ⁊ multo tempore comes. Cum ꝯ
tem aliquando ſecum pergeret apud vil
lam que dicitur altimilare dum viuardus
graui ſomno premeretur ſub fago dormi
uit: viditq; de celo columbam fagi ramis
inſidere: ⁊ deinde deſcendere: ⁊ areā va

ctiam in qua dormiebat: ter volando cir
cuire. Indeqꝫ celos repetere: que omnia
bercarius vigilans corporalr aſpexit. Ex
citatus autem epiſcopus ꝛ cum bercario
de viſione mutua collocatione habita in
tellexit a deo ſibi mādatum in ipſo ceno
bium edificādum. Quod ꝛ viuardus epi
ſcopus deuotius adimplere curauit. In
quo quidem loco cōgregationem mona
chorum diſpoſuit: ꝛ bercarium eidem ab
batē pfecit. Et poſtqꝫ cūcta diligēter ipleſ
ſet: in chro felicit obdormiuit cal. ſeptēb.

¶ De ſcō Bercario abbate. Cap. XXII.

Bercari⁹ abbas ꝛ martyr cla
ruit in gallijs tēpore dicti
clodouei regis francorum.
Qui ſub prefato ſancto vi
uardo rhemorum pontifi
ce moribus ꝛ ſapientia im
butus luxouienſe monaſteriū petens ſub
abbate euſtaſio monaſticaꝫ vitam duxit.
Dum die quadaꝫ in cellario vinum ex ve
gete in cereali hauriret: vocatus ab abba
te obedientia ſolicitus ꝛ incautus vinuꝫ:
quod fundebatur: reliquit vegete nō clau
ſa. Quod dum cerealem impleſſet ſuper
ficiem eius pertranſiens: in modum co
lumne cōſtipatum in gyrum vas corona
ri cepit: nec aliquid de vino in terram de
fluxit: donec reuerſo bercario quāti eſſet
meriti apud deū omnibus inotuit. Poſt
aliquot tempus de abbatis licētia rediit
ad ſanctum viuardum: a quo in monaſte
rio predicto ab eodem edificato in loco
qui dicitur altimilare: abbas prefect⁹ eſt
ſacre congregationi monachorum. Et dū
filios ſuos ſibi commiſſos more boni pa
tris ꝛ paſtoris diligenter curaret: exigen
te culpa quendam daguinum monachuꝫ
verbere diſcipline correxit. Qui moleſte
hoc ferens inſtigante diabolo nocte ab
batem dormiētem letali vulnere percuſ
ſit: ꝛ vt ferrum occultaret in piſcinam de
merſit: quod dei iudicio ſuper aquā ena
tauit. Mox autem frater ille attonitus et
amens ad eccleſiam currens ſignum pul
ſabat. Fratres autem hora inſolita excita
ti admirantes abbatem percuſſuꝫ adhuc
ſpirantem inuenerunt: ꝛ ferrum enatans
conſpexerūt. Daguinuꝫ quoqꝫ quaſi inſa
num in eccleſiam repertum vti reum ho
micidii comprehenſum ad bercarium iu
dicandum adduxerunt. Cui ille quātum
in ſe erat omnem dimittens iniuriā deū
per penitentiam conſuluit eſſe placandū
ꝛ i chriſto martyr expirauit. Sepultus in
monaſterio ſuo. Ex cuius tumulo oleum
diu manans languentibus medelam pre
ſtare conſueuit. Paſſus eſt autem calen
dis ſeptembris.

¶ De ſancto Agilo abbate. Cap. XXIII.

Agilus abbas tempore clo
douei regis francorum cla
ruit. Hic agnoaldi nobilis
conſiliari regis ſigiberti fi
lius bone idolis adhuc pu
er ſancti colūbani abbatis
benedictione percepta ſancto euſtaſio re
ligioſo viro cū aliis pluribus clericis om
nibus poſtmodum futuris epiſcopis a pa
rētibus traditus eſt ſacris litteris imbuē
dus: factuſqꝫ monachus ſub ſancti colū
bani abbatis diſciplina fuit conuerſatiōe
mirabilis. Dum autem colūbanus bruni
childi regine ſicut ꝛ aliis mulieribus adi
tum monaſterii prohiberet: ꝛ ob hoc ad
inſtantiā regine a theodorico rege de mo
naſterio expulſus eēt: euſtaſio eidē mona
ſterio ſubſtituto: miſſus eſt agilus ad regē
recōciliādū. Et cū longe iaꝫ a monaſterio
abiſſet: ꝛ nepos qdā vādaloni ducis pco
gnito q̄re iret: cū ſatellitib⁹ ſuis eū aggreſ
ſus fuiſſet: ipſūqꝫ educto gladio pcutere
vellet: man⁹ eius repēte arida fcā eſt. Cui
veniā poſtulāti ſcūs manū ſuaꝫ reſtituit:
Quo audito miraculo rex placatus colū
banum ad abbatiā ſuaꝫ reſtituit. ¶ Pro
ceſſu vero tpis miſſus eſt agilus cum ſan-

cto cuſtaſſo a lotbario rege ad vicinas gē:
tes adbuc gētiles ꝑdicandas: vbi multos
ad xp̄m cōuertit: ⁊ miraculis coruſcauit.
Nā in via d̄moniacū liberauit. Sadaber
gā v̄ginē cecā illuminauit: ei q̃ʒ eidē iteꝝ
febricitāti ſalutē ſubitā oꝛonibꝰ ipetrauit.
¶ Cū igit̄ ſcūs andoenus ep̄s ſup torrētē:
qͦd dicit̄ rebacez: in ꝓprio ſolo monaſte-
riū de ſuis facultatibus cōſtruxiſſet: eidē
monaſterio agilū abbatē ꝑfecit: vt dictuʒ
eſt ſupra in legenda ſcti andoeni. iij. non.
maij. Cuiꝰ videlʒ cenobij ꝯſtruēdi locus
eidē andoeno diuinitꝰ taliter oſtēſus eſt.
Tribus eni noctibꝰ ſup ip̄m locum vidit
nubē in modū crucis mirabilr̄ radiantē:
⁊ deinde tribus diebꝰ ſub. equēter eūdē
locū in modū crucis repperit roꝛe ꝯſper-
ſum: eo. ſ. ambitu quo monaſteriū fuerat
cōſtruēdū. ¶ Dū aūt agilus abbas boſpi-
talitati ſolicitus intēderet: die quadā me-
dia byeme leproſum ante foꝛes inuenuʒ
ad ignē calefaciendū adduxit ⁊ ip̄m ſubi
to nuſq̄ʒ vidit. ¶ Alia vice ad metentes
cū fratribus acceſſit: ⁊ tēpeſtate ſubito in-
gruente ſigno crucis edito imbrem a ſe ⁊
meſſoꝛibꝰ cōpeſcuit: grādine per gyrū cir
ca eos nimia decidēte. ¶ Annoꝝ. xcviij.
exiſtēs oꝛauit: vt d̄ bac vita ſolueret̄: Cui
relatū eſt: q̄ poſt biēniū votuʒ obtineret.
Sicq̄ʒ cētenariꝰ migrauit ad ch̄m calen.
ſeptēbris In cuius trāſitu ado monachꝰ
choꝛos angeloꝝ pſallētes audiuit. In eiꝰ
etiā ſepultura frater q̄dā febricitās ⁊ aliꝰ
doloꝛe dentiū torꝰ tactu coꝛꝑis liberant̄.

¶ De ſcō Antonino martyre. C. XXIIII.



Antōinꝰ
martyr apud apamiā
paſſus eſt: qui ex eo-
deʒ oppido oꝛiūdus
nobilis genere ab in
fantia chꝛo ſeruiēs ⁊
virgo permanēs amo
re martyrij flagrans
ex vꝛbe ſua diſceſſit. Et dum chꝛiſtianos
perquireret ad p̄ſbyteratus oꝛdinē aſcē-
dit: ⁊ inde v̄bū dn̄i diſſeminādo ꝓceſſit.
Cum aūt ex itinere fatigatus ſiti nimia la
boꝛaret: oꝛatione fuſa virga ſoluʒ ꝑcuſſit:
⁊ ſtatim fons viuus ſcaturijt ad eius refe
ctionē: ⁊ deinceps ad egroꝝ ſalubꝛitatē.
Reuerſus autē apamiā ⁊ gentiles impu
gnans: martyriū ſuū fidelibus ꝑdixit. Ue
rum dū loca ſacra cū quibuſdaʒ chꝛianis
viſitaret: ⁊ ab eis aliquātulū diuertiſſet: a
paganis tentus ⁊ iuxta flumē ad radices
montis apamie decurrens decollatꝰ eſt.
Coꝛpus quoq̄ʒ eius mēbꝛatim diſcerptū
⁊ vna cū capite in flumine demerſuʒ eſt.
Sed diuino miraculo ſanguis de coꝛpo-
re fluens in vnū: congelatus ⁊ in vnum a
fidelibus collectus eſt. Aqua etiam flu-
minis a curſu deſiſtēs ad coꝛpus colligē-
duʒ chꝛianis in alueo viā fecit. Sicq̄ʒ coꝛ-
pus vna cum ſanguine leuatū atq̄ʒ ſepul-
tū eſt. Caput autē eius ab angelis de am
ne ſublatum nauicule parue imponit̄: et
duobus angelis in ſimilitudineʒ duarum
aquilarū nauiculā cōtra fluminis curſum
ſine remo gubernātibus ipſam ad babita
culū feſti pꝛincipis deduxerunt: quē ſan-
ctus antoninus ad fidē chꝛiſti ꝯuerterat.
Quod feſtus per ſp̄m diuina reuelatione
cognoſcēs ad nauē deſcēdit: caputq̄ʒ col-
legit: atq̄ʒ babitationē ſuam a loco illo re
mouēs in domo pꝛopꝛia caput deuote re
condidit: domumq̄ʒ ſuā in eccleſiaʒ com-
mutauit. Paſſus eſt. iiij. non. ſeptēbꝛis.

¶ De ſcō Mederico abbate. C. XXV.

Medericꝰ abbas apud eduē-
ſem ciuitatem claruit. Hic
ex ipſius ciuitatis pago no
bili genere oꝛtus. Cū eſſet
annoꝝ. xiij. inuitis a paren-
tibus ad monaſteriū ipſius
vꝛbis fugit: ⁊ monachus effectus penitē-
tie mirabili operam dedit. Nam in beb-
domada vix ſolūmodo cibum ſumebat:

⁊ cilicio aſperrimo carnē domabat: Succeſſit abbati defuncto in regimine loci: multis miraculis pollens. Nā monachū quendā libidine diu grauiter tētatū: ⁊ fere ad deſperationē adductū: tunicā ſuā induens excuſſo ab illo demone etiā corporaliter vlulante ad caſtitatē nimiaꝫ reuocauit. Alium etiā ante completū offiū eccleſiam egredientē diuqꝫ correptum: reliquiis panis ſui cibauit: et repente ad emendationē reduxit. ¶ Uerum duꝫ famam populi ad ſe confluentis effugeret in vaſta eremo ſe concluſit: Sed de mandato epiſcopi ad monaſterii regimē inuitus rediit. Poſt modicū autem orationis gratia pariſius veniēs in cellula ſancti petri duobus annis. ⁊ ix. menſibus ſe includens diſcipulos conuocauit ⁊ eiſdeꝫ obitus ſui die pnunciato in pace quieuit. iiii. non. ſeptēbris āno domini. Dcccclxxiiii. othonis imperatoris tertii āno primo: ſepultus ibidem miraculis fulgens.

¶ De ſcō Coſma cōfeſſore. Ca. XXVI.

Coſmas cōfeſſor natiōe grecus in inſula creten. eremiticam vitaꝫ duxit. Qui omnibus diebus vite ſue ieiuniis ⁊ orationibus vacans in quodā antro reſedit. vbi ⁊ poſt laudabilem vitam in pace quieuit. iiii. non. ſeptembris. Cuius corpus cū aliquo tempore in eodem ſpecu ſepultum quieuiſſet ab incolis loci intra ciuitatem tranſlatum eſt vt honorificētius coleret. Quod deo ⁊ ſancto diſplicuiſſe euidenti ſigno apparuit. Nam maxima aeris ſiccitate ſuperueniente areſacta eſt terra: ⁊ fames valida ſubſecuta: nec prius illapſa de celo pluuia fertilitas abūdauit: donec ſanctum corpus ad loci ſui abdita reductuꝫ eſt. ¶ Poſt annos vero fere. cccc. corpus ipſum a venetis nauigantibus inde ſublatum eſt: ⁊ venetias trāſlatum: atqꝫ in monaſterio ſancti georgii maioris reconditum: vbi ad preſens quieſcit.

¶ De ſancto Elpidio epō. C. XXVII.



Elpidius lugdun. epiſcopus fuit: qui multa ſanctitate flagrauit ⁊ doctria et miraculis coruſcauit. Qui ⁊ populū dei ſibi cōmiſſuꝫ felici cura gubernans apud pfatam ciuitatē. iiii. non. ſeptembris in pace quieuit. Sepultus in eccleſia ſanctoꝝ. vii. machabeoruꝫ in qua ſancti iuſti eius pdeceſſoris epi mēbra tumulata requieſcūt.

¶ De ſcō Elpidio abbate. C. XXVIII.

Elpidius abbas genere cappadox fuit. De quo ſcribit heraclides q habitauit in ſpecu ſtudio abſtinētie cūctos vincens. Nam per annos xxv. quos ibi vixit dūico tātū ⁊ iouis diebus cibū ſumebat: aliis diebus nihil omnino guſtabat: ac per totam noctem ſtando ⁊ orando pſallebat: queꝫ inumera multitudo fratrum ſequebatur. Dum autē ſcorpio illum nocte quadā pcuſſiſſet: ipſe eo calcato ne ſtandi quideꝫ ſpacium in quo ſteterat: mutauit: in tantū dolorē cōtempſit. ¶ Sarmentuꝫ vitis aridū extra tēpus debitū ab eo plātatum adeo creuit: vt vitis magna facta infra annū totā eccleſiā opiret. Hic per ānos. xxv. nunqꝫ ad occidentē ſe vertit: nec ſolē declinātē cōſpexit. Cuius exēplo diſcipulus eius ſiſinnius cū apud eū. vii. annis fuiſſꝫ in ſepulchro ſe clauſit: in quo ſtans p triēnium ſemper orauit: nunqꝫ die vel nocte deambulās aut ſedens aut iacēs. ¶ Elpidius igit poſt annos predictos ad cappadociam regreſſus ⁊ preſbyter factus fratres ⁊ ſorores in vnuꝫ collegit: ⁊ cenobio conſtructo in pace quieuit. Cuius feſtum agitur. iiii. nonas ſeptembris.

De ſcō Emerico duce ꝛ ꝯfeſſore ſci ſtephani pmi regi vngarie filio. c. XXIX

Beatus emericus confeſſor filius fuit ſanctiſſimi ſtephani pmi regis ꝛ apoſtoli vngarorum. Qui a cunabulis deo acceptiſſim⁹ valde fuit in oratiōe deuotus. Unde poſt breuem ſomnū ſurgēs duobus candelabris in camera more regio cū cereis ardentibus ſemper exiſtētibus ſurgebat ꝛ in pſalmodie laudib⁹ deo deſeruiebat: ꝛ in fine cuiuſlibet pſalmi veniam a deo poſtulabat. Qđ pater ſanctus per rimulas conſiderās parietis ſanctitatē pueri cum gaudio cōtēplabat. Unde ſemel duxit eū ad monaſteriū ſācti martini in mōte ſancto per ſe conſtructū orationis cauſa ꝛ vt monachos viſitaret. In cuius occurſum monachi proceſſionaliter accedentes vt regē ſalutarent: rex qui filii meritum nouerat ante ſe eum premiſit ad ſalutāduz. Puer autē emericus ſpū ſcō repletus diuina illuſtratus gratia omniū merita cognoſcēs ſingulis inequaliter oſcula diſtribuit. alii quidem vnuz alii duo alii vō tria alii quinqꝫ ꝛ vni. vii. oſcula dedit. Interrogatus āt a patre quare ſic feciſſꝫ. reſpōdit ꝙ ſingulis plura oſcula dederat quos lōgiori tpe i caſtitate vixiſſe cognouerat. Illū autē cui. vii. oſcula dederat virginez eſſe cognouit. Semel dux in eccleſia ſancti ſtephani oraret tota eccleſia lumie repleta eſt celeſti. Pro quo gratias imēſas deo retulit. Poſtmoduz de mandato patris ex regali linea ſponſa ſibi in matrimoniū copulata: beatus iuuenis virginitatis amator: eā non tetigit: ſed ieiuniis ꝛ orationibus vallās virginitatē integrā cōſeruauit. Uolens aūt deus beatum iuuenez emericū ex huius mūdi naufragio eripere: in ipſo ſue iuuētutis flore eū ad ſe euocauit. In cuius tranſitu euſebius ēps ceſaree paleſtine vidit animā eius in celū dferri. Multis igr miraculoꝝ ſignis btūs emeric⁹ fulgēs bude qeſcit. iiij. no. ſeptē.

De ſcis Euphemia Dorothea Tecla et eraſma virginibus ꝛ mar. Ca. XXX.

Euphemia: dorothea: thecla: ꝛ eraſma v̄gines paſſe ſūt i aqleia ciuitate tpe neronis iperatoris ſub ſcuaſto preſide. Fuerunt enim duo fratres nobiles ꝛ ditiſſimi eiuſdez vrbis. Quoꝝ maior nomine valentius paganus genuit euphemiam ꝛ dorotheaz. Alter vero minor nomine valentianus chriſtianus genuit theclam et eraſmaz: qui tam filias ſuas ꝙ neptes ſepius ad domum ſuam venientes ad fidē chriſti ſecreto erudiebat: quas ſctūs hermacoras ēpo in ipſa domo cathetizauit. Ualenti⁹ aūt iuſſit fieri turrim excelſaz ſuper fluuiū natiſum: ita vt flumen per mediū turris flueret per arcus reuolutos in qua turri filias ſuas ꝓpter earū nimiā pulchritudinē collocaret: donec eas maritis traderet: duaſqꝫ feneſtras tātū in ipſa turri fabricari ꝑcepit. Sed cum ad ciuitatez tergeſtinam perrexiſſet: Euphemia ꝛ dorothea tertiā feneſtrā ceteris ampliorem cōſtrui fecerūt: vt in ipſa ad orationē ſtare poſſent. Cum autē die quadam deſcendiſſent ad fluuiū vt ex more ſe lauarent superuenerunt ꝛ germane ipſarū thecla ꝛ eraſma. Et orantibus virginibus vt aqua fluuii mūdaret quatenus digne baptizarētur: natiſus fluuius retraxit vndulas ꝛ ſtetit. Eadē hora ſuperuenit valentianus cū beato hermacora: ꝛ viſo miraculo gratias deo egerūt. Quas ſanct⁹ hermacoras ꝯtinuo baptizauit ꝛ deo v̄gines dedicauit: eaſqꝫ valentiano cōmēdauit. Reuerſus aūt valentius eodem die: ꝛ videns tertiā feneſtrā in turri conſtructam didicit a magiſtris ꝙ ad mandatū filiarū ſuaruz eam fabricaſſent. Et interrogauit filias ſuas cur tertiam feneſtram fieri iuſ-

fuiſſent. Que dixerunt: vt maius lumē vbi fulgeret: nolētes ei indicare: q̄ cauſa orationis eam cōſtrui ordinaſſet. ¶ Poſt aliquod vero tempus cum valentius filias ſuas vellet viris tradere: eo q̄ a plurimis nobilibus in coniugium peterentur. Reſponderunt virgines ſe chriſtum ſponſuꝫ imortalem habere cui virginitatem ſuaꝫ perpetuo dedicaſſent. Quod audiens valentius iratus arrepto gladio eas interficere voluit. Ille vero ad domum valentiani patrui fugerunt. Quas valentianus vna cū filiabus ſuis in angulo domus abſcondit. Et cum perrexiſſet: vt hec ſancto hermacore epiſcopo nunciaret: Ualentius cum ſeruis ſuis venit ad domū fratris ꝛ filias requirere cepit: ꝛ interrogans duos ex ſeruis valentiani vbi eſſent: vnꝰ quidem eas celauit. Alter vero eas propalauit: qui ſtati arreptus a demonio ſeipſuꝫ innatiſo fluuio necauit. Ualētius vero filias ꝛ neptes in angulo repertas chriſtuꝫ adorantes apprehēdit: ꝛ ad domū ſuam adduxit. ¶ Altera vero die ipſas quattuor ſeuaſto preſidi tanq̄ chriſtianas puniēdas tradidit: quas preſes ante ſe iuſſit adduci: ꝛ cepit agere: vt ſacrificarēt. Et cum ſe chriſto domino ſacrificare dicerēt: iuſſit eas nudas virgis cedi: deinde verſis pedibus ſuſpendi: ꝛ malleis capita earū cōtundi: vſq̄ dum per nares earuꝫ ſanguis diſtillaret in terram. Et cuꝫ hec omnia cōſtanter toleraſſent: ꝛ deo ſemper gratias agerēt: preſes fecit eas in carcerem recludi. ¶ Mane autem facto mandauit iteꝝ ſibi virgines p̄ſentari: ꝛ videns eas ſanas effectas ad deorum ſacrificia exhortabatur: eo q̄ dii eis compatiētes earum vulnera curaſſent. Sed cum ſe a chriſto domino ſanatas aſſererēt ꝛ nō ab eius diis: quos eſſe demones comprobabant iuſſit eas ſeuaſtus in equuleo ſuſpendi: ꝛ ad latera ipſarum lampades ardentes applicari. Deinde fecit illarum mamillas amputari: ꝛ canibꝰ deuorādas iactari. Quas tamen canes intactas cuſtodiebant. Iterumq̄ eas preſes mandauit in cuſtodiaꝫ recipi. Nocte autem ipſa valētianus mamas illas virginum intactas ꝛ ſicut roſas ſplendētes inuenit: quas hermacore epiſcopo pro reliquiis obtulit. ¶ Sequenti vero mandauit preſes virgines nudas p totam ciuitatem aquileie circūduci. Orāte vero euphemia angelus domini operuit eas ſtola candida ꝛ corpora illarum reſtituit omnino illeſa: ita vt nec cicatrix in eis appareret. Et cuꝫ illeſe fuiſſent preſidi preſentate videns ſeuaſtus ipſas: vt ſolem facie ſplendētes atq̄ deos omnes gentium confutātes: iuſſit illas capite truncari. Quas pater ac patruus earum valentius arreptas ad ſummitatem turris: quā fecerat traxit: ꝛ manibus eas propriis decollauit. Corporaq̄ illarum cum capitibus ex alto in flumie proiecit: ꝛ ſubito facto nimio terremotu ignis de celo veniens ipſum cum omnibus qui ſecuꝫ erāt: ꝛ ipſam turrim vſq̄ ad fundamenta conſumpſit. Cumq̄ noctu valentianus cum ſancto hermacora perrexiſſent ad flumē ad corpora requirenda: dum eſſent iuxta portam valentianam: ecce venit nauicula cum duobus viris ſplendidis ad ripaꝫ fluminis que dicitur clemētiana: in qua nauicula corpora ſanctarum cum capitibus poſita erant: que illi duo viri ſancto hermacore obtulerunt. Qui vna cum clericis ſuis ꝛ valentiano gratias agens corpora virginum de nauicula leuauit: et in domo valentiani in monumētis marmoreis ſepeliuntur: vbi ꝛ altare conſtruxit: ꝛ domum ipſam in honore ſanctarum eccleſiam conſecrauit. Ualentianus quoq̄ omnem familiam ſuam baptizari mandauit: omneſq̄ facultates ſuas eccleſie cōceſſit. Paſſe ſunt autem ſancte virgines iiii. nonas ſeptembris.

¶ De ſcā Serapia v̄gie ꝛ m̄. C. XXXI.

Serapia



Serapia

virgo paſſa ē apud op-
pidum vendunenſiū
ſub hadriano principe
ꝛ preſide byrillo. Hec
genere antiochena ve
niens ad vrbem decli/
nauit ad domum bea-
te ſabine relicte nobiliſſimi valētini: quā
ſua predicatione ad chriſtuꝫ conuertit: vt
dictum eſt ſupra in paſſione ſabine.iiii.ca
lendas ſeptembris. Quod audiens byril-
lus preſes miſit ad virginem compreben
dendam. Sabina vero virginem diligēs:
parato curru vna ſecum ad pretoriuꝫ per-
rexit. Preſes autem ob nobilitatem ſabi/
ne vtriqꝫ deferens eas cum pace dimiſit.
Sabinam tamē ꝙ magicis artibus demē/
tata chriſtiana fuiſſet effecta dure redar-/
guit. ¶ Poſt tertium vero diem preſes ſe
rapiam rapuit: eamqꝫ ſibi preſentari fe-
cit: ipſamqꝫ ad deorū ſacrificia inuitauit.
Que cum ſe chriſto domino imaculatum
ſacrificium offerre diceret: ſeqꝫ ex perpe-
tua virginitate: quam deo vouerat: tem/
plum dei viui aſſereret: mandauit preſes
vt violari deberet: quatenus amiſſa pudi
citia templuꝫ dei eſſe deſineret. Tradidit
illaꝫ duobus iuuenibus laſciuis egyptiis:
vt ea per noctem integram vterent. Quā
illi in cubiculum obſcuriorem introduxe
runt. Orante vero virgine cum circa pri/
mā noctis horaꝫ ad eam accedere vellēt:
facto magno ſonitu cuꝫ horribili terremo/
tu iuuenes tremefacti ceciderūt quaſi exa
nimes in terram membris omnibus reſo
lutis. Quos mane miſſi preſidis illuc deſti
nati iacentes ꝛ omni corpore impotes in/
uenerunt. Factoqꝫ concurſu nimio virgo
chriſti ad preſidem adducitur ꝛ quib⁹ hoc
maleficiis fecerit interrogatur. Illa autē
non maleficiis diaboli: ſed virtute chriſti
hec miracula peractā fuiſſe narrauit. Cui
cum preſes dixiſſet vt ſi non hec magicis
artibus feciſſet illos in chriſti ſui nomine
ſurgere ꝛ loqui faceret. Serapia iuuenes
ad ſe duci fecit. Super quos nec ſtare: nec
ſe mouere: nec loqui valentes orationeꝫ
fudit: eoſqꝫ in chriſti nomine contingens
incolumes erexit. Qui mox coram popu/
lo ſtantes ꝛ omnibus ſuis membris facti
compotes loqui ceperūt: atqꝫ preſidi nar
rauerunt: ꝙ dum contra voluntatē eius
virginem contingere voluiſſent iuuenis
decoris ſtature procerrime vt ſol ſplen-
dens ſe interpoſuit: qui illos adeo ſuo lu
mine terruit: ꝙ mox amiſſis ſenſibus de/
fectio eos apprehendit. Quod audiēs pre
ſes ꝛ ea magicis artibus aſcribens iuſſit
eam expoliari ꝛ eidem lampades appli-
cari. Quibus mox diuinitus extinctis mi/
niſtri eas tenentes lampades corruerūt.
Preſes autem adhuc ipſam potius male-
ficam exiſtimans: mandauit fuſtibus ce-
di. Statimqꝫ terremotus magnus factus
eſt ꝛ fractis fuſtibus baſtula vna de ſtipi-
tibus oculum dextrum preſidis percuſſ/
ſit: ꝛ poſt triduum ipſum amiſit. Tunc
indignatus preſes virginem capite cedi
iuſſit. Que decollata eſt trans arcum fau-
ſtini iuxta aream vindiciani ducis cuius
corpus beata ſabina in eodem loco ſepeli
uit. iii. nonā ſeptembris.

¶ De ſcā Phebe diſcipula. C.XXXII.

PHebe diſcipula apoſtolo
rum fuit: de qua paulus
apoſtolus ad roma. vlti.
capi. mentionem facit:
quam ꝛ ipſe fratribus ro
me exiſtentibus intime
commendauit: eo ꝙ ꝛ ſibi ꝛ multis aliis
diſcipulis i miniſterio fideliter aſtitit. Que
ꝛ ipſa in vite ſanctitate ꝛ honeſta pudi/
citia in chriſto pauſauit tertio nonā. ſeptē/
bris. Sepulta rome vt ſcribit hieronym⁹.

¶ De ſancto Antidio epiſcopo et mar-
tyre. Cap. XXXIII.

ANtidius eps ꝛ martyr apud turonem paſſus eſt tēpoꝛe honoꝛii imperatoꝛis ſub perſecutiōe vādalica. Hic eps turoneñ. fuit. Qui tēpoꝛe quodā feria .iiii. hebdomade ſancte: dum pontez dimi fluminis trāſiret: vidit pꝛincipem demonuz in thꝛono ſedentē: ꝛ agmen miniſtroꝝ vnū quemqꝫ ſua mala geſta ſuo pꝛincipi referētē. Inter quos ethiops teterrimus rettulit ꝙ romanuz pꝛeſulem zozimū ſeptēnio de lapſu carnis impugnatum dñica palmarū pꝛeterita ad crimē cōmittendū cum virgine quadā induxit: in cuius teſtimonium vnum ex ſandalijs ei ſurreptuz in iudicio pꝛeſentauit. Quez pꝛinceps demonū ſuper cunctos plurimū honoꝛauit. Tunc epiſcopus eundem demonē ad ſe vocans in v̄tute dominice paſſiōis ei mādauit: vt eadem velocitate qua roma venerat illuc ſe incolumē deferret. Et ſic in domino confiſus ſuper demonem aſcendit ꝛ ſepius verſiculum illū. Deus in adiutoꝛium meum intende repentes incolumis ab illo vect⁹ in cena dominice hoꝛa celebrādi officij: romam peruenit. Demonem autem ante foꝛas eccleſie lateraneñ. expectare iuſſit ſandalium ei rapuit: ꝛ ad papam acceſſit. Quem alloquens ſecreto rem ſibi viſam ꝛ omnia geſta rettulit negantiqꝫ ſandalium quem amiſerat ꝛ quem adhuc ſe amiſiſſe non aduerterat oſtendit. Sicqꝫ ipſum ad penitentiā pꝛouocauit. Miſſa quoqꝫ vice eius ea die celebꝛauit: partem chꝛiſmatis a ſe confecti ſumpſit: Miſſaqꝫ celebrata pontifici vale faciens: demonem pꝛefoꝛibus expectantem inuenit. Super quem reaſcendens eoqꝫ ipſum reuectante in ſabbato ſancto hoꝛa celebꝛandi officii ad eccleſiam ſuaz ſoſpes rediuit: demonqꝫ ſtatim euanuit: ꝛ antidius celebꝛans ꝛ catecuminos baptizans vbi fuerat ꝛ quare miranti populo enarrauit. ¶ Deinde ſanctus martyr ꝑſecutione vandaloꝛum tentus pꝛo chꝛiſti confeſſione in faciem ceſus et varijs ictibus cruciat⁹. multiſqꝫ vulneribus in mēbꝛis omnibus coꝛpoꝛis attritus: tandem gladio capite ceſus eſt: turoniqꝫ ſepultus iij. noñ. ſeptembꝛis.

¶ De. ſ. Antōino ꝛ Ariſteo m̄. XXXIIII

ANtoninus puer et ariſte⁹ martyres apud vrbē campanie capuam paſſi ſunt. Qui antoninus cuz eēt annoꝛum. x. ariſteum ad fidem conuertit. Cum quo poſtmodum tētus ꝛ varijs ſupplicijs cruciatus tandem ambo cedēte gladio martyrij palmā conſecuti ſunt. iii. no. ſeptēb.

¶ De. ſ. Moiſe duce ꝛ pꝓha. c. XXXV.



Moiſes propheta ꝛ dux populi iſrael qui inter patres ſanctos ātiquos non ſolum eccleſiaſtici. xlv. capitulo: ſed etiam in multis locis diuine pagine: taz in nouo ꝙ in veteri teſtamento conſcribitur et plurimum commendatur filius fuit amram ꝛ iochabeth eius vxoꝛis de tribu leui genitus in egypto. Cuius admiranda opera in quattuoꝛ libꝛis pentateuchi vltimis pꝛolixius deſcripta: hic compendio ſe recolligūtur. ¶ Cum enim hebꝛeoꝛum populus a iacob deſcendens in egypto multiplicatus innumerabiliter excreuiſſet. Pharao rex egypti nomie amenophis ſciens pꝛophetatum filium ex hebꝛeis naſciturum qui regnum egypti humiliaret: mandauit omnem hebꝛeoꝛum maſculum naſcētem in fluuio necari. Eo igitur tempoꝛe cum amram vxoꝛem nollet cognoſcere malens liberis carere quā

neci filios procreare dominus ei per ſomnium aſſtitit dicens ne timeret ad coniugem accedere: quia puer quez timebant egyptii ex ea naſciturus erat. Natus ergo moiſes per tres menſes a matre abſconditus eſt: cum vlterius celare non poſſz: expoſuit eum in fiſcella ſcirpea in flumine nilo. Quē thamur filia pharaonis: que deſcendebat vt lauaretur vagientem videns ſuſcepit: ⁊ matri proprie ad lactandum tradidit atqꝫ ablactatum in filium adoptauit quem vocauit moiſem: eo ꝙ ipſum ex aqua tuliſſet. Egyptii enim myos aquam is ſaluatum dicunt. Cuius venuſtatem ⁊ elegantiam videns rex coronam ſuaz in qua erat dei ammonis imago capiti pueri impoſuit: quā puer in terram proiecit ⁊ imaginē fregit. Sacerdos autem heliopoleos a latere regis ſurgēs dixit illum eſſe puerum de quo prophetatum fuerat: ꝙ regnuz egypti humiliaret: ⁊ voluit in eum irruere. Sed auxilio regis et perſuaſione cuiuſdam ſapientis liberatus eſt. Qui per ignorantiam hoc a puero factum aſſeruit. In cuius argumētum prunas allatas puer ori appoſuit: et lingue ſummitatem corrupit. Et ex hoc hebrei impeditioris lingue illū fuiſſe autumant. Tanteqꝫ pulchritudinis fuit: vt nullus adeo ſeuerus vel tam arduis occupatus eſſet: qui eius aſpectui non adhereret. ¶ Cum autez adoleuiſſet moiſes: ethiopes egyptum vaſtauerūt. Et habuerunt egyptii reſponſum a diis: vt adiutore hebreo vterentur. Vixqꝫ obtinuerunt a filia pharaonis: vt moiſem iam iuuenē bellicoſum effectum exercitui ſuo preficerent ducem qui fluminis itinere tanqꝫ longiore pretermiſſo per terram duxit exercitum itinere breuiſſimo: vt improuiſos ethiopes preueniret. Sed per loca plena ſerpentibus iter faciens: tulit in arcis papyreis ciconias egyptias ſerpētibus naturaliter infeſtas: ⁊ quotidie caſtrametatus via vnius diei premittebat eas: vt ſerpentes fugarent: ac deuorarent: ⁊ ita tutus per noctem tranſibat exercitus. Tandem preueniens ethiopes expugnanſqꝫ illos fugientes in ciuitatem regiam nomine ſaba potenter obſedit. Tharbis vero filia regis ethiopuz coniecit oculos in eum: ⁊ ex condicto tradidit ei ciuitatem: ipſeqꝫ eam accepit in vxorem. Inde eſt ꝙ maria ⁊ aarō iurgati ſūt aduerſus moiſem propter vxorē eius ethiopiſſam: obiicientes ei ꝙ eam decepiſſet. Et cum redire vellet moiſes: non acquieuit vxor. Moiſes autem aſtrorum peritus duos anulos conſimiles fecit: in quorum gemmis imagines fabricauit: vt altera memoriam: altera obliuionē conferret. Et anulo quidem obliuionis vxori tradito: ipſe alterum amoris tulit. Sicqꝫ mulier cepit eius amoris obliuiſci: ⁊ moiſi in egyptuz libere reuerti pmiſit. ¶ Iuit aūt in terrā geſſen ad fratres ſuos: ⁊ videns quendaz prefectum operis egyptiorum percutientem hebreum ſecreto occidit: ⁊ abſcōdit in ſabulo. Et cū die altero inueniſſet duos hebreos rixantes: ⁊ iniuriātem argueret: ille ei homicidiū egyptii perpetratuz obiecit. Qđ audiens moiſes timuit: ⁊ potiſſime qꝛ rex hoc cōperto querebat interficere eū: fugitqꝫ moiſes in terraz madiā. Et cū liberaſſet ſeptē filias hiethronis ſacerdotis a paſtorib⁹ eas violare volētib⁹: filiā primogenitā ipſius ſacerdotis ſephorā noīe accepit in vxorē: ex q̄ duos filios pcreauit. ſ. gerſon ⁊ eliezer. Dedit autez hiethro curā gregū ſuoꝝ alendoꝝ moiſi: q̄ oues eius paſcens in deſerto: venit ad mōtē dei oreb. Apparuitqꝫ ei dn̄s i flāma ignis de medio rubi: qui ardens nō cōburebat: precepitqꝫ ei: vt iret ad regē egypti ⁊ ad filios iſrael pro liberatione populi: ⁊ oſtendit ei ſigna que faceret coram eis excuſantiqꝫ ei de ipedimento lingue: aaron fratrem eius eloquentiſſimum in ſolatiū

⁊ auxilium loquendi dedit. Tulitq̧ moyſes vxorem ⁊ liberos: ⁊ profectus ē. Cui occurrens angelus in via corripuit eū: eo ꝙ filius minor incircuncisus eēt. Un de ⁊ vxor territa cū liberis remanſit: ne poſſet moyſi eē impedimento: ipſe vero ſolus ꝑceſſit. ¶ Ueniensq̧ in egyptum cum aaron fratre ſuo: ↄgregauerunt ſeniores iſrael: narrantes eis ṽba domini: feceruntq̧ coram eis ſigna de virga: q̄ vertebatur in colubrum: ⁊ de manu moyſi etiam poſita in ſinu leproſa facta eſt: ⁊ de aqua de nilo hauſta ⁊ in ſanguinē conuerſa. Quod videtes ſeniores crediderunt. ⁊ ſimul cum eis ad regē ingreſſi mandatum dei vt populum dimitteret ei nunciauerunt. At ille deum ⁊ eos contēnens deriſit: populūq̧ hebreorum magis afflixit. Erat autem tunc moyſes annorū. lxxx. ⁊ aaron. lxxxiij. qui ingreſſi iterum ad regeꝫ egypti ſigna coram eo fecerunt. Primo quidem virga moyſi in colubruꝫ verſa deuorauit virgas magnoruꝫ: q̄ ſimiliter verſe fuerant in ſerpētes. Indurato vero pharaone: ⁊ incredulo ꝑmanente: percuſſa eſt egyptus decem plagis his verſibus comprehenſis.

Prima rubens vnda: ranaꝝ plaga ſc̃da.
Inde culex triſtis: pꝰ muſca nocētior iſt̄.
Quīta pecus ſtrauit: veſicas ſexta creauit.
Poſt ſequitur grando: poſt bruchus dente nephando. Nona tegit ſolem: primam necat vltima proleꝫ.

¶ Per hanc vltimam plagam eduxit dominus populum ex egypto. Tranſiuit enim angelꝰ domini ꝑ omnes domos egyptiorum interficiens omnē primogenitum hominū ⁊ iumētorum. Quam plagam vt euaderēt filij iſrael mandato dei phaſe celebrarūt agnum aſſum cum azimis panibus comedentes ⁊ de ſanguine eius poſtes domus linientes: quod perpetuis tēporibus dominus celebrari conſtituit in memoriam eorum liberationis ⁊ in figuram dominice paſſionis. Spoliaueruntq̧ egyptios hebrei diuino iudicio pro mercedis ſue recōpenſatione: quia. ſ. gratis ⁊ diu cum magno eis labore ſeruierant: nec q̄cq̄ mercedis perceperant: ideo etiam tulerūt ab eis aurum ⁊ argentum: vt inde fieret tabernaculum. Erat autem in populo tunc quaſi. DC. milia virorum abſq̧ paruulis ⁊ mulieribus. Et aſcē derunt ex egypto quita progenie a iacob. ¶ Dominus autē precedebat eos per columnam nubis in die contra feruorem ſolis: ⁊ ignis per nocteꝫ contra caliginem. Quibus coartatis inter mare rubrum ⁊ aſpera montium: cuꝫ perſequeretur eos pharao cum. DC. curribus ⁊. l. milibus equitum penitens ꝙ eos abire dimiſiſſet: prebente ducatum eis moyſe: ipſe iubente domino mare rubrum tactu virge in. xij. diuiſiones diuiſit: ⁊ iſrael ſicci s veſtigijs mare tranſiuit. Quod ceteris tribubꝰ primogenitis intrare poſt moyſem dubitātibus iudas primus intrauit. Unde ⁊ ibi propter fidem ⁊ obedientiaꝫ regnum promeruit. Ingreſſo igitur poſt eos pharaone cum curribus ⁊ equitibus ſuis medium ſicci maris ſubito reuerſa ē ſuper eum a tergo omnis moles aque: ⁊ obrutus eſt ibi cuꝫ vniuerſo agmine ſuo. Unde adhuc exiſtunt in eodem littore tractus rotarum ⁊ veſtigia equitum ac peditum que ibidē ⁊ in profundo adhuc cernuntur. Que ſi caſu vel ſtudioſe turbātur mox diuinitus in formam priſtinam reparantur. ¶ Submerſo igitur rege egypti moyſes carmē hexametrum. ſ. cantemus domino decantauit: vt dictum ē ſupra in geſtis marie prophetiſſe calē. iulij. ¶ Ueniensq̧ cum populo in marath: aquas īpotabiles imiſſo ligno dulcorauit. ¶ Deficientibus etiam victualibus dum populꝰ murmuraret priſtinas delitias in memoriam reuocans orante moyſe dominꝰ eis coturnices ⁊ manna de celo miſit: quod contra dei preceptum in craſtinum reſeruatum computauit. De iſto autē manna

filii iſrael annis.xl. in deſerto ſubſtentati
ſunt: qḋ habebat omne delectamentū ⁊
ſaporis ſuauitatē: ⁊ volūtati cuiuſcūq₃ de/
ſeruienſq₃ ad qḋ quiſq₃ volebat in eius ſa
porem conuertebat. ¶ Iterū moyſes in
raphidim populo murmurante ꝓpter de-
fectū aque petram oreb virga percutiens
aquā eduxit. Itē mittens ioſue ad pugnā-
dum cōtra malech ⁊ ipſe in monte orans
eleuatis manibus vſq₃ ad ſolis occaſu₃ ei
victoriā impetrauit. ¶ Menſe vero.iii.
egreſſionis de egypto.ſ.iunio ꝑma die mē
ſe venerunt filii iſrael ad montē ſinai: que
fuit a phaſe dies.xlvii. Et tunc ſanctificato
prius ꝑplo die tertia poſt. ſ.quīquageſimū
diem: acceperunt legem a dño in decalo/
go mandator. Poſt datā vero lege₃ ⁊ po/
pulo recitatā moyſes in montē ſinai iuxta
domini preceptū aſcendit. Qui ei domu₃
ſaphirini coloris in exemplar tabernaculi
faciendi oſtendit: cum vtenſilib⁹ ſuis: vbi
moyſes.xl. diebus ⁊.xl.noctibus abſq₃ ci
bo ⁊ potu cum dño ꝑmanēs caligīne qua
mons operiebat circūtectus audiuit eu₃
iubentē de tabernaculo conſtruendo: de
arca: de menſa: de altare: de candelabro:
de veſtibus ſacerdotū ⁊ omnibus aliis ad
ſacrificia pertinētibus: que in exo. plenius
pertractant. Ipſo aūt in monte mora₃ fa
ciente populus impatiens ab aaron ⁊ hur
deos petiit: qui ⁊ vitulum cōflatilem eis
dedit: eūq₃ populus adorauit: de quo ſu
pra actum eſt in geſtis aaron calen. iulii.
Moyſes aūt deſcendens de monte cum
hoc vidiſſet indignatus tabulas legis dei
ſibi datas confregit: vitulum combuſſit: ⁊
vigintiquattuor milia de populo interfe-
cit: vt ſupra ibidem dictu₃ eſt. Deinde ve/
niam quā petebat populo ſuo obtinēs: po
ſteriora dei.i.tergum eius in humana effi
gie trāſeuntis vidit. Duas quoq₃ tabulas
inſtar prior precidens.x.legis precepta in
eis deſcripſit. Iterumq₃ quadragita dies
in ieiunio cu₃ domino faciens ſplendida
facie ⁊ radiis oculos intuentium reuerbe
rantibus deſcendit. Ideoq₃ loquens po/
pulo faciem velauit. ¶ Tertio iterum vt
tradunt hebrei ad impetranda₃ venie cer
titudinem aſcendit. Completoq₃ cu₃ do-
mino tertio ieiunio quadragēnario nona
die ſeptembris rediit. Reuerſus quoq₃
iuxta dei mandatū tabernaculu₃ ⁊ omnia
ad id pertinentia fabricauit: prima die ſe-
cundi anni in deſerto erexit ⁊ gloria do-
mini illud operuit per diem incubans ſu/
per illud in nube ⁊ per nocte₃ in igne. Ad
cuius eleuationem deinceps filii iſrael ca
ſtra mouebāt ea vero ſtante ⁊ ipſi ſtabāt.
Inde dominus moyſem vocauit: eiq₃ ſa/
crificiorum legem dedit. Cum autem ele
uante ſe nube filii iſrael de monte ſina re
cedentes: viam trium dierum iuiſſent vt
irent ad terram promiſſionis murmura-
uerūt pre dolore. Miſſiſq₃ exploratorib⁹
ad ipſam terra₃ ipſiſq₃ poſt dies.xl. reuer
ſis terre ſibi promiſſe detraxerunt. Unde
⁊ iuxta numerum dierum quibus explo-
ratores eandem terram conſiderauerant
xl.annis impediti per deſertū circuierūt:
donec oēs a.xx. annis ſupra mortui ſunt:
preter caleph ⁊ ioſue qui pro parte domi-
ni ſteterant: de quibus dictum eſt ſupra in
eorum geſtis calen. ſeptembris. Poſt an-
nos vero.xl. locutus eſt dominus ad moy
ſem de diuiſione terre promiſſe ⁊ de ſub-
ſtitutione ioſue: ꝙ populu₃ introduceret
eiq₃ terra₃ diuideret. Et numerauit moy
ſes populu₃ a.xx. annis ſupra. Inter quos
nullus eorum qui primo numerati fuerāt
cum egreſſi eſſent ex egypto ſupſtes erat
ꝑter caleph ⁊ ioſue. ¶ Poſt hec mortua
eſt maria ſoror aaron i cades vbi murmu
rante populo propter penuriam aque: de
mandato domini moyſes virga percuſſit
petram ⁊ aque largiſſime egreſſe ſunt. Et
quia moyſes ⁊ aaron diffidenter egerunt:
cum alias fiducialiter egiſſent gloriam: vi
delicet miraculi ſibi attribuentes ⁊ nō do

mino increpati ſunt a deo: ⁊ ex hoc terraȝ
promiſſionis intrare nõ meruerũt. ¶ Eo-
dem anno mortuꝰ eſt aaron in monte or:
cui filius eius eleazar in põtificatu ſucceſ/
ſit. Deinde cũ veniſſet populus in ſalmo/
na ⁊ propter laborem itineris murmura-
ret: immiſit ei dominus ſerpentes ignitos a
quorum leſione per aſpectum ſerpentis
enei ſuper ſtipitem ligneum iubente deo
per moyſem eleuati: poſtmodum ſanati
ſunt. Et inde profecti ad torrentem iared
quem ſiccis pedibus ſicut mare rubrum
tranſierunt: ⁊ iuxta arnon caſtrametati
pugnauerunt contra ſeon regeȝ amoreo-
rum: ⁊ og regem baſan ⁊ terras eorum ac
ciuitates obtinuerunt. Quas moyſes tri-
bubus ruben ⁊ gad: ⁊ dimidie tribui ma/
naſſe citra iordanem in ſortem conceſſit.
¶ Deinde moyſes anno. xl. videns diem
mortis ſibi iminere omnem populum ad
iordanem conuocauit. Ibiqȝ deuterono-
mium condidit: quod latine dicitur ſecũ-
da lex non ꝙ ſit alia a prima ſed eadeȝ ſe
cundo repetita. Moriturus quoqȝ ad in/
ſtar iacob patriarche populo benedixit.
Tandem iuxta preceptum domini mon/
tem abarin aſcendit: ⁊ inde ad montem
nebo vſqȝ ad verticem ipſius que dicitur
phaſga: ⁊ inde contemplatus eſt terrã p̄-
miſſionis: vbi ⁊ iubente domino annoruȝ
cxx. mortuus eſt pridie non̄. ſeptembris.
Et non cognouit homo ſepulchrum eius
vſqȝ in preſenteȝ diem. Quod ideo iudei
diuinitus factum dicunt: ne ipſuȝ mortuũ
populus pro deo coleret: eo ꝙ ad idola-
triaȝ proni eſſent. Hec ex libris exodi: le
uitici: numeri ⁊ deuteronomij: ⁊ ex chro
nicis ioſephi: hieronymi: petri comeſto/
ris ⁊ guilelmi.

¶ De ſancto Muſeo p̄ſby/tero. Ca. XXXVI.

Muſeus maſſilien̄. eccl'ie pre
ſbyter vir ſanctitate conſpi
cuus ⁊ in ſcripturis diuinis
doctus: ⁊ in earum ſenſibus ſubtiliſſime
exercitatione limatus fuit. Hic perutilia
eccleſie plura digeſſit: excerpſit eni ex ſan
ctis libris lectiones totius anni feſtiuis ap
tas diebus. Reſponſoria etiã pſalmorum
congruentia tempori ⁊ lectionibus etiam
reſpõdentia compoſuit. Scripſit ⁊ ad eu-
ſtaſium ep̄m ſacramentorꝫ libruȝ egregiũ
⁊ compendioſum. Homelias etiaȝ decla-
mauit. Et plenus virtutibus humanitatis
apud maſſiliã debitũ ſoluit: vbi ⁊ tumula
tus miraculis viuit. Hec gēnadius.

¶ De ſcõ Marino ↄfeſ. Ca. XXXVII.

Marinus confeſſor in ciuitate
arimineñ. claruit tẽpore dio-
cletiani ⁊ maximiani impera
toruȝ. Qui dum ex omni par/
te diuerſarum artium magi-
ſtros ⁊ operarios cõgregaſſent
ad reedificationem arimineñ. ciuitatis:
que circa annos domini. cccx. reparari ce/
pit: contigit vt ex dalmatie partibus duo
magiſtri dolandorꝫ lapidum aduenirent:
videlicet marinus ⁊ leo qui ex arbeñ. ciui
tate oriundi chriſtiani ab infantia dño ſer/
uiebant: de labore manuũ ſuarum paupe
ribus elemoſynas tribuentes. Hi ad pre-
dicte arimineñ. ciuitatis reedificationem
venientes: viderũt plures chr̄ianos de ſua
prouincia per perfectos operuȝ in odium
chriſtiane fidei iuſſu principium iniuſtis
ponderibus aggrauari: ⁊ ceperunt eos in
ſuis laboribus adiuuare. Poſt aliquot ve/
ro dies marinus aſellum emit: quatenus
illius adminiculo fratribus ſuis in portã/
dis lapidibus ſubueniret. Deinde ad mõ-
tem titanum accedentes ad ſaxa exciden
da ibidem cũ aliis operariis triẽniũ pege-
runt. Poſt annos vero tres leo cũ paucis
comitibꝰ perrexit ad montẽ feliciani: qui
mons feretri nũcupaꝫ: vbi ſibi cellam con
ſtituit: ⁊ deo ſeruire cepit: anachoriticam

vitā ducens. Marinus vero cū aliis xpianis ad ciuitatem arimineñ. reparandā remanſit: vbi vſq3 ad operis pfectionez perſeuerauit: chriſtianos in laboribus adiuuans ⁊ eis vt poterat charitatiue miſtrās. Nec propter laborem corporeum orationes ꝑtermittebat: aut ieiunium: ſed quāto plus carne affligebatur: tanto in laboribus fortior videbatur. ¶ Completo vero ciuitatis edificio ipſe ciuitatem aliam nō manufactam in celis edificare cupiēs: predicationis officio diligenter inſtare cepit: multoſq3 gentilium etiam ex ipſis idolorum ſacerdotibus ad chriſtum conuertit. Interea dum antiquus hoſtis euz perturbare a diuino opere moliretur: quandam mulierem adeo dementauit: vt effecta inſana de partibus dalmatie ariminuz vſq3 veniret: marinum vti virum ſuum legitimuz requirendo. Quem vt inuenit ipſuz importunis precibus vt ſe eius coniugez ſuſciperet flagitauit. Quam vbi marinus admiratus deſpexit: illa inſana preſidem adiit: marinum vti virum ſuuz expetiit: ⁊ de chriſtianitate accuſauit: Quod cuz vir dei cognouiſſet: ad radices montis titani nocte latenter aufugit: ⁊ ibidem in antro ſe artiſſimo collocauit: vbi anno integro manens faciem hominis non vidit: ſoliis agreſtibus herbis ⁊ aqua de rupe liquāte poſt nonam quotidie refectus. Tunc diabolus vt eum terreret: omne ferarum genus ⁊ diuerſa monſtra ei vlulantia pretēdebat. Sed vir domini fixus in ſancto ꝓpoſito perſiſtebat. Poſt annum a bubulcis greges in monte paſcentibus inuētus ⁊ agnitus eſt: famaq3 eius ciuitatem delata mulier illa veſana ad locum acceſſit: et marinum aggreſſa in hortulo ferentem inuenit: ipſumq3 vt ſibi adhereret inſtanter impetere cepit. Qui ſigno crucis contra eam edito: hoſtium cellule in faciem eius clauſit: ⁊ diebus ſex continuis nullū ſumens cibum in oratione perſeuerauit: poſt quos mulier ab imundo ſpiritu liberata: deluſiones diabolicas cognoſcēs veniam petiit: ⁊ ad vrbem rediens omnia nefanda que comiſerat a diabolo deluſa publice reſerauit. ¶ Cum autem fama viri dei creſcente a multis frequentaretur: edificauit eccleſiam in honore beati petri apoſtoli. Et dum quidaz ex ciuibus ad eū accederet: vt eum ex liuore inuidie tāq3 magnum inde repelleret: orante marino ſubito omnibus membris corporis deſtitutus: etiam ipſa lingua obmutuit: ita vt nec ſe poſſet mouere: nec verbum proferre. Quod mater eius per nutus intelligens ad marinum acceſſit: ⁊ filio ſuo gratiam ⁊ ſanitatem precibus impetrauit. Quos cum gentiles eſſent: marinus ad chriſtum conuertit: ipſoſq3 ⁊ omnem eorum familiam numero quinquagintatres baptizauit. Eodem autem tempore gaudentius epiſcopus ariminenſis directus ad ipſam vrbem a romano pontifice audita fama ſanctorum leonis ⁊ marini: eos ad ſe per litteras accerſiuit: ⁊ leonem in preſbyterum marinum vero in diaconuz ordinauit. Dum autem redirent: ⁊ vrſus aſinum marini deuoraſſet: ipſe vrſum capiſtro alligauit: ⁊ vt ipſum ad locum ſuuz deferret vicem aſini ſupplens imperauit: quod vrſus cuz omni manſuetudine perfecit. ¶ Exorta vero heresi a martiano ꝑſbytero arimineñ. que miro modo eccleſiam perturbauit: cum chriſtianos iteruz heretici perſequerētur: ⁊ gaudentius epiſcopus cum pluribuſq3 aufugiſſet: marinus in cella ſua perſeuerauit: nulloq3 fugientium chriſtianorum timore perterritus inde remoueri potuit: Sed vſq3 ad finem vite indeſinenter in vite ſanctitate perſiſtēs anno domini. cclvii. pridie noñ. ſeptembris quieuit in pace. Sepultuſq3 eſt in cellula ſua in titano monte: qui vocatur pena ſancti marini.

¶ De ſcō Marcello mar. C.XXXVIII.

Marcellus martyr paſſus eſt in ciuitate cabiloneñ. ſub perſecutione antonini imperatoris. Cum enim ſanctus photinus epiſcop⁹ cuȝ alijs. xlviij. apud lugduñ. comprehenſus eſſet ⁊ in vno carcere quinquaginta chriſtiani incluſi eſſent. Et his omnibus marcellus ⁊ valerianus nocte ab angelis vocati pariter ac ſoluti dimiſſi ſunt. Et marcellus quidem ſequanoruȝ: valerianus vero e duorũ prouincias petierunt. Itaqꝫ marcellus cabilonem deueniens: dum a preſide priſco ad prophanum idolorum conuiuiuȝ fuiſſet inuitatus: ⁊ huiuſmodi epulas execrans: omnes qui aderant idolis ſeruientes libera increpatiōe corriperet: ab eodem preſide in arbore vinculis per ramos aſtrictus omnibuſqꝫ corporis mēbris totus deniqꝫ flagellis ceſus: deinde depoſitus tormentis pluribus afflict⁹ eſt. Et dum chriſtum in omnibus confiteretur conſtantiſſime: inaudita crudelitate iuſſu preſidis erectus ⁊ vſqꝫ ad cingulum terre defoſſus ⁊ obrutus eſt. Qui triduo in confeſſione domini perſeuerans ſpirituȝ deo dignum reddidit pridie noñ. ſeptembris. Sepultuſqꝫ eſt in eadem ciuitate. Cuius ſepulchrũ a gunterano rege aureo ciborio exornatum eſt: valerianus vero paſſus eſt in edueñ. ciuitate: vt dicet infra xvij. calendas octobris.

De ſcō Bertino abbate. Ca. XXXIX.

Bertinus abbas ex ciuitate conſtantia oriundus claruit. Qui cum numolino: ⁊ ebertramio propriam patriam relinquentes ad ſanctum audomarũ epiſcopũ morineñ. venerunt. A quo ad predicandum miſſi officiuȝ legationis fideliter impleuerunt. Cum autem adoaldus predines filium non haberet: de conſilio ſancti audomari chriſto placere cupiens maximam partem facultatum ſuarum predictis tribus ſanctis contulit ad monaſteriũ in honorem beati petri apoſtoli cōſtruendum. Quod ⁊ factum eſt. Dum autē ſanctus bertinus cuȝ predictis in ipſa adhuc ciuitate reſideret: decedente acatio eiuſdem vrbis epiſcopo: Numolinus ad epiſcopatum prouehitur. Ebertramius vero ab eodem facto epiſcopo monaſterio ſancti quintini preficitur. Sanctus vero bertinus aptiorem ſibi deo ſeruiendi locum requirens: dei ſe diſpoſitioni committens naueȝ aſcendit. Et angelico ductu ſine remo vel remige cōtra ictum fluminis vſqꝫ ad locum a deo preuiſum deuenit: vbi de bonis ſibi collatis ab adoaldo monaſteriũ nomine ſcytbim in honorem apoſtoloruȝ principis conſtruxit. Ibiqꝫ monachorum multitudinem congregauit: quib⁹ ⁊ deo ſeruiens laudabiliter prefuit. Et in chriſto quieſcens miraculorum gloria clarēs ibidem ſepulturam accepit. Cuius feſtuȝ colitur nonis ſeptembris.

De ſancto Victorino epiſcopo et martyre. Cap. XL.



Victorinus epiſcopus ⁊ martyr apud vrbem romā paſſus ē tempore nerue iperatoris. Qui ex territorio amiternine ciuitatis ortus: cũ poſt obitum parentuȝ vna cum ſeuerino fratre ſuo: omnia pro chriſto diſpenſaſſent ſe inuicem pedagogātes pariqꝫ cuſtodia mutuo ſeruiētes nudi eremum petierunt: Uerum victorinus ad altiora tendens relicto fratre artiſſime cellule ſe recluſit: ibiqꝫ dudum penitētie operibus vacauit. Sed dum nocte quadam diabolus ei in ſpecie puelle vagantis ⁊ flētis ac hoſpitium requirentis appariſſet ille miſericordia motus eam introduxit.

Et dum eis iacentibus pes pedem tange
ret corde magis tactus ꝛ ſpecie prius atq;
blanditiis allectus cũ ea cõcubuit: morq;
demon vt fumus euanuit. Ad ſe autem re
diens ſanctus ad germanuz acceſſit: ꝛ ca
ſum deplorans penitentiam egit. Naz in
arbore ſciſſa manus includẽs modico her
barum cibo ꝛ aqua a fratre ſubſtentatus
per triẽnium peccatum ſuũ defleuit. Tan
dem ab epiſcopo ciuitatis viſitatus: ꝛ mo
nitus ac ſolutus in maxima ſanctitate per
ſeuerauit: miraculiſq; radiauit. ¶ Dein
de promotus eſt ad epiſcopatuz amiterni
ne ciuitatis populo ipſius ipſum eligente.
Inde poſtmodum ſub imperatore nerua
cum eutyce ꝛ marono ab aureliano iudi
ce pro chriſti nomine relegantur. lx. ab vr
be miliario via ſalaria. Poſtmodum autẽ
in loco qui cotilas dicitur: vbi putentes ꝛ
ſulphuree emanant aque capite deorſum
per tres horas ſuſpenſus eſt. Et deinde ꝑ
triduuz in carcere clauſus. Nouiſſime gla
dio capite ceſus victor migrauit ad chri
ſtum non. ſeptembris. Cuius corpꝰ ciues
amiterneñ. poſt duos dies rapientes in ipſa
ciuitate honorifice condiderunt.

¶ De ſcõ Victorino ꝯfeſ. Ca. XLI.

Victorinus confeſſor claruit
rome tempore conſtãtij im
peratoris. Hic carthagineñ
rhetor illuſtris i vrbe roma
florentiſſime dum paganus
eſſet rhetoricam docens in
traiani foro ſtatuam meruit: hieronymuz
preſ byterum cardinalem inter alios inſi
gnes auditorem habuit. In ſenecta autẽ
ad fidem chriſti cõuerſus: aduerſus arriũ
libros adeo ſcripſit obſcuros: vt niſi ab
eruditis intelligantur: cõmentarios etiaz
in apoſtolum edidit: vt dicit hieronymus
libro de illuſtribus. De hoc refert ꝛ augu
ſtinus libro confeſſionum: ꝙ dum victori
nus ad fidem perueniſſet: ꝛ cuz ſimplicia
no viro dei ſepius colloquium habẽs chri
ſtianum ſe diceret: ꝛ ſimplicianus reſpon
deret: ꝙ ei hoc non crederet: niſi ipſuz in
eccleſia videret. Ille iocando interroga
uit: an parietes facerent hominẽ chriſtia
num. Tandem dum ad eccleſiã deueniſ
ſet: ꝛ ei tanq̃ verecundo occulte liber in
quo erat ſymbolum fidei: ad legenduz da
tus fuiſſe victorinus in altum ambonem
aſcẽdit: ꝛ alta voce publice ſymbolũ ꝓnũ
ciauit: ꝛ extunc ꝙ chriſtianus eẽt cunctis
inotuit. Qui vita ꝛ doctrina clarus in vrbe
cũ pace quieuit: ſepultus in pago veſtieñ.

¶ De ſcõ Zacharia ſacerdote. Ca. XLII.

Zacharias ſacerdos filius io
iade ſiue barachie: cuiꝰ ſan
ctitas ab ipſo chriſto domi
no ex textu euãgelico com
mendat̃ matthei. xxiij. ca.
claruit in iudea ſub tempore ioas regis iu
de. Qui ꝛ patri ſummo ſacerdoti d̃functo
in pontificatu ſucceſſit: eidẽq; in vite ſan
ctitate per oĩa ſimilis fuit. Cũ enim mor
tuo ioiada ſacerdote: qui ioas regez iſrael
in legẽ dñi ſeruãdum direxerat: Ioas rex
a via mãdatoꝝ dei declinaſſet: ꝛ poſt ido
la domus iſrael ambulaſſet: cuius exẽplo
etiã regni optimates viciati ſunt: Zacha
rias ſacerdos boni patris imitator publi
ce redarguere non dubitabat. Unde indi
gnatus rex fecit eum obrui lapidibꝰ inter
templum ꝛ altare. Qui ꝛ ſepultus eſt in ci
uitate dauid in ſepulchro paterno. ¶ In
cuius mortis vltionem ſe teſtimoniũ duo
notabilia apparuerũt. Primũ vt dicit hie
ronymꝰ: ꝙ ſanguis eiꝰ in ſaxis ꝛ lapidibus
pauimẽti: vbi occiſus eſt: adeo fuit impreſ
ſus: ꝙ inde nunq̃ deleri potuit. ¶ Secũ
dum vt dicit epiphanius: ꝙ extunc popu
lus in templo nõ accepit manifeſte reſpõ
ſum: nec ex dabir: nec ex ephoth. Rex ẽt
ioas impune nõ tranſiuit: nam langorem
peſſimũ incurrẽs a duobus ſeruis ſuis in
terfectus eſt. Hec ex libro paralipo. ij. cap.
xxiiij. ꝛ ex dictis hieronymi atq; ex hiſto

ria ſcholaſtica. Huius ſancti paſſionē; q̄ dies eius feſti certus non habetur: infra ſcripto eiuſdē nominis prophete propter equocationē vocabuli ꝑmittere decreui.

¶ De ſcō Zacharia ꝓpheta. Cap. XLIII.



Zacharias ꝓpheta filius barachie filii addo poſt captiuitatem iudaici populi ī anno ſecundo darij primi regis perſaꝝ in hieruſalē ꝓphetauit duobus videlicet menſibꝰ poſt aggeum prophetā: de quo ſupra dictum eſt. iiii. non. iulii. Propter quod aggeus zacharie in ordine ꝓphetarum premittitur. Prophetauit autē zacharias eadem occaſione qua ⁊ aggeus. Cum enim in anno primo cyri regis perſarum vt impleretur ſermo domini ex ore hieremie: vt habetur primo eſdre in principio data eēt licentia populo iſrael redeundi in iudeam. Et a ſenioribus ⁊ populo tēplū domini in hieruſalē reedificari cepiſſet: mortuo cyro rege perſarum ⁊ regnante cambyſe: vicine gentes odio iudeorū inſtaurationem templi ⁊ ciuitatis impediebāt. Unde ⁊ opus intermiſſum eſt vſqȝ ad annum ſecundum darij regis perſarum. Et tunc zorobabel olim darij prefati intimꝰ: cū ipſum regnare audiuiſſet: fiducialiter opus aggreſſus eſt. Zacharias quoqȝ propheta a deo miſſus tam ipſum zorobabel q̄ ieſum filium ioſedech ſacerdotem magnum de quibus ſupra dictum eſt idibus iulij in ipſo opere eos exhortari viſus eſt: populus quoqȝ exhortationem dictorum prophetarum audientes: eos adiuuare ceperunt. ¶ In lectione autem ſua intēdit: propheta non ſolum populum ad reedificationem templi domini confortare: ſed etiam eos ab imitatione paternoꝝ criminum reuocare. Ideoqȝ ieſum ſordibus indutum ſe vidiſſe memorat: quod ad filios eius referendum eſt: qui vxores alienigenas duxerunt vel etiā ad populum vitiis ſordidatum: quos ille cum eſſet pōtifex non arguebat. Myſtica quoqȝ plura ſacramenta de chriſti aduentu ⁊ paſſione in eius lectione comprehenſa ſunt: que ꝑ ſingula explicare longum eēt. Quieuit autem hic propheta in pace in iudea annis pluribus reedificato templo. viij. idus ſeptembris. Sepultus iuxta ſacerdotū monumenta in hieruſalem. Et hic ex numero. xij. prophetarum eſt: qui minores dicti ſunt: qui in ſanctorum patrum catalogo eccleſiaſtici. xlix. cap. conſcribuntur. Hec hieronymus: ⁊ ioſephus: ⁊ ex hiſtoria ſcholaſtica comeſtoris ſumpta hētur.

¶ De. ſ. Oneſiphoro diſciplo. C. XLIIII.

Oneſiphorus diſcipulus pauli apoſtoli: de quo idem ſecunda epiſtola ad timo. mētionem facit eiuſdem apoſtoli imitator ⁊ peregrinationis eius comes pluribus annis fuit: ⁊ ei in miſterio deſeruiuit. Et hic predicationis officio fideliter peracto apud vrbem romam poſt pauli paſſionē in pace quieuit octauo idus ſeptembris: vt ait hieronymus.

¶ De ſanctis Donatiano preſidio ⁊ ſociis martyribus. Cap. XLV.

Donatianꝰ: preſidiꝰ: māſuetꝰ: germanus: ⁊ fuſculus epiſcopi perſecutiōe vandalica apd aphricam paſſi ſunt. Qui iuſſu hunerici regis arriani pro aſſertione veritatis catholice fuſtibus ceſi: ⁊ exilio damnati ſunt tempore videlicet quo eugenius carthagineñ. epiſcopus petebat: vt de vniuerſo orbe ad diſputādū catholici epiſcopi conuenirent: quia de fide communi agendum erat: vt dictū ē ſupra in paſſione eugenij. iij. idus iulij. Tunc enim predictus rex impius memo

ratos ſanctos epiſcopos in auditos rele-
gauit: ⁊ eccleſias clauſit: aliaſq; innume-
ras pſecutiones intulit chriſtianis: vt ſcri-
bit victor aphricanus. ¶ Inter alios autē
letum epiſcopum ſtrenuū ⁊ doctiſſimū:
poſt diuturnos carcerū ſqualores incen-
dio concremauit. Ceteri vero prenomi-
nati pontifices fame ⁊ inopia in exilio de
fecerunt. Quorum omnium feſtum reco-
litur. viij. idus ſeptembris.

¶ De ſcō Eleutherio abbate. C. XLVI.

Eleutherius abbas claru-
it apud ſpoletum ⁊ in vr-
be roma tempore bti gre
gorij pape. Qui monaſte
rij ſancti marci euangeli-
ſte: quod in pomerijs vr-
bis ſpoletane ſitū eſt abbas fuit. De quo
fertur inter cetera: ꝙ orando mortuum
ſuſcitauit. ¶ Quadam die dum iter cape
ret: facto veſpere ad monaſterium virgi-
num declinauit. In quo puer paruulus
erat: quem malignus ſpiritus omni no-
cte occupare conſueuerat. Quem ea no-
cte ſanctimoniales ad iacendum cū eleu
therio poſuerunt. Factoq; mane cum ille
moniales requiſiſſent abbatē: an aliquid
ipſa nocte puero contigiſſet. Illeq; de ta
li interrogatione miratus: nihil ei conti-
giſſe reſponderet: cauſam pueri viro dei
innotuerunt: rogantes eum vt puerū ſe
cum ad monaſterium tolleret: quia iam
de cetero vexationē eius ipſe videre nō
poſſent. Ductus ergo ad abbatis cenobi-
um: cum dudum ibidē fuiſſet: nec ad eū
demon accedere preſumpſiſſet: animus
viri dei de pueri ſalute immoderatius p
letitiam tactus eſt. Et die quadam corā
fratribus dixit: ꝙ diabolus cum illis ſoro
ribus iocabatur: vbi vero ad ſeruos dei
ventum eſt: ad puerum accedere vlterius
non preſumpſit. Poſt hec verba hora ea-
dem ac momento coram cunctis fratri-
bus puer a demone vexari cepit. Statim-
que vir dei ſe in lachrymas dedit fratri-
buſq; omnibus vt orarent precepit. Pro
teſtans ꝙ nullus eadem die panē guſta
ret: niſi prius dominus puerū liberaret.
Et eo vſq; oratum eſt: donec puer a vexa
tione ſanaretur. Ad quem de cetero mali
gnus ſpiritus accedere non preſumpſit.
¶ Hic ſanctus dudum cum beato grego
rio in vrbe in ſuo monaſterio conuerſat⁹
eſt: vt ipſemet refert. Cum autem grego-
rius egritudinem quam greci ſyncopim
vocant grauiſſime pateretur: ⁊ niſi ſepius
cibo reficeretur: vitalis ſibi ſpiritus inter-
cidi videretur: paſchali die adueniente:
cum ſacratiſſimo ſabbato reſurrectionis:
omnes etiam infantuli ieiunarent: ⁊ gre-
gorius amariſſime fleret: ꝙ ieiunare non
poſſet: rogauit ſecreto eleutherium abba
tem: quatenus ſua oratione a domino ei
tantam virtutem impetraret: ꝙ ipſe ieiu
nare poſſet. Quod ⁊ factum eſt: Uir enī
domini in orationem ſe poſuit tantamq;
ſubito virtutem gregorij ſtomachus ac-
cepit: vt tante ſe fortitudinis ad veſpe-
rum ſentiret: ꝙ ſi voluiſſet etiam vſq; ad
diem ſequentem ieiunium tranſferre po
tuiſſet. ¶ Ipſe autē vir ſanctus in eodē
monaſterio inter brachia gregorij ſpiritū
feliciter emiſit octauo idus ſeptembris.
Hec ipſe gregorius tertio dialogorum ca
pitulo trigeſimotertio.

¶ De ſancto ioanne mar. Cap. XLVII.



Ioannes
martyr apud nicome-
diam paſſus ē ſub dio
cletiano ⁊ maximia-
no imperatorib⁹. Hic
et nobilibus parenti-
bus ortus honore ⁊ di
gnitate ſcli illuſtris: ni
mio calore fidei igni-
tus: vt vidit aduerſus ſeruos dei in foro
crudelia edicta pēdē: publice ſpectāte po

pulo: librū iniq̄ue legis in quo aduerſus
chriſtianos decreta inſcripta erāt: iniecta
manu detraxit atqȝ diſcerpſit. Cūqȝ hoc
relatum eſſet diocletiano auguſto in eadē
vrbe conſtituto: nimia in eum continuo
crudelitate deſeuiens: omnia ſuppliciorū
genera iuſſit expendi in eum. Qui vir no-
biliſſimus tanta alacritate vultus ac ſpiri-
tus ea pertulit: vt nec quidem triſtis pro
bis videri potuiſſet. Et cum viſcera in ſup
plicijs defeciſſent: ſpiritus letabatur in ce
lo. Ita vt ipſe potius tormenta vincēs q̄
ab eis victus: animā celo redderet glorio-
ſam. vij. idus ſeptembris: vt habet. viij. ec
cleſiaſtice hiſtorie libro.

¶ De ſcā Regina virgine ⁊ m̄. C. xlviij.

R Egina virgo paſſa eſt apud
aliſiam ciuitatē ſub olibryo
prefecto. Que fuit filia cle-
mentis cuiuſdam gentilis
de aliſia ciuitate. Et cuȝ eēt
annorum. xv. ignorante pa
tre latenter in chriſtum credidit: ⁊ baptiſ
mum ſuſcepit: atqȝ virginitatem ſuaȝ do
mino conſecrauit. Dum autem olibrius
prefectus tranſiret de aliſia in maſſiliaȝ ci
uitatem videns puellam: ⁊ allectus eius
pulchritudine ipſam ſibi preſentari fecit.
Quam cum interrogatam chriſtianam co
gnouiſſet: in carcereȝ miſit: vſqȝ ad reditū
ſuum reuerſus aūt ad ciuitatē aliſiaȝ: poſt
imolationes dijs ſuis factas puellaȝ addu
ctam ⁊ ſacrificare nolenteȝ: iuſſit in equu-
leo leuari: ⁊ virgis diutius cedi: ⁊ poſt hec
vngulis lacerari: ita vt tam ipſe q̄ aſtātes
horrentes ſanguinem virginis defluentē
facies operirent. Que cuȝ omnia ſuperaſ-
ſet: iterum carceri traditur. Sed cruce au-
rea ad celum vſqȝ pertingente atqȝ colū-
ba celeſti ſuper crucem ſtante: atqȝ ad eā
aduolante reficitur ⁊ confortatur. Iteruȝ
quoqȝ poſt duos dies educitur: ⁊ iterato
ſuſpenditur: ac candentibus laminis in-
flammatur. Deinde manibus ac pedibus
vincta: in vaſe aque frigide demergitur
vt ex penarum contrarietate durius tor-
queretur. Statimqȝ terremotu facto: vin
cula eius dirupta ſunt. Et columba prior
de celo deſcendens coronam gēmatā ca-
piti eius impoſuit voxqȝ diuinitus lapſa:
eam ad celeſtia inuitauit. Quo viſo mira-
culo. Dcccl. gentiles conuerſi ſunt. Nouiſ-
ſime autem prefectus ipſam decollari fe-
cit. Cuius animam cunctis videntib⁹ ad
celos angeli portauerunt. Sepultaqȝ ē ali
ſie. vij. idus ſeptembris.

¶ De ſcō Euurcio ep̄o. Ca. XLIX.



Euurci⁹
aurelianeñ. epiſcopus
floruit tempore cōſtā-
tini. Hic eccl'ie roma-
ne ſubdiaconus fuit.
Cum autem apud au
relianum poſt obituȝ
ſancti deuiſiani epiſco
pi de ſucceſſore ageretur: ⁊ ſecūdum car-
nalem dilectionem duo ſub contentione
electi fuiſſent: ſeditioqȝ vſqȝ ad ſanguis
effuſionem orta eſſet. Miſſus eſt porphy-
rius prefectus ad ſeditionem ſedandam.
Ipſe autem ep̄os gallie conuocauit ad di
uinum auxilium implorādum: quibus cū
clero ⁊ populo triduo ieiunantibus ⁊ orā-
tibus. Euurcius ad duos fratres ſuos ca-
ptiuos requirendos veniens ad galliam:
aurelianum ingreſſus ⁊ apud quēdaȝ ci-
uem eſt hoſpitatus: A quo cū de diſcenſio
ne didiciſſet: mane ad eccleſiā ex charita-
te cū ceteris oraturus venit: ⁊ iuxta ianuā
incognitus ſtetit. Cunctis autē proſtratis
colūba niuea de celo volitans: p feneſtraȝ
ingreſſa ſingulos circuiens: ⁊ q̄ſi dignum
explorās ſup caput euurcij reſedit: ſed ab
eo quaſi eiecta ad celos auolauit. Qđ mi-
raculū cuncti ſtupentes: ſed adhuc de pſo
na dubitantes: eo q̄ aliqui: ſup quē inſe-
derat: dubitabant. Euurcium inter epiſco

pos duxunt: ⁊ iterum ad deum orauerūt: ſecundo miraculo plenius edoceri. Rurſus igitur colūba deſcēdit: ianuamq̧ penetrans euurcium non inuenit: cunctoſq̧ ꝑ circuitum eccleſie luſtrans ſup caput eius tandē ſecundo reſedit. Sicq̧ ipſum oēs in epiſcopum elegerunt. ¶ Uerum dum in die anniuerſarij ſui ciuitas caſu igne accenſa eēt: oratione ſua mox ignem compeſcuit eccleſiamq̧ iam ſemiuſtam ampliorem reparari mandauit. Cunctis autē ciuibus fabrice ſponte contribuētibus duz ad fundamēta locanda fodiſſent: ollaz auro plenam inuenerant: quam ſanctus vti reipublice pertinentē ad imperatorē miſit. Ipſe autē miraculum audiēs non ſolū theſaurum reptum remiſit: ſed tantundē de ſuo duplicauit pro fabrica eccleſie inſignius ꝑanda. Inſup ⁊. vij. calices aureos eidem donauit. ¶ Eodē autem tēpore dum epiſcopus ſueſſionis ad corpora martyrum criſpini ⁊ criſpiniani oraret: vidit peregrinos quoſdam quos qui eēnt interrogans: a duobus ex eis audiuit: ꝙ eſſent germani cuiuſdaz euurcij eccleſie romane ſubdiaconi: qui ab hoſtibus capti ⁊ vidue cuiuſdam venditi: dudum in ſeruitute detēti: ad ipſam vrbē pro agendis domine ſue fuerant miſſi. Quod epiſcopus audiens ꝓdicta euurcio denunciauit. Illeq̧ miſſo ꝑcio pro eorum redēptione fratres repetiit quos liberator duplicato gaudio aureliani ſuſcepit. Eccleſia autē edificata eſt tribus annis ⁊. iij. noñ. maij dedicata: multis ibidē conditis reliquijs ex diuerſis partibus recollectis. ¶ Dum autē ipſe primus in altari dedicato celebraret viſa ē ab ardeno eius ſubdiacono ⁊ alijs duobus: manus celeſtis in hora conſecrationis oblatam benedicēs. Quo miraculo. vij. milia paganorum conuerſa ſunt. Euurcius vero obitum ſuum ciuibus prenunciauit: eoſq̧ vt abbatē amanum ſibi ſucceſſorē eligerent confortauit. Cū autē ipſe egrotaret. ⁊ de eligendo paſtore etiā iam diſcordia orta foret: ⁊ euurcius triuz illorum nomina pro quibus ſeditio imminebat in ſchedulis ſub altari poni feciſſet: miſſoq̧ puero mane: qui vnaz ex illis diuino nutu tolleret: vt ꝑ hoc a deo eligēdum diſcerēt: puer priuſq̧ ſchedulam acciperet: amanum epiſcopum acclamauit. Sicq̧ euurcius vij. idus ſeptembris in chriſto quieuit: ⁊ prout ei a deo reuelatū fuerat amanus eidem ſucceſſit.

¶ De ſancto Dunſtano epiſcopo ⁊ confeſſore. Cap. L.



Dūſtanꝰ archiepiſcopus cantuarieñ. floruit tempore eldeſtani regis. Qui ex anglie partibꝰ parētibus genere ⁊ fide nobilibꝰ: cū adhuc infans ad eccleſiā dei genitricis cum oblationibus delatus eēt: illis in oratione ꝑnoctantibus: apparuit vir etherei vultus: dicēs locum illuz ſublimandum puerum ibi deo relinquēdum: ipſumq̧ ꝑ ſecula beatum predicandum. Poſt hec cum puer grauiter langueret repēte noctis medio celitus ſanatus ex domo procedit. quibuſdam eum inſequētibus ⁊ obſeruantibus eccleſiam adit: mediaq̧ via canes latrantes eiq̧ iter impedictes: dum quoddam ſimulacrum obſiſtens virga ꝑcuſſit: ipſum confringens in fruſta canes effugauit. Ueniēs autem ad eccleſiam ianuas clauſas inuenit: ſcalam qua tectum reſartiētes aſcendebant conſcēdit: ⁊ ab alia parte intra eccleſiaz quo nullus deſcē ſus erat: angelicis manibus euectus deſcendit: vbi apta ianua in eccleſia dormire repertus ē lumine celeſti perfuſus. ¶ Puerilibus igitur annis deo ſeruiēs varijs artibus exercitatus muſicis ſonis inſtuduit. Factuſq̧ iuuenis ab atelio

epiſcopo cantuarieñ. regi eldeſtano com
mēdatus in palatio māſit. Ubi obtento a
rege iudicis officio in omnib⁹ ſtrenue ſe
habebat: nunc iuſtitie reddende: nūc ora
tionibus vacans. ¶ Rogatus a quadam
matrona dum ſtolā ſacerdotalē pingeret
aurifactorio opere figurādam: cithara ei⁹
parieti appenſa ſine alicuius mouētis im
pulſu per ſeipſam ſonare cepit: ⁊ antipho
nam Gaudent in celis anime ſanctorū. in
ꝓprio tono decantare. ¶ Dum autē ab
emulis apud regem de quibuſdā cauſare
tur curiā deſeruit: ⁊ cognatū ſuum elphe/
gū epm ventanū adiit: A quo dudū pul
ſatus vt monachus fieret: diuqꝫ reſiſtēs.
Poſtea febre correptus demū conualuit.
Subitoqꝫ mutatus ⁊ monachus effect⁹:
deinde preſbyter conſecratus in eccleſia
dei genitricis māſit: apud quā cellā vel
poti⁹ antrū edificauit. Nā in tugurio qn/
qꝫ pedū longitudinis ⁊ duorū pedū cum
dimidio latitudinis ſe incluſit: in quo du
dū contemplatiōi vacauit: multaſqꝫ dia
boli tentamēta ſuperauit. ¶ Cū die qua
dā demon ei in ſpecie puelle apparuiſſet:
ad cuius ꝑces dunſtanus qd fabrile face/
ret: demonqꝫ ei operāti quedam luxurie
verba ꝓponeret: vt eius ꝓpoſitū inqna
ret: ipſe tenacula ignita diabolū in faciē
ꝑcuſſit: qui mox vlulādo euanuit. Succe
dēte vero eadmūdo regi eldeſtano: dun/
ſtanus accepta ptāte cepit eccleſiā ⁊ ceno
bium conſtruere ſcdm exemplar quod ei
angelus demonſtrauerat in viſione: vbi
cōgregationē inſtituit monachoꝝ: ſpm ēt
ꝓphetie in multis hēre viſus eſt. Nam et
mortē regis eadmundi. vij. diebus ante
ꝑdixit: ⁊ vt predixerat ſic euenit. Cui⁹ ſuc
ceſſor edredus dūſtanum ad epatū vē/
tanum ꝓmoueri ſuadebat: ſed ille oino
renuebat. Nocte vero quadam eidē ap
paruerūt ſancti apoſtoli petrus ⁊ paulus
⁊ andreas: eum admonētes ne epiſcopa
ri vlterius contēneret: ſed dei ſe volunta
ti ſubiiceret: Predixeritqꝫ ei: ꝙ poſt mor
tē dicti regis non ventañ. eccleſie eps: ſꝫ
cantuarieñ. archiepiſcopus futurus eſſet.
Qđ ⁊ fcm̄ eſt. Mortuo enī edredo rege:
⁊ ſuccedente ei edgaro: de mandato ipſi
us dunſtanus archiepiſcopus cātuarie eſt
electus. Cui⁹ eccleſie regimini adeo lau
dabiliter ꝑfuit: ꝙ cunctis pplis admirabi
lis reuerentie fuit. ¶ Cum aūt clericorū
quorūdā mores ⁊ actus reformaret: ⁊ qſ/
dā rebelles beneficiis ſpoliaſſet: ad eorū
ſuggeſtionem rex concilium celebrari fe
cit: in quo archiepiſcopus ſe de multis ſi
bi obiectis purgauit. Et dum rex peteret
vt priuatos ad eccleſias reuocaret: audi/
ta ē vox crucifixi depicti de cruce: hoc fie
ri prohibentis. ¶ Poſt aliqđ tēpus iterū
dunſtanus de ꝑdictis cauſat: ⁊ ad palatiū
vocat. Cūqꝫ ipſe ſe deo diiudicandū cō
mitteret: pars ſolarij dom⁹ vbi eius emu
li ſtabāt ſubito corruit: ⁊ ipſos ſimul ruen
tes ſub machina oppreſſit. Alia vero par
te firmiter permanente: archieps ⁊ cete
ri remāſerūt illeſi. Tandē poſt multos la
bores vir dñi iam ſenex annorū. lxxx. in
dño feliciter obdormiuit. vij. idus ſeptē
bris: ſepult⁹ in eccleſia ſua miraclis clar⁹.

¶ De ſcō Clodoaldo pſbro. Cap. LI.

Clodoaldus preſbyter flo/
ruit apud pariſiū ciuitatē
tēpore iuſtini ſenioris. Dic
fili⁹ regis colodomitis fra
tribus ſuis a patruo lotha
rio extinctis: anno ꝑfati im
peratoris. iiij. mundū deſeruit: ⁊ in cleri
cali gradu ꝑmanuit. vt ait ſigibert⁹. Qui
omni ſuo patrimonio pauperibus eroga
to: vilibus indut⁹: ⁊ carnē cilicio domās:
nudeqꝫ terre decubās: pnie operā dabat.
Relicta igit̄ patria ciuitate: venit ad aliā
prouinciā ignot⁹: deo cupiēs liberius de
ſeruire. Miraculorūqꝫ gloria claruit. Nā
⁊ demones effugabat: mutis loquelā: ce
cis viſum: ſurdis auditum: claudis greſ

ſum tribuebat. Cum cuidam pauperi ab
eo elemoſynam petenti quid daret non
haberet: cucullam eidē prebuit: Pauper
vero nocte in domo cuiuſdam viri hoſpi/
tat⁹ eſt: cucullā veſtitus. In ipſa nocte vi/
dit vir ille pauperē quaſi clara luce indu/
tū: qḋ ꝛ coniugi ſue oſtēdit. Factoqꝫ ma/
ne cucullā ei datā a ſancto clodoaldo di/
dicit: ꝛ lucē quā viderat ipſi⁹ charitati at/
tribuit. Sicqꝫ viri dei fama percrebuit.
Reuerſus tandem pariſius: ab euſebio
epiſcopo preſbyter ordinatus: monaſteri
um in loco qui dicitur nouigentū cōſtru
xit: in quo in pace quieuit. vij. idus ſeptē
bris. Ibiqꝫ ſepultus miraculis viuit.

¶ De natiuitate ſcē Marie ṽgis. C. LII.



Nati
uitas glori/
oſe virginis
marie ex
tribu iuda
ꝛ regia ſtir/
pe dauid du/
xit originē.
Mattheus
tamen ꝛ lu
cas non ge
nerationē
marie: ſed ioſeph deſcribunt: qui tamen
a conceptiōe chriſti penitus alienus fuit:
quia conſuetudo ſcripturarum erat vt nō
mulierum: ſed virorum generationis ſe/
ries texeretur: Veriſſime tamē virgo ma
ria ex progenie dauid deſcendit: quod ex
hoc precipue patet: quoniam vt ſepe ſcri
ptura teſtatur: chriſtus ex ſemine dauid
duxit originem. Cum ergo chriſtus ex ſo
la virgine natus ſit: manifeſtum eſt ꝛ ip/
ſam ex dauid natam eſſe: ꝛ hoc ex cate/
na nathan. ¶ Dauid enim inter ceteros
habuit duos filios: nathan ſcꝫ. ꝛ ſalomo/
nem. Ex catena igitur nathā: vt ait dama
ſcenus: leui genuit melchi ꝛ pantheram:
panthera genuit barpantheram: barpan
thera genuit ioachim: ioachim virginem
mariam. Ex catena autē ſalomonis: ma
than habuit vxorē ex qua genuit iacob.
Defuncto autem mathan: melchi ex tri/
bu nathan qui fuit filius leui frater autē
panthere: accepit vxorē relictam nathan
matrem autem iacob: ꝛ genuit ex ea heli.
Et ſic ſunt facti frēs vterini iacob ex ſtir/
pe ſalomonis: heli autem ex tribu nathā.
Defunctus eſt autē heli ſine liberis: ꝛ ac
cepit iacob frater eius vterinus vxorem
eius ꝛ genuit ioſeph: qui natura fuit filius
iacob ex deſcenſione ſalomonis: ſecūdū
legem autem fuit filius heli ex nathan de
ſcendētis. Nam filius qui naſcebatur tali
ter ſcḋm naturam ſcḋm legem defuncti
ſine liberis filius reputabat: hec damaſce
nus. ¶ Hiſtoriā aūt natiuitatis btē ṽgis
hieronym⁹: vt in ꝓlogo dicit: adoleſcētu/
lus in quodā libello legit: ſed poſt multū
tp̄is vt ſe ibidē legiſſe meminerat: rogat⁹
chromatio ꝛ heliodoro ep̄is tranſcripſit.
¶ Ioachī nāqꝫ ex galilea de ciuitate na/
zareth de tribu iuda ſcām annā filiā gari
zi de bethleē eiuſdē tribus duxit vxorē.
Ambo autē iuſti ante deū erant: oēmqꝫ
ſubſtātiā ſuā trifarie diuidebāt: vnā partē
tēplo ꝛ eius ſeruitoribus: aliā peregrinis ꝛ
paupib⁹ erogabāt: tertiā ſibi ꝛ ſue familie
vſibus reſeruabāt. Et ita per annos. xx. ꝑ
le carentes: vouerūt domino: q̄ ſi eis ſo/
bolē ꝯcederet: eā ſeruitio dn̄i mācipar ēt.
Cuius rei cā cū in tribus feſtis ꝑcipuis
hieruſalē frequentarēt: in feſto encenio/
rū ioachim cū contribulibus ſuis hieruſa
lē aſcendit: ꝛ cū ceteris ad tēplū accedēs:
oblationem ſuā ad altare domini offerre
voluit. Quē iſachar ſacerdos cū indigna/
tione repulit: ꝛ cur ad altare domini ac
cedere preſumeret increpauit: aſſerēs eū
īdignū maledicto legis obnoxiū: oblatio
nē deo legis offerre: nec inter fecūdos iſe
cūdū q̄ ꝓplm dei nō auxiſſet: aſtare. Ioa/

chim ergo confuſus domũ redire voluit: ne a contribulibus qui hec audierãt: ideʒ opprobriũ ſuſtineret: ſed triſtis ad paſtores ſuos diſceſſit. Ubi poſt dies aliquot cõmoranti: die quadam angelus domini cũ imenſo lumine aſtitit: qui cuʒ ad eius viſionem turbaretur: timoreʒ eius angelus compeſcuit: dicens ſe eſſe angelum domini ad euʒ miſſum: vt annũciaret ei preces ſuas exauditas a deo eſſe: ⁊ elemoſynas ſuas in conſpectu altiſſimi aſcendiſſe. Uiderat enim deus pudorem eius ⁊ ſterilitatis opprobrium non recte ei obiectuʒ. Et quia deus peccati vltor eſt non nature: cũ alicuius vterum claudebat: ad hoc faciebat: vt mirabilius denuo aperiret: ⁊ non libidinis eſſe ſed diuini muneris: quod naſceretur oſtenderet. ¶ Quod quideʒ angelus per exempla plura ſuaſit. ¶ Primo per ſaram gentis hebreorum primaʒ: que vſqʒ ad. xc. annos ſterilitatis opprobrium pertulit: ⁊ tamen iſaac: cui repromiſſa fuit omnium gentium benedictio generauit. ¶ Secundo per rachel que dudum ſterilis fuit: ⁊ tamen ioſeph genuit: qui dominus egypti: ⁊ ſaluator multorum fame periturorum extitit. ¶ Deinde ꝑ ſampſonē: quo nullus fortior: ⁊ ſamuelē quo nullus ſanctior: qui vtriqʒ matres ſteriles habuerunt. Sicqʒ probauit conceptus diu dilatos: ⁊ ſterilium partus mirabiliores eē ſolere. Nunciauitqʒ ei angelus ꝙ ãna vxor ſua filiam pareret que vocaretur maria: que iuxta votum parentum eſſet ab infantia domino conſecranda: ⁊ adhuc ex vtero matris ſpirituſancto plena ſemperqʒ in templo domini moratura. Et ſicut ipſa naſcitura erat mirabiliter ex ſterili matre: ſic ipſa altiſſimi filiuʒ ex ſe incomparabiliter generaret: qui ieſus vocatus omnib⁹ gentibus ſaluator foret futur⁹. Deditqʒ ei angelus ſignum vt cum perueniret ad aureã hieroſolyme portam: vxorem ſuam annã obuiam haberet: que de ſua retardatiõe ſolicita: tunc in conſpectu eius gauderet. ¶ Poſtqʒ dictis ãgelus ab eo diſceſſit. Anna autem cum amare fleret: ⁊ quonam loco vir eius fuiſſet ignoraret: ⁊ quaſi ad remedium pomeriuʒ ſuum intraſſet: idem angelus ei apparuit: ⁊ eadem verba que ioachim nunciauerat: indicauit: addens vt pro ſigno ad auream portã hieruſalem ꝑgeret: ⁊ viro ſuo redeunti obuiaret. Ambo ergo ſibi ibidem occurrentes: ⁊ de mutua viſione letati: ⁊ de prole promiſſa ſecuri: adorato domino domuʒ redierunt: diuinum promiſſum certi ⁊ hilares expectãtes. ¶ Concepit igitur anna ⁊ peperit filiam: ⁊ vocauit nomen eius mariã. Completo igitur triennio ablactationis tempore: ad templum domini virginē cum oblationibus adduxerunt. Erant aũt circa tēplum iuxta quindecim graduuʒ pſalmos quindecim aſceſionis gradus. In quoꝝ infimo virgo conſtituta cunctos ſine ducentis ⁊ leuantis manu⁹ ita per ſeipſam cõſcendit: ac ſi iam perfecte etatis fuiſſet. Perfectaqꝫ oblatione filiam ſuam parentes cum aliis virginibus in templo dimittentes ad propria reuerſi ſunt. Uirgo autem quotidie in omni ſanctitate ꝓficiens ab angelis ſepius viſitabatur: ⁊ viſione diuina continue fruebatur: a mane vſqꝫ ad horam tertiam orationi inſiſtebat: a tertia vſqꝫ nonam operi manuuʒ permanebat: in nona vero ab angelo celeſti cibo reficiebatur ⁊ quod ei dabatur in templo pauperibus largiebatur: a nona auteʒ vſqꝫ ad ſolis occaſum in lege domini ⁊ pſalmis meditabatur. Creſcente etate creſcebat ⁊ ſapientia ⁊ gratia apud deum ⁊ homines. ¶ Quartodecimo autem etatis ſue anno pontifex publice denunciauit: vt omnes virgines que in templo nutrite fuerãt: domuʒ reuerſe viris ſecundum legem coniungerent. Cui mandato cum cetere paruiſſent: ſola virgo maria hoc facere ſe nõ poſſe reſpondit: tum quia parētes ſui eam

domini

domini ſeruitio mancipaſſent: tum quia ipſa virginitatem ſuam deo vouiſſet. Anxiatus pontifex quia neqꝫ ſcripturam de voto ſoluendo infringēdam putaret: nec morem in iſrael inſuetū introducere auderet: conuocatis ſenioribus iudeorum dominum ſuper hac reconſulendū decreuerunt. Quibus orantibꝰ vox de loco oratorij cunctis audientibus inſonuit: dicēs vt quicunqꝫ de domo dauid nubiles coniugati non eēnt: ſinguli virgas ſuas ad altare deferrent: ꝛ cuius virgula germinaret: ac in eius cacumine ſpiritusſanctꝰ iuxta eſaie prophetiam in colūbe ſpecie deſcēdiſſet: illi proculdubio virgo maria deſponſari deberet. Erat iter ceteros ioſeph de domo dauid: qui ſenex iam erant: Cui cum incongruum videretur: ꝙ vir mature etatis teneram virginē duceret in vxorem: ceteris virgas ſuas afferentibus ſolus ipſe virgulā ſuam ſubtraxit. Unde cū nihil miraculi appareret: pontifex iterato dominum conſulendum putauit. Qui reſpondit: ꝙ ſolus ille virgam ſuam non attulit: cui virgo deſpōſari dēbebat. ¶ Productus itaqꝫ ioſeph cum virgā attuliſſet: ꝛ ipſa illico germinaſſet: ꝛ in eius cacumine columba de celo aduolans conſediſſet: liquido omnibus patuit ei fore virginem deſponſandam. Deſponſata autem virgine ipſe quidē in ciuitatem ſuā bethleem rediit domum ſuam diſpoſiturus. Uirgo autem mariam cum quinqꝫ virginibus coeuis ſuis: quas ob oſtenſionem miraculi a ſacerdote acceperat in ſocias ad domum parentum in nazareth reuerſa eſt. Nomina virginū erant hec: rachel: ſephora: ſuſanna: abigera: ꝛ agabel: quarum omniū maria etate minor erat quibus data ſunt ad operandum pro veſtibꝰ templi ſericū: hiacyntus: coccus: byſſus: linum: ꝛ purpura: vt quelibet ex vno horum veſtem contexeret. Cum ergo iactatis ſortibus: que ipſarū: quid horum operari deberet: ꝛ maria ſorte purpuram ad velum templi domini accepiſſet: alie virgines ei dixerunt admirantes: ꝙ cum ipſa minor omnibus eſſet: purpurā: que ad reginas operari ꝑtinet accepiſſet. Ideo ꝙ congruum erat ꝙ ipſa regina virginuꝫ vocaretur. Et exinde quaſi diuino inſtinctu ceperunt illaꝫ reginam virginum appellare. ¶ In diebus autem illis: eidem gabriel angelus orāti apparuit: ꝛ de ea naſciturum dei filium nunciauit: vt dictum eſt ſupra in eius annunciatione. viij. calēdas aprilis. Hec hieronymus. ¶ Dies autem natiuitatis beate marie aliquanto tēpore fideles latuit. Contigit autem vt refert ioannes beleth: ꝙ quidam ſanctꝰ vir contemplationi ſedule vacans: ſingulis annis. vi. idus ſeptembris iocundiſſimos angelorum cantus audiret. Qui dominū inſtanter orauit: vt ſibi reuelaret: cur ea die tantum et non alia hec audiret. Demumqꝫ reſponſum accepit: ꝙ virgo maria. vi. idus ſeptembris nata fuit: ꝛ de cuius natiuitate celeſtis curia ſolennitateꝫ facit: mandās vt hec filijs eccleſie manifeſtaret: vt concordes fierent in tali feſto celeſti curie. Qui cum hec ſummo pontifici ꝛ alijs intimaſſet ꝛ illi ſcripturis ꝛ antiquitatum teſtimonijs veritatem comperiſſent virginis extunc ipſa die celebrādam vniuerſaliter ſtatuerunt: videlicet vi. idus ſeptembris.

¶ De ſancto Hadriano et ſocijs martyribus. Cap. LIII.



Hadrianus martyr cuꝫ. xxxiij alijs apud nicomediā paſſus eſt ſub imperatore maximiano. Qui cum in prefata ciuitate degeret. Juſſit omnes chriſtianos comprehendi inter quos. xxxiij. ſunt detenti:

⁊ ante ipſum adducti. Quos iperator ner
uis crudis iuſſit cedi: ⁊ lapidibus ora eo/
rum contundi: ⁊ annotato vniuſcuiuſqȝ
nomine ferro vinctos in carcerem recla/
di fecit. Quorum conſtantiam ⁊ fidem vi
dēs hadrianus prior officij militaris: con
uerſus ad chriſtum cum eorum nomina
ſcriberentur fecit et ſe cum ipſis annota/
ri: dicens ſe chriſtianum eſſe. Quod audi
ens imperator ipſum ſacrificare nolentē:
cum ceteris ſimiliter ferro vinctū in car
cerem poni mādauit. Natalia vero vxor
eius que chriſtiana erat: audiens virum
in carceratum: ⁊ cauſaȝ ignorans: primū
quidem dolens flere cepit. Sed cum di/
diciſſet: ꝙ propter chriſti fidem hoc pate
retur: gauiſa ad carcerem cucurrit: ⁊ vin/
cula viri ſui ⁊ aliorū oſculari cepit: ⁊ viruȝ
ſuū multis ſermonibus exhortari. admo/
nens vt terrena ſperneret: ⁊ omnes atti/
nentes contēneret: ⁊ ad celeſtia ſemper
intenderet. Hadrianus vero eidem pro/
miſit: vt ſecura iret: quia eam accerſiret:
vt finem ſuum per martyriuȝ videret. Il
la quoqȝ virum ſuum alijs ſanctis recom
mendans: vt eum hortarentur: ad domū
ſuam rediit ¶ Poſtmodum audiens ha
drianus diem ſue paſſionis adeſſe: dans
munera cuſtodibus: ⁊ ſanctos qui cuȝ eo
erant prebens fideiuſſores: abijt domum
vocare nataliam vt ei promiſerat: vt eo/
rum paſſionibus preſens eſſet. Illa vero
audiens per nunciuȝ ꝙ vir ſuus veniret:
non credebat: donec famulus domus do
minum ei addeſſe nunciauit. At ipſa pu/
tans ꝙ martyrium refugiſſet: ⁊ iccirco ſo/
lutus eēt: amariſſime flere cepit: ⁊ hoſtiū
domus cōtra eum clauſit: diris ſermoni/
bus exprobrās ei: ꝙ chriſtum dominum
abnegaſſet. Quod audiēs hadrianus ad/
mirabatur ⁊ gaudebat: ⁊ ex hoc ad marty
rium ardentior effectus eſt. Et cum inſta/
ret precibus: vt ei ianuam aperiret: enar/
rans ei qualiter ſanctos martyres pro ſe
obſides dederat: ⁊ qualiter ad eam reuer/
ſendam venerat. Natalia eundem cum
gaudio ſuſcepit: et ſe inuicem oſculantes
ad carcerem ſimul abierunt. Ubi natalia
per ſeptem dies ſanctorum vlcera exter/
gebat. Statuta autem die: maximianus
eos ſibi preſentari fecit. Qui reſoluti pe/
nis: q: ambulare non poterant velut ani
malia portabantur. Hadrianus vero re/
tro vinctis manibus ſequebatur: ⁊ nata/
lia cum eo deambulans ipſum hortaba/
tur. Et cum ſacrificare nolet: iuſſit impe/
rator a quattuor validiſſimis viris ipſum
grauiſſime ⁊ diutius cedi: ita vt eius vi/
ſcera effunderentur. Deinde ipſum vna
cum alijs in carcerem trudi. Ad quem ac
cedens natalia: ipſum iacentem et pene
euiſceratum dulciter refouebat: cuius ex
emplo ⁊ alie matrone chriſtiane ceteris
ſanctis intra carcerem miniſtrabant. Et
cum hoc imperator comperiſſet: ⁊ mulie
res carcerem ingredi prohibuiſſet: om/
nes ſe totonderunt et mutato habitu vi/
rilibus veſtibus indute: ſanctos viſitare
non deſtiterunt. Quod audiēs maximia/
nus: precepit: vt omnes martyres fractis
cruribus interirent. Timens vero nata/
lia ne vir ſuus aliorum ſupplicijs expaue
ſceret: rogauit miniſtros vt ab eo incipe/
rent. Abſciſis ergo ab eo pedibus: cruri/
buſqȝ confractis: cum adhuc ſuperuiue/
ret: rogatu natalie manum ei precidērūt:
vt alijs qui plura paſſi fuerant compar eſ/
ſet. Quo facto ſpiritum reddidit. Ceteri
vero pedes vltro protendentes: ſic cruri/
fragio ad dominum migrauerunt: Rex
autem corpora eorum cremari manda/
uit: Sed natalia manuȝ hadriani in ſinu
abſcondit: Uerum ſubito imbre vehemē
tiſſimo erumpente: igneqȝ extincto cor/
pora martyruȝ illeſa ſeruata ſunt. Que a
chriſtianis rapta conſtantinopolim ſunt
delata: ibiqȝ digno honore tumulata.
Qui paſſi ſunt ſex idus ſeptembris circa

annum domini.cclxx. ❡ Qualiter autem natalia inde proceſſit: ſupra in eius hiſtoria actum eſt calen. decembris.

❡ De ſancto Hadriano papa et confeſſore. Cap. LIIII.

Hadrianus papa huius nominis primus natione romanus ex patre theodoro de regione vialata ſtephano tertio pontifici romano in epiſcopatu ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. viceſimotertio menſes decem dies decimo octauo. Hic ſanctiſſimus pontifex reſtaurauit monaſterium ſancti anaſtaſii ad aquas ſalinas poſt incendium. Edificauitqꝫ turres et muros vrbis rome propter hoſtes longobardos quotidie irruentes. Hic portas ereas maiores dedit ſancto petro apoſtolo. Ipſos quoqꝫ muros vrbis: qui in pleriſque locis vſqꝫ ad fundamenta dirupti fuerant renouauit. Multas etiam eccleſias tam intra vrbem quam extra ſuis ſumptibus reſtaurauit. Hic etiam in monaſterio ſancti ſtephani: quod circa eccleſiam ſancti petri ſitum eſt: congregationem monachorum inſtituit: vt in eccleſia ſancti petri cum tribus monaſteriis: quos gregorius tertius inſtituerat: laudes ſedulas perſoluerẽt. Fuit enim in reparandis eccleſiis ⁊ diuino cultu celebrãdo admodum ſolicitus. ❡ Huius precibus carolus magnus rex francorum pipini filius veniẽs ad italiam cum exercitu: vt ab infeſtatione longobardorum eccleſiam defenſaret: obſedit longobardos in papia: Ubi cepit deſideriũ regem ⁊ vxorem eius: quos captiuos duxit in franciam: ⁊ veniens romam reddidit omnia pape: que pater ſuus pipinus beato petro conceſſerat: adiũcto quoqꝫ ei ducatu ſpoletano ⁊ beneuentano. Ob hoc ipſe patricius rome effectus eſt. Huius tempore celebrata eſt ſeptima ſynodus trecentoꝝ epiſcoporum apud conſtantinopolim. Aliam vero ſynodum ipſe hadrianus papa preſente rege carolo rome celebrauit: in qua fuerunt. cliiii. epiſcopi religioſi. In qua hadrianus papa ⁊ ſynodus dedit carolo ius elegendi romanum pontificem: et ſedem apoſtolicam ordinandi. Item archiepiſcopos ab ipſo inueſtituras accipere per prouincias ſingulas. Anathematizauitqꝫ omnes huic decreto rebelles: ⁊ bona eorum publicari iuſſit. Tũcqꝫ ceſſauit regnum longobardorum carolo in italia dominante. Hadrianus vero papa poſt multa laudabilia opera quieuit in pace. Sepultuſqꝫ eſt in eccleſia ſancti petri in vaticano: ⁊ ceſſauit epatus dies tres.

❡ De ſancto Corbiniano epiſcopo. Cap. LV.



Corbinianus epiſcopꝰ friſigeñ. a papa gregorio primo factus fuit tempore pipini glorioſi regis: Qui vir ſanctiſſime vite fuit: ⁊ miraculis claruit. Die quodam dum apud eccleſiam ſancti germani oraret: et propter muſti fortitudinem ſpinam a vaſe reiectam ſenſiſſet: ne ſilentium frangeret: conticuit: totaqꝫ nocte in oratione perſeuerans vinum adeo cõpeſcuit: vt nec de ipſo vel vnica gutta manaret. ❡ Cum quidam fur mulam eius abſtuliſſet: totaque nocte itinerando vagatus eſſet mare dorſo animalis vinctus ad ſanctum adductus furtum reſtituit: ⁊ penitentiam egit. ❡ Adalpertum quendam ſuſpendio damnatum ſe innocantem triduo illeſum conſeruauit: Qui poſt liberatus deo deuote ſeruiuit. ❡ Urſum quendam qui eius aſinum deuorauerat: dum romã pgeret: diuina virtute coegit: vt ſarcinã vſqꝫ romã aialis loco deferret.

¶ Quin ſgus comes tridetinus edmiſſariū ſancti furto auferri fecerat ad equas operiendas: et infra dies modicos .xliiij. equos morbo elephãtino amiſit. Unde ⁊ dei iudiciū cognoſcens: equos duos cum emiſſario atq; ducentos ſolidos ſcō reſtituit. ¶ Quadam ſexta feria dum piſcib⁹ careret: predixit: per aquilā piſces ſibi diuinit⁹ miniſtrãdos. Et ecce aquila roſtro a mari piſcē detulit: qui tota die ad eſum familie ſatiſfecit. Sequēti quoq; ſexta feria miniſtrum ſuum natantem iuſſit: vt in xp̄i nomine piſcez caperet: qui merſus piſcem magnum manibus cepit: ⁊ ad littus vſq; perduxit. ¶ Apud oratorium ſancti ſtephani: vbi aliquando orans lucem de celo fuſam viderat ⁊ voces audiuerat angelorum: cellam ſibi conſtruxit: vbi fontē ex humo baculo percuſſa perduxit. Deuotus v̄ginis glorioſe die natiuitatis eius in pace quieuit: videlicet ſexto idus ſeptembris. Et i eiuſdez dei genitricis eccleſia ſepultus eſt: miraculis clarens. Nam ſanguis qui die quadrageſimo ante obitum eius de ipſius naribus diſtillauit: terre ſuffoſus poſt ãnos quadraginta recens adeo inuentus ē: ac ſi ea die fuiſſet effuſus. Corpus vero eius tunc temporis trãſlatuz eſt faſingã: ⁊ vna cū dicto ſanguine i eccleſia ſua ſepultū eſt in marmoreo mauſoleo.

¶ De ſanctis Dorotheo ⁊ Gorgonio martyribus. Cap. LVI.

Dorotheus ⁊ gorgoni⁹ martyres paſſi ſunt apud nicomediam ciuitatem ſub diocletiano impatore. Qui cuz eſſent primi i palatio eiuſdē militie renunciantes: chriſtianos ſe libera voce confitebantur. Qd ceſar audiens moleſte tulit: anxiabaturq; perdere tales viros quos intra palatium ſuuz nutritos mores ⁊ generis nobilitas decorabant. Cuz ergo nec minis nec blãdimentis mouerentur in equuleo diſtendunt: ⁊ flagris ⁊ vngulis toto corpore laniantur: ⁊ deinde aceto ⁊ ſale nudatis pene eorum viſceribus perfundunt. Et cuz hec alacrius tolerarent in catricula aſſantur: vbi quaſi in lecto flor̄ iacere videbantur. Ad vltimum laqueo ſuſpendi iubentur: ⁊ corpora eorum canibus exponunt. Sed tamē intacta a fidelibuſq; collecta: honorifice reconduntur. Paſſi ſunt autē. v. idus ſeptembris: circa annos dñi. cclxx. ¶ Interiecto autez tp̄e corpus ſancti gorgonij inde leuatum ⁊ romam tranſlatum eſt. ¶ Anno autem dñi. dcclxiiij. epiſcopus meteñ. nepos pipini regis ipſum ad gallias tranſtulit: ⁊ in gorgocieñ. monaſterio collocauit.

¶ De ſcō Dorotheo abbate. Cap. LVII.

Dorotheus abbas in egypti partibus claruit. Hic genere thebeus iter patres egypti ſcitate nō minim⁹ quotidie a mari lapides colligens ⁊ annis ſingulis habitaculum vnū edificans: ipſum edificare ſibi cellas non volentibus cōcedebat. Noctibus vero ſportulas operabat̄: vt vēderet: propter cibum pauperibus miniſtrandum. Cibus v̄o eius erat panis vncie ſex: ⁊ oleꝝ minutoꝝ faſciculus modicus: aq̄ vero exigua in potu vtebatur. Nunq̄ viſus eſt in lectulo ſoporatus: vel pedes: p requie tetendiſſe: vel pro voluntate dormiſſe. Quieuit aūt in pace. v. idus ſeptēbris. Hec in vitis patrum.

¶ De. ſ. Sergio papa ⁊ ɔfeſ. Ca. LVIII.



Sergius papa natione ſyrus de ciuitate antiochie: ex p̄re tiberio cononi pōtifici in ep̄atu romano ſucceſſit. Et ſedit ãnos ix. mēſes. viij. dies. xxiij. Hic romaz veniens

ſub deodato põtifice: inter cle℞ romane
eccleſie ↄnumerat⁹: q₂ ſtudioſus erat in
officio cãtilene acolythus factus eſt. Qui
per ordines aſcẽdens a leone põtifice ſe-
cundo: in titulo ſcẽ ſuſanne pſ byter ordi-
natus eſt. Qui ipigre per cimiteria marty-
riũ celebrabat. Defuncto vero conone pa-
pa ppl'o vrbis rome in duas p̃tes diuiſus
eſt. Et vna q̃dẽ pars elegit theodo℞ archi
pſbyterũ: alia vero paſchale₃ archidiaco-
num. Cũq₃ vnus alio locum nõ cederet:
ſed vterq₃ imaniter permaneret: vt vnus
aliũ ſuperaret: plurimaq₃ pars cleri ⁊ po-
puli ad ſacrũ palatiũ perrexiſſet: vt tracta-
rẽt quid fieri deberet deo annuẽte in pſo-
nã denominati ſergij venerabilis tunc pſ-
byteri cõcordantes ſe cõtulerũt. Cũq₃ in
lateraneñ. ep̃atum deducentes elegerũt.
Sicq₃ in ſede bti petri põtifex ordinatus
eſt tẽpore iuſtini iunioris. ¶ Hic põtifex
eccleſiã lateraneñ. reparauit. Et vt agnus
dei ter cantaret̃ intra miſſarũ ſolẽnia con-
ſtituit. ¶ Hic etiã diuina ad eũ reuelatio-
ne facta in ſacrario ſancti petri inuenit ca-
pſam argẽteam in loco obſcuriſſimo mul-
te annoſitatis. Ita vt iã non argentea vi-
deret̃: in qua ſigillu₃ erat expreſſum quo
ablato iuenit crucẽ gẽmis ornatã: ⁊ inef-
fabilẽ portionẽ crucis dñice intus inclu-
ſa₃: que in die ſancte crucis adorat̃. Cor-
pus quoq₃ primi ſci leonis pape trãſtulit
ipſo reuelante. Qui etiã propter defenſio-
nẽ eccleſiaſtice libertatis a iuſtino impe-
ratore in exiliũ relegatus: ac demũ ab eo
reuocatus eſt. Et poſt laudabilem vitã in
pace deuit. Et ſepultus eſt apud ſcm̃ pe-
trũ. Et ceſſauit ep̃atus menſẽ .i. ⁊ dies .xx.

¶ De ſcõ Audomaro ep̃o. Cap. LIX.

Audomar⁹ ep̃s claruit apd̃
tarnaneñ. ciuitate₃. Hic ex
aurea valle nõ longe a ↄſtã-
tia ciuitate: p̃re friulfo reli-
gioſo ⁊ nobili viro ort⁹ eſt.
Et vna cũ eode₃ patre ſuo
oĩbus pro chr̃o relictis ad cenobiu₃ luxo-
uieñ. quod a ſcõ colũbano abbate in bur-
gundia cõſtructũ fuerat pergentes ambo
ſub abbate euſtaſio monachi ſci ſũt. Ubi
friulfus in ſanctitate perſpicua: vſq₃ ad fi-
nẽ vite perſeuerauit. Audomarus vero ĩ
ep̃m tarnaneñ. electus per annos pluſq̃
xxx. eccleſiã ſua₃ feliciter gubernauit. Ci-
ues quoq₃ ſuos: qui poſt doctrinã qua₃ a
ſanctis fuſciano et victorico pceperãt ad
idolorum culturam reuerſi erant ad chri-
ſtum redire fecit. ¶ Cum autẽ ſemel gra-
ui tentatione carnis vreret̃: exemplo bea-
ti bñdicti inter vepres ⁊ vrticas ſe nudu₃
volitãs: ignẽ illũ libidinis extinxit. ¶ Dũ
apud villam iorniacũ ſub arbore quieuiſ-
ſet: crucẽ domini de lignis factam arbori
affixit: ⁊ ſequenti nocte lux deſuper celica
radiauit: multorũq₃ ex ipſa cruce egritudi-
nes curabant̃. ¶ Per ãnos plurimos an-
te obitũ ſuum lumẽ oculorum amiſit: ad
eius culmen ſanctitatis augendũ: nec ta-
men vnq̃ inde turbari viſus fuit. Sed cũ
tranſlationi corporis ſci vedaſti ep̃i apud
atrebateñ. vrbem facte ab auſberto ep̃o
intereſſet: lumen ſibi oculorum redditu₃
eſt. Finita vero corporis tranſlatiõe ora-
uit ad dominũ ⁊ iterũ, vt petijt ad votum
ſuũ rurſum excecatus eſt. Quieuit in pa-
ce quinto idus ſeptẽbris. In cuius tranſi-
tu mira fragrantia in domo eius reſperſa
eſt: lampades quoq₃ ad eius tumultũ de-
pendẽtes oleũ diſtillabant: quo egri pun-
cti a lãgorib⁹ ſanabãt̃. Cui⁹ corpus in ei⁹
eccl'ia tumulatũ a ſcõ bertino abbe trãſla-
tũ: ſepultũ eſt i monaſterio ſci ſcythini.

¶ De ſcõ Hilario papa ⁊ ↄfeſ. Ca. LX.


Hilarius papa natione ſar-
dus ex p̃re criſpino leoni p̃-
mo põtifici in ep̃atu roma-
no ſucceſſit. Et ſedit ãnos
vi. menſes tres dies decẽ.
¶ Hic conſtituit vt nullus
põtifex ſucceſſorẽ ſibi cõſtitueret. Qui nõ

ſolū in elemoſynis dādis pauꝑibus quotidie ſtuduit: verū etiā pleraſqꝫ baſilicas auro argētoqꝫ inſigniterqꝫ decorauit. Et fecit ad ſcm̄ laurētiū balneū ⁊ monaſteriū. Et hic plenus ſcitate ⁊ virtutibus quieuit in pace. iiij. idus ſeptēbris: ⁊ ſepultus eſt ad ſanctū laurētiū in crypta iuxta corpus bti ſixti epi: ⁊ ceſſauit epatus dies. vi.

¶ De ſanctis Nemeſiano ⁊ Felice et ſocijs martyribus. Cap. LXI.

Nemeſian⁹: felix: lucius: ali⁹ felix: litheus: polianus: victor: lador: datius epi: multiqꝫ preſbyteri ⁊ diacones apud aphricā martyꝛ paſſi ſunt ſub ꝑſecutiōe valeriani ⁊ galieni impatoꝝ: qui exurgēte ꝑſecutionis rabie ad primā ꝯfeſſionis xp̄i conſtantiā grauiter fuſtib⁹ ceſi: deinde cōpedibus vincti: ⁊ ad fodiēda metalla deputati: glorioſe ꝯfeſſionis agonem conſumauerunt. Quoꝝ etiā exēplum ſecuta multiplex plebis eoꝝ portio cū eis pariter coronata eſt. Extat epiſtola beati cypriani ad ipſos et de ipſis ſcripta: qui paſſi ſunt. iiij. idus ſeptembris.

¶ De ſcis Soſtene ⁊ Uictore m̄. Ca. lxij.



Soſthenes ⁊ victor martyres apd̄ chalcedoniā paſſi ſūt ſub ꝓconſule priſco. Qui cū beatā euphemiā virginē ſub eodē ꝓcōſule decertātē vidiſſet immenſo lumine circundatā: ⁊ angeloꝝ ⁊ virginum choris conſtipatam conuerſi ſunt ad chriſtū: vt dicetur infra in paſſione euphemie. xvi. calen. octobris. Unde ipſi ambo a ꝓcōſule detenti: primoqꝫ in carcerem truſi: indeqꝫ producti ad ſtipites ligati ſunt: vrſi quoqꝫ ipſis ac leo ferociſſimi laxati fuerunt. Sed cū ab eis in nullo leſi fuiſſent q̄n potius oī depoſita feritate pedes ſanctorū lingerent: ꝓcōſul illos in cuppa cremari mādauit. Qui dato ſibi inuicē pacis oſculo ſpm̄ emiſerūt. iiij. idus ſeptēbris.

¶ De ſcis Proto ⁊ Hiacyntho m̄. C. lxiij.

Protus ⁊ hiacynthus martyres rome paſſi ſunt ſub galieno imparatore. Hi ambo fuerunt eunuchi domicelli et in ſtudio philoſophie ſocū eugenie virginis filie philippi nobiliſſimi romanorū alexandrie prefecti. Qui ⁊ ab ipſa virgine vna cū patre ⁊ claudia eius matre ad xp̄ꝫ ꝯuerſi ſunt: vt ſupra in eius paſſione actum eſt. viij. calē. ianuarij. ¶ Sed poſtq̄ꝫ beata virgo eugenia paſſa eſt. Protus ⁊ iacynthus iuſſu impatoris tenti ſunt: ⁊ ad templum iouis adducti vt ſacrificarēt: qui oratione ſua ſimulacrū cōminuerunt: ⁊ cum ſacrificare nollent: primo quidem fuſtibus diutiſſime ceſi ſunt: deinde capitis obtruncatione martyriū compleuerunt. iij. idus ſeptembris: circa annum domini. cclvi. ⁊ ſepulti ſunt via ſalaria vetere in cimiterio priſcille.

¶ De ſcō Helia abbate. Cap. LXIIII.

Helias abbas in deſerto egypti in regione thebaide claruit. Qui deuotarum virginum curā habens in grandi monaſterio trecentas feminas collegerat: earūqꝫ vitam ⁊ conuerſionem regulabat. Quod cum biēnio feciſſet: grauem tentationis carnem ſentiens adhuc iuuenis annorū triginta exiſtens per ſolitudinē fugit: iugi biduano ieiunio ac triduano carnem domans. Cui in ſomnis tres angeli apparuerunt interrogantes cur deo dilectas virgines reliquiſſet. Quibus reſpondit: ꝙ vitium carnis incurrere formidabat. Moxqꝫ ab vno eorū viſum eſt ei genitalia nouacula precidi. Sicqꝫ ſecurus redire monetur. Expergefactus vir domini genitalia q̄

dem repperit: ſed tentationem abſciſam omnino perſenſit. Sicq3 ad cenobiuz reuerſus. xl. annis ibidem vixit: aſſeuerans q̃ nunq̃ de cetero in cor eius talis cogitatio aſcendit. Feneſtre quoq3 ibidem cõſtructe ſedebat ſorores erudiens: cuz nec ad euz ipſe aſcendere: nec ipſe ad illas deſcendere poſſet. Quieuit autem in domino. iii. idus ſeptẽbris: cui ſucceſſit ſanctus dorotheus: qui in ſuperiori monaſterij cella conſenuit. Hec Heraclides.

¶ De ſcõ Helia alio abbate. Cap. LXV.

Helias alius abbas fuit in finib⁹ antinoe ciuitatis: que metropolis eſt thebaidis: ſenex in eremo annorum. cx. quoruz. lxx. annos in ſolitudine tranſegit: fuitq3 diſcipulus antonij: qui opere manuuz ⁊ orationibus tempus exegerat. ¶ Qui cũ hoſpitalitati itẽderet: ⁊ ad eũ multitudo fratrum veniſſet: quia publicus illac tranſit⁹ erat: ⁊ deficiente ſibi pane triſtis eſſet: ingreſſus ſpeluncam ex inſp̃ato tres panes grandes ⁊ recẽtes ſubito repperit: ex quibus duos aſſumens viginti quinq3 fratres ex eis ſatiauit. Tertius vero qui ſuperfuit diebus. xxv. eidem poſtmodum ad victũ ſatis fuit. Hec in vitis patrum.

¶ De ſcõ Venerio abbate. Cap. LXVI.

Venerius abbas ⁊ preſbyter apud inſulam palmariã claruit temporibus phoce imperatoris ⁊ gregorij pape p̃mi. Qui ex nobilibus ortus parentibus prouincie lunẽſis ſacriſq3 litteris edoctus: relicto ſeculo dictam inſulam petiit terre vicinã diſtantem a luneñ. ciuitate circa miliaribus. viii. in loco qui dicitur tyrus maior: vbi aſperrime penitentie operam dabat: herbis agreſtibus ⁊ pomis multo tẽpore veſcens. Ad quem accedens quidam agreſtis nomine reuelatione diuina premonitus ab eo ſalutis mandata ſuſcepit: ⁊ rogatus ab eo ſarculum ad terram colendam ⁊ hordeum ad ſeminandũ m viro dei detulit. Cum aũt venerius tempore quo iam hordea meti ceperant ſemen delatum ſeminaſſet hordeum ſubito natum ⁊ maturatum eſt: quod ipſe eadem meſſuit tempeſtate. ¶ Cumq3 fama ipſius diffuſa inter multos illum viſitantes ⁊ pauper quidaz domealis ad euz veniſſet: ⁊ puerum in naui iuxta littus reliquiſſet: illeq3 dormitãs latratu canis ſubito expauens: ⁊ vigilans: in mari lapſus necat⁹ fuiſſet: nauiq3 per equora vagaretur: audiens hec venerius ⁊ homini miſertus: oratione ſua ⁊ lachrymis ⁊ nauem ad littus: ⁊ puerum reduxit ad vitam. Unde ob eius ſanctitatez nimiam: taz phoca imperator: q̃ gregorius papa primus ipſum plurimum reuerebant. ¶ Draco ingens prope ciuitatem luneñ. habitabat: qui carinas in mari ſepius ſubuertebat. Ad inſtantiaz ergo lunenſis epiſcopi ſanctum virum ſuper hoc precibus tertio pulſantis: poſt orationem ⁊ ieiunium triduanum: cum archidiacono ⁊ pluribus deſcendens ad rupem vbi draco latebat: veſtigia ſua in ſaxo acſi in cera impreſſa reliquit. Et dum draconi ex parte epiſcopi de receſſu mãdaſſet: illeq3 nullatenus moueretur: deinde ei mandauit in nomine trinitatis: vt ſe in abyſſuz demergeret: draco ſe ſtatim in mare precipitans nuſq̃ comparuit. ¶ Poſt hec venerius vt gloriam hominum fugeret: nauigauit ad inſulam cyrnem: ibiq3 diebus. xl. cum beſtiis demoratus eſt: coruo ei quotidie dimidium panis calidi ⁊ fruſtrum carnis bubale diuinitus deferẽte. Qui etiam deambulans iuxta littus: corpus hominis in mare necati: illicq3 ab vndis eiecti inuenit: ⁊ orans pro eo: angelis apparentibus hominem ſuſcitauit. ¶ Cum autẽ admonitione diuina ad locũ ſuũ redire vellet ⁊ nautas qui illuc appulerant: ⁊ ad ſardiniã

ire volebant inſtanter rogaſſet: vt ipm ad
ſuam inſulã deferrent: illiqꝫ recuſarēt: or
ta in mari tēpeſtate: nō prius inde ſe mo
uere potuerunt: donec ſci petitionem ad
implere vouētes: facta ſubito ſerenitate
eū illuc detulerunt. Et cū ante receſſum
ſuū ipſi naute in littore lapidib⁹ luderēt:
vnuſqꝫ illorū a ſocio cāu in tpe percuſſus
expiraſſet orōne ſancti ſuſcitatus eſt. Re
uerſus igit̄ ad locū priſtinū quieuit in pa
ce. iij. idus ſeptēbris manib⁹ angelicis ſe
pultus in quo loco oleū emanans: egritu
dines oēs ſanabat. ¶ Poſt hec luci⁹ ep̄s
lunenſis a deo admonitus ad inſulā cum
populo veniēs: oleum manās reppit: cor
puſqꝫ effodiens: illud qꝫ integrū inueni
ens miro fragrās odore: honorabiliter tu
mulauit: eccleſiāqꝫ deſup edificauit: vbi
ad refectionē cuſtodiuꝫ ſacri corporis de
terra fons ſcaturiit: vſqꝫ in preſes ibidem
manans. Huius ſacrū corpus p claſſem ve
netam ex monaſterio ſuo apud portū ve
neris ablatū venetias delataꝫ fuit ꝛ in ec
cleſia ſcē agnetis honorabiliter tumulatū.

¶ De. ſ. Venerio alio abbate. C. LXVII

Venerius alius abbas tybur
tine ciuitatis floruit tēpore
othonis. iij. impatoris. Qui
primo in monaſterio ſci be
nedicti apud ipm oppiduꝫ
degens: inde ſolitudinē pe
tēs: ſine abbatis licētia diſceſſit. Quo tpe
cōtigit ſanctū romualdum abbatem ad ci
uitatē illam ab othone obſeſſaꝫ accedere:
gratia pacis interponēde. Qui audiēs de
dicto ſolitario ad eū abiit: ꝛ vita ipſius cō
pta: ipſum de inobediētia increpauit: ꝛ ꝙ
ſine abbatis ſui licētia: qcqd faceret inani
ter laboraret aſtruxit. Illi aūt cōpūct⁹ ad
monaſteriūqꝫ reuerſus: licētiā a ſuo abba
te de vita ſolitaria ducēda petiit: ꝛ vt peti
it īpetrauit. ¶ Deinde ſaxū hominibus in
acceſſibile aſcēdit vbi. iiii. ānis ſine huma
no cibo pmāſit exceptis trib⁹ panib⁹ qͥs ſe
cū prius a monaſterio detulit. Solaqꝫ po
ma ſilueſtria ꝛ radices edebat: aquam ve
ro quam eſtate bibebat: in concauo lapi
dis hyeme ex niuib⁹ colligebat. Ad quos
plurimi vitam eius reuerentes accede
bāt: ꝛ vite hominis neceſſaria deferebāt.
Que tamen omnia ipſe paſtoribus pecoꝝ
ꝛ aliis indigentibus erogabat. Ibidē quo
qꝫ exortante ep̄o baſilicam fieri ꝛ conſe
crari permiſit. In qua poſt aliquod tem
pus deceſſit: ꝛ a quibuſdam eum queren
tibus inuentus eſt mortuus: in cubitis et
genib⁹ qſi ad orōneꝫ incūbēs: vbi ꝛ ſepul
tus eſt: p quē de⁹ pluria miracula oſ̄dit.

¶ De trāſlatiōe ſci hermacore. C. lxviii.

Tranſlatio corporis ſci her
macore epi facta eſt poſt tē
pus quo attila flagellū dei
italiam deuaſtans: aquileiā
funditus euertit. Cūqꝫ ſecū
do eandem prouinciam go
thorū rabies depopulata eſſet: tertia quo
qꝫ longobardoꝝ impetuꝫ paulus tunc pa
triarcha aquileieñ. ferre nō poſſet ad gra
denſe caſtrum ſupra mare ſitū ſe tranſtu
lit: ꝛ corpora quorūdaꝫ ſanctoꝝ ac theſau
ros eccleſie ſecuꝫ tulit. Cui ſucceſſit in pa
triarchatu probinus: ꝛ probino helias qui
in gradenſe eccleſia ſynodum. xx. ep̄oruꝫ
celebrauit: ꝛ de mandato tunc pelagii pa
pe ipſam eccleſiam totius venetie ꝛ dal
matie metropolim eſſe cōſtituit: eo ꝙ aq
leia tunc funditus eſſet euerſa. Poſt heli
am ſucceſſit cyprianus. Quo mortuo for
tunatus hereticus ſedē inuaſit: fultus au
dacia lōgobardoꝝ. Qui ſpoliatis eccleſiis
ſedem tenebat in caſtro glemone in cōfi
nio longobardoꝝ ſito. ¶ Eodem autē tē
pore primogenitus a papa miſſus ē patri
archa: ad inſtantiam epiſcoporum catho
licorum prouincie venetorum: vt dictaꝫ
ſedem catholice gubernaret. Qui a popu
lo gratanter exceptus ꝛ diuina diſpoſitio
ne cathedratus: a deoqꝫ per viſuꝫ premo

nitus cū omni ſua plebe aquileiā ꝑrexit: vt corpora hermacore ꝛ fortunati adhuc in agro ſcē matrone alexādrie tumulata: inde ad caſtrū gradenſe transſerent. Quibus in ſaxeo mauſoleo reptis: dū ipſa inde aſportare nō poſſent: ingrētes ne forte q̄cq̄ de reliquiis corꝝ deficeret. Reuerſi ad arcā repiunt vnū ex calceis ſci hermacore ex errore dimiſſū: q̄ ſuſcepto corpora cū oī facilitate mouētes naui impoſita gradū tulerūt: eaq̄ ibidē honorifice depoſuerūt pridie id⁹ ſepēbꝛ. Ubi ꝛ tumulata q̄euerūt: locus vo ſuſceptiōis nauis q̄ corpa tulit: vſq̄ hodie dicit̄ celſus. i. receſſus ſci hermacore: q̄ ſēꝑ vireti germine decorat̄.

¶ De ſcō Diuētio epō. Cap. LXIX.



Diuētius epō diſcipulus bti hermacore fuit. Cū idem btūs hermacoras ſanctū ſyrum epz ordinatum ad ciuitatē papiā miſiſſet: vt verbū dn̄i predicaret: diuentiū condiſcipulū eidem aſſociauit: vt dictum eſt ſupra in legenda ſyre. v. idus decēbꝛis. Hic cum beato ſyro epō in predicationis officio iugiter laborauit: quē ꝛ ipſum diaconum idem epō ordinauit: ac ſucceſſorē dimiſit. Dū aūt mortuo ſyro diuētius ad ſacerdotiū peteref: diudum latuit: ſed tandem productus licet ſatis renitētis pontificatū accepit. Qui gratiſſimus clero ꝛ populo magiſtri veſtigia ſequens gregē dominicum exemplis ꝛ ſermonibus pauit: et miraculis pollens in pace quieuit pridie idus ſeptembꝛis.

¶ De ſcō Juuēco pſbytero. Cap. LXX.

Juuencus presbyter in hiſpania claruit ſub tpe conſtantini imꝑatoris. Qui vir ſcitate inſignis ꝛ ſapientia clarus: rhetorico ſtilo copioſus: genere nobiliſſimus: quattuoꝛ euangelia heroico metro quattuoꝛ libꝛis pene ad verbum trāſtulit: ꝛ apud hiſpanias claro fine in pace quieuit.

¶ De ſcō Niceta martyre. Cap. LXXI.

Niceta martyr: q̄ iterpꝛetat̄ victoꝛ apud nicomediā ciuitatē paſſus eſt ſub maximiano rege ipſi⁹ martyris parēte. Hic ipſius ciuitatis oriūd⁹ filius pꝛefati maximiani regis gentilis: in adoleſcētia bonis moribus ibutus ꝑ reuelationē ad xp̄m cōuerſus eſt. Apparuit eni ei in ſomnis xp̄s cū virgine in oratorio ſcē marie: tenēs ſignū crucis ī manu ſua: ꝛ docuit eū: vt crederet in eū. Qui euigilās ꝛ de viſione territus: ꝑquirebat q̄s eſſet: qui ei appruiſſet. Cui q̄dā xp̄iana noīe iuliana occulte imagines xp̄i ac matris eius ꝛ ſignum crucis oſtēdit: q̄s ille ipſas eē figuras eoꝝ: quos viderat recognouit. Ductus igit̄ a iuliana ad oratoriū virginis: a quodā pꝛeſbytero xp̄iano in fide doct⁹ ꝛ baptizatus ē indutuſq̄ habitu deſpicabili: a gabriele archāgelo ei apparēte in fide xp̄i ꝯfirmatus eſt.

¶ Cū aūt puer q̄dā iulian⁹ nicetā orātē ī eccl'ia reppiſſet: pr̄i denunciauit. Qui miſſis appitoribus fecit eū detineri in eccl'ia ſcē dei genitricis orātem. Ductuſq̄ a patrez ab eodē ad ſacrificia inuitat̄. Ille aūt ſibi dari deos petijt. vt eis thura offerret. Statuaſq̄ idoloꝝ argēteas in domū ſuā adductas ꝯtriuit: ꝛ pauꝑib⁹ ꝑ fruſtra diſtribuit. Qd cū pr̄i ipſemet poſtmodū retuliſſet: iuſſit eū catenis ligari: ꝛ vncis ſuſpendi: ꝛ a. xxiiij. viris ſibi viciſſī ſuccedētib⁹ neruis taurinis aceto ꝛ felle ītictis crudelit̄ flagellari. Cui apparēs āgel⁹ michael ipm dulcit̄ ꝯfortauit. Uiditq̄ niceta manū de celo ei porrigētē coronā gēmatā ꝛ colūnā igneā ad celū vſq̄ ꝑtēſam. ¶ Cū aūt hec oīa patiēter toleraſſet: fecit eū pater manib⁹ ꝛ pedibus vinctis ſup ſtratū

poni: ⁊ puellā ſpecioſam adduci: vt ipſuꝫ oſculis ⁊ amplexibus alliciēs ad deorum ſacrificia ꝓuocaret. Qui dū ſe ab ea impudice tractari ſentiret: ⁊ aliter illaꝫ repellere nō poſſet: linguā dentibus ꝓciſam in faciē eius ſpuit illaq; cōfuſa diſceſſit. Tūc fecit eū rex deponi ſuper lectū gladiis acutiſſimis circūſeptū: qui quattuor rotis agitabaꝶ: ſed orante ſancto gladij ſicut fenum fracti ſunt: ⁊ ipſe illeſus ꝑmāſit. Quo viſo miraculo q̇ngenti gentiliū crediderunt. Orāte quoq; ſancto martyre chriſma ⁊ aqua de petra ꝓfluxit: ⁊ ipſe eos baptizauit. Statimq; ad regē intrauit. Quē ille vidēs incolumē quē mēbratim conciſum putabat: iuſſit eum hamo ꝑ labia ſuſpēdi: ⁊ ferrum ignitū acutū auricule ipſius infigi: vt a dextera in ſiniſtrā pertrāſiret: aliud q̄q; ferrum cordi eius immitti ⁊ tertiū capiti imponi: quod inde ipſum vſq; ad latus ſiniſtrum trāſfoderet. Et dum hec ↄſtanter ſimiliter ſupaſſet: iuſſit eū verſis pedibus ſuſpēdi: ⁊ fumo ſubter facto fumigari: deinde napta pice ⁊ palmitibus igne ſuccēſo ſanctū cremari. Et cum in his etiā illeſus ꝑmanſiſſet: manus eius trūcari: ⁊ ferris crura ſecari fecit. Deide calciamenta ferrea ignita pedibus eius īponi. Et poſt hec in ꝓfundiſſimā foueam ſine aqua iactari. Qui oratiōe facta ab angelo michaele de fouea educiꝶ: ⁊ mēbra eius oia reſtituunꝶ. Angelus quoq; ipſum hortatus ei dixit: vt quicūq; ipſum in omni neceſſitate inuocaret: iuſte poſtulata penitus obtineret: ⁊ ſi iniuſte peteret ad penitentiam ꝑueniret. ¶ Poſt hec pater vocatis magis fecit ei mortiferū in calicē ꝓpinari: ſꝫ ſigno crucis edito: demōes de calice vlulātes euanuerūt: ⁊ venenū in aquā cōuerſuꝫ eſt. De qua martyr dn̄i magos illos ad chriſtum redeuntes baptizauit: quos rex vna cū filio in carcerem trudi mandauit. Orante vero ſancto diabolus in angeluꝫ lucis transfiguratus eidē apparuit: Queꝫ ille per ſpm̄ cognoſcens durius increpauit. Statimq; angelus bonus eidem aſſitit: ⁊ illū fore demonē declarauit. Quē niceta ad terrā proſtrauit; ⁊ pedē ſup collū eius poſuit: ⁊ quis eſſet interrogauit. Ille vero diu eiulās dixit ſe eſſe ſpm̄ qui adaꝫ fecerat: vt preuaricaret: ⁊ caim vt fratreꝫ occideret: ⁊ pꝫ lm̄ iudeoruꝫ induxerat vt chr̄m crucifigeret: Veniente quoq; patre maximiano ad carcerem: proiecit niceta demoneꝫ in vultu eius dicens ipſum eſſe deū quē adorabat: ⁊ deinde illum in ſterquilinio alligauit. ¶ Dū auteꝫ pater ſe in chr̄m crediturū ꝓmitteret: ſi niceta vnuꝫ multis defunctis ſub columna iacentib⁹ ſuſcitaret: orante ſancto cēs qui fuerant mortui ſurrexerunt. Et cuꝫ in gentilitate mortui eſſent ſanct⁹ domini eos baptizauit: ⁊ iterū vt dormirent ac ſe in ꝑadiſum ꝓcederēt īperauit. Que oia dum rex magie aſcriberet: ⁊ filium iterū fuſtigari iuſſiſſet: veniēs regina ipm̄ de crudelitate nimia redarguit. mox quoq; ſeditiōe ſuborta populus regem gladiis ⁊ lanceis trucidauit. Niceta vero omnē populū in fide docuit ⁊ baptizauit: eccleſias plures conſtruxit: ⁊ fideꝫ domini multiplicauit. Demū ad chriſtuꝫ feliciter migrauit die ſabbati pridie idus ſeptembris: hora. vi. ſepultus a chriſtianis in nicomedia ciuitate: iuxta corpora aliorum martyrum ibidem pro chriſto paſſorum.

¶ De ſcā Bona virgine. Cap. LXXII.



Bona virgo in partibus egypti claruit. Hec apud latinos bona: apud ſuos egyptios cordimūda vocata: regali genere orta: patre zabul nobili ſatrapa: matre ziua: pulchra facie ſed pulchrior fide: nōdū ſꝫ baptizata: parētib⁹ defunctis: multarū di-

nitiarũ heres: ſub cura propinquorũ fuit. Quã dũ iuuenis nobiliſſimus in ɔiugiũ peteret: multas ei pollicẽs poſſeſſiões: illa oĩno m̃rimoniũ ei refutauit dicẽs xp̃m ſe ab infantia deſponſaſſe: virginitatẽq̄ ſuã ei dedicaſſe. Propter q̃d a ꝓpinquis diudũ blanditiis ⁊ minis pulſata: timẽs ſibi violenter ſanctũ propoſitũ rũperet̃: latenter fugam petiit: ⁊ ad cenobiũ virginũ ſe contulit: ac ſe a ianitrice intromitti inſtantius poſtulauit. Dũq̄ʒ illa virginẽ ſine abbatiſſe licẽtia admittere recuſaret. Abbatiſſa diuina reuelatiõe premonita: ipſã ĩtromitti fecit: ⁊ petenti habitũ religiõis tradidit. Requiſita autẽ ab attinentibus ⁊ inuenta: dũ ipſam inde nullatenꝰ. Euellere poſſent dicunt abbatiſſe puellã eſſe gentilẽ: vt eã tali occaſione repelleret. Illa autẽ hoc confitens ſed baptiſmũ expetens a preſ bytero monaſterii baptizat̃: ⁊ xii. annorum ſacro ſuſcepto velamine virgo domino cõſecratur. Que in multa perſeuerauit ſanctitate: ⁊ omni ſacre regula diſcipline. ¶ Cũ aũt vnã ex ſororibus haberet in ſociam ꝓdilectã: ⁊ illam languẽtẽ omnes alie viſitarent: ſola bona remãſit in eccleſia orans deũ: vt q2 illã mori cõſpiceret: ſibi in alio ſeculo comes fieret. Quod ⁊ voce de celo lapſa ei promiſſum eſt. Tunc bona ſororẽ adiit: que ei illud idẽ prenunciauit: ⁊ mox ſpiritum emiſit. Tertia vo nocte abbatiſſa vidit ſomniũ: ꝙ iuuenis ſplẽdẽs pallã ex eiꝰ capite auellebat: quã ĩ ſcrinio abſcõdebat. Et q̃rens cur hoc faceret: audiuit bonã ab ea eadẽ die auferẽdã. Mane aũt dũ abbatiſſa viſionẽ ſororibꝰ retuliſſet bona p̃ſte: audita ẽ vox angeli de celis ipſam ad p̃iã euocãtis. Que ɔtinuo in choro ſororũ poſita: oĩbus circũ pſallẽtibus ⁊ flẽtibus emiſit ſpiritũ pridie idus ſeptẽbris. Cuius corpus mox lux de celis clara circũdedit ⁊ ex ipſo odor mirabilis refragrauit: donec officio completo ſepulture traditum eſt.

¶ De ſcõ Philippo epõ ⁊ m̃. C. LXXIII



Philippus eps ⁊ martyr paſſus eſt apd alexãdriã ſub ſeuero imꝑatore. Hic illuſtriſſimꝰ p̃fectus alexãdrie p̄r fuit ſcẽ eugenie v̾gis: ⁊ ab ea ɔuerſus ad xp̃m: vt ſupra in eius paſſiõe actum eſt. viii. cal' ianuarii. Qui relicta prefecture dignitate: a chriſtiãis in ep̃m alexãdrie ſublimat̃. Ad cuiꝰ inſtãtiã ⁊ iformationẽ ſeuerus auguſtus libertatẽ xp̃ianis conceſſit: vt ſuis legibus in egypti partibꝰ vterent̃: eo ꝙ ab eo vti olim p̃fecto ſuo informatꝰ eẽt: chriſtianos reipublice plurimũ eſſe ꝓficuos. Poſtmodũ aũt emulãtibꝰ paganis. Seuerus edictũ reuocauit: ⁊ miſſo illuc pennio prefecto in ſucceſſorẽ philippo mandauit eidẽ: vt aut philippum diis ſacrificare cõpelleret aut depoſitũ oĩ dignitate ⁊ facultatibus priuaret. Philippus aũt ĩfirmitatẽ ſimulauit: donec oĩa ſua paupibus diſpẽſauit. Quod audiẽs pennius: dum ob timorem pp̃li ip̃m inuadere publice non auderet: latẽter in eccleſia orantẽ gladio in gutture percuti fecit. Qui tamen populum in timorẽ domini exhortans: per triduũ ſuperuixit. Sed in epiſcopatu menſes. xv. miracula patrans. Et ſic cum palma martyrii ad chriſtũ migrauit idibꝰ ſeptẽbr. Sepultus in monaſterio filie ſue.

¶ De ſcõ Ligorio marty. Ca. LXXIIII.

Ligorius martyr in partibꝰ grecie paſſus eſt. Hic natione grecꝰ: relicto ſeculo dũ vaſte ſolitudinis eremum coleret: hominibuſq̄ incognitus eſſet: a gẽtilibus venatoribus inter vepres inuentus eſt. Et dum latro putaretur: interrogatus quis eſſet: reſpondit ſe eſſe peccatorẽ chriſtia-

nū. Quez illi audito chriſti noīe eis exoſo mox gladiis interfecerunt. Cuius corpus a venetis de partib⁹ greciarū tranſuectū in monaſterio ſancti zacharie poſitū eſt. Cūq; dies eius paſſiōis ignotus eēt: cuidā puero lāguenti quaſi in extremis poſito: quidā ſanctus apparuit: ſeq; ligoriū eſſe dixit pueruq; admonuit: vt abbatiſſe diē ſue paſſionis .xiij. ſeptēbris celebrandum eſſe indicaret: quo videlicet die ipſe pro christo paſſus fuiſſet: ⁊ eo nūciato ſuaz eius meritis ſanitatē perciperet: Puer autem ad ſe rediens: hec que viderat abbatiſſe nunciauit: ⁊ continuo incolumis de lecto ſurrexit. Sicq; dies paſſiōis ligorij. Idib⁹ ſeptēbris. eſſe exinde oībus notum fuit.

¶ De ſcō Amato pſbro. Cap. LXXV

AMatus presbyter ⁊ abbas mōaſterij romerici fuit: vir quidem mire abſtinētie ⁊ anachoritice vite ſectator: virtutū ⁊ miraculoꝝ gracia illuſtrē cōuerſationē ducēs. Qui ⁊ migrauit ad chrm idib⁹ ſeptē. i ipo monaſterio i pace tumulat⁹. hec ado.

¶ De ſcō Maurilio epo. Cap. LXXVI.



Maurilius eps apud andegauenſem ciuitatem claruit: cuius ⁊ eps fuit. Hic natione mediolanēſis claris parentib⁹ ortus. Primo quidē ſci martini in ſuo monaſterio turonēſi diſcipulus fuit: ſed poſtmodū ſolitariā vitā eligens de turone receſſit: ⁊ andegauē. vrbē adiit: vbi in villa calonne phanū antiqſſimū idoloꝝ repperit: ſtatiq; orōnē fudit: et ignis de celo deſcēdens ipm ↄſumpſit. Ibi ergo ſctūs eccleſiam fundauit: quā pceſſu temporis ſanctus martinus conſecrauit: vbi ⁊ multo tēpore maurilius in ſanctitate vite morā traxit. ¶ Multiſq; miraculis coruſcauit. Nā puerū a vipera pcuſſum pene extinctū ſanauit. In preſiaco: vbi erat collis idoloꝝ: demonibus cū multo eiulatu expulſis idola cōbuſſit: ibiq; cenobiū cōſtruxit. ¶ Uir quidā raptus a mercatoribus: vt pcio venderet: ad eius pſidiū recurſum habuit. Duz autem ſanctus dnm illius ad redēptionē capti nullaten⁹ inducere poſſet: raptor febribus inuaſus ſubito expirauit: quē ſanct⁹ maurilius ſua oratione a mortuis ſuſcitauit: Statimq; ille captiuū libere dimiſit. Quo etiā miraculo oēs alios dicti raptoris cōſocios ad penitentiā reuocauit. Naute quidā in mari periclitantes eū inuocabāt. Quod ſctūs per ſpm cognoſcens: ad littus acceſſit: ⁊ ſigno crucis edito tēpeſtatē ſedauit. ¶ Latro qdam qui eius aſinum rapuerat: nocte tota circūuagans: mane cū furto ante fores eius monaſterij inuentus eſt: ⁊ aſello reddito penitētiā egit. ¶ Poſt hec de ↄſilio beati martini archiepi turoñ. in epm andegauenſem electus eſt. Qui duz in ſede ponit: ⁊ a martino eius metropolitano cōſecrat: colūba de celo veniēs capiti eius inſedit. ¶ Dum cuidā matrone ſterili filiū a dño precibus ipetraſſet: illaq; puez febricitantē ad maurilium celebrantē in eccleſia ſancti petri baptizandū adduxiſſet: duz miſſa ptraheret: puer ſine baptiſmo expirauit. Ille vero quaſi negligētie conſcius acturus penitentiam ab eccleſia ſua aufugit claues reliquiarū ſecuz tulit. Que dū p mare nauigaret: caſu i aquā ceciderunt. Eps autē quaſi hoc diuine vltioni aſcribēs: vouit ſe nunq̄ ad ſedem ſuaz reuerſurū: niſi claues ipſas diuinit⁹ rehaberet. Sicq; in habitu pegrino trāſmiſſo mare dñi cuiuſdā ortum colere cepit. Requiſitus eſt vbiq; per ſeptennium a ciuibus: ſed minime inuētus. ¶ Dum autez qdā ex ei⁹ clericis ad eū qrēdū mare trāſire vellēt ſcripturā ab angelo inueniūt lapi

di ſculptā continentem. Maurilium illac tranſfretaſſe: leti ergo dū poꝛtum in nauicula trāſeunt: piſcis ingens in nauē proſiluit: quē exenterantes claues in ventre reperiunt. Quas bene recognoſcunt. Mauriliūqꝫ cū clauibus in mari demerſum putauerūt. Et dū triſtes redire diſponerēt: hoſpitati ſero apud dn̄m cum quo ep̄s eorum moꝛabat̄: mauriliuȝ vocari audierūt eūqꝫ recognoſcētes: vt repatriaret: exoꝛarunt. Recuſanti q̄ȝ ⁊ votū ſuum allleganti claues oſtendunt: ſicqꝫ ſcūm cuȝ gloꝛia ad ſedeȝ ſuam reducūt. Qui ſtatim iuxta ſepulturam pueri ſe ꝓſtrauit: nec ab oꝛōne deſtitit quouſqꝫ puer reuixit. Quē ipſe baptizatū renatum vocauit: ⁊ in lege dn̄i eruditū ſucceſſoꝛē ep̄atus habuit. ¶ Quēdam die dn̄ico ſecuri ligna cedentem: cuius manus cōtracta ſecuri adheſerat: poſt dies quinqꝫ penitentē ſanū effecit. ¶ Dū in poꝛtu lydi fluminis cū quibuſdam trāſire vellet: nec nauem haberet. Nauicule quedaȝ ab alia parte fluuij poſite ſine aliquo ductoꝛe ad euȝ ꝑuenerunt: ⁊ ipſe cū oībus angelico ducatu tranſiuit. Quieuit in pace. xc. etatis ſue anno: ep̄atus v° ſui anno. xxx. idibus ſeptēbꝛis. Sepultus in eccleſia andegauenſi miraculis clarens.

¶ De Exaltatiōe ſcē crucis. C. LXXVII



Exaltatio ſancte crucis ſub heraclio imꝑatoꝛe facta ē. Cum enim venerabile crucis dn̄ice lignuȝ a beata helena inuentum eſſet: vt habet̄ ſupra in hiſtoꝛia inuētionis crucis. v. non. maij: ita per mediuȝ ab ea ſectum eſt vt ex eo crucem conſtātinopolim deferret: ⁊ crucem hieroſolymis in thecis argēteis ſuo loco reſeruaret. Multoꝛum itaqꝫ tp̄m labente curriculo ꝑmittente dn̄o ꝓpter peccata ſuum populū flagellari. Coſroe rex pſaꝝ omnia regna terraꝝ oꝛientis ſuo impio ſubiugauit. Hieruſalem aūt veniens a ſepulchꝛo dn̄i territ⁹ fugit: partem tamen dn̄ice crucis ibidem ab helena relictam aſpoꝛtauit. Volēs aūt ab oībus vt ſolus deus coli: turrim ex auro ⁊ argento interlucētibus gēmis fecit: ⁊ ibidem ſolis ⁊ lune ac ſtellarū imagines collocauit: per ſubtiles etiam ⁊ occultos aque ductus quaſi deus deſuper aquā fluens pluebat: ⁊ ſubterraneo ſpecu equos quadrigas trahētes habebat: vt quaſi turrim mouerent: ⁊ tonitruū ſimularent. Filio quoqꝫ ſuo regno tradito: ipſe ĩ turri reſidebat: ⁊ iuxta ſe crucem dn̄i collocans: appellari ſe regem regum ⁊ dn̄m dn̄antium ab omnibus imperabat. ¶ Tunc imperatoꝛ heraclius xp̄ianiſſimus cum exercitu copioſo iuxta flumen danubiū contra coſroe filium pugnaturus aduenit. Et ibidem vtriſqꝫ principibus placuit: vt ipſi ſoli ſuper pontem duello confligerēt: ⁊ qui victoꝛ exiſteret ſine dāno alterius partis exercitus impiuȝ obtineret. Et ſi quis ex vlla partium principem ſuum iuuare p̄ſumeret cruribus ⁊ brachijs exciſis in flumine mergeret̄. Heraclius igitur ſe deo ⁊ venerāde cruci pro qua pugnabat deuote cōmendans: ambobus dudum in conflictu durantibus chꝛiſto annuente victoriam tandem obtinuit: ⁊ coſroe filium interfecit. Statimqꝫ vniuerſus eius exercitus quaſi diuinit⁹ tactus: ſe fidei chꝛiſtiane ſubdidit: ⁊ ſacrum baptiſma ſuſcepit. Coſroe aūt ignoꝛabat exitum belli: quia cum ab omnibus propter eius ſuꝑbiam haberetur exoſus: nemo eidem indicare curauit. Unde heracli⁹ vſqꝫ ad turri aſcēdens ad thꝛonum eius ex improuiſo peruenit: ⁊ eum in thꝛono aureo repperit: eiqȝ dixit: ꝙ quia cruceȝ dn̄i iuxta eius modulum honoraſſet ſi baptiſmum ⁊ fidem xp̄i ſuſcipere vellet: vitam ⁊ regnum ab ipſo acceptis obſidib⁹ obtineret. Sinaū

ſtatim ipſius gladio interiret. Cūq; hoc il
le perfidus acquieſcere nollet: heraclius
eū protinus decollauit. Sed quia rex fue
rat: ⁊ crucem dn̄i ex parte honorauerat ip
ſum ſepeliri mandauit. Filium vero eius
annorum. x. quem ſecū repperit baptiza
ri fecit: ⁊ ipſum de ſacro fonte leuauit: ac
regnum paternum ei dimiſit. Turrim ve
ro deſtruens argentum in predam ſuis di
uiſit: aurū vero ⁊ gēmas ad reparandas ec
cleſias quas tyrānus deſtruxerat reſerua
uit. ¶ Sacram igitur crucē dn̄i repetēs
hieroſolymam reportauit. Cum autē de
monte oliueti deſcendens per portā qua
dn̄s paſſurus intrauerat: in equo regio et
apparatu imperiali ingredi vellet: repen
te lapides porte deſcenderunt: ⁊ inuicē
quaſi paries ſe clauſerunt. Angel⁹ quoq;
dn̄i ſuper portam ſignum crucis tenēs ap
paruit: ⁊ imperatorem de pompa increpa
uit: dicens ꝙ cum dominus ad paſſionē
per ipſam ianuā intrauit: non cultu regio:
ſed humili reſidēs aſello: humilitatis exē
plum dereliquit: ⁊ his dictis angelus di
ſparuit. Tunc imperator lachrymis infu
ſus diſcalciatus ⁊ vſq; ad camiſiam exut⁹
crucem domini accipiens vſq; ad portā
baiulauit. Statimq; porta ſe ſurrigens: li
berū intrantib⁹ patefecit ingreſſū. Odor
autem ſuauiſſimus qui eodē die quo crux
de turri coſroe fuit ſublata vſq; hieroſoly
mam de perſarū prouincia fuerat illapſus
tūc rediit: omneſq; ſuauitate refecit. Sic
q; precioſa crux ſuo loco reſtituit̄: ⁊ anti
qua miracula renouant̄. Mortuus enim
quidam ſuſcitatur: paralytici. iiij. curant̄:
leproſi. x. mundant̄ ceci. xv. illuminant̄: a
plurimis demones effugantur: langori
buſq; diuerſis multi liberantur. Et ſic im
perator eccleſiis reparatis: ⁊ regiis mune
ribus dotatis ad propria remeauit. Facta
eſt autem hec crucis exaltatio. xviij. calē.
octobris. Circa annos dn̄i. dcxx.

¶ De. ſ. Cornelio papa ⁊ m. C. LXXVIII



Corneli⁹
papa ⁊ martyr natione
roman⁹ ex patre caſti
no: Fabiano pape i pō
tificatu romano ſucceſ
ſit. Et ſedit annos tres
menſes. ii. dies. x. Hic
cōſtituit vt ſacerdotes
ſi vellēt ꝓ certa cauſa iurare poſſent. Hic
rogatus a quadā lucina matrona: corpora
apl'orū petri ⁊ pauli de catacūbis leuauit:
vbi ꝑ ānū iacuerat: poſtq̄ ea greci furati
fuerāt vt dictū eſt ſupra in paſſiōe eorū. iij.
cal. iulii. Et primū quidē corpus bti pau
li ſepeliuit in predio eiuſdē lucine in via
oſtieñ. ad latus vbi decollatus ē. Deinde
corpus bti petri poſuit iuxta locū vbi cru
cifixus eſt. Inter corpora ſcōrū epōrū in tē
plo apollinis in monte aureo vaticani pa
latii neroniani. ¶ Hic beatus martyr a de
cio ceſare cū ſuis clericis in exiliū relega
tus eſt centū cellis. Ibiq; a ſctō cypriano
epō carthagineñ. epiſtolas ꝯfortatiōis ac
cepit. Tandē de exilio reductus decio ꝑ
ſentat̄. Et cū imobilis in fidei confeſſione
permaneret: iuſſit os eius plūbatis cedi:
⁊ deinde ad tēplū martis adduci: vt aut
ibi ſacrificaret aut ſentētiam capitalē ſu
biret. Cum ergo illuc duceretur: miles ꝗ
dam nomine cerealis eum rogauit vt ad
domū ſuā diuerteret: ⁊ pro vxore eius ſa
luſtia: q̄ ꝑ annos. v. paralytica iacebat ora
ret. Que dum ad oīonem eius ſanata eſ
ſet. xxi. milites cū ipſa ⁊ viro ſuo: dn̄o cre
diderunt: ⁊ a cornelio baptizati ſunt. Qui
omnes iubente decio ad tēplum martis
deducti ⁊ expuentes in idolum vna cum
ſcō cornelio decollati ſunt. Quorum om
nium corpora a lucina prefata in cimite
rio calixti ſepulta ſunt. xviij. calend. octo
bris. Circa annum domini. ccliii. ¶ Hic
ſanct⁹ papa ad fabianū antiochene eccle
ſie epiſcopū ſcripſit epiſtolam de romana

italica ⁊ aphꝛicana ſynodo. Itē aliam de
nouato ⁊ aliis q̄ lapſi erant. Tertiā de his
que in ſynodo geſta ſunt. Quartā admo-
dum prolixā: nouatiane hereſos anathe
ma continētē: ⁊ cauſas. Hec hieronym⁹
libro de viris illuſtribus.

¶ De .ſ. Cypriano epō ⁊ m̄. C. LXXIX.



Cyprian⁹
carthagineñ. epiſcop⁹
⁊ martyr paſſus in ipſa
ciuitate carthaginenſi
ſub valeriano et galie-
no impatorib⁹ galerio
maximo pcōſule. Qui
poſtq̄ multos xp̄ianos
ad martyriū verbis ⁊ litteris ↄfirmaſſet.
Paterno proconſuli preſentat̄. Et poſtq̄
a fide nullatenus imutari poſſet: in exiliū
ab eodē miſſus eſt in inſulā corubitanā.
¶ Poſt aliquot mēſes inde reuocatus ē
a galerio maximo q̄ paterno ſucceſſerat.
Et cū ad ſacrificia deoꝝ cogeret̄: ⁊ ſacrifi-
care nollet: ſentētiam ab eo capitalē acce-
pit. Qua lecta p notariū cyprianus dixit.
Deo gratias. Cūq̄ ad locum cū ſpiculato
re veniſſet: precepit ſuis: vt eidē ſpiculato
ri pro mercede .xxv. aureos darent. Acci-
pienſq̄ linteū: manu ſua oculos texit ⁊ co
ronā ſuſcepit. Referunt̄ etiā paſſi cū eo
creſcētian⁹ victor roſula ⁊ generalis. xviii
cal. octobris: circa annū dn̄i. cclvi. Quorū
corpora a xp̄ianis ſepulta ſunt in via appal
lienſi iuxta piſcinā eiuſdē carthaginenſis
ciuitatis. ¶ Hic beatus martyr nōdū ad
fidem xp̄i conuerſus: primū glorioſe rhe-
toricam docuit: deinde xp̄ianam profeſ-
ſus fidem: ⁊ carthaginenſis epūs conſtitu-
tus: multa ſcripſit: multa cōpoſuit. Nam
ingenii huius ſuperuacuū eſt indicem te-
xere: cū ſole clariora eius ſint opera. Scri
pſiſſe dr̄ de lapſis volumen egregium cō
tra nouatianos. Item ſacramentoꝝ librū
eximium. Item alium de laude martyrū
ad corneliū papā. Epiſtolas octo. Cōtra
nouatū ⁊ nouatianū diuerſos tractatus ⁊
epiſtolas: in q̄bus eoꝝ cōdēnant̄ errores.
Epiſtolaꝝ volumen grande ad diuerſos
ſcriptaꝝ ſonanti valde ornatum eloquio.
Hec hieronym⁹ libro de viris illuſtrib⁹.

¶ De ſcō Tobia iuſto. Cap. LXXX.

TObias vir ſanctus cuius p-
fectio ſcitatis ex ipſo ipſius
ſpeciali libro colligit̄: a btō
hieronymo ⁊ a ioſepho in-
ter partes ſanctos teſtamē-
ti veteris numerat̄. Hic ex
tribu ⁊ ciuitate neptalim vn⁹ fuit ex capti-
uis filiis iſrael a ſalmanaſar rege aſſyrioꝝ
in aſſyrios trāſlatis. Qui in captiuitate po
ſitus viā veritatis nō deſeruit: adeo vt cō
tribulibus ſuis euntibus ad orandū vitu-
los aureos quos fecerat hieroboā rex iſra
el: iſte ſolus iret in hieruſalem ad tēplum
dn̄i decimas ⁊ primitias ſuas fidelit̄ offe-
rendo. Hic accepit vxorē annā de tribu
ſua: ex qua filiū genitū ſuo nomie vocauit
tobiam. Captus aūt cum vxore ⁊ filio ha-
bitauit in niniue. Et quia deum timebat:
obtinuit a rege gratiam perābulandi per
oēs eius regiones. Qui concaptiuos viſi-
tabat: ⁊ monita eis ſalutis p̄bebat. Deue-
niens aūt in rages ciuitatem medoꝝ cui-
dam gabello cōtribuli ſuo egenti ſub chi-
rographo mutuauit decē talēta argenti:
que habebat ex his: in quib⁹ a rege fuerat
honoratus. ¶ Mortuo aūt ſalmanaſar cū
filius eius ſennacherib filios iſrael exoſos
haberet: tobias cōſolabatur eos: ⁊ egenis
miniſtrabat. Cū vero reuerſus eſſet ſen-
nacherib a iudea fugiens manum dn̄i: et
iratus multos hebreorum faceret occidi:
tobias ſepeliebat corpora eorum. Quod
audiens rex tulit omnem ſubſtantiā ei⁹: ⁊
⁊ eum occidi iuſſit. Qui cum vxore ⁊ filio
fugiens nudus latuit. Poſt dies quadra-
ginta quinq̄ occiderunt regem filii eius:
⁊ tobias ad domū ſuā rediit: omniſq̄ fa-

cultas eius reſtituta eſt ei. Cum aũt in q̃dam feſto paratum eſſet conuiuiũ in domo eius: ⁊ miſiſſet filium ſuum ad vocandos amicos: reuerſus ille nunciauit vnũ ex hebreis in platea iugulatũ iacere. Cuius corp⁹ tobias occl'te ſuſtulit: ⁊ nocte poſtmodum latẽter ſepeliuit. Propter quod a primis redarguebat: eo ꝙ hui⁹ rei cauſa vix mortis periculum euaſiſſet. Sed ille timorẽ dñi oĩbus ante ponens ſepulture occiſoꝝ ſolicitus intendebat. ¶ Die vero quadam cum a ſepultura fatigatus rediſſet: ⁊ iuxta parietem obdormiſſet: ex nido hirundinũ calida ſtercora eius oculis inciderunt: ⁊ cecus factus eſt. Qui tamen in oĩbus patientiam habuit: ⁊ ſicut olim iob dñm in omnibus benedixit: cuꝫ tamen ab amicis irrideret. Anna võ vxor eius ibat ad textrinum opus: ⁊ de labore manuũ ſibi ⁊ familie ſue victũ ꝓcurabat. Et cũ die q̃dã hedũ ad domũ adduxiſſet tobiaſqꝫ cũ balãtẽ audiſſꝫ: vxorẽ admonuit: vt ſi forte furtiu⁹ eẽt ſuo dño redderet. Ad quẽ illa irata cepit eũ ṽbis ꝯtumelioſis irritare: ⁊ elemoſynas ſuas in vanũ factas obiicẽ. Ille võ cuꝫ lachrymis orauit ad dñm: vt ſuũ in pace ſuſciperet ſpirituꝫ. Eodem die contigit: vt ſara filia raguelis in ciuitate medorũ audiret improperiuꝫ ab vna ancillaꝝ ſuaꝝ: quam increpabat: obiiciẽte ei ꝙ eſſet interfectrix viroꝝ ſuorum. Fuerat enim nupta ſeptem viris: et demoniũ noĩe aſmodeus occidebat eos: ſtati cũ ad eã igreſſi eẽnt. Que p⁹ ieiuniũ triduanum orauit ad deum: vt a tali eam opprobrio liberaret. Cuius oĩo vna cum orone tobie vno ⁊ eodem tempore ſunt i conſpectu dñi exaudite. ¶ Tobias ergo cum putaret ſe exauditum vt moreretur filium ſuum vocauit: ⁊ eum de preceptis ſcis erudiuit: atqꝫ ad ſperandum in dño confortauit. Deinde precepit vt virũ aliquem perquireret: qui eũ in rages medorum adduceret: vt debita ſibi decẽ talenta argenti a gabello exigere poſſet. Egreſus ergo tobias inuenit iuuenẽ precinctũ quaſi paratum ad ambulandũ. Et cuꝫ ab eo accepiſſet: ꝙ oẽm regionem medoꝝ ⁊ iter nouiſſet: ⁊ gabellũ cognoſceret: introduxit eum ad patrem ſuũ: ⁊ audita narrauit. Cui ⁊ iuuenis: qui erat angelus raphael filiũ ſuũ ſanũ ducere ⁊ reducẽ ꝓmiſit. Paratiſqꝫ oĩb⁹: q̃ erãt opus in via ambulauerũt ãbo ſimł: ⁊ canis ſecut⁹ eſt eos. Mater aũt filium ſuum abeũtem amare flebat: ſed eam tobias ꝯfortabat. ¶ Uenientes igiẗ illi ad fluuiũ tigris: exiuit tobias: vt pedes lauaret: ⁊ egreſſus eſt piſcis imanis: vt deuoraret eũ. Queꝫ tobias iuſſu angeli manu apprehẽdit: ⁊ traxit ad littus. Deinde ipſum exenterauit: ⁊ cor ⁊ fel eius ac iecur repoſuit: que ei angelus ad medicinã vtilia fore dixit: parteqꝫ piſcis aſſam comederunt: partẽ ſalitam ſecũ tulerunt. Quibus pergentibus expoſuit angelus tobie: ꝙ cor ac iecur piſcis ſup prunas poſitum: fumo ſuo extricat oẽ genus demonioꝝ: fel vero valet ad auferendaꝫ albuginem ⁊ cecitatem oculoꝝ: venerũtqꝫ ad ciuitateꝫ medoꝝ in qua raguel propinquus tobie morabaẗ. Ad cuius domũ dum diuertere vellent: angelus tobie dixit: ꝙ filia illius vnica ſibi in coniugẽ cuꝫ omni ſua ſubſtantia debebatur. Et dũ tobias propter ea q̃ de puella audiuerat ipſam accipe dubitaret: angelus ipſum edocuit: ꝙ ſuper petulantes ⁊ deum nõ timẽtes demonium poteſtateꝫ habebat. Sed cum illã acciperet tribus noctibus in oratione pernoctarent: ⁊ de iecore piſcis incenſum faceret: ⁊ ſic demoneꝫ effugaret: quarta vero nocte puellam cognoſceret amore procreande prolis: non appetitu libidinis. Ingreſſi ergo ad raguelem cum tobiam eius conſanguineum cognouiſſet gratanter illos ſuſcepit: et ad conuiuium inuitauit. Cui tobias filiam eius in vxorẽ petiit. Sed cum pater illam ei dare dubitaret ne

tarer ne forte ei ſicut ꝛ aliis cõtigerat: hortante angelo ac dicente: hoc diuine volũtatis eſſe: ꝛ propterea alius eaꝫ nõ potuerat habere: Raguel ſaram filiã ſuam tobie deſponſauit: ꝛ magnas nuptias pparauit. Nocte vero iuueneꝫ ad puellam intromiſit: qui iecur piſcis ſuper prunas poſuit. Moxꝙ angelus demoniũ apprehenſum in deſerto egypti ſuperioris alligauit. Exhortante igitur tobia ipſe cum ſara nocte illa in oratione perſeuerarũt. Sed cuꝫ circa pullorum cantum raguel foueã parari iuſſiſſet: vt ante lucem generũ ſepeliret: miſit ancillam ad explorãdum quo modo ſe haberet. Que reuerſa nũciauit ambos incolumes dormientes. Qui deuꝫ ex corde benedixit: ꝛ foueaꝫ repleri mandauit. Factoꝙ ſolẽni conuiuio vicinis ꝛ amicis adiurauit tobiã: vt duas hebdomadas apud ſe maneret: ꝛ dedit ei medietatem oĩum que poſſidebat ꝛ de reliqua poſt mortem ſuam ei relinquenda pmiſit. ¶ Interea angelus qui iuuenis putabatur: rogatus a tobia ad rages vrbẽ acceſſit: a gabello mutuatam pecuniã exegit: chirographum ei reſtituit: eumꝙ ſecum ad tobiaꝫ reuiſendum adduxit. ¶ Raguel igitur filiaꝫ ſuã tobie tradidit: ꝛ dimidium ſubſtantie ſue in ſeruis ꝛ pecudibus camelis ꝛ pecunia ei conceſſit: filiamꝙ ſuam ſalutaribus monitis eruditaꝫ in pace dimiſit. Qui recedẽtes cum perueniſſent ad charrã que ẽ medio in itinere: raphael ꝛ tobias pceſſerũt: ꝛ ſaram cũ ſeruis ꝛ pecudib⁹ lento gradu venire pmiſerunt: monuitꝙ angelus tobiam: vt perueniens domũ oculos patris felle piſcis liniret: ꝛ confeſtim viſum recuperaret. Cum aũt appropinquarent ad vrbem Anna mater eius que in ſupercilio montis quotidie ſedebat: filium ſuum de longe vidit: ꝛ currens viro ſuo nunciauit. Canis etiam qui eos ſecutus fuerat cauda blandiens precucurrit. Tobias ergo ſurgens duce puero: proceſſit obuiam filio: ꝛ ſe mutuo obſculantes fleuerunt pregaudio. Cumꝙ tobias iunior felle piſcis oculos patris deliniſſet: poſt mediã quaſi horam egreſſa albugine: viſuꝫ ante quattuor annos amiſſum recepit. Nam annorum lvi. illum perdidit ꝛ ſexagenarius recuperauit. Poſt dies. vii. Sara nurus eius applicuit: ꝛ cum gaudio a tobia ꝛ anna recepta fuit omnia quoꝙ que ſibi acciderant iuuenis enarrauit. Deinde raphael eis q̃s eſſet aperuit: ꝛ relicta illis pace diſparuit. ¶ Tobias vero in timore domini perſeuerans annis adhuc. xlii. ſuperuixit: ꝛ vidit filios nepotuꝫ ſuorum. Et poſt annos. cxii. vite ſue in pace obdormiuit. Sepultuſqꝫ ẽ in niniue ciuitate. Mortua quoqꝫ anna eius vxore: Tobias cuꝫ ſara ꝛ filiis ſuis venit ad raguelem: ꝛ cuꝫ eo manſit vſqꝫ ad finem vite ſue: omnẽqꝫ ſubſtantiam eius poſſedit. Et poſt eius obitum in ſanctitate perſeuerauit annorũqꝫ. xcix. in pace quieuit. Huius ſancti ꝛ duarum ſanctarum infraſcriptarum. hic geſta poſui: quia dies eorum obitus ſunt incerti: ꝛ ipſoruꝫ hiſtorie hoc tempore: videlicet ad mediũ mẽſis ſeptembris ab eccleſia legũtur. Hec ex libro tobie: ꝛ ex chronicis ioſephi hieronymi ꝛ comeſtoris.

¶ De ſcã Judith vidua. Ca. LXXXI.



Judith vidua inter ſanctas veteris teſtamenti matres: ſancta quoqꝫ ruth regina a ioſepho ꝛ hieronymo conſcribuntur. Quaruꝫ ſanctitatis laudes in earuꝫ libris ſpecialibus extolluntur. Fuit auteꝫ iudith de ciuitate betulie oriũda: filia merari de tribu ruben: vxor nobilis manaſſe ab eo in multis diuitiis relicta: que nimia pulchritudine in viduitate caſtiſſima domino ſeruiebat. ¶ Cum ergo cambyſes filius cyri

regis perſaꝝ: qui alio nomine nabuchodo
ſoꝛ appellatur: cui pater adhuc viuens re-
gnum aſſyrioꝝ conceſſerat anno. xii. regni
ſui: arphaſath regem medoꝝ in campo vi-
ciſſet. ⁊ regnum eius obtinuiſſet: in ſuper
biam elatus miſit ad omnes vrbes muni-
tas ſyrie ⁊ damaſci vſq; ad hieruſalez exi
gens ab eis tributa longe grauioꝛa q̃ƺ pa
tres ſui. Qui omnes vno animo contradi-
xerunt. Et indignat⁹ rex miſit holophernẽ
principem militie ſue cũ exercitu inume
rabili ad regiones illas: mandans vt nulli
hoꝛum vel munitionum parceret oculus
eius. Qui cum vaſtaſſet ciliciaȝ ⁊ meſopo
tamiaȝ: ⁊ madianitas: ⁊ ciuitates multas
obtentas deſtruxiſſet: ⁊ deos earuȝ exter-
minaſſet: peruenit ad terminos terre iſra-
el: vt expugnaret eos. Timentes autẽ filii
iſrael ne ſimilia faceret hieruſalem ⁊ tem
plo domini: clauſerunt itinera montiuȝ: ⁊
ſe coram domino ieiuniis ⁊ oꝛationibus
humiliauerũt ad exhoꝛtationẽ heliachim
ſacerdotis magni. Cumq; holophernes
audiſſet ꝙ filii iſrael montiũ itinera cõclu
ſiſſent cõtra betuliaȝ ciuitatẽ: vocauit du
ces moab ⁊ amon: ⁊ interrogauit eos: q̃s
eſſet iſte populus: aut que virt⁹ eoꝝ. Tũc
achioꝛ dux filioꝛuȝ amon narrauit ei: q̃uo
veniſſet populus ille de egypto in ſignis
mirandis: ⁊ deo eorum ſib: ꝓpicio terraȝ
chanaam patribus ſuis ꝓmiſſam admira
bili potentia obtinuiſſent. Et cũ deus eoꝝ
placatus erat eis: nemo poterat illis reſi-
ſtere: cum vero ꝓpter peccata ſua exaſpe
rabant eum: flagellabat eos. audiens hec
holophernes iratus mandauit achioꝛ illi
populo ſociari: vt illis pereuntibus ipſe pari
ter cũ eis periret. Sicq; a ſeruis ſuis addu
ctus iuxta betuliaȝ manibus ⁊ pedib⁹ vin
ctus ad arboꝛem dimiſſus eſt. Egreſſi aũt
fundibularii de ciuitate eũ ſoluentes ad-
duxerunt ad populum. Qui omnia coꝛam
populo que ſibi cõtigerant enarrauit: quẽ
princeps ozias in domum ſuam ſuſcepit.

¶ Altera die holophernes ciuitatez betu
liam potenter obſedit. Et inueniẽs aque-
ductus qui fluebant in vrbem abſtulit eis
aquam. Sed ciues betulie noctibus egre-
diebantur ad quoſdam fonticulos iuxta
muros: quibus vtebantur ad refocillan-
dum potius q̃ƺ ad bibendum. Quod holo
phernes cõperiens: fontibus cuſtodes ap
poſuit: ita vt aqua i ciuitate deficeret: poſt
dies viginti venerunt duo ſacerdotes de
hieruſalem ad populum exhoꝛtanduȝ. Et
cum populus ſiti deficiens vellet ciuitatẽ
tradere holopherni: ad preces ſacerdotũ
adhuc quinq; dieb⁹ domini miſericoꝛdiã
expectare decreuit. ¶ Hoc audiẽs beata
iudith: primũ quidez eos redarguit: ꝙ ter
minuȝ domino poſuiſſent: deinde eis im
poſuit: vt eos eodem ſero ad poꝛtã ciuita-
tis expectarent. Premiſſa quoq; oꝛatiõe
lauit ſe ⁊ induit omnes veſtes ſuas cõptas:
⁊ oꝛnamenta tulit: ⁊ ancillaȝ ſuã nomine
abrã ſecum duxit. poꝛtans ſecuȝ cibos ali-
quos ad edendum. Ueniensq; ad poꝛtaȝ
ciuitatis iuſſit ſacerdotibus ⁊ cuſtodibus
vt ſe vſq; ad dieȝ tertiũ expectarẽt. Cũq;
deſcenderet montẽ tenuerunt eam explo
ratoꝛes: ⁊ duxerunt ad holophernẽ. Qui
ſtatim pꝛopter eius nimium decoꝛem ca-
ptus eſt in oculis ſuis. Cum aũt ipſuȝ ado
raſſet iudith: interrogauit eaȝ cur ad ſe ve
niſſet. Que reſpondit: ꝙ iccirco venerat:
vt ſaluaret animã ſuam: eo ꝙ populuȝ ſuũ
propter peccata ipſoꝝ in manu holopher-
nis cognouerat eſſe tradendum. Addens
ꝙ deus ſuus eam miſerat: vt ipſa ſibi hec
nunciaret: ſuoq; vſus conſilio ipſum vſq;
in hieruſalem cum omni exercitu ſuo in-
tromitteret: omnẽq; populum ſicut oues
ſine paſtoꝛe obſtineret. Quecuȝ holopher
ni placuiſſent: iuſſit ei dari de cõuiuio ſuo.
Illa autem non poſſe de cibis eoꝛum co-
medere dixit: ne ſuper ſe eueniret ira dei.
Petiitq; ſibi dari copiam per triduum
egrediendi ad oꝛandum deum ſuum. Et

ita per tres dies noctibus exibat: ⁊ dominum pro ſuo populo exorabat. Quarto vero die holophernes fecit cenā ſeruis ſuis: ⁊ iuſſit vagao eunucho: vt iudith vocaret ad menſam. Cuius pulchritudine ⁊ ornamentis holophernes captus: iocundiorq; effectus bibit vinum vltra omnē modū: ⁊ inebriatus ſtatim feſtinauit ad lectum. Uagao autem iudith in eius cubiculum introduxit: vt cōcumberet ſecū holophernes. Omnes quoq; inebriati ad hoſpitia feſtinarunt. Holophernes autem iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus. Precepit ergo iudith ancille: vt ad hoſtium cubiculi obſeruaret: ⁊ oratione premiſſa cum lachrymis inuocato domino: pugionē holophernis: qui pendebat ad colūnā exoluit: ⁊ percutiens bis in ceruicem eius: caput ipſius abſcidit: ⁊ inuoluit illud canopeo ſuo hoc eſt ſerico reticulato: ⁊ tradidit ancille: q̄ miſit illō in perā ſuā. ¶ Et egreſſe ſunt ambe ſm̄ conſuetudinem quaſi ad orationem: tranſeunteſq; caſtra venerūt ad portam ciuitatis: ⁊ vocauit iudith cuſtodes: apertaq; ianua ingreſſa ē: cūctis ciuibus concurrentibus ad eam: accenſiſq; luminaribus protulit caput holophernis: ⁊ omnia que ſibi de⁹ fecerat enarrauit. Uocatuſq; achior viſoq; holophernis capite adorauit deum iſrael: ⁊ appoſitus ē ad populum domini. Cūq; omnis populus laudaſſet deum: de mandato iudith caput holophernis in muro ſuſpenderūt: ⁊ diluculo in hoſtes impetum fecerunt. Quod videntes aſſyrii mandauerunt principē ſuū vocari. Cum autem intraſſet vagao: vt excitaret eum: vidit corpus ſine capite: nec inuenit iudith. Quod aſſyrii audientes timore ac ſtupore percuſſi: ſe in fugaʒ dederunt. Quos filii iſrael cedentes vſq; ad fines ſuos perſecuti ſūt: ⁊ vir per .xxx. dies eorū ſpolia collegerunt. Uniuerſa quoq; que fuerant holophernis iudith donauerunt. Poſt hec aſcendit iudith in hieruſalem: ⁊ deo gratias egit. Uocatuſq; eſt cābyſes ab hebreis ſecūdus nabuchodonoſor. Rediēſq; iudith betuliam perſeuerauit in ſancta viduitate omnibus diebus vite ſue: ⁊ dimittens abram ſuam liberaʒ quieuit in pace annoꝝ .cv. Sepultaq; eſt in monumēto manaſſe viri ſui. Hec ex libro iudith ⁊ aliis quibus ſupra.

¶ De ſcā Heſter regina. Ca. LXXXII.

Heſter regina claruit in ciuitate ſuſa: que poſtmoduʒ ediſſa dicta eſt tempore aſſueri ſiue artaxerxis regis perſarum: qui regnauit ab india vſq; ad ethiopiaʒ ſupra .cxxvii. prouincias. Qui tertio anno imperii ſui fecit grā de conuiuium cunctis principibus ⁊ magnatib⁹ prouinciarū: quod durauit .clxxx. diebus in domo ſua mirabili: cuius colūne erant argentee: tectum vero inſtar firmamenti habens gemmas diuerſi coloris: in figura ſiderum ⁊ ſignorum diſpoſitas. Poſt hos dies conuiuii inuitauit omnem populuʒ qui erat in ſuſis ⁊ diſcubuerūt extra domū ſepteʒ diebus in veſtibulo horti delitiarum: quod mira pulchritudine decoratum erat. Uaſti quoq; regina fecit conuiuium feminarum in palatio vbi rex manere conſueuerat. Die autē ſeptimo precepit rex .vii. eunuchis: vt introducerent reginam in apparatu ſuo: vt oſtenderet omnibus pulchritudinē eius. Que ad imperium regis venire contempſit. Et iratus rex de conſilio .vii. ſapientū qui ſibi ſemper aſtabant mandauit: vt vltra vaſti non ingrederetur ad regem: ſed altera melior regnaret pro ea: vt per hoc diſcerent omnes mulieres non paruipendere mandata maritorum ſuorum. Igitur ad ſuggeſtionē puerorum regis: ceperunt inquiri virgines in oi regno ei⁹: ⁊ tradi aggeo eunucho ad cuſtodiā. Et accepe

runt oculus ⁊ ornamenta ad libitum ſu-
um: vt quecūq; oculis regis placeret ipſa
regnaret pro vaſti. Erat tūc in ſuſis iude-
us nomine mardocheus de tribu benia-
min ⁊ de ſtirpe gemini: qui deſcēderat de
transmigratione iechonie. Hic erat nutri
tius filie fratris ediſſe: que alio nomīe di-
cebatur heſter: quam orbatam vtroq; pa
rente mardocheus adoptauerat in filiā.
Hec inter ceteras puellas tradita ē eunu
cho. Que nō indicauit populum ſuum ſi-
cut ei mandauerat mardocheus. Inue-
nitq; heſter gratiā in oculis eunuchi: ⁊ tra
didit ei ornamenta pulchriora. ⁊. vij. puel
las que excolerent eam. Porro virgines
per ordinem ingrediebantur ad regem:
⁊ que ab eo egreſſa fuerat: nō poterat ad
eum redire niſi eam ex nomine vocaret.
Mardocheus autem verſabatur circa do
mum regis curas habens ſalutis filie. Tā
dem ex ordine venit dies: quo heſter ad
regem ingreſſa eſt in ornatu ſpecioſo. Et
inuenit gratiam apud regem: ⁊ fecit eam
regnare pro vaſti. vij. anno regni eius ⁊ ce
lebrauit nuptias integro menſe: donaq;
largitus eſt occaſione nuptiarū: iuxta ei⁹
magnificentiam regalem. ¶ Eodem tē
pore irati ſunt duo eunuchi regis ianito-
res: ⁊ machinati ſunt in mortem eius. Qđ
mardocheum non latuit. Qui idicauit he
ſter ⁊ illa regi ex nomīe mardochei. Que
ſitūq; eſt ⁊ inuentū ⁊ appenſus eſt vterq;
in patibulo. Et traditū eſt ſcripture in an-
nalibus regis: in quibus reges accidentia
ſui temporis regiſtrabant. ¶ Poſt hec aſ
ſuerus exaltauit amalechitem de ſtirpe
agag: fecitq; eum poſt ſe primū in omni
regno ſuo. Et adorabant eum omnes ſer-
ui regis preter mardocheum: qui propter
patrias leges coram eo genua non flecte
bat. Quod attendens amā indignatus ē:
⁊ accipiens eum eſſe hebreum: cogitauit
omnes hebreos perdere qui erant in re-
gno aſſueri: veteri motus odio: quia in-
dei perdiderant amalechitas. Duodecīo
igitur anno aſſueri miſſa eſt ſors in vrnā
coram aman: quo die ⁊ quo menſe gens
iudeorū interfici deberet. Et exiuit ſors.
xiiij. die menſis duodecimi. Aman autē
ſuggerente regi: ꝙ gens iudeorum nouis
legibus vteretur ⁊ regis iuſſa contemne-
ret: pacemq; regni turbaret: decreuit rex
vt gens illa omnino periret. Cumq; amā
promiſiſſet impendere decem milia talē-
torū argenti in gazophilacio regis ex bo
nis iudeorum: conceſſit rex omne illud
argentum aman: ⁊ ꝙ de populo illo age-
ret vt ſibi placeret. Tulitq; rex anulū quo
vtebatur: ⁊ dedit amā: vt ſcriptas litteras
ex noīe regis anulo ſuo ſignaret. ¶ Tunc
ſcripſit aman nomine regis litteras anulo
regis ſignans: vt occiderentur iudei a par
uulo vſq; ad ſenem ⁊ bona eorum diripe
rentur. xiiij. die. xij. menſis. Statimq; in
ſuſis pependit edictū. Quod cū audiſſet
iudei fleuerunt. Heſter quoq; hoc audi
ens accerſiuit mardocheū: qui omnia ei
per eunuchum ſignificauit: ⁊ exemplum
edicti ei miſit: mandans vt ad regem in
traret ⁊ ei pro ſuo populo ſupplicaret. Et
quamuis heſter iuxta legē regis nō aude-
ret ad eū igredi niſi vocata ſub pena mor
tis tamē in domino confiſa expoſuit ſe pe
riculo: ⁊ mandauit mardocheo vt oēs iu-
dei pro ea orarent ⁊ triduo ieiunarent.
¶ Die autem tertio premiſſa oratiōe in-
duta regalibus: ſtetit in atrio contra baſi-
licam regis cum duabus puellis. Qui cū
reſpexiſſet eam toruo vultu: timēs heſter
collapſa ē. Quod cernēs rex ⁊ ei compati-
ens: qꝛ ipſam pre oībus diligebat: ſurgēs
venit ad eā: ⁊ cepit hortari ne timeret: eo
ꝙ tali legi q̄ pro ſubditis facta erat ipſa vt-
pote regina non tenebať. Illa vō ſurgens
de anguſtia regē oſculata: inuitauit eū ⁊
aman ea die ſecum ad prādium. Et cum
ſecum ambo comediſſent: obtulit rex he
ſter vt peteret quicq̄d ab eo vellet. Que

iterum eos duos videlicet regē ꝛ aman tantum pro die ſequenti ad conuiuium inuitauit: ꝛ tūc ab eo peteret quod optabat. Egreſſus eſt itaqꝫ aman letus. Et videns mardocheum ſibi non aſſurrexiſſe indignat⁹ eſt: ꝛ vocatis amicis indicauit eis omnem gloꝛiam ſuam: addens ꝙ ipſuꝫ ſolum cum rege heſter ad conuiuium inuitaſſet. Uerūtamen nihil ſe habere putabat: dum viueret mardocheus. Sed amicis conſulentibus iuſſit trabem excelſam parari: vt regi ſuggereret: quatenus mardocheum in ipſa appenderet: ꝛ ſic letus ad conuiuium intraret. Nocteꝫ illam rex duxit in ſomneꝫ iuſſitqꝫ ſibi deferri annales ꝛ legi. Et ventum eſt ad locum: vbi erat ſcriptum: ꝙ mardocheus nunciaſſet ei facinus eunuchoꝛū. Cumqꝫ rex interrogās audiſſet: ꝙ ex hoc mardocheus nihil pꝛemii conſecutus fuerat: queſiuit quis eſſet in atrio: ꝛ reſponderunt ei ꝙ aman. Ipſe enim intrauerat: vt regi ſuggeret de moꝛte mardochei. Cumqꝫ vocatus intraſſet: interrogauit eum rex: quid fieri deberet viro: queꝫ rex deſiderabat honoꝛare. Qui cogitans pro ſe dictum: reſpondit: ꝙ indutus regalibus ꝛ coronatus ſuper equum regis per totam ciuitatem deberet circūduci: tenente habenas pꝛimo de pꝛincipibus regis. Statimqꝫ iuſſit rex: vt quicq̄d aman dixerat mane faceret mardocheo: nihil omnino pretermittens. Quod cum feciſſet conſternatus rediit domuꝫ. Et ecce nuncii regis compulerunt eum ad conuiuium regine venire. ¶ Finitoqꝫ conuiuio dixit rex heſter: vt peteret q̄cquid vellet que petiit ſibi donari vitam ꝛ omni populo ſuo: cum per omnes prouincias ab aman mandati fuiſſent occidi. Qđ aman audiens timuit. Rexqꝫ iratus ſurrexit: et hoꝛtum intrauit: ꝛ cum poſt hoꝛā rediſſet: inuenit aman ſuper lectum regine coꝛruiſſe: in quo ipſa iacebat: vt ei pro anima ſua ſupplicaret: putanſqꝫ ꝙ eam oppꝛimere vellet exclamauit. Et cuꝫ ab eunuchis audiſſet: ꝙ trabem ad ſuſpendium mardochei paraſſet: iuſſit eum in ipſa imediate appendi: ꝛ dedit heſter domuꝫ aman. Auditoqꝫ ab ea ꝙ mardocheus patruus ſu⁹ eſſet: dedit ei anulum ſuum quem receperat ab aman. Qui de mandato regis ſcripſit nouas litteras: regis anulo ſignatas pꝛioꝛibus contrarias ad pꝛincipes pꝛouinciarum: ne occiderentur iudei: imo illos qui parati erant ad interfectionem ipſoꝛū iudei interficerent: ꝛ manus pꝛincipum eſſet cum eis. Et factum eſt nomē iudeorum celebꝛe. ¶ Igitur precedenti die an̄ diem qua iudei occidi debebāt: videlicet decimatertia die menſis duodecimi percuſſerunt iudei hoſtes ſuos plaga magna per omnes ꝓuincias ad ſeptuagintaq̄nqꝫ milia. In ſuſis vero interfecerunt ſexcentos viros. Die vero decimaquarta ſolēnitatem domini celebꝛantes conuiuia magna fecerunt. Deinde regis mandato ſuſpenſi ſunt decem filii aman: ꝛ omnis ei⁹ progenies delata eſt. Et conſtitut⁹ eſt mardocheus loco aman pꝛinceps pꝛim⁹ poſt regem. Heſter quoqꝫ regina domino ſeruiuit omnibus diebus: ꝛ genuit regi filiū nomine artaxerrem: qui poſt regem aſſuerum in regno ſucceſſit. Moꝛtuo quoqꝫ aſſuero regina Heſter cum filio ſuo annis pluribus imperium tenuit. Et poſt hec in pace doꝛmiuit. Sepulta in ſuſis in ſepulchꝛo regali. Hec ex libꝛo heſter: ꝛ aliis voluminibus quibus ſupꝛa.

¶ De ſancto Nicomede pꝛ̄ſbytero ꝛ martyre. Ca. LXXXIII.

Nicomedes pꝛ̄ſbyter ꝛ martyr paſſus ē rome ſub flacco comite. Hic diſcipulus beati petri apoſtoli eiuſqꝫ in pꝛedicatione adiutoꝛ in chꝛiſti nomine miracula faciebat. Cui vt caſtiſſimo viro beatus petrus ad paſſionē pergens: petronillaꝫ ſuā filiā cōmēdauit.

Cum autem flaccus comes petronillam
in ſuum coniugium requiſiſſet: ⁊ virgines
ac matronas: vt ipſa requiſiuerat ei miſiſ-
ſet: vt eam ad domum ipſius aſſociarent:
ipſaq; diuinis ſacramentis ab eodem ni-
comede preſbytero perceptis expiraſſet:
vt ſupra in geſtis petronille dictū eſt pri
die calen. iunij. Turba mulierum: que ad
eius nuptias celebrandas venerat: exe-
quias ſancte virginis celebrarūt: quā bea-
tus nicomedes ſepeliuit. Et dum poſtmo
dum verbū domini predicaret inſtāter:
tentus eſt a flacco comite tempore domi
tiani: pro eo potiſſime q feliculā virginē
ab eodem comite paſſam ſepeliſſet: vt ſu-
pra dictum eſt idibus iunij. Quem tentū
dictus comes fecit adduci ad ſacrifican-
dum. Quod cum facere recuſaret: iuben-
te flacco tam diu plumbatis ceſus eſt: do
nec ſpiritum exhalauit. Corpus autē eius
in tyberim ꝓcipitatū ē .xvij. cal. octobris.
Hec marcellus patri diſcipulus ſcripſit.

¶ De ſcō Valeriano mar. C. LXXXIIII

Valerianus martyr vn⁹ fuit
ex numero illoꝝ quinqua-
ginta: qui temporib⁹ anto-
nini veri imperatoris apud
lugdunū i carcere miſſi fue
rant cum ſancto photino epiſcopo. Ex qui
bus chriſtianis ipſe valerianus vna cum
marcello martyre patefactis ianuis ab an
gelo dimiſſus eſt: vt habetur ſupra in paſ-
ſione dicti marcelli pridie nonā. ſeptēbris.
Quo quidē marcello per martyriū aſſum
pto: dum ipſe valerianus in cellula ſecre-
tiſſima latitaret: ⁊ multos ad chriſti fidē
conuertiſſet: peruenit ad caſtrū tenociū
in territorio cabilonenſi: vbi ſanctus mar-
cellus paſſus fuerat: vbi eſt a militib⁹ pri-
ſci preſidis captus: ⁊ cū ſacrificare nollet
ſtipiti appenſus: ⁊ grauiter exungulatus
tandem in chriſti cōfeſſione pſiſtens in eo
loco: vbi nunc corpus eius ſepultū colit:
gladio animaduerſus eſt. Qui in eius agone
vt olim ꝓthomartyr ſtephanus vidit ce-
los apertos: ⁊ xp̄m ei coronā oſtēdere ꝑpara
tam. Paſſus eſt aūt .xvij. cal. octobris.

¶ De ſancta Euphemia virgine ⁊ mar-
tyre. Cap. LXXXV.



Euphe-
mia virgo filia ſenato-
ris philophronis in ci-
uitate chalcedonia paſ
ſa ē tpe diocletiani im-
peratoris ſub ꝓcōſule
priſco. Qui primo in ip
ſa ciuitate .xlix. chriſtia
nos iuuenes detentos vna cū euphemia
virgine cū nollent deo marti ſacrificare ꝑ
dies .xx. in carcere macerauit. Deinde ip-
ſos eductos alapis in faciem cedi: deinde
grauiter flagellari fecit: ipſoſq; victos ite-
rū in carcere imperatori puniēdos reſer-
uauit. De quib⁹ dicet infra vij. calē. octo-
bris. Quos beata euphemia cū eis pariter
detenta viriliter hortabatur. Propter qđ
ante ꝓcōſulē adducta: cū ſacrificare nol-
let alapis diu ceſa eſt: deinde in carcerē
remiſſa. Quam iudex ſecutus ex libidine
opprimere voluit: ſed ſubito manus eius
exaruit. Qui ſe incantatū putans: prepoſi-
tum domus ſue ad eā direxit: vt eā face-
ret conſentire. Sed ille carcerē clauſum:
nec clauibus aperire: nec ſecuribus fran-
gere potuit: ſed a demonio arreptus ſeip-
ſum dilanians vix euaſit. Deinde educta
poſita eſt ſup rotam: cuius vectes carboni
bus pleni erant: ⁊ artifex intra rotā ſignū
trahentibus dederat: vt quādo ſonum fa-
ceret ſimul traherent: ⁊ ſic exeunte igne:
vectes corpus virginis diſſiparent. Sed
nutu dei ferrum quo rota temperabatur
manu decidens ſonū fecit: ⁊ continuo tra
hentibus illis rota artificem cōminuit: ⁊
euphemiā illeſam ſeruauit. Tunc paren-
tes artificis ſuppoſito igne: ipſam rote alli
gatam: ſimul cū rota cōburere voluerūt.

Angelus autem domini de celo deſcẽdit: ⁊ rota combuſta euphemiã intactam eduxit: miniſtros quoq; omnes paralyſi percuſſit. Tunc iuſſit eam proconſul in fornacem ardentem mitti: cuius ignis latitudo xlv. cubitis extendebatur. Sed ſigno crucis edito: inde illeſa educitur: ⁊ in loco excelſo ſtare conſpicitur. Apuleius autẽ proconſulis aſſeſſor: eidem conſuluit: vt eam decollari faceret: dicens virtutez chriſtianorum: non niſi ferro vinci poſſe. Erectis ergo ſcalis eum ſoſthenes ⁊ victor ad eaz feriendam miſſi eſſent: videntes eam angelorum ⁊ virginum choris circũdataz: ⁊ imenſo lumine circũfuſam: conuerſi ſunt ad chriſtum: ⁊ reuerſi eam percutere noluerunt: vt ſupra in eoruz paſſione actum eſt quarto idus ſeptembris. ¶ Poſt hec priſcus eam per capillos ſuſpendi fecit: ſed imobilem permanentẽ: negato cibo: iterum diebus ſeptem in cuſtodia macerauit. Illa vero ab angelo quotidie refecta. vii. die educta: ſubter q̃ttuor magnos lapides poſita eſt: quatenus ſicut oliua cõfringeretur. Ad cuius orationem lapides vt puluis comminuti ſunt. Quod cernens priſcus ipſam in ꝓfundam foueaz proiici iuſſit: vbi tres erant beſtie imaniſſime que omnez hoiem deuorarent. Que ſtatiz virgini blandientes iunctis caudis: ei quaſi cathedram ad ſedendum fecerunt: ⁊ virginem illeſam de fouea eduxerunt. Priſcus confuſus vt eam vel dolo occideret: fecit gladios ⁊ palos acutos cõfigi ⁊ obſcure ac terra modica opiri vt illa ex improuiſo in ipſos incidens moreretur. Gladijs vero ⁊ palis ab angelis alibi tranſpoſitis: euphemia veniens ad locum nil leſionis pertulit: miniſtri vero incidentes interfecti ſunt. Que oia dum priſcus magie attribueret: iuſſit eã virgis cedi. Et cuz nec ſic ſuperari poſſet: mandauit eã ſerris membratim diuidi: ⁊ in ſartagine membra torreri: verũ angeli domini ſerras confregerunt: ⁊ ignem ſartaginis extinxerunt. Videns apuleius proconſulẽ anguſtiari. Iuſſit virginem in harenario mitti: ⁊ beluas ei laxari. Et laxati ſũt ei duo leones ⁊ due vrſe. Et cum beſtie ei procidentes: veſtes eius oſcularentur orauit euphemia vt deꝰ eam tali martyrio dignaretur aſſumere. Sicq; vna ex vrſis curſum arripiens: morſum corporis eius ſolũmodo infixit: liuorem tamen nullum ei fecit. Sicq; voce celica ipſam vocante ſpiritum emiſit. Cuius corpus parentes rapuerũt: ⁊ miliario vno a ciuitate chalcedonia ſepelierũt. xvi. cal. octobris. Cuiꝰ meritis oẽs iudei ⁊ gentiles eiuſdẽ vrbis i domino crediderunt.

¶ De ſanctis lucia ⁊ Geminiano martyribus. Cap. LXXXVI.

LUcia vidua ⁊ geminianus martyres paſſi ſunt in ciuitate mendula in prouincia ſicilie poſita tempore diocletiani ⁊ maximiani imperatorum. Fuit autez beata lucia nobilis in vrbe roma: q̃ ãnis. xxxvi. manſerat vidua: ⁊ annis ſeptuagintaq̃nq; permanſit in hac vita. Quam filius eius eupplius diocletiano accuſauit: ꝙ eẽt chriſtiana. Quã imperator detentaz: ⁊ ante ſe adductã: cũ nõ poſſet iducere ad ſacrificandũ: iuſſit in carcerẽ recludi. Subitoq; fundamẽta carceris cõmota ſunt: ⁊ odor ſuauiſſimꝰ fragrauit: voxq; de celo lapſa ipaz in dño ꝯfortauit. Deide xp̃s ei in ſomnis apparuit: ⁊ celeſtia regna promiſit. Poſt dies q̃ttuor tyberis fluuius inundauit: ⁊ pars maxima muroꝝ vrbis corruit. Palatiuz quoq; diocletiani ipetus aque funditus euertit. Impator vero qui vrbẽ tunc exierat: hoc audito rediit: ⁊ veniẽs ad carcerẽ: vbi lucia detinebat̃: ipſaz apertũ inenit: ⁊ lucẽ maximã irradiantẽ aſpexit. Eductã ergo ſanctã extra vrbem ⁊ deos adorare recuſantẽ: nodoſis fuſtibꝰ cedi fecit. Et ecce qui eã cedebat: factus ẽ lapideus: me-

nus vero carnea remanſit vſqꝫ in preſens vnde ⁊ locus ad manum carneam vocatur. Imperator vero pene totus aridus factus eſt. Sed oranti pro eo ſancta ſanitati eſt reſtitutus. Et cum ad templuꝫ iouis accederet ad gratias diis exoluendas ſubito templum corruit: ⁊ omnia idola cōminuta ſunt. Tunc iratus diocletian⁹ iuſſit ollam eream adduci ⁊ picem: plumbū: ac reſinam in eam liquefieri: ⁊ luciam nudam in olla deponi: ⁊ per triduum ignem ſubter miniſtrari. Quarto vero die lucia a miniſtris ex olla egreſſa: ac omnino illeſa inuenta eſt. Quod audiens imperator iratus mandauit ipſam ferro ⁊ plumbo oneratam per totam ciuitatem duci: ⁊ deinde in equuleo torqueri. Que dum ducerentur: peruenit ante domum hominis prepotentis nomine geminiani: in cuius domum. cccxx. ſimulacra erant. Et ecce ſubito columba niuea de celo deſcendit: ⁊ ſuper caput geminiani tertio crucem figurans reſedit. Qui reſpiciens vidit celum apertum: ⁊ ſedem dei omnipotentis. Et ſtatim relictis omnibus cucurrit ad locū: vbi iam ſancta dei torquebatur: ⁊ proſtratus pedibus eius: ſe chriſtianum aſſeruit: ⁊ baptiſmum expetiit. Qui ſtatim detentus vna cum lucia carceri mancipatus ē. Sacerdos autem quidam protbaſius nomine per noctem ab angelo monitus ad carcerem acceſſit: ⁊ apertis hoſtiis: luceqꝫ de celo profuſa: ac odore aromatuꝫ refragrante: fonte quoqꝫ de terra erumpente. Geminianum baptizauit: quem lucia de ſacro fonte ſuſcepit. ¶ Poſt tertium dieꝫ ambo de cuſtodia educuntur: ⁊ iteruꝫ penis afficiuntur: ſed ab angelo coronis de celo ſibi impoſitis laureantur. Cum autē eos imperator iterum in carcere recluſiſſet: ⁊ extra vrbem equitaret: dum perueniſſet ad pontem gallatium: iudicio dei pons cecidit ⁊ multis in fluuio necatis: ipſe vix cuꝫ paucis euaſit. Cuius prefect⁹ nomine pyrrbopogon pamphilus natione: luciam ⁊ geminianum nolentes diis imolare ceruicibus contundi fecit. Et ſtatim facto nimio terremotu camera ſoli corruit: ⁊ prefectum cum quadraginta ex miniſtris oppreſſit. Lucia vero cum Geminiano illeſa permanſit: quos tumultus populi ereptos liberauit. ¶ Poſt annum vero ſancti martyres ab angelis in ſiciliam inſulam perducuntur: ⁊ in monte tauromenio dimittuntur: indeqꝫ venerūt ad predium aleſinum: vbi filiam cuiuſdā eucarpionis a ſpiritu immundo decennio vexatam liberauerunt. Altera vero die ꝑuenerunt ad fluuium pſimipbum: ⁊ cum nimium innundaret: oratione facta aqua ſtetit: ⁊ ſancti ſuper vndas ſiccis pedibus tranſierunt: ⁊ peruenerunt ad mendulaꝫ ciuitatem: vbi multos infirmos curabāt: ⁊ demonia clamantia eiiciebant: eoſqꝫ omnes ad chriſtum conuertebant. Quod audiens iudex nomine aprophaſius iuſſit omnes qui conuerſi fuerant decollari numero ſeptuaginta quique: qui mox vt domum redibat ex equo colapſus ⁊ mortuus eſt. Tunc magaſius iudex hoc comperto a ſyracuſana ciuitate venit mendulaꝫ: vt ſanctos interficeret. Orante vero lucia mons crepuit: ⁊ ſanctos ſuſcipiens triduo occultauit. Deinde ſitientibus illis fōtis aqua ſcaturiit: eoſqꝫ refecit. Orauitqꝫ lucia ad dominuꝫ: vt eius in pace ſuſciperet ſpirituꝫ: ⁊ ſtatim in domino obdormiuit: Geminian⁹ vero poſt duos dies egreſſus: vt corpus eius ſepeliret: a carnifice inuentus gladio percuſſus eſt. Et cuꝫ odor maximus de monte fragraret: chriſtiana quedam ad odoris ſenſum montem intrauit: ⁊ in ſepulchris marmoreis ibideꝫ ab angelis preparatis ſanctorum corpora reperta ſepeliuit: atqꝫ in montis vertice eccleſiam eoruꝫ nominibus fabricauit. Qui paſſi ſunt decimoſexto calen. octobris.

¶ De ſancto Lamperto epiſcopo ⁊ mar-

tyre.

Cap. LXXXVII



Lampert⁹ epiſcop⁹ ⁊ martyr paſſus eſt tempore pipini francorum regis. Hic eniꝫ genere nobilis ex oppido traiectenſi oriundus ab annis puerilibus ſacris litteris eruditus: diotardi epiſcopi diſcipulus fuit a quo ⁊ eccleſiaſticos ordines vſq; ad diaconatum accepit. Qui pro ſui ſanctitate adeo ab omnibus amabatur: vt mortuo diotardo magiſtro ſuo traiectenſi eccleſie in epiſcopum ab omni populo mereretur promoueri. Quem hydricus rex pre omnibus epiſcopis ſuis charius diligebat. Quo mortuo inuidorum malitia ciues eius impii ipſum ſine cauſa de epiſcopatu eiecerunt: ⁊ feramundum in eius cathedra ſtatuerunt. At lampertus ad monaſterium: quod dicitur ſcabolum: declinauit: ⁊ per ſeptem annos ibidem in penitentia ⁊ optima conuerſatione ſtetit. ¶ Quadam vero nocte ad orationeꝫ ſurgens in pauimento per ignorantiam caſu ſonitum fecit. Quod audiens abbas mandauit: vt quiſquis eſſet ille qui ſonitum illum feciſſet ſtatim ad crucem que erat in campo ſub diuo vſque poſt matutinũ moraturus accederet. Credẽs ꝙ aliquis ex fratribus ſtrepitum ſtudioſe feciſſet. Tũc lampertus illico nudis pedibus ⁊ cilicio indutus ad crucem cucurrit ac ſi tali obedientie vti vnus ex monachis eſſet aſtrictus: ibiq; vſque poſt matutinum perſeuerauit: donec abbas in matutino omnibus viſis fratribus: epiſcopum deeſſe cognouit. Et audito ꝙ ille fuiſſe qui ad crucem iuiſſet: eum introduci fecit. Queꝫ totum capite cum hyems eſſet horrida: niue perfuſum ⁊ pene frigore extinctũ aſpexit: ⁊ ab eo cum monachis veniam poſtulauit. ¶ Poſt. vij. annos auteꝫ iubente pipino rege feramundus expellitur: ⁊ lampertus in ſedem ſuam reducitur. Et cum ipſe ſicut prius verbo ⁊ exẽplo polleret: duo germani fratres maligni inſurgẽtes in eum grauiter perſequi ceperunt. Quos quidam amici epiſcopi eo inſcio occiderunt. Eodemq; tempore lampertus pipinum de quadaꝫ eius concubina plurimũ increpauit. Dodo autem conſanguineus occiſorum ⁊ frater ipſius meretricis aule regie domeſticus: occaſione accepta congregauit exercitum: ⁊ domum epiſcopi: que erat in vico leodio nocte circũdedit: volens occiſorum necem in ſanctum vindicare lampertum. Quod cum vir domini puero nunciante didiciſſet: gladiũ quẽ tenebat abiecit: ſuoſq; conſtanter admonuit: vt peccata ſua confiterentur: ⁊ patiẽter mortem ſubſtinentes in domino confortarentur. Cum autem hoſtes domum eius vndiq; inflammaſſent in ſanctum martyrem irruerunt: ⁊ ipſum orantez iaculis ⁊ gladijs peremerunt. Quibus abeuntibus: quidam ex epiſcopi famulis euadentes: corpus eius ad eccleſiam ſuaꝫ nauigio perduxerunt. Quod traiectenſes cũ multa ciuitatis meſtitia ſepulture dederunt. Paſſus eſt. xv. calen. octobris circa annum domini. ccccccx.

¶ De ſcõ tharraſi cõf. Ca. LXXXVIII.

Tharraſis cõfeſſor grecia vt creditur oriũdus: eo ꝙ de vita ipſi⁹ nihil certum habetur: confeſſione chriſti ⁊ penitẽtia clarus apud conſtantinopolim eremi in cola angelicam vitam duxit: vbi in pace quieuit. Corpus autem eius in ſpelunca repertuꝫ eſt: in qua ⁊ penitentiam egiſſe putatur: cum titulo in tabula ſcripto. Hic requieſcit corpus ſancti tharraſis confeſſoris. Qđ inde leuatum tempore alexij imperato-

ris intra vrbis regie ambitum honorifice ſepulture traditum eſt. Proceſſu vero tē/poris inde tranſlatum fuit venetias ab ip/ſius patrie ciuibus: atq₃ in monaſterio ſancti zacharie depoſitū quieſcit. Cuius tráſ/latio facta eſt. xv. calē. octobris. Naȝ ⁊ de eo quo ipe floruit: quo ve die ad xp̄m migrauit aliter reperiri nō valuit.

¶ De ſanctis emiliano ⁊ hieremia martyribus. Ca. LXXXIX.

EMilianus diaconus ⁊ hie/remias martyres apd̄ cor/dubam hiſpanie ciuitateȝ paſſi ſunt. Qui pro cōfeſſione fidei chriſtiane detenti: ⁊ diuerſis afflicti ſuppliciis: tandem gladio decollati ſunt. xv. calen. octobris: hec ado in martylogio.

¶ De ſanctis Victore ⁊ Stephana mar/tyribus. Cap. XC.

VIctor ⁊ ſtephana martyres apud ſiciliam paſſi ſunt ſub perſecutione antonini ipe/ratoris agēte duce ſebaſtiano. Qui militem victorē captum hortabatur: vt diis ſacrificaret. Quod dum recuſaret: iuſſit dux cōfringi digitoȝ eius articulos: dōec oſſa de corio ſuggregarentur. Et cū in his gratias ageret: iuſſit eum mitti in caminum ignis ardentis. Orauit aūt victor a dominum: ⁊ ignis eum non tetigit: ſed poſt triduū dux ipſuȝ illeſum inuenit. Tūc mandauit venena preparari ⁊ ea i carne iniici ⁊ ei dari. Et cōtinuo manducauit: nec ali/quid mali ſenſit: venenarius aūt acriores venenorum ſtimulos porrexit. Et cuȝ co/mediſſet iterum ſanus ſtabat. Statimq₃ magus ille conuerſus: omnes codice ſuos combuſſit: ⁊ fidē chriſti ſuſcepit. Poſt hec iuſſit dux neruos corporis eius dirumpi: ⁊ oleum decoqui: ⁊ partibꝰ occultioribus corporis infundi. Ac demum in equuleo ſuſpendi ⁊ lampades ei ardentes applicari. Que cum omnia confortatus a domi/no ſuperaſſet: fecit acetum ⁊ calcem in os eius infundi: deinde ipſuȝ exoculari: ⁊ ſic verſis pedibus ſuſpendi: donec ex eius naribus ſanguis diſtillaret. Dimiſſo igitur eo triduo in illo ſuſpendiculo: carnifices euȝ mortuū exiſtimātes acceſſerunt vt vide/rent: ⁊ ſtatim excecati ſunt. Sed orante victore tam ipſe q̄ȝ illi viſum perceperunt. Iratus aūt ſebaſtianus hoc audito man/dauit eum decollari. ¶ Tunc vxor vnius militis nomine ſtephana annorū circiter xvi. exclamare cepit: ⁊ ſanctum martyreȝ beatificare: viditq₃ duas coronas ab angelis de celo deferri: ⁊ maiorem victori, mi/norem vero ſibi dari. Et cum hec omnia coram cunctis enarraſſet: ⁊ chriſtū domi/num confeſſa fuiſſet. Iuſſit dux arbores duas palmarū ad ſe inclinari: ita vt ſe tangerent. ⁊ in vtriſq₃ ligari manibus ac pedibus beatam ſtephanam: ⁊ ſimul arbores ad naturalem erectionem reuertentes dimitti: ſicq₃ dirupta eſt ſtephana in duas partes ⁊ a chriſtianis occulte ſepulta. Sanctum aūt victorē iuſſit dux decollari. Percuſſoq₃ illo ex eius corpore ſanguis ⁊ lac emanauit. Cuius corpus a xp̄ianis ſepul/tum eſt in ſarcophago: qd̄ ipſe ſibi prepa/rauerat in ciuitate ſua. Paſſi ſunt aūt ſan/cti martyres. xiiii. cal. octobris.

¶ De ſcō Methodio epō ⁊ m̄. C. XCI.



Metho/dius martyr prīo olympi lycie eps ⁊ poſtmo/dum tyri fuit. Qui nitidi compoſitiq₃ ſermo/nis aduerſus porphy/rium libros luculētos compoſuit. Iteȝ ſym/poſium. x. virginum. Item de reſurrectione contra origenem opus egregiū. Et ad/uerſus eundem de phitoniſſa ⁊ de arte georgiorum. In geneſim quoq₃ ⁊ in can/

tica cánticoꝛum cōmentarios edidit. Et
multa aliaque vulgo leguntur: Qui ad ex
tremum nouiſſime perſecutionis ſub dio
cletiano: vel vt alij affirmant ſub decio ⁊
valeriano in calcide grecie martyrio vitā
finiuit. Cui in carcere exiſtenti facta eſt re
uelatio plurimoꝛuz de tempoꝛe aduentus
antichꝛiſti: que ſanctꝰ martyr ſcripture cō
mendauit: paſſus eſt xiiij. calē. octobꝛis.
Hec hieronymus de viris illuſtribus.

ℭ De ſcō Fereolo martyre. Ca. XCII.

Fereolus martyr ⁊ iulianus
eius comes in aluer-
nia nati hec in militari ha-
bitu ſeruiebant: vt dictum
eſt ſupra i paſſione iuliani
martyris. v. calen. ſeptēbꝛis. Cum autem
perſecutoꝛes ſanctum iulianum apud al-
uerniam decollaſſent: ⁊ caput eius viēne
ad fereolum detuliſſent: a criſpino conſu-
lari tali conditiōe miſſi: vt aut fereolus ſa-
crificaret: aut ſimilez ſententiā acciperet:
ſi eis aſſentire nollet: confeſtim in chꝛiſti
confeſſione capite ceſſus eſt. Cuius coꝛpꝰ
vna cum capite ſancti iuliani in ipſa ciuita
te in eodem tumulo ſepultū eſt. xiiij. calē.
octobꝛis. ℭ Poſt multos autez annos cū
mamertus epiſcopus viēneñ. coꝛpus ſan
cti fereoli transferre vellet: inuenit caput
ſancti iuliani iter manus fereoli: ⁊ vtrūqz
ipſoꝛū ita integrum ⁊ illeſum ac ſi ea die
fuiſſet ſepultum.

ℭ De ſcō Flocello martyre. Ca. XCIII.



Flocellus
martyr puer decennis
paſſus eſt apud vrbem
auguſtuduneñ. tempo
ribus antonini impera
toris ſub valeriano pre
ſide. Cū eni pſes audiſ
ſet: q flocellꝰ ſcōs mar
tyres in eoꝛum paſſionibus confoꝛtaret:
iuſſit eum teneri: ⁊ ſuſpenſuz in equuleo
diutius flagellari. Deinde carceri vna cuz
leōe recludi: vt ab eo dēuoꝛaret. Orāte vō
puero leo ſubito moꝛit. Statiqz ſeptez lu
cerne cum candelabꝛis ei preſentantur:
quarum lumine tenebꝛe carceris repellū-
tur. Quod audiens gentilis quidam filiuz
ſuum cecum ſurdum ⁊ mutuz ei obtulit.
Cui ſanctus martyr confeſtim viſum audi
tum ⁊ loquelam reſtituit: ⁊ ipſum cum pa
tre ad xp̄m conuertit. Que dum preſes au
diſſet ipſum in ignez maximū extra vrbē
mitti fecit. Sed puer ab angelo ſibi a de-
xtris aſſiſtente hoꝛtatus ignem ingreſſus
eſt. Et continuo tempeſtate ⁊ imbꝛe vali-
do ingruente ignis extinctus eſt. Quē pre
ſes iuſſit lingua ⁊ palmis clauis infigi. Et
dum nihilominus xp̄m confiteretur: ſto-
la indutus linea feris in platea exponitur:
⁊ ab eis diſcerptꝰ martyrio coꝛonat. xiiij.
calen. octobꝛis.

ℭ De ſanctis Januario epiſcopo ⁊ ſociis martyribus. Cap. XCIIII.

Januarius epiſcopus ⁊ ſocij
eius: ideſt feſtus ſoſius ⁊ p
culus diaconi: deſiderius le
ctoꝛ: acacius eutyches paſ-
ſi ſunt apd ciuitatem puteo
lanaz ſub perſecutione dio
cletiani agente preſide timotheo. Qui
preſes miſſus a ceſare ad ciuitatem nola
nam campanie ad chꝛiſtianos extermi-
nandos. Soſium eccleſie meſſena eñ. et
proculum puteolane eccleſie diaconos et
eutychetem ⁊ acacium ciues nolane vr-
bis laicos chꝛiſtianos in carcerem clauſit.
Januariū vero ep̄m beneuenti ei de chꝛi
ſtianitate delatum teneri: ⁊ ſibi preſenta-
ri mandavit. Quem cum ad deoꝛuz ſacri-
ficia: nec blanditiis: nec minis inclinare
poſſet. Juſſit caminum ignis per triduuz
incendi: ⁊ ianuariū interim cuſtodie de-
tentum inter flāmas immitti: qui oꝛatione
fuſa cuz angelis decantās in medio ignis
deambulabat illeſus. Qd dum milites ti-

motheo preſidi nunciaſſent: iuſſit caminū
ignis aperiri. Et erūpens flāma plurimos
paganoꝝ circūſtantes peremit. Januari⁹
aūt ex camino proſiliuit: ita vt nec capilli
eius: nec veſtimenta exuſta in aliquo ap-
parerent. Quod dum preſes magicis arti-
bus attribuiſſet: iuſſit eum in cuſtodia de
tineri. Die vero ſequenti ante ſe adduci: ⁊
neruos de corpore ipſius ſeparari: deinde
iterum in carcerem recipi: vt interim no-
ua ſupplicia excogitaret. Ad quem veniē-
tes feſtus diaconus ⁊ deſideri⁹ lector be-
neuentane ciuitatis: ⁊ eius ſuppliciis con
dolentes: iuſſu eiuſdem preſidis detinen-
tur: ⁊ vna cuꝫ ianuario vinculis mancipā-
tur. ¶ Poſt hec dum timotheus ad ciui-
tatem puteolanā tranſire vellet iuſſit om-
nes martyres prefatos catenis vinctos an̄
currum ſuū protrahi ad exēplum chriſtia-
norum ipſoſq; cunctos in amphitheatruꝫ
eiuſdem vrbis introduci: ⁊ vrſos eiſdem
laxari. Sed manſuefacte fere quaſi oues
ad pedes martyrum procidebant. Quod
cernens preſes dictata ſententia iuſſit eos
omnes capite cedi. Statimq; lecta ſentē-
tia: cum ſancti ad decollationē ducerent̄:
cecus effectus eſt preſes. Januariū quoq;
mox reuocatū rogauit: vt pro ſe ad deum
ſuum oraret. Et cum pro illo oraſſet: cōfe-
ſtim lumen oculoꝝ recuperauit. Quo viſo
miraculo fere quinq; milia gentilium cō-
uerſi ſunt. Preſes vero in malum obſtina
tus hec videns: ianuarium ad martyrium
vna cum ceteris remiſit: quē ſenex quidā
rogauit: vt ex veſtibus ſuis aliquid pro re
liquiis acciperet. Cui epiſcop⁹ poſt decol-
lationem ſuam orarium ſuum ei ſe datu-
rum promiſit. Decollati ſunt ergo ſcī mar-
tyres. ſ. ianuarius epiſcopus feſtus ⁊ pͥcu
lus diaconi: deſiderius lector ⁊ acacius: ⁊
eutyches. Soſius vero diaconus qui iter
alios promptior apparuerat in carcere eſt
ſeruatus: donec poſtmodum ab eodem
preſide paſſus eſt: vt dicetur infra in eius
paſſione. ix. calen. octobris. Januarius au
tem poſt martyrium ſuum ſeni apparuit:
⁊ orarium ſuum ſanguine perfuſum quo
decollandus oculos texerat: eidem tradi-
dit. Quem ſenex militibus ab eoꝝ occiſio
ne redeuntibus: in teſtimonium miraculi
oſtendit. Eadem autem hora qua ſancti
capite ceſi ſunt: timotheus a demonio ar-
reptus diuq; vexatus infeliciter expirauit.
Mater vero ſancti ianuarij in ipſa hora in
vrbe beneuentana ſomniuꝫ vidit: q̄ filius
eius per aera ad celum volaret. Et dieꝫ ⁊
horam notans inuenit ipſum tunc palmā
martyrij ſuſcepiſſe. ¶ Cum vero martyr
domini decollaretur: ⁊ orarium ante ocu
los teneret: digitus eius vna cū capite ab-
ſciſus excidit. Sed dum chriſtiani corpus
ipſius ⁊ ceteroꝝ martyrum nocte ſepelire
vellent: apparuit eis ianuari⁹: eos admo-
nens: vt digitum ſimul cum capite preci-
ſum requirerēt. Qđ illi facere curauerūt:
⁊ ſanctoꝝ omniuꝫ corpora honorabiliter
iuxta ciuitatem ſepelierunt. Qui paſſi ſunt
xiij. calen. octobris.

¶ De ſcō Goderico ep̄o. Ca. XCV.



Goderic⁹ ep̄s claruit apud metē
ſeꝫ ciuitatē tp̄e theode
berti regis frācoꝝ. Qui
aquitania exortus: pri-
mo q̄deꝫ miles egre-
gius cū multas contra
barbaros victorias ob
tinuiſſet: ⁊ corā deo ⁊ hoīb⁹ famoſus eēt:
oculoꝝ cecitatem incurrit: nunq̄ tamen
ipſum patiētia deſeruit. Eodeꝫ autē tem-
pore ſanctus arnulphus metenſi eccleſie
preſidebat. Godericus aūt ab angelo mo-
nitus ad ciuitatē metenſeꝫ venit: ⁊ ibideꝫ
in eccleſia ſancti ſtephani ꝓthomartyris
vt monitus fuerat: ad deū deuote orauit:
⁊ lumen qđ duduꝫ amiſerat recuperauit.
Arnulph⁹ aūt ei carne ꝓpinqu⁹ ip̄m in do

muz ſuam ſuſcepit: ⁊ diuina iuſſione pre/
ſbyterum ordinauit. Deinde ſolitariaz vi
tam eligens epiſcopatui reſignauit: ⁊ ſuc/
ceſſorem ſibi godericuz reliquit: ⁊ eremū
petijt: vt ſupra in eius geſtis dictū ē. xvij.
calen. ſeptembris. Godericus autez eccle
ſie metēſi: exemplis ⁊ doctrinis laudabi
liter prefuit. ¶ Cum autem corpus ſancti
arnulphi defuncti ad eccleſiam ſuaz cum
ciuibus deferretur: deuenit ad villam ho
minis impii: vt illac tranſitū haberet: quē
videlicet ſanctus arnulphus ſepius in vi/
ta ſua monitum: non potuerat a ſcelerib⁹
reuocare. Dumq̄ ville appropinquarent
omnes imobiles facti: vltra procedere nō
volebant: eo ꝙ ſanctum corpus illac tran/
ſire nolebat. Sed dum omnes ꝓpter hoc
heſitarent: ⁊ ſol iam occaſui feſtinaret oc/
currit eis vir fidelis: qui eos ad villaz ſuā
aliam inuitauit. Ad quam cuncti cuz tan/
ta celeritate venerunt: vt volaſſe potiuſq̄
meaſſe putarentur: vbi dum vinū nō repe
riretur: modicuz ceruiſie ſancto epiſcopo
oblate: adeo multiplicatū eſt: vt nocte illa
cunctis ad poculum abundaret. Quieuit
aūt in pace vir dñi. xiij. cal. octobris: ⁊ tu/
mulatus iacet in eccleſia metenſi.

¶ De ſanctis Peleo ⁊ Nilo epiſcopis et martyribus. Ca. XCVI.

Pele⁹ ⁊ nilus epiſcopi apd̄
paleſtinam martyrio cla/
ruerunt. Qui tempore ꝑ
ſecutionis in chriſtianos
ſeuientis: pro confeſſione
glorioſi nominis chriſtia
ni: cum plurimis cleris detenti: ⁊ ignibus
conſumpti: imortalem a domino coronaz
percipere meruerunt. xiij. cal. octobris: vt
ait ado in martylogio.

¶ De ſcis Felice ⁊ Cōſtantia mar. Ca. XCVII.

Felix preſbyter ⁊ conſtantia
martyres tpe perſecutiōis
neronis impatoris apd̄ nu-
ceriam ciuitatem paſſi ſunt. Qui rabie di/
cti ceſaris in chriſtianos craſſante: dū xp̄m
confiteri nō dubitaſſēt: gladio capite ceſſi
martyrium conſumauerunt. xiij. calē. octo
bris. Hec ado.

¶ De ſcis fauſta ⁊ euilaſio m̄. C. XCVIII

Fauſta virgo ⁊ euilaſi⁹ mar/
tyres apud cyzicum ciuita/
tez paſſi ſunt ſub maximia/
no imperatore. Cum eniz
fauſta eſſet infantula ānoꝝ
xiij. filia gemelli ꝓrectoris ciuitatis: parē
tibus ambobus orbata: xp̄m dominū cla/
ra confitebatur voce. Miſſus ē igitur eui/
laſius preſes ānoꝝ. xl. a maximiano augu
ſto ad cyzicum ciuitatem. Qui puellaz de
tentam fecit radi: ⁊ ad turpitudinez decal
uari. Sicq̄ in equuleo ſuſpendi ⁊ torque
ri. Statimq̄ coruſcationibus factis: multi
miniſtroruz occiſi ſunt. Deinde in loculis
miſſa: dum ab hora prima diei vſq̄ ad ſex/
tam ſerra ferrea ſecaretur: nec in aliquo
ledi poſſet: predicante virgine gloriā xp̄i:
euilaſius preſes conuerſus ipſam dimiſit:
⁊ baptiſmū ſuſcepit. Deinde maximianus
hoc audito miſit alium preſidem nomine
cracum: quē iurare fecit ne vnq̄ crederet
xp̄m. Qui euilaſium ⁊ fauſtam iuſſit com
prehendi ⁊ euilaſiuz in equuleo ſuſpendi
⁊ torq̄ri. Fauſtaz vero ſicut crepidas capi
te: frōte: facie: pectore: totoq̄ corpore cla
uis configi. Cum aūt illeſa permanſiſſet:
mandauit eā cum euilaſio in ſartaginem
mitti: ⁊ plūbo bulliente ollaz repleri. Qui/
bus orantibus ⁊ pſallentibus: plumbum
ſicut aqua tepida refrigeratum eſt. San/
cti vero quaſi in balneo iacentes: voce ip/
ſos de celo vocante ſpirituz emiſerūt. xij.
calen. octobris.

¶ De ſctō Priuato ep̄o et martyre. Ca. XCIX.

Priuatus ep̄s ⁊ martyr paſ
ſus eſt in territorio gauali/
tane ciuitatis tēporibus va

leriani ⁊ galieni imperatoꝝ ſub ꝑſecutiōe allemānoꝝ: qui ab occidente aduerſus rempublicam cum rege ipſoꝝ herode conuenientes: trāſmiſſo rheno gallias infeſtabant. Venerūtq; ad montem gedronē in ſolo gaualitane ciuitatis poſitū ad quē gaualitani ciues quaſi in preſidium confugerant: quē ipſi hoſtes per biennium obſiderunt. Sed beatus epiſcopus cum populo ſuo in ipſo monte nō erat: eo ꝙ in alio ſibi monte cellam conſtruxerat: in qua lectiōi ⁊ orationi inſiſtebat. Cum igit̄ hoſtes epiſcopum ibidem eſſe comperiunt: ad eum accedunt: ⁊ ſperātes per hoc populū obſeſſum flectere: priuatum capiūt: ⁊ vt ſuos ciues ad ſe tradendum hoſtibus inducat cōpellunt. Recuſantem vero hoc facere: fuſtibus grauiſſime cedunt: ⁊ ducentes illum ad gaualitanā quam ceperant ciuitatem: cum nec ipſum ad imolandū idolis compellere poſſent: in ignem miſerūt. Sz cū inde illeſus euaſiſſet: lanceis ⁊ cultris pluribus ipſum plagis confoderunt. Redeuntes aūt ad gedronem montē: populo libertatem egrediendi cōcedunt illiſq; exeuntibus: ⁊ ad epiſcopum ſuum ſeminecem recurrentibus: germani oppidum capiunt. ⁊ totaliter vaſtauerunt. Sanctus autem martyr vulneribus perſecutorum attritus: inter ouium ſuarum manus poſt dies modicos emiſit ſpūm. xii. calen. octobris. Sepultuſq; ē in ſubterranea crypta ꝓpter perſecutionē paganoꝝ: qui nec ſanctoꝝ cadaueribus indulgebant.

¶ De ſcō Eulogio pſbytero. Ca. C.

Eulogius preſbyter: vt in vitis patrū habetur in eremo de ſcythi egyptioꝝ claruit. Qui cogitatiōes hoīum cognoſcens: cum quoſdā aliquādo indigne velle cōmunicare videret ſingulos remouebat: ⁊ eorum eis cogitationes detegebat: donec omnes per penitentiam purgabātur. Et ſic illos ad cōmunionē admittebat. Quieuit aūt in eremo de ſcythi. xii. calen. octobris.

¶ De ſancto Mattheo apoſtolo ⁊ euāgeliſta. Cap. CI.



Mattheus apoſtolus ⁊ euāgeliſta ex tribu leui progenitꝰ a qua ⁊ ſecundum nomen aſſumpſit: ex publico autē theloneario opere publicanꝰ appellatꝰ ex publicano a domino ad penitentiā vocatus: ⁊ in apoſtolatum tranſlatus eſt. Hic primus in iudea patria lingua. i. hebrea ſcripſit euangeliū. Quod qui poſt modum in grecum trāſtulerit: non ſatis claret. In quo quidē euāgelio: vt hieronymus aſſerit. Vbicūq; euāgeliſta veteris ſcripture teſtimoniis vtit̄: non ſequitur ſeptuaginta interpretum auctoritatem: ſed hebraicā veritatē. ¶ Qui poſt aſcenſionē domini primū in egypto predicauit: deinde ad ethiopiā tranſiuit: Et veniens in ciuitatem eoꝝ regiam: que dicitur natoaber: in qua rex egippꝰ regnabat: inuenit ibi duos magos noīe zaroen ⁊ arphaſath qui ita homines ſuis artibus dementabant: vt quoſcūq; vellent ſenſuū ac membroꝝ officio ⁊ ſanitate priuare viderentur: vnde ⁊ ſe quaſi deos ab hominibus adorari faciebant. Mattheus autē apoſtolus in eandem ciuitatem ingreſſus: ⁊ apud candacis eunuchū regine: quem philippus diaconus baptizauerat hoſpitatus: ita magoꝝ preſtigia detegebat: vt ꝗcquid faciebant hominibus in perniciē: ipſe conuerteret in ſalutē. Omnes quoq; infirmos ad ſe delatos quacūq; infirmitate curabat. Eunucho aūt apoſtolum interrogante: quō tot linguas loqueretur: ⁊ intelligeret: expoſuit ei mattheus: quō in mūdi principio vnica lingua hoīum per ſupbiam turrim babylonis edificare volētiū

cōfuſa in .lxxij. linguas diuiſa fuit. Et quō
ſpirituſancto deſcendente oīum linguarū
ſcientiam recepiſſent: vt ſicut illi qui tur/
rim factam vſqꝫ ad celum edificare vole/
bant: pre confuſione linguarū ab edificio
ceſſauerunt: ſic apoſtoli per omniū lingua
rum noticiaꝫ turrim non de lapidibꝰ: ſed
de virtutibus conſtruerent: per quam cre
dentes celum aſcenderent. ¶ Tunc ſup
uenit: qui diceret magos illos cum ſingu
lis aduenire draconibus qui igneꝫ ſulphu
reum ex ore ꝛ naribus euomentes: homi
nes occidebant. Apoſtolus aūt ſigno cru
cis ſe muniens ad eos ſecurus exiuit: can
dace per feneſtram cum pluribus ſpectā
te. Queꝫ mox vt dracones viderunt: ante
pedes eius obdormierunt. Cuꝫ aūt inſtā/
te mattheo: vt eos magis exercitarēt: ꝛ ipſi
eos ſuis artibus excitare nō poſſent. Dixit
apoſtolus eis: ꝙ niſi xp̄m rogaſſet: draco/
nes oēm furoreꝫ ſuum in magos exacuiſ/
ſent. Et cum populus conueniſſet: ꝓcepit
illis apoſtolus: vt in nomine ieſu nullum
ledentes abirent. Et cōtinuo ſine cuiuſqꝫ
leſione manſuetiſſimi per portam vrbis
egreſſi ſunt. ¶ Cepit aūt apoſtolus ꝺ glo/
ria paradiſi terreſtris magnuꝫ ſermonem
contexere: aſſerens illuꝫ cunctis montibꝰ
eminere: ꝛ proximuꝫ celo fore: ſpinas vel
tribulos ibi nō eē: lilia nec roſas eius mar
ceſcere ſenectutem non euenire: angelo/
rum ibidem organa reſonare: aues aduo/
catas continuo obedire. De hoc aūt para/
diſo terreſtri dixit hominē eiectum ꝓpter
peccatum fuiſſe: ſed per chriſti natiuitatē
ꝛ paſſionem ad paradiſum celeſtem me/
liorem reuocatū aſcendere. Et cuꝫ hec po
pulo loquereť: ecce ſubito tumultus exori
tur: in quo regis filius euphron mortuus
plangebať. Quem cum magi illi funeri ad
uocati ſuſcitare non poſſent: ſuaſerūt regi
ꝙ in deoꝛ conſortium raptus eēt. Ideoqꝫ
illi ſimulacrum ꝛ templum conſtrui opor
teret. Predictus aūt eunuchus magos cu
ſtodiri faciens: inſtante regina euphenīſſa
noīe apoſtolum aduocauit. Qui oratiōe fu
ſa iuuenē protinus ſuſcitauit. Qđ cernēs
rex egippus per vniuerſas ꝓuincias ſuas
edictū miſit: vt omnes ad euꝫ cōuenirēt:
ꝛ deum in effigie hoīs latenteꝫ viderent:
Uenerunt autē cum coronis aureis ei ſa/
crificare volentes. Quos mattheus cōpe/
ſcuit: ſeqꝫ non deū ſed chriſti ſeruū com
probauit: ꝛ ſua predicatione pluſqꝫ ſexa/
ginta milia hoīum ad xp̄m cōuertit. Re
gem quoqꝫ cuꝫ vxore ꝛ filio ſuſcitato ꝛ oī
familia baptizauit: ꝛ ephigeniā eius filiaꝫ
virginē ſacro velamine conuerſauit: eāqꝫ
pluſqꝫ ducētis virginibus prefecit. ¶ Po/
pulus aūt de auro ꝛ argēto apoſtolo obla
to: ipſo iubente eccleſiā fabricauit: quā in
fra dies .xxx. perfectā: apoſtolus in noīe
reſurrectōis xp̄i ſancte dedicauit. Totāqꝫ
egyptum ꝛ ethiopiā ad fidem xp̄i ꝑduxit.
Ipſe autem in eccleſia conſtructa annis
xxiij. ſedit: ꝛ multos preſbyteros ꝛ diaco
nes ordinauit. ¶ Defuncto aūt rege egip/
po: hyrtacus rex crudeliſſimus regnū vio/
lenter accepit: ꝛ euphronen egyppi filiuꝫ
eiecit. Obtento autem regno Ephigeniaꝫ
virginem concupiſcens: dimidiuꝫ regni
ſui apoſtolo promiſit: ſi eam in ſuum con
iugium faceret conſentire. Cui apoſtolus
dixit: vt iuxta morem predeceſſoris ſui:
die dominico ad eccleſiam conueniret: ꝛ
preſente ephigenia cum ſuis virginibus:
ꝙ bona ſit iuſta coniugia ab eodem audi
ret. Quo rex cum gaudio feſtinauit: putās
mattheum velle ephigenie coniugiū ſua/
dere. Apoſtolus autem virginibus ꝛ om/
ni populo congregatis de bono matrimo/
nij diu locutus: a rege plurimuꝫ eſt lauda
tus: credente ꝙ hoc ideo diceret: vt con/
ſenſum virginis ad coniugiuꝫ inclinaret.
Deinde imperato ſilentio ſermonem re/
petijt dicens: ꝙ ſi regis ſponſam aliđs ſer
uorum vſurpare preſumeret: non ſolum
regis offenſam: ſed mortem incurreret:

non quia vxorem duxiſſet: ſed quia ſponſam domini ſui contra matrimonii federa violaſſet. Ita ⁊ rex hyrtacus ſciēs Ephigeniam regis eterni ſponſam effectā: ⁊ ſacro velamine conſecratā: non poterat potentioris ſui ſponſam tollere: ⁊ ſuo coniugio copulare. Quod audiēs rex admoduꝫ pre ira inſaniens: furibūdus abſceſſit. Apoſtolus autem omnes ad patientiam ⁊ cōſtantiam confortauit: ⁊ ephigeniā coram ſe timore proſtratam: cum ceteris virginibus benedixit. ¶ Poſt miſſarū autē ſolēnia rex ſpiculatorem miſit: qui apoſtolum iuxta altare ſtantem vbi corpus chriſti ab eo confectū fuerat: expaſſis manibus orātem: a tergo miſſo gladio interfecit: ⁊ martyrem domino conſeruauit. xi. calen. octobris. Quod populus videns ad palatiū regis incendenduꝫ properabat: ſed a pſbyteris ⁊ diaconib⁹ vix detētis: apoſtoli martyrium celebrarūt: Corpuſqꝫ eius in montibus parthorum honorifice condiderūt. Quod proceſſu temporis inde tranſlatuꝫ apud ſalernum digna veneratione quieſcit. Zaroes autem ⁊ arphaſath ex ea die qua mattheus regis filium ſuſcitauit in ꝑſidam fugerunt. Sed eos apoſtoli ſimon ⁊ iudas ibidem vicerunt: vt dicet̄ infra in eoꝝ paſſione. v. calen. nouēbris.

¶ De ſcā Ephigenia virgine. Ca. CII



Ephigenia virgo filia fuit regis egippi ⁊ diſcipula beati matthei apoſtoli. Quaꝫ idem apoſtolus baptizauit: ⁊ chriſti virginem ſacro velamine ꝯſecrauit. Cū autem hyrtacus rex apoſtolum occidi mādaſſet: vt ſupra in eius proxima paſſione actum eſt: ephigeniam virginem cepit de ſuo coniugio appellare: ⁊ per matronas miſſas ac magorum preſtigia propulſare. Et cum eius animum nullatenus immutare poſſet: totam domuꝫ eius igne copioſo vallauit: vt eam cum ceteris virginibus concremaret. Apoſtolus autem cū angelo eidem apparens: omnē ignem ab eius domo excuſſit. Et erumpens flāma regis palatium inuaſit: ⁊ vix ſolo rege cum filio euadente: cuncta cōſumpſit. Statimqꝫ filius regis a demonio arreptus patris crimina propalans: ad ſepulchrum apoſtoli properauit. Rex autem turpis leproſus effectus: cuꝫ curari non poſſet ſe manu ꝓpria interemit. Populus autē euphronē ab apoſtolo baptizatum: regeꝫ conſtituit: qui annis. lxx. regnauit: ⁊ chriſti cultū ampliauit: totamqꝫ ethiopiaꝫ eccleſijs repleuit. Ephigenia autem ducentaꝝ ⁊ ampli⁹ virginum mater exiſtens in ſancto propoſito perſeuerans in pace quieuit. Cuius hiſtoria merito magiſtri ſui paſſione ſubiicitur: qꝛ dies dormitiōis eius ignorat̄.

¶ De ſanctis Alexandro epiſcopo ⁊ Herculano martyribus. Ca. CIII.

Alexander epiſcop⁹ ⁊ martyr cuꝫ herculano martyre rome paſſus eſt ſub antonino imperatore. Qui dū clareret miraculis: inter cetera luceium quendam gentilē mortuum ſuſcitauit. Illeqꝫ ſurgens parētibus enarrauit qualiter in carcere obſcuriſſimo poſitus erat. Quidaꝫ vero iuuenis ſplendidiſſimus ad eū acceſſerat dicēs: qꝫ alexander epiſcopus ipſum vocabat. Vñ ſtatim ipſe ad corpus redierat. Qua ꝓpter taꝫ ipſe luceius q̄ꝫ parentes cū alijs. cxxv. ad dominum conuerſi ſunt: ⁊ ab alexādro epiſcopo baptizati. Hoc audiens antoninus alexandrum per cornelium preſideꝫ fecit teneri: ⁊ vinctum romā adduci. Quē creſcentius preſbyter ⁊ bonifacius ac vitalis diacones ſecuti ſunt. Et dum imperatori preſentatus chriſtum confiteretur: primo fuſtibus cedit̄: deinde carceri mācipatur:

cipit: datis ei quattuor dieruꝫ indiciis ad reſipiſcendū. Cum aūt preſbyter creſcentius comes eius ipſum ſub arbore defle/ret: nūciat̃ ei ab angelo alexādrū de carcere fuiſſe ſolutū: quod ille ita factū eē cōperit. Et cū xp̄m iteꝝ predicaret: ⁊ ſignis clareret. Iteꝝ captus a imꝑatore antonino iubēte in equuleo ſuſpenſus ē: vngulisqꝫ toto corꝑe laceratus: atqꝫ lāpadibus ad latera appoſitis aduſtus. Deinde ad tēplū appollinis adduct⁹ eſt: vt ſacrificaret. Sꝫ cū pars tēpli eius orōne corruiſſet: beſtiis exponit̃. Sed intactus ꝑmanēs in fornacē mittit̃. Moxqꝫ diuina virtute ignis extinguit̃: ⁊ herculanus miles hoc viſo ad xp̄m conuertit̃: ſtatimqꝫ ambo ipſi ab imꝑatore decollari iubent̃. Cum aūt alexander ad martyriū duceret̃: quedam vidua ei petēti orariū cōmodauit: qđ ipſe ſe ei remiſſurum ꝓmiſit. Quod audientes milites vidue illudebāt: ⁊ orariuꝫ amiſſum dicebant. Scūs aūt martyr via claudia vigeſimo ab vrbe miliario ductus ē: q̄ ora/rio oculos texit: ſicqꝫ gladiū cū ꝓfato herculano ſuſcepit: ⁊ ↄtinuo facto terremotu vicus ⁊ therme corruerūt. Orariuꝫ aūt ꝑ angelū vidue reſtitutū eſt: quod ipſa militibus redeūtibus oſtendit. Creſcentius autem preſbyter ⁊ alii qui eum fuerant ſecuti corp⁹ ipſius ſepelierūt in loco: vbi ignem fornacis extinxit. xi. calend. octobris. Sed poſtmoduꝫ papa damaſus cry/ptā fabricauit: ⁊ ibidē ipſum depoſuit.

¶ De ſanctis Mauritio ⁊ ſociis militib⁹ martyribus. Cap. CIIII.



Mauriti⁹ dux ſacratiſſime legionis thebeoꝝ cuꝫ ſociis ſuis: exupio: cādido: innocētio: victore vitali ⁊ ↄſtātio ſigniferis: ac reliquis eiuſdē legio/nis ſcī militib⁹ ſex milibus ſexcētis ⁊ ſexagintaſex paſſi ſūt ſub maximiano imꝑatore in galiis ciuitate ſedunenſi in loco: qui dicitur auganum. Hi thebei dicti ſunt a ciuitate eorū: que thebea nuncupat̃: que eſt in partibus oriētis vltra fines arabie. Cū enim Diocletian⁹ ⁊ Maximianus imperatores fidem chri/ſti cupiētes penit⁹ extirpare: epiſtolas ad diuerſas mūdi partes direxiſſent: vt xp̄iani aut ſacrificare cogerentur: aut diuerſis penis perimerentur: pluresqꝫ ciuitates; in quibus iam chriſtiani dominabātur nun/cios vacuos remiſiſſent. Imꝑatores ira cōmoti per omnes prouincias mandaue/runt: vt omnes bellicis armis apti romaꝫ venirent: vt omnes rebelles romano im/perio ſubiugarent. Littere aūt ad populū thebeoruꝫ delate ſunt: qui electam legio/nem ſex milium ſexcentorū ſexaginta ſex ad imperatores miſerunt: vt eos in bellis iuſtis iuuarent: non autē contra chriſtia/nos pugnarent. ¶ Huic ſacre legioni dux erat inclytus beatus mauritius. Diocletianus autem maximianum contra gallias cum infinito exercitu miſit: eiqꝫ legioneꝫ thebeorum ſociauit. Hi a ſancto marcellino papa exhortati ſunt: vt ante gladiis in/terirent q̄ fidem q̄ acceperant violarēt. Cum ergo vniuerſus exercitus alpes trāſmeaſſet: ⁊ othodoruꝫ aduenisſent: iubet imperator omnes: qui ſecū venerant idolis immolare ⁊ contra chriſtianos vnanimiter cōiurare. Quod audiētes ſancti mi/lites ſeptem miliarib⁹ ab exercitu diſceſ/ſerunt: ⁊ in loco ameno: qui dicitur auga/num circa rhodanum conſederunt. Qui/bus maximianus miſſis militibus man/dauit: vt ad deorum ſacrificia cuꝫ aliis fe/ſtinarent. Quod illi ſe nō poſſe facere re/ſponderūt: vt pote quia fidem chriſti haberent. Tunc ceſar ira ſucceſſus miſſis militibus iuſſit: vt aut eos diis ſacrificare cō/pellerent: aut decimum quemqꝫ eorum quem ſors contingeret: ad ceteroruꝫ ex/

emplum protinus decollarent. Sãcti igi/
tur cum gaudio vnus ante alterum feſti-
nabant: ⁊ ad martyrium peruenire certa-
bant. Quos ſanctus mauritius dux eorū
aſſurgens ſacra contione ↄfortabat. Nun
ciis quoq₃ imperatoris dixit: ꝙ iam chri/
ſti mandatū adimplere parati erant: qui
petro dixerat: vt mitteret gladium in va-
ginam. Nam pro chriſto mori omnes pa
rati erant: nullamq₃ vt pote chriſti mili-
tes defenſionem facere cupiebant: eo ꝙ
ad defenſionem reipublice tātum arma
ſuſceperant. Cū hec imperator audiſſet:
iuſſit vt iterum decimum quēlibet truci/
darent. Quo facto exuperius ſignifer ac/
cinctus inter commilitones ſtans: eos ad
paſſionem glorioſa locutione exhortat̄: ⁊
vt omnes arma proiiciant ſuadet: ⁊ virtu
tibus ſolis armentur. Dixitq₃ nunciis au
guſti: vt hec imperatori referrent: ꝙ licet
milites eſſent ſui ſerui tamen potius erāt
chriſti. Ceſari debebāt militiam ſed chri-
ſto innocentiam: ab imꝑatore labori ſti-
pēdium acceperant: a chriſto vite eterne
premium preoptabant. Tunc imperator
inſaniens iuſſit omnem ſuū exercitum to
tam legionē circundare: ita vt nec vnus
poſſet euadere. Uallantur ergo ſancti mi
lites chriſti a militibus diaboli: nefandis
manibus trucidantur pedibus equorum
conculcantur: ⁊ chriſto precioſi martyres
conſecrantur. ¶ Dei autem nutu q̄₃ plu-
res euaſerunt: qui ad regiones alias ve-
nientes chriſtum predicarent: et in locis
aliis glorioſius triumpharent. Ex quibus
fuiſſe dicitur Solutor Auentor ⁊ octaui-
us apud taurinum Alexander apud ber/
gomum Secundus apud vintimiliū con/
ſtantinus victor et vrſus et alii q̄₃ plures.
Cum ergo carnifices predam diuiſiſſent ⁊
in ſimul conuiuarent: quendam iuuenē
nomine victorem illac cāu tranſeuntem:
ad ſecum conuiuandum inuitauerunt. Il
le autem eorum crudelitatem deteſtans
requirere cepit: quomodo inter tot miliū
occiſorū poſſent cum gaudio epulari. Cū
q₃ audiuiſſet ꝙ pro fide xp̄i mortui eēnt:
ſuſpirās ille beatum ſe dixit ſi cū illis fuiſ
ſet occiſus. Cū aūt illi cōperiſſent ꝙ xp̄ia-
nus eſſet: ip̄m protinus trucidarunt. Quo
rum martyrū corpora a xp̄ianis in ipſo lo
co ſepulta ſunt: ⁊ eccleſia eorū nomine fa-
bricata. Sed poſt aliquod tēpus: corpus ī
nocentii martyris in vnda rhodani imer-
ſum: inundatiōe ipſius fluminis ad terrā
euectū eſt: ⁊ ab eiuſdē loci ep̄is cum aliis
in eccleſia ſepultū. ¶ In dedicatione aūt
ipſius eccl'ie faber quidā gentilis die dn̄i-
co opus ſuū exercebat. Qui a ſcōꝝ exerci/
tu rapitur cedit̄: ⁊ ꝙ die dn̄ico laboraret
redarguit̄. Sed correctus ad eccleſiā cu-
currit: ⁊ xp̄ianum ſe fieri poſtulauit. Paſ/
ſi ſunt autem ſancti martyres. x. cal. octo/
bris: circa annos dn̄i. cclxxx.

¶ De ſcō Siluano ep̄o. Cap. CV.



Siluan⁹ ep̄s nazarenus claruit
tp̄e honorii imꝑatoris.
Qui beati hieronymi
auditor fuit: ⁊ eidem
tanta dilectione cōiū-
ctus: eiuſdēq₃ morib⁹
⁊ ſanctitate vite adeo
imbutus: vt poſt eius obitū a cunctis hie-
ronymus nouus diceretur. Cum aūt poſt
obitum hieronymi q̄dā ſabinianus here-
ticus ſurrexiſſet: qui duas in xp̄o diuerſas
voluntates aſſereret: ⁊ in ſua ſecta pluri-
mos ↄgregaſſet: ⁊ ad comprobādā eius
falſam opinionē libellum cōpilaſſet: quē
hieronymo intitulauerat predictam here
ſim comprobātem: eiuſq₃ eloquētiam ⁊
ſtilum habentem. Siluanus ſabinianum
ad diſputandū requiſiuit. Statutaq₃ die
ſiluanus cum cyrillo ep̄o hieroſolymita-
no: ⁊ catholicis ex parte vna. Sabinian⁹
vero cum hereticis ſuis altera ad eccleſi-

em conuenerunt. Ibiqȝ cū fuiſſet diuti⁹
diſputatum: hereticus opuſculū a ſe com/
poſitū ſui erroꝛis fomētū ꝓtulit qđ a hie
ronymo cōpoſitū aſſeuerauit. Qđ e cōtra
ſiluan⁹ ꝯſtanter negauit: ⁊ hereſiarchā de
falſo cōpilato oꝑe duriter increpauit. Tā
dē inter ſe in hoc ꝯuenerunt: vt ſi vſqȝ ad
horā nonam diei ſequentis opus illud fal
ſo cōpoſitum hieronymus miraculo quo
quā oſtenderet: hereticus capite puniret̃
ſin autē archiepiſcopus. Catholicis ergo tota no
cte in oꝛōne perſiſtentibus: die ſequenti
hora pene nona: ſabinianus ad eccleſiam
cum ſuis aduenit: vt dei ſeruū perimeret:
eo ꝙ nihil miraculi appuiſſet. Nam hiero
nymus aures clauſerat vt mirabilioꝛ ap
peret: Hora aūt debita ſiluanus iuxta ob/
ligationem: letus quaſi ad nuptas pergēs
ad ſuppliciū ductus eſt. Qui inuocato hie
rony mo: ne fides catholica deperiret: ſpe
culatori collum prebuit: ⁊ vt ſe feriret ro
gauit. Cum aūt ille enſem leuaſſet: adeſt
ſubito hieronymus cunctis cernentibus:
extēſaqȝ manu: ſpiculatoris enſem tenu
it. ⁊ ſiluano vt exurgeret imperauit. Dein
de hereticum increpauit: ſcripturā illam
falſo cōpoſitam aſtruxit: eiqȝ minatus ter
ribiliter iudiciū mortis diſparuit. Confe
ſtim ergo caput ſabiniani a coꝛpoꝛe detrū
catum terraȝ petijt: ac ſi ſpiculatoris enſe
amputatuȝ fuiſſȝ. Quo miraculo diſcipu
li hereſiarche ad fidem catholicam redie
runt. Poſt hec diabolus ſiluani ſanctitati
inuidens: vt ipſius famā lederet: in eius
ſpeciem ſe mutauit: ⁊ cuiſdā nobilis ma/
trone noctu intrans thalamum: eam in le
cto iam poſitam de concubitu requiſiuit.
Illaqȝ clamante hominē in eius came
ram introiſſe: accurrētibus familia ⁊ vici
nis: diabolus ad fidem illoꝛum confirmā
dam ſub toꝛo latitauit. Quem illi inueni
entes: accenſis luminibus intuentes. Sil
uanū archiepiſcopum crediderunt. Et propter
ipſius opinionem ſtupefacti interrogaue

runt: cur tantam nequitiā preſumpſiſſet.
Qui vt magis contra ſcū m odium incita/
ret: cepit horrenda loqui: ⁊ aſtruere ꝙ ip/
ſum ad hoc mulier inuitaſſet. Illa aūt ip
ſum aperto oꝛe dementiēs: multas ab eo
contumelias audiuit. Qđ illi hec ſuſtinere
non valentes: iniurijs ⁊ verberibus ipſuȝ
de domo expulerunt. Que cuȝ diuulgata
fuiſſent: tota ciuitas contra illuȝ cōmota:
ſiluanum hypocritem dignū incendio ac
clamabat. Ut aūt vir dñi audiuit hec: pati
enter tulit: ⁊ deo gratias egit. Et ad cedē
dum furori ſe ad bethleē ad locum: vide
licet magiſtri hieronymi: ad tēpus manſu
rum tranſtulit. ¶ Reuoluto aūt anno cū
in eccleſia bethleem ad ſepulchꝛ hierony
mi die quodam ſolus oraret: vir quidam
malignus ingrediens ſiluanum hypocri
tam ⁊ adulterū acclamans: gladium edu/
cens: ipȝ in ei⁹ guttur demergere voluit.
Sed epo hieronymū inuocāte manu illi⁹
retro verſa: gladio ꝓpꝛio ſeipſuȝ peremit. ſu
pueniēs alter neqſſim⁹ exiſtimāſqȝ hoieȝ
illū p ſiluanū interēptū: illum ſimiliter oc
cidere conabat̃. Sȝ qđ primo acciderat:
⁊ huic euenit. Subſequenter duo alij in
trauerunt: duoſqȝ occiſos videntes igna
ri diuini iudicij: ſcelus illud factum ab ho
mine dei putauerunt. Quoꝛū vnus in eū
inſiluit enſe nudato. Sed epiſcopo hiero
nymum inuocante vir ille vt duo pꝛioꝛes
ſe pꝛopꝛio enſe et manu iugulauit. Quod
ſocius magie aſcribens: ante foꝛes eccle
ſie clamat ſiluanum adulterum ⁊ malefi
cum: ac hominuȝ occiſoꝛem: concurrunt
populi epiſcopum dignuȝ incendio accla
mantes. Capitur innocens: vt ad ſupplici
um pertrahatur. Cyrillus accurrens ip
ſum liberare nititur: ſed magis populus
concitatur. Cum aūt extra eccleſiam du
ceretur: hieronymus viſibiliter de ſepul
chꝛo exiens: cunctis ſplendens appuit: ꝗ
ſiluanū dextera tenens: de medio populi
furētis eduxit. Inter hec demoniaca vis

culis ferreis alligata ad tumulū eius libe/
randa deferṫ. Sed hieronymus demoni
mādauit: vt ex ea exiens cūctis publice:
q̄ in ſiluanū cōmiſerat propalaret. Mox a
femina illa diabolus diſceſſit in forma et
habitu ſiluani cūctis apparuit: ita vt ab eo
nullatenus diſcerni poſſet. Sicq̧ demon
cūcta: que ꝯtra viꝝ dei cōmiſerat enarra/
uit ⁊ cōtinuo nuſq̄ꝫ cōparuit. Hieronymus
aūt ſiluanū adhuc tenens dextera. ſi aliud
a deo vellet iterrogauit. Qui ſe de hoc ſe/
culo ſumēdū poſtulauit: ⁊ quod petierat
impetraſſe audiuit. Statimq̧ diſparuit hie
ronymus: ⁊ poſt hore ſpatiū in pace expi/
rauit ſiluanus. Omnes q̄ꝫ populi ad eius
pedes ꝓcidunt: ⁊ de in eū cōmiſſis veni/
am petūt: corpuſq̧ ipſius ad nazareth tol
lentes: in eius eccleſia honorifice cōdide/
runt: q̇euit in pace. x. cal. octobris.

De ſcō Siluano abbate. Cap. CVI.

Siluanus abbas in deſerto ō
ſcythi claruit. De quo legiṫ i
vitis patꝝ: ꝙ in extaſi mētis
raptus ad ſe rediēs: poſtmo/
dum flere cepit: dixitq̧ ſe vi
diſſe quoſdam ex fratribus ſuis ad infer/
na trahi. Duꝫ aūt ad monaſteriū quoddā
cū zacharia eius diſcipulo veniſſet: ⁊ cum
fratribus aliquātulum comediſſet: reuer
tens diſcipulū aquam in via bibentem re
darguit: eo ꝙ ipſius diei ieiuniū ſolueret.
Qui duꝫ ei reſpōderet: quō ieiuniū ſerua
rent: qui eo die cū fratribus comediſſent:
audiuit ab abbate: ꝙ illud fuerat conuiui
um charitatis. Aliquando dū q̇daꝫ pe/
regrinus fratres ad euꝫ veniſſet: ⁊ fratres
eius manibꝰ operātes vidiſſet: redarguit
illos dicens: ꝙ maria optimam partē ele/
git. Quem abbas in cella locatuꝫ hora no
na cum ceteris ad menſam non vocauit.
Ille autē poſt cibum abbatem cur ſe non
vocaſſet interrogauit. Cui ille reſpondit:
ꝙ homo ſpiritalis erat: ⁊ eſca opus nō ha
bebat. Hoc audiens frater penitentiam
egit: a ſiluanoq̧ audiuit: ꝙ etiam marie
marthe miniſterio indigebat. Hec in vi/
tis patrum.

De ſcō Ione p̄ſbr̄o ⁊ m̄. Cap. CVII.

Ion p̄ſbyter ⁊ martyr apud
caſtreſium pagū paſſus eſt.
Hic ex partibus athenaruꝫ
veniens ſctō carautio mar/
tyri vſq̧ romam ſociatus
cum beato dionyſio epiſco
po ex vrbe egreſſus cum eodem galliam
adūt: ⁊ ab ipō presbyter ordinatus: caſtre
ſium pagum properans: euangelium pre
dicauit: herbis virentibus ⁊ aqua frigida
ſubſtentatus. Ad quem predicātem tres
lictores a iuliano prefecto pariſius miſſi
ſunt: vt eum tenerent: ⁊ occiderent. Qui
eum prope pariſius inuentuꝫ nullo timo
re territum nec minis turbatum: nec vlla
tenus a doctrina deſiſtentem: verberibꝰ
ceſum decollauerunt. x. calēdas octobris.
Cuius corpus truncū caput manibus tol
lens vſq̧ ad locum vbi ſanctus martyr ſi
bi ſepulturaꝫ elegerat quaſi miliario vno
procedens ibidem occubuit: ſepultumq̧
ibidem miro fragrans odore in loco: qui
dicitur mons ſancti ionis.

De ſcō florentio p̄ſbr̄o. Cap. CVIII.

Florentius preſbyter floru/
it tempore conſtantini im/
peratoris: qui ſancto flora/
no martyri ſociatur: de quo
ſupra dictum eſt in eius paſ
ſione. iiij. nonas maij poſt
eius exceſſum ⁊ martyrium ſub diocletia
no peractuꝫ: ab angelo monitus ad galli/
as venit: ⁊ ad portum fluminis rhodani:
qui dicitur lugdunum applicuit: vbi cum
eſſet dies dominicus: vt miſſam audiret:
nauem confractam ſine gubernatore re/
pertam aſcendit: ⁊ angelo duce tranſiuit:
ibiq̧ demoniacum in ventum ab oppreſ/
ſione immundi ſpiritus liberauit et in ip
ſa via plurima alia miracula fecit. Que in

ſanctus martinus eps turoneñ. per viſuꝫ
ab angelo monitus ſacerdotem conſecra
uit. A quo dimiſſus venit ad locum ꝓpe
ligerim: cui nomen erat gloꝛiana : in quo
erat ſpelunca ſerpentibus plena: Quos il
le ſua oꝛatione fugauit: ⁊ ibidem ieiunijs
⁊ oꝛationibus quotidie vacans māſioneꝫ
elegit. Singulis quoqꝫ annis oꝛatiōis gra
tia turoñ. veniebat. Cū autem perueniſſꝫ
ad locū: qui dicit̄ cōdata iuxta fluuiū mu
lierē cecam flentē amariſſime repperit: ⁊
ab ea filiū eius atqꝫ ductoꝛem in flumīe
necatū audiuit. Et mox oꝛatiōe ꝑmiſſa in
loco ei oſtenſo ab angelo piſcatoꝛes retia
iactare fecit: ⁊ filiuꝫ mulieris de flumine
viuū extractū ei reſtituit: ⁊ ipſam inſup a
cecitate ſanauit. Uixit autē a tēpoꝛe quo
a ſancto floꝛiano fuerat ſeparatus annis
lxiij. ⁊ annoꝛum. cxxiij. migrauit ad chꝛi/
ſtum. x. calendas octobꝛis. ſepultus apud
lugdunum miraculis clarus.

¶ De ſcō Sāctino epo ⁊ ꝯfeſ. Cap. CIX.



Sanctinꝰ
eps apud meldeñ. ci/
uitateꝫ claruit tp̄e do/
mitiani ⁊ nerue impe
ratoꝛū. Qui a btō dio/
nyſio eps oꝛdinatus:
miſſus eſt carnotū ad
ꝑdicādū: ⁊ poſtmodū
ab eodē meldenſi vꝛbi in pontificē pꝛefe/
ctus eſt: Cui antoniū iunioꝛem in ſociuꝫ
⁊ pſbyterū conceſſit mandās eis : vt poſt
martyriū ipſius dionyſii qꝺ ſe pꝛo chꝛiſto
paſſurū didicerat: oīa que circa ſe cōtigiſ/
ſent: romano pōtifici ⁊ fidelibus rome in
timare curarēt. Jtaqꝫ poſtqua dionyſius
paſſus eſt: ſanctinus ⁊ antoninus romam
pergebant iuſſa ipleturi : Uenientibuſqꝫ
illis in italiā ſanctinus sociū febꝛicitātem
diebus pluribus expectauit. Ne tandem
iter retardaret: antoninū hoſpiti cū ence/
nijs ⁊ linteis ꝯmēdauit: vt ſi ꝯualeſceret:
inde ei miniſtraret: ſi decederet: illū inde
ſepeliret. Et ſic a loco diſceſſit. Antōinuſ/
qꝫ poſt modicū deceſſit. Quē ꝑnceps ille
oībus ſibi retentis: in ſtabulo iumētoꝛuꝫ
in ſterquilinio ſepeliuit. Qꝺ duꝫ ſanctinꝰ
qui iam fines vꝛbis tetigerat per ſpirituꝫ
cognouiſſet: ꝑocedēs ab hoſpite de ſo/
cio requiſiuit. Jlle autem eum obiſſe: coꝛ
puſqꝫ ſe honeſte ſepeliſſe affirmauit. Quē
ſanctinus dementiens : ac redarguēs ad
locū acceſſit: ⁊ oꝛatiōe ꝑmiſſa ſociū de ſoſ
ſa euocās ſuſcitauit. Qꝺ pꝛinceps ille cer
nens confuſus veniā petijt: ⁊ fideꝫ chꝛiſti
ſuſcepit. Tunc ambo celebꝛata miſſa ro/
mā venerunt: ⁊ anacleto pape actus ⁊ ge
ſta ſancti dionyſij: necnon ⁊ que ſibi cōti/
gerāt narrauerunt. ¶ Perfectoqꝫ nego/
cio ad vꝛbem meldēſem redierūt: ꝑdica/
tioni inſtantes. Poſt que ſanctinus doꝛ/
miuit in Chꝛiō decimo calēdas octobꝛis.
Cui ⁊ Antoninus in epatu ſucceſſit: ⁊ cō/
ſumatus ⁊ ipſe ſanctitate ad chꝛiſtum mi
grauit. Quoꝛum ambo coꝛpoꝛa in vno tu
mulo collocata requieſcunt.

¶ De ſcō Lino papa ⁊ mar. Cap. CX.

LInus papa ⁊ martyr natio
ne italicꝰ de regione tuſcie:
patre herculano beato pe/
tro aplo in pōtificatu roma
no ſucceſſit. Seditqꝫ ānos
xj. menſes. iij. dies. xiij. Hic
ex ꝑcepto beati petri apoſtoli cōſtituit: vt
mulieres in eccleſia velato capite introi/
rent. Dicunt ꝗdaꝫ: ꝙ linus ⁊ cletus petri
ſucceſſoꝛes: nō ſederunt vt pōtifices : ſed
vt petri coadiutoꝛes quibꝰ beatus petrus
in vita ſua credidit eccleſiaſticarū rerum
diſpoſitionē. Jpſe vero tantū ꝑdicationi
⁊ oꝛationi vacabat: Pꝛopter qꝺ tanta au/
ctoꝛitate dotari meruerūt: vt in catalogo
pontificū ponerent̄. Clementē vero ipſe
beatus petrus ſibi ſucceſſoꝛē cōſtituit: licꝫ
aūt hec veritate nitant̄: tamen vt ait hie/
ronymus: btūs clemēs ſpū ſancto plenꝰ:

timēs ne apłica ordinatio poſteris tꝑibus tranſiret in vitiū: vt quidā munus hereditariū putātes: minus de dei cogitarēt electione: linum & cletum ante ſe coegit pōtificari. Et ſic clemens primus fuit per petri electionē: tertius vero ꝑ gradū. ¶ Hic beatus epūs cū demones effugaret: mortuos ſuſcitaret & alia miracła faceret: multoſq; conuerſos baptizaret: filiā etiā ſaturnini conſulis a demonio liberaſſet: et ad chr̄m ꝯuertiſſet: Saturnin⁹ cōſul credēs hoc magicis artibus fieri: ipſum diuerſis penis afflictū decollauit. Imperāte nerone. ix. cal. octobris. Et licet corpus ei⁹ primo fuerit in vaticano ſepultū: poſtea tamē a gregorio oſtienſi epō oſtiam trāſlatū eſt: & in eccleſia maiori ſancti laurentij recōditū. ¶ Hic fecit ordinationes duas per mēſez ſeptēbrē: & ordinauit epos. xv. pſbyteros. xix. Et ceſſauit epat⁹ dies tres.

¶ De ſcā Tecla vgīe & mar. Cap. CXI.



Tecla virgo et martyr paſſa eſt apud iconium ciuitatē imꝑante nerone. Que ipſius vrbis preclaro genere orta beati pauli apłi ꝑdicatiōe cōuerſa: atq; virginitatem profeſſa: cū ſponſum haberet nuptijs renūciauit. Qđ mater eius ſentiēs: filiam iudici tanq̄ chr̄ianā accuſauit. Tunc ꝓcōſul alexāder thecłā detentā iudicauit igni cremādā. Et cū in medio ignis eſſet poſita in nullo tamē exuſta eſt: imberq; de celo vehemētiſſimus cadēs roguz extinxit. Sicq; vgo liberata: ad domū vbi paulus hoſpitabat̄ aduenit: vbi multos diſcipulos īuenit: q̄ ſe pro ea orantes. vi. diebus afflixerant. ¶ Poſt aliquod tēpus ſyrus alexander theclam detentam iudici iterum obtulit: et de chriſtianitate detulit. Quā iudex beſtijs exponi iuſſit: ſed interim eam tryphene matrone nobili imperatoris propinque cuſtodiendā tradidit. Die vero ſtatuta thecla in harenā ducit̄: & leene ſupra dorſum colligat̄. Sed leena verſo capite virginis pedes lābebat. Sicq; puella de harenario educit̄ illeſa: & in die ſequēti reſeruatur iterū feris ſubijciēda: tryphene q; cōmendat̄ cuſtodienda. Sequēti iteruz die thecla producit̄: & ſpoliata in amphiteatrū mittit̄: & leones & vrſi ad eam dimittunt̄. Ad cuius pedes leena procidit: vrſamq; ad virginē currentē lacerauit. Leonez vero ferociſſimū eadē leena cōplexa cū ipſo dimicauit: & cuz eo pariter mortua corruit: & ſic virginem defenſauit. Deinde in foſſam aque ſerpētibus plenā inijcit̄: ſed ꝓximus ſerpētes nube ignis oppreſſi moriunt̄. Dehinc tauris ferociſſimis pedibus alligat̄: & lamine cādentes inter ilia animaliū mittunt̄: vt ſaltu rapido cito diſcerperēt vinctā. Sed ferrū candens cōbuſſit funes: & ſolutis vinculis virgo liberat̄: diſcurrentibus tauris pre incēdij dolore. Clamantib⁹ aūt pp̄lis cum tryphena magnū deū chr̄ianorū: proconſul tam miraculi ſtupore q̄ populi timore: theclam ſuis veſtibus indutā matronis liberā dimiſit. Quam tryphena in domū ſuā ſuſcepit: & adoptans in filiam fidē chriſti percepit. Multos etiā gentiles virgo domini ad fidem perduxit. Deide ſeleuciam abijt: & in virginitate & ſanctitate vite pſeuerās: ſomno pacis dulciter requieuit nono cal. octobris ibidē ſepulta.

¶ De ſcō Conſtātio ꝯfeſ. Cap. CXII.

COnſtantius cōfeſſor apud anconaz claruit. Qui in eccleſia beati ſtephani prothomartyris manſionariꝰ functus offō ſeruiebat: mundiſq; terrena deſpiciens tota mēte ad ſola celeſtia flagrabat. Quodā vero die cum in eadē eccleſia oleū defeciſſet: & dei famulus vnde lāpades accē

deret nō hēret. Lāpades oēs aqua reple-
uit: atq; ex more i medio papyros poſuit:
quos allato igne accendit: ſicq; aqua in lā
padibus acſi oleū tota die ac nocte arſit.
Cuius ſcitatis opiniōe creſcēte multi ad
eū videndu; ex diuerſis locis veniebant.
¶ Die vo q̄dā ex lōginquo ad eū vidēdū
ruſtic⁹ venit. Eade; vo hora ɔtigit: vt vir
dñi ſtans in ligneis gradib⁹ reficiēdis lā
padibus deſeruiret. Cūq; is qui ad eū vi
dendū venerat: qs nā eſſet inq̄reret: ꝛ oñ
ſum ſibi exili forma: ꝛ puſilla ſtatura ɔſpi
ceret deſpexit eū atq; in corde ſuo deri-
ſit: dicens ſe grandē hoiem videre credi-
diſſe: ille vero nihil hēbat de hoie. Qđ vt
ɔſtantius per ſpm̄ agnouit lampades reli
quit: ɔcituſq; deſcendēs in amplexus ru
it: ꝛ deoſculans eū grās egit: q̄ de ſe talia
cogitaſſet: eo q̄ ipe ſolus ex hoibus in eū
cognoſcendū oculos aptos habuiſſet. Cu
ius humilitatē ꝛ ſpm̄ ꝓpheticū ruſtic⁹ cō
ſiderās: ꝛ veniā ab eo petiit: ꝛ deinceps in
reuerentiā aſſumpſit. Quieuit autē in pa
ce vir dñi. ix. cal. octobris ſepult⁹ ancone.
Hec greg. ꝑ dialo. ca. v. Corp⁹ aūt hui⁹ ſci
ꝓceſſu tpis venetias trāſlatū: ꝛ in eccliā
ſancti baſilii collocatu; eſt. iiii. idus iulij.

¶ De ſcō Cōſtantio epō. Cap. CXIII.



Conſtan-
tius epš aquine ciui-
tatis fuit: ꝛ ioānis pa-
pe primi tēporib⁹ cla-
ruit. Qui vltra nimia;
ſanctitatis famā: qua
apud multos inotuit.
ſpū ꝓphetico doratus
eſt. Cū enim in die eius obitus a circun-
ſtantibus ciuibus: vtpote ta; amabilis pa
ter diſceſſurus amariſſime plāgeret: que
ſitum eſt ab eo: quē poſt ſe pontificem ha
berēt. Quibus ꝓphetico ſpiritu reſpōdit.
q̄ poſt cōſtantiū mulionē: poſt mulione;
fullonē: poſt fullonē neminē. Quib⁹ edi-
tis vite ſpm̄ exhalauit. ¶ Defuncto vero
ſancto eius eccleſie paſtoralē curā ſuſce-
pit andreas diaconus illius: qui quondā
in ſtabulis itinerū curſu; huauerat equo-
ru;. Illo quoq; ex hac luce ſubtracto: epi
ſcopatus ordinē iouin⁹ ſortit⁹ eſt: q̄ in ea-
dē vrbe fullo extiterat. Quo adhuc ſupſti-
te ita cūcti habitatores ciuitatis illis ꝛ bar-
baroꝝ gladiis ꝛ peſtilētie vaſtitate deleti
ſūt: vt poſt mortē eius nec qui epš fieret:
nec qbus fieret inueniri poſſet. Sicq; cō
pleta eſt viri dei ſnia: quatenus poſt exceſ
ſum duoꝝ epoꝝ ſe ſequentiū: eius aqui
neñ. eccleſia paſtorē minime hēret. Hec
gregorius. iii. dialogorum capitulo. viii.

¶ De ſcō Soſio marty. Cap. CXIIII.

Soſius martyr paſſus ē apđ
ciuitatē puteolanā tpe dio
cletiani imperatoris ſub ti
motheo pſide: qui cū eſſet
diaconus meſſenate ciuita
tis ānoꝝq; xxx. poſt paſſio
nē ſancti ianuarij beneuentani epi paſſus
eſt. Cū aūt quodā tempore preſente ipſo
epo euangelium in eccleſia legeret: vidit
epš de capite ei⁹ flāmā exurgere. quā ne
mo alius vidit: ꝛ ꝓnunciauit eum marty
rē futurū. Nō poſt moltos dies ianuarius
epiſcopus tentus ꝛ in carcerē miſſus eſt:
ad quē viſitandū cū veniſſet ſoſius cum
diacono feſto ꝛ lectore deſiderio: ꝛ ipſi ſi
mul cu; eo detenti ſunt. Et poſtq̄ ianua-
rius cu; aliis eius ſociis paſſus eſſet: vt di
ctum eſt ſupra in eorum paſſione. xiii. ca-
len. octobris: ꝛ ipſe ſoſius ab eodem pre-
ſide pro chriſti nominis confeſſione gla-
dio ceſus eſt. ix. calen. octobris.

¶ De ſcā Salaberga abbatiſſa. C. CXV.

Salaberga abbatiſſa in territo
rio lugduneñ. claruit tpibus
ſci ſulpitij epi bituriceñ. ꝛ da
goberti regis frācoꝝ: Hec in
ſuburbano leucoꝝ oppido ſritorij ligonē.
parētib⁹ claris ꝛ religioſis exorta ē: a nati.

nitate ceca. Cū aūt ſanctus euſtaſius ab/
bas colūbani ſucceſſoꝛ in domo gūdonij
patris puelle hoſpitat⁹ eſſet duoſqꝫ filios
viri ſibi oblatos bn̄dixiſſet. Salabergā ce
cam eidē adductā poſt triduanū ieiuniuꝫ
illuminauit: ⁊ ſpiritualibus diſciplinis in
foꝛmauit. Quā parētes cuidā generoſo vi
ro licet dudū renitētē inuitā in ꝯiugm tra
diderūt. Quo infra duos mēſes defuncto:
iteꝝ inuita maritatᷣ alduino comiti regis
dagoberti: ex q̄ quīqꝫ filios ꝓcreauit. Tā
dēqꝫ viꝝ ad caſtitatē conuertit: eiuſqꝫ ob
tēta licentia cū conſilio valberti ſucceſſo/
ris euſtaſij abbatis in ſuburbano lingonē
ſi: in paterna hereditate cenobiū puellaꝝ
cōſtruxit. Ueꝝ ciuili bello inter reges frā
coꝝ exoꝛto inde cū ſcō valberto diſceſſit:
⁊ lugdunū veniēs monaſteriū aliud fabri
cauit. Ubi pluſq̄ȝ trecētaꝝ puellaꝝ ancil/
laꝝ xp̄i mater extitit. ¶ Dū quodā tp̄e ſan
cti valberti preſtolaretᷣ aduētū: ⁊ vinū ad
ſufficientiā nō hēret: ſua oꝛone vinū in ve
gete multiplicauit: ⁊ que ſemiuacua erat
plena repta eſt. ¶ Uite ſue inſtāte termi
no per viſionē vidit tabernaculū mire cla
ritatis de celo deſcendere: in q̄ recepta in
prato ameno ſumme pulchritudinis trā/
ſlata eſt. Quem ſibi locum a deo paratuꝫ
intellerit. Eidē etiā doꝛmienti cingulū a
rhenib⁹ ſolutū eſt: quod nuſqua cōparuit:
dictūqꝫ eſt ei ipſam die centeſimo a coꝛ/
poꝛe migraturā. Quibus diebus cōtinue
pſalteriū legit: ⁊ die ſibi ſtatuta videlicet.
ix. cal. octobꝛis in pace quieuit.

¶ De cōceptiōe. ſ. ioānis baptiſte. C. cxvi



Cóceptio
ſancti ioānis baptiſte i
martylogio hierony/
mi. viii. calē. octobꝛis
ſcribitᷣ: ⁊ in q̄buſdā ec/
cleſijs celebratᷣ. A quo
die vſqꝫ ad eius nati
uitatē. ix. menſes inte
graliter numerantᷣ: nullo die deficiēte nec
ſuperāte: vt ſicut triū hominū tātum cele
brantᷣ feſta natiuitatū. ſ. xp̄i: ⁊ btē virginis
ac ipſius baptiſte: ſic ⁊ eoꝝ celebrentᷣ feſta
conceptionū. Feſtum aūt ꝯceptionis ma
tris dn̄i per reuelationē primo cognitum
fuit: ſicut ſupra dictū eſt in legenda conce
ptionis ei⁹. vi idus decēbꝛis. Qualiter au
tem cōceptionem ioānis baptiſte tali die
fuiſſe factā habuerint hieronymus incer/
tum eſt: veriſimiliter tamen credi pōt: ⁊
recte opinari: q̄ ſicut ꝯceptus ⁊ oꝛtus ba/
ptiſte in alijs perfectus apparuit: ſic ⁊ tp̄s
eius quo fuit in vtero integruꝫ eſſe debu
it: vt ſicut xp̄s nouē mēſibus integraliter
in vtero virginis fuit: ſic ⁊ baptiſta poſt eo
rūdem mēſium integraleꝫ decurſum de
ventre matris exiuit: vt ſicut natiuitas p̄/
curſoꝛis aſſimilatᷣ natiuitati ſaluatoꝛis: ſic
⁊ eius conceptio ad xp̄i conceptionem in
q̄ȝtum eſt poſſibile ſimiletur. ¶ Et notan
dum q̄ circa conceptionem ioānis bapti
ſte: tria miracula ſpecialiter appuerunt: q̄
aliqualiter tacta ſunt ſupra in eius natiui
tate. viii. cal. iulij. ſ. ¶ Supnaturalis con/
ceptio. ¶ In vtero ſcificatio. ¶ Et ꝓphe
talis doni repletio. ¶ Fuit enim primuꝫ
ſupernaturalis conceptio: quoniā erat eli
ſabeth ſterilis: ⁊ ambo parentes proceſſe
rant in diebus ſuis. Ideoq̄ȝ zacharias de
ꝓmiſſione angelica dubitauit. ¶ Conſue
uit eniꝫ homo dubitare. ¶ Aliquādo pro
pter ꝓmiſſoꝝ magnitudinē ſicut ⁊ abraā
legitᷣ q̄ dubitauit: quando dn̄s ſemē ſuuꝫ
terrā chanaaꝫ poſſeſſuꝝ eſſe promiſit gen̄.
xv. ¶ Aliquādo propter fragilitatis pro/
prie conſiderationē: ſicut patet in gedeo/
ne: qui cū familia eius eſſet infima in tri/
bu manaſſe: ⁊ ipſe minimus in domo pa/
tris ſui: dubitauit qūo iſrael liberare poſ/
ſet: iudici. v. ¶ Aliquando propter natu/
re iɱpoſſibilitatē: ſicut patet in ſara: que ſu/
am ſenectutem conſiderans riſit: cū dn̄s
abrahe filium ex ea naſciturum eſſe pre/

dixit gen̄.xviii. Ex his aūt omnibus zacha
rias dubitare potuit: q̄a ibi erat ⁊ magni
tudo ꝓmiſſionis: q̄a de filio naſcituro di
ctum eſt. Erat enim magnus coram dn̄o:
⁊ ꝯſideratio proprie fragilitatis: quia talē
filium habere ſe reputabat indignū: ⁊ im
poſſibilitas naturalis: q̄a vxor ei⁹ erat ſte
rilis: ⁊ ambo proceſſerant in diebus ſuis.
Nihilominus tamen plagā incurrit amiſ
ſionis loq̄le: propter eius incredulitatē:
vt ex hoc maius miraculum in natiuitate
filij appareret: ⁊ propter alias rationes ſu
pius i natiuitate ioānis aſſignatas ¶ Se
cundum miraculū fuit in vtero ſcificatio:
quia de eo dictum eſt. Et ſpirituſcō reple
bitur adhuc ex vtero matris ſue. Quod ꝓ
uilegium in quattuor ſcis tantūmodo re
perit̄ .ſ. in hieremia propheta hier. primo.
Anteq̄ꝫ exiret de vulua ſcificaui te: in ia
cob iuſto apoſtolo: ſicut hieronymus te
ſtat̄: in ioāne baptiſta: ⁊ in btā vigine ma
ria: licet talis ſanctificatio ⁊ ſpirituſſancti
repletio longe plenior fuit in beata virgi
ne q̄ꝫ in aliis prenominatis ſcis. ¶ Et no
tāduꝫ ꝙ licet ioānes baptiſta fuerit in vte
ro ſanctificatus: fuit tamen originali pec
cato cōceptus: alioquin non fuiſſet zacha
rie filius. Unde feſtum illud licet dicātur
conceptionis: eſt tamen potius feſtum ſci
ficationis: quia videlicet in vtero matris
ſanctificat⁹ fuit. Sicut ⁊ d̄ btā virgine ſu
perius dictum eſt in legenda conceptio
nis eius. Unde ſub vocabulo conceptio
nis agitur feſtum ſanctificationis. ¶ Ter
tium miraculum fuit ꝓphetalis mune
ris repletio. Ideo dicit̄ pluſq̄ꝫ propheta:
quia anteq̄ꝫ naſceretur prophetare meru
it: quādo in vtero matris exultans ad vo
cem ſalutationis marie: deum adeſſe co
gnouit. Unde chryſoſtomus. Nūquid ꝓ
phete fuit vt prius fieret ꝓpheta q̄ꝫ homo.
Et quia cōſuetudo erat vt prophete vnge
rent̄. Ideo xp̄s fecit mariā ſalutare eliſa
beth. Et ſermo ꝓcedens de vtero matris
vbi habitabat dn̄s: ⁊ per aures eliſabeth
greſſus deſcēderet ad ioānem: vt eum il
lic vngeret in prophetam. ¶ Non ſolum
aūt ipſe anteq̄ꝫ naſceret̄ prophetauit: ſed
inſuper ſuis meritis matri: prophetie ſpi
rituꝫ tradidit. Unde chryſoſtomus. Quis
prophetarum cū eſſet propheta: prophe
tam facere potuit? Helias quidem vnxit
heliſeum in prophetam: non tamen pro
phetandi gratiam illi donauit. Iſte autē
in vtero matris exiſtēs diuini itroitus ſci
entiaꝫ matri donauit: ⁊ os illius in verbo
confeſſionis aperuit: vt cuius nō videbat
perſonam: cognoſceret dignitatē dicens.
Unde hoc mihi: vt mater dn̄i mei veniat
ad me. Hec chryſoſtomus.

¶ De ſanctis Andochio Thyrſo ⁊ Felice martyribus. Cap. CXVII.

Andochius thyrſus et felix
martyres apud aurelianuꝫ
paſſi ſunt ſub aureliano im
peratore. Ex quibus ando
chius et thyrſus miſſi ſunt
a ſctō policarpo epiſcopo i
gallias ad predicandum. Qui venientes
aurelianum dum ſua predicatione mul
tos conuerterent: ⁊ multos martyres cō
fortarēt: recepti ſunt hoſpitio a felice chri
ſtiano negotiatore: pauperum hoſpite cū
ctorum. Et cum ad imperatorem ibideꝫ
tunc degenteꝫ accuſati fuiſſent: inde edu
cti ſunt. Quos dum eorum hoſpes inſeq̄
tur cum eis ſimiliter detinetur: omneſq̄ꝫ
ſimul imperatori preſentantur Et dū chri
ſtum confiterentur: manibus ſuſpēdunt̄
⁊ ſaxa in pedib⁹ alligāt̄: ⁊ ſic in ſuſpendicu
lo vſq̄ꝫ in craſtinum dimittuntur. Cuꝫ au
tem ſequenti die incolumes inuenti fuiſ
ſent: in ignem copioſum miſſi ſunt. Sed
cōbuſtis vinculis: ⁊ flāmis imbre copio
ſo extinctis: ipſi inuſti oino ꝑmanſerunt.
Quos īpator cōtinuo decollari mādauit.
Fauſt⁹ vo xp̄ian⁹ cū ſymphoriano ſuo filio
corpa eoꝝ collecta ſepeliuit. viij. cal. octo.

¶ De ſcīs q̄dragitanoue m̄. C.CXVIII.



Quadragintanoue𝔷 martyres paſſi ſunt in chalcedonia ciuitate ſub diocletiano imperatore proconſule autem priſco. Hi cum beata euphemia virgine detēti: cu𝔷 nollent deo marti ſacrificare p̄ dies. xx. in carcere macerati ſunt. Deinde iuſſu p̄ſidis educti alapis in faciem ceſi: ⁊ grauiter flagellati: iterum vincti in carcere𝔷 reducti ſunt: ⁊ imp̄atori reſeruati: vt de his ſupra actum eſt in paſſiōe euphemie. xvj. calendas octobris. Poſt dies autem. xij. imperatori diocletiano chalcedonem venienti: a proconſule preſentant̄. Quos cū imperator in chriſti fide imobiles reppeniſſet eos omnes vinctos leonibus ⁊ vrſis expoſuit deuorandos. Et cum a feris i̇̄tacti cuſtoditi fuiſſent: iuſſit eos oēs pariter decollari. viij. calen. octobris.

¶ De ſcō Cleopha diſcipulo. Ca. CXIX.

Cleophas diſcipul⁹ vnus ex. lxxij. fuit. Hic vn⁹ ex illis duobus extitit: quibus in caſtello ema⁹ eū tibus in die reſurrectionis ſue dominus apparuit: ⁊ ab ipſis inuitatus cum eis diſcubuit: quem et ipſi in panis fractione cognouerunt. Alius vero lucas euangeliſta fuiſſe dicitur. Hunc autē tradunt apud ipſum caſtellum emaus in eadem domo qua menſa𝔷 domino parauerunt: poſt diſcipulorum in iudea diſperſionem pro confeſſione chriſti a iudeis occiſum: ⁊ glorioſa memoria ſepultum: qui paſſus eſt ſeptimo calen. octobris. Hec in martylogio adonis: ſumpto ex Hieronymi ſcripturis ⁊ chronicis antiquis.

¶ De ſcō Firmino p̄ſbr̄o ⁊ m̄. Ca. CXX.

Firminus preſbyter ⁊ martyr apud ambianū paſſus eſt ſub longino ⁊ ſebaſtiano p̄ſidibus. Qui ex ciuitate hibernie: que dicit̄ pāpilonia ort⁹ patre firmo ſenatore: cum adhuc eſſet puer traditus eſt honeſto p̄ſbytero ſacris litteris imbuēdus. Qui annoꝝ. xvij. etate et doctrina proficiēs: ⁊ p̄ honeſto iam ſene predicationis officiū ſupplens: ab eode𝔷 ad honoratū ep̄m tholoſa𝔷 miſſus ē: a q̄ ⁊ p̄ſbr̄ ē ordinat⁹. Anno v̄o etatis ſue. xxiiij reuerſus ad magiſtru𝔷 relictis oībus ap̄d andegaueñ. vrbe𝔷 anno vno ⁊ tribus mēſibus predicauit: ⁊ multos ad xp̄m cōuertit: deinde beluacū veniens: a valerio preſide ob xp̄i confeſſionē ſepe vſq𝔷 ad mortem flagellatus eſt: ⁊ poſt hec in carcere𝔷 clauſus: ſergio ſucceſſori valerij reſeruat⁹ eſt: ſed a populo violēter ſolut⁹: ibidē diutius p̄dicauit: omnē populū baptizauit: ⁊ eccleſias plures ꝯſtruxit: inde ambianū p̄rexit: ⁊ infra. xl. dies tria milia hominū ad xp̄m conuertit. Tādem a longino ⁊ ſebaſtiano prefatibus cōprehēſus: p̄pter timorem populi in carcere decollatus eſt. vij. calen. octobris. Fauſtinianus aūt ſenator pater ſancti firmini ep̄i: de quo ſupra dictum eſt. iij. calen. ſeptēbris qui ab eode𝔷 martyre cū filio fuerat baptizatus: corpus ei⁹ rapiēs i ſuo cimiterio ſepeliuit. Quod poſtmodum ſaluius ambianeñ. ep̄s in eccleſiam maiorem tranſtulit: de quo ſupra habitum eſt. iij. idus ianuarij. Sebaſtian⁹ autem preſes in vltionem martyris chriſti a ciuibus beluacēſibus ſibi poſtmodu𝔷 interfectus eſt.

¶ De ſcō Herculano m̄. Cap. CXXI.

Herculanus martyr paſſus ē rome ſub aureliano imp̄atore: qui a btō alexādro papa ad xp̄m cōuerſus eſt: et baptizatus. Cu𝔷 idem alexander in cuſtodia teneret̄

apud quirinum tribunum. Qua propter
aureliano accuſatus ⁊ ab eodem compre
henſus atqꝫ fuſtibus ceſus in confeſſio/
ne nominis domini tandem gladio ce-
dente martyrij palmam percepit. vij. ca-
lendas octobris. Cuius corpus via nu/
mentana ſeptimo ab vrbe miliario a chri
ſtianis ſepultum eſt.

¶ De ſanctis Cypriano epiſcopo ⁊ Juſti/
na virgine ⁊ martyribus. Cap. CXXII.

Cyprianus epūs ⁊ iuſtina vir-
go paſſi ſunt apud damaſcū
et conſumati in nicomedia
ciuitate tpe claudii impera
toris ſub eutelio comite ori
entis. Beata namqꝫ iuſtina
de ciuitate antiochie filia eduſii ſacerdo-
tis idolorꝫ: quotidie ad feneſtraꝫ ſedens:
⁊ prelium diaconem legentē euangeliuꝫ
audiens conuerſa eſt. Quod cum mater
patri in lecto nūciaſſet: ⁊ ambo dormitā-
tes xpm cum angelis eos ad regnum ce/
lorum vocantē vidiſſent: euigilantes ma
ne ⁊ ipſi conuerſi ad eccleſiā cōuenerunt:
⁊ vna cuꝫ iuſtina ab optato epō baptiſmū
perceperunt: a quo poſtmodum eduſius
preſbyter ordinatus ē. Quo defuncto dū
virgo xpi eccleſiam frequentaret: et eam
q̄dā aglaius ſcholaſticus adamaret: miſit
ad eam matronas ⁊ viros: vt ſibi illam pe
terent in vxorem. Que cum oībus ſe chri
ſto deſpondiſſe reſponderet: ad cyprianū
magum iuuenis acceſſit. Qui cyprianus
puer ab ānis. vij. fuerat diabolo conſecra
tus: vt artibus ſuis iuſtinam in eius amo-
rem concitaret. Cyprianus auteꝫ aduoca
uit demonem quendam ⁊ eum adiurare
cepit: vt virginem de libidine tentataꝫ ad
ſe adduceret: vt eam vel ipſe vel aglaius
cognoſcere poſſet. Demon autem vnguē
tum quoddaꝫ cypriano tradidit: vt domū
virginis perungeret: ⁊ ipſe poſtmodū no
ctu ad eam tentandaꝫ introiret. Quod cū
factum eſſet: ⁊ demon ingreſſus cor virgi
nis in amorem concitaret. Juſtina oratiō
ne premiſſa ſignuꝫ crucis edidit: ⁊ diabo-
lus territus fugit: ⁊ ad cyprianum confu-
ſus rediit. Queꝫ cum interrogaſſet: cur ſi-
ne effectu rediſſet: dixit ſe ſignuꝫ vidiſſet:
in quo omnis virtus eius defecerat. Cy/
prianus autē demonem fortiorem miſit.
Sed quod primo ꝯtigerat: ⁊ ſecundo eue
nit. Quod cyprianus videns illos deriſit:
⁊ principem demoniorū aduocauit: ⁊ ad-
iuratum ad virginem deſtinauit. Qui il-
lam diuerſis langoribus prius vexataꝫ ad
ſe media nocte ducturuꝫ promiſit. Tunc
diabolus in ſpeciem virginis ſe mutauit:
⁊ ad iuſtinam ingreſſus: dixit ſecuꝫ ſe vel
le manere: ⁊ virginitatem ſeruare. Et cuꝫ
virgo acquieſceret: ⁊ virginitatis premia
cōmendaret: cepit eam tentare dicens: ꝙ
dubium eſſet: ne ex hoc deuꝫ offenderet:
cum ipſe primis parentibus prolis gene
rationem precepiſſet. Cum autem cor vir
ginis per immiſſionem demonis in ardo
rem libidinis concuti cepiſſet: illa in ſe re
uerſa ⁊ quis ſibi loqueretur intelligens:
ſigno crucis ſe muniuit: ⁊ in diabolum vt
fumum inſufflauit: ⁊ ſtatim ab omni ten/
tatione liberatā ſe ſenſit. ¶ Poſt hec dia
bolus in ſpeciem iuuenis aglaii ſe transfi
gurauit: ⁊ in eius lectulum ingrediens in
amplexꝰ eius ruere voluit. Sed ſigno cru
cis edito confeſtim euanuit. Deinde per-
mittente deo ipſaꝫ febribus fatigauit: ſed
virgo chriſti omnia certamina ſuperauit.
Uidens diabolus: ꝙ nihil proficeret: in
formam iuſtine ſe transmutauit: vt famā
iuſtine pollueret: ⁊ eam ad cyprianum ſe
adduxiſſe iactaret et in tali ſpecie ad ma-
gum cucurrit: ipſumqꝫ quaſi amore eius
languens oſculari voluit. Sed mox vt cy-
prianus nomen iuſtine nominauit: dia-
bolus nomen illud audire non valens di
ſparuit. Qua propter cyprianus deluſum
ſe videns ad hoſtium virginis diu vigila
uit: ⁊ quandoqꝫ in feminam: quādoqꝫ in

uenꝫ ſe arte magica(vt videbatur)cõmu
tauit: ſed cũ veniſſet ad hoſtiũ eius: neqꝫ
auis neqꝫ femina: ſed cyprianus appare-
bat. Aglaium tandẽ in paſſerẽ arte magi-
ca cõmutauit: q̇ mox vt ad feneſtraꝫ ṽgis
volaſſet: non paſſer ſed iuuenis videbat̃:
⁊ cũ nec poſſet fugere: nec ſalire: ipſuꝫ iu-
ſtina redarguit: ⁊ per ſcalaꝫ deponi fecit.
¶ Uictus ergo diabolus per oĩa ante cy-
prianũ confuſus ſtetit. Quẽ ille interroga
uit: quomodo in nullo in chřianam virgi
nem preualeret. Quem demũ primo ſibi
iurare fecit: ꝙ nunq̃ ab eo diſcederet: de
inde ei dixit: ꝙ ſignum crucifixi viderãt:
⁊ in hoc territi fugerãt. Interrogatꝰ quo-
qꝫ an chřs diabolo maior eſſet. Reſpõdit
ipſum maiorẽ omnibꝰ: qui demones om
nes igne cruciãdos iudicaturꝰ eſſet. Tũc
cyprianus virtutes diaboli cõtẽnens: oĩa
idola ſua confregit: ⁊ codices cõbuſſit: et
veniens ad epm̃ antimum baptiſmũ in-
ſtanter petiit. Sed ille cyprianũ ſibi illu-
dere velle putabat: q2 ipſum magũ eẽ co-
gnouerat. Cũ aũt cuncta que ſibi contige
rant narraſſet: ab eo ſacrũ baptiſma ſuſce
pit. Quẽ eps̃ antimus in diaconuꝫ: ⁊ poſt
annũ in preſbyteruꝫ ordinauit. Cui ⁊ cy-
prianus in ep̃atu ſucceſſit. Qui chři fideꝫ
cõſtanter p̃dicabat: ⁊ multos gentiliũ cõ-
uertebat: ⁊ in chriſti noĩe miracula facie-
bat. Cyprianus aũt eps̃ iuſtinam in quo-
dã cenobio matrẽ plurimarũ virginũ cõ-
ſecrauit. Qui ⁊ martyribus multas epiſto
las deſtinabat: ⁊ eos in certamine ꝯforta
bat. ¶ Poſt hec eutelius comes orientis
cyprianum ⁊ iuſtinã detentos: duꝫ idola
adorare nollent: iuſſit tormentis affligi: ⁊
cyprianũ quidem ſuſpendi ⁊ exungulari:
iuſtinaꝫ vero neruis flagellari ⁊ alapis ce
di: deinde ambos in carcerem trudi. Die
quoqꝫ ſequenti iuſſit parari ſartagineꝫ pi
ce adipe ac cera plenam: ⁊ in eam cypria
num iactari. Cumqꝫ ipſum ignis non tan-
geret: ⁊ iuſtina ingredi formidaret: cypria-
nus eam hortabatur: vt intraret. Que in-
greſſa omnino ſicut ⁊ ille illeſa perman-
ſit. Sacerdos autẽ idolorum cũ de cõſen
ſu comitis ad ſartaginem veniſſet: vt ſuis
carminibus maleficia chřianorũ diſſolue
ret continuo ignis de ſartagine exiuit: et
eum penitus conſumpſit. Tunc de ꝯſilio
terrentini cognati ſui eos in cuſtodia ar-
tauit: vt interim claudio que geſta fuerãt
ſcriberet: ⁊ ille de eis pro libito ſuo diſpo
neret. Et mandante claudio ad ciuitateꝫ
nicomediam adducuntur: ⁊ iuxta flumẽ
gallum cum quodam tertio chriſtiano pe
regrino theognito nomine pariter decol-
lantur. Quorum corpora cum canibus ex
poſita. vij. diebus intacta permanſiſſent:
a nautis quibuſdam chriſtianis in naueꝫ
leuata: ⁊ romam delata: atqꝫ ſepulta ſunt.
Nunc autem vt dicitur placentie quie-
ſcunt. Qui paſſi ſunt ſex calend. octobris.
Circa annum domini. cclxxx.

¶ De ſcõ Euſebio papa ⁊ m̃. C. CXXIII.

EUſebius papa ⁊ martyr hu
ius nominis primus natio
ne grecus ex medico: mar
cello pontifici in epiſcopa-
tu romão ſucceſſit: ⁊ ſedit
ãnos. ij. mẽſes. ij. dies. xxv
Huius temporibus inuẽta eſt crux domi
ni noſtri ieſu chriſti hieroſolymis ab hele
na regina: ſicut ipſe in quadã epiſtola ſua
ſcribit. Que tamen epiſtola apocripha re
putatur: quia nec eius tempore crucem
domini inuẽtaꝫ fuiſſe veriſimiliter credi
tur. Sed melius tempore ſiluestri pape.
Qui conſtantinũ imperatorẽ baptizauit:
qui ⁊ baptizatus helenã matrem conuer
tit. Que poſt eius conuerſionẽ cruceꝫ do
mini iuenit. Hic ſanctꝰ pontifex pro chri-
ſti nomine martyrio coronatus eſt: ſub p̱
ſecutione conſtantini anteq̃ fieret chřia-
nus. Et ſepultus eſt cũ fratribꝰ ſuis iuxta
corpus beati petri in vaticano ſexto calẽ.
octobris. Et ceſſauit ep̃atus dies ſeptem.

¶ De ſanctis Coſma ⁊ Damiano ⁊ ſociſs martyribus. Cap. CXXIIII

COſmas ⁊ Damianus: anti/
mus: leontius: ⁊ euprepius
martyres in ciuitate egea
paſſi ſunt tēporibus diocle
tiani ⁊ maximiani iperatoꝝ
ſub p̄ſide lyſia. Quoꝝ duo
primi fratres ex eadē ciuitate que eſt in
arabia: matre religioſa noie theodora ge-
niti: arte medicine docti: i virtute gratie
chr̄i: oēm infirmitatē nō ſolū ab hoibus:
ſed etiā a iumētis curabant: gratis oia tri/
buentes. Nā ⁊ camelū arte diabolica de-
bilitatū ſanū reſtituētes: illeſum abire fe-
cerunt. ¶ Mrona aūt noie palladia para/
lytica: cū oia ſua in medicis ꝯſumpſiſſet:
ad ſcōs dei acceſſit: ⁊ ab eis ſanitatē inte/
grā reportauit. Tūc illa damiano munu/
ſculū obtulit. Et cū recipe nollet: ⁊ illa cū
odoriferꝝ dño reddiderũt. Hoꝝ oium paſ
ſio agit. iiij. noñ. octobris. Hec ado.

¶ De ſcã Aurea ṽgine. Cap. XXIII.



Aurea virgo apud
pariſius claruit tpe he
raclij impatoris: vt ait
ſigibertus. Quã ſctũs
eligius epũs in mona
ſterio virginũ a ſe con
ſtructo i ciuitate piſieñ
ſi ꝑfecit abbatiſſaʒ tri
centarum virginũ omni ſanctitate pollen
tem: ⁊ miraculis clarẽteʒ. ¶ Quadã vice
dum eſſet in villa: ⁊ clauigera eius ac cel
leraria expiraſſet : ⁊ poſt triduũ eã abba
tiſſa rediens inſepultã inueniſſet: eo quia
nec claues ipſi ſorores auferre ꝑſumpſiſ
ſet: nec illa de adminiſtratis rõn ẽ reddidiſ
ſet: orãte aurea clauigera ſuſcitat : ⁊ rõne
reddita: atq3 clauib⁹ reſignatis in pace ite
rum ſopoꝛat. ¶ Die quadã dũ ſibi panes
deficerent: ⁊ aurea ſcãdaluʒ metuens ad
clibanũ acceſſiſſet: piſtoꝛq3 panibus con
ficiẽdis intenderet : nec adeſſet qſq̃: qui
clibanũ ſubito ſcopare poſſet: illa furnum
ingreſſa manicis ſcopauit: ⁊ prunas in gre
mio aſpoꝛtauit: nec vllũ tamen ardorem
ſenſit: ſed nec veſtes ei⁹ i aliq̃ exuſte: aut
deturpate fuerunt quinimo in teſtimoni
um tanti miraculi cãpane monaſterij ꝑ ſe
diuinitus pulſare ceperunt. Cum aũt die
alia diaconus in miſſa euãgeliũ legens i
cõgrue pronũciaret: illa de collo eius ſto
lam auferens: nimio verbi dei zelo euan
geliũ legit: ſed mox de cõmiſſa ꝑſumptio
ne penitus: abbatiã deſeruit: ſeq3 per an
nos. vij. in cella recluſit : vbi cathedrã ſibi
parari fecit: hẽtẽ clauos qnquagita in de
xtera parte ↄfixos: ⁊ totidem in ſiniſtra: ⁊
totideʒ in podio poſteriori: in q̃ quotidie
ſedens pſalteriuʒ legebat. videlicet pſal
mos qnquagita innixa dextere parti: ⁊ ali
os. L. innixa ſiniſtre ⁊ vltimos. l. poſterio
ri parti appodiata. Corpus q3 ſuum maxi
ma penitẽtia ⁊ abſtinentia domauit. Lixi
uio q3 ſepius in potu vſa fuit. Cui ſanctus
eligius iam defunctus appuit: ⁊ eaʒ ad ce
leſtia vocauit : vnde ⁊ alia i pace quieuit.
iiij. no. octobris. Sepultaq3 eſt in aula ſci
petri poſt altare. ¶ Vexꝫ quedã abbatiſſa
in ſyria q̃ oculos habens nihil videbat: ab
angelo monet: vt pariſius cũ epõ ſuo ve
niens: partẽ aliquaʒ de reliquiis ſcẽ auree
petat: quarum virtute lumẽ oculoꝝ reci
piat. Quod dũ illa epõ nunciaſſet: vna ſe
cum verſus pariſius iter arripuit: ſed in iti

nere feſſa remanſit: loculū tamen honorificum preparauit. Ep̄s vero viā pſequēs pariſius venit: ⁊ cū pontifice pariſienſi ad tumulū acceſſit. Et cū brachium ſcē virginis obtinuiſſet: ⁊ illud de corpore euellerent: ſanguis inde viuus emanauit. Corpus igit̄ tunc ab ep̄o pariſien. in monaſterio ſci eligii ꝯdecenter humatū eſt. Brachiū vero ab ep̄o ſyro aſportatū. Cuius tactu abbatiſſa: q̄ ceca fuerat: lumen recuperauit: brachiūqꝫ in loculo repoſitum: ep̄s in patriā ſuā detulit: et in eccleſia noī ſctē auree edificata honorifice collocauit.

¶ De ſcō Praſea ep̄o ⁊ m̄. Cap. XXIIII.

Raſeas ep̄s ⁊ martyr apud ſmyrnā martyrio conſumatus eſt. Qui vnus ex antiq̄s quaſi ex traditione priorū ſe accepiſſe aſſeruit: ſaluatorem apoſtolis precepiſſe: vt ante. xii. annū a hieroſolymis diſcederēt. Paſſus eſt aūt. iii. noñ. octobris.

¶ De ſcā Gala ſctimoniale. Cap. XXV.

Ala vidua et ſanctimonialis in vrbe claruit tēporibus gothorum. Hec nobiliſſima puella ſymmachi conſulis ac patricii filia: marito tradita intra vnius anni ſpatium eius eſt morte viduata. Quā dū feruēte mundi copula: ad iterandum thalamū ⁊ opes ⁊ etas prouocarent: elegit magis ſpiritualibus nuptiis copulari. Et cū ſibi valde ignea conſperſio corporis ineſſet: ceperunt medici dicere: q̄ niſi ad āplex⁹ viriles rediret: calore nimio cōtra naturam: barbam emitteret ſicut ⁊ factum eſt. Sed ſancta mulier nil exterius deformitatis metuēs abiecto ſeculari habitu: apud beati petri apoſtoli eccleſiam: ſeſe in monaſterio tradidit: ibiqꝫ multis annis orationibus et elemoſynis operam dedit. Que poſtmodum diuina ꝑmiſſione cancri vlcere in mamilla ꝑcuſſa eſt. Quam egritudinem patientiſſime lōgo tempore ſupportauit. Nocte aūt ante lectum eius duo candelabra lucere cōſueuerant: quia videlicet amica lucis: non ſolum ſpirituales: ſed etiam corporales tenebras horrebat. ¶ Dum aūt nocte quadam ex eadem infirmitate iaceret fatigata: vidit beatum petrū apoſtolum ante lectum ſuum inter duo lumina conſtitiſſe. Quem interrogans quis eſſet: queſiuit an ſua peccata ſibi dimiſſa fuiſſet. Qui ſe beatum apoſtolorū principem eſſe reſpondit: dimiſſaqꝫ ei oīa debita nunciauit: ⁊ ad celeſtia inuitauit. Illa vero ſororem bñdictam q̄ꝫ in eodem monaſterio intime diligebat: ſecū venire depoſcit. Apoſtolus aūt eidē dixit: q̄ non illa: ſed alia quedā ſecū diſcederet: bñdicta vero die. xxx. ipſas ſecutura foret: et his dictis diſparuit. At illa protinus abbatiſſā acciuit: eiqꝫ viſa ⁊ audita nūciauit. Die aūt tertio cū ea q̄ iuſſa fuerat ſorore: ſimul defuncta ē. Illa vō q̄ꝫ ipſa popoſcerat: die. xxx. ſubſecuta. Quieuit aūt ſcā gala in dn̄o. iii. no. oct.

¶ De ſcō Magno ep̄o. Cap. XXVI.



Beatus magn⁹ vir ſanctiſſim⁹ natione altinenſis nobilis genere: ab ineūte etate future ſctitatis quā cōſecutur⁹ erat q̄ꝫ apertiſſimū teſtimonium dedit. Nā cū primū in id etatis ꝑueniſſet in qua vir exuit pueritia: ita ſe ad mores chriane religionis inſtituit: ita ad dignoſcendū creatorē ſuū ſe compoſuit: vt ingreſſus heremum mirabili abſtinētia ſe affligēs: ⁊ cōtinuis orationibus vacās: deo maximo ardentius deſeruiret. Et vt etiam charitatis fraterne ꝓceptū ſeruaret ſatagebat eos q̄ a diuino cultu alieni fuiſſent ſctimonia vite: exemplis ⁊ admonitionibus ad contēplandā animarū beatitudinē oēs allicere.

Itaq; in tantā gratiā icolis ⁊ populis omnib⁹ ſanctiſſimi viri mores acceſſerūt: vt ad eum tanq̄ ad diuinū oraculū ad hauriēda caſtiſſima monita oēs ꝯfluerent. Is eni gratiſſim⁹ atq; acceptiſſimus deo vir ob inſignes virtutes ad ſacerdotiū ꝓmotus: charitate cogēte oibus omnia factus oēs conſolabat: maxime autē eos q̄ quacūq; īfirmitate vel morbo laboraſſēt: ſue ſcitatis in eis ſanandis ſigna mirabilia oſtendebat. ¶ Poſtq̄ȝ vero ciuitas altini vltimo excidio per lōgobardos diruta eſſet ⁊ deſtructa: ⁊ quaſi tota italia ad ciuitatē nouā que heraclia appellat̄ ꝑpter longobardoꝝ icurſus effugeret: ⁊ in dies inumerabiles populi ad eā recurrerēt: vt ipſorū īpetū euitarent: ipſe etiā beat⁹ vir cū eiſdē ad dictā ciuitatē heracliā ſiue nouam venit. Eſt eni ciuitas ipſa in lacunis vltimi maris adriatici ſita vndiq; aq̄s in modū inſule circundata. Cūq; ppl̄i oēs ad eā accurrētes graui triſtitia ꝑpter ſuarū reꝝ ⁊ pr̄ie amiſſionē grauarēt: vir ſcūs oēs hortabat̄ bono aīo eſſe ⁊ pacato: ⁊ ingruētes erumpnas ⁊ tribulatiōes patienter ſufferrēt. Hac eni via aptiſſimū ⁊ facilē aditū ad ſuperos eſſe ꝑdicabat. His atq; aliis ſcti viri virtutibus ⁊ ſermonibus admoniti oēs qui ibi erant ⁊ ciues ⁊ aduene cū animaduerterēt diuina eius officia atq; opa: publico atq; priuato vſui cōſulētes: in antiſtitē ⁊ p̄ſulē ipſius heraclee vrbis elegerūt: vt qui antea pr̄ oium extiterat: pr̄ in futurū ⁊ dn̄s omniū exiſteret. Qui cū ſedē ep̄alem aſcendiſſet: nō faſtu. nō ſuperbia. nō ambitione querēde alterius dignitatis elatus eſt: ſed eandē p̄ſtinā qualitatē ſimul ⁊ humilitatē retinens: nō ſe maiorē aut ceteris digniorē ſȝ lōge aliis inferiorē extimabat: errogās pauperibus ⁊ egenis omnia q̄cūq; in ſuā ditionē acceſſiſſent: ita vt nōnunq̄ ſue neceſſitati nō reſpiceret. ¶ Procedētib⁹ itaq; meritis ſancti pōtificis diuino oraculo reſponſum accepit: venetiarū ciuitatē ea tēpeſtate edificatū iri debere: in qua cultus diuinarū rerū freq̄ētiſſimi atq; apparatiſſimi eſſent futuri. Qđ poſtea paruo tēporis interuallo exitus cōprobauit. Nam cū vir ſciſſimus ſuo more orādo ſpū raperet̄: btiſſimus petrus apl̄s apparuit ei dicēs. Magne vir dō acceptiſſime: tua opera atq; diligentia fieri placet: vt in ea vrbe que nūc in extremo adriatici ſinu erigit̄: noi meo templū fundet̄: cuius vrbis protectorē ꝑcipuū me futurum decerno. Edificabat̄ autē tunc ciuitas venetiaꝝ in diuerſis inſulis in medio lacunaꝝ poſitis. Tunc ſctūs p̄ſul ei dixit. Quis es dn̄e mi? Ego ſum inq̄t apl̄s petr⁹. Ad quē magnus. Quo nā in vrbis ipſius loco iubes apl̄e dei: tēpluȝ tibi paſtori nr̄o edificari? Ait apl̄s. Ubi ciues tui inuenerint boues ⁊ oues lacunaꝝ herbas excerpe: illic mihi fundari ſedē iubeas. Eſt eni locus ille in extremo angulo ipſi⁹ vrbis qui mō caſtellū vocat̄ ⁊ ibi pr̄iarchalis eccleſia ſci petri appellata cernit̄. Hec cū btiſſim⁹ apl̄s dixiſſet angelus raphael his v̄bis eū aggreſſus magne inq̄t ſacerdos dei ⁊ ſerue optime: mihi q̄ȝ te auctore tēplū in ea vrbe a ciuib⁹ poni volo. Inq̄t magn⁹. Quis es dn̄e? Rn̄dit angelus. Ego ſuȝ raphael āgelus: vrbis venete futur⁹ ꝓtector. Ubi vis inq̄t magnus in ea vrbe locari tibi tēplū dn̄e diuine miniſter? Cui ait. In altera vrbis extremitate in loco q̄ aggregatas aues ⁊ ꝯcinētes ad inuicē inueneritis: ibi locus erit ſacello ꝯſtruēdo aptiſſimus. Et ea pars vrbis dorſum durū appellabitur. ¶ Rurſus huic btiſſimo viro chr̄iane religiōis fundator humāe nature redēptor ⁊ ſaluator ieſus xp̄s dei ⁊ btē maria filius apparuit: q̄ ſe ſaluatorē mūdi aſſerēs īmedio ipſi⁹ vrbis hedificāde tēplū quoq; ſibi fieri mādauit: in loco in quo nebulā rubeā cōperiſſent. Et in eodē loco tēplū ipſi ſaluatori deo ⁊ dn̄o nr̄o edificatū ꝯſpici-

mus. ¶ Et ne btīſſima v̇go maria mater
dei aliena videret a pticipatiōe future vr
bis edificāde: etiā ipſa btīſſimo pſuli ma-
gno in magna gloria ornatu atqȝ decore
mario appuit eiqȝ talia affat. Magne dei
miniſter volo ⁊ ego hui⁹ future ciuitatis
ſpālis aduocata exiſtere: Jdōqȝ iubeo vt
vbi nebulā candidā ⁊ fulgētē ↄſpexeritis
ibi edē noi meo ↄſtituatis. Nomēqȝ edis ⁊
eccleſie ſcē marie formoſe eſſe volo. Nec
īmerito btīſſima v̇go in formoſiſſima ſpē
magno appuit: qñquidē ipſa mī pulchre
dilectiōis tota formoſa ⁊ ſuauis ſit. Jpſa
inqȝ ſit ſpes vnica chrianoꝝ v̇go glorioſa
mīe mater ⁊ ois boni nři diligētiſſima p/
curatrix. ¶ Poſtmodū btūs ioannes ba/
ptiſta eidē apparēs: deſignatis ei locis ſi-
bi vnā pāriqȝ ſuo zacharie alterā fabricari
iuſſit eccliaȝ. Que q̇dē eccleſie nūc cernū
tur. Pris quidē in vno loco: filij aūt in lo
co q̇ bragora di ſeorſuȝ poſita eccleſia cō/
ſpicit. ¶ Ex ide btā Juſtina virgo ⁊ mar
tyr patauina: nube circūdata ſctō epō ap-
parēs tēplū in eadē vrbe ſibi edificari pe-
tijt: in loco vbi vitē nouos fruct⁹ emitten/
tē videret. ¶ Poſtremo duodecim apli
dñi eidē magno viro ſciſſimo apparuere:
ſeqȝ locū in dicta vrbe de nouo fabrican/
da velle hēre fatent. Unde ⁊ ſctō epō di/
cūt. Magne vir apſice in loco in quo īue-
neris duodecim grues ibidē tēplū nobis
duodecim chři aplis fabricādū pcurabis.
Hec oīa ſupra dicta ſcūs antiſtes memo-
rie cōmēdās grās egit deo btē virgini ma
rie ⁊ reliquijs ſctis qui ei apparuerāt: q͂ i
noua venetiarū ciuitate ↄſtruēda tēpla et
māſiones ſuas hēre dignarent. Unde cō
uocatis pncipib⁹ magiſtratib⁹ ⁊ tribunis
ciuitatis: eis viſionē hitā cum oib⁹ circun
ſtātijs denūciauit. Qui verbis tanti pōtifi
cis ⁊ tā ſancti viri integrū exibētes fidē ⁊
credulitatē: ardore deuotiōis ſuccēſi lacu
nis ⁊ inſulis paſſim ⁊ diligēter pluſtratis
oīa ſigna que ſcūs dixerat ↄpererūt. Pro
quo deo īmortales gratias reddiderūt et
eccleſias illas haud longo poſt tpe ↄſtru-
xerūt. Ex quo liq̇do patet venetiarū vrbē
diuinit⁹ ↄſtructā. Nec mirū. Si eni diligē
ter attendim⁹ ſemp diuio regimine ⁊ du
catu gubernata fuit. Nā in diuerſis ⁊ mul/
tiplicib⁹ periculis ⁊ tribulatiōibus: ſemp
diuio potius auxilio q̄ humano ſubſidio
cuſtodita ⁊ defenſata fuit. Hec diuiō nu-
tu legib⁹ ſciſſimis ſemp fuit ornata ⁊ val
lata ⁊ ciuiū ↄcordia roborata. De hac frat
Gullelmus brabantin⁹ ordinis pdicatoꝝ
cognomine corinthiēſis. Uir inſignis: ⁊ lit-
teris grecis ⁊ latinis eruditiſſimus: ſcita/
te quoqȝ vite ↄſpicu⁹: qui opa Ariſtotelis
ad inſtātiā ſci thome de aq̇no cuius cōtē-
poraneus fuit de greco in latinū eloquiū
traduxit quiqȝ floruit circa ānos dñi. M.
ccl. in lib. xv. de pprietatib⁹ rerū laudabi/
liter eius cōditiones narrās ſcribit in hec
verba dicēs. Uenetie in italia eſt puincia
que multaꝝ terraꝝ ⁊ ciuitatū dñium ha-
buit ab antiquo in mari ⁊ in terra. Cuius
ptās hodie p longiſſimos maris tractus
⁊ vſqȝ in greciā ſe extēdit. Germanoꝝ fi
nes vſqȝ in aq̇legiā tangit: dalmatū ⁊ ſcla
uorū piratarū predā tirāpnicā reprimit ⁊
cōpeſcit. Jnſulas ⁊ portus pmūtoria ma
ris ⁊ ſinus ſub eius dñio exiſtētes iuſtiſſi-
me regit. Subditos ptegit ab hoſtib⁹ po-
tētiſſime ac deffendit. Rēpublicā ⁊ ciui-
lē iuſtis legib⁹ ſubijcit. Nullā ſectā diuis
ↄtrariā inſtitutis infra ſuos terminos ma
nere diſſimulat aut pmittit. Huius gentis
refferre ſingulas pbitates eſtimo ſupfluū:
cū de gentis venetoꝝ virtute ⁊ potentia
circūſpectiōe ⁊ pudētia vnitate ⁊ ciuiuȝ
ↄcordia: amore totius iuſtitie cū clemen/
tia: oib⁹ fere natiōib⁹ iaȝ ſit notū. Hec ille.
¶ Magiſter etiaȝ henricus de arrimino
eiuſdē ordinis in ſūma ſua de quattuor v̇-
tutibus cardinalib⁹ tractatu de iuſtitia ca
plo. lxix. ita dicit. Jnter oēs pollicias que
nřis tpibus in pplo chriano fuerunt poli

cia gentis venetorū ad hoc regimē. ſ. de
pn̄cipatu mixto multū videt̄ appropinq̄-
re. In ipſa nāq; ciuitate nōgenti tam ex
nobilib⁹ q̄ ex honorabili pplo ad conſilia
publica admittūt̄: p quos aliq̄ prudētes i
creatiōe ſui pn̄cipis eligunt̄. Et hi aliquē
ex ſue gētis nobilib⁹ eligūt: quē inducem
pficiunt. Predictus aūt dux ſic a maiori-
bus elect⁹. vna cū ſex q̄s ꝯſiliarios vocāt
quadragita q̄s ppl̄i ancianos hn̄t polliciā
gubernāt. Nec hi q̄ cū duce ciuitatē regūt
ſemp pmanēt: ſed ſinguli de cōſilio ſtatu
tis tpibus ad pdicta officia conſiliarie vel
ancianarie p electionē oium aſſumunt̄: et
ſic q̄lib; de pdictis ad ꝯſiliū electis partē
h; aliquā i pollitia que quaſi ex trib⁹ regi-
minib⁹ aliq̄d pticipat. Inq̄tū vero pdicti
maiores ducis electores ꝯſiliarij vel qua
draginta q̄ a toto ꝯſilio eligunt̄ aliq̄d de
pollitia ppl̄i participat. Sunt eni in dicto
ꝯſilio nō ſolū maiores nobiles: ſed etiā d
pplo honorabili. ¶ Hec autē venetorum
gens tāta pace ac ſecuritate fruit̄: ꝙ null⁹
inde intuitu partis expellitur: aduenietes
⁊ profugi ibi tuti ſeruant̄. Nullus alterius
oppreſſor: nullus alieni hitaculi eſt inua-
ſor. Secura ſūt oia. Homicidia vel huma
ni ſanguinis effuſiōes aut nunq̄ aut raro
ibi audiunt̄. Nulli hoiū ſubdi patit̄ hcā
gens: ſūma gaudēs libertate. ¶ Ducē ve
ro quē ſibi ꝯſtituūt ſtatutorū ſeruitute co-
artāt: vt nō plus poſſit pfect⁹ q̄ velit preſi
ciēs. Hoies in marinis aq̄s q̄bus ſunt vn
diq; circūſcepti edificia ſtupēda pulchri-
tudine ſumptuoſitate ⁊ numeroſitate cō-
ſtruxerūt. Uſib⁹ maris cū periculis ⁊ labo
rib⁹ pro neceſſariis vite iuuētutē erudiūt.
Etatē vero maturā actib⁹ rei publice ipē-
dūt. Pro colentib⁹ agros remiges hn̄t: et
pro boue nauigium. Oia mercant̄ nūmoꝛ
etiā potū aque. Nullus inde nat⁹ alterius
eſt ſeru⁹: nec etiā pro mercenario pacto
cōductus: ſed vnuſquiſq; p̄rie libertatē ſi
bi vēdicās ppriū victū pprio labore que
rit. In bellis naualibus audaciſſimi atq;
pitiſſimi: olim pro re publica miranda ac
laude digna fecerunt. Uictualia a multis
regiōib⁹ eis deportant̄: ⁊ ipi merces q̄s a
remotis partibus deferunt ad multas p-
uincias partis occidētis trāſmittunt. In
veſtib⁹ ſplēdidi ſed in cibo tēperati: ne p
ebrietates mercādi vſus ipediat̄: aut ſta-
tus pollicie turbet̄. Tabernas nō habēt.
Magni eccleſiarū ſunt cultores: ⁊ diuini
honoris amatores. Paupib⁹ ſunt bn̄fici:
Multa paupeꝝ hoſpitalia ⁊ inſignia ſan-
ctimonialiū monaſteria. annualib⁹ ⁊ quo
tidianis elemoſynis tā publicis q̄ puatis
nutriunt. Decedentes decimam pecunie
in qua fere oia eorū bona cōſiſtunt indi-
gētibus ⁊ diuinū cultū colētibus dereli-
quūt. Catholici ſunt ⁊ ab oi hereſum labe
ſunt prorſus imunes. Inhumana ⁊ enor
mia crimina nō habēt: a cōuicinorū mori
bus ſunt alieni. Fenerator nullus ibi eſſe
pmittit̄: Leges comunes non ſecunt̄: ſed
ſcd̄m ſtatuta ppria viuū miro modo pol-
licie negociis accōmoda: nec tamē a iure
aliena. Ubi ſtatuta deſunt: ad p̄rias ꝯſue-
tudines ſe ꝯuertūt. Fideliſſimi ſūt rei pu
blice: quā vnuſquiſq; in opulētia ⁊ hono-
re tenere ſtudet. S; ⁊ ipſa res publica ſu
os ciues ēt plebeios magnis libertatib⁹ ⁊
ſingularib⁹ imunitatibus cōſeruat ⁊ tuet̄.
Siq̄s in aliena p̄ria grauat̄: mox curā ad
hibet ſiue ducalib⁹ ſcriptis. ſiue nūciis pu
blicis ſeu repſaliarū terrorib⁹: vt cū a gra
uamine liberet. Honorabiles ciues diui-
tiis tenues officij vel rectorie prouiſione
ſubleuare nititur: multos de cōmunibus
prouentibus nutrit. Hec ad laudem pro-
genitorum veſtrorum dicta ſint breuiter.
Que ſi in vobis eſſe cernitis gratias deo
agite. Si v̄o a pdictis deuiaſtis: preteri-
ta eoꝝ fctā recolite: ⁊ ad ea virtutū ſtudio
recuperāda ſatagite. Scriptū ē eni Iob
viii. cap. Interroga generationē priſtinā:
⁊ diligēter inueſtiga pꝛum memoriā. Et

ſequit̃. Ipſi te docebūt loquent̃ tibi: ⁊ de
corde ſuo pferent eloquia. Hec magiſter
hēricus vbi ſupra. ¶ Scūs quoqꝫ thómas
de aquino doctor angelicus in libro. iiij.
de regimine pncipū ad regē cipri ca. viij.
de hac ciuitate ſciſſima ⁊ eius regimīe ac
poteſtate ita loqt̃ur dicēs. In partibus li-
gurie ⁊ emilie ⁊ flāminee que hodie lom
bardia vocat̃: nullus pncipatū habere po
teſt ppetuū niſi per viā tyrānicā duce ve-
netiarū excepto: qui tñ tēperatum hꝫ regi
men. Hec tria excellētia teſtimonia ex or
dine inſigni fratrū p̄dicatorū hꝫ hec diui/
na ciuitas: dei ſ. opere edificata cuſtodita
⁊ gubernata. Sed hec dona dei ſunt ⁊ nō
humana conſilia: q̄ hanc vrbē elegit ad
laudem ſuam ad omniū miſerorum ⁊ ad
eam confugientiū piiſſimuꝫ receptaculū.
Que vrbs conſpicit̃ diuino cultui magis
intēta? Nēpe in ea circiter. lxx. eccleſie pa
rochiales exiſtunt in quibus diuina quo-
tidie cū omni celebritate cōplentur. Ta
ceo de monaſteriis ⁊ conuētibus tam vi-
rorū q̄ꝫ mulierum que in maximo nūero
tam domoruꝫ q̄ꝫ perſonarum conſiſtunt.
Que religio in eccleſia dei viget: que ve-
netiis locum non habeat? Hoſpitalia pre
terea ex xenodoxiis tam pro viris q̄ꝫ mu-
lieribus taꝫ pro ſanis q̄ꝫ pro infirmis quo
dāmodo innumerabilia ſunt. Quot elemo
ſyne continue fiūt? Quot pauperes incar-
cerati ⁊ infirmi ſubleuantur? Quis hec in
numerare poſſet? O igitur diuinaꝫ vrbē:
diuino preſagio fundatam: diuino patro-
cinio adauctam: ⁊ diuina virtute cuſtodi
tam. Sed iam ad beatiſſimum magnum
noſtra reuertatur narratio. Edificatis et
completis octo eccleſiis predictis a cele-
ſtibus principibus reuellatis. beatiſſim⁹
magnus deo ⁊ hominibus acceptiſſim⁹:
⁊ ſcdm̄ reꝫ magnus virtutibus ⁊ meritis:
omnibus venetorum populis admirabi-
li vita clarus: miraculis glorioſus: ⁊ exem
plis copioſiſſimus: ſenio confectus ani/
mam creatorū reddidit: cui cum ineffabi/
li ſanctitate ac deuotione ſeruierat. Quis
autē enarrare poſſet quot lachryme quot
ſingultus: quātus meror et luctus omniū
corda et oculos ac ora repleuerint: quan-
doquidem conſiderabant patrem patro-
num interceſſorem doctorem ⁊ magiſtrū
amiſiſſe: qui ſalutaribus monitis ⁊ ve-
ris exemplis eos ad bene beateqꝫ viuen
dum animabat ſuadebat hortabatur. Cor
pus autem ſacrum vniuerſi venetorū po-
puli cum hymnis ⁊ canticis ſpiritualibus
proſequentes in ciuitate ſua heraclea ho-
norifice ſepelierūt multis miraculis ⁊ ſi/
gnis glorioſum. Quotquot eniꝫ diuerſis
egritudinibus detinebātur: eius meritis
optata ſalutis gaudia reportabāt. Tanta
autē ex ipſo ſacro corpore prodibat odo-
ris fragrantia q̄ non cadauer mortui ſed
cella omniū videret̃ aromatū. Jacuit au
tē lōgo tēpore in ipſa heraclee ciuitate ei⁹
ſacruꝫ corpus. Uerū cū dicta ciuitas qua
ſi ex toto eſſet deſtructa: āno dñi. M. ccvi
ex ipſa heracliana ciuitate ad venetiaruꝫ
ciuitatem trāſlatum fuit. Ubi in eccleſia
ſancti hieremie honorifice collocatum eſt
pridie nonas octobris miraculis fulgens.
Regnante domino noſtro ieſu Chriſto.
Cui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto eſt honor
⁊ gloria per infinita ſecula ſeculoꝝ amen.

¶ De ſcā Fide virg. ⁊ mar. C. XXVII.



Fides vir
go ⁊ martyr apud age
nenſem ciuitateꝫ paſ-
ſa eſt ſub preſide da-
ciano. Que cum eſſet
nobilis ipſius ciuita-
tis: virginitatem ſuaꝫ
ab īfantia domino cō
ſecrauit. Juuenis autē etate ſed aīo cana
a daciano preſide in agenenſi vrbe com-
prehēſa: vt diis ſacrificaret: dū chriſtū cō/
fiteretur: ſuper cratē ereā diuaricatis mē-

btūs extēſa: ꝛ ſubſtratis carbonibꝰ: adipe
qꝫ flāmis iniecto: dum ſic torqueret̄ mul-
tos ſue virtutis exēplo ꝯuertit: ꝛ ad mar-
tyriū animauit. Inter q̄s btūs capraſius
diuino ſigno firmatꝰ ad certamē robora-
tus eſt: vt dicet̄ infra in eius paſſione. xiii.
cal. nouēbris. Btā vero fides poſt multos
ꝛ diros agones: p chr̄i noīs ꝯfeſſiōe tolle-
ratos capite ceſa: ꝛ in ciuitate agenēſi ī tu
mulo honorifice ꝺpoſita ē ṗdie. ix. octob.

¶ De ſcō Gangulpho mar. C. XXVIII.

Gangulphꝰ martyr apȯ bur-
gundiā paſſus eſt: circa an-
nū. xxiiij. iperij ꝯſtantini q̄r-
ti: vt ait ſigibertꝰ. Hic clarꝰ
ſcītate: fontē quēdam emit
ſcaturientē in gallia: quē oriri fecit in bur
gundia: in ꝑprio ſolo. Cū autē venditor
fontis ſcīm quaſi iſanū irrideret eo: ꝙ fon
tē in aliena ꝑria cōparaſſet: repente fontē
ſuū ſiccatū inuenit: ꝛ eundē poſt modum
in territorio gangulphi exurgētē audiuit.
Sed dū iuxta ipm fontē gangulphus vxo
rē in adulterio reptā increparet: eo ꝙ ip-
ſam cū quodā clerico iacentē vidiſſet: il-
laqꝫ ſe excuſaret: iuſſit vt illa nudato bra-
chio lapillū de fonte educeret: ꝙ ſi mane
ret illeſa: ꝛ ſine aduſtione aliqua ipſaꝫ in-
nocentē cōprobaret. Que viri ſimplicita-
tē deridens: dū lapillū accipe voluit: bra-
chiū quaſi ex bulliēte aqua decoctū edu-
xit. Cui vir dimidiū ſubſtātie ſue dedit: ꝛ
ab illa diſceſſit. Sed cū mulier ex tali mi
raculo notā maximā incurriſſet: clericum
ſecū adulterantē induxit: vt virū occide-
ret. Qui cū nocte quadā reperiēs iugula-
uit. Cuius corpus ſepultuꝫ miraculis cla
rere cepit. Qḋ dū eius vxori nunciaret̄: il
la plurimū irridebat: dicēs: ꝙ ita vir eius
miracula faciebat: ſicut anꝰ eius cātabat:
Subitoqꝫ inuita turpes ſonos ab ano ce
pit emittere. Qḋ deinceps ei ſemꝑ oi. vi.
feria cōtigit: qua die vir eius occiſus fuit:
vt dū quodlibet verbum ore ꝓferret: ab
ano turpem ſonum ederet. Paſſus eſt au
tem ṗdie noñ. octobris.

¶ De. ſ. Syggone epō ꝛ mar. C. XXIX

Syggon epſ ꝛ martyr vnꝰ fuit
ex antiq̄s ſcti pauli aplī diſci-
pulis. Qui ab eodē aplō ponti
fex laodicēſis ordinatus: ſub
ꝑſecutōe domitiani ceſaris a-
pud eandē vrbem pro veritate fidei glo-
rioſo martyrio coronatus eſt ṗdie noñ.
octobris vt ait ado in martylogio.

¶ De. ſ. Sergio ꝛ Baccho m̄. Ca. XXX.

Sergius ꝛ bacchus martyres
paſſi ſunt in ꝓuincia eufra-
teis tp̄e maximiani iperato-
ris ſub antiocho ꝑſide. Quo
rū ṗor erat ṗmicerius: alter
ſecūdicerius gētiliū ſchole: ambo milites
ꝑclari ꝛ maximiano dilecti. Qui cū eſſent
cū eodē auguſto in eadē ꝓuincia: accuſa-
ti ſunt eidē a militibus: ꝙ eſſent chr̄iani.
Quos iperator aduocās: ingreſſus eſt cū
oī militia ad tēplū: vt ſacrificaret: Et circū
ſpiciēs nō vidit ſergiū nec bacchū. Neqꝫ
enim tēplū ingreſſi fuerāt: ſed foris expe-
ctātes orabāt. Tūc auguſtus miſſis ſatelli
tibus: iuſſit illos introduci: ꝛ cepit agere
vt ſacrificarēt: ac de imolatis deo ioui cū
ceteris guſtarē. Qḋ cuꝫ facere renuiſſent:
mādauit zonas eoruꝫ incidi: ꝛ chlamyde
militari eos exui: ac torquēs aureas de ip
ſoꝝ ceruicibꝰ auferri: indutoſqꝫ muliebri
bus colobiis cathenis vinctos per mediā
ciuitatē vſqꝫ ad palatiū ꝑtrahi: deinde in
cuſtodiā recludi. Sequēti die miſit antio
cho ꝑſidi ꝓuincie orientis cū litteris ſuis:
vt eos: aut diis imolare cōpelleret: aut di
uerſis afflictos penis ꝑimeret. Quos cu-
ſtodes ſuſcipientes: ꝛ iter arripientes: ſe-
ro illo miliario a ciuitate. xii. in ſtabulo q̄-
dā hoſpitati ſunt. Angelus autē dn̄i ꝑ no-
ctē ſanctis catenatis apparēs: illos in dn̄o
confortauit. Mane aūt a cuſtodibus tra-
hebant̄. Quos quidā ex eoꝝ mancipiis ſe

quebatur

quebatur vſq ad caſtrum barbariſſu: vbi preſes antiochus reſidebat. Suſcipiēs aūt eos preſes ⁊ litteras imꝑatorias audiēs: fecit eos vſq mane in cuſtodia detineri pedibus in cippo recluſis. Qui dum pſallerēt: angelus dñi eis iterū apparuit: ⁊ eos ad martyriū fortius aiauit. Mane autem iuſſit eos antiochus ſibi pſentari: eoſq ad deoꝝ ſacrificia hortabat. Cum autem oia idola demonia dicerēt: ⁊ oino ſacrificare contēnerent: iratus preſes iuſſit ſergiū in carcerē recipi: bacchū vero nervis crudis a quattuor ſibi viciſſim ſuccedentib⁹ tam diu cedi: donec ipm voce de celo vocāte ſpiritū exhalauit. Cuius corpus mandauit extra caſtrū ꝓiici: vt a feris devoraretur. Cūq ferarū multitudo ad ipſuz accurreret: aues deſuper volitātes roſtro ⁊ vnguibus beſtias percutiētes: nō permittebant corpus ab eis tangi. Qd noctu qdaz xpiani rapientes: in quadam ſpelunca ſepelierunt. ❡ Sergius vero hec audiēs bacchū in carcere deflebat: quia eo relicto ad gloriam ꝓperaſſet. Cui ſequēti nocte bacch⁹ apparuit in facie ſplendidus ⁊ habitu militis indutus: ſociūq cōfortauit: ⁊ de ꝓprio ſe ſecuturū predixit. Quez ⁊ cuſtodes carceris cōſpexerunt: ⁊ que ſibi dixerat: mane a ſergio audierunt. Unde ⁊ plures cōuerſi ſunt. Sequenti die ſergius ꝑducit: ⁊ ad caſtruz ſyrum poſt antiochū vinctus trahit. Et cū ibidez conſtantius ꝑmaneret manibus ligat: ⁊ clauibus i pedibus configitur: ſicq cōfixus ante carrucā preſidis currere cōpellit vſq ad caſtruz terrapyrgium: qd .ix. milib⁹ a caſtro ſyro diſtabat: vbi in carcere iterum poſitus per noctem angelica collocutione ac viſione cōfortatur: ⁊ pedibus ſanus efficitur. Quod cum preſes antiochus mane cerneret: indignatus iterum mādauit ſergiū pellib⁹ coturnis indutum ante redaz ſuā pertrahi vſq in caſtrum ruzaffatan qd nouez ſimiliter miliaribus a terrapyrgio diſtat: in quo loco pro tribunali ſedens: ſergiū ſacrificare nolentē gladio aiaduerti pcepit. Ad cuius martyriū tam hoies loci qz beſtie agri cōuenerūt: qui voce celica vocatus: extra caſtrum decollatus ē. Locus aūt: in quo ſanguis eius effuſus eſt: magnā voraginē fecit: ⁊ cruorem oēm ſuſcepit: ⁊ ſic deiceps in teſtimoniū eius paſſionis vorago ꝑmāſit: cuius corpus in ipſo loco a xpianis ſepultum eſt: edificata deſuper nobiliſſima crypta. ❡ Poſt aliqd tēpus xpiani quidā de caſtro ſyro venerunt: vt corp⁹ ſergii tollerent: ⁊ cum baccho ſepelirent. Sed cuz nocte illud auferre vellent: ignis maximinus circa locū accenſus eſt: quē illi de caſtro ruzaffatan videntes: ⁊ hoſtes illos eē putantes: qui ignē accēdiſſent: vt domos extra caſtrū exurerent: armati egreſſi ſūt: ⁊ eos qui corpus auferre voluerant: inde effugauerūt. Nunc aūt ipſoꝝ amboꝝ martyrū corpore venetiis eē credunt in eccleſia patriarchali beati petri apoſtoli: ſub cuius crypta i arca marmorea venerātur. Paſſi ſunt aūt non. octobris.

❡ De ſanctis Marcello et Apuleo martyribus. Cap. XXXI.

Marcellus ⁊ apuleus martyres apud vrbem romā paſſi ſunt ſub neronis ꝑſecutiōe. Qui quidē pmo ſimoni mago adheſerūt. Sed vidētes mirabilia: que dñs opabat per aplm ſuuz petrū: relicto ſimone apoſtolice ſe doctrine tradiderūt. Et poſt martyriū apoſtolorum pro ꝯfeſſione xpi ⁊ ipſi decollati: aureliano ꝯſulari viro ſniam ferēte: coronam martyrii pceperūt: ſepultiqz ſunt nō lōge ab vrbe roma. non. octo.

❡ De ſcā Julia virg. ⁊ mar. Ca. XXXII.

Julia virgo ⁊ martyr paſſa ē apud ꝓuinciā auguſtenā: q dr eufrateia. Que a preide impiiſſimo martiano comprehenſa iubet idolis imo-

lare. Cumqз ſacrificare cōtempſiſſet: poſt
diuerſa tormentoꝝ genera ipſi illata: no-
uiſſime gladio iuſſu eiuſdem preſidis iu-
gulatur. Sicqз curſum glorioſi martyrij
conſumauit non. octobris: vt ait ado in
martylogio ſuo.

¶ De ſcā Juſtina vgi. ꝛ m̄. Ca. XXXIII

IUſtina virgo apud ciuitatē
patauinā paſſa eſt ſub mari-
miano rege. Que fuit filia
regis vitaliani ꝛ regine ꝑpe
digne: quos beat9 proſdoci
mus eṗs ad xp̄m cōuertit: ꝛ iuſtinā ſacro
fonte renataз diuinis litteris erudiuit: vt
dicet infra in eius legēda. vii. idus nouē-
bris. Hec defunctis parētib9: dū inter ge-
neroſas feminas venetiaꝝ ꝑtibus in ſua
quoqз patria pataui moraret: maximian9
rex: vitaliani ſucceſſor: mediolano veniēs
ad patauinā vrbē: iuſſit ſibi i cāpo martio
tribunal parari: vt illic ſanctos dei diuer-
ſis penis afficeret: aut cōpelleret imolare.
Cū aūt beata iuſtina de ſuo ꝑdio aſcenſo
vehiculo: ad viſitādos dei famulos prope-
raret: vidēs ꝙ maximiani milites eā ꝑſe-
querent: fugere cepit: arbitrās ꝙ occaſio-
ne ſtupri eā cōprehendere vellent. Et cū
in anguſto pontis curui: qui ex marmore
cōſtruct9 ꝓpe ciuitatē eā cōcluſiſſent: de-
ſcendens de reda: orationē ad dn̄m fudit:
genibuſqꝫ in marmore pontis poſitis ita
molle inuentū eſt: ac ſi cera igne ſoluta ex
tractiſqꝫ genib9 veſtigia in marmore ꝑpe
tuo remāſerūt. Que cū regi illi ꝑn̄tata fuiſ
ſet: ꝛ eā de noie iterrogaſſet. Juſtina xp̄ia
naз ſe eē ridit. Cūqꝫ de ſecta ſua iterroga
ta xp̄m ſe colere ꝯſtāter diceret: ꝛ pro ei9
noie ad oia tormēta ſe paratam aſſereret:
atqꝫ deoꝝ oino ſacrificia recuſaret: mari-
mianus abſqꝫ alijs tormētis: vtpote regali
ſanguine natā iuſſit eā gladio extingui. Et
cū deo grās egiſſet: ad locū paſſionis addu
cta: orationē ꝑmiſit: ꝛ ſic gladiū ei9 lateri
ſpiculator imerſit. Que telo infixo ꝑ horaз
integrā: expāſſis manib9 ꝛ erectis in celuз
oculis ad dn̄з exorauit: ꝛ oēs xp̄ianos aſtā
tes ꝯfortauit. Sicqꝫ cūctis vale dicēs ſpm̄
emiſit non. octo. Cuius corp9 a ſcō ꝓſdo-
cimo ꝛ xp̄ianis fere mille paſſib9 a ciuita-
te pataui ſepultū eſt: ꝛ eccl'ia inſignis no-
mini eius deſuꝑ edificata: vbi vſqꝫ in pn̄s
quieſcit: ꝛ miracula multa oſtendit.

¶ De ſcō Marco papa prio. C. XXXIIII



MArc9 pa
pa hui9 noīs prim9 na-
tione roman9 ex patre
ꝓbo. Felici ꝑmo pōtifi
ci i eṗatu romāo ſucceſ
ſit ꝛ ſedit ānos. viij. mē
ſes. ij. dies. x. Hic cōſti
tuit vt nullus eṗs vel
ſacerdos etiā ſi maioris ſciētie ꝛ ꝓbitatis
exiſtat ſe ponat ante aliū priuſqꝫ ſe ordina
tum. Et hic ſolus de tantoꝝ numero pon-
tificū qui fuerunt a btō petro aplō vſqꝫ ad
ſiluestrū papā martyrio euaſit. Et requie-
ſcit in eccleſia in qua pri9 ꝑſbyter ordina-
tus fuerat: q̄ vſqꝫ hodie eccleſie ſci marci
noiat: que ē in medio rome i regione que
dicit pin9. Quieuit aūt in pace non. octo.
Et ceſſauit eṗatus dies. vi.

¶ De ſcō Marco papa ſcdo. C. XXXV

MArcus papa huius nois ſcds:
natiōe roman9 ex patre ꝑſco
ſiluestro pape pōtifici i eṗatu
ſucceſſit. Seditqꝫ annos. ij.
menſes. viij. dies. xx. Hic cō-
ſtituit vt eṗs oſtienſis: qui cō-
ſecrat eṗos vrbis pallio vteret. Et conſti-
tuit in eccleſia oībus dieb9 dn̄icis ꝛ in na-
talitijs aploꝝ ſymboluз ab oī clero ꝛ pplo
alta voce cātari. Et hic requieuit in pace.
Et ſepultus eſt in cimiterio habile via ar-
deatina non. octobris. Fecit aūt ordiatōes
duas ꝑ menſeз decēbriū ꝑſbyteros. xxv.

diacones. vi. epõs p diuerſa loca numero xxvij. Et ceſſauit epatus dies. xx.

¶ De ſancto Marco ſcriptore et confeſſore. Cap XXXVI.

Marcus eremi cultor cognomine ſcriptor ſic dict⁹ eſt: quia plurima ſcõꝝ anachoritaꝝ in deſerto egypti cõmorantiuʒ geſta ſcribebat. Qui dũ ad cõmunionẽ accederet: angelus ei ſacramẽta porrexit. Cuius manũ tantũ vſqꝫ ad iuncturaʒ brachij vidit. Requiſitus aũt a matre: vt ad ſe viſendam accederet veſtitus ſacco ſciſſo ⁊ recõſuto: facieqꝫ fuligine tincta ad eã oculis clauſis ingreſſus eſt. Et viſus ab ea: ſed ipſaʒ minime conſpiciẽs: ſtatiʒ egreſſus ẽ. Hec heraclides.

¶ De ſcã Pelagia peccatrice. Ca. xxxvij.

Pelagia prima feminaꝝ antiochie ciuitatis adhuc pagana: reb⁹ ⁊ diuitijs plena: corpe pulcherrima: habitu ambitioſa ⁊ vana: animo ⁊ corpe impudica p ciuitatẽ quadã vice cũ põpa maxima trãſibat: ita vt nihil ſup eaʒ niſi aurũ ⁊ argentũ ⁊ pcioſi lapides viderenꝰ: ⁊ quocũqꝫ iret diuerſoꝝ aromatum aerẽ odore repleret: quã precedebat ⁊ ſequebaꝰ multitudo pueroꝝ ⁊ puellaꝝ: qui ⁊ ipſi pclaris veſtib⁹ erant induti. Quam duʒ nonus epũs heliopoleos: que nunc damiata dicit vidiſſet: amariſſime flere cepit: ex eo ꝙ ipſa maiorẽ curã habebat placere mundo: ꝙꝫ ipſe placere deo. Procidenſqꝫ in terrã faciem ſuaʒ percutiebat: ⁊ terram lachrymis irrigabat: ac dei miſericordiã implorabat. Dixitqꝫ aſtantib⁹ clericis: ꝙ deus illam in iudicio contra eos pducturus eſſet: quoniã ipſa tam ſolicite ſe depingebat: vt terrenis amatoribus placeret: ⁊ ipſi celeſti ſpõſo placere negligerẽt. Dum hec ⁊ ſimilia diceret ſubito obdormiuit. ¶ Viſumqꝫ eſt ei ꝙ quedam columba magna: ⁊ fetida circa eum celebrãtem volaret. Qui dum catecuminos eijceret: columba diſparuit: ⁊ poſt miſſam rediens: in vaſe aque ab eodem demerſa: munda ⁊ candida exiuit: ⁊ tam alte volauit: ꝙ videri non potuit. Et dum ſuper viſionem ſtuperet: ⁊ poſt hec die quadaʒ in eccleſia predicaret. Pelagia que aderat: adeo eſt ſubito compuncta: ꝙ ei ſtatiʒ per nunciuʒ litteras miſit ſupplicans: vt quia chriſtus ſicut ipſa audierat pro peccatoribus in mundũ veniſſet: ipſam quoqꝫ peccatricem epiſcopus ad chriſtum redeuntem: benigne ſuſciperet. Sed cum epũs ſe tentari dubitaret eidem reſpondit: ꝙ euʒ ſolum videre non poſſet. Cum autem ad eum coram pluribus adueniſſet: ad pedes eius procidit: ⁊ amariſſime flere cepit: dicens: ſe eſſe pelagiam ideſt pelagus iniquitas exundans fluctibus peccatorum: que multas animas in abyſum perditionis demerſerat: ſed nunc omnia perhorrebat. Quam epiſcopus clementer ſuſcipiens: penitentiam ei ſalutarem iniũxit: ⁊ ſacro baptiſmate regenerauit: illamqꝫ eſſe columbam: quam viderat: recognouit. Diabolus autem in aere vociferabatur: ⁊ de nouo ſene qui ſibi ſpem ſuaʒ abſtulerat: diris clamoribus conquerebatur. ¶ Quadam nocte pelagiam dormiẽtem diabolus excitauit: ⁊ eaʒ multis blanditijs adulari cepit: gloriam quoqꝫ ⁊ diuitias ipſi collatas cõmemorabat: ⁊ ſi chriſtum vellet relinquere: adhuc maiora pmittebat. Illa vero ſe ſignans in euʒ ſufflauit: ⁊ demon ſtatim euanuit. Die vero tertio omnes ſeruos ſuos ⁊ ancillas manumiſit: ⁊ cuncta que habebat: pauperibus tribuit. ¶ Poſt aliquot dies cunctis ignorantibus noctu aufugit: ⁊ in monteʒ oliueti deuenit: vbi habitum virilem heremite ſumẽs: in pua cella ſe collocauit: ⁊ deo in multa abſtinentia ſeruiuit. Marie

Digitiz

autez fame ab omnibus habebatur: ⁊ frater pelagius dicebaẗ: virque ab oibus putabaẗ. ¶ Poſt hec aũt dum quidã diaconus dicti noni epi hieroſolymam loca ſancta viſitatur⁹ aduenisſet: quẽdam monachuz noie pelagium in monte oliueti de mandato epi requiſiuit: ⁊ ipſum inueniẽs viſitauit. Qui ab ea cognit⁹: ipſam tabefactã minime regnouit. Cui dixit pelagia: vt ſe orõnibus ſui epi commendaret: q: vere apoſtolus chriſti eẽt. Recedens inde diaconus: cũ die tertio ad cellã rediſſet: ⁊ pulſanti ad hoſtiuz nemo ſibi rñdiſſet: feneſtrã aperuit ⁊ mortuã eaz vidit. Quod cuz epiſcopo nũciaſſet: ⁊ ille ad ſci viri celebrandas exequias cũ clero ⁊ pplo conueniſſet: extrahẽtes corpus eius de cella: quem virum putabant: feminam inuenerunt: ⁊ deo gratias agentes: corpus eius in eodem monte deuote ſepelierũt: dormiuit autem in pace ſancta dei. viij. idus octobris circa annum domini. cclxxx.

¶ De ſancta Margarita dicta pelagius virgine. Cap. XXXVIII

Margarita dicta pelagius virgo ſpecioſiſſima diues ⁊ nobilis apud egyptum: tanta fuit parentũ ſolicitudine cuſtodita: ⁊ moribus optimis inſtituta: ꝙ ab omnibus videri modis oibus renuebat. Deniqꝫ cuidã adoleſcenti nobili a parẽtibus in ↄiugium traditur: ⁊ cuncta nuptijs neceſſaria imenſa gloria preparantur. Cuz autẽ die nuptiaꝝ iuuenes ⁊ puelle ⁊ nobiles cuncti feſta cum gaudio celebrarẽt: virgo dñi deo inſpirante: conſiderãs virginitatis damnum: tam damnoſis plauſibus reparari: cepit oia hui⁹ vite gaudia quaſi ſtercora reputare. Uñ nocte illa a viri ↄſortio ſe abſtinẽs: media nocte illo ſoporato ſe deo cõmendauit: ⁊ tõſis crinibus in virili habitu clam aufugit. Longe autẽ ad quoddam monaſteriũ veniẽs: ⁊ fratrem pelagiũ ſe dicens: ab abbate receptus ẽ: ⁊ diligenter iſtructus. Qui tam ſcẽ ac religioſe vite ſe habuit: ꝙ defuncto ſanctimonialiũ prouiſore de ſenioꝝ conſilio ⁊ abbatis iperio: licet inuitus monaſterio virginũ eſt prelatus. ¶ Dum ergo eis nõ ſolum corpoꝝ neceſſaria ſꝫ etiam aiaꝝ pabula miniſtraret: diabolus eius ſcitati inuidẽs: vt vite ei⁹ innocentiam diffamaret: vnaz ex virginib⁹: que hoſtiaria erat: in adulteriũ traxit: ⁊ vtero itumeſcẽte cũ iã cellari non poſſet: pudor ⁊ dolor maximus monachos ac virgines ↄſternatus ẽ. Soluſqꝫ pelagius vt pote eaꝝ familiaris ſine vllo examine ab oibus condẽnatur: ⁊ cũ ignominia foras pelliẗ: ac in quodã ſpecu recludiẗ: eiqꝫ monachoꝝ ſeueriſſimus deputaẗ: qui ei panẽ hordeaceum ⁊ aquã tenuiſſime miniſtrabat. At ille oia patienter ſubſtinebat: ⁊ deo grãs agens p ſanctorum exẽpla ſe ↄtinue ↄfortabat. Tandem cũ finem ſuum adeſſe cognouiſſet: monachis p litteras mandauit: ſuum genus: nomen: ac conditionẽ reuelans: dicẽs ꝙ vir fuerat non p conditione mẽtita: quod inter feminas oſtẽdiſſet: petens vt quaz viri feminã neſcierant: ſorores ſcẽ ſepelirẽt vt femine virgines virginem recognoſcerẽt: quam calũniatores viꝝ adulterum iudicaſſent. His auditis monachi ⁊ ſctimoniales ad ſpelũcam concurrunt: pelagiuz mortuũ conſpiciunt: feminã ⁊ virginẽ intactam cognoſcũt ⁊ penitẽtiam agẽtes in monaſterio ṽginũ honorifice ſepelierũt.

¶ De ſcã Thaide meretrice. c. XXXIX

Thais meretrix apud alexandriã tante pulchritudinis extitit: vt multi pter eam vẽditis ſubſtãtiis ſuis ad vltimã pauptatẽ deuenirent. Amatores quoqꝫ ſui pre zelo litibus inter ſe ↄſertis: puelle liminina freqñter ſanguine replebãt. Quod audiens

pānutius abbas: ſumpto ſeculari habitu: ⁊ ſolido aureo profectus eſt ad eā deditqꝫ ei ſolidum quaſi pro mercede peccandi. Cumqꝫ camerā ſecum ingreſſus lectum precioſum aſcēdere inuitaret̄: interrogauit ſi eſſet ſecretius cubiculum: qđ nullus ingrederet̄. Que duxit eum in interiorez cellam: dicēs ꝙ nemo illuz ibi videre poſſet: niſi ſolus deus. Interrogataqꝫ a pre: an ſciret eſſe deum: Reſpondit: ꝙ ſciebat deum: ⁊ futurū ſeculum: ⁊ tormēta peccatoꝝ. Quam ſenex iterū interrogauit: ſi hec eſſe noſcet: cur tot animas hoium ſuāqꝫ perderet. Que mox compuncta ad pedes eius ꝓcidit: ⁊ pniam poſtulauit. Cumqꝫ abbas illi locum conſtituiſſet vbi ad ſe venire deberet: quatenus ſuper eius ſalute diſponeret: illa colligens oia: que ex peccato lucrata fuerat: in medio ciuitatis oī populo ſpectante combuſſit. Erat aūt precii libraꝝ auri. cccc. Quibus incēſis ad locum ſibi ab abbate conſtitutum perrexit. Quā ille in cenobio virginū in parua cella recluſit: ⁊ hoſtiū plumbo ſignauit paruāqꝫ feneſtrellaz reliquit: per quā ei modicus victus inferret̄: iuſſitqꝫ dieb⁹ ſingulis parꝝ panis ⁊ aque ei a ceteris miniſtrari: mandans vt etiā vrinaz ſuam in cella effunderet: quia tali fetore digna eſſet. Et cū quereret quō deuz adorare deberet: ꝓhibuit ne dūm nominaret: ſed tantū incumbēs cōtra orientem reſpiceret ac diceret. Qui pſalmaſti me miſerearis mei. ¶ Poſt annos aūt tres pānutius ei cōpatiens ad abbatem antonium perrexit: vt quereret an ipſi deus adhuc peccata ſua thaidi dimiſiſſet. Et narrata cā antonius mādauit: vt omnes diſcipuli ſui illa nocte in oratiōe vigilarent: quatenus deus ſuper hoc aliqđ coꝝ cuiqꝫ reuelaret. Nocte vero paulus maior antonii diſcipulus: vidit in celo lectum ꝓcioſis virgis orditum: quē tres virgines ſplendide cuſtodiebant. Cūqꝫ paulus interrogaſſet: an eēt antonii audiuit ꝙ non ſed thaidis meretricis. Qđ cū mane rettuliſſet: abbas pānutius let⁹ diſceſſit: ⁊ ꝓfect⁹ ad monaſteriū hoſtiū celle deſtruxit. Et cuz illa rogaret vt adhuc maneret incluſa: iuſſit eaz egredi: qm̄ dimiſerat ei de⁹ peccata ſua. Et cū illā eduxiſſet dieb⁹ xv. ſupuixit: ⁊ in mōaſterio virginū i pace pauſauit: vbi ⁊ cū honore ſepulta fuit.

¶ De ſcā Reparata vg. ⁊ m̄. Ca. XL.



Reparata virgo. xij. annoꝝ paſſa ē in ciuitate ceſarieñ ſub decio ceſare. Que nobili genere ipſi⁹ vrbis exorta: cū ieiuniis ⁊ oīonib⁹ vacaret a decio detēta eſt vt diis ſacrificaret. Qđ dum ſi facere contēneret: plūbo liquefacto iuſſu ceſaris perfundit̄: ſed plumbo tepefacto in nullo ledit̄. Deinde acetū feruens in os eius diſtillat̄. Et dum hoc patiēter toleraſſet: lampades ardentes ad latera ipſius apponunt̄. Et poſt hec in caminū ignis mittit̄: ſꝫ a xp̄o cuſtodita inde oīno illeſa ⁊ inuſta ꝓducit̄. Iterūqꝫ coſte ipſius ac pectora facculis ardentib⁹ inflāmant̄. Et dum in his oibus victoriaz obtinuiſſet: ⁊ decio ſuadenti ꝯſentire nollet: iuſſit virginē in craticulam extendi: ⁊ prunis ſubter ſtratis diutius torreri. Deinde ſic aſſatā per totam ciuitatez nudam circūduci ad exempluz xp̄ianoꝝ. Sed dū xp̄m viua voce confiterent̄: ⁊ chriſtianos ad tolerantiā hortaretur: reducta ad ceſarem vngulis crudeliter laniatur: deīde teſtulis marmoreis ſuperextenditur: ⁊ calce viua aqua ſupinfuſa: ac ſale adhibito eius vulnera confricant̄: poſtmodūqꝫ ſinapi aceto liquefacto perfunditur: ac deinceps ſpinoſis fuſtibus eradicatis duriſſime ceditur. Et cū hec oia conſtanti animo ſuperaſſet: extra ciuitatem educta: iuſſu decii decollatur: caputqꝫ ei⁹ ipſi vt mādauerat

preſentatur. Jn cuius decollatiõe viſa eſt columba candida de ore eius exire: ⁊ in celuꝫ ſubito auolare. Cuius corpus iuxta murũ ciuitatis ſepultum eſt octauo idus octobris. Jnde ꝓceſſu tẽporis tranſlatuꝫ quieſcit in florentia.

¶ De ſcã Bñdicta virg. ⁊ mar. Ca. XLI.



Benedcã v̄go ⁊ martyr apõ lugdunũ ciuitatẽ paſſa eſt. Que ex ſenatorib⁹ romanis in vrbe ꝓgenita: religione chriſtiana ſpreto ſeculo cũ. xij. virginibus dño in pudicitia ſeruiebat. Audito vero certamine ſanctoꝝ martyrũ quintini ⁊ alioꝝ: qui roma egreſſi in gallijs triũphauerunt: ipſa de vrbe cum ſodalib⁹ diſcedẽs ad gallias acceſſit. Ubi ceteris a ſe ſeparatis ipſa cũ ſola ſcoberia eius collactanea lugdunũ venit: ⁊ in villa myriniaco ſuper fluuiũ iſaram: iuxta nem⁹ reſedit: vbi dño in ſanctitate ſeruiebat. Quã iudex macrobius detentã: dum ſacrificare nollet: alapis cedi: deinde virgis fuſtigari fecit: deinde in equuleo leuari: ⁊ diutius tortã plumbatis ꝯtundi: atqꝫ depoſitã in carcerem trudi mãdauit. Ubi angelica viſitatione cõſolata: ſua ꝑdicatione. cl. gentiles ad chriſtuꝫ cõuertit. Jnde quoqꝫ ipſaꝫ eductã ⁊ in fidei confeſſione perſiſtentem: iuſſit iterum iudex neruis cedi: ⁊ rurſum carceri mancipari. Sed inde ab angelo ianuis reſeratis educitur: ⁊ vulnera eius omnia ſanantur. Multiqꝫ d̃ populo viſo miraculo conuertuntur. Propter quod ab ipſo iudice ſimul ⁊ carnifice ſecuri tympo excuſſo mactatur: ſicqꝫ martyrio coronatur. viij. idus octobris. Sepulta in lugduni ciuitatis territorio vbi paſſa fuerat.

¶ De ſanctis Dionyſio epiſcopo Ruſtico ⁊ Eleutherio martyribus, Ca. XLII.

Dyonyſius epiſcop⁹: ⁊ ruſticus preſbyter ⁊ eleutheri⁹ diaconus in prouincia galliaruꝫ: ciuitate pariſius paſſi ſunt: ſub ꝑſecutiõe domitiani imperatoris agente feſcenino prefecto. Qui beatus Dionyſius natione atheníenſis ab Ariopago qui vicus erat ceteris excellentior: vbi erant ſchole nobiles philoſophoꝝ ariopagita dictus ẽ: qui etiã ex philoſopho mundano: a btõ paulo apoſtolo cõuerſus: philoſophus xp̄i eiuſqꝫ diſcipulus effectus eſt. Jn eo igitur vico morabatur dionyſius: qui ob plenitudinẽ ſapientie diuinoꝝ numinum theoſophus. i. dei ſapiens dicebaẗ: cum quo erat appollophanus eius comphiloſophus: ⁊ multi philoſophoꝝ epicureoꝝ ⁊ ſtoicoꝝ ⁊ aliarũ plurium ſectaruꝫ. ¶ Cum ergo in die dominice paſſionis philoſophi athenien̄. nõ poſſent cãm tenebrarũ q̃ ſuꝑ vniuerſam terrã facte fuerant naturaľr inuenire. Nõ eniꝫ fuit naturalis ſolis eclipſis: tũ qꝛ eclipſis fieri ſolet in renouatiõe lune: que tũc erat. xv. ⁊ ita in perfecta diſtãtia e regione ad ſolem: tum quia eclipſis non aufert lumen vniuerſis partibus terre: tum quia ꝑ tres horas durare non põt. Dionyſius maxim⁹ philoſoph⁹ hoc miraculũ vidẽs: nec hui⁹ cãm inueniẽs: hoc ꝓtulit v̄bũ: ꝙ aut deus nature patiebaẗ: ⁊ ei elementa compatiebãtur: aut totus ordo nature ꝑuertebatur. Et tũc athenieñſes aram illi deo: qui hoc oſtẽderat miraculum: cõſtituerunt: ⁊ ſuperpoſuerũt titulum ignoto deo. Singulis enim aris titulus ſupponebaẗ: vt indicarent: cui eſſent dedicate. ¶ Cum ergo paulus veniſſet athenas: ⁊ cũ epicureis ⁊ ſtoicis diſputaret: ſingulaqꝫ deoꝝ altaria perluſtrans: inter cetera ignoti dei altare vidiſſet: declarauit eis hũc eẽ deũ: quem predicabat: qui celum ⁊ terrã fecerat. Cũ autẽ inter alios philoſophos Dionyſius: q̃ ceteris in diuinis doctior erat: dudum cũ

paulo diſſeruiſſet: caſu cecus trãſibat: Cui
Dionyſius dixit: vt ſic ceco illi in noĩe dei
ſui preciperet. vt videret: ⁊ ille lumen re-
ciperet: ſtatim crederet. Sed vt omnis ſu
ſpitio tolleretur: paulus ait dionyſio: vt ip
ſemet verba preferret. Quod cũ ille feciſ-
ſet: protinus cecus viſuʒ recepit. Staticꝫ
dionyſius credidit: ⁊ cũ damari vxore ſua
⁊ omni familia baptizat⁹ eſt. Sicꝫ a pau
lo per triẽnium inſtructus ẽps athenis or
dinatus eſt: vbi predicationi inſiſtens: tã
ciuitatem ꝙ̃ maximã partem regionis ad
fidẽ chriſti perduxit. Huic paulus ea: que
ad tertiũ celum raptus viderat: reuelaſſe
creditur ſicut ⁊ ipſe dionyſius in pleriſqȝ
librorum ſuoꝝ inſinuare videt̃. Unde ⁊ d̾
hierarchijs angeloꝝ: ⁊ ordinibus: diſpoſi
tionibus: ⁊ officijs: tam luculenter ⁊ clare
diſſeruit: vt non putares hoc ipm̃ ab alio
didiciſſe: ſed ipſum potius in tertiũ celuʒ
raptum: hec omnia conſpexiſſe. Prophe-
tico etiaʒ ſpiritu claruit: ⁊ dormitioni bea
te marie iterfuit: prout ipſe in libro de di-
uinis nominibus aſſerit. ¶ Cum ergo au
diſſet petruʒ ⁊ paulum rome a nerone in
carceribus detineri: ẽpm ſibi ſubſtituit: ⁊
ad eos viſitandos acceſſit: eorũqȝ paſſio-
nibus preſens fuit. Ueruʒ poſt aliqđ tem-
pus a beato clemente petri ſucceſſore in
franciam deſtinatur: ⁊ ipſi ruſticus preſby
ter ⁊ eleutherius diaconus ſociant̃. San
cti quoqȝ ſaturninus ⁊ marcellinus epiſco
pi: ⁊ lucianus preſbyter comites adiungũ
tur. Qui omnes venientes arelatum: ver-
bum domini predicare ceperunt. Tunc
dionyſius auctoritate ſummi põtificis fre
tus: marcellinũ in hiſpaniaʒ: ſaturninum
aquitaniã: ⁊ lucianũ ad beluacenſeʒ pagũ
direxit. Ipſe vero cũ ſibi adiũctis ruſtico
⁊ eleutherio pariſius venit: ⁊ multos ibi-
deʒ cõuertit: ⁊ eccleſias erexit: ac clericoꝝ
diuerſoꝝ ordinũ ↄſecrauit. Et cũ tẽploꝝ
pontifices ſepius cõtra eũ ſeditionẽ exci-
tarent: ⁊ populus armat⁹ ad eũ concurre-
ret: diuina gratia: aut depoſita feritate ad
eius pedes ꝓcidebãt: aut exterriti fugie-
bant. ¶ Cũ aũt domitiani ĩpatoris prece
pto ſcđa pſecutio in xp̄ianos excitata eſſet
prefect⁹ feſceninus cõtra xp̄ianos ab vr-
be in galliã direct⁹: pariſius veniẽs: beatũ
dionyſiũ p̄dicantẽ captum colaphizatũ cõ
ſputũ ⁊ loris cũ ſocijs alligatuʒ ſibi pñtari
fecit. Dum aũt ſancti corã illo in ↄfeſſione
dñi cõſtantes aſtarent: ecce quedã matro-
na nobilis venit: ⁊ virũ ſuũ lubium ab his
magis turpiter deceptũ aſſeruit. Pro eius
itaqȝ viro mittit̃: ⁊ in dei confeſſione mar
tyrizatur. Sancti vero a. xij. militib⁹ viciſ-
ſim ſibi ſuccẽdentibus flagellantur: dein-
de catenis grauibus vincti carceri manci-
pantur. ¶ Sequenti vero die dionyſius
ſuper cratem ferreaʒ flãmis ſuppoſitis nu
dus extẽditur: indeqȝ erectus ad beſtias
ferociſſimas ieiunio excitatas exponitur.
Que cum ad eum accurrerent: ſignuʒ cru
cis oppoſuit: ⁊ manſuetiſſimas eas fecit.
Deinde in clibanuʒ mittitur: ſed extincto
igne nil leditur. Cruci affigitur: ⁊ diutius
ibidem torquetur: inde depoſitus: cuʒ ſo-
cijs multis alijs fidelibus in carcere reclu
ditur: vbi dum ſanctus miſſaʒ celebraret
⁊ pplm̃ fideleʒ cõicaret: dñs ieſus cũ ange
loꝝ multitudine: ⁊ imenſo lumine eidem
apparuit: ⁊ panem ſacrũ ei obtulit: atqȝ ad
martyrium confirmauit. ¶ Poſt hec ſan-
cti iudici preſentat̃: ⁊ nouis ſupplicijs cru
ciantur. Et cum oĩa tormẽta ſuperaſſent:
iuſſu prefecti ante idolum mercurii extra
ciuitatem ducuntur: ⁊ ibideʒ in confeſſio
ne trinitatis trium capita ſecuribus preci-
duntur. Statimqȝ corpus ſancti dionyſij
ſe erexit: ⁊ caput ſuum intus brachia ange
lo duce ⁊ celi precedẽte lumine per duo
miliaria deportauit: a loco ſcilicet qui di-
citur mons martyrum vſqȝ ibi nunc dei
prouidentia requieſci. Multi vero circun
ſtantes angelorum melodiã concinenteʒ
audierunt: inter quos largitia vxor prefa-

ti lubiꝫ chriſtianam ſe eē clamauit: ⁊ mox
ab impijs decollata in ſuo ſanguine bapti
zata occubuit. Duꝫ infideles iuſſiſſent: vt
ruſtici ⁊ eleutherij corpora in ſequana flu
uio mergerētur: ne a chriſtianis ſepelirē-
tur. Matrona quedā nobilis noie catulla
lꝫ adhuc pagana: tñ iaꝫ propter viſa mira-
cula ad chrm̄ mente ꝯuerſa: vectores ad
prandiū inuitauit: ⁊ illis epulātibus ſcōꝝ
corpora furtim ſurripi fecit: ⁊ in ſuo pdio
occulte ſepeliuit: Que poſtmodū perſecu
tione ceſſante inde ſubſtulit: ⁊ corpi dio-
nyſij ſociauit: ac fideꝫ chriſti pcepit. Paſſi
ſunt aūt. vij. idus octo. circa annum domi
ni. xcvj. etatis vō beati dionyſij. xc. ¶ Die
vō paſſionis ipſoꝝ cum apud arelatū ſan-
ctus regulus eps miſſaruꝫ ſolēnia celebra
ret: apoſtoloꝝ nominibus in canone reci
tatis adiunxit: ⁊ beatoꝝ martyrum diony
ſij ruſtici ⁊ eleutherii. Quo dicto cum ad
huc eos viuere putaret: mirari cepit quo
modo eoꝝ nomina ſic ignorāter in cano-
ne recitaſſet. Et ecce tres colūbe eideꝫ in
altari apparuerūt: habētes ſanctoꝝ mar/
tyꝝ nomina ſuis pectoribꝰ ſanguine de-
ſcripta. Qui diē notans: inuenit eos tunc
p paſſionē a corpore migrauiſſe. ¶ Bea-
tus autem Dionyſius doctor eccl'ie mira/
bilis ⁊ inſignis: ſcripſit librū de angelica
hierarchia. Itē de diuinis noibus. Item
de myſtica theologia: ⁊ alia forte plurima
q̄ noſtris tpibus inueniri non poſſunt.

¶ De ſcō Donino marty. Cap. XLIII.



Doninus martyr paſſus ē
i territorio ciuitatis chry/
ſopolis. ſ. parmenſis ſub
maximiano imperatore.
Qui cum eēt primus cu/
bicularius eiuſdem augu
ſti: coronam eius ſeruabat: ⁊ de ipſius ma
nibus maximianus aureolā imperialem
accipiebat. Anno igit. vi. imperii ſui: cum
ab vrbe roma mediolanū veniſſet: dedit
ꝯtra chriſtianos edictū mortis. Inde ve-
niēs in partibus germanie: chriſtianos q̄ſ/
dam ibi inuētos decollari mādauit. Tūc
erant ibidē fideles quidā occulti circiter
q̄ngenti. inter quos ſcūs doninus potiſſi
mus erat: q̄ ceteros confortabat. Et duꝫ
imperator ad vrbē romam veniſſet prefa
ti oēs eum ſecuti: eidem occurrerūt: ſeq;
chriſtianos ꝯſtantiſſime pfeſſi ſunt. Quos
oēs imperator decollari mandauit. Et q̄/
buſdam ex ipſis occiſis aliquot fugerūt:
vna cū ſancto donino: quidā per viaꝫ fla/
miniam: quidā per viam aureliā: quidam
vō per viam claudiam. Doninus aūt via
claudia perrexit. Et dū veniſſet. xv. milia
rio ab vrbe chryſopoli: nuncij maximiani
cum apphenſum in media via publica q̄
claudia dicitur: iuxta ſiſtrionē fluuiuꝫ de-
collauerunt. Cuius corpus trūcum mani
bus ppijs caput de terra leuauit: ⁊ ipſum
deferēs flumen ſup vndas tranſiuit: atq;
p iactum lapidis deportauit: vſq; ad locū
in quo quieuit. Ubi ⁊ ſepultus ē miracu-
lis clarēs. Inter que oēs eum inuocātes:
⁊ de calice ipſius potātes liberat a morſu
rabidi canis. Qui paſſus ē. vij. idus octo.

¶ De ſancto Cerbonio epo. Ca. XLIIII.

Cerboniꝰ eps populonie cla
ruit tpe bti gregorij pape.
Qui dū hoſpitalitati eēt itē
tus: die quadā tranſeuntes
hoſpitio ſuſcepit. Quos go-
this ſupuenientibus abſcon/
dit: eorūq; vitam ab illoꝝ nequitia reſer/
uauit. Quod dū totille gothoꝝ regi perfi-
do nūciatum eēt: iratus crudelitate iuſſit
epꝫ teneri: ⁊ in loco qui merulis dicitur.
viij. ab vrbe miliario vbi cū exercitu ſuo
reſidebat ſibi pſentari: eumq; in ſpectacu
lo ppli viſis ad deuorandū proijci. Tunc
in conſpectu regis epiſcopus ad mediuꝫ
deductus ē: atq; ad eius mortē viſus im
maniſſimus exquiſitus. Qui ex cauea di
miſſus: acceſſus ⁊ concitus epm petiit. Sꝫ
ſubito ſue feritatis oblitus: capite humili

ter ſubmiſſo lābere ep̄i pedes cepit. Po
puluſque qui ad ſpectaculū venerat mor/
tis: magno clamore verſus eſt in admira
tionē venerationis. Ad cuius reuerentiā
etiam rex ipſe promot⁹ eſt. Ipſumq̄ ho
noratū valde dimiſit: ⁊ eius ſe oratiōibus
cōmendauit. ¶ Hic etiā in eccleſia ſua:
cui preerat: populonie ſepulchrū ſibi para
uit. Sz cum longobardoꝝ gens in italiā
veniens cūcta vaſtaſſet ad belbam inſulā
receſſit. Qui irruēte egritudine ad mortē
veniens: clericis ſuis precipit: vt corpus
eius in ſepulchro qḋ ſibi populonie p̄pa/
rauerat ponerēt. Cui cū illi dicerent: q̄
illuc ipſum reducere minime poſſent: eo
q̄ longobardos ipſū locum detinētes vel
illac diſcurſantes timerēt: hortatus ē eos:
vt ſecure ipſū illuc deportarent: ⁊ feſtine
ſepelire curarent: moxq̄ ex eodē loco ſi/
ne vlla mora diſcederēt. ¶ Defuncti igit̄
corpus in naui poſuerunt. Cūq̄ populo/
niam tēderent: ⁊ immenſa nimis pluuia
erupiſſet per totum illud maris ſpatiū: qḋ
ab belba inſula vſq̄ populioniam duode
cim milibus diſtat: circa vtraq̄ nauis la/
tera procelloſa valde pluuia cecidit: ſed in
naui eadē: nec minima ībris gutta deſcē/
dit. Peruenienteſq̄ ad locum: corpus ſe
pulture tradiderūt: ⁊ ep̄i precepta ſeruan
tes: ad nauē ſub feſtinatione redierunt.
Quam mox vt itrarunt: in eodē loco dux
crudeliſſimus longobardoꝝ gummarith
aduenit. Ex cuius aduētu cerbonium ha
buiſſe ſpiritum pphetie claruit: qui illos
ſepulto corpore inde diſcedere ſub feſti/
natione p̄cepit. Quieuit autem vir ſanct⁹
in domino. vi. idus octobris. Hec grego
rius tertio dialogoꝝ capitulo vndecimo.

¶ De ſcō Paulino epō. Cap. XLV

Paulinus ep̄s eboracē. claru
it apud idē oppidum tp̄e bea
ti gregorii pape. Cum eni idē
ſanctus doctor auguſtinū epi
ſcopum ad p̄dicandum ange
lorum genti deſtinaſſet: vt dictū eſt ſupra
in geſtis ipſius auguſtini ep̄i. vij. calen. iu
nij. idē beatus auguſtinus iuſtum ep̄m gē
ti nordannialoꝝ conſecrauit. i. ei nationi
angloꝝ: que ad aquilonē vmbri fluminis
habitabat. Qui iuſtus verbū fidei predi
cando: eandē gentem cum rege ſuo edui
no ꝯuertit. Hic etiā iuſtus paulinum epi/
ſcopum ordinauit: ⁊ ipſū ad eboracenſē
ciuitatē in fide confirmandā delegauit.
Qui fructum plurimum predicationis in
eadem ciuitate perfecit: ⁊ clarus ſanctita
te in pace quieuit. vi. idus octobris.

¶ De ſcō Geraldo ꝯfeſ. Cap. XLVI

Geraldus ꝯfeſſor apud aure
lianū claruit. Hic vir illu/
ſtris lemouicēſi territorio
aureliaco pago natus ē pa/
tre geraldo matre adaltru/
de de nobiliſſimis atq̄ di/
tiſſimis. Qui dū inſimul caſte viuerēt: no
cte quadā diuinitus in ſomnis admonen
tur: vt debitū matrimoniale ſoluant: vt p̄
lem mirificam procreare valeant: quem ge
raldū nominare debeant. Excitatus igit̄
pater: debitoq̄ ſoluto: iterū obdormiuit:
viditq̄ ex pollice pedis ei⁹ dextri virgulā
naſcentē que in arborem magnā ſuccre/
ſcens: palis ⁊ perticis protegabatur: nec ta/
men in pede pondus aliqḋ ſentire vide/
batur. Cūq̄ mater filiū adhuc geſtaret in
vtero: ⁊ die quadā cum viro eēt in thala/
mo: trinā vocem audiuit infantuli vagiē/
tis: ⁊ quaſi iā nati vocem emittentis. Na
tus igit̄ puer ⁊ ablactatus: annis puerili/
bus deo deditus: lr̄iſq̄ diuinis mirabili/
ter breui tp̄e vltra coetaneos ē imbutus.
Iuueniſq̄ effectus: armis: vtpote miles
nobilis exercitatus: cūctos in acie ſupera
bat. Defunctis aūt parentibus: ex faculta/
tibus ſuis egenis largiflue miniſtrabat.
Quem diabolus ſemel viſione puelle pul
cherrime eius vaſalli filie graui tētatione
pulſauit: ita vt ille nūcium ad patrē mitte

ret φ nocte ſequēti ad eā accedere velle. Peccatum tñ timens oratione premiſit: ꝛ ſic ad domuʒ puelle acceſſit ꝛ a patre ſuſceptus fuit. Cum aūt tentatione grauem ſentiret: ꝛ ad igneʒ ſederet: puella ſibi vltra moduʒ deformis viſa eſt: vt iam: quā viderat: eſſe nō putaret: niſi pater eiꝰ illaʒ eſſe penitus affirmaſſet. Sicqʒ tentatione ſuperata ſine crimine rediit: ꝛ patreʒ cum omni familia libertati donauit: atqʒ puellam nuptui tradidit. ¶ Officium aūt diuinum ac ſi clericus cōtinue dicebat: ꝛ miſſam quotidie audiebat. Cum aūt die quadam agendis curie intentus: miſſaʒ audire nō poſſet: loco miſſe pſalteriū totum legit. Et extūc in ɔſuetudine duxit: vt quotidie totum pſalteriū decantaret. ¶ Demū relicto ſeculo monaſteriū in ꝓprio ſolo in aureliaco conſtruxit: qđ de ſuis facultatibus large dotauit. In quo ſe monachum fecit: ꝛ multa vite ſanctitate ꝛ abſtinentia claruit: pollenſqʒ virtutibus: feliciter ad xp̄ʒ migrauit. vi. idus octobr̄. Sepultuſqʒ eſt in ipſo monaſterio miraculis clarus.

¶ De ſanctis Caſſio ꝛ florentio et ſociis martyribus. Ca. XLVII.

Caſſius ꝛ florentius martyres cum ſociis. vii. paſſi ſunt ſub maximiano imperatore apud beronā vrbem galliarum circa rhenū fluuiuʒ. Cuʒ enim idem imꝑator de mauritania aphrice ꝛ de finitimis regionibꝰ ꝓpter galloꝝ frequētes tumultus militū multitudinem deuocaſſet. Inter alios elegit milites. ccclx. ad ſui cuſtodiā deputatus: quos vna ſecū cum ſacra legione thebeoruʒ in galliam adduxit. Poſtq̄ʒ aūt legionē predictam occidit xp̄m dn̄m confitentes: prefati milites. ccclx. xp̄ianiſſimi ab eodē imperatore diſcedentes per diuerſa loca fugerunt: quoꝝ precipui erant caſſius: florētius: geron: maloſus: ꝛ victor. Qui vna cū eoꝝ ſociis. ccclv. trino martyrio ternis in locis coronati: vna ꝛ eadem die ab eccl'ia recoluntur: cum tamē diuerſis diebꝰ paſſi fuerint: vt ſcribit bellinādus. Nam cū de mandato imperatoris maximiani milites eius gentiles ꝑfatos xp̄ianos inſequētes: hincinde eos requirerēt: caſſium ꝛ florentium cum aliis ſeptē apud beronā vrbem circa rhenū fluuiuʒ inuenerunt. Quos ibidem in xp̄i ɔfeſſione decollauerūt: quoꝝ paſſio agitur. vi. idus octobris.

¶ De ſanctis Gerone ꝛ ſociis martyribus. Cap. XLVIII.



Gerō martyr cuʒ ſociis. cccxviii. apud coloniā agrippinā paſſi ſunt. Cum enim ꝑſecutores ab imperatore maximiano deſtinati ad ꝑdictos milites ccclx. occidendos. Caſſium ꝛ florentium cum aliis ſeptē interfeciſſent: vt ſupra dictū eſt. Geronē militem cū comitiua. cccxviii. militū in campis colonie inuenerunt. Quos oēs xp̄m dn̄m cōfitentes gladiis trucidarunt. Quoꝝ feſtuʒ colitur. vi. idus octobris.

¶ De ſanctis Maloſo ꝛ victore et ſociis martyribus. Ca. XLIX.

Maloſus ꝛ victor martyres cū ſociis triginta apud oppidum francorum: quod troia ſiue xanthum dicit paſſi ſunt. Cum perſecutores prefati poſt interfectionem predictorum martyrū: videlicet caſſii ꝛ florētii ꝛ ſocioꝝ generis atqʒ aliorum predictoꝝ proceſſiſſent ad reliquos requirendos de mādato imperatoris maximiani maloſum ꝛ victorem cuʒ aliis triginta: qui de numero predictoꝝ. ccclx. militum ſupererant: iuxta dictum oppidum xanthum inuentos gladiis cederūt: ꝛ eoꝝ corpora in locis paluſtribus ſubmerſerūt:

quoꝝ tamen reliquie a xp̄ianis reperte:
condigno honore ſepulte ſunt. Et in eoꝝ̄
poſtmodū honorē Helena conſtātini ma
ter baſilicam ſuper eoꝝ̄ corpora miro de
core ꝛ ſine vllo ligno conſtruxit: vbi ꝛ per
coꝝ merita eurogyalus coloniēſis epūs do
lore capitis ſanatus eſt. Sed cum corpus
maloſi martyris longo tempore: vbi nam
ſepultū fuerit latuiſſet. Sancto epō dicti
loci diuina reuelatiōe monſtratū eſt. Qui
corp⁹ de loco ſuſtulit: imenſi odoris refra
grans ſuauitate: ꝛ ipm iuxta ſocioꝝ cada
uera collocauit. Hoꝝ etiā dies paſſionis
ſimiliter celebrat. vj. idus octobris.

¶ De ſcō Pinyto epō. Cap. L.



Pinytus
epūs gnoſie vrbis cretē
ſis: marci antonij impa
toris temporibus apud
ipſam claruit ciuitatē.
Qui inter viros apoſto
licos nobiliſſim⁹ in ſcri
pturis ſuis velut i quo
dam ſpeculo viuentē ſui dereliquit ima
ginē. Quiqꝫ inter cetera ſapiente ſue opu
ſcula ad dionyſium corinthioꝝ epiſcopū
elegantem ſcripſit epiſtolā: in qua docet
non ſemper lacte nutriēdos populos: ne
quaſi paruuli ab vltimo occupent die: ſed
ꝛ ſolido debere paſci cibo: vt in ſpūalem
pficiant ſenectutē. Qui ꝛ in xp̄o plen⁹ ſan
ctitate quieuit. vj. idus octobris. Hec hie
ronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſcō Pierio preſbytero. Ca. LI.

Pierius alexādrine eccle
ſie preſbyter inſignis flo
ruit tempore diocletiani
imperatoris. Qui tā flo
rentis ſermonis venuſta
te populos docuit tātaqꝫ
diuerſorum tractatuum elegantia fulſit:
vt origenes iunior vocaretur. Tractatū
longiſſimum ſuper oſee prophetiam de
ſcripſit. Et apud alexandriā in pace quie
uit ſexto idus octobris. Hec hieronym⁹
vbi ſupra.

¶ De ſanctis Tharaco preſbytero ꝛ An
dronico martyribus. Ca. LII.

Tharacus probus ꝛ andronic⁹
martyres apud tarſum metro
polim cilicie temporibus dio
cletiani ꝛ maximiani paſſi ſūt
ſub preſide maximo. Quoꝝ
primus natione romanus: et
miles annorum. lxv. militie terreſtri pro
chriſto renunciauit. Secundus de ſede
pamphilie exortus. Tertius vero iunior
de primis epheſiorum ciuitatis. Qui ſi
mul ſociati: accuſati ſunt maximo preſidi
a domero centurione: q2 eſſent chriſtiani
ꝛ ab eodem iudice tenti ſunt. Qui primo
quidem tharacum vt ſeniorem in chriſti
profeſſione inuictum manentem: in ma
xillis ceſum nudatum virgis flagellari fe
cit. Deinde vinculis ferreis in carcerem
alligari: poſtea probum in ſimili cōfeſſio
ne manētem in dorſo ꝛ ventre neruis cru
dis diutius ceſum: eiſdē vinculis vinctū
carceri mācipauit. Ac poſtmodū androni
cum xp̄i noīs ↄfeſſione gaudentē: vt ado
leſcentulum diu ſuaſum: in equuleo appē
ſum ꝛ ceſum: ac ore contuſum ꝛ lateribus
punctū: necnon plagis cū teſtaꝝ fragmi
nibus confricatum ferreis catenis ligatū
in ergaſtulo clauſit. ¶ Deinde eos i ſuſis
ciuitate pductos: idem preſes ſibi preſen
tari fecit. Et primo tharacū ſacrificare no
lentem ore ipſius lapidibus confracto et
dentibus excuſſis: manus eius in ignem
mitti iuſſit. Dehinc ligari pedib⁹ capiteqꝫ
deorſum ſuſpendi ꝛ fumū atrum ſubter
poni: atqꝫ acetum cum ſale eiuſdem auri
bus inſtillari: nares quoqꝫ ſinapi aceto li
quefacto pfundi: ꝛ ſic in cuſtodiam tradi.
Sequēti die probū eductū iuſſit: os ei⁹ cō
fringi: ꝛ ferrū ignitū labiis appōi: atqꝫ extē
ſū neruis crudis diutiſſime cedi: facieqꝫ

tota lapidibus contuſa in cuſtodiam recipi. Tertio vero die andronicū productū in palis.iiij.extenſuʒ alligari: ⁊ neruis duriſſimis in ſcapulis ⁊ ventre flagellari: eo ꝙ plagas eius priores curatas fuiſſe mirabatur. Sicqꝫ illum in eadem cuſtodia recludi fecit. ¶ Demuʒ eoſdem ad achabor ciuitateʒ attraxit: vbi primū prefatus preſes tharacum vinctum in faciē cedi iuſſit: ⁊ obeliſcos accēſos labijs ⁊ maxillis applicari: aures quoqꝫ nouacula precidi: ⁊ raſo capite prunas ſuperponi. Deinde obeliſcos incenſos ab aſellis immitti: ⁊ ſic in carcerem vinculari. Probum vero vinctum pedibus ſurſuʒ appendi mandauit: ⁊ candentes obeliſcos laterib⁹ apponi: atqꝫ clauos ignitos manibus eius infigi deide oculos eius acubus pungi: ⁊ ſic in carcerem compenditum mitti. Andronicuʒ autem ligatum papyris inflāmatis circa vētrem exuri precepi: ⁊ obeliſcos incenſos circa digitos eius apponi: ferrum quoqꝫ ignitum in os eius mitti: ⁊ dentes ei⁹ excuti: moliſqꝫ confractis linguam ipſi⁹ abſcidi ⁊ comburi: ⁊ ſic in carcerem alligari. ¶ Poſt dies auteʒ aliquot eos preſes impius produci fecit: ⁊ reſpiciens illos ſanos iratus vehementer: beſtijs ferociſſimis in harenam expoſuit. Que pluribus gentilibus extinctis ſanctorum pedes ligebant. Leena quidem tharacum: leopardus probum vrſus autem obſequebatur andronicum. Nouiſſime cum omnia ſuperaſſet. Juſſu p̄ſidis decollati ſunt. Adhibiti q̄qꝫ ſunt quattuor cuſtodes: ne corpora ſāctorum ſepelirentur: ſed in igneʒ miſſa cōſumerentur. Orta autem valida tempeſtate ⁊ fulminibus cuſtodes territi fugerunt: ⁊ flāme extincte ſunt: ⁊ ſic corpora incūbuſta remanſerunt. Super quorum ſingula xp̄iani nocte viderunt ſtellam fulgenteʒ: eaqꝫ tollentes honorifice apud tarſuʒ cilicie ſepelierunt. v. idus octobris.

¶ De ſcō Euſtathio abbate. Ca. LIII.

EUſtathius abbas luxouienſis fuit. Qui a beato columbano ab italia ad dictū monaſterium gubernandū paterno affectu direct⁹: equo iure ſubditas monachorū cateruas rexit: adeo vt nullus ſe beatum columbanū perdidiſſe gemeret: qui huius doctrinis imbutus fuiſſet. Qui ⁊ poſt laudabilem vitā virtutibus pollens: quieuit in xp̄o. v. idus octobris: luxouij ſepultus.

¶ De ſcō Euſtathio ep̄o. Ca. LIIII.



Euſtathi⁹ ep̄s antiochen⁹ claruit apud ipſam ciuitatem tempore cōſtantij iperatoris. Hic genere pāphilus taʒ opere q̄ ſermone fidei pugil egregius aduerſus arrianū dogma plurima conſcripſit. Extant etiam ipſius ſapiētie preclare duo volumina de anima. Iteʒ tractatus aduerſus origenē. Iteʒ epiſtole multe quas enumerare difficile eſt. Qui ꝑpter fidei catholice defenſionem: quā cōtra arrianoꝝ ſectā ſuſceperat: a cōſtantio imꝑatore traianopolim in exiliuʒ miſſus vite terminū dedit.

¶ De ſanctis quattuor milib⁹ nongentis ſeptuagintaſex martyrib⁹. Ca. LV.

QUattuor milia nōgenti ſeptuagitaſex martyres apud aphricā paſſi ſunt ſub ꝑſecutione vādalica. Qui cū eſſent eccliaꝝ dei plurimaꝝ ep̄i ꝓſbyteri ⁊ diacones aſſociatis ipſis turbis fideliuʒ ꝑploꝝ iuſſu hunerici arriani regis in horribile exiliuʒ eremi truſi: atqꝫ inter mauros ferociſſimos deputati ſunt. Inter quos erant cyprianus ⁊ felix ꝓcipui ſacerdotes. Ex quib⁹ plurimi dū ducerent: ⁊ cuſpidibus ac lapidibus ſibi alligatis ad currendum dum tunderent: ⁊ per aſpera

⁊ dura loca traherent̄ per ſingula mēbra diſcerpti inter manus trahētium expirabant. Erat ꝑ totum aggerē publicus loc⁹ tumuli vel ſepulture ipſorū. Reliq̄ vero predictoꝝ ad exilium ꝑdictum adducti: fame ⁊ inedia ac nuditate afflicti: necnō varijs ſupplicijs excruciati martyriū celebrarūt: quoꝝ natale colit̄. iiij. idus octob.

¶ De ſancto Marcello epiſcopo ⁊ martyre. Cap. LVI.



Marcellus eps apamie ⁊ martyr: ſucceſſor ioānis vita ſciſſimus tpe theodoſij ſenioris martyrium paſſus ē. Cum eni iuſſu eiuſdem auguſti deoꝝ templa vbiq̄ deſtruerētur. Venit prefectus orientis apamiam ad tēpla idolorum deſtruenda. Et dum ibidem tēplum iouis maximū ⁊ robuſtū: vtpote lapidibus ferro ⁊ plūbo alligatis fabricatum vidiſſet: īpoſſibile quoq̄ ad deſtruendū indicaſſet: ad ſuggeſtionem marcelli perrexit ad alias ciuitates: ipſumq̄ templū iuxta vires ei diſſoluendum commiſit. Marcellus vero cuiuſdā operarij conſilio quattuor ingentibus columnis ſubterfoſſis: quibus tota parietū machina nitebat̄: ligna ſuppoſuit: ⁊ in ipſi ignem immiſit: vt lignis exuſtis: colūne ruerent: totamq̄ fabricam ſecum traherent. Sed reſiſtente demone: ignis nō poterat ligna inflammare. Epiſcopus vero oratione premiſſa aqua benedicta ignē aſperſit: ⁊ mox diabolum effugauit. Statimq̄ igne ſubtermiſſo ligna accēdit: quibus combuſtis ruentibuſq̄ columnis: oē edificiū templi corruit: cuius ſonitus terram concutiens oēs exterruit. Poſt que ſanctus eps ⁊ alia plura idoloꝝ deſtruxit. Qui ⁊ martyribus ꝑ chriſto certātib⁹ ſcribebat: ⁊ eoꝝ ſcripta recipiebat. Nouiſſime aūt ⁊ ipſe a paganis tentus: ꝑ chriſtiq̄ ꝯfeſſione martyrio coronatus ē: ⁊ apd apamiam honore condigno tumulatus. iiij. idus octobris.

¶ De ſcō Carpo diſcipulo. Cap. LVII.

Carpus diſcipulus bti pauli apli apud troadem claruit: vbi ⁊ ab eodē apoſtolo eps ꝯſtitutus eſt. De hoc refert dionyſius in epla ad themophilū: q̄ cū eēt vir mire ſctitatis ⁊ zelator fidei: ⁊ q̄dā īfidel' fidelē q̄ndaꝫ peruertiſſet: adeo carpus moleſte tulit: vt ex hoc infirmitatē incurreret. Tante autē ſanctitatis erat: vt nunq̄ celebraret: quin aliquā celeſtem viſionē conſpiceret. Sꝫ cum pro vtriuſq̄ ꝯuerſione orare deberet: deū tamē quotidie exorabat: vt combuſtione quadā: amborum ſimul immiſericorditer abrūperet vitas. Et ecce circa noctis medium dum vigilaret: ⁊ hanc orationē faceret: ſubito domus: in qua erat: in duo diuiſa fuit: ⁊ q̄dam imenſa fornax ibidē apparuit: reſpiciensq̄ ſurſum vidit celū apertum ⁊ ibidē ieſum circundatum multitudine angeloꝝ. Deide iuxta fornacem predicti duo viri tremuli ſtrare cernunt̄: qui a ſerpentibus de fornace ꝓcedentibus morſibus ⁊ inuolutionibus violēter in fornacem trahebātur: ⁊ ab alijs q̄buſdam viris impingebantur. Hoc videns carpus adeo in iſtoꝝ vidictā delectabat̄: vt ſuperiorē viſionem intueri ꝯtemneret: ⁊ in hoꝝ vltionem totus intentus eēt: ita q̄ plurimum moleſte ferebat: q̄ in fornacē non cito cadebant. Tandem cū in celū reſpexiſſet: ecce ieſus hominum illoꝝ miſeratus ad illos cū angelis deſcēdens: manus extēdit: ⁊ ipſos eripuit. Dixitq̄ carpo: q̄ paratus eēt iteꝝ ꝑ pctōribus pati. Sicq̄ de cetero carpus ꝑ illoꝝ ꝯuerſione orauit: dn̄ſq̄ vtrumq̄ ad fidē reuocauit. ¶ Demū idem btūs diſcipulus ꝑ confeſſione chri martyrio corona-

tus eſt: ⁊ apud troadem ſepultus tertio idus octobris.

¶ De ſancto Eduardo rege et confeſſore. Ca. LVIII.



Eduard⁹ ɔfeſſor rex illuſtris anglo⁊ generoſa ꝓgenie ortus filius regis elthredi ⁊ emie regine ricardi ducis normānorum filie: diligēti parētum cura nutritus ab annis puerilib⁹ ſanctiſpūs informatus eſt diſciplina. Qui adhuc puer exiſtens: ꝓpter dauo⁊ ꝓcellam ſeuientiū in anglia duct⁹ eſt in neuſtriā in auita domo: vbi opa puerilia deſerens: xp̄i ſeruitio ſe mancipauit: beatāq; dei genitricē ⁊ petrum apl̄m atq; euangeliſtā ioānez in ꝑtonos ſibi ſpēales aſſumpſit. Tandē parēte defuncto ⁊ fratre ipſi⁹ inaudita crudelitate ꝑempto eduardus timēs: ſe dn̄o cōmendauit. Expectās quoq; donec poſt modicū tp̄s barbarica peſtis ceſſauit: ⁊ tūc a baronib⁹ in regnum inductus: ⁊ cū gloria apud lundunū i die ſancto paſche ab ep̄o coronat⁹ eſt. ¶ Regnauit aūt tēporib⁹ henrici tertij imꝑatoris: ⁊ regnū optima pace gubernauit: ⁊ ſanctiſſime deo vixit. Egitā godini filiā liberalibus artibus imbutā in vxorem duxit: quā adeo perſuaſit: vt caſtitatē ſeruantes ſolo noīe cōiuges: ambo virgines ꝑmāſerunt. Fuerat aūt godinus ꝑdictus cōſpirator in nece fratris regis eduardi. Dū autē die quadā cū rege in mēſa diſcūbens ſe iuramēto de morte fratris excuſaret: periculo offe quā comedebat: ſubito offa quā in ore poſuit ſuffocatus eſt. Filius quoq; eius eadē die ab equo in carenſez fluuiū ꝑcipitat⁹ necatus ē. Mater vero ei⁹ vxor godini ictu fulminis interiit. Sicq; oēs q̄ mortis fr̄is regis ɔſcii fuerāt: vltio diuina vindicauit: ſola regis cōiuge que inocens inde fuerat incolumie ꝑmanente. ¶ Rex iſte tante fuit grauitatis: vt vix nō ſine maxima cā ꝓuocaret in riſuz. Unde ⁊ ſemel cū die paſche poſt ꝑādiū valde rideret: ⁊ ex hoc oēs mirarent: dixit rex ꝙ per ſpūz viderat. vij. dormientes in celio monte: q̄ dudum ſup latus dextrū iacuerāt: ſe verſos eſſe in ſiniſtrū: qui donec ſic manerēt: multe in orbem ꝑſecutiones future forēt. Sed poſt decurſum anno⁊. ioo. iteruz ad latus dextrū ſe verterent. Directi ſunt aūt a baronib⁹ nuncij ex anglia in greciaz ad montē predictū apud epheſum ciuitatez. Que per oīa ſicut rex dixerat contigiſſe inuenerunt. Naz donec illuc nuncij ꝑuenerunt: oēs epheſio⁊ populi: ꝙ. vij. dormiētes in ſiniſtrū verſi fuiſſent penit⁹ ignorarunt. Qui tñ modicis antea dieb⁹ ſup dextruz latus illos cognouerant dormiētes. ¶ Hic etiaz rex circa pauperes liberaliſſimus ⁊ humilis fuit. Nam die quodā pauperē contractū icedere nō valentē: ꝓprio latore carentem deuotus rex in humeris ſuis aſſumpſit: ⁊ ip̄m a regali palatio vſq; ad ſcī petri eccleſiā baiulauit. Hic ēt ſepi⁹ in hora ɔſecratiōis xp̄m in carne cōſpexit in manib⁹ ſacerdotis. Qui regno feliciter diſpoſito quieuit in pace āno dn̄i. M.lxv. iij. idus octobris. Sepultus iuxta beati petri altare: vbi ⁊ miraculis pollet.

¶ De ſcō Eduardo rege ⁊ m. Ca. LIX.

Eduardus martyr rex ſecūdus anglo⁊: fili⁹ egdari regis: vna cū patre ānis duobus cū dimidio regnauit. Tunc viſa eſt ſtella cometes apud vicum regiū: qui dicit calua: ſignificans ꝑſecutiōes i regno ſubſequētes. Nā clīci ītruſi ⁊ crimioſi a ſuis eccleſiis: ꝑ dunſtanū archiep̄m cantuariēſez expulſi noua prelia ſuſcitarunt. oībus pene eccleſiis deuaſtatis. Quos tamen vltio diuina puniuit: vt ſupra dictū eſt in vita ſcī dunſtani. vij. idus ſeptembris. Cum aūt mor

tuo egdaro rege eduardus adhuc iuuenis eſſet: ⁊ elfrida nouerca eiꝰ olim regis vxoꝛ filium ſuum ꝓpꝛium puerulum nec dum annoꝝ. vij. regē facere ꝓcuraret: ⁊ ob hoc cū quibuſdam ex baronibus conſpiraſſet. Dunſtanus eduardum vtpote cui regnū tanꝗ̄ pꝛimogenito de iure debebat: contra votum illoꝝ coronauit. Unde ⁊ regina turbata in morteꝫ regis machinari cepit. Cum aūt die quadam eduardus de venatione feſſus rediret: ⁊ illa ſitienti poculuꝫ poꝛrexiſſet ſatelles ab eadem inductꝰ: regem potanteꝫ ſicca percuſſit ⁊ occidit. Et cum ſero eſſet circa coꝛpꝰ ipſius ſubito diuina luminaria micuerūt. Cuiuſqꝫ tactu claudus greſſum: ⁊ mutus loquendi vſuꝫ cōtinuo recuperarunt. Cumqꝫ ad coꝛpus eius elfrida regina in equo veniſſet: vt q̄ſi ſe de nece eius inculpabilem ſimularet: dum redire vellet: equꝰ ſe inde nullo mō mouere potuit: mutatoqꝫ alio equo ſimiliter ⁊ tertio ſicut ⁊ pꝛioꝛi ↄtigit. Unde ab omnibus de moꝛte regis rea iudicata eſt. Sepultus eſt aūt rex condigno martyris honoꝛe miraculis clarēs. Elfrida vero regina videns vltioneꝫ: quā deus fecerat in clericos eccleſiarum perſecutoꝛes de homicidio condigne penituit: ⁊ in melius vitam mutauit.

¶ De ſancto Theophilo epiſcopo ⁊ confeſſoꝛe. Cap. LX.



Theophilus epꝯ apd antiochiā floꝛuit. Qui ſextꝰ a btō petro apoſtolo eiuſdē eccleſie ſedeꝫ tenuit: ⁊ vir eruditiſſimꝰ multa ſapientia claruit: plurimoſqꝫ libellos compilauit. In teſtimoniū libꝛos. iij. ad anatholium ſcripſit. Aduerſum hermogenis hereſim alium. Extant eius ⁊ alii elegantes ad edificationem eccleſie pertinētes: compoſuit ⁊ contra martionē libꝛū vnum. Super euangelio ⁊ pꝛouerbiis ſalomonis cōmentarios ſe legiſſe beatus tradidit hieronymus: qui cum ſuperioꝝ elegantia nō videntur ſibi congruere. Qui etiaꝫ marci antonini imperatoꝛis tempoꝛibꝰ: in pace quieuit. iij. idus octobꝛis.

¶ De ſcō Theophilo ↄfeſ. Ca. LXI.

Theophilus cōfeſſoꝛ in ciuitate cilicie claruit. Qui cum eſſet eccleſie vicedominus eccleſiaſticas res vtpote moribus ⁊ ſcientia precipuus optime gubernauit. Quem clerus ⁊ populus nimium diligebat. Uacante vero epiſcopatu: ipſum in pontificeꝫ omnis populus elegit: ſed theophilus ſe indignum iudicans omnino recuſauit. Ad metropolitanum auteꝫ violenter a populo ducitur: ⁊ in epm ſibi dari ab omnibꝰ poſtulatur. Sed ipſe penitus renuens: vis ab ipſo dimittitur: ⁊ alius in epm cōſecratur. Poſt dies modicos ad ſuggeſtionem emuloꝝ quoꝝūdam theophilus ab epiſcopo ꝺ officio deponitur: ⁊ in locum eius quidaꝫ ex aduerſariis ſurrogatur. Deſperans iſte iudeum magnuꝫ adijt: ⁊ eius auxiliū implorauit. Quem ille nocte extra ciuitatē adduxit: ⁊ diligenter monuit: ne crucem ſibi impꝛimeret: aut xp̄m vel virginem nominaret. Uocante autem mago demones: infiniti homines candidati eidē apparuerunt: qui cum cereis ardentibus ad regē ipſoꝝ diabolum in thꝛono aurea ſedentē: illum adducunt. Pꝛo quo iudeus genuflexo ipſius auxiliuꝫ poſtulauit. Ille theophilum officio reſtituendum ⁊ maioꝛem adhuc faciendum ꝓmittit: dū tamen hic chꝛiſtum ⁊ matrem velit abnegare: ⁊ diabolo pꝛofeſſionem facere: ⁊ abnegationis chirographū manu ꝓpꝛia ſcribere. Theophilus ergo abnegationem fecit: ⁊ chirographum ſcribens diabolo tradidit. Reuerſus aūt mox die ſequenti ab epiſcopo

accerſitur: ⁊ expulſo emulo in officiuꝫ re-
mittit: ⁊ vltra ꝙ̄ prius honorat̄. ¶ Poſt
dies aūt aliquot: theophilus reſipiſcere
cepit: ⁊ peccatū ſuum deflens per dies .xl.
matrē miſericordie inuocauit. Quib⁹ elap-
ſis: glorioſa regina eideꝫ nocte media ap-
paruit: ⁊ eidem ſalutē ſpopondit: ipſuꝫ tñ
vt adhuc in oratione pſiſteret: admonuit.
Quod cum ille feciſſet: poſt triduū iteruꝫ
eidem virgo beata cum ſplendore nimio
aſtitit: ⁊ eis peccatuꝫ ei dimiſſum a deo
nunciauit. Cum aūt ipſe pro chirographo
confecto nimiū anxiaret̄: die ſequēti dei
Genitrix eideꝫ in ſomnis apparuit: ⁊ chiro
graphū ſupra eius pectus dimiſit: qd̄ ille
excitatus inueniens ad epm̄ celebranteꝫ
acceſſit: ⁊ corā omni populo peccatū ſuuꝫ
ꝯfitens: cūcta viſa: ⁊ geſta narrauit: eiuſqꝫ
chirographū cunctis oſtendit: qui ex luce
a virgine cōtracta facie vt ſol reſplendere
viſus fuit: ⁊ in eodē loco per triduū in ora
tione pſeuerauit. Tuncqꝫ ſequentiā illam
cōpoſuit: Aue maria gratia plena domin⁹
tecū virgo ſerena: in qua ⁊ de ſeipſo: ⁊ de
eius miraculo mentioneꝫ facit. Et elapſis
tribus diebus ad chriſtum migrauit. In
cuius tranſitu audite ſunt voces angelice
cōcinentes. Sepultuſqꝫ ē in eccl'ia cilicie:
per quē deus multa miracula oſtendit.

¶ De ſanctis Fauſtino Januario ⁊ Martiale martyribus. Cap. LXII.



Fauſtin⁹
ianuarius: martialis
martyres in hiſpania
ciuitate corduba paſſi
ſunt: qui p̄rio equulei
pena cruciati: deinde
ſupcilijs excoriatis: au
ribus quoqꝫ ⁊ narib⁹
preciſis: dentib⁹ etiā ſupiorib⁹ euulſis: ad
vltimū ignis paſſione glorioſuꝫ martyriuꝫ
conſumauerūt tertio idus octobris: vt ait
ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcō Calliſto papa ⁊ m̄. Ca. LXIII.

Calliſtus papa ⁊ martyr
huius noīs primus na-
tione romanus ex patre
demetrio de regiōe vr-
bis rauēnatis zepherino
romano pōtifici i epatu
ſucceſſit ⁊ ſedit annos .v. ⁊ mēſes .ij. dies
x. Hic conſtituit ieiuniū die ſabbati ter in
anno fieri: frumēti: vini ⁊ olei ſm̄ prophe
tam. Adhuc quoqꝫ iuxta quattuor anni tē-
pora: quattuor indixit omni eccleſie ieiu-
nia: primū vernale: ſcd̄m eſtiuale: tertiuꝫ
autūnale: quartū hyemale: in quib⁹ etiaꝫ
precepit ordinatiōes fieri: ꝙ̄ꝙ̄ nec ipſe:
nec alius quilibet romanoꝝ pontificuꝫ a
beati petri vſqꝫ ad ſancti ſilueſtri tēpora
legat̄ celebraſſe ordinationes niſi in men
ſe decēbris. Hic idē p̄hibuit: vt in accuſa-
tione pr̄ſbyteroꝝ infames ⁊ ſuſpecti ⁊ ini
mici nō ſuſciperent̄. Eos vero hereticos
noīauit: qui dicunt ſacerdos poſt lapſum
ſi dignā egerint pniam: non poſſe ad priſti
nos redire honores. Hic fecit eccleſiam
ſancte marie tranſtyberim: ⁊ cimiterium
in via apia cōſtruxit: qd̄ ſuo noie vocatur
cimiteriū calliſti ad catacūbas: vbi ꝙ̄plu-
rima multitudo martyrum ſepulta eſt.
¶ Huius tp̄e imperante alexandro: pars
eminentior capitolij diuino incendio con
cremata eſt: ⁊ ſiniſtra manus aurea idoli
iouis fulmine liquefacta eſt. Tunc ſacer-
dos ad impatorē venerunt: petētes: vt dij
irati ſacrificijs placarent̄. Dum ergo offer
rent celo ſereno mane die iouis: repente
diuino fulmine quattuor ſacerdotes ido-
loꝝ mortui ſunt: ⁊ ara iouis cōcremata ē:
⁊ ſol obſcuratus eſt: ita vt populus fugeret
extra muros. Cum aūt palmatius conſul
audiret: ꝙ calliſtus cū ſuis clericis ⁊ mul-
tis xp̄ianis trāſtyberim latitaret: rogauit i-
peratorē: vt xp̄iani p quos hoc maluꝫ ciui
tati cōtigerat: ad purgationē vrbis penit⁹
delerentur. Qui dum de mandato impe-
ratoris

ratoris cum militibus trāſtyberim prope
raſſet: vt calepodium preſbyterū cum alijs
chriſtianis comphēderet. x. milites: qui
domū intrauerant: excecati ſunt. Quod
alexander conſpiciens: iuſſit omnem po
pulum pro liberatione militum deo mer
curio immolare. Sed cum vna ex virgini
bus paganorum arrepta a demonio: deū
chriſtianorum verum ⁊ vnicum acclama
ret: conuerſus eſt palmatius conſul: ⁊ cū
vxore et filijs ac omni familia nūero. xlij.
baptizati ſunt a ſancto calliſto papa. Con
uerſus eſt ⁊ ſimplicius ſenator: ⁊ felix cū
filia ſua banda: quam prefatus palmati⁹ a
paralyſi liberauit. Qui omnes ab eodem
pontifice baptizati: detenti ſunt vna cum
calepodio preſbytero: ⁊ ab imperatore ale
xandro pariter decollati. Et hec omnia ſu
perius dicta ſunt in paſſione calepodij et
ſociorum .vi. idus maij. Quorum omniū
corpora calliſtus pontifex in ſuo cimite
rio ſepeliuit. ¶ Deinde alexander impe
rator calliſtum papam detentum .v. die
bus ſine cibo ⁊ potu manere fecit. Dein
de fuſtibus ceſum in cuſtodiā artiſſimā
recludi. Cui per noctem apparens beat⁹
calepodius martyr cum ingenti lumine:
ipſum in timore domini confortauit. Quod
cernens miles quidā nomine priuatus:
qui erat vlceribus plenus ad pedes eius
procidit: ⁊ p ſanitate ſua exorauit. Quem
cum calliſtus ſacro fonte perfunderet ab
omnibus vulneribus ſanauit. Quod audi
ens alexander: iuſſit calliſtum per fene
ſtram domus in qua tenebatur precipita
ri: corpuſq; eius in puteum demergi: ⁊ in
eo rudera cumulari. Aſterius vero pſby
ter corpus eius de puteo eleuauit: ⁊ in ci
miterio ſuo ſepeliuit pridie idus octobr.
¶ Hic fecit ordinatiōes quinq; per mē
ſem decembriū preſbyteros .xv. diaco
nes quattuor epos p diuerſa loca nume
ro .xix. Et ceſſauit epatus dies .vj.

¶ De ſcō Gaudētio epo ⁊ m. Ca. LXIIII

Gaudentius epus ariminēſis
⁊ martyr paſſus eſt apud eā
dem ciuitatem tpe conſtā
tij imperatoris. Qui ex ciuita
te ephesiorū exortus: fidei
documētis eruditus: adhuc catecumin⁹:
ad vrbē romam veniens: tpe damaſi pa
pe: a quodā iuſtio preſbytero ſacrū bapti
ſma ſuſcepit: ⁊ apud quandā matronā no
bilem noie euſticam hoſpitio ſe recepit.
Quā adhuc gentilē: ſua predicatione ad
fidē xpi cōuertit: ⁊ ad ſcūm damaſū pa
pā adduxit: q̄ eam ſci fontis vnda pfudit.
Damaſus aūt pontifex cū de origine ⁊ re
ligione gaudētij ab eo cūctatus audiſſet:
eū ſecū accerſiuit: ipſumq; clericū fecit:
quē ⁊ in ſui ſeruitio detinens poſt bienniū
leuitā ordinauit: deinde poſt ſeptēniū ad
ſacerdotiū promouit. Qui ſedula exhor
tatione: populo iugiter verbū dñi predica
bat: et miraculorum gloria clareſcebat.
¶ Nā quidā miles romanus noie tarſen
ſi⁹ a diabolo obſeſſus eſt: clamāte demo
ne per os eius: q nisi illuc gaudētius pre
ſbyter veniret: inde nūq̄ diſcederet. Gau
dētius ergo de mādato pape pro eo miſ
ſaꝝ ſolēnia celebrauit: deinde ſacram eu
chariſtiā virgo offerēs: demonē ab eo in
fumi ſpeciem eiecit. Quo miraculo mul
ti paganoꝝ cōuerſi ſunt. ¶ Cū aūt arimi
nenſis epus defunctus eſſet: ⁊ populus ip
ſius vrbis ad papā pro petēdo pontifice
acceſſiſſet. Damaſus gaudētium epm cō
ſecrauit: ⁊ ariminū in paſtorem cū popu
lo deſtinauit. Qui primū ad ciuitatē que
martiana dicebat adueniens dieb⁹ .x. ibi
dem morā traxit: ⁊ populum multū ibidē
exiſtentem in fide xpi erudiuit: quem mi
les gentilis q̇ dudū egrotus in lecto iacue
rat: eius fama cōperta: ad ſe ingredi fecit:
⁊ vt ſe ab infirmitate illa curaret humilit
ſupplicauit. Scūs aūt epus orōnē pmiſit:
⁊ militē manu tenens de cubili ſanū ere
xit conuerſumq; ad dñm cum coniuge ⁊

filijs ac ſeruis . xxiij. numero baptizauit. Poſt hec ex ipſa ciuitate deſcendens ari/minum deuenit. Et dum eſſet in itinere ſocijs vino carentibus ⁊ nimium ſitienti/bus aquam in vinum conuertit: ⁊ comiti bus propinauit. Ingreſſo autem ciuitatē occurrit illi omnis populus cum multitu dine languentiū diuerſis egritudinibus oppreſſarū: quos omnes continuo in xpi nomine ſanos effecit. ¶ Sed ꝙ primuꝫ in ipſa vrbe miſſam celebrauit. mox ido/lum martis in medio adhuc foro poſituꝫ cecidit: ⁊ confractuꝫ eſt: ceteraqꝫ omnia ſimulacra i diuerſis locis poſita ſimiliter corruerunt. Quo miraculo multi gentili/um ad chriſtum conuerſi ſunt. ¶ Quedā neptis euſitice predicte: que gaudentiuꝫ hoſpicio rome ſuſceperat: a domino ve/xata ad beatum gaudentium ariminum adducta: ⁊ ab eodem eſt continuo libe/rata. Hic ſanctus vir ſua predicatiōe ari/minenſem populum ad fidem chriſti per duxit: multas eccleſias conſtruxit ⁊ dedi/cauit: multoſqꝫ preſ byteros ⁊ aliorum or dinuꝫ clericos ordinauit: Inter quos leo nem preſ byterum ⁊ marinum diaconuꝫ viros ſanctos: qui de dalmatia illuc vene rant conſecrauit: vt dictuꝫ eſt ſupra in ge ſtis marini confeſſoris pridie nonā. ſeptē bris. ¶ Poſt hec cum de mandato con/ſtantij imperatoris apud ariminum ciui/tatem: concilium epiſcoporum congrega tum eſſet: multiqꝫ arriani fulti ꝑſidio au guſti: pauci vero epiſcopi catholici conue niſſent. Gaudētius pro defenſione catho/lice fidei: arrianis viriliter reſtitit. Sed qa eis omnino ſe obuiare nō poſſe vidit: eo/rum veſane ceſſit: ⁊ cum ſanctis theophilo popilieñ. ⁊ mercuriali liuienſi epiſcopis: nocte liuiaꝫ clandeſtine properauit. Poſt diſceſſum vero arrianorum: ad ſedem ſu am redijt: ⁊ conuocata ſynodo catholico/rum: que ab arrianis decreta fuerant re/uocauit: quendaꝫ quoqꝫ martianum pre/ſbyterum hereticum nolentem ad eccle ſie vnitatem reuerti dānauit: ⁊ de eccle/ſia eiecit. Quod audiens martianus ꝓcō ſul: qui dicti martiani preſ byteri propin/quus erat: epm durius increpauit: ⁊ mul/tis cōuitijs exprobrās: mortis ei minas in tentauit. Quē mox malignus ſpiritus in/uaſit ⁊ duriſſime vexare cepit. Cuius rei cauſa milites ꝓcōſulis gaudentiū deteſtā tes: ipſam mane ante ſolis ortū clanculuꝫ orantē cōprehēderunt: ⁊ quaſi in vltionē dñi ſui extra portam vinctuꝫ eduxerunt: ⁊ tandiu fuſtibus ⁊ lapidibus tutuderūt: donec ipſe ſe dño cōmendans ⁊ pro ipſis etiā ꝑſecutoribus exorans ſpiritū exhala/uit pridie idus octobris. Cuius corpus in loco qui dicit̄ ad locum in foueā maximā piecerunt terra illud ac lapidibus obruē/tes. ¶ Poſt ānos vero. lxx. cū locus ſepul ture eius cunctis eſſet ignotus: mulier q̄/dam erat ceca in ciuitate ceſarea: ſiue cer uia: nomine abortina. Cui ꝑ viſum ange/lus raphael cuꝫ papa damaſo apparuit: et quis vtero eoꝝ eſſet nominauit: ac eidm impoſuit: vt ſi lumen oculoꝝ recipere vel let. ad ciuitatem ariminēſem veniret: et ciuibus nunciaret: vt corpus ſcī gaudentij in tali loco diu occultatū requirerēt: ⁊ ho norabilius tumularent. Signuꝫ quoqꝫ ei dederunt: quia mox inuento corpore: ipſa lumen recuperaret: ſicqꝫ illi eam vera di/xiſſe cōprobaret. Cum aūt mulier iam de tali viſione confidens: ſed deductore co/gitans iter ſola arripuiſſet: leuē arundinē in manu ſua ꝑſenſit: ⁊ ex altera parte du/ctorem preuium intellexit: ſummitatem arundinis petentē. Quo duce ad ciuitatē ariminuꝫ ꝑuenit: ⁊ viſa ciuibus patefecit. Qui vnanimes ad locū oſtenſum acceſſe runt: ⁊ terrā effodiētes: odorem mirificū ſenſerunt: corpuſqꝫ ſcī repertuꝫ de fouea eduxerūt: ſtatimqꝫ mulier: vt ꝑdixerat: lu men oculoꝝ recepit. Multi qꝫ languētes a diuerſis infirmitatibus curati ſunt. Cor

pus aūt ſcī martyris ī tumulo marmoreo
collocatum eſt: ⁊ eccleſia eius nomini de
ſuper edificata.

¶ De ſcō Fortunato epō. Cap. LXV.



Fortuna/
tus epūs tudertine ciui
tatis circa tpa iuſtini i
peratoris claruit. Qui
in effugādis ſpiritib⁹
immenſe virtutis grā
pollebat: adeo vt ali/
qndo ab obſeſſis cor/
poribus legiones demonū pelleret: ⁊ oīo
ne ſua eoꝝ multitudines ſuperet. ¶ Iu/
uenis quidam de tuſcie partibus vxorez
duxerat: q̄ ad dedicatōnē eccleſie btī ſeba
ſtiani martyris fuerat inuitata. Que nocte
precedēte voluptate carnis deuicta: a viro
ſuo ſe abſtinere nō potuit: ⁊ mane homi/
nes pluſq̄ deum erubeſcens: ad cōſecra/
tionez acceſſit. Mox vō vt beati ſebaſtia/
ni reliquie in eccleſiam ſunt delate: mali/
gnus eaz ſpiritus inuaſit: ⁊ corā omni po/
pulo vexare cepit. Quaz preſ byter ipſius
eccleſie altaris ſindone cooperuit: ſed hunc
repente ſimul diabol⁹ inuaſit: quia vltra
vires proprias quicq̄ preſumpſit. Puel/
la igiꝶ domum delata magis quibuſdam
tradiꝶ liberanda: a quibus ad fluuiū dici/
tur: ⁊ in aquā demergiꝶ: atq3 diutius incā
taꝶ. Sed oīpotētis dei iudicio: dū peruer/
ſa arte ab ea vnus demon expelliꝶ: in eaz
ſubito legio demonū intrauit: totq3 moti
bus cepit agitari: totq3 vocibus perſtrepe
re: quot ſpiritibus tenebaꝶ. Quam paren/
tes eius ad fortunatuz epm adducentes:
culpam eius ꝯfeſſi ſunt. At ille eam ſecuz
pluribus dieb⁹ detinuit: ⁊ orationi inſtā/
ter incubuit: puellāq3 incolumen ⁊ plene
liberatam remiſit. ¶ Alio quoq3 tempo/
re ex obſeſſo homine ſpiritum malignuz
eiecit. Qui occumbente ſole in formaz ſe
peregrini tranſmutauit: ⁊ ꝑ ciuitatem va/
dens clamare cepit: q̄ fortunatus epūs: q̄
ſanctus putabaꝶ: peregrinū de ſuo hoſpi/
tio reputaſſet. Quē vir quidā mala inten/
tione: vt epm diffamaret: hoſpitio ſuſce/
pit: ⁊ cū vxore ⁊ paruulo ad prunas ſedēs:
peregrinum: vt ſe calefaceret: iuxta ignē
poſuit. Fortunatoq3 de eius inhumanita
te: et q̄ eſſet hypocrita detrahere cepit.
¶ Poſt modicum aūt: qui peregrinus vi
debaꝶ: paruulum filium eius inuaſit: ⁊ in/
uaſit: ⁊ inter prunas proiiciens: aīam ei⁹
excuſſit: ſtatimq3 diſparuit: ⁊ quis fuiſſet
declaruit. ¶ Alio etiam tpe: quēdam ce/
cum ſigno crucis ſuper oculos eius edito
protin⁹ illuminauit. ¶ Preterea equus cu/
iuſdam militis in rabiē verſus fuerat: qui
a multis detineri nequibat: ſed oēs mor/
ſibus lacerabat. Sed dū ſanctus vir eius
capiti extenſa manu ſignuz crucis edidit:
cunctam eius rabiem in manſuetudinez
immutauit. Tunc miles equū manſuefa
ctum ſancto epō decreuit offerēdum. Il
le aūt cum recipere recuſaret: victus pre/
cibus dignum precium tribuit: ⁊ ſic equū
oblatum recepit. ¶ Die quadaz gothi ad
tudertinā ciuitatez: venientes: duos pue
ros rapuerunt. Quorum ducem epiſcop⁹
ad ſe vocans pro pueris redimentis qua/
lecunq3 vellet precium obtulit: ⁊ tantuz
vt pueros redderet: ſolicite requiſiuit. Et
cum pro redemptione puerorum biduo
inſtitiſſet: gothus cum omnino audire re
cuſauit: ſanctūq3 virum contriſtatum val
de dimiſit: pueroſq3 equis ſuperpoſitos
cum ſuis premiſit. Statim autem: vt eos
ſecuturus equū aſcendit: equus lapſo pe/
de cum eo corruit: ⁊ tibiam illius confre
git. Qui ad hoſpitum reductus pueros re
uocauit: ⁊ fortunato compunctus gratis
remiſit: ac veniam petens eius gratiam
implorauit. Epiſcopus autez per diaconē
ſuum aquam illi benedictaz deſtinauit:
q̄ mox vt ſuper illius corā arpſit: fractura
ſolidata de lecto ſanus ſurrexit: ⁊ aſcen/

ſo equo ſuum iter peregit. ¶ In eadem ciuitate marcellus quidaꝫ eidem ſancto deuotus ſabbato paſchali defunctus eſt. Cuius corpus cum longius eſſet deferendum eo die ſepeliri non potuit. Due igitur defuncti ſorores ad euꝫ flentes venerunt: ⁊ vt earũ fratrem reſuſcitarent: fidelibus precibus ſupplicauerunt. Qui dum eas licentiaſſet: eo ꝙ ex humilitate de ſe tanta non preſumeret. Subſequenti die dominico ante crepuſculum cuꝫ duobus diaconibus ad domuꝫ defuncti perrexit: ⁊ iuxta corpus in orationem ſe dedit. Deinde ipſum ſurgens ex nomine vocauit. Ille autem acſi leuiter dormiens oculos aperuit: ⁊ epiſcopo reſpondit: atqꝫ de eo quod fecerat ꝯqueri cepit: dicens ꝙ duo heſterno die ad ſe venerãt: qui ſpiritum a corpore eiicientes in bonum locum deduxerant. Ipſa vero die vnus miſſus fuerat: qui eum ad corpus reduci mandauerat: quia fortunat⁹ epiſcopus ſic a deo petebat. Quibus expletis verbis: marcellus mox ex infirmitate conualuit: ⁊ in hac vita diutius manſit. Quieuit autem vir ſanctus in domino pridie idus octobris: ⁊ ſepultus eſt in eccleſia tudertina. Ad cuius ſepulturaꝫ crebra miracula fiũt. Hec gregorius dialogorum libro primo cap. x.

¶ De ſcõ Fortunato alio epõ. C. LXVI.



Fortunatus epſ pictauiẽſis claruit tpe iuſtini impatoris iunioris. Qui natione italus p̃mo poeta: deinde in p̃ſate vrbis epiſcopũ ſublimatus: vir egregius: ingenio clarus: ſenſu celer: ore ſuauis: bti martini heroico metro geſta in .iiii. voluminibus digeſſit: hymnos ẽt feſtiuitatũ ſingularũ eleganter cõpoſuit: ⁊ ſanctitate plenus in pace quieuit.

¶ De ſcõ Iuſto epõ. Cap. LXVII.

Iuſtus epſ lugdunenſis inſigni ſcitate refulſit. Qui epatu relicto cuꝫ viatore lectore eius miniſtro ad eremũ egypti ſe cõtulit: vbi multo tpe angelicam vitã duxit. Ad hũc reuiſenduꝫ antiochus epſ vir ſctũs eiuſqꝫ in epatu ſucceſſor ad eremũ acceſſit: ⁊ ab eo ſcitatis pſpicue exẽpla reportauit: de q̃ dicet infra in eius geſtis idibus nouẽbris. Sanctus aũt iuſtus in pace quieuit pridie id⁹ octobris. Quẽ dum moriẽtem miniſter eius defleret: eo ꝙ ſe deſereret: ille prophetico ſpiritu eundẽ hortãs p̃dixit: ꝙ ſe cito ſecuturus eſſet. Quod rei p effectum probauit euẽtus. Nã viator poſt dies. vij. eum ad patriaꝫ ſecutus eſt: videlicet. xij. cal. nouẽbris: vt dicit ibidem.

¶ De ſcis. ccclx. martyrib⁹. C. LXVIII.

Trecenti. lx. martyres apđ coloniã agrippinã paſſi ſũt. Qui cũ eſſent milites mauri ex ſacra legione thebeoruꝫ: ⁊ illis trucidatis iſti ex eoꝝ conſortio aufugiſſent: a militibus maximiani impatoris apđ ipſam vrbẽ inuenti: ⁊ ipſi gladiis trucidati ſunt idibus octob̃. Quoꝝ corpora cõdita ſunt in baſilica: q̃ ad mirabili ope ex moyſaico q̃dãmodo deaurata reſplendet: vnde etiã ⁊ loci incole ſcõs aureos illos vocare cõſueuerunt. Hec vſuardus Ado tamen ponit: ꝙ fuerunt ſolũmodo. cccl.

¶ De ſcõ Antiocho epõ. Cap. LXIX.

Antiochus epſ lugdunẽſis fuit: qui cum adhuc ipſius eccleſie preſ byter eẽt: pio incitatus officio ad viſendum eius epm qui in egypti eremo morabat nomine ⁊ actione vere iuſtum: peregre profectus eſt: a quo ⁊ ſanctitatis inſignia exempla reportauit: vt dictũ eſt ſupra in legen-

da iuſti epi pridie idus octobris. Hic fuit
vir diſcretione precipuus: ſanctitate pre-
clarus Qui etiam non immerito tempore
interiecto ad eiuſdem pōtificatus culmē
aſſumptus eſt. Quo ſtrenue ꝛ feliciter ad
miniſtrato: in pace quieſcens: regnum ce
leſte conſecutus eſt idibus octobris. Se
pult⁹ apud lugduñ. in eccl'ia ſcōꝝ martyrū
machabeoꝝ: in q̄ ꝛ ſcūs iuſtus requieſcit.

¶ De ſcō Baſolo abbate. Cap. LXX.

BAſolus abbas apō rhemē.
ciuitatem claruit tempore
childeberti regis francoꝝ
vt ait ſigibert⁹. Hic ex ter-
ritorio lemouicenſi natus:
dū adhuc iuuenis eremū
optaret: angelo ipſi apparēte ipſumq; de-
ducente: ad vrbem rhemenſiū deuenit:
ꝛ a ſancto egidio epiſcopo rhemenſi. iiij.
poſt remigium ſuſceptus fuit. A quo ꝛ lo
cum ad radices montis rhemenſis obti-
nuit. Ubi conſtructo cenobio monaſticā
vitam duxit. Deinde ad nemoroſi mōtis
cacumen aſcendit: vbi per annos. xl. in-
cluſus manens eremi cultor deo ſeruire
ſtuduit. Et dum aque penuriam ſubſtine
ret: oratione ſua fontē de ſaxo produxit:
qui vſq; in preſens de loco illo vſq; ad i-
feriora defluit. ¶ Attila quidam diues ꝛ
potens dum circa montē illum venaret̄:
ꝛ aprum cum canibus ſequeret̄: aper ille
cū eſſet nimie magnitudinis depoſita om
ni feritate ad cellam viri dei veniens: ꝛ q̄
ſi liberari ab eo ſe petēs pedibus illius ad
uolutus iacebat. Quē dum canes ꝛ equi-
tes ſequerētur: diuina virtute effecti im-
mobiles: vltra viri domini limites nec ac
cedere: nec retrocedere valebant. Quod
cernens attila de preſumptione penituit:
ꝛ ſe ſancti orationibus cōmendans: aprū
dimiſit: eidemq; viro dei predia ſua ibi-
dem poſita gratanter conceſſit. ¶ Quidā
pro crimine dānatus ſuſpendio: dū iā la-
queo aſtrictus ſuffocaretur ſanctū tamē
baſolum mente inuocans: quia iam voce
non poterat: laqueo rupto liberatus eua-
ſit. Quieuit in pace idibus octobris.

¶ De ſcā Placidia virgine. Cap. LXXI



Placidia
virgo fuit filia valenti
niani iperatoris et eu
doxie auguſte filie the
odoſij magni. Que ſp̄-
to ſeculo adheſit auie
ſue galle placidie ieiu
niis elemoſynis ꝛ ora
tionibus intenta. De huius ſanctitate cui-
dam ſeni reuelatum eſt: q̄ eius meritis
ſoror ipſius placidie honoria nomie a gra
uiſſima infirmitate liberata fuiſſet. Qui ꝛ
viſa eudoxie ipſius matri retulit. Et ex-
tunc mater filiam in deuotiōe habere ce-
pit. Cum autem placidia cum vtroq; pa-
rente: ꝛ auia galla rauennam nauigio ve-
niret: grauiſſima in mari tempeſtas exor-
ta eſt. Qui omnes beato ioanni euangeli
ſte pro eorum liberatione vouerunt baſi
licam conſtruendam. Statimq; beatus
apoſtolus eiſdem apparuit: ꝛ tempeſta-
te ſedata incolumes ad portū perduxit.
Regina ergo galla ei apud rauennam ec
cleſiam fabricauit: in qua ſanctus ioānes
eidem auguſte: ꝛ barbaciano preſbytero
apparuit: ꝛ ſandalium ſuum pro reliquiis
illis dimiſit: vt ſupra actum eſt in geſtis
barbaciani pridie calen. ianuarij. ¶ Poſt
aliquod autem tempus: placidia hieroſo-
lymam perrexit: vbi luſtrans loca ſancta
biennium exegit. Et deinde per venetiā
veronam venit: ibiq; cuidam prute filie
orabilis nobilis matrōe ſurde ꝛ mute au
rium ꝛ lingue facultatem conceſſit: vbi ꝛ
in chriſto dormiuit: ſepulta in eccleſia ſan
cti ſtephani via tridentina idibus octo-
bris ſignis coruſcans.

¶ De apparitione ſancti michaelis ar-
changeli. Cap. LXXII


Appari-
tio ſancti michaelis ar
chãgeli noua anno dñi
ccccccc.vij. facta eſt: vt
ait ſigibertus. Tēpore
eniꝫ childeberti regis
francorum ⁊ iuſtinia
ni auguſti apparuit ar
changelus michael antberto brachaceñ.
ep̄s ſupra mare oceanū cōmorāti: ipſum-
qꝫ ſcd̄o monuit: vt in loco maris oceani i
ſula: que ꝓpter eius eminentiam tūba di
citur: nomini ſuo fundaret eccleſiā: volēs
ſibi talem venerationeꝫ exhiberi in pela-
go: qualis exhibebatur in mōte gargano.
Interea taurus in eadeꝫ inſula a latrone
furtiꝫ captus ligat̄ in loco illo. Unde ep̄s
tertio admonit⁹ iubet̄: vt in illo loco fun-
damentū iaceret: quo taurū ligatū inue-
niret. Et ſicut eū terrā pedibus protriuiſ-
ſe videret: ſic eccleſie ambitum duceret.
Que dū ep̄s populo rettuliſſet: ad locum
nauigio acceſſerunt: ⁊ taurū inuenientes:
vt archāgelus p̄dixerat: eccleſiā conſtrue
re ceperunt. ¶ Due auteꝫ rupes ibidem
erant: que humanitus inde moueri non
poterāt: que ⁊ offm̄ impediebāt. Sed mi
chael cuidā viro apparuit: p̄cipiens vt ip-
ſas rupes inde amoueret: qui tam facile
eas mouit: vt nihil habere ponderis vide
rent̄. Sicqꝫ eccleſia in honorē archange-
li michaelis ꝯſtituitur: ⁊ ex eo tp̄e ſicut in
mōte gargano: ita ⁊ in ipſo loco: q̇ mō di-
cit̄ in p̄iculo maris: veneratio ei⁹ frequen
tari cepit. In qua eccleſia partē pallij: qd̄
in monte gargano angelus poſuit: ⁊ partē
marmoris: ſupra qd̄ ſtetit: detulerūt. Cū
vero aque ibidē penuriā icole paterent̄:
monitu angeli foramē in ſaxo fecerunt: ⁊
inde aquaruꝫ copia vſqꝫ in p̄ſens largius
emanauit. Hec aūt apparitio in dc̄o loco
celebratur. xvii. cal̄. nouēbris. Ille enim
mons oceano cingit̄: ſed bis in die feſto

ſci michaelis p̄dicto iter p̄bens p̄p̄lo ape-
rit̄. ¶ Cum autē quodā anno copioſa tur
ba ad eccleſiam pergeret cōtigit mulierē
pregnantē vicinamqꝫ partui ex deuotio-
ne archangeli ſecū ire. Et ecce magno im
petu vnda rediit: ⁊ omnis turba timore
concuſſa ad littus fugit. Sola autem mu-
lier grauida fugere nō valuit: ſed a mari-
nis fluctibus capta eſt. At michael eideꝫ
inter vndas aſtitit: qui mulierē illeſaꝫ ſer
uauit: que ⁊ in medio pelagi filiuꝫ partu-
riuit: que ⁊ i vlnis ſuſcipiēs lactauit: ⁊ an-
gelo duce cū puero ad littus illeſa p̄uenit.
¶ Tēporibus caroli regis dux quidā ſe-
nogallie noīe ſergius habēs vxorē grecaꝫ
nomine margaritā: dū ꝓle careret: bonis
elemoſynarū opibus ſolicite iſudās ſubi-
to leproſus effectus eſt: qui plurima expē
dens in medicis: nulla medicamina per-
cipere poterat. Dum auteꝫ pro ſua ſalute
deū iugiter exoraret. Nocte q̄dā michael
archangelus eidē in ſomniis apparuit: eū
qꝫ admonuit: vt ad eccleſiam monaſterij
ab angelo electā: que brentalis dicitur: vi
ſitandam accederet: indeqꝫ ſalutē proti-
nus reportaret. Qui exp̄geſact⁹ mane cō
iugi ⁊ militib⁹ viſa narrauit. Sequēti q̊qꝫ
nocte eidē dormiēti: iteꝝ angelus aſtitit:
⁊ iuſſa p̄dicta replicauit. Qui dū locū ſibi
non eſſe reſpondiſſet notū: angelus addi-
dit: vt nauē cū vxore ⁊ militibus ſuis aſcē
deret: eāqꝫ ad locum deducendā angeli-
ce ſolicitudini cōmitteret. Qui iuſſa perfi
ciens nauem conſcendit: flantibuſqꝫ ven
tis p̄ſperis vnius noctis et diei ſpacio ad
locum ſancti michaelis: qui brētalis dici
tur ſuper mare adriaticū habēs monaſte-
riū ſitū: qd̄ brentale dicit̄ ſiue de brūdulo
angelo duce p̄uenit. Et dum ſe mane ad
portā applicuiſſe mirarent̄: ⁊ locū ig̃rantes
vbi nā eēnt ab incolis ſciſcitarent̄: ab eiſ-
dē ſe ad eccleſiam prefatā archangeli ap
puliſſe didicerūt. Qui deo g̃ras agētes na
uē exierūt: cūctiqꝫ nudis pedib⁹ ad eccle-

ſiā ꝓceſſerunt. Sed dei miſericordia an/
teq̄ dux eccleſie ingrederet̄ boſtia confe
ſtim ab omni lepꝛe mūdatus eſt macula.
Tunc dux ſanus ad domum redijt: ⁊ om
nibus venditis medietatem pauperibus
tribuit: aliam medietatem eccleſie ſancti
michaelis obtulit: ⁊ ibidem cuꝫ coniuge
perpetuis tempoꝛibus deo ſeruiuit.

¶ De ſcō Gallo abbate. Cap. LXXIII.

Gallus abbas ex hibernia
claris parentibus natus et
ſancto colūbano in diſcipu
lū traditus: ab eodē ſacris
eſt litteris eruditus: ⁊ mo
nachus ipſius effect⁹ eſt ſa/
cerdotiū ꝓmotus eſt. Colūbanus autē in
galliā nauigans cū apud luxouium ceno/
biū conſtruxiſſet: ſigiberto rege annuēte:
ibiqꝫ cum gallo ⁊ aliis diſcipulis deo ſer
uire curaret perſecutione regis theodoꝛi
ci ⁊ bꝛunichildis regine inde expellit̄: eo
ꝙ a ſancto columbano arguebatur: ꝙ re
licta coniuge concubine amplexib⁹ frue/
batur: vt dicet̄ infra in vita colūbani ab/
batis .xi. calen. decembꝛis. Inde igit̄ co/
lūbanus ad theodebertum auſtraſioꝝ re/
gē perueniens infra partes allemanie iu
xta fluuiū lidiniacū ad habitandū cum di
ſcipulis: ab eo locū obtinuit: qui tuconia
dicebat̄. Cuius loci icole adhuc idolis ſ/
uiebāt: vbi gallus fidē trinitatis pꝛedicare
⁊ phana idoloꝝ cepit exurere. Sed dum
bitatoꝛes loci ſuis dei ex hoc pſecutionē
excitarent: relicta tuconia columban⁹ cuꝫ
diſcipulis ad caſtrum arbonā acceſſit: ⁊ a
pꝛeſbytero vulmaro gratanter except⁹.
Qui eos locum edificādi monaſterij anti
que ſtructure docuit: ⁊ illuc vſqꝫ ꝑduxit:
vbi eccleſiam in honoꝛem ſancte aurelie
⁊ cellulas conſtruxerunt: ⁊ ibidem popu
lum docere in chꝛiſti fide ceperūt: idoliſ
qꝫ in lacum demerſis eccleſiam dedica/
runt. Ibiqꝫ columbanus cū gallo ⁊ alijs
diſcipulis triennio reſederunt. ¶ Cū au/
tem nocte quadam gallus piſcationi inſi
ſteret audiuit de montis vertice demonē
quendam alium exiſtētem in pelago vo/
cantem: ipſumqꝫ ei reſpondentē: ⁊ vtriū/
qꝫ ipſoꝝ ſe de hoſpite gallo conqueren/
tem: ꝙ eos de ſede ꝓpꝛia eieciſſent. Qui
ſigno crucis edito demones in fugaꝫ ver
tit: ⁊ veniens ad abbatem ſibi audita ret/
tulit. Illeqꝫ duꝫ fratribus aduocatis deo
laudes exolueret: audite ſūt voces demo
nū per ſtrepentiū: ⁊ ſanctis perſecutionē
illaturos ſe acriter cōminantium. Dux au
tem regionis nomine gunzonus: audiēs
ꝙ ſancti dei cultum deoꝛum ſuoꝛum eua
cuarent: miſſis famulis ſuis iuſſit illos in
de diſcedere. Qui vaccam monachoꝛum
abſtulerunt: ⁊ duos ex fratribus occide/
runt: illos quoqꝫ ab eorū finibus diſcede
re p̄ceperunt. Sed dum colūbanus ad gi
lolfum regem italie ꝓperare diſponeret:
gallus egritudine pꝛeſſus ibidem reman
ſit: ⁊ a pꝛeſbytero vulmaro deuote hoſpi/
tio ſuſceptus fuit. ¶ Poſtq̄ autē gallus
de lāgoꝛe ↄualuit: pſ̄byterū vt ſibi locum
aliquē grate ſolitudinis oſtēderet ſolicite
requiſiuit. Cuius iuſſione diaconus eius
nomine hildeboldus ad locū optimū illū
adduxit. Qui cum die integro ieiunij per
agraſſent: gallus ad flumē veniens: miſſo
rete piſciculos cepit: ⁊ ipis aſſatis p̄iter cū
diacono cibū ſūpſit. Ibiqꝫ vtrūqꝫ ipoꝝ il
la nocte q̄euit. Gallus vero crucē ligneaꝫ
in terrā fixit: ⁊ ad eā capſellam reliquiaꝝ:
quā ſecum tulerat appendit: ⁊ ante illas
pꝛoſtratus in oꝛationem pernoctauit. Cū
qꝫ mane ingens ad eos vrſus deſcende/
ret ⁊ micas que ab eis remāſerant linge/
ret: p̄cepit ei gallus vt ligna in ignē mitte
ret: vrſuſqꝫ ꝓtin⁹ obediuit. Cui vir dei q̄/
ſi pꝛo mercede panē poꝛrexit. Mane ve/
ro diaconus iubente gallo ad flumē acceſ
ſit: vt piſces iterum aliquot caperet. Duo
autē demones in ſpecie mulierū nudarū
eidē apparuerūt: ſed ad oꝛationē viri dei

continuo euanuerunt. Cūq; ad locum ꝓ-
miſſum deueniſſent: ⁊ ſerpentum ibidem
multitudinem reppiſſent: oꝛone galli ſer-
pentes omnes inde fugati ſunt vſq; in ꝓ-
ſens. In ipſo igitur loco cum triduo per-
manſiſſent: ⁊ ibi gallus locu; ſibi ſolitudi
nis elegiſſet: ad reuiſendum ſuum hoſpi/
tem preſbyteru; redierunt. ¶ Cum igit̄
ibidem per dies. vij. reſediſſet: gunzonus
dux miſit ad preſbyterum: orans vt gallū
ad ſe adduceret: eo ꝙ filiā eius immun/
dus ſpiritus inuaſiſſet. Qui per os puelle
clamabat: ꝙ ideo filiā ducis oppreſſerat:
quia pater eius gallu; abbatē vna cū ma/
giſtro colūbano de poſſeſſione ſua eiece-
rat. Hec igit̄ puella ſigiberto regi fuerat
deſponſata. Quod cū rex ſigibertus audiſ
ſet: duos ep̄os ad puella; miſit vt ſuis eā
oꝛonibus liberarent. Sed demon ex oꝛe
puelle eoꝝ occulta eis obijciēs illos deri/
debat: ⁊ ꝙ niſi a ſolo gallo inde poſſet eij
ci affirmabat. Pater igit̄ puelle afflictus
iteꝝ legatos ad preſbyterum vulmarum
deſtinauit: vt ſine mora gallum ſibi addu
ceret: vt eius filia liberationē cōſequi poſ
ſet. Promittens illi ꝙ viꝝ dei in conſtan
tienſem ep̄m promoueret: ſi demonē ab
eius nata expellere poſſet. Iam aūt gal-
lus ad locum electe ſolitudinis reuerſus
erat: ⁊ quietē mentis eligēs duos diſcipu
los in miniſtros aſſumpſerat: ⁊ ad duce;
venire recuſans ſe ad italiam colūbanu;
reuiſuꝝ pretendebat: eo ꝙ miraculi glori
am formidabat. Tandem victus precibus
legatoꝝ ⁊ vulmari p̄ſbyteri: ioannem dia
conū ⁊ ſociū ſecum aſſumpſit: et nauigio
ad ducē in caſtro burningio ꝑuenit. Inue
nitq; puellā iacētem vinctam: ⁊ a demo-
nio triduano ieiunio tabefacta;. Qui oꝛo-
ne; ad dn̄m fudit: ⁊ in xp̄i noīe demoni ī-
pauit: qui mox ex oꝛe eius in ſpeciē nigri
coꝛui diſceſſit: ⁊ fetoꝛē ſulphureū in loco
dimiſit. Dux vō multa ei dona obtulit: q̄
vir dei accipiēs ea poſtmodu; oīa in pau
peꝝ vſu expēdit. Cum aūt illum in ep̄m
vellet preficere oīno renuit: ſed ioānem
diaconū diſcipulu; ſuū obtulit. Ad cuius
nutū eum oīs populus ep̄m cōſtantiēſem
elegit. Rex aūt ſigibertus audito ꝙ puel
la liberata fuiſſet: miſit ad patrē vt eā ſibi
deſponſatā tranſmitteret. Que cum ad eū
veniſſet: ⁊ modū liberationis eius ſigiber
tus audiſſet. Gallo abbati pecuniā copio-
ſam miſit: de qua ſcūs cellam ⁊ eccleſiam
edificauit. Quam rex ⁊ dux predijs ⁊ poſ/
ſeſſionibus dotauerunt. Cum aūt ſigiber
tus ſponſam ſuam ſibi vellet coniugio ſo-
ciare: audiuit ab ea ꝙ pro eius liberatio-
ne votum pudicitie emiſiſſet. Et de con/
ſilio galli abbatis ne eius propoſitu; auer
teret: ipſam in cenobio matrem virginū
multaꝝ eſſe conſtituit. ¶ Deinde vir dn̄i
a gunzono duce ad vrbem cōſtantiam ad
uocatus: vt conſecrationi ioānis ep̄i pre/
ſens eſſet: verbum dn̄i in populo mirifice
predicauit: ⁊ multos ab erroꝛe gentilita-
tis ad xp̄m conuertit. Epiſcopo quoq; foꝛ
mam gubernande ſibi ⁊ comiſſe eccleſie
prebuit. Atq; poſtmodum ad cellam ſuā
in eremo rediit: vbi plures diſcipulos cō-
gregauit. Deinde rogatus a vulmaro pre
ſbytero: relicto monaſterio ad domū ei⁹
per dies aliquot diuertit: vt ei monita ſa
lutaria preberet. Et cum omni populo in
ipſo caſtro verbum dn̄i predicaſſet: poſt
dies duos febre coꝛreptus dieb⁹. xiiij. lā-
goꝛe preſſus iacuit: ⁊ cum eſſet annoꝛum
xcv. ad extrema deductus in dn̄o quieuit
xvij. cal. nouēbris. Cuius coꝛpus ī caſtro
burnigio ſepultu; ē vbi ⁊ miraculis viuit.

¶ De ſanctis ducētis ⁊ ſeptuaginta mar/
tyribus. Cap. LXXIIII.

DUcenti ⁊ ſeptuaginta mar/
tyres chriſti apud aphꝛica;
coꝛonati ſunt: ⁊ ſcti marty-
res martianus ⁊ ſatyrianus
cū duobus fratribus ⁊ ma-
xima virgo egregia ancilla

xpi ſub perſecutione vandalica impante gengerico rege arriano. Qui primo nodoſis ſuſtibus ceſi: ⁊ vſq3 ad oſſa laniati: cu3 multo tpe talia paterent: ſequēti die incolumes reddebant. Poſtmodu3 aūt dura cuſtodia mancipati: ⁊ artati in neruo dei virtute ſoluto cippo liberati ſūt. Ob quod miraculum. Maxima libertati ſue reddita: materq3 multa᷑ virginū effecta in cōfeſſione xpi conſenuit. Sancti autē inter mauros ferociſſimos relegati: cū predicatione ſua multos ad xp̄m cōuertiſſent iuſſu gengerici ligatis pedib⁹ poſt terga currentium quadrigarum: inter ſpinoſa loca ſilua᷑ tracti: ⁊ diſcerpti ſpūs emiſerūt. xvij cal. nouēb. vt ait ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcō Magnobono epō. C. LXXV.



Magnobonus ep̄s andegauēſis claruit tēpore dagoberti regis: quē rex fama ipſius cōperta ad ſe accerſiri fecit. Cu3 ergo ciuitatē igreſſus eſſet: cōpediti q̄ erant in ergaſtulis eius patrociniū implorabāt. Ille vero iudicem adijt: ⁊ vt reos amore xpi ſolueret: exorauit. Qui ab eo repulſus du3 eccleſiā intrans oraſſet: ſubito cō pedibus fractis ⁊ carcerib⁹ reſeratis icluſi abſoluti ſunt. ¶ Cu3 in predio q̄rtanaco eius dioceſis puer a demone raptus eſſet: inter vepres ⁊ rupes collidit̄: ⁊ ſemiuiuus ſcō epō a parentib⁹ offert̄. Qui demone3 xp̄i noīe inuocato a puero eiecit: ⁊ ipſum ſanū parētibus reſtituit. ¶ Quadam vice dum flumen cū ſocijs vellet trāſire: ⁊ nauē cōſpexit ab alia parte fluminis ductore carentē. Sed dum oraſſet: nauis ſine remige cis flumē ad eum venit: ⁊ ipſum cum ſocijs ſine vllo gubernante tranſuexit. ¶ Uerum tpe famis ingruentis diſpenſatori ſuo certam nūmorū ſūmā pauperibus diſtribuendā dedit: quam ille in diſpenſando duplicata3 inuenit. ¶ Abbas quidam eius emulus ad eu3 veneno poculandum quoſda3 miſerat. Sed ſanctus vir hoc per ſpiritum cognoſcens nuncios abbatis benigne ſuſcepit: ⁊ eorum intentionē eiſdē aperuit: atq3 ſic eos ad penitentiā prouocauit. Quieuit āt in pace vir dī. xvij. cal. nouēbris: ſepult⁹ in eccl'ia ſua.

¶ De ſcō Ambroſio epō. Cap. LXXVI.

Ambroſius ep̄s bituricen̄. apud eādem ciuitatem claruit tpe pipini regis francorum. Qui vita et ſanctitate eximius: ⁊ doctrina preſulgidus gregem dn̄i ſibi cōmiſſu3 verbo ⁊ exemplo fideliter enutriuit: ⁊ virtutibus plenus in pace quieuit. xvij. calen. nouembris: vt ait ado in martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶ De ſcō Ambroſio cōfeſ. Ca. LXXVII.

Ambroſius alexandrinus cōfeſſor didymi auditor: apud alexādria3 floruit. Qui multa ſapientia pollēs: volumen de dogmatibus multorum verſuū aduerſus appolloniū ſcripſit. Commentarios quoq3 in Job elegātes compoſuit. Et tpe theodoſij iunioris apud prefatam vrbem in domino quieuit. Hec hieronymus libro de viris illuſtrib⁹.

¶ De. ſ. Herone epō ⁊ m̄. C. LXXVIII.

Hero epiſcop⁹ ⁊ martyr poſt beatu3 ignatium antiochenam rexit eccleſiam: ſicut eidem ignatio ad paſſionē pergenti fuerat diuinit⁹ reuelatum. Qui epiſcopus factus: vt magiſtri viam pius imitator ſequeretur: pro commendato ſibi grege amator chriſti occubuit. xvj. calendas nouembris.

¶ De ſcō Priuato m̄. Cap. LXXIX.

PRiuatus martyr ſub alexādro imꝑatore rome paſſus eſt: qui cum eſſet miles plenus vlceribus videns qualiter ſcūs calepodius preſbyter ⁊ martyr beato caliſto pape in cuſtodia detento: nocte cū immenſo lumine apparuit: ipſumqꝫ blādis exhortationibus ꝯfortauit: ad pedes calliſti procidit: ⁊ pro ſanitate ſua inſtantius exorauit. Quem dum calliſtus ſacro fonte perfunderet: ab oībus vulneribus curauit: vt ſupra dictū eſt in paſſione bti calliſti pape pridie idus octobris. Quod audiens alexāder impator poſt paſſionē calliſti priuatū teneri fecit: ⁊ in xp̄i confeſſione manentem: tam diu plumbatis cedi: donec deficeret: Cuius corpus aſterius p̄ſbyter iuxta corpus beati calliſti ſepeliuit. xvi. cal. nouēbris.

¶ De ſcō Luca euāgeliſta. Ca. LXXX.



Lucas euāgeliſta natiōe ſyrus ex antiochia ciuitate vnus fuit ex ſeptuagintaduobus xp̄i diſcipulis: vt abbas dorothe⁹ ſcribit: vel vt dicit hieronym⁹ diſcipulus fuit apoſtoloꝝ: poſtea paulum ſecutus eſt vſqꝫ ad paſſionē ſeruiens dn̄o ſine crimine. Hic ſapiētia eruditiſſim⁹ grecis ſermonibus nō ignarus: arte medicus extitit: prius corporibus deinde aīabus preſtans medelam. Nā verba eius languentis anime ſunt medicina. ¶ Hic euangeliū ſicut audierat ſcripſit ī grecia in partib⁹ videlicet achaie: theophilo ep̄o diſcipulo ſuo: cū iam ſcripta eſſent euangelia ꝑ mattheū in iudea litteris hebraicis: ⁊ ꝑ marcum in italia latinis. Hic tertius ſcripſit ī grecia litteris grecis. Qui etiam eodē greco ſermone actus apoſtoloꝝ ſicut viderat ipſe cōpoſuit. Quē plurimi tradunt fuiſſe proſelytū: ⁊ hebreas litteras ignoraſſe: eo ꝙ q̄cq̄d ſcripſit greco ſermone cōpoſuit. Euangelium aūt ſuum ipſe didicit ab apoſtolis: ſicut ipſe in prologo ſuo eidem teſtat̄ theophilo. Cū enim non fuerit cū xp̄o in oībus actibus ⁊ miraculis xp̄i: ideo ſuū euangelium ſcripſit ſcđm ꝙ apoſtoli: qui preſentes fuerāt: ipſi intimauerunt ⁊ retulerūt. Credit̄ quoqꝫ ꝙ ea que de incarnatione dn̄i ⁊ natiuitate ⁊ infantia meminit: a btā virgine dicerit. Ideoqꝫ predicta ſuꝑ alios euāgeliſtas plenus ⁊ copioſius explicauit. Nam ⁊ eidem dei genitrici familiariſſimus extitit. Cuius euangeliū a paulo mirabiliter approbatum eſt: quando ad cōfirmationem dictorū ſuoꝝ luce euangeliū adducebat. Unde quidā ſuſpicati ſunt: ꝙ quā docūqꝫ paulus in epiſtolis ſuis dicit: ſcđm euangelium meū: de luce ſignificare volumine. ¶ Actibus vō apoſtoloꝝ ipſe beatus euangeliſta preſens fuit: et ea cuncta oculis ſuis proſpexit. Nam et tp̄e paſſionis domini iam xp̄i diſcipulus eſſe ceperat: quod patet ex eo: vt quidā tradunt: q2 ipſe alius diſcipulus cū cleopha nominatim expreſſo fuerit: quibus dn̄o euntibus in emaus die reſurrectionis apparuit: qui ex humilitate nomen ſuū conticuit. Ipſoꝝ igitur actuū volumen vſqꝫ ad quartū impii neronis annū texens hiſtoriam in vrbe cōpilauit: vt eius tamen ſcripta indicant pauli apoſtoli ſectator fuit: ⁊ omnis eius ꝑegrinationis comes indiuiduus. Nā ⁊ geſta ſolius pauli ī actib⁹ apoſtolicis ꝓſequens: cū eiſdem volumini finē facit. ¶ Hic ab ineūte pueritia caſtiſſimus fuit: ⁊ ſine crimine virginitatē mentis ⁊ corporis ſemꝑ ſeruauit. Nā neqꝫ vxorē neqꝫ filios habuit: ⁊ in opus euāgelice p̄ſ

dicatiōis iugiter laborauit. Crucis q̄z mortificationē vt tradit eccleſia: in ſuo corpore: pro nois xp̄i honore portauit: q̄a ⁊ carnē ſuam mira penitētia afflixit. ¶ Fertur q̄z ꝙ lucas euangeliſta artē pictoriā habuit: ⁊ in ip̄a ſolēnis oparius fuit. Nā ⁊ rome due extāt imagines: vna xp̄i in ſcā ſanctorum: ⁊ alia dei genitricis in eccl'ia ſancte marie maioris ꝑ quas deus miracula retroactis tp̄ibus oſtendit: quas lucas dicit depinxiſſe: formā vultus ſaluatoris ⁊ matris naturalē aſſimilantes: ⁊ eas veraciter repreſentātes. Conſtantinopoli etiaz alia pictura btē virginis habet: que forme matris dn̄i dicit eſſe ſimilima: que ab eodez euangeliſta tradit fuiſſe figurata. ¶ Deniq̄z btūs lucas ſcitate et plenus mundicia obiit in bithynia plenus ſpiritu ſcō: etatis ſue āno. lxxxiiij. Ibiq̄z ſepultus ē. xv. cal. nouēbris. Cuius oſſa regnāte ꝯſtantino iperatore anno. xx. impij eius: cuz reliq̄is andree apoſtoli ꝯſtantinopolim tranſlata ſunt. Et poſtmodū inde tranſlatum ⁊ padue delatū eius ſacruz corpus in pulchro ⁊ marmoreo mauſoleo in eccl'ia ſcē iuſtine venerabiliter reqeſcit. Caput vero rome in eccleſia ſci petri totū argēto coop̄tū ſup altare ip̄ius bti apoſtoli petri ſingulis ſolēnitatib⁹ cū aliis reliq̄s collocat: licet q̄da alibi falſe ſe ipſum corpus ſe habere glorientur padue.

¶ De ſcō Iuſto puero ⁊ m̄. C. LXXXI.

IUſtus martyr puerulus annoꝝ. ix. apud ambianēſe oppidū paſſus eſt ſub rictiouaro preſide. Qui natus antiſiodori clara ꝓſapia: patre iuſtino matre felicia: in tenera etate deo dedit⁹ ſpm̄ prophetie meruit obtinere. Cū enim pater iuſti fratrez quēdā iuſtinianū noie habuiſſet: qui de ciuitate illa dū eſſet adhuc puer dudū furto ſublatus fuerat: ⁊ ambianū ductus negotiatori cuidaz noie lupo xp̄iano venditus adhuc in ſeruitute manebat. Iuſtus puer annoꝝ. ix. prophetico ſpiritu hec oia patri nūciauit: ⁊ ad reqrendum patruum oino ſe velle accedere dixit. Qui tamē nūq̄ patruum viderat nec nominari audierat: eo ꝙ anteq̄ iuſtus genitus eſſet: ꝑ annos multos ille raptus extiterat. Duz aūt pater puerum reuocare nō poſſet: eiuſq̄z verba quaſi puerilia derideret: ab eo tamen multa victus inſtantia: pueꝝ aſſumpſit: ⁊ ambianum ſecum ꝑrexit. Qui dum veniſſent ad caſtrum militonē pauperes xp̄ianos eſca refocilarunt. Iuſtus vo pauperi nudo reperto tunicā ſuā tribuit. Sed dum ambianū veniſſent: a predicto lupo negotiatore occulte quidem xp̄iano propter metuz rictiouari p̄ſidis hoſpitati ſūt. Cui cauſam eoꝝ aduentus expoſuerunt: ⁊ ſeruum quez habebat ſe redimere precio obtulerunt. Lupus vero oibus famulis ſuis conuocatis vt ſuū recognoſcerēt: iuſtus patruū quem nunq̄ viderat ꝑ ſpiritum recognouit: quē tamen pater eius iuſtiniani germanus: iam grandeuum effectum vix recognoſcere valuit. ¶ Cum aūt preſidi nunciatū fuiſſet: ꝙ xp̄iani peregrini in domo lupi laterēt. Ille iuſtinianum ſeruuz abſq̄z vllo precio libertati donauit: ⁊ ip̄m cum iuſtino ⁊ puero iuſto nocte de ciuitate demiſit. Mane autē cuſtodes rictiouari ad domuz eius venientes omnia perſcrutantur: ⁊ non inuentis illis: iuſſu preſidis eos in equis curſoribus inſequuntur: Cūq̄z ſancti iuxta fontem prāderent: et milites a longe conſpexiſſent: puer quidem patrem ⁊ patruū inter frondes abſcōdit: ipſe vero in arborem ſpeculator aſcendit. Ad quem peruenientes ſatellites: dum parentes non inuenerunt: puerum ſe profeſſum xp̄ianuz decollauerunt: ⁊ continuo abierunt. Corpus aūt trūcum per ſeipſum ſe leuauit: ⁊ caput manib⁹ ſuſtulit: atq̄z ad parētes acceſſit. Quibus ꝓdeuntibus caput lingua clare loqui

cepit: deuz collaudās: ⁊ patrem ac patrū admonens: vt corpus ſuum ad ciuitatez beluacum delatum ſepeliant: caput vero ad matrem pro eius conſolatione deferant. Quibus dictis corpus mortuum cecidit: ⁊ ſpūs celos petijt: lux quoqꝫ celica deſuper īmenſa coruſcauit. Illi igitur corpus ad territorium beluacenſe portātes: illud ibidem ſepelierunt: ⁊ antiſſiodorum regreſſi caput matri obtulerūt: oīaqꝫ geſta narrauerūt. Qđ illa vt caput martyris ſuſcipiens reuerēter digno loco repoſuit: ⁊ ipſum pro reliquiis deuotionis conſeruauit. ¶ Sāctus aūt amator ep̄s poſt decurſum tp̄is caput iuſti martyris in loco vbi ipſe decreuerat: collocauit: vbi puella ceca a natiuitate annorum. xvi. lumen oculorū recepit. In loco autez ſepulture eius in territorio beluacenſi baſilica eius nomini edificata eſt. Sed interiecto tempore caput eiuſdem beluacū tranſlatum in ſacrario eccleſie ſancti petri reconditū eſt: paſſus eſt ſanctus martyr decimoquīto calē. nouembris.

¶ De ſcā Tryphonia regia. C. LXXXII

TRiphonia regina vxor quondam decij ceſaris fuit. Que poſt paſſionē martyrum hippolyti ⁊ ſociorū hoc modo conuerſa eſt. Cum eniz decius ceſar ⁊ valerianus prefectus ſctōs martyres ireneū ⁊ abundium necari in cloacam feciſſent: de quibus ſupra in eorum paſſione dictum eſt. vij. calendas ſeptembris: ⁊ elapſis dieb⁹ trigintaſeptē ambo in carruca conſedētes ad amphitheatrū deſcenderēt: vt ibi ſanctos martyrizari facerent: vterqꝫ eorūz a demonio arreptus clamare cepit: ꝙ eum ſancti martyres laurentius ⁊ hippolytus cruciarent: ⁊ poſt diras voces valerianus ibidē expirauit. Decius autem ad palatiū reductus: per triduū a diabolo vexabať. Tunc eius vxor nōie tryphonia oēs ſanctos in carceribus detentos dimiſit. Finito vero triduo decius clamans ſe a laurētio torqueri: miſerabiliter vitam finiuit. Quod videns tryphonia cuz filia eius cyrilla puella virgine cōuerſa eſt: ⁊ ad iuſtinum preſ byterū venerunt baptiſmi gratiam poſtulantes: Qui indixit eis ieiuniū ſeptem dierum: ⁊ eas poſtmodū ſacri fontis vnda pfudit. Quibus ad domum ſuaz reuerſis: tryphonia die ſequēti orans ad dominum cum lachrymis emiſit ſpiritū. Cuius corpus iuſtinus pſ byter iuxta corpora hippolyti ⁊ ſociorūz ſepeliuit. xv. calen. nouēbris.

¶ De ſancto Aſclepiade epiſcopo ⁊ martyre. Cap. LXXXIII

ASclepiades epiſcopus antiochen⁹ ⁊ martyr apud eādem ciuitatem paſſus eſt. Qui vnus fuit ex preclaro confeſſorum numero: qui ſub decio ceſare paſſi ſunt. Hic enim pro confeſſione nominis chriſtiani capite truncatus martyrio coronatus eſt. xv. cal. nouembris: vt dicit ado.

¶ De ſanctis Ptolemeo ⁊ Lucio martyribus. Cap. LXXXIIII.

PTolemeˀ ⁊ lucius cū quodam tertio martyres tempore antonini pij auguſti paſſi ſunt apud alexandriā ciuitatem. Qui ptolemeus a quodam centurione detentus: eo ꝙ ſe chriſtianum diceret: diudumqꝫ carcerali cuſtodia maceratus ab eodē iudici vrbicio tradit⁹ eſt: A quo interrogat⁹ dū ſe chrīm colere viua voce pfiteretur: capitali ſnīa dānatur. Dumqꝫ lucius: qui chrīanus erat occultus: iudicez de tāta impietate argueret: eo ꝙ nullius reum criminis innocenter damnaſſet: interrogatus quoqꝫ ab eodem ſe chriſtianū fore ſiľr aſſereret: ſimili vltiōe puniēdus adiu-

dicatur. Sed ⁊ quidam tertius pari viſu
libertate: pari quoq; damnatione condẽ
natur. Qui omnes ſimul decollati marty
rio coronati ſunt. xiiij. cal. nouembris.

¶ De ſcõ Ethbino cõfeſſo. C. LXXXV.

Ethbinus in hibernia cla
ruit tempore mauricij im
peratoris. Hic in britãnia
natus: in domo paterna vſ
q; ad annum. xv. liberali
bus diſciplinis inſtruct⁹ ẽ.
Mortuo vero eius patre ab ipſius geni
trice ſancto ſampſoni dolenſi ẽpo oblat⁹
ab eodem clericus factus eſt. Materq;
ipſius ſacro velamine cõſecrata. Qui poſt
q̃ predicto epiſcopo annis aliquot adhe
ſit: vt artiori ſe vite traderet: ad ſanctum
ſimilianũ abbatem acceſſit. A quo in mo
naſterio quod tauracum dicitur: monaſti
cum habitum ſuſcepit. Qui etiam ad dia
conatum promotus ſancto vignaloco ſa
cerdoti: ⁊ eiuſdem loci monacho ſociat̃.
¶ Cum autem cum predicto ſancto qua
dam vice itineraret: ⁊ leproſum aſpectu
horribilem inueniſſent: ethbinus iacentẽ
cepit brachiis ſubſtẽtaret. Dumq; ille do
lore narium torqueri ſe diceret: ⁊ nullũ
ſibi adeſſe remedium: niſi oris anhelitũ
exprimeret: vignalocus compatiens na
ſum horridum ⁊ vlceroſum in ore ſuſce
pit: quẽ ethbinus per latera ſuſtinuit: re
ſpicienſq; ſurſum: vidit crucem auream
angeloſq; pauperi obuiãtes. Tunc lepro
ſus viros domini confortans: ſe chriſtum
eſſe proteſtans in nube raptus nunq̃ cõ
paruit. Illi vero domino gratias agentes
alter alterius meritis viciſſi viſionẽ aſcri
bebant. ¶ Dum igitur franci britanniam
deuaſtaſſent: ethbinus hiberniam petẽs
in ſilua nectenſi tuguriũ ⁊ eccleſiam par
uam fabricauit: in qua deo aſſidue ſerui
re cepit miraculis etiam clarens claudũ
vnum erexit. Mulier quedã ad eum ve
niens pro ſalute filij ſui paralytici: longe
q; poſiti ſupplicauit: dicens q̃ beata vir
go brigida illam ad ethbinum miſiſſet: vt
eius filium liberaret. Qui ſuis orationi
bus filio mulieris illius ſalutem impetra
uit. In ipſo autẽ loco pane ſolum ⁊ aqua
bis in hebdomada ſe refecit ⁊ annorum.
lxxxiij. in pace quieuit. xiiij. cal. nouẽbris.

¶ De. ſ. maximo m̃. ⁊ leuita. C. LXXXVI

Maximus martyr ⁊ leuita et
vir ſcũs tẽpore decij ceſaris
apud ambianẽſem puincia
paſſus eſt. Qui cũ eſſet ple
beius patiẽdi deſiderio in
quirẽtibus pſecutoribus ſe
palam oſtẽdit. Et a pſide cõprehẽſus poſt
miſſionẽ eius conſtãtiã dũ chriz ↄfiteret̃: i
equaleo ſuſpenſus ac diutius tortus eſt.
Cui dũ pſes ceſariã ei⁹ filiã nimis ſpecio
ſaz in vxorẽ pmitteret: ſi diis ſacrificare
ↄſentiret: ⁊ ille ſe mariã vgĩnẽ dei genitri
cẽ hẽre ſponſaz aſſereret: ac oĩno ſacrifica
re renueret: fuſtib⁹ diutiſſime cedit̃: dein
de ad carcerẽ duci iubet̃. Qui dum duce
retur emiſit ſpiritũ. xiij. cal. nouembris.

¶ De ſanctis Capraſio primo ⁊ Felicia
no martyribus. Cap. LXXXVII.



Capraſi⁹
martyr cũ pmo ⁊ feli
ciano fratrib⁹ paſſus ẽ
in galliis ciuitate age
nẽſi ſb daciano pſide.
Cum enim capraſius
chriſtian⁹ occultus timo
re pſidis pter rabiẽ
pſecutionis declinãs iuxta vrbẽ in rupis
ſpelũca lateret: audiẽs qualr beata virgo
fides pro chro agonizaſſet: de qua ſupra
in eius paſſiõe dictũ eſt pdie non. octobr.
animat⁹ ad tollerãtiã paſſionis orauit ad
dominũ: vt ſi eũ dignũ gloria martyrij iu
dicaret ex lapide ſpelũce aqua limpidiſ
ſima emanaret. Quod pſtãte domino ſta
tim obtinuit. Super hec vidit per ſpiritũ

colūbā niueā de celo deſcēdentē: ⁊ coro/
nā auro gēmiſqȝ fulgentē ſup caput fidei
ꝟginis iponentē: que veſtibꝰ fulgidis erat
ornata: ⁊ angelis comitata. Ipſa vo colū
ba alarū volitatu ⁊ rore celeſti: ignem: in
quo virgo iniecta erat: extīxit: ⁊ ad celos
ſubito aduolauit. Cū aūt hec oīa capraſiꝰ
cōſpexiſſet: ſponte ad certamē cucurrit: ⁊
chriānū ſe coram daciano confeſſus fuit.
Quē ille detētū vngulis laniari fecit. Ita
vt primus ⁊ felicianus fratres eius exē
plo patientie conuerterent: ⁊ ſe chriſtuȝ
colere faterent. Quos omnes inſimul vi
ctos: preſes capite cedi mandauit. Quoꝝ
corpa in eodē tumulo in agenēſi ciuitate
a xpianis ſepulta ſunt. xiij. calē. nouēbris.

¶ De ſanctis vndecim milibus virgi/
nibus. Cap. LXXXVIII.



Undeciȝ
milia virgines cuȝ ſo/
ciis eaꝝ apud coloniā
paſſe ſunt ſub hunorū
pncipe iulie. Quarum
omniū pncipalior au/
ctrix et ſignifera fuit
beata vrſula. Hec filia
vnica regis britanie chriāniſſimi nomine
mauri ſapientia mirabili ⁊ pulchritudine
inſigni pollebat. Quā rex anglie nimis ꝑ/
potēs miſſis ſolēnibus nūciis: filio ſuo in
coniugiū: multis ꝓmiſſionibus ⁊ blandi
tiis poſtulauit: addiſciens minas: ſi ad eū
legati vacui reuertētur. Pater autē virgi
nis cum iraȝ regis anglie formidaret: qd
ageret anxiabat: Nec enim volebat deū
offendere filiam ſuā homini gentili tradē
do: nec virginis ſacruȝ propoſitum ipedi
re: eius pudicitiam: quam deo vouerat ꝑ
turbando. ¶ Uirgo autē domini diuina
reuelatione premonita patri ſuaſit: vt pre
dicto regi aſſenſum pberet: ea tamē con
ditiōe: vt iuuenis baptizaretur: ⁊ per triē
nium in fide inſtrueret: Et ꝙ ſibi a patre
iuuenis ⁊ a ſuo. x. virgines electe ⁊ ſpecio
ſe in ſocias darent: ⁊ tam ſibi ꝙ̄ illis: mil
le virgines ſubſcriberent: ⁊ naues. xi. mu
nite ad opus earum fabricarentur: quate
nus dicto triēnio per mare ludēdo diſcur
rerent. ⁊ virginitatē ſuam domino dedi
carent. Hoc autē virgo popoſcit: vt interī
coeuas ſuas chriſto virgines cōſecraret:
⁊ ſponſum ac patriam ad fidem adduce
ret. Quod parentes ⁊ iuuenis fieri cōſen
ſerunt: ipſoqȝ continuo baptizato naues
fabricari preceperunt. Omnia igitur feſti
nantius parantur: virgineſqȝ de diuerſis
mundi partibus congregantur: ⁊ omnes
vrſule pſentant: pater autē eis honorabi
lem comitatū multorum epōrum ⁊ baro
num anglie ⁊ britanie tradidit: ⁊ neceſſa
rioruȝ copiam miniſtrauit. Multi quoqȝ
ad tam grāde ſpectaculū ex diuerſis vrbi
bus conuenerūt. Inter quos fuit pantu
lus baſileēſ. epūs: qui eas vſqȝ romaȝ per
duxit ⁊ inde reuerſus cum eis martyriuȝ
ſuſcepit. Sancta quoqȝ geraſma regina ſi
cilie: que virum ſuum conuerterat ſoror
mauririj epiſcopi ⁊ darie matris ſcē vrſu
le: cū quattuor filiabus ſuis ſcilicet babila
iulia victoria: ⁊ aurea: ⁊ paruulo ſuo ha/
driano: cum hoc per litteras patris vrſu
le cognouiſſet: relictoqȝ regno in manu
alterius filij: per mare in angliam nauiga
uit. Cuius conſilio ⁊ etiam induſtria taȝ
naues quā omnes virgines regebantur.
Et ſic in nouam Chriſti militiam ab om
nibus coniuratur. Iuxta condictum igiṫ
triēnio per mare diſcurrunt: ⁊ omni ludo
rem genere ſe exercitātes: modo belli ꝑ
ludia incohant: modo fugā ſimulant: mo
do aliud fingūt: quod animo occurrebat.
¶ Tandem poſtꝙ̄ Urſula ad fideȝ ⁊ pu/
dicitiam omnes Chriſti virgines conuer
tiſſet: ſub vnius diei ſpatio flante proſpe
ro vento ad portum gallie: qui teila dici
tur applicantes: inde coloniam ſunt de
late: vbi angelus domini Urſule appari

dit: ⁊ predixit eas illuc integro numero reuerſuras: ⁊ coronas martyrij ꝑcepturas. Ad cuius admonitionem inde venerunt baſilicam: vbi relictis nauibus pedeſtres venerunt romam. Quas papa Cyriacus gaudenter ſuſcepit: qꝛ de terra earū erat: ⁊ multas ibi conſanguineas habebat: plurimaſqꝫ ex ipſis nondum baptizatas ſacro fonte perfudit: qui diuinam reuelationem in ſomnis accepit: vt cum ipſis relicto pontificatu diſcederet: ⁊ coronā martyrij cum eis acciperet. Et cum anno vno ⁊ mēſibus duobus ⁊ diebus viginti eccleſiam rexiſſet: inuitis cardinalibus ⁊ clero romano papatui reſignauit: ⁊ cum vincētio preſbytero cardiale ⁊ multis aliis virginum ſe collegio ſociauit. Et quia inuitis omnibus pontificatū reliquit: nomē eius de cathalogo pontificū clerus abraſit. ¶ Uidentes autem duo iniqui principes romane militie: ſcilicet maximianus ⁊ aphricanus: ꝙ per ſacras virgines multi ad eas vndiqꝫ concurrentes ad chriſtū conuertebantur: explorata earū via: miſerunt per litteras ad iulium cognatū ſuū ducē gentis honorū: vt apud coloniā cōtra eas exercitum duceret: vbi virgines cū ſociis trucidaret. Secuti ſunt autē eas vna cum ſummo pontifice predicto iacobus epiſcopus antiochenus: qui de britānia patria ſua veniens ſeptem annis ibidem ſedē tenuerat: ⁊ romanā curiam viſitare venerat. Mauritius quoqꝫ leuicanus epiſcopus auunculus babile ⁊ iuliane ⁊ follarius eps lucenſis cum aliis preſbyteris ⁊ clericis multis. His etiam occurrit ſponſus beate Urſule ethereus nomine patre ſuo iam chriſtiano defuncto ⁊ matre cum ſororibus baptizatis: qui diuinam iam reuelationē habuerat: vt ſpōſe ſue occurreret: ⁊ cum ea martyrū palmam ſuſciperet: qui ſecum de britannia ſocrum dariā adduxit cum paruula ſorore nomine florentina: ⁊ quendā clementem epiſcopum. His etiam ſe rome coniūxerat marcul⁹ eps grecie cū ſorore ſua cōſtātia filia dorothei imperatoris conſtātinopolitani: qui cuiuſdam regis filio nupſerat: ſed eo ante traductionem morte preuento virginitatem ſuam chriſto deuouerat. Omnes igitur virgines cū predictis epiſcopis ⁊ multis aliis coloniā redierunt: ⁊ ipſam iam ab hunis obſeſſam inuenerunt. In quas irruentes barbari velut in oues lupi: totam illam glorioſā multitudinem gladiis peremerunt. Sicqꝫ coronam martyrij perceperunt. Cum autem vidiſſent vrſule pulchritudinem: manum retraxerunt. Sed cum impio iuliano hunorum duce nollet nubere: nec idolis immolare: ille contemptum ſe videns: directa ſagitta eam in corde tranſfixit: ⁊ ſic illa ad dominū migrauit. ¶ Quedam autem virgo nomine corbula timore perterrita in naui nocte illa ſe abſcondit: ſed in craſtinū morti ſe offerens martyrij coronam ſuſcepit. Quarum corpora a fidelibus collecta: apud coloniam honore condigno tumulata ſunt: ⁊ honorabilis eccleſia cum notabile monaſterio virginum ad memoriam earū fabricata ſūt. Paſſe ſunt autem virgines vndecim milia cum ſociis earum duodecimo calēdas nouēbris: Circa annum domini. ccccl.

¶ De ſcō Hilarione abbe. C.LXXXIX

Hilarion abbas: cuius vitam hieronymus ſcribit: apud egyptū claruit: Qui ortus vico tabath: quod quinque milibus a gaza vrbe paleſtine diſtat: parentibus gentilibus chriſtianis ipſe vt roſa de ſpinis floruit. Sed alexādriam a patre miſſus in breui grāmaticam didicit: ⁊ in chrīm credēs: eccleſiā frequentare cepit. Audiēs aūt celebre nomē antonij: qđ ꝑ oēs egypti pplos ferebat: videndi eū ſtudio perrexit ad eremū: ⁊ ſtati mutato habi-

tu duobus mēſibus ſecum māſit: contē/plans ordinē vite eius moruꝫ grauitatē. Reuerſus autē cuꝫ quibuſdā monachis ad p̄riam: parentibuſqꝫ defunctis omnia pauperibus largitus eſt: nihil ſibi omnino reſeruans. Sicqꝫ annorum quindeci nudus ⁊ armatus in chriſto ſolitudinē ingreſſus eſt: ſacco tantum mēbra coopert⁹ quīdeciꝫ caricas poſt ſolis occaſuꝫ comedebat. Igiť a decimoſexto etatis ſue anno vſqꝫ ad vigeſimū eſtus ⁊ pluuias breui tugurio declinauit: qđ iunco texerat.

¶ Structa deinceps breui cellula longitudine pedum quinqꝫ: latitudine paulo ampliore quam eius corpuſculum patiebat: vt ſepulchrum potius q̄ꝫ domum crederes habitauit in ea. Capillos in anno die paſche ſemel totondit: ſuper nudā humuꝫ vſqꝫ ad mortem cubauit. Saccū quo ſemel idutus fuerat nunq̄ꝫ mutauit: nunq̄ꝫ lauit: orationi ⁊ pſalmodie iugiter inſtabat ab anno.xxi.incipiens tribus annis ⁊ dimidio lentē aqua frigida madefactum comedit: deinde triēnio panem aridum cum ſale ⁊ aqua: deinde per annos nouem ſex vncias hordeacei panis ⁊ coctum modicum olus in cibo habuit: ſed laſſus egritudine oculorum oleum adiecit. Et in tali ieiunio vſqꝫ ad ſexageſimū quartuꝫ etatis ſue annum perſeuerauit. Abinde vero vſqꝫ ad annū.lxxx. pane abſtinuit incredibili feruore mentis accenſus. Fiebat autem ei ſorbitiuncula de farina ⁊ cōminuto olere in cibo ⁊ potu vix v. vncias appendētibus. Nunq̄ꝫ ante ſolis occaſum guſtauit: neqꝫ vlla ſolēnitate ieiuniuꝫ ſoluit. ¶ Igitur potentiſſimus miraculis ⁊ ſanctitate incomparabilis octogeſimo etatis ſue anno cum eſſet abſens heſychius: qui eū familiariſſime colebat: in teſtamēti vicem breuem ſcripſit epiſtolā: oēs diuitias ſuas ei derelinquēs. Euāgeliū videlꝫ tunicā ſaccinā: cucullā ⁊ palliolum. Et poſtq̄ꝫ annis.lxv. deo ſeruierat ad extrema deueniēs ſpm̄ emiſit duodecimo calendas nouembris. Statim corpus eius humo obrutuꝫ eſt: q2 ſic ipſe omnes qui ad egrotātem venerat adiurauit. Quod poſtq̄ꝫ heſychius paleſtine audiuit perrexit cyprū: ⁊ corpus eius furatus poſt menſes.x.in paleſtinam nauigio detulit: ⁊ in antiquo monaſterio condidit: illeſis tunica ⁊ cuculla: corporeqꝫ immēſis odoribus refragrante.

¶ De ſcō Aſterio marty. Cap. XC.



Aſterius martyr rome paſſus eſt: ſub alexandro imperatore: qui a beato calliſto papa p̄ſbyter ordinat⁹ fuit. Et poſt eius paſſionem corp⁹ eiuſdē pontificis cum clericis ſuis rapiēs ſepeliuit: vt dcm̄ eſt vt ſupra in paſſione calliſti pape pridie idus octob2. Poſt dies aūt q̄nqꝫ alexāder iperator hoc audiēs tenuit aſteriū preſ byterū: quē p̄cepit per pōtē in tyberim p̄cipitari. Cuius corpus apud hoſtiā repertuꝫ: ⁊ in eadem ciuitate a quibuſdam chriſtianis ſepultum eſt.xij.calen. nouembris.

¶ De ſcō Viatore confeſſore. Cap. XCI.

Viator confeſſor ordinē lectoris tenuit: ⁊ ſancti iuſti lugdunuꝫ ep̄i comes fuit: Qui cū eodē ep̄atum deſerente nauē cōſcendit: ⁊ ad egyptū nauigauit: atqꝫ ei i eremo ſedule miniſtrauit: vt dictū eſt ſupra in eius legenda pridie idus octobris. Quo decedēte ⁊ ipſe poſt dies.vij. ꝑut ipſi ſcūs iuſtus p̄dixerat: eū ad celos ſecut⁹ eſt. Nā ⁊ quieuit i pace.xij.cal. nouēbris. Quorū amborum corpora a ciuibus lugdunenſibus ex inde ſublata ad eorum ciuitatem relata: ⁊ in eccleſia ſanctorū.vij. machabeorum condigno cultu poſita ſūt iiij.non̄.

quarto noñ. ſeptembꝛis.

❡ De ſcā Salome diſcipula. Ca. XCII.

Salome diſcipula xp̄i fuit. Que tp̄e dominice paſſiōis cum reliquis ſanctis feminis ad crucē aſtitit ⁊ circa eius ſepulturā ſolicita fuit. De qua theophilus ⁊ chryſoſtom⁹ dicūt: ꝙ hec fuit mater filioꝝ zebedei: qḋ origenes ſimiliter opinat̄. Unde ſm̄ iſtos cum dicit̄ in euāgelio marci. Maria iacobi minoris ⁊ ioſeph mater: ⁊ ſalome: ⁊ iterum maria magdalene ⁊ maria iacobi ſubaudi minoris: ⁊ ſalome: tūc iſtud nomen ē nominatiui caſus ⁊ eſt nomen mulieris: Alij dicunt ꝙ eſt caſus genitiui: ⁊ eſt nomē viri: ꝙ ſcilicet fuit vna alia maria vxor ſalome: Hieronym⁹ tamē in ſuo martylogio tradit eam mulierē fuiſſe: ⁊ in pace apud hieroſolymā quieuiſſe. xj. calen. nouembꝛis: vt ado dicit.

❡ De ſcō Marco ep̄o ⁊ mar. Ca. XCIII.



Marcus ep̄s ⁊ martyr apḋ hieroſolymam paſſus eſt. Hic clariſſimus ⁊ doctiſſimus vir: primus fuit ex gentib⁹ q̇ poſt ep̄os ex circūciſiōe eccleſiā hieroſolymorū regendam ſuſcepit: de quib⁹ ſupra eſt habitū in legēda zachei ep̄i. x. cal. ſeptēbꝛis. Sacerdotiū igit̄ illius ciuitatis ſancte ſuſcipiens: nō multo poſt pro cōfeſſione xp̄i martyrio ꝯſumatus: victorie palmā ꝑmeruit. xj. cal. nouēbꝛis. Hec ado.

❡ De ſcō Melanio ep̄o. Ca. XCIIII.

Melanius ep̄s tp̄e valeriani ⁊ galieni īperatoꝝ claruit: apḋ ciuitatē rothomageñ. Qui de maiori britānia exortus cū eēt gentilis romā venit vt patrie tributum ſolueret: ⁊ imperatori deſeruiret. Cum autem veniſſet ad templū martis vt ibidē cum ſocijs ſacrificaret: cōuerſus eſt a ſancto ſtephano papa ⁊ martyre ibidē predicāte: ⁊ ab eodē baptizatus ipſi adheſit. Quē ille per oēs gradus eccleſie ad ſacerdotiū vſq; ꝓmouit. Qui ⁊ fideliter in omnibus ordinibus dn̄o deſeruiuit. Cumq; die quadam pontifex celebraret: ⁊ ei melani⁹ miniſtraret: angelus domini a dextris altaris extitit: quē vterq; illoꝝ vidit. Qui ⁊ finita miſſa baculum melanio dedit: ⁊ eū vrbi rothomagenſi a deo electum epiſcopum nūciauit: ⁊ vt illuc ad predicandum accederet mandauit: chriſtumq; ipſi ductorē futurum ꝓmiſit: ſtatimq; diſparuit. Melani⁹ ergo cōtinuo accepta benedictiōe a papa diſceſſit: ⁊ chriſtum itineris ducē habuit. Ueniens aūt antiſſodoꝝ inuenit hominē qui caſu bipēni ſibi pedem in duas partes diuiſerat. Quem baculo quē ab angelo acceperat tetigit: ⁊ ipſū ſine mora ſanauit. Ueniens aūt rothomagū ꝑdicatiōis officio fideliter inſtitit: ⁊ miraculis clarens fere totum populū ad xp̄m cōuertit: ⁊ miniſteriū ſuū implens in domino quieuit xj. calendas nouēbꝛis. Sepultuſq; ē in eccleſia rothomagenſi.

❡ De ſcā Melania maiore. Ca. XCV.

Melania maior apud hieroſolymā claruit tempore valentis imperatoris vt dicit heraclides. Hec nobiliſſima ciuis romana filia quōdam marcelli cōſulis vrbano eius filio vnico pretore in vrbe relicto hieroſolymā nauigauit: ibiq; tantis virtutib⁹ ⁊ humilitate refulſit: vt thecle nomē acciperet. Fuit enim vxor venerabilis viri: que annorum. xxij. exiſtens vidua: relicta patria ⁊ filio: vt dictum eſt: cū certis pueris ⁊ puellis: omnibus ſuis in naui poſitis: primo alexandriam nauigauit: ibiq; omnibus diſtractis ſanctos patres in ere/

mo reuiſit.ſ.pambonem:ſerapionem: pãnutium:iſidorum:⁊ dioſcoruꝫ:apud quos ſex menſibus manſit: ⁊ eis neceſſaria miniſtrauit. Cum autẽ prefectus alexandrie predictos viros domini cum quibuſdam epiſcopis paleſtinam in exiliuꝫ mitteret. Melania in habitu viri eos ſecuta ẽ. Qđ audiens conſularis paleſtine: vt eam terreret:in carcerem miſit: ſed eius nobilitatem comperiens:eaꝫ protinus relaxauit: deditq; ei licentiam:vt quocũq; vellet ad ſanctos pergeret viſitandos. Illis vero ab exilio reuocatis:melania hieroſolyme remanſit:habens ſecum rufinũ aquileie preſbyteruꝫ: per cuius manus ipſa epiſcopis ⁊ clericis ac peregrinis de ſuis facultatib⁹ miniſtrabat:⁊ in talibus operibus per annos.xxvii.perſeuerauit. Cuius ſanctis orationibus filius eius vrbanus in ſanctitate creuit:⁊ nobiles nuptias contrahẽs: duos filios catholicos ⁊ deuotos procreauit:qui etiam matri ſue plura dona mittebat: vt ſanctis elemoſynis vberi⁹ inſiſteret. Hec apud hieruſalem monaſteriuꝫ conſtruxit: in quo virgines quinquaginta deo ſeruiẽtes poſuit: in quo ⁊ ipſa etatis ſue anno lxix.in pace requieuit.

¶ De ſcã Melania iuniore. Ca.XCVI.

Melania iunior cuius predicta melania fuit auia: pfati vrbani pretoris extitit filia: in vrbe roma procreata. Que cuꝫ inuita a parentib⁹ nuptui tradita fuiſſet: ⁊ duos filios quos genuerat: nece amiſiſſet:cepit pulſare virum de caſtitate ſeruanda:aut de licentia peregrinandi ſibi concedenda. Qui licet diutius recuſaſſet:licentiam tandem deo inſpirante conceſſit: ⁊ omnes veſtes ſericas in pallia altarium dedit: reliquas per eccleſiarum ornamenta diſtribuit: auruꝫ omne ſuum ⁊ argentum per manus pauli preſbyteri diſcurrentis continue per egyptum thebaidem antiochiam:paleſtinaꝫ: hieroſolymaꝫ:⁊ alia loca ſancta: deſtinauit:ſeruos ⁊ ancillas manumiſit poſſeſſionibus pluribus venditis precium pauperibus diuiſit:ceteras in ſubſidium monaſteriorum retinuit. Sicq; per vxorem cõuerſus in virum alteruꝫ mutatus:mira penitentia ſe affligebat: ⁊ poſt alteruꝫ diem ſemper cibuꝫ ſumebat. ¶ Melania vero in poſſeſſionibus ſuis cenobium conſtruxit:vbi cum.xv.eunuchis ⁊.xl. virginib⁹ ⁊ aliis ancillis ſuis libertati traditis deo ſeruiuit. Parem quoq; vir ſuus cuꝫ.xxx.monachis vitam duxit:vterq; ipſoꝝ ieiuniis: lectionib⁹:⁊ orationib⁹ vacans. Sicq; ſancta dei melania bone auie imitatrix effecta:plena virtutibus in pace quieuit.

¶ De ſanctis munilione ⁊ eleida virginibus ⁊ martyribus. Ca. XCVII.

Munilio ⁊ eleida virgines ⁊ martyres apud ciuitatẽ oſtiaꝫ paſſe ſunt. Que pro confeſſione chriſti diuturna cuſtodia macerate: atq; deinde capitali ſñia punite:precioſum martyriũ celebrarunt.xi. calen.nouembris:vt dicit ado.

¶ De ſanctis Seruãdo ⁊ Germãno martyribus. Ca. XCVIII.



Seruãd⁹ ⁊ germãnus martyres apud hiſpaniam paſſi ſunt ſub preſide viatore: qui poſt dira verbera ⁊ ſqualorem carcerum: ⁊ ſitis ac famis iniuriam: ⁊ longiſſimi itineris laborem: quem onuſti ferro iubẽte eodem preſide pertulerant. Nouiſſime martyrii ſui curſuꝫ gladio ceſis ceruicib⁹ impleuerunt. Ex quibus germanus apud emeritam ciuitatẽ iuxta beatã eulaliaꝫ ſepultus eſt. Seruãdus vero apud hiſpalenſe oppidum iuxta ſanctas iuſtam ⁊ rufinã

conditus eſt. Paſſi ſunt aūt ſancti martyres. x. calendas nouembris.

¶ De ſancto Seuerino epiſcopo ⁊ confeſſore. Ca. XCIX.



Seuerin⁹ epūs colonieñ. apud ipſam ciuitatem claruit. Qui effrate cuidaȝ heretico ſucceſſit. Nā vt ſcribitur in geſtis ſancti ſeruatij: de quo ſupra actum eſt. iij. idus maij: duȝ ei reuelata fuiſſet deſtructio vrbis treugrenſis ⁊ prelati ac principes ipſ romam pro legatione deſtinarent: reſpōdit ſeruatius: iter non eē tutuȝ: niſi effrata hereticus ab epiſcopatu deponeret. Illico congregata ſynodo epiſcopoꝝ apud coloniam aggrippinā. Effrata hereticus iudicio ſynodi condēnatus deponit: ⁊ ſeuerinus ordinatur. Dum aūt ſeruatius rediret ab vrbe apud coloniam a ſeuerino ſuſceptus eſt. Qui dum nocte oraret: ſeuerinus columnā ignis ſuper caput eius aſpexit: que paulatim vſqȝ vt ſe venit: in quo loco ſeuerin⁹ eccleſiā edificauit: quā ⁊ portam celi appellauit. Quieuit autē ſanctus ſeuerinus in dn̄o. x. cal. nouēbris.

¶ De ſcō Seuerino boetio mar. Ca. C.

Seuerinus martyr q̄ ⁊ boetius pro veritate interfect⁹ ſub iſto nomine in cathalogo martyrū ſcribitur: dict⁹ ſeuerinus a ſeueritate iudiciorum. Hic vt dicit ſigibertus: gener fuit ſymmachi patricij vir nobilis roman⁹: vir conſularis conſpicuus: mira lingue eruditione politus: ⁊ liberaliuȝ artium: quas pene omnes a greco in latinū tranſtulit plenius eruditus. Cuius vxor helphes nomine rhetorica ⁊ poetica ſcientia inſignis: hymnos apoſtoloꝝ felis per oēs: ⁊ aurea luce cōpoſuit. Hic tempore theodorici regis longobardoꝝ: qui fuit imperāte zenone circa annum domini. cccclxxvj. dum dicto regi rempublicā inuadēti boetius reſtitiſſet: apud eum dolo accuſatus cuȝ pluribus alijs proſcriptus ⁊ in exiliuȝ miſſus eſt. Inde reductus Papie icarcerat⁹ eſt: vbi librum de philoſophica conſolatione cōpilauit. Tandem ab eodeȝ theodorico rege in carcere interfectus eſt: anno dn̄i cccccxxj. x. calen. nouēbris. Sepultuſqȝ in ipſa papienſi ciuitate in eccleſia ſancti petri ad celuȝ aureum: vt martyr ab eccleſia digna veneratione celebrat. ¶ Hic philoſophus eximius diuina ⁊ humana ſapiētia pollens: multa nobis ingenij ſui documenta dereliquit. Scripſit eniȝ libros de trinitate. De vnitate ⁊ vno. De ente ⁊ eſſentia. De duabus naturis ⁊ vna perſona chriſti. De hebdomadibus. De cōſolatione philoſophica lib. v. De ſcholaſtica diſciplina. Topicorū libros. Ariſtotelis libros quos habet bibliotheca latina: oēs fere de greco in latinū conuertit ſermoneȝ. Scripſit ⁊ volumē de muſica. De arithmetica. Cathegoricoꝝ. Syllogiſmoꝝ: ⁊ hypotheticorum. De deitate ad ioānem romane eccleſie diaconum. De eiectione primi parentis ⁊ reſtauratiōe humani generis per incarnationē ⁊ paſſionē xp̄i. Aduerſus eutychianos ⁊ neſtorianos atqȝ azephalos d̄ incarnatione dn̄i. Item contra arrianos: eunomianos ⁊ apollinariſtas libros fortet ⁊ eoꝝ hereſim confutantes.

¶ De ſancto Theodorico preſbytero et martyre. Cap. CI.

Theodoric⁹ p̄ſbr̄ ⁊ martyr apd̄ antiochiā paſſus ē tp̄e iuliani apoſtate īpatoris: ſub p̄fecto ⁊ auūculo ſuo iuliano. Cū eni a p̄dcō p̄fecto eccl̄ia antiochenoꝝ ſpoliata eēt: ⁊ xp̄iani vbiqȝ diſp̄ſi fuiſſent. Hic i eccl̄ia p̄māſit itrepidus. Qui ab eo teneri iuſſus: poſt equuleū ⁊ m̄ltos ac duriſſios cruciat⁹ ēt lāpadib⁹ cir-

ca latera inflāmatus eſt. Sed faculis diuina virtute reſtinctis: milites qui eas tenebant: angeloꝝ aſpectu territi in faciē corruerunt. Cūq; perfectus quoſdā chriſtianos occultos illoꝝ miniſterium ſupplere iuberet: ⁊ illi hoc facere recuſarent: prefectuſq; ipſos examinans chriſtianos repperiſſet: iuſſit eos in pelagus demergi. Quos ſcūs martyr hortabat vt ipſum ad gloriaȝ precederent. Nouiſſime autē dum iuliani apoſtate: quē apud p̄ſidem diuina vltio puniuit iteritum p̄diceret: occiſiōe gladij martyriū conſumauit. x. calē. nouembris.

¶ De ſanctis felice epiſcopo ⁊ ſocijs martyri. Cap. CII



Felix epiſcopus ciuitatis tubaboceñ. audax ⁊ ianuarius preſbyteri. Fortunatus ⁊ ſeptius lectores tēporibus diocletiani iperatoris īuenuſia ciuitate apulie paſſi ſunt. Qui a quodā magnoliano curatore detēti multis diebus vinculis ⁊ carceribus in aphryca ⁊ in ſicilia macerati: tādē occaſione gladij martyrio coronati ſunt nono calē. nouembris. Ex quibus felix epiſcopus annoꝝ qūquagintaſex virgo ⁊ martyr ad chriſtū duplici cū palma migrauit. Quoꝝ corpora intra carthaginenſem ciuitatem ⁊ vticeñ. ſepulta ſunt.

¶ De ſancto Martino abbate. Cap. CIII

Martinus abbas apud campaniam claruit tempore iuſtini iunioris auguſti. Qui in monte maſſico ſolitariam vitaȝ duxit: multiſq; annis in ſpecu anguſtiſſimo incluſus fuit. Mox autem vt ſe in predicti montis foramine contulit: ex eadē petra aque ſtilla prorupit: que ſibi ⁊ in vſu quotidiano ſufficeret ⁊ nec plus adeſſet: nec neceſſitati deeſſet. Quod antiquus hoſtis: vt eū ex antro illo depelleret: amicā ei beſtiam ſerpentē ingreſſus cepit in ſpelūca inueniri ſolus cū ſolo: eoq; orante ſe ante illum ſternere: ⁊ cum cubante pariter cubare. Sed vir dei omnino imperterritus eius ori manum vel pedem extēdebat: ſed ipſum tamē ſerpens percutere non audebat. Et cuȝ hoc quotidie per trienniuȝ ageretur: die quadam inimicus eius fortitudine victus ſe per deuexum montis latus in precipiciū dedit: omniaque loci arbuſta flamma ex ſe p̄deunte concremauit: vt p̄ hoc conſtaret quis fuerat ꝙ ab eo victꝰ abſcedebat. ¶ Hic ſanctus vir primo incluſionis ſue tempore decreuit: vt vltra mulierem nō videret: ne ex contemplata ſpecie tentationem icurreret. Quod quedam mulier audiens audacter ad ſpecū eius aſcendit: vt eius propoſitum frangeret. At ille paulo longius intuēs: ⁊ muliebria veſtimēta conſpiciens: in terram faciem depreſſit: ⁊ eo vſq; in orationē proſtratus iacuit: quouſq; ipudens mulier inde fatigata diſceſſit. Que die eodem mox vt de monte deſcendit vitam finiuit: eo ꝙ virum dei auſu improbo contriſtauit. ¶ Cum autē ad eum multi ex deuotione concurrerent: ⁊ ſemita que ad eius ducebat cellulam artiſſima foret: puer paruulus incaute gradiens ex monte cecidit: ⁊ vſq; ad vallem in profundiſſimo ſitā ruit. Perturbati oēs ꝗrere ceperunt ſicubi corpus lapſi pueri potuiſſet inueniri. Qui tandeȝ in valle inuētus eſt non ſolum viuus: ſed etiam membris omnibus illeſus. Sicq; omnibus innotuit: ꝙ hunc in caſu ſuo martini oratio portauit. ¶ In ſpecu vero illius magna deſuper rupes eminebat: que martini celle prominens: caſu ſuo imminente: illius interitum minabatur. Ad hunc maſcator nepos illuſtris viri armentarij veniēs cū multis ruſticis orabat: vt vir dei de ſpecu exiret: donec ipſe ruituram rupeȝ de mō-

te euelleret. Qđ vir dei facere nō acquie-
uit: ſed illi quod poſſet: vt faceret: p̄cepit.
Itaqꝫ dum illoꝝ multitudo conaret̄ ſine
periculo ſancti viri illud ingens ſaxum le-
uare: repente cunctis videntibus moles
ipſa a laborantibus euulſa: ne ſpecū marti
ni tangeret ſaltum dedit: ⁊ quaſi ſerui dei
leſionem fugiēs longius cecidit. Qđ ange
lico miniſterio actum fuiſſe vnuſquiſqꝫ
cognouit. Hic dum prius in eodeꝫ monte
ſe contulit: catena ferrea ſibi pedem liga-
uit: eāqꝫ ſaxo ex altera parte affixit: ne vl-
tra ei progredi liceret: q̃ cathene longitu
do tendebatur. Quod beatus benedictus
audiens: eidem dicendo miſit: vt ſi ſeruꝰ
eſſet dei: non eum teneret cathena ferri:
ſed cathena xpi. Ad quam vocē martinus
compedem ſoluit: ſed tamen nunq̃ vltra
q̃ cathena extendebat̄ pedeꝫ mouit. Qui
poſtmodum ibidē incluſus diſcipulos cō-
gregauit. Qui ab eius ſpecu ſeorſum habi
tantes aquaꝫ ex puteo hauriebant: ſed fu-
nis in quo ſitula pendebat ſepius frāgeba
tur. Unde factum eſt: vt cathenam quam
ex pede ſuo vir dei ſoluerat: funi ſitule al-
ligarent: ex quo iam tempore contigit: vt
funis quotidie tingeret̄: ⁊ nullatenus ex
tactu cathene illius de cetero rumperet̄.
Quieuit autem in pace vir domini nono
calendas nouembris. Hec gregorius ter-
tio dialogorum ca. xvj.

¶ De ſcō Maioro epō. Ca. CIIII.



Maiorus
epiſcopus apud inſulā
ſargiam britannie cla-
ruit. Hic ex eadem ꝓ-
uincia ortꝰ: genere no
bilis: ſocius ſancti ſam
pſonis: eideꝫ in dolēſi
archiepiſcopatu ſucceſ
ſit. In quo dum verbis ⁊ exemplis popu
lum domini laudabiliter paſceret: ab an-
gelo in ſomnis monitus: epiſcopatui ceſ-
ſit: ⁊ buducum ſibi ſubſtituens heremuꝫ
petijt: ⁊ ſolitariam vitam annis pluribus
duxit: deinde plurium monachorum pa-
ter effectus eſt. ¶ Qui comitem quēdam
ditiſſimuꝫ: qui ſeptennio leproſus fuerat:
contactu ſuo a lepra mundauit. Comes
autem pro gratiarum actione medietatē
vnius ſue poſſeſſionis viri dei mōaſterio
conceſſit. Sed cum dicta poſſeſſio auibꝰ ⁊
piſcibus abūdaret: mox aues omnes ⁊ pi-
ſces dimiſſa medietate: quam ſibi comes
retinuerat: ad aliam viri dei medietatem
tranſierūt. Quod cernens comes ad ſua-
ſum vxoris medietateꝫ cenobio cōceſſaꝫ
cum ſua ſibi retenta cōmutauit. Iterūqꝫ
piſces ⁊ volucres ad medietateꝫ ſancti cō
mutataꝫ ſe tranſtulerunt. Quapropter co
mes poſſeſſionem integram monaſterio
largitus eſt. ¶ Famulum quēdam ſuum:
qui dum piſcaretur: in mare cadens neca
tus fuerat: oratione ſua a mortuis ſuſcita-
uit: ⁊ ab vndis ad littus incolumē eiectū
reduxit. ¶ Cum fames valida omneꝫ bri
tanniam occuparet: ⁊ ipſe ex pietate oēm
populum ad ſe venienteꝫ reficeret. Iāqꝫ
ex tali largitione victualia monaſterio de-
ficerent: pueri quidam ex monachis me-
ridie ad littus maris accedentes: lectio-
nes ſuas repetituri: nauem antiquam in
littore ⁊ vetuſtate derelictam: pueriliter
intrauerunt: quam ſubito mare concre-
ſcēs rapuit: ⁊ ſine remo vel remige alioqꝫ
adminiculo quoqꝫ vna cum pueris ſaluis
ad oppoſitam inſule ripam ſubito deue-
xit: Maioro pueris apparente: ⁊ nauem
tenui baculo gubernāte. Ad quod ſpecta-
culum rex prouincie cū omni populo oc-
currens: ⁊ a pueris qui eſſent: aut quomō
adueniſſent audiens: nauem victualibus
⁊ diuitijs refertam remiſit: quaꝫ ſimiliter
virtus diuina: vt prius ad proprium locū
reduxit. ¶ Cum normani totam inſulam
deuaſtarent: ⁊ populus inermis ad ſan-
ctum confugiſſet: ille baculo rupem per-

cuſſit: ⁊ in manuales lapillos diuiſit: quibus populus hoſtes in ſe irruētes oppreſſit: eoſq̃ in mari fugatos ſe precipites dare compulit. ¶ Hic virgo perpetuo pmanens: pane hordeaceo ſolo contentus: feria quarta ⁊ ſexta nullum capiebat cibū: ⁊ ſemper ferebat cilicium. Cui in vigilia paſche oranti: ter angelus apparuit: eiq̃ obitus ſui diem prenunciauit: de cuius manib⁹ ſanctus vir euchariſtiā tertia vice viſibiliter ſumpſit: ⁊ .ix. calē. nouēbris: vt audierat: ad xp̄m migrauit.

¶ De ſcō maioro martyre. Ca. CV.



Maiorus martyr ſeruus generoſi ⁊ nobilis viri tyburtine ciuitatis paſſus eſt perſecutione vandalica ſub hunerico rege. Qui primo fuſtibus quaſi innumerabilib⁹ ceſus: trocheis frequētibus eleuatus: aliqñ ictu celeri dimiſſus ſuper lapides ⁊ ſilices corruebat. Sed ⁊ plures plagas lapidibus confricatus: dum iam viſera pelle nudata eſſent: ⁊ ipſe ad ſingula conſtantior appareret: nouiſſime gladio ceſus ē: ⁊ apud eādem vrbem ſepultus.

¶ De ſanctis Chryſantho ⁊ Daria martyribus. Cap. CVI.

Chryſanthus ⁊ Daria virgo ⁊ martyres ambo rome paſſi ſunt ſub imperatore numeriano: qui chryſanthus alexādria ortus: cū p̄re polemio illuſtriſſimo romam veniens ab eodem liberalibus ſtudiis traditus: cum eſſet ardentiſſimi ingenii omnibus ſcientiis mundanis eruditus eſt. Et dum vniuerſa librorum volumina ex curioſitate diſcuteret: ⁊ ad libros chriſtiane fidei perueniſſet cepit querere: quis ei diuinas litteras exponere poſſet. Tandem a quodam chriſtiano ſecretiſſime ad carpophorum preſbyterū adductus eſt: qui perſecutionis atrocitate ſeuiēte: in ſpecu montis occultatus: vix poterat a paucis fidelibus viſitari. A quo chryſanth⁹ diuinis litteris imbuitur: ⁊ conuerſus ad chriſtū: ſacro fonte pfunditur: ⁊ catholica fide diligēter inſtructus: poſt .vij. dies baptiſmati ſui xp̄m dn̄m voce publica cōfitetur: ⁊ deos deaſq̃ romani populi demones eſſe poteſtatur. Quod audiens pater eius nunciantibus propinquis: cum ab imperatore plurimū honoratus eſſet: ⁊ dignitatē amittere formidaret: fecit filiū in tenebroſo carcere recludi: ⁊ cibo paruiſſimo ſuſtētari. Quod vir dei ad exercitium potiuſq̃ ad ſuppliciū ſibi dicebat inferri. Sed quidā ex attinentibus patri conſuluit: vt ſi filiū ab hac ſuperſtitiōe volebat eripere: elegātiſſime puelle coniugio traderet: vt dum diſceret eē maritus: obliuiſceretur eē chriſtianus: eo q̄ afflictiones illatas: chriſtiani ſibi ad gloriam reputabant. ¶ Tūc polemius triclinium ſericis veſtibus ſtratū preparauit: ⁊ chryſanthum precioſis veſtibus induit: ⁊ .v. puellas ſpecioſas ⁊ ornatas ex ancillis ſuis eidem aſſociauit. Iubens quotidiana conuiuia affluentib⁹ dapibus exhiberi: filiumq̃ ſuum blanditiis ⁊ amplexibus puellarum ſeduci. Qui dū oraſſet ad dn̄m: ne a fera .ſ. carnali concupiſcentia ſuperaretur: continuo predicte puelle ſomno oppreſſe: nec cibū nec potum ſumere poterant: ſed educte exteri⁹ ſtatim euigilabant. Iterumq̃ in tricliniū introducte graui ſopore dormitabant. Cū autem polemius ex hoc ad mortem doleret: ⁊ amici eius hec omnia magie imputarēt: eidemq̃ conſulerent: vt eruditam aliquam iuuenculam ſpecioſam ad eū introduceret: quam ille incantationib⁹ chriſtianorum minime ſuperare poſſet. Da-

ria virgo prudentiſſima ꝛ eloquētiſſima: ac ſuper omnes ſpecioſa: dee veſte dicata eligitur: ꝛ ornatiſſimis veſtibus induta a patre rogatur: vt ad iuuenem ingrediēs: eum diis ꝛ patri reſtituat ſibiq; maritum acquirat. Que gemmis ꝛ auro radians ad chryſanthum ingreditur: tantaq; eū eleganti̇a ſermonis alloquitur: vt ſi eſſet ferro durior: plumbo mollior redderetur. Dum autem eam chryſanthus de pompa veſtium argueret reſpondit: ſe non propter pompam; ſed vt eum diis ꝛ patri lucrifaceret: ſic indutam. Cum iterū chryſanthus eam reprehenderet: quomodo pro diis idola coleret: que nec ſe nec alios cuſtodire poſſent: ꝛ que vinculis ferreis ꝛ plumbo coartata eſſent: reſpondit Daria: ꝙ he imagines propter vulgus ignobile formabātur: marmore ꝛ metallo: vt quos cultor mente ꝛ ſacrificiis colit: effigiata imagine oculis perſpicere poſſit. Tunc chryſanthus cepit perſcrutari: qui eſſent dii quorum imagines colebantur. Et cum ſaturnum comprobaſſet filiorum interfectorem. Jouem adulterum ꝛ inceſtuoſum ꝛ homicidiorū patratorē. Mercurium incantatorem. Herculem ſui ipſius occiſorem: ceteroſq; deos flagicioſos ꝛ eorum quemlibet malorum omniū inceſtorē: ꝛ per conſequens tales deos miſerrimos: nec coli debere: nec deos dici: credidit Daria ab eodē conuerſa amboq; ſancti ſpiritus copula vniti carnale matrimonium ſimulabant. Fecitq; chryſanth⁹ occulte in domo ſua dariam baptizari. Que intra paucos dies ſacris imbuta litteris: vna cum viro virginitatis perpetue votum emiſit. Et tam per chryſanthū multitudo virorum: quam per dariam multitudo conuertebatur feminarum. ¶ Quapropter excitata in vrbe ſeditione: chriſanthus a prefecto celerino comprehenditur ꝛ ſacrificare iubetur. Sed cum hoc recuſaret: tribuno claudio a prefecto traditur: vt diuerſis ſuppliciis immolare cogatur. Quem claudius dedit in cuſtodiam militibus ſeptuaginta. Qui neruis crudis eū conſtringunt: vt ſenſim ſe ſiccantib⁹ neruis ac oſſa eius vix pertingerent ligamēta. Sed ſtatim reſolutis neruis: iterū fortioribus nodis vincitur: ſed vincula continuo dirumpuntur. Deinde ab eiſdē pedibus in cippo mittitur: ſed repente ligno putrefacto cippus in puluerem vertitur. Que cum milites magicis artibus aſcriberent: lotione chryſanthum perfundere ceperunt: vt ab eo incantatiōes diluerent. Sed aqua mox putentiſſima in roſeum odorem conuerſa eſt. Deinde vitulum excoriauerunt: ꝛ corio illum nudum cinxerunt: ꝛ in ſole per horas plurimas poſuerunt. Sed corium nullā calefactionem ſentiens: in eadem viriditate permanſit. Jterum cathenis ferreis vincitur: ꝛ in carcerem obſcuriſſimū mittitꝰ. Sed lux ei nimia diuinitus eſt infuſa: ꝛ vincula ſunt reſoluta. Que cum milites claudio nunciaſſent: iuſſit ſanctum ad ſe adduci ꝛ nodoſis fuſtibus cedi. Sed fuſtes in manibus tenentium ſolidi quaſi ferrei erant: cum vero percuterent: quaſi plume molles fiebant. Quod videns claudius cum vxore hilaria ꝛ filiis iaſone ꝛ mauro ac ꝑfatis ſeptuaginta militibus crediderunt: ꝛ baptizati omnes coronam martyrii perceperunt: De quibus ſupra in eorum paſſione dictum eſt calen. decembris. ¶ Audiens hec imperator numerianus chryſanthum in carcere tuliano obſcuriſſimo ꝛ fetidiſſimo iuſſit recludi. Dariam vero ad publicum meretricum locum adduci. Sed continuo diuina miſericordia chryſantho lux diuina: ꝛ odoramenta ſancta preſtantur. Darie vero leo de cauea amphitheatri fugiens cuſtos eius virginitatis dirigitur. Qui ingreſſus celam: vbi virgo orans proſtrata iacebat: iuxta eā ſe poſuit: vt quaſi ſecum videretꝰ orare. Mittitꝰ

quidam nefandus: vt virginē corrumpat:
ſꝫ a leone captus in terram deijcitur: qui
ſine leſione eū tenens: ad ſanctam vultū
cōuertitur: ⁊ quaſi innuēs: quid de capti-
uo fieri iubeat: ſciſcitatur. Que ꝑcepit ne
ipſum in nullo lederet: ſꝫ ad ſe audiēdam
venire ꝑmitteret. Leo igitur eū relinqns
in hoſtio cellule ſe poſuit: vt nec ille poſ-
ſet exire: nec alius introire. Uir aūt ille vi
ſo diuino miraculo: ⁊ auditis ſermonibus
virginis: conuerſus ē ad chriſtum: ⁊ ꝑ vr-
bē diſcurrēs: deum chriſtianorum veruꝫ
omnium creatorē proclamabat. Mittun
tur venatores: vt leonē capiant: ſꝫ omnes
a leone capiūtur: ⁊ ſine leſiōe ante pedes
Darie deponuntur: ⁊ ab ea conuertuntur.
Tunc ꝑfectus in celle introitu copioſum
ignē iuſſit accēdi: vt leo cum Daria com-
burantur. Quod leo timēs: rugire cepit:
ſꝫ euꝫ virgo domini confortauit: quia nec
incendio cremaretur: neqꝫ ab alio cape-
retur: neqꝫ occideretur: ſꝫ morte ſua mo-
reretur: iubens vt ſecurus ꝑ ignem egre-
deretur: quia ille eum liberaret: queꝫ leo
in ſe honoraſſet. Tunc leo inclinato ca-
pite per medium ignis illeſus egreditur:
⁊ per turbas diſcurrens neminē leſit: nec
vllus eū exinde vnqꝫ cepit. ¶ Que omnia
dum imperator audiſſet: iuſſit celerino ꝑ
fecto: vt aut chryſanthū ⁊ Dariam ſacrifica
re compelleret: aut diuerſis penis afficere-
ret. Qui ſacrificare nolentem chryſantuꝫ
iuſſit equuleo ſuſpendi: ⁊ ardentes ei lam
pades applicari. Sed continuo ligna oīa
equulei comminuuntur: vincula rupta diſ
ſoluuntur: ⁊ lampades extinguunt. Qui-
cūqꝫ vero manum ad Dariam mittebant:
eorum nerui brachiorum ſtupebant. Qđ
duꝫ imperator a perfecto didiciſſet: ⁊ hec
omnia magicis artibus aſcriberet: iuſſit
eos in viam ſalariam deduci: ⁊ in harena
rio vtroſqꝫ deponi: ⁊ viuos terra ⁊ lapidi
bus obrui. Sicqꝫ inuiolati coniuges in fo
uea quaſi in vno lecto deponuntur: ⁊ ma-
gis ſepulturam qꝫ penam excipientes in
chriſti laudibus perſiſtentes: terra ac lapi
dibus obruuntur. Sicqꝫ chriſto martyres
conſecrantur: ⁊ in eodem loco vſqꝫ in pre
ſens digna celebratione venerantur: paſ
ſi ſunt autem. viii. calen. nouembris.

¶ De ſanctis criſpino ⁊ criſpiniano mar-
tyribus. Cap. CVII



Criſpin⁹

⁊ criſpinian⁹ martyres
fratres: paſſi ſunt in ci-
uitate ſueſſionenſi ſub
maximiano imperato-
re agente rictiouaro ꝑ-
ſide. Hi cū beato. Qui-
tino martyre ⁊ alijs plu
ribus ex vrbe roma egreſſi: ſueſſionum ve
nerunt: ⁊ ibidē peregrini habitare cepe-
runt: ibiqꝫ artē ſutoriam calceorum adi-
ſcētes: de labore manuum victum ſibi q̄-
rebant. Ad quos propter eoruꝫ artē mul
ti gētilium veniētes: ab eis conuerteban-
tur. Deniqꝫ a rictiouaro ꝑſide detēti inuē
ti ſunt calciamēta pauperum reſarciētes.
Qui dum chriſtum confiterētur: iuſſit eos
ꝑſes extēdi: ⁊ fuſtibus cedi: deinde ſudes
in eorum vngulis mitti: ⁊ corrigias ſingu
las de dorſis eorum tolli. Sꝫ orantibus
ſanctorum ſudes de manibus eorum exi
lierunt: ⁊ miniſtros ꝑcutiētes: quoſdam
eorum occiderunt: quoſdam vō exceca-
uerunt. ¶ Inde mandauit ꝑſes: vt liga-
tis molis ad colla eorum tēpore hyemis
in flumine axona velut ſub glacie merge-
rētur: ſꝫ eos nec aqua mergere: nec petre
deprimere nec frigus conſtringere potue
runt: quin proiecto onere ad ripam aliam
fluminis deuenerunt. Poſtmoduꝫ in plū
bo liquefacto deiecti: illeſi ꝑmanſerunt.
Uerum cum gutta plumbi in oculos pre
ſidis inſiliēs ipſum excecaſſet. Sanctos
martyres in picē ⁊ oleum ⁊ adipeꝫ ſimul
bulliētia iactari fecit. Quos orantes. An-

gelus domini noſtri ab igne illeſos edu-
xit. Vñ Rictiouarus iratus ſe in igne pre
cipitauit: ⁊ iuſto dei iudicio ſe cremauit.
Maximianus autē audita morte p̄ſidis:
die ſequēti ſanctos gladio puniri manda
uit. Qui decollati ſunt octauo calēdas no
uēbris. Quorum corpora beſtiis ⁊ auibus
deuoranda relicta: diuina prouidētia per
manſerunt intacta. Senex autē quidam
cum germana ſua vetula ab angelo mo-
nitus: corpora inde tulerunt. Venienteſ-
que ad fluuium arnonam in nauicula diui
nitus ibidē p̄parata ea poſuerunt: ⁊ con-
tra ictum fluminis ſine remo vel remige
deo duce ad locum ſibi oſtēſum peruene
runt: ⁊ ſanctorum corpora ſine vllo pon-
dere portantes: ita vt magis ipſi a corpori
bus portari viderētur: in quodam eorum
tugurio ſecreto ſepelierunt: Vbi pſecutio
ne ceſſante honor eis a chriſtianis conde
bitus impēſus ē: ⁊ Baſilica eorum nomi-
nibus fabricata.

¶ De ſctis q̄dragintaſex mar. Ca. CVIII

Quadragintaſex milites ro-
me paſſi ſunt ſub claudio i-
peratore. Qui audiētes: q̄
tryphonia regina quondā
vxor decii ad chriſtum cum
filia cyrilla conuerſa eēt: vt
dictum eſt ſupra in legēda ſancte trypho
nie decimoquinto calēdas nouēbris. Ve
nerunt ad iuſtinum p̄ſbyterum: ⁊ ab eo
baptiſmi gratiam petierunt: qui clerū ro
manum congregauit: vt ordinarēt epiſco
pum vrbis rome in locum ſancti ſixti pō-
tificis martyrizati. Qui oēs Dionyſiū pa-
pā elegerunt: ipſumque p manus maximi
epiſcopi oſtiēſis conſecrari fecerunt. Con
ſecratus autē dionyſius baptizauit predi-
ctos milites quadragintaſex a iuſtino pre
ſbytero ſibi oblatos. Audiēs hoc claudi-
us: iuſſit teneri milites ⁊ virginē cyrillam
olim Decii filiā. Et congregato exercitu
armato in palatio Saluſtii mādauit. xlvi.
milites ſibi p̄ſentari. Quos Chriſtū con
fitētes p̄cepit foras muros porte Salarie
duci: ⁊ in ciuitate figlina oēs capite cedi.
Quorum corpora iuſtinus ⁊ ioannes pre
ſbyteri noctu rapuerunt. ⁊ in via ſalaria
iuxta cliuium cucumeris cum aliis. cxxi.
martyribus ſepelierunt. viii. calē. nouēb.
Inter hos autē fuerunt quattuor milites
chriſti precipui. ſ. thedoſius: lucius: mar-
cus: ⁊ petrus.

¶ De ſcō Minyate mar. Cap. CIX.



Minyas
martyr paſſus ē ſub p-
ſecutione decii ceſaris
apud florētinam ciui-
tatē. Ad quam dū de
cius p̄ueniſſet: minya-
tē tētum: ⁊ ſibi p̄ſenta-
tum: ac ſacrificare no-
lentē: leopardo ferociſſimo ſubiici fecit.
Sz orante ſancto fera extincta ē. Deinde
ipſum nudum oleoq̄ perunctum in for-
nacē ardentē mitti iuſſit. Angelus autem
domini vt olim cum tribus pueris cū eo
deſcēdit: ⁊ flammam extinxit: ⁊ ſanctus
illeſus omnino p̄manſit. Tunc deci⁹ leo-
nē ei adhiberi p̄cepit: ſz ſigno crucis edi-
to leo interiit. Deinde mandauit eum in
equuleo leuari: ⁊ diutius torqueri: ⁊ poſt
modū inde deponi: ſudeſq̄ ligneas acu
tas ſub vngulis manuū ipſius affigi. Qui
ab angelo ꝯfortatus: omnia ſupplicia pa-
tiētiſſime tolerauit. Poſt hec iuſſit deci⁹
plumbum liq̄factum eius auribus inſtil-
lari. Cui tñ ipſe chriſtus in iuuenis ſpecie
candida veſte: vt ſol facie fulgēs apparuit
eumq̄ conſolatus ad tolerantiam ꝯſtan-
tius animauit. Inde mādauit ceſar aures
illius ferro p̄forari. Sz apparēte iterū ei
angelo quidā ex miniſtris eum vidēs cō
uerſus ē. Demum decius minyatē ad tē-
plum martis adduci fecit: ⁊ eidē auri ⁊ ar
gēti ac gēmarū quantitatē non modicā

obtulit: ſi ſacrificare vellet: eo ꝙ i ꝑm antiqua amicitia plurimū dilexiſſet. Dū aūt oino imolare recuſaret. Jubēte ceſare decollatus ē. viij. cal. nouēbris. Et ſepultꝰ eſt a xp̄ianis in ciuitate florentia. ¶ Sanctꝰ phridianus ep̄s florētinus eccleſiā minyatis martyris trans flumen arni poſitā ſepius viſitabat. Cum autem die quadam inundatiōe nimia flumen naui trāſiri nō poſſet: ⁊ naute quidam vltra flumē exiſterent: ſanctuſq; ep̄s tranſire curaret: nauteq; illi periculo poſtpoſito: beati martyris confiſi meritis ad ep̄m tranſuadandu; venire diſponerēt: ſubito ſe circa flumē inuenerunt: ⁊ ep̄m tranſportātes ſine periculo fluuiū tranſierūt. Tunc ſanctus ep̄s eiſdem per ſpiritū nunciauit ciuibus illis hoc a dō ſcm̄ minyatē obtinuiſſe: vt nemo ī aqua illꝰ fluminis necari poſſ;. Qđ vſq; hodie ita extitiſſe refert: vbi poſt modū ecclia i honore ſci phridiani ep̄i fabricata ē.

¶ De ſcō Phrontone ep̄o. Ca. CX.



Phrōto ep̄s apd̄ petragoricē ciuitatē claruit. Qui ex eadem vrbe oriūdus: a iuuētute deo deuotꝰ Rome a beato petro baptizatus: ⁊ ep̄s ordinatus: ad eande; ciuitatem cū gregorio preſbytero ad p̄dicandum miſſus eſt: verū poſt dies tres itineris mortuo gregorio: phronto ad petrum rediit: acceptoq; ipſius baculo ſup corpus defuncti illum poſuit: ⁊ ſociū excitatū de morte recepit. Sicut de hoc ſupra dictum eſt in paſſione petri apoſtoli. iij. calē. iulij. Ueniens aūt phronto ad ciuitate; petragoricā: verbo ⁊ exēplo multos ad xp̄i fidē cōuertit: ⁊. lxx. monachos ibidem ad ſeruiendu; dn̄o cōgregauit. Sed a p̄fecto ciuitatis ſquirio noie: p̄ſecutionē paſſus eſt: quia quos ipe baptizabat: ille decollabat. Unde ipſe ſumptis ſeminibus olerū: monachos ſuos aſſumpſit: ⁊ eremū deſertiſſimā petiit. Ueniens aūt ad locū ſuper fluuium dordonē: draconem ingente; ⁊ ſerpentū multitudinē ibidem habitantē: xp̄i virtute fugauit. Ibiq; cū fratribꝰ deo ſeruire cepit ⁊ olerū ſemina ſeminauit. Deficientibus vero eis cibis: angelus dn̄i ſquirio preſidi per noctē apparuit: ⁊ ei diuina; vltionem cōminat: niſi ſanctis viris ſubueniat pereuntibꝰ fame. Ille vero territꝰ amicos cōſuluit: ſ; quo ſancti dei abiſſent: penitus inuenire nō valuit. Poſt dies tres nocte iterū angelo eidē apparente plagis ꝑcuſſus eſt. Qui amicis iterū cōſultis. lxx. camelos cibis mōachoꝝ onerat: ⁊ dō phrōtonis eos cōmēdat. Qui duce dn̄o ad eremu; ſancti viri recto itinere peruenerūt. Sanctus aūt ep̄s onerum medietatē depoſuit: ⁊ cū reliquo camelos remiſit. Qui eade; via qua venerāt reuerſi ſunt ad dominum ſuū. Quod cernēs preſes in xp̄o credidit: ⁊ phrontonē inueſtigatum adiit: atq; gregorius ab eo vocatus ſacrum baptiſma ſuſcepit: eidēq; i eremo de cetero miniſtrauit. Sanctus aūt vir poſt multos labores in pace quieuit. viij. cal. nouēbris. Sepultus petragorice virtutibꝰ clarēs.

¶ De ſcō Demetrio martyre. Ca. CXI.



Emetriꝰ martyr apd̄ theſſalonicā ciuitatē paſſus ē ſub maximiano ip̄atore. Hic a ſua iuuentute xp̄ianus ⁊ deo ſeruiens nobilis fuit ciuis ipſius theſſalonice ciuitatis ⁊ miles ſtrenuus. Qui cū xp̄m dn̄m p̄dicabat: ⁊ multos ad fide; cōuertebat. Ingreſſus aūt imperator theſſalonicam: audiens de demetrio ipſu; comprehendi fecit ⁊ in carcerē mitti. Erat aūt cum imperatore gigas fortiſſimus ⁊ aſpectu terribilis noie libeus. Qui de mandato auguſti cum xp̄ianis dimicans: eos brachijs ad ſe conſtringens ad terram allide

bat: ſtatimqȝ ſpūm exhalabant. Multi ēt alij ab imperatore diuerſis penis affligebantur. Cuȝ aūt demetrius eēt in carcere poſitus: ſcorpionē iuxta pedes ſuos cauda eum pcutere ſatagentē vidit: quē edito crucis ſignaculo ſtatim extinxit. Cui oranti confeſtim angelus apparuit: atqȝ in xpo confortans: coronam capiti eius ipoſuit. Verū dum imperator cogitaret demetriū cum libeo experiri: Neſtor quidam chriſtianus ſe nocte ſancto demetrio obtulit dicens: ꝙ certamen hoc aſſumere deliberaſſet: rogans vt ſanctus martyr pro ſe dominum exoraret. Qui ab eo confortatus: die ſequenti impatori ſe pñtauit: ſeqȝ chriſtianum aſſeruit: offerens ſe cum libeo dimicare: ⁊ pro demetrio certamē aſſumere. ¶ Dum aūt imperator illum precibus retrahere nō poſſet: victori munera pmiſit. Neſtor igitur duelluȝ ingreſſus: libeū ad terram proſtrauit: ⁊ proſtratuȝ occidit. Imperator aūt hoc vidēs: ⁊ gigantē chriſtianoꝝ vltorem amiſiſſe dolens cōtra ei⁹ ſponſionē neſtorem a militia ſoluit: ⁊ de ciuitate eiecit: demetriuȝ quoqȝ: qui eius interfectiōis cā fuerat: iuſſit in carcere occidi. Milites autē ad carcerē venerūt: ⁊ gladiuȝ in ei⁹ pectore demerſerūt. Sicqȝ orans cū palma migrauit ad dn̄m. Cuius corpus a xpianis occultatū eſt ꝑpter timorem paganoꝝ. In quo loco deus mirabilia operabat: vbi cunctoꝝ egritudines ſanabant. Sed ꝓceſſu tpis a leontio xpiano de illyrico veniēte a loco in quo poſitum fuerat corpus ſancti martyris leuatū eſt: ⁊ digno honore cōditū: eccleſia eius nomini mire magnitudinis fabricata: vbi ⁊ qeſcit miraculis pollens. Paſſus eſt aūt ſm Uſuarduȝ. vij. cal. nouēbris: ſm adonem octauo idus octobris.

¶ De ſancto Euariſto papa ⁊ martyre. Ca. CXII.

Euariſtus papa ⁊ martyr natione grecus ex patre iudeo nomine iuda de ciuitate bethleeȝ: anacleto pontifici in epiſcopatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. x. menſes. vij. dies duos. Hic titulos in vrbe Roma preſbyteris diuiſit. Hic conſtituit: vt ſeptem diaconi eſſent in vrbe: qui cuſtodirent papam predicantem: propter ſtilum erroris: qui poſſet imponi epiſcopo ab emulis: ⁊ ſic a maliuolis infamaretur: ⁊ verbo diuino ab inſidiantibus detraheretur. Qui etiā ſemꝑ parati eſſēt ad obſequium prebendum in miſſaruȝ ſolēniis. Conſtituit etiā: vt cōiugium a parentibus publice fiat: ⁊ ſpōſe ſolenniter a viris ſpōſentur: ⁊ tradantur nuptui: ⁊ demum a ſacerdotibus benedicantur. Qui etiā ſub perſecutiōe traiani martyrio coronatus ē: ⁊ ſepultus ē iuxta corp⁹ beati petri apoſtoli in vaticano. vij. calē. nouembris. Hic fecit ordinationes tres per menſem decembriuȝ preſbyteros ſeptem: diacones duos: epiſcopos per diuerſa loca numero quinqȝ. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xxviij.

¶ De ſanctis Rogatiano et Feliciſſimo martyribus. Ca. CXIII.



Rogatianus preſbyter: ⁊ feliciſſimus martyres apd aphricam ſub deciū et valeriani pſecutiōe paſſi ſunt: ⁊ illuſtri martyrio coronati. De qbus beatus Cyprianus in epiſtola ad confeſſores rogatiano iuniori mētionē facit: eos magnifice cōmendās. Paſſi ſunt āt. vij. calē. nouēbris. Ex ado.

¶ De ſancto Frumētio epo. Ca. CXIIII.

Frumenti⁹ epus apud indiā claruit tpe conſtantij imperatoris. Fuerunt autē duo pueri romani xpiani. ſ. frumentius ⁊ hedyſius tēpo-

re conſtantini magni auguſti. Qui duꝫ ab
annis puerilibus eſſent xpiani: cuꝫ metro
pio quodaꝫ preſbytero eoꝝ magiſtro: in
terna indie ſuperioris locoꝝ orbis pſcru
tandi gratia penetrarūt. vbi nūqꝫ adhuc
xpi fuerat euangeliū predicatuꝫ: quia di
cto preſbytero litteris imbuebantur. Ro
manis vero tunc tpis pacis federa indis
violantibꝰ: cuncti qui de latinoꝝ populo
per totā indiam reperti ſunt: capti ⁊ truci
dati fuerunt. Inter quos pfati pueri ſub
arbore lectiones ſuas repetētes: a barba
ris cōprehenſi: vita illis remiſſa quia pue
ri erant: ⁊ regi indoꝝ ſunt pñtati. Quoruꝫ
alter rex. ſ. bedyſiuꝫ ſibi pincernā fecit: fru
mentio vero rōnes ſuas ⁊ ſcrinia cōceſſit.
Cum aūt rex ad mortē inſtaret: filio par
uulo regnū: pueris vero prefatis libertatē
reliquit. Quo mortuo: ad pces regine cuꝫ
filio paruulo: donec adoleſceret: pmanſe
runt. Frumentius igit̄ noīe paruuli regnū
gubernabat. Unde occaſiōe accepta: chri
ſtianos in vniuerſo regno cōuocauit: ⁊ ec
cleſias edificādi libertatē cōceſſit: xpmqꝫ
publice annūcians: multos de populo ad
fidem xpi conuertit. ¶ Sanctus vero be
dyſius ad tyrum italie ciuitatē ꝓuiſendis
parentibus abiit. Frumētius aūt ꝓperās
alexandriā venit: ⁊ athanaſiū tunc ipſius
vrbis epm rogauit: vt nouellis chriſtianis
epm delegaret. Athanaſꝰ aūt frumentiū
eundē epm ꝯſecrauit: ⁊ cū auctoritate ple
na pōtifici ad indos remiſit. Qui predica
tionis offm̄ in ipſa ꝓuincia fideliter admi
niſtrās: ⁊ multis ſignoꝝ ⁊ miraculoꝝ vir
tutibꝰ coruſcās: pene oēs ſupioris idie gē
tes ad xpm adduxit: plenuſqꝫ ſanctitate
in pace quieuit. vi. cal. nouēbris. Glorioſe
ſepultus in regia ciuitate.

¶ De ſcis Uincentio ſabi
na ⁊ chriſtina virginibus ⁊
martyribus. Ca. CXV.

Vincentiꝰ martyr ſabina et
chrīſtina ṽgines paſſi ſūt ibi
ſpania ciuitate abella ſub pſide daciano.
Qui prio i equuleo adeo ſunt extēti vt oēs
cōpages mēbroꝝ eoꝝ ſoluerent̄. Deide ca
pita eoꝝ lapidibꝰ ſuppoſita vſqꝫ ad excuſ
ſionē cerebri validiſſimis ictibꝰ ſunt cō
tuſa: atqꝫ in eoꝝ martyriū cōpleuerūt. vi.
calē. nouēbris: vt dicit ado.

¶ De ſctis Simōe ⁊ Juda aplis. Ca. cxxi.



Simō cha
naneus ⁊ iudas ſiue ta
deus apli: frēs germa
ni fuerūt iacobi minoris
⁊ ioſeph iuſti: filij ma
rie cleophe: que alpheo
nupta fuit. De quo ſu
pra dictuꝫ eſt in legēda
ſancte anne. vij. cal. auguſti. Judas aūt ad
abagaꝝ regem ediſſe miſſus fuit poſt dñi
aſcēſionē. Cū eni dictꝰ rex infirmitate ni
mia eēt oppſſus: audiēs de miraculis xpi:
tūc in iudea pdicātis: miſit ei eplaꝫ rogās
vt ad ſe venire dignaret̄: ⁊ eū ab īfirmita
te curaret aſſerēs eū dei filiū: cū tñ adhuc
eēt gētilis. Cui ieſus ꝑ eplaꝫ rñdit: ꝙ opor
teret ipm oia cōplere pp̄ q̄ miſſus fuerat
⁊ poſtea ab eo q̄ miſerat illuꝫ in celū reci
pi. Promittēs ꝙ vnū ex eiꝰ diſcipulis poſt
eiꝰ aſcēſionē ad eū mitteret: qui euꝫ ab ol
egritudine liberaret. Poſtea vero q̄ꝫ dñs
aſſumptꝰ ē vt in hiſtoria eccliaſtica legit̄
miſit thomas aplus tadeū q̄ ⁊ iudas dictꝰ
eſt ad abagaꝝ regē iuxta dñi ꝓmiſſionem.
Uidit rex in vultu tadei mirū ⁊ diuinum
ſplēdorē: ⁊ ꝯtinuo in xpm credidit: eiuſqꝫ
diſcipuluꝫ adorauit. Et cū leproſus eēt: vt
in q̄buſdā libris legit̄: tadeus eū tetigit: ⁊
mox plenā mundationē accepit: ⁊ baptiſ
mū ſuſcepit. ¶ Scripſit aūt iudas aplus vl
timā de. vij. que canonice dicunt̄ eplam.
Que q̄a in libro enoch apocripho teſtimo
nium ſumpſit a pleriſqꝫ repudiat̄: vſu tñ ⁊
auctoritate maioꝝ iter ſcās meruit cōputa
ri ſcripturas: vt dicit hieronymꝰ libro d vi

ris illuſtribus. ¶ Judas aūt primo in me
ſopotamia ⁊ ponto predicauit. Simō ve/
ro in egypto: deinde ambo in perſidē ve
nerunt: ⁊ ibidē duos magos zaroen ⁊ ar/
phaſath quos mattheus de ethiopia fuga/
uerat inuenerunt: vt ſupra dictū eſt in ei⁹
paſſione. xj. cal. octobris. Qui ꝑ magicas
incantationes multa ſigna faciebāt: ⁊ po-
pulum in multis ludificabāt. Tunc bara-
dach dux xerxis regis babylonie ad preli
um ɔtra indos ꝓfecturus nullū a diis ſuis
potuit habere reſponſum. Pergētes aūt
ad phanum proxime ciuitatis: a diis illoꝝ
audierunt: ꝙ propter apoſtolos qui illuc
venerāt dii ſui reſpōdere non poterant.
Quos dux requiſitos ⁊ inuentos: interroga
uit qui eēnt vel qua de re veniſſent. Qui
ſe genere hebreos: conditione chriſti ſer
uos ⁊ apoſtolos eē reſponderūt: cauſa ve
ro ſalutis illoꝝ illuc veniſſe dixerunt. Cū
autem dux diceret: ꝙ diis ſuis potētiores
illos fore cognoſceret ideoqꝫ eos de fine
belli īterrogaſſet: apoſtoli reſponderunt:
ꝙ ad hoc vt deos illos mēdaces fore cō-
probarēt permittebāt eis dare reſponſa:
vt ex euentu facti mētitos eos fuiſſe appa
reret. Tūc phanatici grāde bellum dixe/
runt futuꝝ: ⁊ multum hinc inde populuʒ
ruituꝝ. Apoſtoli autē verba illoꝝ deridē-
tes ducē hortati ſunt: dicētes pacē ſecum
adduxiſſe: ⁊ die ſequēti hora tertia lega-
tos indoꝝ ad eum venturos eē: ſueqꝫ ſe
poteſtati cum pace velle ſubiicere. Pon/
tifices vō contradicētes apoſtolos dece-
ptores aſſerebant: qui ideo ducē ſecurum
reddere vellēt: vt ipſum incautum hoſtes
facilius occuparēt. Dux vō vtroſqꝫ vſqꝫ in
craſtinum cuſtodiri fecit: vt ex rei euentu
vaces honorarētur: ⁊ mēdaces puniren-
tur. Cum autem die ſequenti: quod apo-
ſtoli ꝑdixerant eueniſſet: ⁊ dux pōtifices
incēdere vellet: prohibuerunt apoſtoli ne
hoc fieret: qꝛ miſſi erant non viuētes oc-
cidere: ſʒ mortuos viuificare. Et cum oīa
bona illorum dux apoſtolis vel ſaltē par-
tem vellet donare: apoſtoli nihil omnino
aſſenſerunt recipe. Dux vero miratus il-
los ad regē xerxē duxit: ⁊ deos in effigie
hominum latentes eē aſſeruit: atqꝫ cūcta
que ꝑ eos ſibi contigerant narrauit. Ma-
gi vō econtra ibidē exiſtētes illis detrahe
bant: eos vanos ⁊ mēdaciſſimos aſſeren
tes. Quod vt cōprobarēt: aduocatos quoſ
dam coram ſe poſitos ſuis artibus ita mu
tos fecerunt: vt nec nutibus loqui poſſēt.
Deinde illos loqui ꝑmiſerunt: ſʒ immo-
biles eē fecerunt. Deinde eis greſſuʒ red
diderunt: ſʒ apertis eos oculis excecaue/
runt. Dux vō aduocatos illos confuſos ad
apoſtolos duxit: vt eoꝝ interuētu a ma-
gorum incantationibus liberarētur. Sed
cum illi apoſtolos pannoſos deſpexiſſēt:
ſimō eos in fide chriſti docuit: ⁊ ne de ce
tero magos illos timerēt confortauit. Et
cum in eorum frontibus conſignati eēnt:
⁊ in chriſtum crederēt: ad regē coraʒ ma-
gis ingreſſi ab illis ſupari non potuerunt.
Irati magi multitudinē ſerpētuʒ venire
fecerunt. Sʒ apoſtoli veniētes pallia ſua
de ſerpētibus impleuerunt: ⁊ in magos ꝓ
iecerunt: mandantes ne illos occiderēt:
ſʒ ſolum morſibus cruciarēt. Quod cū ſer
pētes facerēt apoſtoli iteruʒ eis impoſue
runt: vt oē venenum: quod infuderāt re/
uocarēt: ⁊ ſic ad ſua loca redirēt. Maiores
aūt cruciatus magi ſenſerunt: cum ſerpē-
tes venenum retrahebant: qꝫ cum ipſum
primitus infundebant. Apoſtoli autē tri/
duo doloribus cruciari ꝑmiſerunt: vt vel
ſic ab eorum malitia conuerterentur. Cū
ergo tribus diebus ſine cibo ⁊ potu ⁊ ſom
no manſiſſent: ⁊ nec ſic reſipiſcere vellēt:
apoſtoli eos ſanos fecerunt: ⁊ libere quo
vellent abire ꝑmiſerunt. Qui in eoꝝ mali
cia perdurantes ab eis fugerunt: ⁊ pene
contra eos totam preſidem commoue-
runt. ¶ Poſt hec filia cuiuſdaʒ principis
ex fornicatione concepit: ⁊ filium pariēs

quendam ſanctum diaconem apoſtoloꝝ
diſcipulum noīe euphroſynū infamauit:
ꝙ ipſe eam virginē violauerat: ⁊ ex ipſo
puella cōceperat. Cumq; parentes puelle
diaconū occidere vellent: apoſtoli adue-
niunt: ⁊ quādo puer natus fuerit requirūt.
Qui reſponderunt: ꝙ illa die prima hora
diei. Apoſtoli vero puerū ad ſe portari iuſ
ſerunt: ⁊ coram diacono ſtatuerūt. Adiu-
rantq; puerū in xp̄i noīe: vt ſi diacon⁹ ille
eum genuiſſet: corā cunctis debeat ꝓpa-
lare. Infans vero diſerte reſpōdit: ⁊ dia-
conum iuſtum ⁊ ſanctū aſſeruit: q2 nunq̄
carnem ſuā coinquinauit. Cum aūt parē-
tes inſtarent: vt apoſtoli quererent: quis
auctor ſceleris fuiſſet dixerunt ſe inocen-
tes abſoluere debere: non autē nocentes
prodere. ¶ Contigit etiā eo tempore: vt
due tigrides ferociſſime: que in ſingulis
caueis erant clauſe: prodeuntes fugerent:
⁊ omnes ſibi occurrentes deuorarēt. Ad
quas apoſtoli venerunt: ⁊ eas in nomine
domini velut oues manſuetas reddide-
rūt: ita vt inter hoīes de die pacifice habi-
tarent: ⁊ veſpere ad ſpeluncas ſuas redi-
rent. Apoſtoli aūt per annum vnū ⁊ men-
ſes tres in babylonia ꝑmanſerūt: ⁊ pluſq̄
ſeptuaginta milia hoīum exceptis puulis
⁊ mulieribus cōuerterunt: quos oēs cum
rege xerxe ⁊ regina guina ⁊ filio eutropio
baptizauerunt eccleſias conſtruentes: ⁊
pſbyteros ac clericos ordinātes. ¶ Pre-
dicti aūt magi ad ciuitatē ſuanir venien-
tes ſeptuaginta idoloꝝ pontifices ibidem
exiſtentes ſe duxerūt: vt cū illuc apoſtoli
venirent: aut eos ſacrificare cōpellerent:
aut penitus perimerent. Perluſtrata igiť
circūquaq; omni ꝓuincia cū apoſtoli ad
dictā vrbem deueniſſent: p̄dicti pōtifices
cū omni populo eos capiunt: ⁊ ad tēplum
ſolis ⁊ lune deducunt. Demones aūt per
energuminos clamabant: ꝙ eos apoſtoli
incēdebant. Angelus aūt domini eis ap-
paruit: ⁊ vt alterū ex duobus eligerēt: illos
monuit: aut oīuz in templo exiſtentiū re-
pentinū interitū: aut ſuum martyriū. Qui
cū martyriū elegiſſent: vt populū ad pe-
nitentiā reducere poſſent. Facto in eis ſi-
lentio demonis cunctis audientib⁹ impe-
rarunt: vt de illoꝝ ſimulacris exirēt: ⁊ illa
confringerēt. Statimq; duo ethiopes ni-
gri ⁊ nudi de idolis exierūt: ⁊ fractis illis
cum diris vocib⁹ abſceſſerūt. Quod vidē-
tes pontifices in apoſtolos irruerūt: ⁊ eos
ꝓtinus trucidarūt. Tunc erumpentib⁹ ful-
guribus ⁊ tonitruis templū trifarie ſcin-
diť: ⁊ magi ictu fulminis in carbones ver-
tuntur. Rex aūt babylonie xerxes aploꝝ
corpora ad ciuitatem ſuam tranſtulit: ⁊ in
eoꝝ honorem eccleſiā mire magnitudi-
nis fabricauit. Paſſi ſunt autē ſancti apo
ſtoli domini ſimon ⁊ iudas quinto calen-
das nouembris.

¶ De ſcō Abdia epō ⁊ ɔfeſ. Ca. CXVII.



Abdias epi
ſcopus babylonie fuit: q̄
a ſctis apoſtolis ſimo-
ne ⁊ iuda in fide chri-
ſti doctus eorūq; diſci
pulus: ⁊ ab eiſdem cō-
ſecratus eſt epīs. Qui
poſt martyriū apoſto
lorum eoꝝ paſſionem hebraica lingua cō
ſcripſit: quā eutropius epiſcop⁹ fili⁹ xerxis
regis: de quo dictum eſt ſupra pridie calē
das maii: in grecū tranſtulit: eāq; poſtmo
dum aphricanus in latinū vertit. Hic in
ciuitate babylonie perſaꝝ predicatōis offi
cio fideliter inſtitit: eoq; ſolicite admini-
ſtrato in pace quieuit: ſepultus babylonie
iuxta corpora apoſtoloꝝ.

¶ De ſcō Pharone epō. Ca. CXVIII.

Pharo epiſcopus meldeň. cla
ruit apud ipſā ciuitatē. Hic
fuit frater ſancte phare virgi
nis: de qua ſupra dictum eſt
vij. idus decēbris. Qui ⁊ pre-

poſitus palatio clothariſ: ⁊ theodeberti: ⁊ theodorici regum francoꝝ ſtrenue regalia adminiſtrabat. Dum aũt ad pharã ſororez ſuam viſitandaz vocatus acceſſiſſet: ab eadem ſuaſus ſeculum reliquit. Et cõmuni voto ipſius ⁊ cõiugis blidechildis ipſe clericatum aſſumpſit: vxoreq; ſacro velamine conſecrari fecit. Ipſe autem miſericordie operibus ſolicite intentus dño deuote ſeruiuit: eccleſiam ſancti ſtephani ciuitatis meldenſis pauperrimã copioſe ditauit: ⁊ in ea i domini obſequio reſedit. Hic etiam chilenum fratrẽ ſuum ad ꝑuinciaz attrebatenſem ad predicanduz miſit: qui ibidem miraculis claruit. ¶ Die quodaz cum eodez chileno pharo ad menſam ſedebat: ⁊ vas vitreum vino plenũ cadens in terram confractum eſt: quod ſanct⁹ chilenus reintegrauit: vinũq; effuſum adeo in vaſe recuperauit: ꝙ neq; terra madeſacta videretur: recuperatumq; vinum chilenus pharoni ꝑſentauit: ⁊ pharo deo gratias egit. Mortuo ṽo valperto epiſcopo: pharo ab omni populo in ſucceſſorem eligitur: ⁊ a rege clothario approbat̃. Qui cũ die paſche pueros confirmaret: infantem a natiuitate cecum chriſmate perungens illuminauit. ¶ Tranſiens per ciuitatẽ aũt carceres vinctos a vinculis abſolutos de cuſtodia ſolo verbo eduxit. Veruz cũ aliquãdo allectus de memoria pulchritudinis eius vxoris: ad eã miſit: vt ſe viſitaret. Illa aũt cum his recuſaſſet: tandez tertio vocata cilicio iduta ⁊ vultu abiecta ad eũ venit: ⁊ ſancti viri imundam cogitationẽ extinxit. ¶ Dum aũt nauis quedam cum multis in flumine fuiſſet ſubmerſa: pharo ad ripam amnis accedens: tam diu terre proſtratus orauit: donec nauis cuz omnibus: qui ſubmerſi fuerãt: viuentib⁹ emerſit: ⁊ ad fluminis ripã peruenit. ¶ Cuz ad preces andeni epiſcopi eccleſiam in ſolo rothomagenſi cum ſanctis amando ⁊ eligio dedicaret: ⁊ tabula marmorea altari cõſecrato ſuperponi deberet: caſu de manibus miniſtroꝝ collapſa per mediũ ſciſſa eſt. Quam ſanctus pharo cum ceteris epiſcopis ſuis orationibus reintegrauit. Qui epiſcopatũ ſuum feliciter per annos. lxvi. gubernauit: ⁊ clarus ſanctitate ad xp̃m migrauit. v. cal. nouembris.

¶ De ſcã Cyrilla ṽgi. ⁊ mar. Ca. CXIX.

Cyrilla ṽgo ⁊ martyr rome paſſa eſt ſub claudio imperatore. Hec olim filia decii ceſaris vna cum matre tryphonia regina ad chriſtuz conuerſa ⁊ a ſancto presbytero iuſtino baptizata ẽ: vt dictũ eſt ſupra in legenda tryphonie regine. xv. calen. nouembris. Mortuo vero tryphonia claudius cyrillam teneri fecit cum militibus xlvj. de quib⁹ ſupra in eoꝝ paſſione actuz eſt. viij. cal. nouẽbris. Quib⁹ oibus martyrizatis impator cyrillam ſacrificare nolentem: gladio necari ꝑcepit. Cuius corpus iuſtinus preſ byter iuxta corpora hippolyti martyris ⁊ ſocioꝝ ſepeliuit. v. cal. nouẽbris: vbi ⁊ tryphoniã reginã ipe recõderat.

¶ De ſcõ Joãne epõ auguſtuduñ. C. cxx.



Joannes epiſcopus auguſtudunenſis vt ſcribit beda libro. v. cap. ij. de geſtis anglorum: mira ſanctitate claruit. Hic longe a ciuitate ſua fere miliario cuz dimidio mãſionem ſecretiorem nemore circũdatam habebat: in qua per totam quadrageſimã manere conſueuerat: habens ſecum paucos viros ſpirituales: cum quibus deo vacaret: ⁊ pauperem quẽpiam in quo xp̃m refoueret. Cum autem ſemel incipiente xl. illuc veniſſet: ⁊ adoleſcentem mutuz a natiuitate totumq; ſcabioſuz ⁊ in capite furfureum ſecum aſſumpſiſſet: eidez quo-

tidianum victum preſtans: finita prima
quadrageſime ſeptimana dum linguam
eius breuiſſimam tetigit ſigno crucis edi
to loquendi ei facultatez ꝛ vſum cōceſſit.
Scabredinem autem eius adhibito me-
dico curari fecit: Jta vt capillis pulcherri
mis ꝛ criſpis: limpido vultu ꝛ noua loq̄la
decoratus: quodāmodo reiuueniſſe vide-
retur. ¶ Quadam die ad monaſteriū vir-
ginum: qđ netadum dicitur deuenit: vbi
erat virgo quedā abbatiſſe carnalis filia:
quaz in ſeculo ex marito genuerat: que ex
phlebotomia in. iiij. luna facta brachium
adeo tumefactum habebat: ꝙ ipſius oīno
vſu carebat. Quā dum ſanctus vir: ad pre
ces abbatiſſe tetigit: confeſtiz brachiū ei⁹
ſanum fecit. ¶ Jn villa duūmiliū cū ec-
cleſiam conſecraſſet: ꝛ miſſaz celebraſſet:
vxori comitis huci que diebus. xl. impos
corporis graui colore detenta iacuerat: de
aqua conſecrationis benedicta miſit: vt
ipſa ex inde biberet ꝛ corp⁹ ablueret. Qđ
dum ille feciſſet ab omni mox egritudine
ſanata ſurrexit: ꝛ cōtinuo diſcumbentib⁹
in menſa miniſtrauit. ¶ Alio quoqꝫ tem-
pore vocatus ad dedicanduz aliam eccle-
ſiaz: comitis addi: officio peracto ad vnū
ex pueris comitis graui langore detentuz
iamqꝫ in extremis laborantez intrauit: ꝛ
eum benedicens ad menſaz cum comite
diſcubuit. Cum aūt puer poſt modicū bi-
bere petiiſſet: ꝛ ioānes vinum a ſe benedi
ctum ei miſiſſet: puer potans illud ſtatim
valens delecto ſurrexit: ꝛ cum ceteris ad
menſam comedit. ¶ Cum ad quoddam
monaſterium pergeret: ꝛ iuuenes equitā-
tes equos ad curſum certatim compelle-
rent: vnus illoꝝ a ſancto viro currere ꝓhi
bitus dum curſum cepit: lapſus in lapide
caput colliſit: ꝛ cerebrū pene excutiēs: die
illo ꝛ nocte quaſi mortu⁹ iacuit. Pro quo
vir domini in orationem pernoctans ma
ne caput eius tetigit: ꝛ ab omni protinus
dolore ꝛ leſione curauit. Primo tñ ipſum
confitentez: ꝙ a quodam preſbytero he-
retico fuerat baptizatus catholice baptiza
uit. Manſit aūt in epiſcopatu ānis. xxxiii.
Et pre nimia ſenectute adminiſtrare non
valens ſucceſſorē ſibi vifriduz ordinauit:
ꝛ epiſcopatui reſignās in monaſterio ꝓdi
cto habitauit: vbi ꝛ in pace quieuit. iiij. ca
len. nouēbris. Sepultuſqꝫ ē in portico ſan
cti petri in mōaſterio qđ dicit̄ ſilua cleroꝝ
anno domini. ccccccc xxj.

¶ De ſcō Narciſſo epo. Ca. CXXI.



Narciſſus
eps hieroſolymoꝝ tpe
aurelii antonini impa
toris claruit. Qui mul
tis miraculis coruſca-
uit. De quadā in vigi-
lia paſche dum oleum
luminaribus deeſſet:
nec vn de infunderet haberent: aquā be-
nedixit ꝛ lampadib⁹ īfundi fecit: ꝛ pluſq̄
eſſet oleuz lumen fouit: ꝛ clarā lucez red-
didit. Quodaz vero tpe: dum a quibuſdaz
emulis ꝺ facinorib⁹ certis criminat⁹ eēt:
tres teſtes ſub iuramēto cōtra eum depo-
ſuerunt. Quoꝝ primus ſibi imprecat⁹ eſt:
ꝙ niſi verū diceret igne cōſumeret̄: ſecū-
dus ꝙ a morbo regio cruciaretur: tertius
ꝙ oculorum lumine priuaretur. Et ꝗ̄uis
his non obſtantib⁹: a populo īnocens iu-
dicatus eſſet: furori emuloꝝ ſanct⁹ vir ce-
dere voluit: ꝛ deſertū petens diuduz ſoli-
tariam vitaz duxit. Teſtis autē prim⁹ qui
in eū mentitus fuerat: cū omni domo ſua
fulmine arſit: ſecūdus morbo regio a plā-
ta vſqꝫ ad verticem ꝑcuſſus interiit. Ter
tius vero hec vidēs ad pniaz rediit: ꝛ veri
tate corā omni populo depoſita diu pecca
tum ſuū defleuit donec lachrymaꝝ inun-
dantia lumē oculoꝝ amiſit: populus autē
hieruſalez narciſſuz diu requirēs ꝛ nuſq̄
inueniēs: dionyſiū ſanctū virū ſibi ſubſti-
tuit. Cui poſt modicuz decedenti germa-
nius: ꝛ

nius: ⁊ germanio vigordius ſucceſſit. Cuius tempore narciſſus repertus cum iam ſenex eſſet: q̄uis dudum renitens ad ſedem ſuam cum gloria reductus eſt: ⁊ vigordius ſpõte epiſcopatui reſignauit. Cũ vero ex nimio ſenio iam eṗatum adminiſtrare non poſſet: diuina reuelatione alexandrum virum ſanctuꝫ: qui de cappadocia hieroſolymam cauſa peregrinationis venerat: loco ſui ordinandum conſtituit: vt in ipſius legenda dictum eſt ſupra. xv. calen. aprilis. Ipſe vero reliquum ſue ſenilis etatis orationibus exegit: ⁊. iiij. calẽ. nouembris ad xp̄m migrauit.

¶ De. ſ. Zenobio p̄ſb̄ro ⁊ m̄. C. CXXII.

Zenobius preſbyter ⁊ martyr apud ſidonem vrbẽ paleſtinorum paſſus eſt. Qui ſub diocletiani ⁊ maximiani auguſtorum perſecutione: pro nominis chriſti inuicta confeſſione gladio capite ceſus: glorioſo martyrio coronatus eſt. iiij. calend. nouembris: vt ait ado.

¶ De ſcõ Serapione ep̄o. Ca. CXXIII.



Serapiõ epiſcopus apud aphricam vir eruditiſſimus fuit: ⁊ fide clariſſimus atqꝫ virtute mirabilis: qui vt ſcribit hieronymus libro de viris illuſtribus. xi. commodi imperatoris anno antiochie epiſcopus ordinatus eſt. Hic fidei confeſſione inſignis ſcripſit epiſtolã ad carinum ⁊ põtium de hereſi montani eaꝫ valenter impugnans. Aduerſus manicheuꝫ etiaꝫ volumen ſcripſit egregiũ. De titulis pſalmorum aliud. Epiſtolas inſuper ad diuerſos vtiles valde. Et ſub ꝯſtantio principe ſanctitate notabilis humanitatis debituꝫ ſoluit. Sepultus antiochie. iij. cal. nouẽbris.

¶ De ſcõ Leõtio ꝯfeſ. Cap. CXXIIII.

Leontius confeſſor apud taracinam ciuitatem campanie tempore claudii imperatoris a ſctõ ceſario martyre conuerſus eſt: vt dicetur infra in eius paſſione calẽ. nouembris. Qui ab eodeꝫ ſacri fontis vnda perfuſus: mox vt a ſancto iuliano preſbytero diuinam cõmunionem accepit: ſpiritum emiſit. Sepultuſqꝫ eſt in eodeꝫ oppido ab vxore ⁊ filiis. iij. cal. nouẽbr̃.

¶ De ſcõ Marcello mar. Cap. CXXV.

Marcellus martyr apud ciuitateꝫ tingitanaꝫ paſſus eſt. Qui cuꝫ eſſet cẽturio ſub agricolao agente vices prefector pretorii et de chriſtianitate ab eius militibus accuſatus fuiſſet: ⁊ xp̄m dominuꝫ confiteri nullatenus dubitaſſet: iubẽte nequiſſimo agricolao: capitis abſciſſiõe martyrium conſumauit: ſepultuſqꝫ eſt in eadem ciuitate a fidelibus. iij. calen. nouembris: hec ado.

¶ De. ſ. Germano ep̄o capuano. C. cxxvi

Germãus ep̄s capuanus ſanctitate vite mirifica claruit de quo refert gregorius. ij. dialog. cap̄. xxxi. q̄ dum ſeruandus quidam diaconus abbas monaſterii: quod in campanie partibus a liberio quõdam patricio vrbis rome conſtructum fuerat: ad beatum benedictuꝫ ad monaſterium caſſinenſe viſitationis gratia veniſſet. Horaqꝫ iam quietis exiſteret in cuiuſdam turris ſuperioribus benedict⁹. in inferiorib⁹ võ ſeruãdus ſe collocauit diaconus. Quo videlicet in loco iferiora ſuperiorib⁹ paruus continuabat aſcenſus. Cum vir dñi benedictus adhuc quieſcentibus fratribus inſtans vigiliis ad feneſtram dominum deprecaretur: ſubito intempeſta no

ctis hora reſpiciens: vidit fuſam lucez de
ſuper noctis tenebras effugaſſet: tantoqȝ
ſplendore clareſcere: vt diē vinceret lux
illa: que inter tenebras radiaſſet. Omnis
etiam mundus velut ſub vno ſolis radio
collectus ante oculos eius adductus eſt.
Qui venerabilis pater dū intentam ocu
lorum aciez in ſplendore lucis infigeret:
vidit germani animam epiſcopi capuani
in ſphera ignea ab angelis in celuz defer
ri. Tunc tanti ſibi teſtem volens adhibe
re miraculi. Seruandum abbatez bis ter
qȝ eius nomine cū clamore vocauit. Qui
intāti viri inſolito clamore turbatus: aſcē
dit: reſpexit partemqȝ iam lucis exiguam
vidit. Cui ex hoc ſtupenti vir dei: que ge
ſta fuerāt: enarrauit. Statimqȝ in caſſinū
caſtruz theoprobo mandauit: vt ad capu
am ſub eadez nocte tranſmitteret: ⁊ quid
de germano ep̄o ageret: agnoſceret. Fa
ctumqȝ eſt. Et his qui miſſus fuerat: ſan
ctum virum germanum ep̄m iam defun
ctum repperit: ⁊ requiens agnouit: eadez
hora fuiſſe illius obitum: quo vir domini
benedictus eius cognouit aſcenſuz. Quie
uit autem in pace. iij. calendas nouēbris
ſecundum vſuardum.

¶ De ſcō Quintino m̄. Cap. CXXVII.



Quinti
nus martyr genere no
bilis ⁊ ciuis romanus
apud ambianuz vrbē
ſub rictiouaro preſide
paſſus eſt temporibus
diocletiāi ⁊ maximia
ni imperatorum. Cuz
enim quintinus cum fuſciano ⁊ victorico
⁊ criſpino ⁊ criſpiniano: ⁊ aliis pluribus a
roma diſceſſiſſet: ⁊ pariſ⁹ deueniſſet: duz
ſinguli illorū loca: in quibus predicarent
elegiſſent. Quintinus p̄dicando circuiēs:
⁊ miraculis pollens ambianuz venit. Eo
dem quoqȝ tēpore rictiouarius preſes tan
tam cedem in xp̄ianos exercuit: vt in ciui
tate treuerenſi ſanguis martyrum in flu
men moſelle decurreret: ⁊ colorem aque
in ſuum verteret. Rictiouarius igitur qui
tinum detentuz in carcere clauſit. Die ve
ro ſequenti produci mandauit: ⁊ dū xp̄m
confiteretur. iuſſit extendi ⁊ fuſtibus gra
uiter cedi. Sed voce de celo ipſuz exhor
tante cedentes corruerunt in terrā. Quē
preſes iterum in carcerē recipi iuſſit: an
gelo vero illum ſoluente: mane in mediū
vrbis iuit: ⁊ ibi populo p̄dicauit: vnde rur
ſum captū: iuſſit illuz preſes ad trochleas
adeo torq̄ri: vt vincula ei⁹ a iuncturis ſol
uerent: deinde teſticulis ferreis illū cedi
p̄cepit: poſteaqȝ oleū bulliēs ac picem et
adipē feruentia dorſo eius infundi: ⁊ lāpa
des ei ardentes applicari. Et dū liberius
idola cōtēneret: ⁊ preſidē cōfutaret: man
dauit in os eius acetū ⁊ ſalem ac ſinapim
liq̄facta iactari vt ſic taceret. Qui dū ma
gis adhuc xp̄m collaudaret: iuſſit illū apō
virmianduz adduci: ⁊ duos maximos cla
uos ſiue taringas a ceruice vſqȝ ad crura
ↄfigi: ⁊ .x. alios clauellos intra vngulas et
carnē digitis manū immitti. Et ſic ↄfoſſū
decollari. De cuius collo colūba niuea exi
ens celū aduolare viſa eſt. Qui paſſus eſt
p̄idie cal. nouēbris. Corpus aūt eius flu
uio ſequane demerſuz a preſide adiectio
ne terre plūbi ⁊ limiceno ſepultuz ē: ne a
xp̄ianis iueniret. ¶ Sed poſt ānos. lv. a
q̄dā matrona romana euſebia nomine ta
liter reptum eſt. Cū enim ipſa mulier ce
ca eēt: angelus ei tertio appuit: eāqȝ ad
monuit vt i galliā ad corpus ſcti quintini
martyris req̄rendū accederet: ſicqȝ viſuȝ
recuperaret. Que dū locū ignoraret: angeli
co ductu illuc tandē deuenit: ⁊ de corpe e
multis reqrens nihil oīno inuenire valu
it. Dum aūt oraſſet ad dn̄m: corp⁹ ex vna
parte de flumine ⁊ caput ex alia enatauit:
⁊ vſqȝ ad manus mulieris acceſſit. Quod
illa accipiens oīno incorruptuz nimioqȝ

odore fragrās: ad vniādū caſtrū portare diſpoſuit. Sed dū ad radices mōtis puenit corpus oīno imobile factū eſt: vbi diuina cognita volūtate euſebia corpus tumulauit: ⁊ ɔtinuo eius tactu lumē recuparuit. Plurimi q̄ȝ infirmi a diuerſis lāgoribus in eius iuentiōe ſunt curati. ¶ Poſt decurſum aūt annoꝝ .cccxx. dū corpus ſcī martyris iteꝝ eēt incognitū: ſcō eligio nouioneñ epo reuelat̄. Qui poſt ieiuniū triduanū: dū locū ſibi oſtenſum vbi latebat effoderet: nocte lux de celo tāta circūfulſit: vt dies orta a plurib⁹ crederet̄: odoris q̄ȝ ſuauiſſimi fragrātia erupit. Corpus ergo ſci reptum ac leuatū: honorifico ac precioſo locello condidit: eccleſiaq̄ȝ ⁊ monaſteriū ibidē edificauit. Anno dñi. ccccclvij. vbi ad preſens ſcm̄ corpus requieſcit: ſigniſq̄ȝ mirabilibus refulget.

¶ De ſcō Natale ɔfeſ. Cap. CXXVIII.

Natalis cōfeſſor tpe zepherini pape rome claruit. Qui dū ſcis opibus polleret: decept⁹ ab aſclepio ⁊ theodoro collectariis: q̄ ambo diſcipuli erāt cuiuſdam coriarij apoſtate: ab eccleſie cōmunione deiecti: acq̄euit vt eps illius hereſis nominaret̄: acceptis p ſalario .cl. nūmis mēſtrue preſtatiōis. Sed admonitus ſepius a dño vt reſipiſceret: dū amore turpis lucri recuſaret: nocte quadā in ſomnis ab angelis diris verberibus flagellat̄. Mane aūt liuores ⁊ vulneꝝ cicatrices in ſcapulis reperiens: ac ſi vigilans corporaliter paſſus eēt: territus ad papā zepherinū adiit: ⁊ viſionem narrauit. Quē ille penitētē benigne ſuſcepit: ⁊ dignitati renūcianti ſatiſfactionem impoſuit. Natalis vero vitam in melius cōmutans: laudabilius finiuit: ⁊ eiuſdem pontificis tpe poſt modicum in pace quieuit p̄die cal. nouēbris.

¶ Explicit liber nonus.

¶ Prologus libri decimi.

Decimus liber huius catalogi ɔtinet in ſe paſſiones ⁊ geſta illoꝝ ſcōꝝ: quorum feſtiuitates eueniūt infra tps: in quo repreſentat eccleſia ꝓpagationē illoꝝ eius filioꝝ: qui fuerunt eccleſie eiuſdem augmētatores: quales fuerunt ſcē virgines. Hoc aūt tēpus eſt a calē. menſis nouēbris vſq̄ȝ ad aduentū dñi. Et hoc ſub figura ſanctoruȝ prophetaꝝ: quoꝝ tunc vaticinia ⁊ prophetie legunt̄. Hi eni: vt plurimū carnali ſpreto cōiugio: ⁊ in corporis ⁊ mētis itegritate domino ſeruiētes: aduentum chriſti ⁊ futura tempora per ſpirituȝ predixerunt: ⁊ populum domini ſuis vaticiniis a vitiis et erroribus reuocare: et ad vitam veritatis reducere ſtuduerūt. ¶ Ad huius igitur temporis vltimi feſta pertractāda veniendum eſt.

¶ Incipit liber decimus a calendis nouembris vſq̄ȝ ad aduentum.

¶ De Feſtiuitate omnium ſcōꝝ. Cap. I.



Feſtiuitas oīum ſcōꝝ: quattuor de cauſis inſtituta fuiſſe videtur. ¶ Primo ꝑpt cuiuſdaȝ tēpli dedicationē. ¶ Secundo propter omiſſorum ſuppletionem. ¶ Tertio propter negligentiaruȝ expiationem. ¶ Quarto propter faciliorem orationuȝ

noſtrarum ipetrationē. ¶ Primo ergo inſti-
tuta eſt pp cuiuſdā tēpli dedicationē: vide
licz tēpli qd pātheon antea dicebat: qd ro
me fuit conſtructū honorez cybeles: que
mater dicit omnium deoꝝ: ⁊ omniū eius
filioꝝ. Quod tēplum poſtmodum bonifa-
cius papa qrtus eccleſie dei a phoca ceſa-
re donatū ɔſecrauit in honorē dei genitri
cis: ⁊ oium martyꝝ xpi. iij. idus maij. Et
tunc ipſa die inſtituit in vrbe roma cele-
brari feſtum btē marie virginis ⁊ omniuz
ſcōꝝ. ſ. martyrum: quia adhuc feſta confeſ
ſorū non celebrabant. De hac materia ſu
pra dictū eſt. iij. idus maij. Et eſt illud tē-
plum: quod hodie vocat ſancta maria ro
tunda. Verꝫ proceſſu tēporis: quia ad hoc
feſtum multitudo maxima ɔfluebat: ⁊ p
pt defectū victualiū celebritati vacare nō
poterāt. Ideo gregorius papa qrtus hoc
feſtum in cal. nouēbris eſſe ɔſtituit: quā
do celebratis meſſibus ⁊ vindemijs: ma-
iorē victualiuz copiam eē conſpexit: ac p
vniuerſuz mūdū hūc diē in honorē gnāli
ter omnium ſcōꝝ ſolēniter celebrari de-
creuit: additis feſtiuitatib⁹ cōfeſſoꝝ ⁊ vir
ginum. Et ſic ſolēnitas que ſolū rome de
ſolis martyrib⁹ celebrabat: per totuz mū-
dum de oibus ſanctis ad preſens recolit.
¶ Scdo inſtituta eſt propter omiſſorum
ſupplectionem. Multos enim ſcōs omit
timus de quibus nullū feſtuz ſiue memo-
riam facimus: tum propter ſcōꝝ multipli
citatem: quia quaſi infiniti ſunt: tum pro-
pter nr̄am infirmitatez: quia infirmi ⁊ de
biles ſum⁹: nec ad hoc ſufficere poſſum⁹
tum propter tēporis breuitatez: quia etiā
totum tēpus longiſſime vite vnius homi-
nis non ſufficeret: vt ſemel tantum in vi-
ta ſua quis ſingulorum ſcōꝝ feſta celebra
ret. Ideoqꝫ eccleſia rationabilit ordina-
uit: vt quia omnium ſcōꝝ feſta facere non
poſſumus: ſaltem omnes generaliter inſi
mul honoremus. ¶ Quare aūt inſtitutuz
eſt: vt ſcōꝝ feſta i terris agamus: magiſter
guilelmus in ſumma de officio ponit. vi.
rationes. ¶ Prima eſt propter honorem
diuine maieſtatis. Cum enim ſanctis ho
norem impendimus deum in ipſis hono
ramus: quia qui ſcis honorem tribuit illū
honorat: qui eos ſanctificauit. ps. Lauda
te dominum in ſanctis eius. ¶ Secunda
eſt propter auxilium noſtre infirmitatis.
Quia enim per nos ſalutem habere non
poſſumus: ideo ſanctorum interceſſioni-
bus indigemus: a quibus vt adiuuari me
reamur: merito ipſos honorare debem⁹.
¶ Tertia eſt propter augmentuz noſtre
ſecuritatis vt. ſ. propter ſanctorum glori-
am: que nobis in eoruz feſtiuitate propo-
nitur: noſtra ſpes ⁊ ſecuritas augmente-
tur. Si enim mortales homines nobis ſi
miles potuerunt ita per ſua merita ſubli-
mari: conſtat qa nos ſimiliter poterimus:
cum manus domini abbreuiata non ſit.
¶ Quarta eſt propter exēplū noſtre imi
tationis. Cum enim eorum feſtiuitas re-
cenſetur: ad eorum imitationem prouo-
camur vt. ſ. eorum exemplo terrena con-
tēnentes celeſtia deſideremus. ¶ Quin-
ta eſt propter debitum mutue viciſſitudi
nis. Sancti enim de nobis feſtuz faciunt
in celo: quia gaudiuz eſt angelis dei ⁊ ani
mabus ſancti ſuper vno peccatore penitē
tiam agente. Iuſtum eſt ergo vt nos de
ipſis feſtum agamus in terris. ¶ Sexta
eſt propter procurationez noſtri honoris
⁊ exaltationis. Cum enim ſanctos hono-
ramus nr̄am rem agimus: ⁊ noſtrum ho-
norem procuramus: quia eorum feſtiui-
tas eſt noſtra dignitas. Nam cum hono-
ramus fratres noſtros: honoramus noſip
ſos. Charitas enim oīa cōia facit. ¶ Ter-
tio inſtituta eſt propter negligētiarum ex
piationem. Licet enim paucorum ſancto-
rum feſta agamus: adhuc tamen illa pau-
ca ſepe negligēter agimus: ⁊ multa ibidē
per ignorantiam omittimus. Siquid igi-
tur in alijs ſolēnitatibus ſanctoruz: quas

egimus: neglexerimus: in hac generali ſo lēnitate ſupplere poſſumus: ⁊ de negligē tia nos purgare valemus. Hec ratio tan/ gitur in ſermōe: qui hac die per eccleſias recitaꝛ: in quo ſic dicit. Decretū eſt vt hac die ſanctorū omniū memoria habeat: vt ꝗcquid humana fragilitas per ignorantiā: vel negligentiā: vel occupationē rei ſecu laris in ſolēnitatib' ſanctorū minus ple ne peregiſſet: in hac ſancta obſeruatione ſoluat. ¶ Notandū autem eſt ꝙ octo ſūt ordines ſanctoꝝ quos hodierna die inſi/ mul veneramur: vt eis: quod negligen/ ter fecimus: ſuppleamus: qui notant per octo conditiones ſiue ſtatus beatorū: qui in euāgelio huius feſti a chriſto exprimū/ tur: ⁊ eorum pfectiones contra octo vitia capitalia dirigunt: ⁊ reducunt ad. viij. cō ditiones ſiue ſtatus diuerſorū miniſterio rū hominū: qui conſtituūt politicum regi mē ciuitatis: eo ꝙ eccleſia triumphās ci/ uicati aſſimilatur apoc. xxi. Uidi ciuitatē ſanctam hieruſalē nouā ⁊c. Ut enim tra/ ctatur in libro de regimine ciuitatum: ad hoc vt ciuitas bene regatur: ⁊ in ſuo ſtatu pacifico conſeruet: neceſſe eſt vt habeat. ¶ Cōſiliarios ſeu iudices regi aſſidētes. ¶ Officiales ſiue vicarios in diuerſis ca/ ſtris regis vicem gerentes. ¶ Precones ſiue notarios regis decreta ſcribentes. ¶ Famulos ſeu nuncios regis mandata exequentes. ¶ Milites ſiue pugiles pro regis honore pugnātes. ¶ Nobiles ſiue primarios regem continue comitantes. ¶ Mercatores ſiue oparios diuerſa ope rantes ⁊ vendentes. ¶ Et electas domi/ nas reginam iugiter aſſociantes. ¶ Pri/ mus ordo: qui eſt iudicū ſiue cōſiliariorū regi aſſidentium eſt ordo apoſtolorū: qui tanꝗ̄ iudices et regis aſſeſſores a chriſto electi ſunt: vt cum chriſto ad iudiciū ven turo in duodecim thronis ſedeant: ⁊ vni/ uerſum orbē cum eo iudicare debeāt: de quib' cantat eccleſia: Uos ſeculi iuſti iu/ dices ⁊c. Ad hoc autē vt iudices iuſte iu/ dicent. debent a mente ſua omnē cupidi tatem excludere: ⁊ paupertatē diligere. Unde merito: q2 tales fuerunt apoſtoli: ꝗ omnia tēporalia a mente ſua abdicarunt: de ipſis dicit: Beati pauperes ſpiritu. Et hec paupertas ſpūs dirigitur contra aua/ ritiam. Premiū autem qđ rex conſueuit ſuis iuſtis dare iudicibus: eſt ipſuȝ regnū: qđ eis vna ſecum facit eſſe cōmune: vt ip ſi quodāmodo reges appellent: ⁊ ſibi cō/ regent: Unde ⁊ de apoſtolis dicit: Quo/ niā ipſorū eſt regnū celoꝝ: ſicut ⁊ chriſti. ¶ Secundus ordo: qui eſt officialiū ſiue vicariorū: eſt ordo pontificum ⁊ ſacerdo/ tū: qui chriſti vices ⁊ auctoritatē exercent in eccleſia militāte: ⁊ eius perſonā in om/ nibus repreſentāt per diuerſa loca. Offi/ ciales autē ſiue vicarij regis: debent ſemp optare iuſtitiā: vt ius ſuum vnicuiqȝ tri/ buant: vnde ⁊ de iſtis: q2 tales fuerūt: di/ cit: Beati qui eſuriunt: ⁊ ſitiunt iuſtitiaȝ. Et talis eſuries dirigit contra gulā. Pre/ miū autē horū officialium eſſe conſueuit: vt de cenſu regis ſibi vite neceſſariis pro/ uideat: vnde ⁊ de pontificibus ⁊ ſacerdo tibus dicit: Quoniam ipſi ſaturabuntur. ¶ Tertius ordo: qui eſt preconū ⁊ nota/ riorū: eſt ordo prophetarū qui regis eter/ ni mandata in eccleſia ſcripſerūt: ⁊ ea po pulis denunciauerūt. Tales autē ſemper debent eſſe in continuo exercitio ⁊ labo/ re. vt quaſi vita eorum ſit in fletu propter regis amorem: vnde q2 tales fuerunt pro phete: de eis dicitur: Beati qui lugent: et talis luctus laborioſus dirigitur cōtra ac/ cidiam. Premiū autem horum ſcribaruȝ ⁊ preconum eſſe conſueuit: ꝙ rex eis gra tias liberaliter concedēs: multis illos be neficiis conſoletur: vnde ⁊ de ipſis addi/ tur: Quoniā ipſi conſolabunt. ¶ Quart' ordo: qui eſt famulorū ⁊ nunciorum: eſt ordo angelorū: ſub quo omnes eorum or dines colliguntur: qui regis celeſtis man

data fideliter exequunt: velut eius famu/
li ꝛ nuncii ab eo directi. Tales autem de/
bent eſſe humiles: vt regis iuſſa obedien
ter adimpleãt: Unde quia tales fuerunt
angeli boni: qui in humilitate perſtiterũt:
nec ſuperbie illorum qui de celo corrue/
runt conſentire voluerũt: merito dicitur
de eis. Beati mites. Et talis mititas con
tra ſuperbiam dirigitur. Premium autez
illorũ nunciorum conſueuit eſſe: vt rex il
lis predia ꝛ poſſeſſiones largiat: vnde et
de ipſis additur. Quoniã ipſi poſſidebunt
terram. Nam ꝛ angelis deus regimẽ ter/
renorum commiſit. ¶ Quītus ordo: qui
eſt militum ſiue pugnatorũ: eſt ordo mar
tyrum: qui pro regis honore vſqꝫ ad effu
ſionem ſanguinis decertarunt. Tales aũt
multas perſecutiones hoſtium pati ꝯſue
uerunt: vnde merito de martyribus dici
tur: Beati qui perſecutionem patiuntur
propter iuſtitiã. Et talis paſſio contra ina
nem mundi gloriam dirigitur. Premiuz
autem militum regis eſſe cõſueuit: vt rex
eis omnia ſua liberaliter cõmunicet: ad
eo ꝙ iter ipſos ꝛ eius aſſeſſores nulla dif
ferentia ſit: Unde ꝛ de ipſis additur: ſicut
ꝛ de apoſtolis: quoniam ipſorum eſt re
gnum celorum: quia ꝛ martyres chriſto
conregnare putantur: ꝛ reges appellan
tur: coronas regias in capite deferentes.
¶ Sextus ordo: qui eſt nobiliuꝫ ſiue pri/
mariorum eſt ordo confeſſorum: qui per
iugem contemplationem regem celi con
tinue comitantur: ꝛ eius ſocietati quodã
modo deputantur. Tales autem nobiles
ciues debent ſuper omnia ad pacem vigi
lare: ꝛ vt concordia ſit inter ipſos affecta
re: vnde quia tales fuerunt confeſſores:
de eis dicitur: Beati pacifici. Et talis pax
contra iram dirigitur. Premium autem
horum eſſe conſueuit: vt rex tales nobi/
les adeo diligat: ꝙ ipſos quodammo/
do filios ſuos appellet: vnde ꝛ de iſtis ad
ditur: Quoniaꝫ filii dei vocabunt. ¶ Se/
ptimus ordo: qui eſt mercatorũ ſiue ope/
rariorum: eſt ordo patriarcharuꝫ: qui ope
ribus miſericordie intẽti: quodãmõ mer
ces celicas chriſto vendebant centupluꝫ
recepturi. Hi autẽ mercatores debẽt eſſe
miſericordes: ne lucris pecunialibus ni
mium intenti efficiãtur deceptores: Un
de quia tales fuerunt patriarche dicit de
eis: Beati miſericordes. Et talis miſeri/
cordia cõtra inuidiam dirigitur. Premiũ
autẽ mercatorũ eſſe conſueuit: vt de ſuis
negociationibus lucrum percipiãt: vnde
ꝛ de iſtis additur. Quoniam ipſi miſeri
cordiam conſequent. ¶ Octauus ordo:
qui eſt dñarũ: eſt ordo virginum que re
ginam celi continue aſſociant: ꝛ ei iugiter
aſſiſtunt. Tales autẽ domine debent eſſe
munde ꝛ pudice: vt etiã regi aſſiſtere poſ
ſint: Unde qꝛ tales fuerunt virgines dici
tur de illis: Beati mundo corde. Et talis
mundicia contra luxuriam dirigitur. Ho/
rum autẽ dominarũ premiũ eſſe ſolet: vt
regis faciem videant: ꝛ eius ſpecialẽ ami
citiam habeant: vnde ꝛ de iſtis additur:
Quoniam ipſi deum videbũt. ¶ Quarto
ꝛ vltimo inſtitutum eſt illud feſtum: pro/
pter orationum noſtrarum faciliorez im/
petrationem: vt ſicut eccleſia dei hac die
omnes ſanctos vniuerſaliter honorat: ſic
ꝛ ipſi pro nobis oẽs inſimul intercedant.
Hec ratio in oratione tangitur: cum dici/
tur. Deſideratam nobis tue propitiatio
nis abundãtiam multiplicatis itercesſio
nibus largiaris. Quod autẽ omnes ſancti
in hoc feſto pro nobis vniuerſaliter ad in
tercedendum conueniant: oſtenſum eſt
in quadaꝫ viſione: que ſequenti anno ab
huius ſolemnitatis inſtitutione contigiſ/
ſe narratur. ¶ Cum enim cuſtos eccleſie
ſancti petri in vrbe omnia altaria circuiſ/
ſet: et omnium ſanctorum ſuffragia im/
ploraſſet: ad altare ſancti petri rediens in
ſpiritu rapitur. Et ecce vidit regem reguꝫ
in ſublimi ſolio conſidentem: et omnes

angelos circunſtantes: Deinde regina in diademate fulgente cum dominarū multitudine aduenit: cui rex aſſurgens eam iuxta ſe ſedere fecit. Poſt hec venit quidam veſtitus pilis camelorum: quem ſequebatur multitudo venerabilium ſeniorum. Deinde aduenit alius in papali habitu decoratus quem plurimi in pontificalibus ſequebantur. Poſtea proceſſit inumerabilis militie multitudo. Poſt quos aduenit turba diuerſarum gentiuꝫ infinita. Hi omnes ante regem aduenerunt et eum flexis genibus adorauerunt Angelus autem qui cuſtodem ducebat eidem viſionem expoſuit. Aſſerens reginam matrem dei eſſe: dominas vero virgines et continentes: pilis camelorum veſtitum ioannem baptiſtam ſeniores patriarchas et prophetas. Papali habitu ornatum petrum apoſtolum: pontifices apoſtolos omnes: milites martyres: turbam reliquam confeſſores. Qui ideo ante regem regum chriſtum venerant: vt pro honore ipſis hac die exhibito gratias agerent: et pro orbe vniuerſo exorarent. ¶ Deinde dictus cuſtos ad locum alium ductus vidit vtriuſque ſexus homines: alios immēſis diuerſis delitiis gaudentes: alios inopes et famelicos medicantes. Dixit autem angelus hunc locum purgatorium eſſe: abundantes vero animas illas eſſe quibus ab amicis per ſuffragia ſubueniebatur: egentes vero quarum cura nullatenus habebatur. Iuſſit igitur vt omnia viſa ſummo pontifici intimaret: vt poſt feſtum omnium ſanctorum diem ſtatueret animarum: vt ſaltem generalia ſuffragia illa die pro illis fierent: qui ſpecialia habere non poſſet: Propter quod cōmemoratio defunctorum ſequenti die ordinata eſt.

¶ De ſanctis Ceſario et Iuliano martyribus. Cap. II.



Ceſarius ⁊ Iulianus martyres: apud taracinam campanie ciuitatem paſſi ſūt ſub claudio imperatore. Erat enim firminus quidam pontifex taracine ciuitatis: qui per ſingulos annos talem cerimoniā pro ſalute reipublice ⁊ principum romanorū fieri ſuadebat. Iuuenem enim per. vij. aut. viij. menſes in delitijs enutritū faciebat calēdis ianuarij porcum imolare: ⁊ deinde ipſum iuuenem armatum montem altum aſcēdere: ⁊ inde ſe precipitio dare: cuiꝰ corpus ſummo honore collectū in templo apollinis comburebat: ⁊ cineres pro reliquijs recondebantur. Eodem tēpore ceſariꝰ diaconus ex aphrica ad predictam ciuitatē deueniens: ⁊ cal. ianuarij: hec videns ⁊ abhorrens ac redarguens: de chriſtianitate ſuſpectus tentus eſt a firmino pōtifice: ⁊ a luxurio ꝑmario ciuitatis. Et poſt dies. viij. traditꝰ eſt leontio conſulari. Quo iubente nudatus ante tēplū apollinis adductus eſt. Dū aūt oraſſet tēplū corruit: ⁊ firminū pontificē interfecit. Clamāte aūt populo: ceſariū inocētem leontius eum in cuſtodia nuduꝫ detinuit per menſes. xxij. Poſt hec auteꝫ inde eductus: ſed ab angelo capillis ſuis ſubito creſcentibus: indutus: dū peteret ſe modicum relaxari: ⁊ dimiſſus oraſſet: lux ipſi de celo nimia effuſa eſt. Que cernēs leontius conuertitur: ⁊ a ceſario baptizatur: ⁊ a iuliano p̄ſbytero ſacra cōione ſanctificatur: vt dictum eſt ſupra de eo. iij. calē. nouēbris. Poſtq̄ꝫ vero ſanctus leōtius obijt: luxurius ceſarium ⁊ iulianum detinuit: ⁊ in ſacco victos in mare ſimul ꝓcipitari fecit. Quoꝝ corpora a mare ad littꝰ iactata euſebiꝰ collegit: ⁊ ea ꝯdigno honoꝛ̄ ſepeliuit cal. nouēbꝛ̄. luxuriꝰ vero poſt di

es modicos a ſerpente percuſſus interiit.

¶ De ſcō Benigno pſbīoꝛ m̄. Cap. III.

Benignus pſbyter ⁊ martyr paſſus eſt apud caſtrum diuionum ſub aureliano imperatoꝛe. Qui cū ipſius augusti tpe cum andochio pſbytero ⁊ thyrſo diacono: a ſancto epō policarpo ioannis euangeliſte diſcipulo ad predicandum in galliam miſſus eſſet: ad poꝛtum maſſilie deuenientes: ciuitatem eduam adierunt: vbi a fauſto quodam ſenatoꝛe iam voto xpiano licet occulto honoꝛifice ſuſcepti ſunt. Quē cū filio ſymphoꝛiano adoleſcente ⁊ omni familia baptizauerunt. Ad cuius etiā preces ad ciuitatē lingonicā acceſſerūt: leonillam fauſti ſoꝛoꝛem xpianā fieri cupientem cū tribus eius nepotibus: quoꝝ ipſa auia erat: ſcilicet ſpeuſippo eleuſippo ⁊ meleuſippo vnda ſacra perfuderunt: et in xpi fide docuerunt. De quibus ſupra in eoꝛum paſſione dictum eſt. xvi. calen. februarij. Deinde benign⁹ preſbyter diuionum rediit. Ibiqȝ predicare cepit. Aurelianus ergo impatoꝛ illuc deueniens: benignum cōpꝛehēſus ⁊ ſacrificare recuſantem: neruis duriſſimis cedi fecit: ⁊ inde ad trocheas extenſum carceri mācipauit: vbi ab angelo confoꝛtatꝰ: ⁊ vulnera eius ſanantꝰ. Die ſequenti impatoꝛi exhibetꝰ: cuius iuſſione ad templum ducitur: ⁊ immolare ſuadetur. Sed oꝛatione ab eo facta idola ſicut fumus euanuerunt. Quem aurelianus iratus mandauit in carcerē mitti: ⁊ in ſaxo perfoꝛato pedes eius includi: ⁊ ſudes in digitis manuū affigi: atqȝ per dies ſeptem omnem ei cibum potumqȝ negari: canes quoqȝ famelicos ſecum recludi: vt carnes eius lacerarent. Cū aūt ſanctus dieb⁹ ſex in oꝛōne perſeueraſſet: canes adeo mitigauit: vt nec veſtē eius lederent. Die vero ſeptimo aperta cuſtodia benignus illeſus inuentus eſt: ⁊ a ſudibus ⁊ cippo ſolutus. Tuncqȝ iubente imperatoꝛe: vecte ferreo in collo contuſus: ⁊ lancea confoſſus expirauit. Viſa quoqȝ ē columba niuea ex oꝛe eius progredi: ⁊ vſqȝ ad celos euolare. Coꝛpus aūt remāſit nimio fragrās odoꝛe. Quod a xpianis in eodem caſtro ſepultum eſt cal. nouēbꝛ.

¶ De ſcā Maria virgine ⁊ mar. Ca. IIII.



Maria virgo ⁊ martyr apd ciuitatē nicomedie paſſa ē. Que dum eſſet ancilla cuiuſdam tertulii principalis: ⁊ a dn̄o ſuo propter natalem filij hoſtie diis immolarentꝰ: illa a conſerua dn̄e delata: ꝙ de ſacrificiis: vtpote xpiana guſtare noluiſſ: verberib⁹ diris afflicta eſt: ⁊ a tertulio duro carcere mancipata: ibiqȝ diebus decē fame cruciata ē. Quibus a romano preſide cōpertis mariam ſibi preſentari fecit: eamqȝ ſacrificare nolentem: vngularum laniatione vexari precepit. Sed clamoꝛe populi innocentem virginem proteſtantis: eam ad carcerem duci mandauit. Que dū duceretur: manus ſe tenentium euadens ⁊ fugiens ab ipſis inſequitur. Dumqȝ ad ſaxum collis deueniſſet: ſaxū diuina virtute ſcinditur: ⁊ virginē intra ſe recipiens confeſtim cōcluditur: ⁊ pſecutoꝛes excluduntꝰ: ac in teſtimonium miraculi fruſtra aliqua ex veſtibus virginis: extra petram conciſa dimittuntur. Quod illi cernētes: territi ſaxum circueunt: nec aditum vllū inuenire poſſunt. Audiens hec preſes populum ad ſaxum concidēdū aduocat: vt inde maleficam educant. Sed tonitrua ⁊ fulgura maxima cōtinuo erupperunt: equiteſqȝ duo equis igneis inſidētes de celo aduolauerunt. Populi vero pauentes ad templa deoꝛum recurrerunt: verum erūpentes fulmina duo milia gentilium in-

terfecerunt. Idola quoq; plurima in puluerem redegerunt. Que videntes multi alii paganorum numero tria mlia ad chriſtum conuerſi ſunt. Preſes autem a fulgure interemptus eſt. Maria vero ſaxo incluſa migrauit ad dominum. Poſtea q̃q; aperto ſaxo: corpus illius a chriſtianis repertum: dignoq; honore conditum eſt calendis nouembris.

¶ De ſcõ Vigore epõ. Cap. V.



Vigor epiſcopus claruit tpe childeberti regis francorũ: apud oppidum baiocenſe: qui attrebatẽſe ciuitate nobilibus et fidelibus parentibus natus: intra ſancti vedaſti monaſterium habitabat. Dum autẽ parentes illum inde retrahere vellent: vt ipſum haberent in eorũ hereditate ſuperſtitem: ille aſſumpto puero theodemiro ſeculũ reliquit: & neſciens quo pergeret: peregrinari cepit: atq; ad regionem baiocem deuenit. Ubi ab angelo i ſomnis admonitus ad vicum redeuerum perrexit: Illiq; edificato mõaſterio ieiunijs & orõnibus deo ſeruiebat: multoſq; ad dominum conuertebat. ¶ Dum aũt filium paruulum mulieris xp̃iane conuerſum baptizaſſet: illeq; ſubita febre mortuus eſſet: mater pueri cadauer in lectulo ſuo repoſuit: & ad vigorem accedens: mortem filij cum lachrymis nunciauit. Pro quo ſctũs vir orõnem effudit: & matrem ad domum reuerti mandauit. Que iuſſu illius rediẽs filium ſibi viuum occurrentẽ recepit. Propter quod miraculũ multi languentes ad eum accedebant: & tactu illius ſani rediebant: plurimiq; ad fidem conuerſi in xp̃m credebant. ¶ Hic de poſſeſſione viri cuiuſdã ſerpẽtẽ. xl. pedes in longitudine habentem: qui ſolo flatu homines & pecora occidebat: orario ſuo vt catulum manſuetum ligauit: & vinctum theodemiro miniſtro ſuo tradidit: quem ille ipſum ſequentem iuſſu magiſtri ad mare ligatum deduxit: & in vndis demerſit. ¶ Aliũ quoq; ſerpentem de loco: qui dicit̃ ceila: & tertium de loco: qui dicit̃ cãmoron: ſimiliter eiecit. ¶ Defuncto vero epõ baiocenſẽ a clero & populo in epãtu electus eſt. Cum autem comes barbyldus poſſeſſionem quãdam epãtus a ſe occupatam arari faceret: de equo ſubito corruens: expirauit. Sanctus aũt vir multis clarus virtutibus ſenex & plenus dierum in pace quieuit calend. nouembris. Sepultuſq; eſt in eccleſia baiocenſi.

¶ De ſcõ Maturino ↄfeſſore. Cap. VI.

Maturinus cõfeſſor apud ſenonenſem ciuitatem tempore maximiani impatoris claruit. Qui ex patre marino eiuſdem ciuitatis nobile ac gentile progenitus: qui ex precepto maximiani xp̃ianos pſequebatur: ipſe clanculum animo ſolo xp̃ianus exiſtens: pro parentum ſalute ad dñm exorabat. Audiuitq; a dño: ꝙ ei ab eo poſtulata darentur. Et poſt dies paucos mater eius ad xp̃m conuerſa: dum patri eandem conuerſionem ſuaderet: ille ei reſpondit: ꝙ in nocte p̃cedente ꝑ viſum acceperat: ꝙ filio ſuo in cuſtodiam data fuiſſet ouiũ multitudo. Unde ipſe marinus cum vxore & filio maturino annorum viginti a ſancto policarpo epõ baptizati ſunt. ¶ Cum aũt diabolus filiam maximiani imperatoris oppreſſiſſet: & per os puelle clamaret ſe a nullo hominum niſi a maturino ſenonenſi eiiciendum: populum quoq; romanum a clade epidemie: quam incurrerat eiuſdem meritis liberandum. Imperator ad ſenonenſ. ciuitatem miſit: & maturinum ad ſe accerſiuit. Qui romam cum multo honore perductus: prius a comiti

bus iuramentum accepit: vt ſi eum rome
aut in via mori contingeret: corpus eius
ad propriam patriam reportarent. Veni-
ens ergo maturinus romaʒ: imperatoris
filiā a demonio liberauit: pplō quoqȝ ſalu
tem a peſtilentia ſuis orationibus impe-
trauit. Et poſt hec ibideʒ in pace quieuit
calen. nouembris. Cuius corpus dum in
quodam tumulo poſuiſſent: die ſequenti
exhumatum inuenerunt. Recordati aūt
promiſſionis & iuramēti: corpus roma ad
galliam tranſportarunt: & ibideʒ illud iuſ-
ſu impatoris digno honore ↄdiderūt apd
ſenonas ciuitatē: vbi & miraculis claret.

¶ De ſcō Marcello epo. Cap. VII.

Marcellus eps pariſiorum fuit
qui apud eādem vrbem me-
rito ſanctitatis nō modico cla
ruit. De quo illud memorabi
le reperiť: ꝙ exiſtens adhuc
iuuenis: vt dignus monſtra-
retur futurus antiſtes: eius merito tunc
aqua in vinuʒ: poſt vero mutata eſt in bal
ſamum. Hic etiam inter alia virtutū eius
miraculoſa inſignia: puellā a morte corpo
ris ſuſcitauit. Qui apud eandē vrbem pa-
riſienſem: ſanctitate clarus in pace q̇euit
calen. nouembris ibidem ſepultus.

¶ De commemoratione omnium mor-
tuorum. Cap. VIII.




Comme-
moratio oium fideliū
defunctoꝝ ſequēti die
a feſto oiuʒ ſctōꝛuʒ fie
ri ab eccleſia inſtituta
eſt: videlicet. iiii. noñ.
nouēbris: vt gn̄alibus
aliquādo ſuffragiis ad
iuueť: qui ſpecialia hēre nō poſſunt: ſicut
in quadā reuelatione monſtratū eſt: de q̄
dictū eſt ſupra in legenda omniū ſancto-
rum cal. nouembris. Circa quam cōme-
morationē tria videnda ſunt. ſ. ¶ Ipſoꝝ
purgādorum conditio futura. ¶ Ipſorū
defunctoꝝ purgatio dura. ¶ Et ipſorum
expiandoꝝ ſubuentio ſecura. ¶ Quātuʒ
ad conditionem futuraʒ ſciendum eſt: eē
locum purgatorii: in quo aīe purganť quo
rundam morientium de quibus inferius
dicetur: & hoc probatur. ¶ Primo per lo-
cum a ſufficienti diuiſione. Nam ſicut di-
cit auguſtin⁹. Omnes qui de hac vita de-
cedunt: aut ſūt valde boni: & hi ſtatim euo
lant ad paradiſum: aut ſunt valde mali: &
hi deſcendunt ad infernuʒ: aut mediocri
ter boni & hi vadunt ad purgatoriū. Suf-
fragia aūt facta pro valde bonis ſunt gra-
tiaruʒ actiones: nec debent fieri ſcienter:
quia vt ipſe dicit: iniuriam facit martyri:
qui orat pro martyre. Sed vbi ignoran-
ter fierent ad meritū exorantis cederent.
Secūduʒ illud. Oratio mea in ſinu meo
conuertetur. ¶ Suffragia autē facta pro
valde malis: ſunt viuorum qualeſcunqȝ
conſolationes: pro quibus ſi de ipſorū dā-
natione conſtanter: nulla ſuffragia fienda
eſſent: vt dicit auguſtin⁹. Si ſcirem patrē
meum eſſe in inferno non plus orarem p
eo q̄ pro diabolo. ¶ Sunt autē quidam
mediocriter boni: qui plenam penitenti-
am non pfecerunt: qui nec adeo boni ſūt
quin ſuffragiis non egeant: nec adeo ma-
li quin eis prodeſſe non valeant: pro qui-
bus ſuffragia facta ſunt expiatiōes. ¶ Se
cundo probať per locum ab auctoritate.
Cum eniʒ xp̄s dicat: ꝙ qui peccauerit in
ſpiritumſcūm nō remitteť ei neqȝ in hoc
ſeculo neqȝ in futuro: cōcluditur ꝙ in fu-
turo ſeculo peccata aliq̄ dimittunť. Sed
hec nō in paradiſo: quia nihil ſordiduʒ ni
hil intrabit in eo coinquinatum apoc. xxi.
Neqȝ in inferno in quo nulla eſt redem-
ptio. Igitur eſt dare tertiuʒ locum in quo
dimittantur. ſ. purgatorium. ¶ Tertio pro-
batur ex ipſa diuina pietate. Cuʒ enim ſit
impoſſibile: vt homo nō peccet. Iuxta il-
lud. Septies in die cadit iuſt⁹: quomodo

esset diuine pietatis: vt q̄s subitanea mor
te preuentus sic dānaret de homicidio: ſi
cut ⁊ de verbo ocioſo. Non enim euolant
ſtatim cum decedunt: niſi tria genera ho
minum: qui ſignificant per illos tres qui
bus celum apertum eſt. ſ. pueri baptizati
aut etiam adulti: dūmodo decedant ante
q̄ actualiter peccent. Hi ſignificantur per
xp̄m baptizatum cui celū apertū eſt luc.
iiij. Item ſcti martyres qui denotantur p
ſtephanum lapidatū: qui vidit celos aper
tos actuū. vij. Item viri pfecti exiſtens
ſine vllo peccato etiā veniali. Hi denotā
tur per ioānem perfectiſſimum qui vidit
hoſtium apertū in celo apoc. iiij. ¶ Quā
tum ad purgationem duram tria viden
da ſunt. ſ. ¶ Qui ſunt illi qui purgantur.
¶ Et vbi purgantur. ¶ Et quāto tpe pur
gantur. ¶ Circa primū ſciendum eſt: q̄
purgant illi qui ſatiſfactiōe ſibi iniuncta
nondum cōpleta decedunt. Uerūtamen
ſi haberent tātam contritionem que ſuffi
ceret ad delendum peccatū: liberi ad vi
tā tranſirent: etiā ſi ſatiſfactionē minime
compleuiſſent: quia apud deum non tā
valet menſura temporis q̄ doloris. Qui
aūt non adeo conteruntur: ⁊ ante exple
ctionem moriuntur: igne purgatorij gra
uiſſime puniunt: niſi forte eorum ſatiſfa
ctio ab aliquibus eorū charis aſſumat per
ficiēda: ⁊ hec debet fieri auctoritate ſacer
dotis: q̄ penitentiā impoſuit: ⁊ in caſu extre
me neceſſitatis: vbi p illum perfici nō poſ
ſit: ⁊ debet pfici pro eo ab hoie exiſtente i
charitate: ⁊ q̄ minor pena cōmutetur in
maiorem: quia plus deo ſatiſfacit pena p
pria q̄ aliena. ¶ Secundi qui purgātur:
ſunt hi: qui ſatiſfactionem quidam iniun
ctā cōpleuerunt: ſed tamen illa pena igno
rantia vel negligentia ſacerdotis ſufficiēs
non fuit. Nam niſi magnitudo contritio
nis ſuppleat: iſti tales in purgatorio com
plebunt quod in hac vita defecerūt. Un
de ſi penitētia impoſita eſt maior: tunc il
lud plus cedit ei in augmentū glorie. Si
equalis ſufficit ad diminutionē totius cul
pe. Si minor: tunc illud quod reſtat: ſup
plebitur ex virtute diuine iuſtitie. ¶ Ter
tij qui purgantur: ſunt illi: qui lignum fe
num ⁊ ſtipulam ſecum ferunt. ſ. affectio
nes carnales: quib⁹ dediti ſunt: ita tamē
vt nil deo preponant. Iſti enim illis trib⁹
ſignificantur: qui ſecundum ſuos amādi
modos: vel diutius vt lignum: vel minus
vt fenum: vel minimum vt ſtipulam cre
mabunt. ¶ Circa ſecundum. ſ. vbi pur
gantur: ſciendum eſt: q̄ eſt purgatorium
generale ⁊ ſpeciale. Generale eſt in eodē
loco quo ⁊ infernus: ⁊ eodem igne dam
nati cruciantur: et ſaluandi purgantur: ſi
cut idem ignis ligna conſumit: ⁊ aurum
purificat. Qui quidem ignis miro modo
grauis: cum excellat oēm penam: quā vn
q̄ quis paſſus fuerit i hac vita: licet marty
res mirabilia paſſi fuerit tormēta. ¶ Ha
bente tamen illi qui ſunt in purgatorio tri
plex remedium: quibus damnati carent.
Primum: quia certi futurā gloriam pre
ſtolantur. Habent enim certitudinem de
gloria: minorē quidem q̄ exiſtētes in pa
tria: ſed maiorem quam exiſtētes in via.
¶ Secundū: quia a demonibus non cru
ciantur. Non enim eſt conueniēs: vt quo
rum in hoc mundo extiterunt victores:
eos hēant in purgatorio penarum illato
res. ¶ Tertium: quia ab angelis bonis ſe
pius viſitantur: qui eos in ſpe certa future
glorie confirmant: ⁊ bona: que pro eis in
hoc mundo fiunt: illis annunciāt. ¶ Spe
ciale vero purgatorium eſt illud quod de
us in diuerſis locis plurib⁹ animabus pur
gandis ſepius deputare credit. ¶ Quod
quidem facit deus propter quinq̄ ratio
nes. ¶ Primo propter earum leuem pu
nitionem: ſicut aliquibus ſecundum gre
gorium reuelatum eſt: animas quaſdam
in vmbra punitas eſſe. ¶ Scdo propter
earum celerem liberationē: vt. ſ. poſſint

ſuas indigentias aliis reuelare: ⁊ ſic eorũ ſuffragia petere: ⁊ per conſequens de pena celerius exire. Sicut legitur de ſancto theobaldo: ꝙ ei⁹ piſcatores in autũno fruſtum glaciei pro piſce prendiderunt. qđ dum pedibus epiſcopi podagra laborantis pro eius refrigerio ſupponeret: audiuit vocẽ de glacie dicentis: ſe animã eſſe vnius peccatoris: qui in illa glacie purgabatur: qui liberari poſſet: ſi. xxx. miſſas ꝓ eo continuatis diebus celebraret. Quas dũ ſanctus bis incohaſſet: ⁊ diuerſis cauſis demone hoc agente intermiſiſſet: tertio miſſas continuauit: ⁊ fruſto glaciei diſſoluto anima peccatoris ad celos aſcendit. ℂ Tertio propter noſtram inſtructionem: vt ſcilicet magnã penam infligi peccantibus in vita futura cognoſcamus: ſicut apparet in quodam ſcholari: qui dũ poſt eius obitum magiſtro ſuo cum capa de pergameno plena ſophiſmatibus apparuiſſet: eamq; pluſq̃ turrim ſibi põderare diceret: ⁊ magiſter penã illam leuẽ iudicaret: ille guttam vnã ſui ſudoris in palmam magiſtri cadere dimiſit que manũ eius ſicut ſagitta perforauit: ⁊ cruciatum mirabilẽ ſenſit: Unde magiſter territus ſeculo renuncias religionem intrauit. ℂ Quarto propter culpe in loco ꝑpetrationem ſicut legitur. iiij. dialogorũ ꝙ preſbyter propter corporis ſui neceſſitatem balneum frequentans: ſemper inueniebat vnum ſibi ibidem miniſtrantem. Cui dum vice quadam pro mercede panem bñdictum offerret: audiuit ab eo: ꝙ fuerat aliquãdo dominus loci illius: ſed pro culpis ſuis ibidem poſt mortẽ fuerat deputatus: rogans vt pro ſe panem illum deo offerret: ⁊ ſic expiari poſſet: ꝙ dum preſbyter per dies. vij. pro eo celebraſſẽ: ⁊ ad balneum rediſſet: illum minime amplius inuenit. ℂ Quinto propter alicuius ſancti orationẽ ſicut legitur de ſancto patricio epiſcopo: ad cuius orationem deus in hibernia purgatorium vnũ conſtituit: de quo dictũ eſt ſupra in eius legẽda. xvi cal. aprilis. ℂ Circa tertiũ. ſ. quãto tẽpore purgant̃: ſciẽdũ eſt: ꝙ tẽpus debet culpe correſpõdere. Deus enim q̃ modos et menſurã peccatorũ ⁊ penarũ nouit: penã cum culpa cõmenſurat: vel temporis diuturnitate: vel pene acerbitate: Ut ſi verbi gratia quis peccatum cõmiſiſſet: propter qđ per annũ in purgatorio ſtare deberet: ⁊ vſq; ad diẽ iudicii nõ niſi menſis vnus reſtaret: q: tunc purgatorium finiri oportet: deus tunc ꝓpter temporis breuitatẽ aggrauaret pene accerbitatem. ℂ Quantum vero ad ſubuentionẽ ſecuram quattuor vidẽda ſunt. ſ. ℂ Quibus ſubuenit̃. ℂ Per quos ſubuenitur. ℂ Per que ⁊ q̃liter ſubuenitur. ℂ Circa ꝑmũ ſciendũ: ꝙ dãnatis nullo modo ſubuenitur: neq; quo ad liberationẽ: vt. ſ. ab ipſis penis liberentur: nec quo ad mitigationẽ: vt. ſ. in eis diminuãtur: nec quo ad ſuſpenſionẽ: vt. ſ. ad tempus etiã minimũ eorũ pena ſuſpendatur: nec quo ad fortificationem: vt. ſ. ad tolerandũ leuius roborent̃. Quãtum eni ad aliquod horũ in inferno nulla eſt redemptio. Subuenitur aũt illis: q̃ in vita ſibi meruert̃: vt eis talia prodeſſe poſſint: videlicet illis q̃ in ſtatu gratie decedentes aliqua ſecum purgãda tulerũt: de quibus ſupra dictum eſt. ℂ Circa ſecũdum ſciendũ: ꝙ debet iſtis ſubueniri per homines qui ſint in tali ſtatu: quali ⁊ illi deceſſerunt. ſ. in ſtatu gratie. Alioquin ſi ſuffragia fiant pro defunctis exiſtentibus in mortali: nihil animabus proſunt: ſicut nec ſibiipſis prodeſſe poſſunt. Hoc autẽ fallit in duobus caſibus. ℂ Primo cum quis decedens in charitate ordinat ſibi de propriis facultatibus per aliquem ſubueniri: Quãuis enim talis voluntatẽ defuncti exequens ſit in peccato mortali: ꝓſunt tamẽ illi tales elemoſyne: q: fiunt in ꝑſonã exiſtẽtis in ſtatu grẽ. ℂ Scđo cum

quis defunctis ſubuenit in perſonam ec/
cleſie: vt ſi ſacerdos exiſtens in mortali
etiam ſpōte celebret pro defunctis. Quia
enim hoc facit in perſonam eccleſie: pro/
ſunt defunctis illa ſuffragia: q: nomie ec/
cleſie fiunt: que ſemper ſine macula con/
ſiſtit: ⁊ omnia per ſpiritūſanctum operat̃.
¶ Circa tertium ſciendum ꝙ ſuffragia ꝑ
defunctis: quedam ſunt realia ſicut ele/
moſyne ⁊ oblationes: quedā perſonalia:
vt ieiunia ⁊ peregrinatiōes: quedam ve/
ro mixta: vt eccleſie oratiōes ⁊ potiſſime
miſſarum celebrationes. ¶ Quod autē
primum. ſ. elemoſyne proſint pro defun/
ctis: patet ex eo quod legitur ſecūdo ma/
chabeorū. xij. Quoniam vir fortiſſimus
iudas collatione facta. xij. dragmas argē/
ti miſit hieroſolymam offerri pro pecca/
tis mortuorū ⁊c. ¶ Quod vero ſcdm. ſ.
ieiuniorum obſeruatio ⁊ oratio eis proſit
gregorius probat in. iiij. dialogorum per
multas auctoritates ⁊ exempla que cau/
ſa breuitatis omittuntur. ¶ Quod autē
tertium ſcilicet miſſarum celebratio eis
proſit: probat idem in eodem libro: ꝙ dū
quidam frater mortuus eſſet: ⁊. iij. aure/
os habere repertus fuiſſet: iuſſit eum gre
gorius in ſterquilinio ſepeliri: ⁊ pro eo vſ
qꝫ ad dies. xxx. miſſam celebrari: quibus
expletis anima illius cuidam fratri appa/
ruit: ⁊ ſe propter talem miſſarum celebra
tionem a purgatorio liberatū eſſe dixit.
¶ Circa quartum vero. ſ. qualiter ſubue
nitur: ſciendum eſt ꝙ ſuffragia aut fiunt
pro mortuis generaliter: ⁊ tunc generali/
ter proſunt. Aut ſpecialiter: ⁊ tunc ſpecia
liter proſunt illis pro quibus fiunt: ſi indi
gent: ſi autem non indigent ſecundū di/
uinam diſpenſationem illis qui magis in
digent attribuuntur. Et hoc intelligas ꝗ̃
tum ad expiationē. Nam ſuffragia mor/
tuorum habent vltra expiationem virtu/
tem in penis confortandi. Et hoc omni/
bus equaliter prodeſt ſiue fiant generali/
ter ſiue ſpecialiter: ſicut patet exemplum
in candela: que accenſa pro vno exiſten/
te in carcere ſic aliis lucet: ac ſi pro ſingu/
lis accenſa fuiſſet.

¶ De ſcō Juſto martyre. C. IX.



Juſtus
martyr apud tergeſti/
nam ciuitatem aqui/
leie prouincie paſſus
eſt: temporibus dio/
cletiani ⁊ maximiani
imperatorū ſub ma/
natio ꝑfecto. Qui dū
ad prefatam vrbem deueniſſet iuſtū cō/
prehendi fecit: ⁊ ſibi ꝑſentato cepit ſuade
re: vt diis ſacrificaret. Qui cum dño ieſu
chriſto ſe ſacrificare diceret: iuſſit eum in
carcerem trudi. Cumqꝫ tota nocte in ora/
tione perſeueraſſet: mane eductum ⁊ im
molare recuſantem: fecit eum manatius
extenſum neruis crudis cedi: ſed cum il
lum omnino inuictum cerneret: manda/
uit in collo eius ⁊ manib⁹ ac pedibus plū
bi pondera ligari: ⁊ ſic in profundum ma/
ris demergi. Qui quaſi ad epulas inuita/
tus ipſe ſibimet pondera plumbi defere
bat: ⁊ vale dicens fratribus feſtinādo ad
littus pergebat. Sicqꝫ ad locum ducitur:
⁊ plumbo ei alligato in ſcapha modiciſſi/
ma ponitur: ductuſqꝫ in altū pelagi: ora/
tione fuſa in mare demergitur. Ut autē
ſpiritū deo reddidit: mox funes eius cū
plūbo dirupti ſunt: ⁊ corpus ad littus ter/
geſtine ciuitatis ab vndis deductum eſt
ante ſolis occaſum. Eadē nocte apparuit
ſanctus martyr cuidam preſbytero nomi
ne ſebaſtiano: iubens vt corpus eius tol/
leret: ⁊ cum diligentia ſepeliret. Qui con
uocatis pluribus chriſtianis: corpus ipſi/
us in littore inuentum: iuxta ipſum lo/
cum honorifice tumularunt. Qui paſſus
eſt. iiij. nōn. nouembris.

¶ De ſcā Euſtochio ꝟgine ⁊ m̃. Cap. X.

Euſtochiuz virgo ⁊ martyr apud tarſuz cilicie paſſa eſt ſub iuliano iperatore. Qui cum ibidem exiſtens cum omni populo diis gentiliū ſacrificaſſet. Euſtochium ſacrificare nolentem primo neruis bubalinis cedi fecit: deinde cornibus capreolarum vngulari precepit in partibuſqꝫ carnes eius concidit. Deinde caput eius cū capillis excoriari ⁊ clauos infigi. Et cum hec omnia conſtātiſſime tolleraſſet: ⁊ imperator ſententiam protuliſſet: vt membratim conciſa in ſartagine torrerēt orāns ad dominum emiſit ſpiritum. Sepultaqꝫ eſt a matre propria in abditiſſima crypta. iij.nonas nouembris.

¶ De ſcā Euſtochio virgine. Cap. XI.

Euſtochium virgo ſacratiſſima paule nobiliſſime romanorum filia ⁊ beati hieronymi diſcipula fuit. De qua idez teſtatur hieronymus: ꝙ in ſctis locis virginitatis ⁊ eccleſie monile precioſiſſimuz fuit. Cum vero mater eius omni relicto ſeculo ⁊ mundanis diuitijs ac filiis cunctis: ex vrbe roma progreſſa hieroſolymā deo ſeruitura nauigaret: hec ſola eius propoſiti ⁊ nauigationis comes extitit: ſicut ſupra actū eſt in vita paule. vj. cal. februarij. Et cum eadem eius matre apud oppidum bethleem cenobium conſtruxit: et cum eadē ⁊ aliis ſanctis feminis ſub beati patris hieronymi diſciplina: deo deuote ſeruiuit: atqꝫ poſt dormitionez genitricis. quinquaginta: ⁊ eo amplius puellarū mater extitit. Cui beatus doctor regulaz deo viuendi cōſtituit ⁊ dictauit. Ipſa autem ieiunijs ⁊ orationibus ſacrorumqꝫ librorum ſtudiis intenta ſolicite: poſt agones plurimos pro chriſto ſuperatos in virginitatis ꝓpoſito in pace quieuit. Sepulta apud bethleem. iiij. noñ. nouembris.

¶ De. ſ. Victorino epō: ⁊ mar. C. XII.



Victorinus pictauenſis epiſcopꝰ ſub diocletiane perſecutiōe martyriū paſſus eſt: qui ſcientia ⁊ doctrina clarus opuſcula nō nulla ſacre fidei peritilia compilauit. Cōmentarios eni edidit in geneſim: Exodum: Leuiticum: Eſaiam: Ezechielem: Abbacuch: Eccleſiaſtē: Cantica canticorum: ⁊ apocalypſim. Aduerſum omnes fere heres libros plures conſcripſit: multaqꝫ alia grādioribus ſenſibus ꝙ cōpoſitione verborum. Neqꝫ enim eque latina vt greca lingua pollebat. Sub prefato tandem principe pro eiuſdem defenſione fidei: martyrio vitam apud eandez vrbem finiuit. Ibiqꝫ tumulatus iacet paſſus eſt autez. iiij. nonas nouembris. Dec hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſanctis Alcindino Pygaſio ⁊ Anepothiſto martyribus. Cap. XIII.

Alcindinꝰ: pygaſius: ⁊ anepothiſtꝰ apud perſidā paſſi ſunt ſub ſapore rege perſarum: qui eidem regi delati ꝙ chriſtum colerent: ⁊ multos cōuerterent: inuēti ſunt in cella orantes: ⁊ a miniſtris regis capti educti ſunt. Dum autem chriſtum confiterentur: primo vectibus duriſſime ceſi ſunt: mutatis ſuper ſingulos eorū incedendo. x. viris. Rex vero cecidit quaſi exanimis: tandem ad ſe rediens: eos ſurſum appendi: ⁊ deorſum extendi: ac ignē ſubterponi fecit. Sancti vero chriſto eis apparente illeſi ab igne permanſerunt: et a vinculis abſoluti ſunt. Rex autem mutus effectus eſt: ⁊ miniſtri quaſi amentes erant: ita vt nec nutibus eum intelligere poſſent. Poſt hec apparuit ſanctis marty.

ribus exercitus angelorum: quibus oran tibus lingua regi reſtituta eſt. Tunc man dãte rege ſancti ſuper lectos ferreos ſter nuntur: ⁊ carbones ſubtermittuntur: ſed a voce celica confortantur: plurimi ad do minum conuertũtur. Deinde pluuia ma xima inundante: ⁊ angelis eis in albis de celo aduolãtibus ignis extinguitur: ⁊ ſan ctorum vincula dirumpuntur. Cũqꝫ eis rex blandiret: vt ſacrificarẽt: eoſqꝫ in cur ru ſuo leuaſſꝫ: ⁊ ad tẽplũ iouis adduxiſſꝫ: orõnẽ fuderũt ad chrm Statiqꝫ facto ter remotu magno idolũ cecidit: ⁊ rex terri tus fugit. ¶ Iterũ quoqꝫ ſctõs martyres ↄ̃tẽtos nudos ⁊ catenis obligatos rex mit ti fecit in cacabos plũbo: reſina: ⁊ pice bul liẽtib⁹ plenos. Uex orõne ad deũ fuſa: ſcõ rũ cathene ↄfracte ſũt: ⁊ cacabi vacui ſũt repti: ac oĩno tepefacti. Qđ cernẽs miles q̃dã noie antonin⁹ ↄuerſus eſt: ⁊ i chri cõ feſſiõe a rege decollat⁹: atqꝫ a fidelib⁹ ſe pultus. Deinde m ãdauit ſapor martyres corijs taurorꝫ icludi: ⁊ in mare iactari. Et ↄtinuo ſcũs martyr antonin⁹ eis cũ tribus ãgelis appuit: ⁊ coria ſcidit: ſctõſqꝫ illeſos ſup vndas maris ambulãtes ad litt⁹ pdu xit. Quo miraculo. xxviij. gẽtiles ad fideꝫ chri ↄuerſi ſũt. Sꝫ iratus rex ſctõs marty res vna cũ p̃fatis. xxviij. nup conuerſis in ignẽ copioſũ mitti p̃cepit. Qui ſolas aias xpo reddẽtes corpib⁹ inuſtis oĩno pmanẽ tib⁹ ipi mltis cernẽtib⁹ ab angelis i nubi b⁹ ſuſcepti ſũt: odorqꝫ mir⁹ ex corpib⁹ re fragrauit. Qui paſſi ſũt. iiij. nõ. nouẽbris

¶ De ſcõ Theodoro epo. Cap. XIIII.



Theodorus eps cyrie ciuitatis a cyro ↄdite nõ ſolum verbis ſed etiã reb⁹ ⁊ virtutib⁹ extitit coronat⁹. Qui multa volumia ſcripſiſſe dicit: ſꝫ de plurib⁹ paucorum iſtorꝫ ad nos noticia puenire potuit: vt gẽ nadius de viris illuſtrib⁹ teſtat̃. Nã ſcri pſit de incarnatiõe dñi aduerſum eutby cen pſ̃bytерꝫ ⁊ dioſcorũ alexãdrinũ epm dicta fortia. Item eccleſiaſtice hiſtorie li bros imitatus euſebiũ: ⁊ a fine dictorum eius incipiens vſqꝫ ad leonis ſenioris tẽ pora deduxit. Qui apud loadiciam ciuita tẽ in chriſto quieuit. iiij. nõ. nouẽbris.

¶ De ſcõ Ambroſio abbate. Cap. XV.

AMbroſius abbas monaſte rij agaunenſis prius apud lugdunum ciuitatem mo naſterij inſule barbate pa ter fuit: ⁊ magnis illic vite ac ſanctitatis virtutib⁹ cla rus. Cũ ad dictũ cenobiũ agauni ob egre gie religionis normã trãſlatus fuiſſet: bea to fine in domino requieuit. iiij. nõ. no uembris: Cuius corpus apud idem mo naſterium ſepultũ iacet: ⁊ ſignis atqꝫ mi raculis glorioſe refulget: vt dicit ado.

¶ De ſcõ Quarto diſcipulo. Cap. XVI.

QUartus diſcipulus ex. lxxij a chriſto electus vnus fuit: qui ſub diſciplina poſtmo dum. xij. apoſtolorꝫ claruit vt abbas dorotheus tradit: de hoc etiã apoſtolus ad ro ma. xvi. mentionem facit. Hic eps beryti ab apoſtolis cõſtitutus extitit: ⁊ officio p̃ dicationis ſe exercitans apud eandem ci uitatem quieuit. iiij. nõ. nouembris.

¶ De ſanctis martyribus qui dicuntur Maſſa Candida. Cap. XVII.

MArtyres ſancti: qui dicun tur maſſa candida fuerunt innumera martyrum mul titudo in ciuitate ceſarau guſta hiſpanie puincie ſub daciano p̃ſide pro chriſto paſſorum. Cum enim prefatus preſes in ipſa vrbe. xviij. martyres interfeciſſet cuꝫ virgine eugra: de quibus dictuꝫ eſt in co

rum paſſione.xvi.calen.maii. Uidens: q
quanto plus conabatur chriſtianos extin
guere: tanto magis eorum multiplicaba-
tur fides: ⁊ collegium augebatur: ſimula-
ta pace eccleſiis reddita: miſit edictum fi
cte: vt chriſtianis latētibus liceret ſuis le/
gibus vti. Quibus ad publicum prodeun
tibus: ⁊ chriſtum laudantibus eorū mul
titudine in predicta ciuitate conueniēte
congregauit exercitum paganorū: ianuaſ
q; vrbis claudi iuſſit: ne quis eorum eua
deret. Omnes quoq; chriſtianos ibide;
repertos armati gentiles ex abditis exeū
tes gladiis trucidarunt. Corpora vero in
aceruos maximos collecta combuſſerūt:
⁊ cineres in ventum diſperſerunt. Qui ꝓ
pter eorum innumerabilem multitudinē
maſſa candida appellantur: vt dicit frater
vincentius. Quorum paſſio recolitur ter/
tio noñ. nouembris. Sunt ⁊ alii. ccc. mar
tyres: qui maſſa candida dicuntur: de qui
bus ſupra dictum nono calē. ſeptembris.

¶ De ſanctis Germano ⁊ ſociis marty-
ribus. Cap. XVIII.

Germanus: theopolus: ceſa
rius: ⁊ vitalis martyres a-
pud ceſaream cappadocie
ſub perſecutione decii ceſa
ris optime duxerunt mar/
tyrium. Quo tēpore: vt ſcri
bit hieronymus: voti erat chriſtianis pro
chriſti nomine percuti. Uerum etiam cal
lidus hoſtis tarda ad mortem ſupplicia
conquerēs animas cupiebat iugulare nō
corpora ⁊ vt ipſe qui ab eo paſſus eſt cy-
prianus ait: volentibus non permitteba-
tur occidi. Quo tempore paſſi ſūt illi duo
iuuenes de quibus in vita ſancti pauli pri
mi eremite dicitur: vt ſupra dictū eſt in
eius vite quarto idus ianuarii. Paſſi ſunt
prefati ſancti martyres germanus et ſo-
ciis.iii. noñ. nouembris. Hec hieronymus
in martylogio ſuo.

¶ De ſcō Chenelmo mar. Cap. XIX.



Chenel-
mus martyr in anglia
paſſus eſt. Hic fuit fili
us cenelphi merciorū
regis. Quē ille moriēs
dryde ſorori ſue tunc
ſeptennē cōmiſit alen
dū. Illa vero mortuo
rege falſo ſibi regnū preſagiens infantulū
occidēdū ſatelliti: qui eius erat alūnus tra
didit: ꝓciūq; promiſit. Qui puerū venatū
ducēs inter frutecta obtrūcauit. Hoc aūt
celatū in anglia ſtatim diuinitus inotuit.
Nā colūba de celo aduolans ſuper altare
ſancti petri rome deſcēdit: ⁊ membranā
anglicis elementis ſcriptam detulit: atq;
in altare depoſuit: cuius tenor necē pue-
ri martyris: ⁊ ſepulturā per ordinem pro
didit. Que a quodam anglico interpreta/
ta eſt: Statimq; papa per epiſtolam regi
bus anglie directam compatriotam mar
tyrem indicauit. Unde frequēti cultu cor
pus innocentis de loco vbi iacebat ſolēni
ter leuatū eſt. Cum autē ferret vincelciū
bā clericis ⁊ laicis canentibus: dryda par
ricidialis e feneſtra cenaculi caput extu-
lit. Et forte pſalterium legēs peruenerat
ad ps. Deus laudem meam ne tacueris:
quē a fine neſcio quo preſagio retrogra-
de dicens: nitebaf cantantes infringere.
Tunc virtute diuina oculi illius a capite
euulſi verſum illum: hoc opus eoꝝ q̄ de-
trahunt mihi ⁊c. cruore polluerunt. Et in
ipſo libro vſq; hodie extāt cruoris iſignia
īmanitatem mulieris ⁊ vltionem dei ſpi
rantia. Paſſus eſt autem ſanctus martyr
tertio noñ. nouembris. Hec guilelmus.

¶ De ſancta Alpaide virgine. Cap. XX.

Alpaides virgo de tudoto
circa annū dñi. M.clxxx.
ſctitate nimia claruit. Que
multis ānis in corpore de-
gēs iſirma ſine vllo cibo ꝑ-
manſit.

manſit. Hec genere infima officioqꝫ bubulca: ſanctarum ſcripturarũ intelligẽtiaꝫ diuinitus obtinuit: ⁊ mire prudẽtie conſilium habuit. Que flagello domini diutiꝰ attrita eſt: adeo vt propter effluentem de corpoꝛe ſaniem etiam ſuis fieret in hoꝛrorem. Patiẽtia aũt ſumma predita: nec aliquãdo conturbati viſa fuit. Nullũqꝫ cibuꝫ per annos multos traijcere valuit niſi ſolum eucbariſtiã ſacram: ⁊ lecto decubans nõ niſi ab altero moueri potuit. Hec autẽ a deo accepit vt ſepiſſime in exceſſu rapta angelo duce: ⁊ loca penaꝝ ⁊ gloriam ſanctoꝝ ꝑcurreret: ⁊ occultas viſiones aſpiceret. Frequẽter aũt in ſolẽnitatibus chꝛiſti vel eius matris rapta munduꝫ totũ quaſi in pile ſpẽm intuebaẗ: ⁊ ea que in mundo fiebãt cõtemplabaẗ. Ad corpus quoqꝫ rediens multa occulta ⁊ ſecretiſſima dicebat: ⁊ quedam ex his que viderat reuelabat: quedam vero a deo premonita occultabat: pleriũqꝫ etiã futura p̄dicebat. Quieuit aũt in pace apud tudotũ. iij. noñ. nouẽbꝛis. Hec ex geſtis francoꝝ.

¶ De ſanctis Uitale ⁊ Agricola martyribus. Cap. XXI.



Uitalis et Agricola martyres paſſi ſunt in ꝓuincia italie in ciuitate bononienſi tempoꝛibꝰ diocletiani ⁊ maximiani iꝑatoꝝ: quoꝝ paſſionẽ ſanctus ſcripſit ambroſiꝰ. Fuit aũt vitalis ſeruus agricole: nunc vero cõſors ⁊ collega martyrij. Preceſſitqꝫ ſeruus vt preuideret locum: ſecutus eſt dominꝰ ſecure: quo datam fidem ſerui iam inueniret paratã nõ alienã. Cum ergo ſanctꝰ vitalis cogereẗ a perſequẽtibꝰ vt xp̄m negaret: ⁊ amplius dñi fidem ꝓfitereẗ: oia tormentoꝝ genera in eum exercentes: vt nõ eſſet in corpoꝛe eius ſine vulnere locus: oꝛatione fuſa ad dñm emiſit ſpũm. Sanctus vero agricola mitioꝛ habebaẗ moꝛibus: vt ab ipſis etiam inimicis diligereẗ. Ideoqꝫ differebãt eius paſſionẽ. Deniqꝫ vbi nõ acquieuit ꝑſecutoꝛibꝰ: ſanctꝰ agricola crucifixus eſt. Quoꝝ coꝛpa in iudeoꝝ ſolo ſepulta ſunt. ¶ Poſt multos aũt annos idem locus ſcõ ambꝛoſio ep̄o mediolanenſi reuelatus eſt. Qui veniẽs bononiã cõuocatis clero ⁊ populo ad locũ acceſſit: ⁊ effoſſo ſolo martyꝝ reliq̃as iueniẗ. Eaqꝫ deuote leuata in eadem ciuitate ſepeliuit. Paſſi ſunt aũt pridie noñ. nouẽbꝛis.

¶ De ſcõ Amantio p̄ſbytero. Ca. XXII.

Amantiꝰ p̄ſbĩ apõ tyfernã tiberianã ciuitatẽ claruit tempe bti gregoꝛij pape. Qui hoc ſpãle ĩ ſe v̾tutis hẽbat: vt apl'oꝛuꝫ moꝛe manꝰ ſuper egros impoſneret ⁊ ſaluti reſtituẽt: ⁊ quelibet vehemens egritudo ad tactuꝫ illius abſcederet. Hic inſuper hoc in ſe habebat miraculi: quia in q̊libet loco q̃uis imaniſſime aſperitatis ſerpentẽ iueniret: mox vt eũ ſigno crucis ſignaret extinguebat: ita vt diruptis viſceribus moꝛeretur. Quem ſi quãdo ſerpens in foꝛamine fugeret: ſigno crucis os foꝛaminis bñdicebat: ſtatimqꝫ ex foꝛamine ſerpẽs iam moꝛtuus trahebaẗ. Hic tpe quedã ad beatũ eſt adductus gregoꝛiũ: quẽ in domo infirmoꝛuꝫ beatꝰ pontifex diebꝰ aliquibꝰ ad manẽdũ poſuit: vbi quidã inter egros alios mente captus ⁊ phꝛeneticus iacebat. Qui nocte quadaꝫ cũ magnas voces. ſ. vt inſanꝰ ederet: cunctos egros imenſis clamoꝛibꝰ perturbabat: ita vt nulli illic ſomnũ capere liceret. Tunc ſanctus preſbyter de ſtratu ſuo ſurgens ad locũ phꝛenetici acceſſit: ⁊ ſuper euꝫ poſitis manibus oꝛauit: moxqꝫ illum melius hñtem tulit: atqꝫ in ſupioꝛa domus ſecuꝫ ad oꝛatoꝛiũ duxit: vbi pro eo liberius oꝛationi incubuit. Et ſtatim cũ ſa

num ad lectū ꝓprium reduxit: ita vt nullas vlterius voces ederet: neq; egrotorū quēq; aliquo clamore turbaret: qui ꝛ apud predictā ciuitatē in pace quieuit ꝑdie non. nouēbris. Hec gregori⁹. iiij. dialo. ca. xxx.

¶ De ſcō Herio p̄ſbytero. Ca. XXIII.

Herius preſbyter apud alexādriā claruit. Hic vir acerrimi ingenij in diuinis ſcripturis notabiliter eruditus fuit: vitaq; puriſſimus ad diuināq; philoſophiā penitus expeditus: doctor eccleſie incōparabilis maxima ſapientia refulſit. Qui tractatū longiſſimū ſuper eſaiam prophetam edidit. Et tempore philippi imperatoris apud eandem ciuitatem in pace quieuit pridie non. nouembris: vt ait hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſcō Zacharia ſacerdote. C. XXIIII

Zacharias ſacerdos ꝛ ꝓpheta pater ioānis baptiſte in dieb⁹ herodis regis iudee claruit: de cuius ſanctitate in principio euāgelij luce plurima ꝑclara teſtimonia deſcribunt. Fuit eniz de vice abie ex filijs aaron de tribu leui: ſicut dictū eſt ſupra de eo in natiuitate ſcti ioānis baptiſte. viii. calē. iulij: ꝛ in eius conceptione. viii. calē. octobris: vbi etiā de ortu filij: ꝛ de miraculis: que in eius natiuitate apparuerūt: ꝛ de ꝓphetia ipſius zacharie tractatū eſt. ¶ Cuz igit xp̄s puer ab herode quereretur occidendus: ꝛ ex hoc ipſe herodes inocentes perimeret: Eliſabeth audito: q̄ ioānes eius fili⁹ ſimiliter quereretur: qui xp̄m etate ſex mēſibus precedebat: accepit paruulum: ꝛ cū eo aufugit. Aſcenſo autem excelſo monte iude: circūſpiciens vbi eum abſconderet: viſis interſectoribus ſe inſequentibus timuit: ꝛ orationem ad deuz pro filij ſalute fudit. Statiq; mons ſe aperuit: ꝛ eliſabeth cuz filio intra ſui abdita ſuſcepit: atq; ꝑſecutores excluſit. Quibus intra montis tenebras lux diuinitus apparens eos confortabat: ꝛ angelus domini illis neceſſaria miniſtrabat. ¶ Cum autez miſſis ſatellitibus ab herode: zacharias vbi filius eſſet interrogatus eſſet: ꝛ ille ſe eum vbi foret ignorare diceret: atq; in pietatez herodis redargueret: chriſtumq; natum ex virgine predicaret: qui regnum iſrael accepturus eſſet: Herodes irat⁹ miſit nocte carnifices: qui zachariam inter templuz ꝛ altare: vbi virgo beata educata fuerat iugularunt. Mane aūt facto dum ceteri ſacerdotes tēpluz adeuntes zachariā: vt ad eos exiret: more ſolito expectarēt: ꝛ iam hora tardior eſſet: vnus illoꝝ intrās ſanctuariū: repperit ſanguinē zacharie vt lapidem coagulatū. Auditaq; eſt vox de celo: q̄ zacharias occiſus eēt: ꝛ q̄ ſanguis eius ex iſrael nō eēt delendus: donec exurgeret: qui euz vindicaret. Qui foras egreſſus hec oīa ceteris nunciauit. Illi vero timētes quaſi fragorē lapidum audierūt: ꝛ corpus ſancti nō inuenerunt. Paſſus eſt aūt ſanctus martyr non. nouēbris. Corpus aūt eius poſt longa tempora apud hieroſolymoꝝ tēplū inuentū: ibidēq; dudū tumulatū iacuit. Nūc vero quieſcere dicit venetijs in monaſterio dominarū eius nomini fundato.

¶ De ſcā Eliſabeth vxore zacharie. c. xxv

Eliſabeth vxor zacharie ſacerdotis predicti ꝛ mater ioannis baptiſte fuit: de filiabus aaron: cuius ſanctitas in euangelio luce commendatur. Hec autem cum ioanne nato paruulo in latibulo ſpelunce: ī qua ſupra proxime dictum eſt latuit: donec imanitatis herodis perſecutio facta in nece paruulorum ceſſauit. Et tunc filium vſq; ad annos. vii. enutriuit: qui eadem etate antra deſerti petiit. Mater vero modico poſt tempore ſupuixit: ꝛ ſanctitate ꝛ gratia plena ad chriſtuz in pace migrauit. Sepulta

in domo propria in montana iuda. Dicit autem eliſabeth cognata virginis marie: quia conſobrina eius fuit. Anna enim: et yſmeria fuerūt ſorores filie agarin: de anna nata eſt virgo maria: de yſmeria nata ē eliſabeth ⁊ eliud: de eliud natus eſt emineu: de emineu natus eſt ſcūs ſeruati⁹ epīs traiectēſis: de q̄ ſupra dictū ē.iij.id⁹ maii.

¶ De ſcō Zacharia papa. Ca. XXVI.



Zacharias papa natione grec⁹ ex pr̄e pollochronio: gregorio.iij. romano pontifici in epiſcopatu ſucceſſit: ⁊ ſedit annos.x. menſes.ij. dies.xv. vir mitiſſimus atq̄ʒ ſuauiſſimus: omniq̄ʒ bonitate ornatus: amator cleri ⁊ populi totius: tardus ad iraſcendū: ⁊ velox ad miſerendū: nullis malum pro malo reddidit: ſuis etiam perſecutoribus bona pro malis reſtituit. Hic inuenit oēʒ italiam turbatā ſimul ⁊ ducatū romanuʒ: perſequente luitphrando longobardorū rege ac romane eccleſie iura auferēte. Tātam vero deus huic pape gratiā cōtulit: vt etiā pro ſalute populi animaʒ ponere non dubitaret. Qui prius miſſa legatōe ad eūdem regem: poſt ipſe perſonaliter veniens ſalutaria illi verba predicauit. Cui⁹ āmonitione inclinatus rex: ciuitates romane eccleſie pertinentes: que per annos.xxx. ablate fuerant: reddidit: ⁊ pacem cū pontifice fecit: captiuoſq̄ʒ plurimos romanoꝝ quos tenebat: dimiſit. Ipſa quoq̄ʒ pax per annos.xx. perdurauit. Hic autēʒ pontifex magni meriti ⁊ ſanctitatis clerum ſuū valde dilexit: vtpote pater ⁊ bon⁹ paſtor oēs amplectens ⁊ vtiliter fouens ⁊ neminem eorum tribulari vel egere permittēs. Cuius temporibus in magna ſecuritate ⁊ leticia populus a deo ei commiſſus degēs vixit. ¶ Hic conſtituit vt filij compatrum ſe in matrimonio nullatenus iungerent. Hic dialogorum libros de latino in grecū tranſtulit: quia vtriuſq̄ʒ lingue perit⁹ fuit. Hic etiaʒ in lateranē. eccleſia corp⁹ beati georgij martyris cum epitaphio grecis litteris exarato repperit: ⁊ cū magna ſolēnitate ad velum aureū eccleſiam ſui noīs condidit. Ibiq̄ʒ ipm repoſuit. Et omnib⁹ plene ⁊ perfecte diſpoſitis in ſumma pace moritur: ⁊ apud ſanctū petrum ſepellitur. Ibiq̄ʒ virtutibus pollet.

¶ De ſcō Malachia epō. Ca. XXVII.

Malachias eps in hibernia claruit tempoꝛe eugenij pape.iij. Cuius vitam beatus bernardus ſcripſit. Hic ex parentib⁹ chriſtianis in hibernia natus: ſacriſq̄ʒ litteris a pueritia eruditus in ciuitate armachia.xxv. annorum preſbyter factus verbum domini inſtantius predicare cepit. Deinde marcum ſenem epiſcopum leſiuor adiens: vt ab eo diuinis plenius informaretur: qui etiam epiſcopus miraculorum ſignis clarebat: cum eodem per aliquot manſit annos. ¶ Dum autē pro ſorore ſua defuncta quotidie celebraret: ⁊ occupatus alijs p dies triginta miſſam intermiſiſſet: nocte ſequēti vidit per ſpiritum ſororem ſe diebus totidem nihil guſtaſſe conquerentem. Et cū pro eius expiatione celebrationem miſſarum reſumpſiſſet: viſa eſt ſibi vſq̄ʒ ad limen eccleſie peruenisse. Iterumq̄ʒ in eodem perſeuerans: vidit illam eccleſiam introiſſe: ſed altare contingere non poſſe. Et rurſum miſſas proſecutus vidit eā inter candidatorum numerum aggregari: ⁊ ſic eam intellexit ad celos euolaſſe. ¶ Poſtmoduʒ autem in loco bencor ſibi a diuite quodam oblato monaſterium reparauit: quod dudum antea fuerat deuaſtatum: de quo olim ſanctus columbanus aſcenderat. Ibiq̄ʒ cū.x. monachis abbas ipſe deo ſuire cepit: vbi dū vn⁹ ex eis ope

rentis lingua cederet: ⁊ ſecuris ferrum de
manubrio exiliſſet: iuocato malachia ſer-
rum veſtes illius ſolūmodo concidit: ſed
carnē omnino non tetigit. Ibi etiam op-
preſſum quēdaʒ cui inſanienti demon ſua
debat: vt abbatē cultello pcuteret ab infe
ſtatione maligni ſpiritus liberauit. Et mi
chaelē clericum a graui dyſenteria ſana-
uit. ¶ Cumq; eēt annorum .xxx. ꝗuis in
uitus electus ē epiſcopus connerotb. Et
cum electioni renunciare vellet: tandem
mandato ſui magiſtri epiſcopi leſiuor ac-
quieuit: ⁊ epiſcopatus curaʒ ſuſcepit. Ubi
populum valde rebellē deo ⁊ clero ac ec
cleſijs infeſtum: ad penitētiaʒ ſumma ſa-
piētia ⁊ mira difficultate reduxit: ⁊ ad bn̄
viuēdum informauit. ¶ Poſt hec dn̄ cel-
ſus armachanus archiepiſcopus infirma-
tus eēt: ſeq; mori conſpiceret: ſuis cleri-
cis pſuaſit: nullum niſi malachiam epiſco
pum eligēdum: ad extirpandaʒ potiſſime
quorundam prauorum potētum conſue-
tudinē: qui neminē niſi de eorum parēte-
la archiepiſcopuʒ eligi pmittebant. Iam-
q; per .xv. epiſcoporum ſucceſſiones talis
corruptela inoleuerat. Mortuo igitur ar-
chiepiſcopo celſo malachias ab eis elect⁹
ē. Qui licet dudum renitēs tandē vt eccle
ſiam eorum a ſeruitute eriperet acquie-
uit: promiſſione tamē ab illis pſuſcepta:
vt deleto peſſimo more: liceret ſibi alium
in eccleſia armachan̄. ſubſtituere: ⁊ ad ſu-
am connerothēſem eccleſiā rediret. Hoc
autē malachias magis ad conſentiēdum
mouit: quia paucis antea diebus viderat
ſpecioſam mulierē ſe ſponſaʒ celſi archie
piſcopi aſſerentē: ſibiq; celſi baculum cō-
mēdantē. Interea vō mauritius quidaʒ
de iniqua progenie in archiepiſcopatum
intruſus ē. Sanctus autē vir ſcandalum
euitare cupiēs illo preſidēte furori ceſſit.
Sʒ mauritius diuino iudicio poſt annos.
v. deceſſit. Dum autē nigellus quidaʒ de
eadē progenie ſuccedere niteretur: ma-
lachias in brachio populi ab ipſo rege in
archiepiſcopatum deducitur: ⁊ oēs emu-
li repelluntur. Cum autē nigellus cuʒ fau
toribus ⁊ armatis viris reſiſtere pſume-
ret: ⁊ tam ipſum qʒ regem interficere vel
lēt: ſubito nimia tēpeſtas exoritur: autoꝛ
q; litis ⁊ ſeditionis cum tribus conſoꝛti-
bus a fulminibus occiduntur: ceteri quo
q; hinc inde diſpguntur. Sanctus vō ma
lachias annorum .xxxviij. in ciuitatē ⁊ ec-
cleſiam introducitur: ⁊ in archiepiſcopa-
tu ſublimatur. Multas autē poſtmodū
pſecutiones ab emulis paſſus: omnes tā-
dem deo largiēte deuicit: ⁊ nigellum ad
penitētiam ⁊ obediētiam reduxit: qui eti
am ſacra qdam de eccleſia aſportauerat
retulit. ¶ Mulier qdam de attinētibus
aduerſariorum: q archiepiſcopo pdicanti
conuitia multa intulit: ſubito cunctis vi-
dētibus in amētiam conuerſa: poſt dies
paucos infelicit expirauit. Sicq; armacha
nam eccleſiam vir domini a peſtifera cō-
ſuetudine purificauit. Dum autē ad eccle
ſiam primam redire vellet: ⁊ populus oī-
no reclamaret: gelaſium quēdam pſbyte
rum pro ſe in eccleſia prima ſubſtituit.
Multis quoq; in vita ſua miraculis cla-
ruit. ¶ In eboracēſi ciuitate equū queʒ
dure portantē a nobili quodam oblatuʒ:
dum aliquantulum equitaſſet: comodus
ſubito ⁊ ſufficiēs factus ē: ac de nigro pilo
in album conuerſus. ¶ Deinde claraual-
lēſe monaſterium accedēs ſanctum ber-
nardum viſitauit: qui ab eo mire edifica
tum ſe dixit. In hyporegia ciuitate fili-
um hoſpitis ſui in extremis laborantē cō-
tinuo ſanum effecit. Et dum papam inno
cētium ſecundum romam veniēs viſitaſ-
ſet quattuoꝛ ex eius ſocijs clarauallle di-
miſſuros pdixit: ⁊ vt pdixerat: ſic euenit.
Nam duo ex ipſis ibidē decedētes ſepul
ti: alij vō duo effecti ſunt monachi. ¶ Re
patrians autē cum ſcotiam pueniſſet: fili-
um Dauid regis ſcotorum ad morteʒ de-

cumbentem: aqua aſperſuz benedicta illico ſanauit: ⁊ i villa que dicitur crudelto: puelle mute loquelam reſtituit: atqꝫ aliaz phreneticam liberauit. ¶ Dum infirmus quidam in hibernia: qui multo iacuerat tempoꝛ: lectū malachie ſolūmodo aſcendiſſet: continuo ab omni langoꝛe ſanatus ſurrexit. In langiuia puerum a demonio liberauit. Et phreneticaz mulierem compotez mentis effecit. ¶ Aliam quoqꝫ matronam ad ſe aſcendentem: que menſibꝰ xv. ⁊ diebus. xx. pregnans fuerat: ⁊ adhuc fetum in vtero geſtabat: ſua oratione ad puerperium in momēto adduxit. ¶ Cortagia ciuitate epiſcopo vacante: dū de eligendo preſule diſcoꝛdes eſſent: ⁊ in archiepiſcopum armachañ. vt eligeret omnes conueniſſent: pauperem quendaz preſbyterum alienigenam elegit: quia vitā eius per ſpiritum agnouit. Qui dum ſibi egrotare nunciatus eſſet: mandauit ei: vt illico ſurgeret: qui ſtatim ab infirmitate ſanatur ⁊ in epm̄ conſecratur. ¶ Dum cuiuſdam nobilis coniugez in extremis poſitā inungere vellet: ⁊ illi expectādum in craſtinuz eum rogarent: aſſenſit: ⁊ mulier poſt horā modicam expirauit. Ipſe autem ſe reum criminis accuſans cum lachꝛymis iuxta corpus in oratione ſe poſuit: ⁊ ibidē orās pernoctauit. Mane autez facto mulier reſurrexit: quam ſanctus vir inunctam ad quietem ire precepit: moxqꝫ illa iterū obdormiuit. ¶ Secularis cuiuſdam cōquerentis: ꝙ lachꝛymare non poterat: maxillam tetigit: ⁊ ad tantaz illum deinceps lachꝛymarum effuſionez prouocauit: ꝙ vix fletum continere valebat. Spiritū quoqꝫ ꝓpheticum habuit: ⁊ coꝛdium ſecreta cognouit: ⁊ diem ⁊ locum ſui obitus predixit. Sepius quoqꝫ eo celebrāte columba de celo circūuolans cruci ſuper altare poſite inſidebat: quam diaconus eius et ꝗ̄plures quādoqꝫ videbant. ¶ Cum autem papa eugenius in galliam veniſſet: et malachias ad eum viſitanduz accederet: ⁊ nauem intrare diſponeret: quidam epilenticus nomine catholicus: eius receſſuz deploꝛabat: eo ꝙ in eius preſentia nunꝗ̄ a moꝛbo cadebat. Quem dum ille ſignaſſet: ⁊ eidez ꝓmiſiſſet: ꝙ donec ipſum reuideret: nunꝗ̄ de cetero caderet: ſic vt predixerat euenit: nam ſanctus vir ante regreſſum obijt: ⁊ ille de cetero a moꝛbo nunquam cecidit. ¶ Sed eodem tempore dum cuidam clerico ꝓmiſiſſet: vt quicquid ab eo peteret obtineret: ⁊ ille ſancti archiepiſcopi reuerſionem petijſſet: ſanctus de hoc plurimum triſtatus eſt: eo ꝙ nunquā ſe redituruz preſciuerat: ⁊ ad deū ire cupiebat. Nauem tamen aſcendens: vt clerico pꝛomiſſa redderētur: oꝛta tempeſtate redire compulſus eſt. Facta vero tranquillitate iterum nauem conſcēdit: ⁊ de cetero non rediturus tranſfretauit. Venit autem clarauallem: ⁊ a ſancto bernardo deuote ſuſceptus eſt. Cumqꝫ in feſto beati luce euangeliſte celebraſſet: febre coꝛreptus decubuit: ⁊ in ipſo loco plenus ſanctitate die qua predixerat: ad xp̄z e carne migrauit. ſ. noñ. nouēbris. Sepultuſqꝫ in monaſterio clarauallenſi: miraculis ⁊ ſignis refulgens.

¶ De ſanctis Felice ⁊ Euſebio martyribus. Cap. XXVIII



Felix preſbyter ⁊ euſebius monachus apud taracinā campanie ciuitatē paſſi ſūt tempoꝛe claudij imperatoꝛis ſub leontio filio leontij ꝑſidis. Cum eniz prefati ſancti viri coꝛpora ſanctoꝛum martyrum ceſarij ⁊ iuliani ſepeliſſent: de quibus ſupra dictum eſt calen. nouēbris: ⁊ multos gentiles ad chriſtum conuerſos baptizare t. Leontius filius quondam leontij preſi-

dis: qui ad xp̄m etiam cōuerſus ſtatim vt baptiſmuz ꝑceperat: ad xp̄m migrauerat: de quo etiam dictum eſt ſupra. iij. calen. nouēbris: predictos ſanctos martyres detinuit. Et timēs populi tumultū: miſſo ſpiculatore nocte eos in carcere decollari fecit corpora ad litus ꝓiecta. Quart⁹ p̄ſbyter iuxta corpora ſanctoꝝ ceſarij ⁊ iuliani ſepeliuit non. nouembris.

¶ De ſcō Leonardo ꝯfeſ. Cap. XXIX.

Leonardus confeſſor apud aquitanie prouinciā ciuitatem lemouicenſem claruit tp̄e anaſtaſij imperatoris. Qui in prouincia galliaruz claris parentibus ortus collateralibus videlicet clodouei regis francorum: ab eodem rege de ſacro extitit fonte leuatus: ob nobiliuz parentum amorē chariſſimū: quez ſanctus remigius rhemēſis archiep̄s baptizauit: ⁊ in diſcipuluz ſuſceptum ſalutaribus diſciplinis inſtruxit. Cum aūt idem archiep̄s a regibus frācoꝝ obtinuiſſet: vt quandocunq₃ ipſi reges ad ciuitatez rhemenſem venirent: omnes incluſi in carcerib⁹ libere dimiſſi abire poſſent. Ad imitationem boni magiſtri iuuenis leonardus hoc ipſum a rege impetrauit: vt quicū̄q₃ in carceribus detinerētur: ſi eos ipſe viſitare vellet: continuo ſoluerētur. Et vbicū̄q₃ carceratos eſſe audiebat: ad eoꝝ liberationem feſtinus properabat. Cunctos etiam egros ad ſe veniētes: quacū̄q₃ detētos infirmitate ſanabat. Rex igitur ad ſe accerſiuit eum: quem ſecum in palatio aliquo tempoꝛe manere coegit: rogans vt inde nuſq̄ꝫ diſcederet: donec tempore congruo ipſi epiſcopatuz aliquē donaret. Erat enim iam clericus humilis ⁊ manſuetus. Leonardus vero pontificatum renuit: ⁊ ſolitudinez potius affectās: palatium regis reliquit: ⁊ cum fratre ſuo liphardo verbum dei annuncians aurelianum deuenit: atq₃ apud quēdam cenobitam nomine maximinuz aliquo tempore manſit. ¶ Cum autem liphardus ſuper ripam ligeris manſionez ſolitariā elegiſſet: de quo ſupra in eius legenda dictū eſt. iij. nonas iunij. Leonardus vero per admonitionem ſpirituſſancti in aquitania predicare diſponeret: oſculantes ſe ab inuicez diſceſſerunt: Leonardus igitur per bituricam ciuitatem trāſiens nouelle fidei chriſtianos ſanctis predicationibus confirmabat: ⁊ multa operādo miracula plurimos adhuc incredulos conuertebat. ¶ Demū in quadam ſilua nomine pauum habitare cepit: que a ciuitate lemouicenſi per. x. miliaria diſtabat: ⁊ quo rex ſepius cauſa venationis accedebat: ⁊ in aulam regiam in media ſilua conſtructā diuertebat. Accidit autem vt die quadam rex ibidem cuz regina ⁊ familia venaretur: ⁊ regina pregnans illuc cauſa delectatiōis egreſſa partus periclitaretur. Cum autem rex ⁊ familia reginam iam pene defunctā lugerent: nec ei per medicos: qui cum rege erant ſubueniri poſſet: ⁊ vir dei per nemus tranſiens lugentiuz voces audiſſet: pietate cōmotus illuc acceſſit: ⁊ a rege vocat⁹ introiuit. Interrogatus autem quis eſſet: cum ſe remigij diſcipulum reſpondiſſet: rex ex bono magiſtro bonam de diſcipulo ſpem aſſumpſit: ⁊ ipſum ad reginaz introduxit rogans vt ſuis precibus de recuperata cōiuge ⁊ edita prole duplex gaudium obtineret. Tunc ſanctus orationez fudit: ⁊ qd̄ rex petebat protinus impetrauit. Cui rex multa in auro ⁊ argento obtulit: ſed ille omnia recuſauit: dicens ſe nullis indigere niſi vt tantum in aliqua ſiluarū ſoli chriſto famulari poſſet. Cum autem rex totū illud nemus ipſi tradere vellet: noluit niſi tantum accipere quantum vna nocte poſſet cum ſuo aſello circuire. Quod rex libentiſſime adimpleuit: vbi cum duobus ſibi adiunctis ſocijs monaſteriuz conſtruxit: ⁊ in multa ibidem abſtinētia degens

deo ſeruiuit. Eccleſiam etiam in hono
rem dei genitricis fabricauit: ⁊ altare ſan
cti remigij in ea poſuit: Cum autē aqua
ibi per vnum miliare diſtaret puteꝫ ſic/
cum ibidem fodi fecit: quem ſuis oratio-
nibus aqua vſq; in preſens ſcaturiente re
pleuit. Locum autem ipſum ad nobili ip/
ſo rege conceſſum nobiliacꝫ appellauit.
Ibi ergo tantis miraculis coruſcauit: vt
quicunq; eius nomen in carceribus inuo
caſſent: mox ruptis vinculis nullo con/
tradicente liberi abirent: ⁊ ſuas eidem ca/
thenas aut compedes preſentarēt. Quo-
rum plures ſecum manebant: ⁊ eius exē/
plo ſanctitatis ibidem domino ſeruiebāt.
Familie quoq;. vij. ex eius ſtirpe vendi/
tis omnibus ⁊ pauperibus diſtributis ad
eum venerunt: ⁊ diſtributo eiſdeꝫ nemo/
re ibi cum ipſo in dei ſeruitio permanſe/
runt: exemplo quoq; ſuo plurimos ad ſi/
mile attraxerunt: Deniq; vir domini leo/
nardus multis clarus virtutibus ad domi
num feliciter migrauit octauo idus no/
uembris: circa annum domini quingen/
teſimuꝫ. Sepultuſq; eſt in eccleſia dei ge
netricis quam ipſe conſtruxerat. ¶ Cum
autem ibidem infinita miracula fierent:
clericis illius eccleſie reuelatum eſt: vt q;
locus ille propter multitudinis frequen/
tiam concurrentem nimium artus erat:
alibi eccleſiam fabricarent: ⁊ eodem ſan
cti leonardi corpus trāſferrent. At illi vna
cum populo: triduano ieiunio ⁊ orationi/
bus inſtiterunt: quibus elapſis totam p̄/
uinciam niue nimia que ceciderat oper/
tam videret: locum autem in quo ſanctū
corpus quieſcere volebat omnino vacuū
conſpiciunt: vbi eccleſia de nouo fabrica/
tur: ⁊ corpus in eodem tranſportat̃. Quā/
ta vero miracula per eum dominus faciat
potiſſime circa incarceratos: imenſa ferri
varietates ante tumulum eius depēdēs:
teſtis exiſtit.

¶ De ſcō Felice martyre. Ca. XXX.



Felix mar
tyr apud Tunitium ci
uitateꝫ aphrice paſſus
eſt. Qui a perſecutori/
bus pro chriſti nomi/
nis confeſſione deten
tus: ⁊ carceri duriſſi/
mo mācipatus: dū eū
ad tormenta differrent: orans ad domi/
num emiſit ſpiritum octauo idus nouem
bris. Cuius corpus ſequēti die exanime
repertum eſt ⁊ a chriſtianis condigno re/
conditū honore: In huius ſolēnitate ſan/
ctus auguſtinus epiſcopus pſalmū quēdā
ad populum exponit: quem ⁊ in eius ec/
cleſia publice predicauit.

¶ De ſcō Felice monacho. Ca. XXXI.

FElix monachus in monaſte
rio fundēſi claruit. Qui ma/
gne ſanctitatis vir erat: et
eiuſdem cenobij hortꝫ co
lebat: fur vero quidam ve
nire conſueuerat: ⁊ ad ipſum hortꝫ per
ſepem aſcēderet: ⁊ occulte olera auferre.
Cūq; ille multa plantaret: q̄ min⁹ inueni
ret: ⁊ alia pedib⁹ ꝯculcata: alia direpta cō/
ſpiceret: totū hortū circuiens inuenit iter
vnde fur venire cōſueuerat. Qui eundeꝫ
hortū deambulans repperit etiā ſerpētē.
Cui p̄cepit: vt ſe ſequi deberet. Ad aditꝫ
aūt furis perueniens: in nomine domini
ſerpenti precepit: vt aditum illum caſto-
diret: ac furem ingredi non permitteret.
Protinus ſerpens ſe in itinere trāſuerſꝫ
tetendit: ⁊ felix ad ſuā cellam rediit. Me/
ridie ergo cunctis quieſcētib⁹ more ſolito
fur aduenit: ⁊ ſepem aſcēdit. Et dū in hor/
to pedeꝫ poneret: vidit quia ſerpens extē
ſus viam clauſiſſet. Et tremēs poſt ſemet/
ipſuꝫ cōcidit: eiuſq; pes per calciamētum
in ſude ſepis inheſit. Sicq; donec hortula
nus rediret: deorſum capite pepēdit. Qui
veniēs furē in ſepe pēdētē repperit: ⁊ deo

gratias agens: ſerpentem licentiauit. Ad furem quoq̧ veniēs: ipſum de vnduʒ oleribus exportatis redarguit: pedeʒ quoq̧ illius a ſepe diſſoluit: eumq̧ ſine leſione depoſuit. Olera ēt: q̄ furto auferre conabatur: cum nimia dulcedine prebuit: eumqʒ ne amplius furaretur admonuit: ſʒ cum neceſſe hēret: ad euʒ veniret: quia ipſi deuotus daret: que cum pctō tollere laborabat. ¶ Hic enim ſanctus monachus clarus multis virtutibus migrauit ad chīʒ. Hec gregorius primo dialogorū. cap. iiij.

¶ De ſctis decē martyrib⁹. cap. XXXII.



ecē martyres in oriente apud ciuitatē theopolim paſſi ſunt. Qui a saracenis comꝑhēſi: chriſtumq̧ dominum confitētes crucibus appēſi: coronas martyrii a domino ꝑcipe meruerunt. viij. idus nouēbr. Hec ado in martylogio ſuo.

¶ De ſctō proſdocimo epō. ca. XXXIII.



Proſdocimus epiſcopus apud ciuitatē pataninam claruit tēpore neronis imperatoris. Hic natiōe grecus nobilibus parētibus ortus: lr̄aruʒ ſtudiis eruditus: cum adhuc eēt iuuenis cum marco euangeliſta ⁊ apollinare antiochiam adiit: ⁊ btō petro apoſtolo in diſcipuluʒ ſe tradidit: atqʒ cū ꝑfatis duobus condiſcipulis vna ſecum tempore claudii imperatoris romam acceſſit. Cum autē apoſtolorū princeps beatum marcum miſiſſet aquilegiam ⁊ apollinarē rauēnam ad ꝑdicandum Beatam quoqʒ proſdocimum annorum viginti in epiſcopum conſecratum: lʒ ſatis ex humilitate recuſantē: miſit ad pataninam ciuitatē. Et ꝑueniēs ad ipſam vrbē. multitudinē languētium diuerſarum egritudinum ante portam inuenit: quibus pacē annunciauit: ⁊ oratione ad deuʒ fuſa: omnes ab eoruʒ infirmitatibus liberauit: eoſqʒ oēs ad chriſtum conuertit. Quo viſo miraculo cētum ⁊ ſexaginta gētilium conuerſi ad dominum: ab eodē btō viro baptizati ſūt. Sicqʒ ſanctus epiſcopus proſdocimus ciuitatē ingreſſus: cepit verbum domini ꝑdicare: ⁊ multos paganorum ad fidē chriſti ꝑducere. ¶ Cum auteʒ de virtutibus eius fama ad regē vitalianum ꝑueniſſet: qui graui infirmitate ꝑſſus dudum lectulo decubuerat: proſdocimum ad ſe acceſſiuit: ⁊ an ipſum ſanare poſſet: interrogauit. Qui eidē reſpondit: q̧ ſi in chriſtū crederet: ⁊ idolis renunciare paratus eſſet: cōtinuo ſanitatem reciperet. Cūqʒ rex ſe velle in chriſtum credere rn̄diſſet: baptizauit eum proſdocimus cum vxore eius prepedigna ⁊ vniuerſa eius familia: ⁊ ſic rex ſtatim ab omni langore curatus eſt. Qui continuo ꝑ vniuerſum vrbis ⁊ vicinarum villarum populum edictuʒ miſit: vt oēs in chriſtum crederēt: ⁊ ad beatum proſdocimum baptizandi concurrerent. Taliqʒ modo vniuerſus populus ciuitatis ⁊ oppidorum circum adiacētium conuerſus ē ad dominum. Rex vero eccleſiam in honore ſcē ſophie: hoc ē alme ſapiētie fabricauit: in qua epiſcopus ꝑſbyteros ac diacones ⁊ clericos plurimos ordinauit. ¶ Poſt hec cum rex vitalianus prole careret: oratione viri ſancti regina concepit: ⁊ filiam peperit: quam btūs proſdocimus baptizauit: ⁊ iuſtinam vocauit: eamqʒ ſacris lr̄is erudiuit: ⁊ in virginitatis ꝓpoſito ꝑmanere docuit. ¶ Deinde ſāctus epiſcopus ad ciuitatē eſtēſem adiit: ibiqʒ chriſtum euangelizans: multos conuertit. Inde ad ciuitatē vicētiam ad ꝑdicandum ꝑrexit: ⁊ exinde ad caſtellum nomine aſylum ꝓperauit: vbi ſimilr̄ populum docēs in fide: eccl'iam in honorem dei genitricis edificauit: atqʒ dedicauit. Inde

egreſſus ciuitatē feltrenſem intrauit: vbi
populi maximum multitudinē baptiſmo
ſacro renouauit. Et poſt hec paltinam ci-
uitatē ꝛ ꝑ alia oppida ꝛ caſtella peragrās:
fidelibus monitis populum imbuit: ꝛ reli
ctis idolis verum deum colere fecit. In
quibus omnibus baſilicas conſtruxit: ꝛ p
ſbyteros ac inferiorum ordinuꝫ clericos
conſecrauit. Ac demum ad taruiſium ci-
uitatē deuenit: ꝛ ſuſceptus in domum cu
iuſdam militis nomine euphreſyni: filiaꝫ
eius cecam ſigno crucis edito illumina-
uit: eamqꝫ cum parētibus ꝛ alijs plurimis
in ſilere fluuio baptizauit. Cum autē co-
mes ciuitatis: qui vxorē hēbat theodoraꝫ
ꝑ annos plurimos graui infirmitate detē
tam: nunciante ei militie euphroſyno de
miraculis ſancti pontificis audiuiſſet: euꝫ
ad ſe uocauit: ꝛ vt eius ſanaret coniugē:
humilr̄ exorauit. Cuius manuꝫ apprehē-
dēs vir domini eam continuo de lectulo
in chriſti nomine ſanam erexit: ꝛ ipſā vna
cuꝫ comite ꝛ filijs ac omni familia nume
ro. cxij. credētes in chriſtum baptizauit.
¶ In ipſa quoqꝫ ciuitate multum popu-
lum ad fidē chriſti reduxit: ꝛ multorū no-
bilium filios ſacris lr̄is erudiuit. Eccl'iaꝫ
quoqꝫ in honorē beati petri apoſtoli iam
pro chriſto paſſi ipſe fundauit: in qua ꝛ p-
ſbyteros ꝛ diacones ꝛ alios clericos ordi
nauit. Deinde ad ſedē ſuaꝫ patauij rediit.
Et poſt modicum tempus rex vitalianus
chriſtianiſſimus ꝛ vxor eius regina ꝑpedi
gna ad dominum migrauerunt. Quos ſā
ctus proſdocimus ſepeliuit. Filiam quo-
qꝫ illorum eius diſcipulam iuſtinam vir-
ginē ſacram ſibi a parētibus commenda
tam optima cura gubernauit. Eam quo-
qꝫ ꝑ martyrium aſſumptam cum ſuis cle-
ricis honorifice ſepulture tradidit. De
qua ſupra in eius paſſione actum ē non.
octobris. Ad ſuaſionē auteꝫ bti epiſcopi:
patricius quidam nomine opilius chri-
ſtianus eccl'iam in honore ſcē iuſtine vir-
ginis ſupra corpus illius erexit: ꝛ iuxta eā
oratorium btē virginis compoſuit: quam
eccl'iam ſimul cum oratorio proſdocimus
epiſcopus conſecrauit. Qui poſtq̄ꝫ a mul-
tis obſeſſis demonia eiecit. ꝛ plurimos i-
firmos a diuerſis langoribus eripuit: cuꝫ
in ſede patauine vrbis ſediſſet ānis. xciii.
mēſe vno diebus. xv. etatis ſue āno. cxiiij.
ad dominum migrauit. vii. idus nouem-
bris. Et in oratori prefato dei genitricis
clarens miraculis ſepultus quieſcit.

¶ De ſancto Achilla epo. Ca. XXXIIII.



Achillas epiſcopus alexandri-
nus: alexandro, in epi-
ſcopatu ſucceſſit. Qui
ambo bti petri eiuſdē
ciuitatis epiſcopi ꝛ mā
tyris diſcipuli: ꝛ ab eo
dē fuerūt p̄ſ bꝛi ordina
ti. Et cū idē btūs petrꝰ pro fidei catholice
defēſione in carcere detētus eēt: diuina
reuelatione eoſdē p̄ſ bꝛos ſibi in epiſco-
patu ſucceſſores ꝑmonuit: ꝛ eiſdeꝫ quod
ꝑſciuerat reuelauit: vt dicetur infra in eiꝰ
paſſione. vi. cal. decēbris. Et ſicut ipſe pre
dixerat ſic euenit. Nam primus achillas:
ſecundus alexander eideꝫ in pontificatu
ſucceſſit. Et primus quidē annis. ix. ſecun
dus vero annis. vii. ſedem ipſam tenuit.
Quorum vterqꝫ eruditione fide ꝛ cōuer-
ſatione ac moribus inſignis extitit. Et de
ſecundo quidē ſancto in eius feſto actum
ē. iiii. cal. martii. Primus vero videlicet
achillis in pace quieuit. vii. idus nouēbr.
Quorum corpora in eodem tumulo ale-
xandrie requieſcunt.

¶ De ſcō Amarantho mar. Ca. XXXV.

AMaranthus martyr apud al
bigē. ciuitatē paſſus ē tēpore
decii impatoris. Qui exacto
agonis fidelis curſu capitis
obtruncatione celus corona

tus eſt triumphali corona: ⁊ ſic ibidez ſe
pultus viuit in gloria. Paſſus. vii. idus no
uembris: hec ado.

¶ De ſanctis Claudio Nicoſtrato ⁊ ſociis
martyribus. Cap. XXXVI.

CLaudius: nicoſtrat⁹: ſym
phorian⁹: caſtori⁹ atqꝫ ſim
plicius martyres paſſi ſunt
apud pānoniā ſub diocle
tiano imꝑatore: agēte lam
padio tribuno. Naz cū idē
imꝑator pānoniam perrexiſſet: vt diuerſa
metalla ad edificia in ſui pſentia de mon
tibus abſcidi faceret: omneſqꝫ artifices ar
tis quadratarie cōgregaſſet. Inuenit iter
eos peritiſſimos. v. operarios predictos.
Quoꝝ quattuor primi. ſ. claudius: nicoſtra
tus: caſtorius: ⁊ ſymphorian⁹ occulte chri
ſtiani erant. Simplicius vero adhuc idola
adorabat: prefati aūt quattuor quicqd ar
tis opabant: in noīe dñi ieſu xpi ſculpebāt
oiaqꝫ ſibi in arte ſuccedebāt. Cum autem
die q̄dam oēs artifices nūero. cccccccxxij.
cum. v. philoſophis ad venas lapidis exci
dendas in vnū conueniſſent: ⁊ mira inter
illos cōtentio eēt: nec venas excidendas
reperire poſſent. Symphorianus qui pre
dictoꝝ quattuor alioꝝ magiſter erat: inuo
cato xpi noīe ſecretius textum lapidis re
perit: ⁊ ſcd̄m auguſti preceptū ſculpturaz
perfecit. Columnas quoqꝫ plurimas ⁊ ca
pitella ex porphyretico lapide imperatori
exciderunt: ⁊ cōcas cuz ſigillis ex diuerſis
marmorib⁹ elegātius fabricarūt. Sed cū
ferramēta ſimplicii adhuc gentilis ſepius
frangerent. Interrogauit ſymphorianuz
quare ceteroꝝ quattuor lapicidarū ferra
mentis ꝑmanētib⁹ ſolidis ipſius ſolūmō
excisoria ex lapidū fortitudine durare nō
poſſent. Symphorian⁹ vero dixit ei: qua
liter omne opus ſuum in noīe xpi incoba
bant: ⁊ ad votuz eis omnia ſuccedebant.
Predicante itaqꝫ ſymphoriano cuz ſociis:
ſimplici⁹ in xpm credidit: ⁊ baptiſmi gra
tiam poſtulauit. Qui duxerūt illuz ad quē
dam cyrillum epm: qui pro xpi nomine in
carcere dudum detentus erat. Eps vero
ſimpliciū in fide docuit ⁊ ſacri baptiſmis
vnde perfudit. Reuerſi igit̄ ad opera cō
cas ex porphyretico cauabant: ⁊ colūnas
mirabiles faciebant. ¶ Poſt dies aliquot
iuſſit diocletian⁹: vt ſimulacrū aſclepij ex
ciderent: ⁊ multoꝝ aīaliuz imagines ſcul
pendo formarent. Ipſi vero oia cetera ꝑ
fecerunt: aſclepii aūt idolum minime ſcul
pſerunt. Imperator vero ab eis queſiuit
cur cūnib⁹ aliis operibus ad eius volun
tatem excīſis: ſolam imaginem magni dei
non pfeciſſent. Tunc quidam ex philoſo
phis ⁊ aliis lapiduz ceſoribus eoꝝ peritie
inuidentes accuſauerūt illos imperatori:
ꝙ xpiani eſſent: ⁊ ꝙ ſigno crucis pmiſſo
ac xpi nomine inuocato oia perficerent: ⁊
iccirco ſimulacrū aſclepii excidere noluiſ
ſent. Diocletianus aūt q̄ ppter eoꝝ magi
ſteriuz ipſos acceptos ⁊ charos habebat:
diſſimulauit verba delatoruz: vt illos ſibi
ſaluare poſſet: ⁊ ad idolum aſclepii ſculpē
dum induceret. Et cū eis rurſum manda
ret: vt predictum ſimulacruz exciderent.
Illiqꝫ imaginē miſerrimi hoīs nunq̄ ſe
facturos reſpōdiſſent. Interrogauit augu
ſtus philoſophos: ſi alii tā periti homines
eiuſdem artis inueniri poſſent. Tūc phi
loſophi alios artifices quadratarios elege
runt: qui ſimulacrū aſclepii ex ꝓconeſſo la
pide infra menſem fabricauerunt: ⁊ perfe
ctum diocletiano obtulerunt. Qd̄ videns
imperator ſanctos martyres. v. predictos
accerſiuit: ⁊ an xpiani eſſent interrogauit.
At ille publice confeſſi ſunt: ꝙ ſerui ieſu
chriſti domini erant: in cuius noīs inuoca
tione omnia ſibi in arte ſua ſecūduz eoꝝ
volūtatē ſuccedebant. Tunc imperator
tradidit eos lampadio tribuno: vt mode
ratis verbis eos induceret: quatenus deo
ſoli ſacrificarent. Et cum a philoſophis ⁊
operariis multa inſtantia accuſarentur: re

cluſit eos lampadius in cuſtodia publica. ¶ Die vero ſequenti iuſſit eos ante ſe adduci: ⁊ accuſatores eorum aduocari. Auditiſq; partibus nunciauit diocletiano: q̄ chriſtiani eẽnt: ⁊ deos adorare recuſarẽt. Qui mãdauit lampadio: vt ſi deo ſoli ſacrificare nollent: ſcorpionibus eos cedi faceret. Poſt dies vero quinq; lampadius pro tribunali ſedit: ⁊ eos ſibi exhiberi p̄cepit omniaq; tormentorum genera illis oſtendit. Sed cum eos nulla ratione poſſet ad imolandum inducere: iuſſit illos grauiter ſcorpionib⁹ flagellari. Statimq; tribunus arreptus a demonio expirauit. Q̄d audiens vxor eius ⁊ familia cum mugitu ad philoſophos recurrerũt: ita vt diuulgaretur diocletiano. Qui iratus vehemẽter: iuſſit loculos plumbeos fieri: ⁊ eos viuos intus recludi: ⁊ in flumine iactari. Nicet⁹ vero quidam ex aſſeſſorib⁹ lampadii: imperatoris mandatum exequens: loculos fieri fecit: ⁊ ſanctos martyres claudium: nicoſtratum: caſtorium: ſymphorianũ ⁊ ſimplicium intus recluſos in flumen precipitauit. Quod audiens cyrillus ep̄s: q̄ erat in carcere ex nimia afflictione expirauit. Poſt dies vero .xlii. quidam nicomedus chriſtianus loculos cum corporibus occulte leuauit: ⁊ ſanctorum reliquias honorabiliter ſepeliuit: qui paſſi ſunt ſexto idus nouembris.

¶ De ſanctis quattuor coronatis martyribus. Cap. XXXVII.




Quattuor coronati: videlʒ ſeuerus: ſeuerian⁹: carpophorus: ⁊ victorin⁹ rome paſſi ſũt ſb diocletiano ĩpatoꝛ. Qui cũ eẽnt cornicularii: ⁊ ad ſacrificia vna cũ aliis ĩpatoꝛ officialibus cõpellerent cũ oĩno ↄſenſum impiis p̄bere nollent: nunciatũ eſt diocletiano. Quos illico iuſſit: vt ante ip̄m plũbatarum ictibus tam diu cederent: donec ſp̄m emitterent. Quoꝝ corpora iuſſit in platea canibus iactari: que etiã .v. diebus ibidem iacuerunt illeſa. Sed a melchiade papa ⁊ a beato ſebaſtião martyre collecta ſepulta ſunt in via lauicana miliario ab vrbe tertio cum aliis ſcis in barenario. Paſſi ſunt aũt poſt duos annos a paſſione dictorum quinq; martyrũ ſupra prime poſitoꝝ eodem .ſ. die: hoc eſt .vi. idus nouembris. ¶ Hoꝝ noia cum minime poſſent inueniri: quattuor coronati vocati ſunt. Statutũ eſt aũt a melchiade papa: vt memoria eorum ſub nominibus alioꝝ quinq; martyrum p̄dictoꝝ ⁊ dier anniuerſaria recolatur. Et licet p̄ceſſu tp̄is eoꝝ noia reperta fuiſſent: vſus tñ obtinuit: vt quattuor coronati deinceps vocarentur.

¶ De dedicatione baſilice ſaluatoris. Capitu. XXXVIII

Dedicatõe baſilice ſaluatoris hoc ẽ ſctẽ eccl'ie lateraneñ. rome a btõ papa ſilueſtro facta ẽ .v. idus nouẽb. Qui ſanct⁹ ep̄s ↄſecratiões altarium ⁊ eccl'iaꝝ ſm ritũ: quẽ nunc romana tenet eccl'ia: p̄mus fieri inſtituit. Fuiſſe tñ ab ipſis apl'oꝝ tp̄ib⁹ loca deo dicata: q̄ a quibuſdã oratoria: a quibuſdã eccleſie appellabant: vbi collecte fierent per vnã ſabbati: ⁊ in qb⁹ populus xp̄ianus ad audiendũ verbũ dei: ⁊ ad p̄cipiẽdum dñici corporis ſacramẽtum cõueniret: ⁊ apoſtoloꝝ edocemur epiſtolis: ⁊ ſanctoꝝ patrum ĩſtruimur geſtis. Que licet ſale ⁊ aqua benedicta exorcizabantur: non tñ chriſmate vngebant: nec altare lapideum adhuc ſtabat erectum: chriſmate delibutũ in figura domini noſtri ieſu xp̄i: qui eſt altare noſtrum ⁊ ſacerdos ⁊ hoſtia. ¶ Poſtq̄ꝫ vero conſtantinus imperator a lepra mundat⁹ a beato ſilueſtro papa baptiſmi meruit ſacramento purificari: vt ſupra dictũ ẽ in le

genda ſilueſtri pape pridie calē. ianuarij:
⁊ cōſtantini imꝑatoris.xij.calē.iunij: tunc
primū lege ab ipſo ꝓmulgata cōceſſum ē
oībus ſub romano iꝑio degentib⁹ licite
eccleſias fabricare. Et ad id faciēdū ſuo
vt alios hortaret̄ exemplo in ꝓprio latera
nenſi palatio eccleſiā in honorē ſaluatoris
mūdi fabricauit. Baſilicā quoqꝫ appendi/
ciam iuxta palatiū fecit in honorē ſancti
ioānis baptiſte: in loco videlicet in quo ba
ptizatus meruit a lepra mūdari. Quā qui/
dem eccleſiā mirificis donis ⁊ ornamētis
in auro ⁊ argēto ⁊ lapidib⁹ precioſis infi/
niti precij magnifice ditauit: quā beat⁹ pa
pa ſilueſter die ꝓdicto publice cōſecrauit.
Tunc quoqꝫ imago ſaluatoris diuinitus
depicta in tribuna eccleſie primū viſibi/
lis omni populo romano apparuit. Que q̄/
dem imago deuotiſſima in ipſo loco vſqꝫ
hodie pſeuerat. Et licet eccleſie eiuſdē pa
rietes vſqꝫ ad fundamēta plerūqꝫ diſſolu
ti fuerint: ⁊ iterū reparati. Ipſa tn̄ tribuna
cū imagine ſacratiſſima nulla vnq̄ꝫ potuit
vetuſtate dleri: nullaqꝫ nouitate diſſolui:
cum tamē aliq̄ñ eccleſia ipſa incēdio tota
liter ſit iudicio diuino cōſumpta. Hec igit̄
eſt illa feſtiuitas: in qua primū rome eccle
ſia publice conſecrata eſt: quā etiam eccle
ſiam idem pontifex ad inſtantiā cōſtātini
auguſti: oīuꝫ eccleſiaꝝ totius orbis caput
eſſe cōſtituit: eandēqꝫ tam larga benedi/
ctione dotauit: vt ſiquis hoīum quocūqꝫ
āni tpe vere ꝯfeſſus ⁊ penitēs eā intraue/
rit: oīuꝫ peccatoꝝ ſuoꝝ generalē remiſſio/
nē ⁊ indulgētiā ꝯſequi mereat̄.



¶ De ſctō Theodoro martyre. C.XXXIX.

Theodorus martyr paſſus eſt
apud amaſiā ciuitatē
marmaritanoruꝫ ſub
diocletiāo ⁊ maximia
no imꝑatorib⁹. Qui cū
eſſet miles ex ciuitate helleſponti depre/
henſus eſt: q̄ꝫ xp̄ianus eſſet: ⁊ adduct⁹ eſt
ad brychani prepoſitum legionis. Cui cū
prepoſitus diceret: vt ſacrificaret ⁊ militiā
priſtinā reciperet: illeqꝫ ſe deo patri oīpo
tenti ⁊ ieſu xp̄o filio eius militare ſe reſpō
diſſet: ad ſuggeſtionem poſſidonij vicarij
prepoſitus ei inducias cōceſſit dieb⁹ pau/
cis: vt ſemetipſuꝫ admoneret ⁊ diis imo/
lare cōſentiret. Interea theodorus plures
xp̄ianorū in carcere detentos viſitabat:
eoſqꝫ in fide xp̄i cōfortans eiſdē neceſſa/
ria miniſtrabat. Nocte igitur quadā tem
plum martis introiuit: ⁊ igne ſuppoſito to
tum illud ſuccendit. Qui a quodam gor/
diano tabulario viſus ⁊ detentus: ac preſi
di preſentatus eſt. Quem preſes fecit ce/
di ⁊ ceſum incarcerem mitti: pedibuſqꝫ
in cippo recludi: ac hoſtium carceris con
ſignari: vt ibi fame deficeret. Cui domin⁹
ieſus chriſtus nocte cū lumine apparuit:
⁊ ipſum in eius amore confortauit. Tunc
multa turba virorū dealbatorum ad eū
venit ⁊ ſecum pſallere cepit. Quod cuſto/
des audientes: ⁊ hoſtium ſignatum aſpi/
cientes iudici nunciare feſtinauerunt. Il/
le vero ad carcerem cucurrit: ⁊ hoſtium
carceris ſignatū inuenit: voces vero pſal
lentium cum theodoro audiuit. Et circū/
poſitis militibus carcerem aperiri fecit: ac
introgreſſus ſolum ſanctū martyrem in
ligno detruſum aſpexit. Ruſumqꝫ eidē
recluſo vnciam panis ⁊ modicum aque ꝑ
dies ſingulos ei miniſtrari precepit: ſed
ipſum celeſti cibo dn̄s enutriuit. ¶ Poſt
dies vero quindecim theodorū adductū
⁊ diis ſacrificare nolentem: iuſſit preſes
in ligno ſuſpendi: ⁊ latera eius vnguibus
crudeliter radi: donec coſte illius nuda/
rentur. Et cum hec omnia pro chriſti no/
mine ſuperaſſet dedit preſes in eum ſen
tentiam vt ignibus traderet̄. Accenſo igi/
tur igne per ſemetipſum veſtimēta depo
ſuit: ⁊ vinctis poſt tergum manib⁹ in flam

mas ſponte proſiliuit. Et circumſpiciēs in turba quēdaʒ commilitonē nomine cleonicum lachrymantē vidit. Quē confortās ſeipſum ſecuturum ꝓdixit. Cum autē orationē fudiſſet ad dominuʒ flamma in ſpecie camere facta ē tanꝙ veluʒ nauis a vēto repletum: ⁊ circumuallauit eum: vt eſſet non quaſi corpus quod exuritur: ſed quaſi panis qui coquitur. Sicqꝫ celeſti voce ad gaudia eterna vocatus emiſit ſpiritum. Corpus vo exanime omnino ꝑmanſit incombuſtum. Quod matrona q̄dam euſebia nomine tulit: ⁊ in poſſeſſionē ſuam q̄ diſtat ab vrbe amaſia vnius diei via portauit: vbi eum cum aromatibus ſepeliuit in loco: qui dicitur euchaita. Paſſus eſt autem quinto idus nouembris.

¶ De. ſ. Theodoro alio mar. Cap. XL.



Theodorus miles ⁊ martyr apud heracleam ciuitatē macedonie paſſus ē ſub licinio imperatore: q̄ ⁊ occidit. xl. martyres. ⁊. ccclxx. cēturiones. Eodē tēpore apō achaiam erat draco peſſimus oēs interficiēs ⁊ deuorans tranſeuntes. Cum auteʒ theodorus miles chriſtianus ibi iuxta ſupra fenum dormitaſſet: ⁊ draconē ibideʒ ignoraret: excitatus ē a muliere euſebia chriſtiana: q̄ ei draconē ibi iuxta eſſe nunciauit: ⁊ vt fugeret ex charitate monuit. Quaʒ ſanctus hortatus ē vt pro ſe oraret: ⁊ a longe conſpiceret. Factoqꝫ ſibi crucis ſigno ad os ſpelunce proceſſit: ⁊ draconi vt exiret chriſti virtute mandauit: ac deide equum aſcēdit. Quē exeuntē aggreditur: equoqꝫ ipſum ſupprimēte quattuor pedibus draco proſtratur: ⁊ lancea cordi eius infixa a ſancto milite chriſti occiditur. Quo miraculo viſo multi gētiliuʒ ad chriſtum conuerſi ſunt. ¶ Licinius igitur rex cum audiſſet ꝙ theodorus chriſtum ꝑdicaret: miſit de nicomedia in heracleam ciuitatē in qua miles chriſti degebat: vt cum honore militaturus ad eum accederet. Ille vo nuncios grate recipiēs remiſit impatori ꝑ epiſtolam: vt ꝑſonalr veniret heracleaʒ: vbi nimia affectione ipſū populus videre cupiebat: ꝙ ſi illuc veniret: ipſe cum eo ⁊ omni populo ſacrificare paratus eēt. Quo audito licinius heracleam venit: cui ſanctus miles in equo q̄ draconē occiderat obuiauit. Quē impator coram omni populo plurimum honorauit. Rogauit autē eum vt offerret diis grata libamina. Ille autē deos regis ſibi dari petiit: quaſi in domo ſua vellet eos thuribus placare. Quibus eidē ab iperatore traditis omnia idola aurea ⁊ argētea confregit ⁊ fruſtra pauperibus diſtribuit. Hoc audiēs licinius iratus eum teneri fecit ⁊ ſacrificare nolētē ꝑcepit eum ſpoliatum ⁊ in quattuor lignis extēſuʒ virgis cedi. Deinde plumbatis ꝯtundi duriſſime. Poſtmodum ēt carnes illius vngulis ferreis radi: ⁊ faculas igneas vulneribus ſuꝑponi: atqꝫ teſtis acutiſſimis confricari: ⁊ ſic in carcerē vinculatum recludi. Iteruʒ autē poſt dies. v. eductum mandauit crucifigi: ⁊ crucifixum a pueris ſagittari: eius quoqꝫ genitalia ꝑcidi. Quē licinius exiſtimans interfectum: dimiſit in cruce in craſtinum deponēduʒ. Eucharius vo quidā chriſtianus occultus ſcribebat paſſioneʒ eius. Angelus aūt domini theodoro pēdēti ꝑ nocteʒ apparuit: ⁊ vulneribus eius ſanatis illeſum depoſuit. Cum autē iuſſu regis duo cēturiones cum pluribus ad euʒ deponēdum mane veniſſet: eumqꝫ viuētē ac omnino ſanatum vidiſſet cum militibus. lxxxii. ad chriſtum conuerſi ſunt. Quod audiēs licinius miſit antipatrē ducē cum. cccc. viris ad eos occidēdos. Tūc inter chriſtianos ⁊ paganos ſeditio orta ē: ſꝫ martyr chriſti tumultuʒ ſedauit: ⁊ chri

ſtianos ad patientiaꝫ informauit. Deinde ad cuſtodiam accedens: fideles omnes in xp̄i noīe apertis hoſtijs ⁊ diruttis vinculis abſoluit: ⁊ pluribus ad ſe venientib⁹ egris ſanitatem reſtituit. Quod rex intelligens: ipſam decollari mandauit. Sed cū ad paſſionem duceretur: eucharium rogauit: vt corpus eius in achaiam deferret: ⁊ in paterna hereditate ſepeliret. Quod quideꝫ ille ſumma diligentia adimplere curauit. Paſſus eſt autem ſanctus martyr. v. idus nouembris. ¶ Temporis vero proceſſu corpus eis de partibus illis a venetis raptum venetiaſqꝫ delatuꝫ: atqꝫ in eccleſia ſancti ſaluatoris: que eſt canonicoꝝ regularium ſepultum eſt.

¶ De ſcō Urſino epō. Ca. XLI.



Urſinus epūs apud bituriceñ. ciuitateꝫ claruit. Qui rome a ſucceſſorib⁹ apoſtoloꝝ pontifex ordinatus: primus eidem vrbi deſtinatus eſt epiſcopus. Ipſe nāqꝫ predicationis officio diligenter intentus maximaꝫ partem ciuitatis illius populi conuertit ad dn̄m: ⁊ fide ⁊ ſapientia atqꝫ vite ſanctitate ꝓbat⁹ migrauit ad xp̄m. v. idus nouembris: vt dicit ado.

¶ De ſanctis Tryphone ⁊ Reſpicio martyribus ⁊ nympha virgine. Ca. XLII.

Tryphon ⁊ reſpici⁹ martyres ⁊ nympha virgo apud vicum abſaduꝫ ſaxonie paſſi ſunt. Qui tryphon ex eodē ortus oppido: paſtor anſerū fuit. Tēpore igit̄ gordiani ipatoris filia eutychetis nobilis romanoꝝ obſeſſa a dēmone clamabat: tryphonē paſtorē anſerū ei⁹ liberatorē futurū. Cuꝫ aūt de mādato ipatoris eutychetē plurimū diligentis: talis hō per vniuerſuꝫ mūdum quereret̄ tandē in prefata ciuitate inuent⁹ eſt: ⁊ ad vrbē romaꝫ adductus. Qui ſtatim vt limē dom⁹ eutychetis attigit. puella liberata fuit. Sāctus aūt orās impatori ⁊ eutycheti demonem qui puellaꝫ infeſtabat: in ſpecie canis oſtendit: ⁊ eū eis humana voce loqui fecit: ⁊ demū in abyſſum miſit: ⁊ ab impatore honoratus ad ꝓpria cū honore regreſſus ē. ¶ Tempore vero decij ceſaris imminente perſecutione tryphon a p̄fecto occidentis tentus eſt: vt ſacrificaret: qui dum xp̄m confiteret̄: primo quideꝫ appenſus eſt: ⁊ vngulis confoſſus: deinde per pedes ligatus: ⁊ per maximas niues ⁊ glacies tractus eſt: ita vt pedes frigore ſcinderentur. Poſtmoduꝫ aūt acutis ignitis pedib⁹ confixus ⁊ fuſtib⁹ ceſus: atqꝫ lampadibus ad latera appoſitis euſtus. lumine tamen ingenti de celo ſupinfuſo confortatus eſt. Quod videns reſpicius quidam tribunus credidit: ⁊ xp̄m ꝯfiteri cepit: queꝫ preſes detentū vna cū tryphone fortius exungulari mādauit. Dehinc ambos ad templuꝫ fecit adduci: vt ceſaris aut iouis ſtatuam adorarēt. Sed orante tryphone idolū corruit: ⁊ mox nympha quedā: que virgo veſtalis erat ibidē aſſiſtēs fidem xp̄i ꝑcepit: ⁊ xp̄m deum verū voce publica ꝓclamauit: Tunc p̄fect⁹ ſanctos martyres vna cū nympha virgine plumbatis diutius cedi: eoſqꝫ omnes nouiſſime mandauit pariter decollari. Quorum corpora a chriſtianis iuxta ipſam vrbeꝫ ſepulta ſunt quarto idus nouembris.

¶ De ſcō Theodoro mar. Ca. XLIII.

Theodorus martyr apd ciuitatem antiochiam paſſus ē ſub iuliano imperatore apoſtata. De quo. x. libro eccleſiaſtice hiſtorie cap. xxiij. habetur. Cū enim iulian⁹ chriſtianis pmiſiſſet: vt corpus babile martyris auferrent: de quo ſupra in ei⁹ paſſione

actum eſt.ix.calē.febr̄. Ibiq3 exultantes
corpus per ſex miliaria detuliſſent: cātan/
tes pſalmū: Confundant oēs: qui adorāt
ſculptilia ⁊c. ⁊ impator hoc audiſſet: irat⁹
die altero iuſſit oēs xpianos teneri ⁊ tor/
queri. Qđ ſaluſtius eius pfectus: licet pa/
ganus tamē inuitus exequit. Et primū ſibi
theodorꝫ occurrentē a prima luce vſq3 ad
vndecimā horam tanta crudelitate: ⁊ tot
mutatis carnificib⁹ torſit: vt nulla etas ſi/
mile fore factuꝫ meminerit. Ipſum tan/
dem per oia cōſtanteꝫ ⁊ letum in carcere
teneri fecit: ⁊ impatori: que fecerat recita
uit: taliaq3 oino fieri diſſuaſit: alioqn chri/
ſtianis gratiā ⁊ ceſaris ignominiā quere/
ret: cuius ſuaſione impator theodorꝫ libe/
rum dimiſit: qui referrebat in tormentis
ſe modicā penam ſenſiſſe: aſſiſtēte ſibi ce/
leſti iuuene: ⁊ ipm cōfortante: nec nō lin/
teo candido ſudorē ſuuꝫ exiccāte: ac ſepi⁹
ſibi aquā frigidaꝫ inſtar necaris in populū
porrigente. Hic aūt ſanct⁹ martyr poſt ali
quot mēſes migrauit ad dñm. iiij. idus no
uembris. Hec euſebius libro quo ſupra.

❡ De ſcō Theodoro epo. Ca. XLIIII.



Theodo/
rus eps ſiccenſis fuit.
Hic dum eēt annoruꝫ
xij. ⁊ facta eſſet epide/
mia valida in ipſa ciui
tate: theodorus vſque
ad mortem infirmatus
eſt: qui delatus in ora/
torio ſancti ioannis baptiſte: qđ eſt iuxta
villam ⁊ ſtratus ad altaris introitū: cuꝫ ad
crucifixum deſuper ſtantem in tabula pi/
ctuꝫ oraſſet: de imagine chriſti tres gutte
roris ceciderunt: ſtatimq3 bubonem ſol/
uerunt. Et continuo extincta febre conua
luit: ⁊ domū proprijs pedibus repedauit.
Cepit aūt pſalteriuꝫ mente diſcere velle.
Cumq3 vſq3 ad pſalmuꝫ. xvj. didiciſſet: ⁊
vltra memorie cōmendare non poſſet: in
eccleſia ſancti chriſtophori ante crucifixū
orans: obtinuit ⁊ celeritatem in adiſcēdo:
⁊ firmā memoriaꝫ in retinendo. Sicq3 in
breui diuina gratia pſalterium totum me
morie cōmendauit: ipſumq3 quotidie le/
gere cepit. Factuſq3 eſt clericus: ⁊ pceſſu
tpis ſiccenſis eps: qui populuꝫ dei verbo
⁊ exemplo inſtantius refouēs clarus ſan/
ctitate migrauit ad xpm.

❡ De ſcō Probo epo. Ca. XLV

Probus eps rauēnatum.
vij. apud eandem ciuita/
tem claruit. Hic eniꝫ mi
tis ⁊ pius fide religioſiſſi
mus clarus in ſpecie: ful/
gidus in opere: ſapiens
eloquio: plenus gratia ſpiritusſancti: oēs
languidos ad ſe venientes quacūq3 detē/
tos valitudine curabat: ſpirituſq3 immun/
dos de obſeſſis corporib⁹ expellebat. Qui
poſtq3 ſue ad occaſum vite inſtante tem/
pore: angelica cōſpexit agmina: ſtatiꝫ ela/
pſa eſt de corpore eius ſancta anima. iiij.
idus nouēbris. Sepultuſq3 eſt a filijs ſuis
in eccleſia ſuo nomini dedicata: vbi in mi
raculis ⁊ virtutibus viuit.

❡ De ſanctis Tiberio Modeſto ⁊ Florē
tia martyribus. Ca. XLVI.

Tiberius modeſtus ⁊ florētia/
martyres paſſi ſunt apud aga
thenſem ciuitateꝫ: ſub diocle/
tiano imperatore. Fuit enim
tiberius eiuſdem vrbis helei
nobilis ſed pagani filius: qui
valeriano imperatori plurimuꝫ erat dile/
ctus. Anno igitur. viij. ei⁹ imperij. valeria
nus heleo ſuaſit: vt filium quē chriſtianū
nouerat ad ſacrificia prouocaret. Qđ duꝫ
ille per dies plurimos facere ſtuderet: et
tiberius puer in fide chriſti immobilis p/
ſeueraret: cum imperator hec audiſſet:
fecit ipſum teneri ⁊ in catomo fuſtibus
diutius cedi. Cum autem cedentiuꝫ bra
chia aruiſſent: ⁊ ipſe impator in manu tor

tionem maximaꝫ ſenſiſſet: cepit exclama-
re ⁊ tiberium magnū appellare. Pro quo
tiberius orauit: ⁊ cōtinuo ſanitatem rece-
pit: quem valerianus emendanduꝫ patri
tradidit. Pater vero iuuenem in triclinio
delitiis ⁊ muſicis ac ioculatoribus ⁊ puel-
lis pleno: diuerſiſq; gēmis ornato poſuit:
vt animuꝫ eius alliceret: ⁊ a chriſtianitate
reuocaret. Orante vero ſancto claritas ei
de celo refulſit: odorq; maximus refraga-
uit. Quod dum pater ad videndū iuiſſet:
putans q̄ dii eius filium conſolaturi viſi-
taſſent: cōtinuo excecatur: ⁊ ab imꝑatore
pro lumine recuperando ad templa deoꝝ
adducitur: ſed ſine vlla gratie impetratio
ne reuertit̄: oratione aūt filii illuminatur.
Cum aūt beleus filium tanq̄ maguꝫ per-
derē vellet: ab angelo cum modeſto quo-
dam xp̄iano rapitur: ⁊ ipſo duce vltra flu-
men eucharū tranſuadant: atq; ſub quer-
cus arbore collocantur: vbi ambo degen-
tes vſq; ad diocletiani tēpora p̄dicabant:
⁊ miraculis clarētes multos cōuertebāt.
¶ Eodeꝫ aūt tempore cū filius maximia
ni imperatoris a diabolo oppreſſus eēt: ⁊
a nemine niſi a tiberio ſe eiiciēdū clama-
ret requiſitus ſanctus ⁊ romā cum mode
ſto ꝑductus imperatoris filiū a demonio
liberauit. Sed diocletianus collega maxi
miani eos detinuit: ⁊ predicta magicis ar
tibus attribuens: dum ſacrificare recuſa
rent: ipſos onuſtos ferro per dies plures
in carcere artauit: ⁊ fame nimia afflixit.
Quos angelus domini celeſti de celo fuſo
lumine confortauit. Sed cum iuſſu impe
ratoris beſtiis expoſiti eſſent: ⁊ in nullo ab
eis leſi fuiſſent: in clibanum ignis mittun
tur: in quo pſallentes domino inuſti peni-
tus conſeruātur. Inde leoni ferociſſimo
ſubiiciuntur: ſed ab eo intacti per omnia
cuſtodiuntur. Quos videns florētia que-
dam matrona in chriſtū credidit ⁊ ſtatim
cum predictis martyribus detenta fuit.
Quos omnes diocletianus mandauit in
cataſta leuari: ⁊ duriſſime cedi. Orantib⁹
vero ſanctis: terremotus factus eſt nimi⁹:
⁊ templo deorum corruente plurimi gen-
tilium oppreſſi ſunt. Imperator vero cuꝫ
paucis euaſit. Sancti vō martyres ab an-
gelo de cataſta erepti: ⁊ ad locuꝫ iuxta pi-
ſtinum fluuium eucharum territorii aga-
thenſis in momento ſunt reducti: vbi ora
tione fuſa ad dominum migrauerunt. iiii.
idus nouembris.

¶ De ſancto Martino epiſcopo ⁊ confeſſore. Cap. XLVII.



Martin⁹ ſabarie pānonioꝝ op-
pido: nobilibus paren-
tibus ⁊ gentilib⁹ oriū-
dus: ſed intra italiam
Papie alitus: cum pa
tre ſuo tribuno militū
ſub conſtantio ⁊ iulia-
no imperatoribus militauit. Non tamen
ſponte: quia ab infantia diuinitus inſpira-
tus: annoꝝ. x. inuitis parentibus ad eccle
ſiam cōfugit: ſeq; catecuminū fieri poſtu-
lauit. Et tunc etiā heremū intraſſet niſi eta
tis infirmitas obſtitiſſet. Sed cuꝫ ceſares
filios militūꝫ veteranoꝝ ad militandum
ſcriberent: martinus annoꝝ. xv. ad militiā
vrget̄: vno tantum ſeruo cōtentus: cui tñ
verſa vice dñs ſeruiebat: ſepiuſq; mini-
ſtrabat: ⁊ calciamēta detrahebat. ¶ Quo-
daꝫ hyemali tēpore in porta ciuitatis am-
bianenſiuꝫ obuium habuit pauperem nu
dum. Qui cum a nullo elemoſynam acce
piſſet: ⁊ martinus iam omnia in pauperes
conſumpſiſſet: chlamydeꝫ que ſibi ſola re-
ſtabat diuiſit: ⁊ dimidiaꝫ nudo tribuit: re-
liqua vt poterat ſe veſtiuit. Sequēti nocte
xp̄m chlamydis ſue parte qua pauperem
texerat indutū vidit: ipſumq; ad angelos
circūſtantes loquentē audiuit: martinum
adhuc catecuminum ipſa ſe veſte texiſſe.
Unde ex hoc vir dei diuinā gratiaꝫ reco-


gnoſcens cum eſſet annoꝝ .xviij. baptiza/
ri ſe fecit: ⁊ poſtmodum duobus annis ad
preces ſui tribuni: q̇ expleto ſui tribuna/
tus tpe renunciare ſeculo pꝛomittebat:
ſolo nomine militauit. ¶ Interea barba
ris intra galliam irruentibus: iulianus ce
ſar ꝯtra eos pugnaturus ſtipendium mili
tibus erogabat. At martin⁹ nolens dece/
tero ſeculo militare: ſtipendiuꝫ recuſauit
recipere. Sed impatoꝛ ipſum putabat re
nunciare militie: non religione fidei: ſed
metu imminentis belli. Martinus vero
ante acies inermẽ ſigno crucis ſolo muni
tum in craſtino ſe ſtatuꝝ ſpopondit: pꝛo/
pter qđ a ceſare cuſtodiri iuſſus fuit. Sed
die ſequenti hoſtes ſe ⁊ ſua oĩa ſpõte im/
perio ſubdiderunt. ¶ Deinde relicta mi/
litia ad ſanctum hilariũ pictauenſem epꝫ
perrexit: a quo exerciſta oꝛdinatus: moni
tus a deo per ſopoꝛem: parentes ſuos ad
huc gentiles viſitare decreuit. Multaqꝫ
ſe aduerſa paſſuꝝ pꝛedixit. Nam inter al/
pes incidit in latrones: ⁊ cum vnus in ca/
pite eius ſecurim vibraſſet: alter feriẽtis
ictum ſuſtinuit: vinctis tamen poſt tergũ
manibus vni eoꝝ cuſtodiendus traditur.
Cui vir dñi xp̃m pꝛedicauit: ⁊ eum ad fi/
dem conuertit: ipſeqꝫ martinuꝫ dimiſit:
⁊ laudabilẽ vitam duxit. ¶ Ueniens aũt
ad parentes matrem cõuertit: patrem võ
in malis perſeuerantẽ reliquit. Sed cum
hereſis arriana per totũ oꝛbeꝫ pullularet.
Martinus duꝫ obſiſteret: publice ceſus:
⁊ de ciuitate eiectus: mediolanũ rediit: ⁊
ibi monaſteriuꝫ ſibi ſtatuit. Sed inde ab
arrianis eiectus ad inſulam gallinariã cũ
vno ſolo pſbytero abiit: vbi hellebori ve/
nenati gramẽ in cibuꝫ ex ignoꝛantia ſum
pſit: quod virtute oꝛationis nil ei nocuit.
¶ Audito võ q̄ beatus hilarius pictauẽ/
ſis de exilio rediret: obuiã ei pꝛofectus ẽ:
⁊ iuxta pictauiꝫ monaſterium oꝛdinauit.
Ubi dũ parũper a monaſterio diſceſſiſſet:
reuerſus quendã ſine baptiſmo defunctũ
inuenit cuius coꝛpus in cellã ſuam duxit:
ipſumqꝫ ſua oꝛõne ſuſcitauit: qui ãnis plu
ribus poſtea ſuperuixit. ¶ Alium etiam
ſeruum cuiuſdaꝫ lupicini nobilis viri: qui
ſe laq̃o ſuſpenderat: vite reſtituit. ¶ Cuꝫ
aũt plebs turonica ep̃o careret: ipſuꝫ ſan/
ctum viꝝ: q̄uis plurimum renitentem ſi
bi oꝛdinari petiit. Quidam aũt ex ep̃is no
mine defenſoꝛ plurimuꝫ reſiſtebat: eo q̄
martinus vultu nimium deſpectus appa
rebat: qui tamen a populo eſt confutat⁹:
⁊ martinus in epꝫ ſublimatus. Uex cum
populi cõcurſum nõ ferret per duo milia/
ria extra vrbem monaſterium conſtituit:
vbi cũ monachis. lxxx. in multa abſtinen
tia vixit. ¶ Dum quidam ſub noĩe marty
ris coleretur: ⁊ martino nihil de eius vita
vel matyrio cõſtare poſſet: oꝛauit ad dñꝫ:
vt cuius eſſet meriti: ſibi indicaret. Cõuer
ſuſqꝫ ad leuam vidit vmbꝛam: que mar/
tino dixit: ſe eſſe latronis animã. que in al
tari colebat: qui a ſceleratis percuſſus fue
rat: ⁊ in inferno dãnatus: ⁊ continuo ep̃s
altare deſtruxit. ¶ Tertium q̃ꝫ moꝛtuuꝫ
ſuſcitauit iuuenem videlicet quendã: qui
ad ſepulturam ferebatur: ⁊ in medio cam
pi a matre ⁊ multitudine populi plãgeba/
tur. Quem quidem adoleſcentem matri
compatiens a moꝛtuis excitauit: ⁊ multi/
tudinem paganoꝛum aſtantem cõuertit.
¶ Cum quedaꝫ nauis periclitaretur: ne/
gociatoꝛ quidam licet gentilis martinum
vocauit: ⁊ ſtatim tranquillitas magna ſuc
ceſſit. ¶ Dum in quodã loco tẽplum ido/
loꝛum diruiſſet: ⁊ arboꝛem pini demoni
dedicatam excidere vellet: ⁊ ruſtici genti
les obſiſterent: tandem in hoc conuene/
runt: vt arboꝛem inciderent. ⁊ ſuper mar/
tinum ligatum cadere dimitterent: quaꝫ
ſi ille ſigno crucis cadentem in partẽ ali/
am conuerſam concidere faceret: ipſi om
nes in xp̃m crederent. Quod dum factuꝫ
eſſet: oẽs ad fidem conuerſi ſunt. ¶ Cuꝫ
in alio p̃hano ignẽ miſiſſet: ⁊ ventus irru/

ens flammas in domum vicinam mitteret: ſignum crucis oppoſuit: ⁊ contra vim venti ignem in oppoſitam partem excuſſit. ❡ In vico cui nomen eſt leproſorum aliud idolorum templum deſtruere volebat: ſed ei pagani reſiſtebant. Cumqȝ diebus pluribus oraſſet: angeli eidem armati aſtiterunt: ⁊ in gentiles impetum faciētes eos in fugam verterunt. Sicqȝ martinus propoſitum adimpleuit. ❡ Cum in pago eduenſi aliud phanum diſſiparet: et gentiles in eū irrueret: vnuſqȝ ipſum gladio aggreſſus eſſet: nudum verticem expoſuit: illeqȝ continuo ſupinus corruit: et veniam poſtulauit. ❡ Alibi etiam cum ibidem opus perficeret: ⁊ quidam nudato enſe in eum irrueret: in ipſo ictu ferrum de manu excuſſum nuſq̄ꝫ comparuit. ❡ Apud treuerim puellam quandam paralyticam: que annis plurimis iacuerat: ⁊ ad extrema iam deducta fuerat: ſua oratione continuo ſanauit. ❡ Seruum etiam cuiuſdam tetradij maligno obeſſum ſpiritu: impoſita ei manu ab infeſtatione liberauit: et ipſum tetradium gentilem ad chriſti fidem reduxit. ❡ In eadem etiam ciuitate ingreſſus domum cuiuſdam diabolum vidit: ⁊ ſe illum videre dixit. Morque demon quendam de familia arripuit: quem ſanctus vir ſtridentem et ſtripentem immiſſo in ore eius digito illico liberauit. ❡ Apud pariſius leproſum quendam horribilem aſpectu deoſculans: continuo a lepra mundauit. Fimbrie quoque veſtimentorum eius exciſe: et egris alligate: omnem infirmitatem expellebant. ❡ Cum filia cuiuſdā arborij quartana laboraret: ⁊ epiſtola quedam viri ſancti manu conſcripta caſu ad arborium delata eſſet: pater illam ſupra pectus filie poſuit: et protinus ſanitatem recepit. ❡ Paulinum etiam quendam nobilem: qui vnius oculi lumē amiſerat: panniculo ſuo pupillam oculi tangens: continuo a cecitate eripuit. ❡ Eidem quoqȝ viro: qui alias per gradus ſcale corruens pene iacebat exanimis: martinum inuocanti: angelus per noctem apparuit: et illeſum mane de lecto leuauit. ❡ Quadam die eidem diabolus aſtitit: ⁊ cornu bouis cruentum in manu tenens: vnum de ſuis peremiſſe aſſeruit. Qui cōcitus mittens vnum ex eius ruſticis pene extinctum reperit: quem bos in inguine dum pūgeretur cornu vulnerauit. Quem ad ſe delatum ſanctus martinus mox ſanatum eleuauit. ❡ Animalia etiam irrationabilia ipſi obediebant. Nam canes leporem inſequentes ſubſiſtere fecit: ⁊ ſerpentem flumen natantem retrocedere compulit. Canis etiam latrans ſola eius iuſſione obmutuit. ❡ Ab angelis ⁊ apoſtolis ſepius viſitabatur ⁊ in eorum colloquio conſolabatur. ❡ Quodam tempore pro neceſſitate quadam valentinianum imperatorem adiit. Sed ille ſciens ipſum velle petere: quod nolebat concedere: fores palatii ei claudi fecit. Sed cuꝫ talem repulſam tertio paſſus eſſet: orationem premiſit: ⁊ vſqȝ ad auguſtum veniens nemo ianuas ipſi claudere valuit. Imperator vero turbatus ei aſſurgere noluit: donec igne ſellam regiam arripiente: et ipſum iam in poſterioribus inflammante: aſſurgere compulſus fuit: eiqȝ poſtulata omnia ac munera conceſſit. Cum ab eodem imperatore inuitatus eſſet: et epiſcopo primo potus oblatus eſſet: martinus poſtq̄ꝫ bibit: preſbytero ſuo calicēꝫ dedit: dicens nullum digniorem poſt ſe debere: et in dignum eſſe: vt imperator preſbytero preferatur. ❡ Quadam vice dum in veſte hiſpida aſello latus incederet: et equites e contra venirent: pauefactis equis propter eius deformitatem: a militātibus grauiter verberatur. Sed cū illi viam ſuaꝫ proſequi vellent: equi nulla ratione moueri potuerūt: quouſqȝ illi

culpam ſuam recognoſcentes: a martino veniam petierunt: ⁊ ab eodē vt abire poſſent obtinuerunt. ¶ Dum in quodam loco clerici lectum tenuem ſibi ſtrauiſſent: ⁊ ipſe molliceam declinans ſuper nudā humū iuxta morem dormiret: nocte media camera accenditur: ⁊ dum ſurgere nō poſſet veſtimēta eius comburuntur: ſed ipſe in igne illeſus cōſeruatur. Monachi igitur concurrunt ⁊ ipſum intactum omnino de medio ignis educunt. ¶ In quadam ſolemnitate celebraturus ad eccleſiam pergens: pauperi nudo veſtē ſecreto tribuit: ⁊ capa ſe vtcunq̄ potuit contexit. Et cum ſe preparandum ſpoliare capa non auderet: eo ꝙ nudus eſſet: archidiaconus quaſi indignatus veſtem ei breuem et ſtrictam attulit: quam martinus humiliter induit: ⁊ miſſam celebraturus acceſſit. Et dum celebraret et ſacramenta offerret: globus igneus apparuit ſuper caput eius. Et cū manus in miſſa: vt moris eſt: eleuaret: ⁊ manicis lineis labentibus ex breuitate tūice: brachia nuda apparerent: miraculoſe torques aurei ⁊ gēmati ab angelis deferūtur: ⁊ brachia eius operiuntur. ¶ Multe autē ſubtilitatis fuit erga demones cognoſcendos. Adeo enim ei conſpicabiles reddebantur: vt aperte ſub quacunq̄ imagine ab eo cognoſcerentur. Cum autem eidem diabolus in forma regis purpuratus et diadematus apparuiſſet: ⁊ chriſtū ſe eſſe diceret: martinus eidem dubitans reſpondit: ꝙ chriſtus ſe nec purpuratum nec diademate renitentem venturum predixit: ⁊ ꝙ niſi chriſtum in ea forma qua paſſus eſt cerneret: ipſum chriſtum minime crederet. Quo dicto diabolus diſparuit: ⁊ cellam fetore repleuit. ¶ Ipſe autem vir dei obitum ſuum longe ante preſciuit atq̄ predixit. ¶ Interea dum condacen̄. dioceſim cauſa ſedande alicuiꝰ diſcordie viſitaſſet: aliquandiu ibidem commoratus: viribus corporis cepit repente deſtitui: ⁊ diſcipulis indicauit ſe iam reſolui. Illis autē gregem domini deſolandum flentibus orauit ad dominum: vt ſi adhuc populo ſuo neceſſarius eſſet ipſum laborem non recuſantem: adhuc in vita preſenti dimitteret. Et moleſtia febrium detentus in cilicio ⁊ cinere decumbebat: dicens in nullo alio decere chriſtianū decedere. Oculis quoq̄ ac manibus in celū ſemper intentus inuictum ab oratione ſpiritum nō relaxabat. Et cum eſſet migraturus vidit ante ſe diabolum aſſiſtere: eumq̄ mox licentiauit: eo ꝙ ſecum nihil haberet: ſed ipſum abrahe ſinus reciperet. Sicq̄ anno domini. cccclxxxvi. vite eius āno. lxxxi epiſcopatus autem ſui. xxvi. a ſeculo feliciter tranſmigrauit. iij. idus nouembris. Arcbadio ⁊ honorio imperantibus: vultꝰ quoq̄ eius quaſi iam glorificatus reſplēduit: ac chorus angelorum ibidem concidens auditus fuit. Ad cuius tranſitum pictauien̄. ſicut ⁊ turonici cōuenerūt: ⁊ vtriq̄ pro corpore habendo piam contentionem fecerunt. Nocte autem media pictauien̄. omnes circa corpus ſopiuntur: corpuſq̄ a turonicis per feneſtram eiicitur: ⁊ per ligerim fluuium nauigio ad vrbem turon̄. cum gaudio deducitur: ⁊ ibidē honorifice tumulat̄. ¶ Hora vero eius tranſitus: cum ſanctus ſeuerus epiſcopus colonienſis poſt matutinas loca ſancta circuiret: ⁊ voces in celo cantantes audiret: vocato diacone interrogauit ſi quid ſoni vel cantus perciperet. Qui cum auribus erectis: voces in celo audire ſe diceret: epiſcopus ei dixit: ꝙ eadem hora martinus turoni pontifex e mundo migraſſet: quē concinentes angeli tunc eum ad celum adducerent. Qui diem et horam notauit: et tunc martinum tranſmigraſſe cognouit. ¶ Seuerus etiam monachus: qui eius vitam conſcripſit: eadem hora i ſomnis vidit martinum albis indutum

vultu igneo: ſintillantibus oculis: librū te
nentem: celos velociter aſcendentē. Qui
euigilans a nuncijs venientib⁹ audiuit:
martinū eadē nocte a corpore migraſſe.
¶ Die aūt depoſitionis ipſius: dum btūs
ambroſius mediolani celebrans inter p/
phetiam ⁊ epiſtolam obdormiſſet: ⁊ diu
expectatus poſt duas horas ſubdiaconus
lecturus epiſtolam eū excitaſſet: euigilās
dixit populo. Martinuꝫ turoni epm quie
uiſſe: ⁊ ſe funeris ei⁹ obſequiū feciſſe: ſed
vltimā orōneꝫ excitatus cōplere non po/
tuiſſe. Illi vero diē notantes ⁊ horā: poſt/
modum cōpererunt illuꝫ expiraſſe: ⁊ am
broſium epm ibideꝫ cognitū eius exeqas
celebraſſe. ¶ Scripſit autem hic beatus
pontifex librum de trinitate fidem catho
licam continentem.

¶ De ſcō Mena martyre. Ca. XLVIII.



Menas
martyr in ſcythia me/
tropoli phrygie ſaluta
rie paſſus eſt: tpe dio/
cletiani et maximiani
impatoꝝ. Qui ex nobi
li egyptioꝝ prouincia
ortus: ſub duce agrico
lao terreno regi militans: deinde militie
temporali renuncians: ſecreta cōuerſatio
ne in eremo militauit. ¶ Cum aūt impa
torū natalitia celebrarent: ⁊ dijs ab oī po
pulo immolaret: ad vrbē venit: ⁊ ingreſ/
ſus theatꝝ dum idola execraret: ⁊ ſe xpia
num libere profiteretur: tētus eſt a pſide:
⁊ pyrrho duci torqndus traditus eſt. Qui
primo eum in cuſtodiā vſqꝫ mane reclu/
ſit. Celebratis vō feſtis gentiliuꝫ. Menā
eductū ⁊ ſacrificare nolētem extēdi fecit:
⁊ neruis taurinis ac bubalinis atqꝫ virgis
diutiſſime cedi mādauit. Deinde ipſuꝫ in
equuleo leuari: ⁊ vngulis laniari: ad lāpa/
dibus ad latera appoſitis inflammari: nec
nō cilicio madidato plagas eius cōfricari.
Et demū carbones ignitos vulneribus ſu
pponi. Et cum hec oia patientiſſime tole
raſſet: ligatis manibus ac pedibus fecit il
luꝫ p tribulos trahi: donec mēbra eius diſ
ſiparent. Deinde plūbatis illum cedi mā
dauit: ⁊ maxillas grauiter contūdi. Et dū
in oībus in confeſſione domini permane
ret imobilis nouiſſime ipſum gladio ani/
maduerti pcepit: corpus qꝫ eius igne cō/
ſumi. Qď tamen furtiue a xpanis de igne
ſublatum: ⁊ camelo impoſitū angelo du/
ce ad montē quendā delatum: ⁊ ibidem
quo deus p ſuū animal oſtēderet ſepultū
eſt: baſilica deſup edificata. Proceſſu aūt
temporis ipſum ſanctum corpus conſtā/
tinopolim tranſlatum: vbiqꝫ honorifice
conditum eſt. Paſſus eſt autem ſanctus
martyr. iij. idus nouembris.

¶ De ſcō Mena ɔfeſſore. Cap. XLIX.

MEnas cōfeſſor in ſamnij p/
uincia claruit tpe beati gre
gorij pape Qui ſolitaria vi/
tam ducens: nihil ad vſuꝫ
ſuuꝫ niſi pauca apiū vaſcu/
la poſſidebat. Huic cū lōgo
bardus quidam in eiſdem apibus rapinā
voluiſſet ingerere: prius ab eodem viro
verbo correptus eſt: ⁊ mox p malignū ſpi
ritum ante eius veſtigia vexat⁹. Sepe vō
ex vicina ſilua venientes vrſi: fauuꝫ eius
comedere conabant. Quos ille deprehē/
ſos: ferula quam portare manu conſueue
rat cedebat. Ante cuius verbera imaniſſi
me beſtie rugiebant ⁊ fugiebāt. Et q̄ gla/
dios formidare vix poterant: ex eius ma/
nu ictus ferule pertimeſcebant. Oēs ve/
ro qui ad ſe charitatis gratia veniebant:
ad eterne vite deſideria accendebat. Et
ſiquorum culpas per ſpiritū agnoſceret:
nunq̄ ab increpatione ceſſabat. Conſue/
tudinem vero eiuſdē loci incole fecerāt:
vt diebus ſingulis per hebdomadā vnuſ/
quiſqꝫ oblationes ſuas trāſmitteret: vt eſ
ſet: quod ipſe ad ſe venētibus offerre po

fuiſſet. Quidam autē diues nomine char
therius quandam ſanctimonialē rapuit:
ſibiqꝫ illicito matrimonio coniunxit. Qđ
mox vt vir dei cognouit: eū ꝑ nuncios a/
crius increpauit. Cumqꝫ ille ſceleris con
ſcius ad eū accedere non auderet: ne for/
te ipſum durius reprehenderet: oblatio/
nes ſuas inter aliorum munera ei miſit:
vt eius dona neſciens ſaltem ſuſciperet.
Sed vir domini tacitus ſedit: oblationes
omnes conſiderare ſtuduit: ⁊ quas char/
therius miſerat per ſpiritū cognouit: ſpre
uit: ⁊ abiecit: dicens ꝙ oblatiões illius re
cipere nolebat: qui ſuam deo omnipotē/
ti acceperat. Qua ex re actum eſt: vt pre/
ſentes quoqꝫ timor inuaderet: cuꝫ vir do
mini tam ſcienter de abſentibus iudica/
ret. Hic ſanctus vir poſt plurima ꝑfectio/
nis opera ad chriſtum migrauit. Hec gre
gorius.iij.dialogorum.cap.xxvj.

¶ De ſcō Uerano epō. Cap. L.



Ueranus epiſcopus apud ciui/
tatem gaualitanā gal/
liarum claruit tēpore
imperatoris valentis.
Hic ex ipſiꝰ vrbis ter/
ritorio nobilibus pa/
rentibus ortus: a pue
ro deo deditus: diuinis litteris imbutus:
adhuc iuuenis ſeculuꝫ dereliquit: ⁊ in ec
cleſia migmatenſi inuitis parentibus cle
ricus factus eſt. Et in virtutibus proficiēs
ad ſacerdotalē ordinem aſcendit. Signiſ
qꝫ ingentibus ⁊ multis pollere cepit. Sꝫ
propter multos ad ſe confluentes: fugiēs
mundi gloriaꝫ: vno tantū aſſumpto comi
te ad ciuitatem gaualitanaꝫ deuenit: vbi
dum eſſet draco imaniſſimus: qui homi/
nes ⁊ animalia deuorabat: veranus orās
ipſum de ſpecu in quo latebat exire: ſeqꝫ
ſequi compulit: eūqꝫ ſe vt catulum man/
ſuetum ſectante vſqꝫ debroſoneꝫ dedu/
xit: atqꝫ ibideꝫ terre viſceribus introclu/
ſit. Deinde in antro draconis eccleſiā dei
genitricis edificauit: ibiqꝫ deo ſeruire ce/
pit. Ueruꝫ cum nec ibi etiā latere poſſet:
nec contemplationi vacare: cum quibuſ/
dam peregrinis romam pergentibus in/
de diſceſſit. Ueniēſqꝫ ebredunū multos
egros ſanauit: ⁊ obſeſſos a demoniis libe
rauit. ¶ Profectus inde cum iuxta pedē
montis eum latrones cum ſociis ſpoliaſ/
ſent: ⁊ occidere vellent: vnuſqꝫ illoruꝫ in
capite viri ſancti enſem vibraret: ipſeque
ictum conſtanter expectaret: brachium il
lius ſic extenſum imobile factum eſt: nec
ſe aliqualiter amouere potuit: donec viſo
miraculo predones penitentiā egerunt:
⁊ ablata cuncta reſtituerunt. Tūc quoqꝫ
ſanctus vir pro illo orauit: ⁊ ſic brachium
depoſuit. Abeuntes quoqꝫ inde latrones
ſtrepitus maximus quaſi arborū decidē/
tium exterruit: ⁊ omnes in fugaꝫ conuer/
tit. ¶ Cum aūt romā peruenisset: ⁊ claua/
rius eccleſiam beati petri nocte ei aperi/
re nollet: ſubito repulſis repagulis hoſtia
diuinitus cum magno impetu ſancto vi/
ro aperta ſunt: ⁊ eidem aditū preſtiterūt:
Propter quod miraculuꝫ a papa ⁊ popu/
lo honorifice ſuſceptus eſt. ¶ Inde rece/
dens ⁊ rauēnam veniens: energuminos
multos clamantes ſe a verano torqueri:
ab obſeſſione demonū liberauit: egriſqꝫ
plurimis ſanitatem reſtituit. In mediola
no quoqꝫ.xij.arreptitios ſanauit: ⁊ cecuꝫ
quendam illuminauit: atqꝫ mortuū vnū
ſuſcitauit. ¶ Inde albingam pergēs: plu/
uiam aride terre atqꝫ fertilitatem a deo
obtinuit: in agris dumtaxat chriſtianorū:
fundis cunctorum gentilium in priſtina
ſterilitate relictis. Cum autem illi ſe ido/
la deſerturos promitterent: ſi ſimileꝫ gra
tiam percipere poſſent: oratiõe ſancti eo/
rum agri imbre perfundūtur: ⁊ ſtatim tē/
pla deorum ſuoruꝫ ab eis euertunt. Sed
cum draconem quēdam: quem ipſi ado/

rabant: veranus de antro prodixiſſet: ꝛ in flumine ſubmerſiſſet: oēm populū ciuitatis ad chriſtuz cōuertit: ꝛ in fide doctū baptizauit. ¶ Tranſiens autē alpes puellam a mortuis reuocauit: cecū quendam a natiuitate illuminauit: ꝛ multos languidos diuerſarū egritudinū curauit. ¶ Demū ad ciuitatē gaualitanam applicans in eccleſia beate marie: quā cōſtruxerat manere cepit. Ad cuius preces valens detētos quoſqꝫ in carceribus relaxauit. Poſt hec defuncto antiſtite: veranus a rege ꝛ clero ac populo in epm elect⁹ eſt. Qui officio ſuo ſtrenue adminiſtrato omni ſanctitate pfectus claruſqꝫ virtutibus in pace quieuit. iii. idus nouēbris. Cuius pheretrū omnes egri tangentes ſanati ſunt. ¶ Uerū dum eſſet queſtio iter ciues vbinam corpus eius poneret: an in cathedrali baſilica an in ea quā fecerat eccleſia extra vrbem. Leuato pheretro ſubito palliū quo corpus erat opertū in aere ſe tollēs: funuſqꝫ precedens vſqꝫ ad flumen durētie cunctos deduxit: Ubi dum: populus vado ſimul ac naui carerent: ſiccato repēte fluuio: cunctiſqꝫ p ſiccū alueū tranſeuntibus: palliū iterū per area populū preceſſit: vſqꝫ ad eccleſiam beate virginis: quā ſanctus edificauit: vbi dū ſubſtitiſſet corpus eius condigno tumulatū eſt honore.

¶ De ſcō achia propheta. Cap. LI.



Achias propheta de ſilo claruit in regno iſrael tēpore hieroboaz regis. x. tribuū iſrael. Cum enim hieroboā ſeruus ſalomonis contra eum rebellaſſet: ꝛ de hieruſalez egreſſus eſſet: inuenit euz achias propheta in agro: indutus pallio nouo: Qui ſcidit pallium in. xii. ſciſſuras deditqꝫ. x. parte[s] hieroboam dicens: q ita dñs deus [...]ret ipſi. x. tribus iſrael poſſidendas: eo q ſalomon reliquiſſet dñm ꝛ idola adoraſſet: duas autē tribus tantū dimitteret roboam filio ſalomonis: ne regnum ex toto de domo dauid tolleretur: iuxta promiſſionē ei factam a deo. ¶ Poſt mortē autē ſalomonis oia que achias predixerat euenerunt. Nam. x. tribus iſrael hieroboā in regē aſſumpſerunt: qđ dictum eſt regnū iſrael: due vero tribus. ſ. iuda ꝛ beniamin roboā filio ſalomonis adheſerūt: qđ dictū eſt regnū iuda. ¶ Cum autē hieroboam rex iſrael duos vitulos aureos fabricaſſet ꝛ omnē populū ad ipſos adorandos compuliſſꝫ: filius quoqꝫ eius abia grauiter egrotaſſet: miſit hieroboā vxorē ſuā alieno habitu ne cognoſceret indutā ad achiā prophetam in ſilo: vt indicaret ſibi quid futurū eſſet de puero. Cuius aduentū propheta dño indicante cognouit: cuz oculi eius ex nimia ſenectute caligaſſent. Et ſtatim mulierē limē hoſtii ingreſſam vocauit ex noie: eiqꝫ mortē filii pnunciauit: atqꝫ omnē domū hieroboā pter idolatrie crimē exterminādam predixit. Et ſic oia vt ipſe pdixerat ad litterā contigerunt. Hic vt dicit comeſtor vidit in ſpū pplm 9culcantē iuga boū: ꝛ pdixit ſacerdotes 9culcandos a pplo. Hic etiā ſalomoni pdixit: q euertendus eēt a mulierib⁹. Quieuit aūt ſcūs ppha i pace: ꝛ ſepult⁹ eſt in ſilo iuxta ilicē pdie idus nouēbris: vt ioſephus ꝛ hieronym⁹ tradūt. Hec ex. iii. li. reg. c. xi. ꝛ. xiiii.

¶ De ſcō Martino papa ꝛ mar. Ca. LII.

[M]artinus papa ꝛ martyr hu[...]

[...]ra [...]

[...]qꝫ eccleſie [...]

[...]ulitatis aut [...]

operationes diuerſas in chriſto diffinientes cõ
fiteri. Qua de re martinus papa eidẽ lega
tos deſtinauit: cõmonens eũ vt ab hereſi
ſua diſcederet: alioquin ↄtra ipſum pce-
deret. Qui ab imperatore ad ſuaſionẽ pau
li epi diuerſis perſecutiõibus afflicti ſũt:
⁊ quidam eorũ in cuſtodiã detruſi: alij in
exiliuʒ miſſi: alij verberibus ſubniſi. Qua
propter martinus eps rome conciliũ. cv.
epoꝝ celebrauit: in quo paulũ patriarchã
tanquam hereticum dãnauit: ⁊ ab epatu
depoſuit. ¶ Tunc imperator ↄſtantinus
miſit olympium ducẽ ⁊ exarchũ cubicu
larium ad regendam italiã: ⁊ predictam
hereſim confirmandã. Qui olympius vt
ab iperatore ſibi iuſſum fuerat: miſit ſpa-
thariũ ſuũ ad papam occidendũ. Spatha
rius aũt inuenit eũ in eccleſia ſancte ma-
rie maioris celebrantẽ in altare qd dicit
ad preſepe. quẽ duʒ gladio extinguere ni
teret: diuina benignitate cecitate pcuſſus:
eum videre nõ potuit. Hoc audiẽs impera-
tor martinũ papam a theodoro ⁊ pellurio
ab eo miſſis: detentũ cõſtantinopoliʒ ad-
duci fecit: quẽ in exiliuʒ cherſonam miſit:
vbi martyrio vitam finiuit pridie idus no
uembris. Corpus autẽ eius romã tranſ-
latuʒ: ⁊ in eccleſia eius nomini cõſtructa:
que dicit ſancti martini in montib⁹ ſepul
tũ eſt. Et ceſſauit epatus dies vigintiocto

¶ De ſcõ Emiliano epo. Cap. LIII.

EMilianus epiſcopus apd
ſco... it. Qui ex ca
... undus: do-
... b⁹ annis mi
... n eſſet oium
... s ad ſacros or
... dei g... is
... qui pe...
... ⁊ de...
... umin...
... tauit...
... n eſſet ...
... angor...

dies modicos feliciter a ſeculo migrauit
pridie idus nouembris. Cuius corpus ci
ues fauentini iuxta eccleſiã ſancti clemẽ
tis extra muros vrbis ſepelierunt. ¶ Tẽ-
pore procedẽte dum ciuitas ipſa a luitbrã
do rege lõgobardorum depopulata ⁊ de
ſtructa fuiſſet: corp⁹ ſancti epiſcopi dudũ
incognitum manſit. Uerum tempore co-
mitis bernardini ⁊ theodolinde ei⁹ vxo-
ris reparata ciuitate cumulum feni ſupra
ſepulturaʒ ſancti corporis: quod erat om-
nino incognitum conſtitutũ eſt. Ubi die
quadam duobus inuicem confabulanti-
bus vnus eorum magnum colaphum ſe
accepiſſe conqueſtus: ſe illud a ſocio rece
piſſe putabat. Dumqʒ ille negaret: maio-
rem ſubito colaphum recepit. Hoc idem
refundens in ſocium animo vindicandi.
Quod dum iterũ ille feciſſe negaſſet: nec
percuſſor inueniri potuiſſet: cognito mi-
raculo: relatio comiti facta eſt: qui diui-
num quicquam ibidem latere arbitrans:
ſublato feno locum effodi mandauit: vbi
ſacrum corpus cum epitaphio: in quo pre
dicta continebantur: inuenit: ⁊ de cada-
uere ſancto mira fragrantia erupit: quod
inde leuatum ad eccleſiam ſancte marie
itra menia ciuitatis delatũ: ibiqʒ ↄdigno
honore ↄditũ eſt: vbi miraculis coruſcat.

¶ De ſancto Hor abbate. Cap. LIIII.

HOr abbas fuit habitator mon
tis nitri deſerti egypti. De
quo fertur: ꝙ nunꝗ̃ men-
titus ſit: nunꝗ̃ iurauerit:
nulli maledixerit: nec ſine
aliqua neceſſitate locutus
fuit: vt dicit heraclides. Et hieronym⁹ di-
cit de eo: ꝙ fuit apud thebaidem nona-
genarius venerabilis ſenex qui ignorans
litteras oblato ei codice orationem ...
miſit: ⁊ ſtatim infuſa ipſi gratia ſab...
gere cepit: ac inde litteras nou...
eum pane angelorum ...
quẽ ſi poſt biduum cõ...

niſtrabat. Fratres q̄ȝ ſecū morātes ſepe noctu vigiles angeloꝝ cantus ⁊ hymnos audiebant. Qui etiam multa milia hominum ad xp̄m conuertit. ¶ Quodam tp̄e demones ad euȝ in ſpecie militie celeſtis aduenerunt: ⁊ regē excelſum ſecum deduxerunt. Quem xp̄m eſſe aſſerentes ipſum adorarunt: ⁊ tam rex q̄ȝ circūſtantes illum adorandū abbati hor ſuaſerūt. Cuȝ aūt ille diaboli figmenta dubitaret: et ſe quotidie regē ſuum adorare diceret: nec eē opus vt ad hoc ipſi xp̄s corporaliter appareret: ꝓtinus illuſio euanuit. Scūs aūt hor in pace quieuit pridie idus nouēbris.

¶ De ſancto Brithyo ep̄o. Cap. LV.



Brithy⁹ ep̄s turonēſis ſucceſſor fuit ſancti martini ep̄i: qui primo iuuentutis tp̄e eius fuit diaconus: plurimūq̄ȝ ei⁹ emulus: eo q̄ a beato viro aliquando redarguebatur: cum iuuenilia ſequebat̄. ¶ Cū eni quidā īfirm⁹ ſctūȝ martinū quereret: vt medelam ab eo expeteret: brithyus illum ei oſtēdit: eūq̄ȝ amentem ⁊ delirum appellauit. Cum autē eger a martino poſtulata obtinuiſſet: ep̄s brithyū aduocās: redarguit: quia eum delirū dixiſſet. Qui ꝓ verecūdia ſe hoc dixiſſet negabat. Sed martinus aures ſuas ad os eius: cum hoc dixiſſet habuiſſe affirmabat. Predixit autem illi adeo obtinuiſſe brithyum ſibi in ep̄atu ſucceſſuꝝ: ſȝ multa eū aduerſa paſſurū. Quod magis adhuc brithyus irridebat. ¶ Poſt mortem igitur ſancti martini brithyus in ep̄m electus: orationi vacabat: ⁊ licet adhuc ſuperbus tamen erat corpore caſt⁹. Anno aūt ep̄atus ſui. xxxiii. mulier quedā religioſe veſtita: q̄ eius veſtimenta lauabat: concepit: ⁊ filium peperit. Tunc oīs populus cum lapidibus ad ianuam congregatus contra ep̄ȝ exclamabant: ⁊ crimen ei obiiciebant. Ille aūt viriliter negans: iuſſit ſibi infantem adduci. xxx. ab ortu dies habentem. Quem per filium dei adiurauit: vt ſi filius eius eſſet: coram cunctis ediceret. Infans v̄o diſerta lingua reſpondit: q̄ non erat brithyus pater ſuus. Populus aūt inſtabat: vt quereret: quis pater ei⁹ eſſet. At ille dixit hoc ad ſe non ꝑtinere: ſatiſq̄ȝ feciſſe quod ſuū erat. Populus aūt hoc totum magicis artibus attribuebat: ⁊ contra ep̄m furibundi clamabāt. Tunc ille ad ſui purgationē prunas ardentes in byrrho ſuo vſq̄ȝ ad ſepulturam ſcti martini deportauit: quibus abiectis byrrhum inuſtū apparuit. Dixitq̄ȝ: q̄ ſicut veſtimētum illud ab igne permanſerat illeſum: ſic corpus ſuum a contactu mulieris erat mundnm. Adhuc aūt populus non credēs ep̄m contumeliis et iniuriis afficiunt: ⁊ a ſede ſua eiiciunt: vt verbum qd̄ ſcūs martinus dixerat impleretur. Tunc brithyus flens papam adiit: ⁊ ſeptem annis in vrbe permanens: quicquid in ſanctum martinuȝ deliquerat: penitendo deleuit. Turonici aūt iuſtinianū in ep̄m preficiunt: et romam contra brithyum mittunt: vt ep̄atum ſibi contra brithyum defenſaret. Quo cum tenderet iudicio dei in ciuitate vercellenſi obiit peregrinus. Populus autē armentium in loco illius ſubſtituit. Anno autem ſeptimo ſue peregrinationis brithyus cum auctoritate pape ad ſedem ſuaȝ reuerſus ē. Et dum. vi. ab vrbe miliario hoſpitaret̄: armenti⁹ eadem nocte ſubito expirauit. Quod brithyus per reuelationem cognouit: ſuiſq̄ȝ precipit vt ſurgerēt: ⁊ ad tumulandum turonenſem pontificem properarent. Et cum per vnam portā ciuitatis ingrederetur: ecce ille per aliam defunctus efferebatur. Quo ſepulto brithyus ſedem eccleſie ſue reaſſumpſit ⁊. vii. poſtea viuēs annis laudabilem vitā duxit. Et ſic. xlvii.

ep̄atus ſui ãno in pace quieuit idibus no-
uembris. Sepultus turoni.

❡ De ſcō Domobono ↄfeſſore. C. LVI.

Homobonus cōfeſſor apud
ciuitatem cremonēſem cla
ruit. Qui mediocribus pa-
rētibus ex ipſa ciuitate pro
genitus: ab ineūte etate ne
gociator factus: lucris tēpo
ralibus inſtudebat. Sed oīpotēs deus ip
ſum ſatis adhuc iuuenē a cōtubernio per-
uerſe miſereqꝫ negociatiōis: vocauit ad
offm̄ btē contēplatiōis. Qui cōmercia de-
ſerens tēporaliū: mercator effectus eſt re
gni celoꝝ. Quod ipſe furatus eſt per fidē:
rapuit ꝑ penitentiam: mercatus eſt ꝑ ele-
moſynam: vocatus ꝑ gratiam: ſecutus eſt
per obediētiam ⁊ operationem ſanctam.
Fuit aūt adeo miſericors pater paupeꝝ: ⁊
in tantum circa eos ſolicitus: ꝙ ſubtracta
ſibi ſuiſqꝫ neceſſaria ea familie ſaluatoris
erogabat. Fuit enim catholicꝰ in fide: pa-
tiens in tribulatione. aſſiduꝰ in oꝛ̄one: ſo-
brie in ſemetipſum: iuſte ad ꝓximū: pro-
ꝑe vixit in deū. Cuꝫ aūt veniſſet hora eiꝰ:
vt de via feſtinaret ad patriam: dū ipſe in
oꝛ̄one vſqꝫ ad horam diei primā ſcd̄m cō
ſuetudinē in eccleſia ꝑnoctaſſet: ab introi
tu miſſe manibꝰ iunctis: gēibus terre cō-
fixis: ꝓſtrauit ſe ante crucis vexillū: ⁊ dū
gloria in excelſis deo cātaret: ad inſtar vi
uentis in oꝛ̄one proſtratus emiſit ſpiritū.
Et cum ſe ad euangelium nullatenus ele
uaret: obiſſe a circunſtantibus deprehen-
dit: ⁊ ãno dn̄i. M.cxcvi. idibꝰ nouēbris ſe
pulture deuotius cōmendat. Ad cuius tu
mulum demonia ab obſeſſis corporibus
eiiciunt: ⁊ oēs languidi a diuerſis infirmi
tatibus liberantur. ❡ Cum aūt homobo-
nus adhuc in carne viueret: quedam mu
lier bergomenſis ab immundo ſpiritu ve
xabatur: per cuius os demon clamabat: a
nemine ſe inde eiiciendum niſi ab homo
bono cremonēſi. Sed nullus euꝫ intelli-
gere poterat: q̄ adhuc d̄ ſcō viro nulla opi-
nio diſcurebat. Sed poſt eius obitum mi
raculis ipſius a parētibus demoniace in-
tellectis: mulier ad tumulum viri dei du
citur: ⁊ protinus liberatur.

❡ De ſcis q̄nq̄gita ſapiētibꝰ m̄. C. LVII.

Quinquaginta ſapiētes mar
tyres apud alexādriam paſ-
ſi ſunt ſub maxētio imꝑato-
re. Qui cū ex diuerſis parti
bus ab eodē ceſare congre
gati fuiſſent: vt cū btā cathe
rina virgine ↄcionatrice diſputarēt: ſicut
dicit infra in eius paſſione. vij. cal. decem
bris: ⁊ ſcā virgo a ſcō repleta ſpiritu: ſua il
los facundia ſuꝑaſſet: protinus ad xp̄ꝫ cō
uerſi ſunt: ⁊ ſe catherine oꝛ̄onibus cōmen
darunt. Quos maxētius iratus iuſſit ī me
dio ciuitatis igne cremari. Cū aūt illi iaꝫ
ex his q̄ virgo ꝑorauerat: in fide xp̄i edo-
cti eēnt: ⁊ baptiſmum ſolicite expeterēt:
admonuit illos v̄go dn̄i nihil heſitare: cū
in ſuo forēt ſanguine baptizandi. Qui bn̄-
dictione ſcē virginis accepta: ſignātes ſe
ſignaculo ſcē crucis: ⁊ in eadē fidei ↄſtan-
tia vnanimes ꝑſeuerantes: ſcd̄m ceſaris
decretum in ignē miſſi: ita dn̄o aīas reddi
derunt: vt nec corpora illoꝝ: nec capillus:
nec veſtimēta aliqualiter aduſta fuiſſent.
Quo miraculo plurimi paganoꝝ cōuerſi
ſunt: ⁊ corpora martyꝝ rapientes in eadē
ciuitate ſepelierunt idibus nouēbris.

❡ De ſanctis Archadio paſchaſio ⁊ ſociis
martyribus. Cap. LVIII.

Archadius: paſchaſius: pro
bus: ⁊ eutychianꝰ apd̄ aphri
caꝫ paſſi ſunt ſub gerſerico
rege arriano. Qui ex hiſpa-
nia oriūdi apud eūdē regē
chari clariqꝫ hēbant. Et cū
ex eiꝰ ſuaſiōe arriane ꝑfidie ↄſentire: nol-
lent: primo quidem ab eo proſcripti: dein
de in exilium acti poſtmoduꝫ aūt atrociſ-
ſimis ſupplicijs cruciati: nouiſſime diuer

ſio mortib⁹ ītereṗti illuſtri mr̄io occubue
runt. Cum his q̄z erat ⁊ puer paulinus no
mine frater eutychiani ⁊ paſchaſij: q̄ cum
ſimiliter a pfeſſione catholice fidei ptur/
bari nō poſſet: diu fuſtibus ceſus: ⁊ ad in/
fimā ſeruitutē dānatus: pro xp̄i nomine
martyrio coronatus ē. Quorum oīum paſ
ſio recolitur idibus nouēbris. Hec ado in
martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶ De ſcō Serapione martyre. Ca. LIX.



Serapiō martyr apud alexan/
driā paſſus eſt ſub de
cio ceſare. Quē perſe
cutores domi eius re
pertuꝫ: crudeliſſimis
affecerunt ſupplicijs.
Ita vt ei oēs iunctu/
ras mēbrorum prius ſoluerent. Deinde
ipſum de ſuperioribus precipitauerūt. Sic
q̄z colliſo capite et excuſſo cerebro chriſti
martyr efficit. xviij. cal. decembris.

¶ De ſcō Venerādo martyre. Cap. LX.

VEnerādus martyr apd̄ tre
chaſinā ciuitatēz paſſus eſt
ſub aureliano ipatore. Qui
cū eſſet filius fabiani nobi/
liſſimi eiuſdē ciuitatis gēti
lis: ex curioſitate pſalteriuꝫ
xp̄ianoꝝ legebat. Cum aūt verſum illuꝫ.
Aſperges me dn̄e yſopo ⁊ mundabor ⁊c.
nulla ratione intelligere poſſet: et ex hoc
plurimum anxiatus eſſet: angelus dn̄i ei/
dem apparuit: ⁊ verſum illū de baptiſmo
xp̄ianoꝝ expoſuit: ac in fide chriſti iuue/
neꝫ inſtruxit. Sed cū exinde idola ampli
us adorare nollet: a patre nō modicū ob/
iurgabat. Exiens aūt ciuitatē die quadaꝫ
⁊ veniēs ad fluuiuꝫ ſequanam: eidē xp̄s
apparuit ⁊ perfecte credētem in fluuio ba
ptizauit. Deditq̄z illi baculū aridum: mā
dans vt ip̄m in terram figeret: ⁊ ſignū vi
deret. Diſcedēte vero dn̄o venerādus ba/
culum fixit: morq̄z flores ⁊ frōdes produ
xit. Quo viſo miraculo. cccccccc. hoīes
pagani cōuerſi ſunt. ¶ Audiens hec impa
tor aurelianus ad ipſam ciuitatē acceſſit:
⁊ venerandū teneri fecit: ac ſacrificare no
lentē iuſſit eū ſuper ſcānum ferreuꝫ cate/
nis ligari: ignēq̄z ſubterponi: oleūq̄z de/
ſuper iactari. Et dū in tactus ab exuſtione
pmāſiſſet: fecit eū in carcerē recludi: vbi
xp̄o ei apparēte confortat. Mane aūt im/
pator eum ligatū ad ſtipitē ſagittari fecit:
ſed ſagitte in aere pēdētes: in nullo ipſuꝫ
ledere poterāt. Una vo ex ſagittis cōuerſa
retrorſuꝫ imperatorē vno oculo excecauit.
Quē aurelianus die ſequēti decollari mā
dauit. Uerū anteq̄ꝫ milites ad carcerē in
quo detinebat veniſſet: ruptis vinculis ⁊
aperto hoſtio xp̄i martyr p medios mili/
tes fugiebat. Illi vero martyreꝫ xp̄i vſq̄z
ad flumē ſequanā inſecuti ſunt. Qui ſup
aquā ſiccis pedibus ābulauit vſq̄z ad lo/
cum: vbi eum xp̄s baptizauit. Sicq̄z flu/
mē ex alia parte trāſiuit. Milites vo trāſ/
uadētes illum percutere nō audebāt. At
ille os hortabat: vt ſibi iuſſa cōplerēt: mā
dans vt de ſanguine ſuo ipatori deferent:
de quo excecatum oculuꝫ liniret: ⁊ ſic lu/
men reciperet. Poſt hec aūt ſanctus mar
tyr ſuum dn̄o ſpiritum cōmendauit ⁊ pro
ſe in quacūq̄z neceſſitate inuocātib⁹ exo/
rauit. Factaq̄z voce ad euꝫ de celo: q ip/
ſum dn̄s exaudiſſet: decollatus ē. Cuius
corpus truncatū ſe leuauit: ⁊ caput tollēs
manibus p paſſus. xlix. portauit: ibiq̄z ce/
cidit: vbi et a xp̄ianis ſepultum eſt. xviij.
cal. decēbris. Impator vero de eius ſan/
guine oculū liniēs lumen recuperauit.

¶ De ſcā Venerāda. vg. ⁊ mar. Ca. LXI.

VEneranda virgo apud gal/
liam paſſa eſt ſub aſclepio p
fide. Hec fuit filia agatho/
nis ⁊ polite eius vxoris chri
ſtianorum de partibus gal
liarum. Qui xxxv. annis in

coniugio ſine prole manſerunt. Oꝛone tā
dem ad deum fuſa filiam obtinuerunt:
quam pater venerādam vocauit: eamqꝫ
ſacris litteris erudiri fecit: ⁊ ieiunijs aſſue
fecit. Puella vero in ſctitate vite profici
ens annoꝝ.xxx. cepit verbum dn̄i predica
re: ⁊ per annos.ix. iugiter xp̄ianos in fide
dn̄ica confoꝛtare. Anno aūt etatis ſue.xl.
romam venit: ⁊ xp̄m annunciare cepit tē
poꝛe imperatoꝛis antonini. Prefectus au
tem antonius audiens q̄ꝫ plures propter
eius exhoꝛtationeꝫ conuerſos: ipſius alle
ctus pulchꝛitudine: vt occaſionē eam co
gnoſcendi captaret: cepit eam ad deoꝛuꝫ
ſacrificia inuitare. Quam ſacrificare con
tēnentem iuſſit in terram extendi: ⁊ pal
mas ac pedes lignis affigi atqꝫ neruis cru
dis ventrē eius cedi: lapidem quoqꝫ ma
gnum vix a quattuoꝛ viris delatum eius
ventri ſuperponi. Oꝛante vero ſctā lapis
diuina virtute longius abijcit̄: et claui de
ipſius manibus ⁊ pedibus ab angelo euel
luntur. Quo viſo miraculo multi gentiliū
conuertuntur. Et dum baptiſmum expe
terent: nube celeſti obūbꝛantur: ac voce
de celo lapſa: imbꝛe ſuperno perfuſi bapti
zant̄. Quos omnes prefectus in xp̄i con
feſſione iuſſit decollari. Sanctam aūt vir
ginem in lebetem eneum aqua oleo pice
ac ſulphure bullientibus plenum immit
ti: ⁊ diebus.vij. deſubter igneꝫ iugiter mi
niſtrari: quibus elapſis virgo diuina gra
tia permanſit illeſa. Quod dum prefectus
ad videndum accederet: aqua ebulliens
eum excecauit. Illa vero lutum ex ſputo
fecit: ⁊ oculos eius liniuit: eiqꝫ viſum re
ſtituit: ⁊ ad chꝛiſtū conuertit. ¶ Inde ac
cedens ad aliam ciuitatem xp̄m annun
ciabat ibiqꝫ a quodam alio impatoꝛe no
mine themio cōprehendit̄: ⁊ ingenti dra
coni: qui oēs deuoꝛabat: exponitur. Que
ſigno crucis edito draconeꝫ diſcerpſit: de
mone per aera hoꝛribiliter perſtrepente.
Sicqꝫ rex ille cum omni populo ad chꝛi
ſtum conuerſus eſt. ¶ Deinde veniēs ad
tertiaꝫ ciuitatē a prefecto aſclepio detine
tur: a q̄ in lebetem eneuꝫ pice ⁊ oleo liq̄n
tibus plenum mittit̄. Sed oꝛone inde il
leſa educit̄. Fracto quoqꝫ moꝛ lebete ꝑ
fruſtra plures de aſtantibus paganis leta
liter cōburunt̄. Hoc videns aſclepius ve
nerandam decollari precepit: que ad paſ
ſionem ducta: dū pro cunctis ſe inuocāti
bus exoꝛaſſet: audiuit voceꝫ de celo ſe fu
iſſe in oībus exauditaꝫ. Sicqꝫ ꝯuerſis ad
xp̄m.ccccccccx. viris capite ceſſa ē. Cui⁹
coꝛpus xp̄ianus quidaꝫ nomine antimus
rapuit: et ipſum venerabiliter ſepeliuit.
xviij. calen. decembꝛis.

¶ De ſcō Eugenio ep̄o ⁊ mar. Ca.LXII.



Eugeni⁹
ep̄s ⁊ martyr apud ci
uitatē pariſi⁹ paſſus ē.
Qui cū eſſet diſcipulus
bti dionyſij ep̄i pariſiē
ſis ad eodē toletanus
pōtifex oꝛdinatus ⁊ ad
ipſam vrbē predicatio
nis gratia miſſus ē. Et poſtq̄ꝫ ibidē multi
tudinē populi cōuertiſſet: deſiderio vidē
di magiſtrum vehemēter accēſus pariſi⁹
rediit. Cum aūt perueniſſet ad locū quen
dam noīe diolum: qui a ciuitate pariſiēſi
quattuoꝛ milibus diſtat: a paganis tētus:
⁊ ab eiſdeꝫ in ꝯfeſſione noīs xp̄i decolla
tus ē. Coꝛpus qꝫ eius in flumine beraſij ꝓ
iectū eſt: ne a xp̄ianis inueniret̄. Quod li
cet diebus plurib⁹ elapſis delituiſſet: nul
la coꝛruptiōe violatū eſt. Poſtq̄ꝫ aūt gen
tiliuꝫ perſecutio ceſſauit: ſcūs martyr cui
daꝫ hercoldo ipſius ville languēti in ſom
nis apparuit: ⁊ ipſum ab infirmitate libe
rauit: atqꝫ vt ipſuꝫ ſepeliret cōmonuit. Il
le vero ad coꝛp⁹ accedēs: illud ac ſi ea die
fuiſſet decollatum inuenit: qđ plauſtro i
poſitum ad monaſteriū ſancti dionyſij de
ferre curabat. Sed diuino nutu bubus vl

tra viri predium procedere non valentibus: ipſum ibidem ſepeliuit: eccleſiaȝ deſuper edificauit vbi ⁊ ad p̄ns: q̄eſcit: miraculis eluceſcēs q̄ paſſus eſt. vij. cal. nouē.

¶ De ſcō Eugenio epō. Cap. LXIII.

EUgenius epiſcop⁹ ceſariē. apud eandem ciuitatē vita ⁊ ſapientia luculēta floruit. Qui origenis auditor fuit: ⁊ eiuſdem eius magiſtri atqȝ pamphili martyris bibliothecam corruptam labore multo in membranis reſtaurare conatus eſt. Ferūtur etiam varij multipliceſqȝ tractatus: quos noſſe non eſt facile omnibus: Qui ⁊ apud ipſam ceſaree ciuitateȝ in pace quieuit. Hec hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſcō Machuto epō. Cap. LXIIII.



Machutus epiſcop⁹: vt ait ſigibertus: tempore iuſtiniani iperatoris in britannia claruit: qui parentibus generoſis ort⁹ eſt matre iā plus q̄ȝ ſexagēaria: que ſoror fuit aimonis fratris ſancti epi ſampſonis. Hec eniȝ ad monaſteriū quod dicit̄ caruamina ex deuotiōe cum eſſet p̄gnās deueniens: filiū machutū ſiue madoniū futurum monachū enixa eſt: quē ſanctus brandanus ipſius loci abbas baptizauit: ⁊ educauit: ſibiqȝ a parētibus cōmendatum ſacris litteris erudiuit: ac monachuȝ ſuum fecit. ¶ Hic dum eſſet adhuc puer die quodam cum ceteris pueris in littore ludebat: ⁊ ab alijs ſecedens dormitauit: Creſcenteqȝ mare cuncti pueri receſſerunt: ⁊ machutum dormientem dimiſerunt. Fluctus itaqȝ locum: vbi puer dormiebat circūdantes quaſi inſulā dimiſerunt: littus quoqȝ diuinitus adeo creuit: q̄ inſula modica quaſi mōticulus effect⁹ē: ne maris elationes ſuper ſoporatū pueꝝ: ⁊ circa ipſum poſſent aſcēndere: defenſauit. Qui quidē monticulus a mari circundatus in teſtimoniū miraculi ibideȝ manet vſqȝ in diem hodiernum. Excitatus autem puer ⁊ ſe ab vndis circundatuȝ videns: ac timens valde: orationi ſe contulit. Cum autē a condiſcipulis brandanus audiſſet: q̄ pueruȝ ſoporatum dimiſiſſent: pro puero heſitās orare cepit. Cui angelus quomodo deus illuȝ ſeruauerat reuelauit. Illeqȝ ad littus veniens: puerum in inſula vidit: ⁊ cum naui culam illū ad ſe deferendum mandaſſet: puer vſqȝ in craſtinum ſe ibi dimittenduȝ rogauit: pſalterium tamen ſuum ad legendum ſibi mittendum poſtulauit: Quod dum illuc detuliſſent: iubente puero ſuper faſcē alice illud poſuerunt: ipſumqȝ alica ſuper vndas ad machutum detulit incorruptū. Sequenti vero die puer nauicula ad monaſteriuȝ delatus eſt. ¶ Quodam mane dum brandanus ad matutinū ſurrexiſſet ⁊ lumine carens puero iuſſiſſet: vt carbones ad laternam accendenda ſibi ex coquina deferret. Machutus ad coquinaȝ deſcendit: ⁊ cum non haberet quic̄q̄ȝ paratū in quo carbones tolleret: in ſinu prunas detulit: ⁊ veſtis eius omnino inuſta permanſit. ¶ Temporis proceſſu ipſe in epiſcopum ſublimatus eſt: qui miraculis clarebat. Qui etiam cum beato brandano pluribus annis per mare nauigauit: inſulam imam: que paradiſus dicitur exquirentes. Sed eam minime inuenire valētes incolumes ad propria redierunt: vt dictum eſt ſupra in legenda ſancti brandani decimooctauo calendas iulij. Eodē itaqȝ tempore dum in maris oceani inſula quadā: ſepulchruȝ mire magnitudinis reppiriſſent: ⁊ mirantes illud an alicuius hoīs eſſe potuiſſȝ: machutus oratione ad deū fudit: ⁊ gigantem nimie proceritatis

iacentem in tumulo ſuſcitauit. Qui gen/
tilem ſe eſſe dixit: ⁊ ad inferna damnatū.
Sed baptizatus a machuto pedibus per
mare vadando nauem fune trahere ce/
pit: vt optatam inſulam inuenirent: verū
tempeſtate maris redire coacti: dum ad
gigantis inſulam reuerſi eſſent. Illi iterū
obdormiuit in pace. ❡ Hic etiaꝫ die ſan
cto paſche celebrata miſſa mortuum alte
rum ſuſcitauit: qui mox excitatus vinum
in potum a ſancto poſtulauit. Cum auteꝫ
in parapſide marmorea aqua ſancto epi/
ſcopo oblata eſſet: ipſe ſigno crucis aquaꝫ
conuertit in vinum: ⁊ marmorem muta/
uit in vitrum. ❡ Ruſticus quidam lapi/
dem iaciēs: ſuem caſu oppreſſerat: timēſ/
qꝫ ne a domino ſuo ex hoc vapularet: ni/
mium deplorabat. Sed vir domini ſuper
ueniens ſuem illico ſuſcitauit. ❡ Deniqꝫ
propter ciuium ſuorū improbitatem bri
tanniam deſeruit: ⁊ in aquitanie plaga cū
cenobitis permanſit: Ubi dum aſinū mo
naſterii ligna deferentem lupus deuoraſ/
ſet: ad nemus accedens lupum inuenit: ⁊
in continenti diuinitus adeo māſueſecit:
vt cum monachis domeſtice habitaret: ⁊
aſelli onera cuncta de cetero baiularet:
eiuſqꝫ opera perficeret. Qui ⁊ in pace de/
nit. xvij. calen. decembris.

❡ De ſctis Felice epiſcopo ⁊ ſociis mar/
tyribus. Cap. LXV.

FElix epiſcopus cum ſociis
xxx. martyres apud nolam
campanie ciuitatem paſſi
ſunt. Hic enim a. xv. etatis
ſue anno miraculorum in/
ſignis glorie fuit. Et ad di/
cte ciuitatis pontificum peruenire meru/
it. Qui ⁊ ſub preſide martiano cum prefa
tis ſociis. xxx. capitis abſciſione pro chri/
ſti nominis confeſſione martyrium con/
ſumauit. xvij. cal'. decembris: vt ait ado.

❡ De ſancto Fidentio epiſcopo et mar/
tyre. Cap. LXVI.



Fidenti⁹
epūs armenius et mar/
tyr paſſus eſt apud ci/
uitatem altinum ſub
tēpore maximiani im
peratoris. Qui cū ple/
riſqꝫ chriſtianis dete/
tus: ⁊ prefecto preſen/
tatus. dū omnia idola diceret eſſe demo
nia: primo diebus pluribus in carcerem
recluſus eſt. Deide eductus ⁊ in ligno ſu/
ſpenſus vngulis ferreis in lateribus lania
tus vſqꝫ ad oſſium nudationē. Et cū hec
omnia conſtantius toleraſſet: iterū in er/
gaſtulo vinculat⁹ eſt. Et apparēte ſibi chri/
ſto ipſumqꝫ confortante ab oibus plagis
ſanat⁹ eſt. Cuſtodes vō carceris: dū nocte
illa voces cantantiū audiſſent: p foramen
aſpiciunt: ⁊ multos cū eo in albis pſallen/
tes viderūt. Qd dū pfecto nūciaſſent: ille
qꝫ ad foramē carceris veniēs hoc idē vi/
diſſet: ⁊ chrianos magicis artibus illuc in
troiſſe putaſſet: locū armatis circundedit
vt nullus euaderet: aptoqꝫ carcere ſolum
fidentiū inuenerunt: quē fame afflictum
iterū eduxerunt: ⁊ mandato pfecti cuꝫ ſa/
crificare nollet: in ignē copioſum vinctū
miſerunt: vbi orans emiſit ſpiritum. Cor
pus vero omnino ab igne permāſit inta/
ctū: qui paſſus eſt. xvi. cal'. dcēbris. ❡ Tē/
pore procedente in villa pulueraríe duo/
bus bubulcis laborantibus: ⁊ ad prādiū
viciſſim ſe velle ire dicētibus. Audita eſt
vox dicens: nondū eſſe horā prandendi:
Qui neminē videntes ſtupefacti: dū can/
dē vocem iterato audiſſent: ⁊ tertio qua/
ſi pauefacti abirent: audierūt eandē vocē
dicentē vt irent: qꝛ iaꝫ hora eſſet: ⁊ qꝫ hec
epō ſignificarent. Illi vero paduam acce
dentes epiſcopo paduano predicta ſigni
ficare curarunt. Qui orationem premiſit:
⁊ per ſenem quendam ei apparētem ad/
monitus fuit: vt ad locuꝫ accederet: ⁊ cor

tionem maximaȝ ſenſiſſet: cepit exclama-
re ⁊ tiberium magnū appellare. Pro quo
tiberius orauit: ⁊ cōtinuo ſanitatem rece-
pit: quem valerianus emendanduȝ patri
tradidit. Pater vero iuuenem in triclinio
delitiis ⁊ muſicis ac ioculatoribus ⁊ puel-
lis pleno: diuerſiſq̄ gēmis ornato poſuit:
vt animuȝ eius alliceret: ⁊ a chriſtianitate
reuocaret. Orante vero ſancto claritas ei
de celo refulſit: odorq̄ maximus refraga-
uit. Quod dum pater ad videndū iuiſſet:
putans q̄ dii eius filium conſolaturi viſi-
taſſent: cōtinuo excecatur: ⁊ ab imperatore
pro lumine recuperando ad templa deorum
adducitur: ſed ſine vlla gratie impetratio
ne reuertitur: oratione aūt filii illuminatur.
Cum aūt beleus filium tanq̄ maguȝ per-
derē vellet: ab angelo cum modeſto quo-
dam xp̄iano rapitur: ⁊ ipſo duce vltra flu-
men eucharū tranſuadant: atq̄ ſub quer-
cus arbore collocantur: vbi ambo degen-
tes vſq̄ ad diocletiani tēpora p̄dicabant:
⁊ miraculis clarētes multos cōuertebāt.
¶ Eodeȝ aūt tempore cū filius maximia
ni imperatoris a diabolo oppreſſus eēt: ⁊
a nemine niſi a tiberio ſe eiiciēdū clama-
ret requiſitus ſanctus ⁊ romā cum mode
ſto p̄ductus imperatoris filiū a demonio
liberauit. Sed diocletianus collega maxi
miani eos detinuit: ⁊ predicta magicis ar
tibus attribuens: dum ſacrificare recuſa
rent: ipſos onuſtos ferro per dies plures
in carcere artauit: ⁊ fame nimia afflixit.
Quos angelus domini celeſti de celo fuſo
lumine confortauit. Sed cum iuſſu impe
ratoris beſtiis expoſiti eſſent: ⁊ in nullo ab
eis leſi fuiſſent: in clibanum ignis mittun
tur: in quo pſallentes domino inuſti peni-
tus conſeruātur. Inde leoni ferociſſimo
ſubiiciuntur: ſed ab eo intacti per omnia
cuſtodiuntur. Quos videns florētia que-
dam matrona in chriſtū credidit ⁊ ſtatim
cum predictis martyribus detenta fuit.
Quos omnes diocletianus mandauit in
cataſta leuari: ⁊ duriſſime cedi. Orantib⁹
vero ſanctis: terremotus factus eſt nimi⁹:
⁊ templo deorum corruente plurimi gen-
tilium oppreſſi ſunt. Imperator vero cuȝ
paucis euaſit. Sancti vō martyres ab an-
gelo de cataſta erepti: ⁊ ad locuȝ iuxta pri
ſtinum fluuium eucharum territorii aga-
thenſis in momento ſunt reducti: vbi ora
tione fuſa ad dominum migrauerunt. iiii.
idus nouembris.

¶ De ſancto Martino epiſcopo ⁊ confeſ
ſore. Cap. XLVII.



Martin⁹
ſabarie pānoniorum op-
pido: nobilibus paren-
tibus ⁊ gentilib⁹ oriū-
dus: ſed intra italiam
Papie alitus: cum pa
tre ſuo tribuno militū
ſub conſtantio ⁊ iulia-
no imperatoribus militauit. Non tamen
ſponte: quia ab infantia diuinitus inſpira-
tus: annorum x. inuitis parentibus ad eccle
ſiam cōfugit: ſeq̄ catecuminū fieri poſtu-
lauit. Et tunc etiā eremū intraſſet niſi eta
tis infirmitas obſtitiſſet. Sed cuȝ ceſares
filios milituȝ veteranorum ad militandum
ſcriberent: martinus annorum xv. ad militiā
vrgetur: vno tantum ſeruo cōtentus: cui tā
verſa vice dn̄s ſeruiebat: ſepiuſq̄ mini-
ſtrabat: ⁊ calciamēta detrahebat. ¶ Quo-
daȝ hyemali tēpore in porta ciuitatis am-
bianenſiuȝ obuium habuit pauperem nu
dum. Qui cum a nullo elemoſynam acce
piſſet: ⁊ martinus iam omnia in pauperes
conſumpſiſſet: chlamydeȝ que ſibi ſola re-
ſtabat diuiſit: ⁊ dimidiaȝ nudo tribuit: re-
liqua vt poterat ſe veſtiuit. Sequēti nocte
xp̄m chlamydis ſue parte qua pauperem
texerat indutū vidit: ipſumq̄ ad angelos
circūſtantes loquentē audiuit: martinum
adhuc catecuminum ipſa ſe veſte texiſſe.
Unde ex hoc vir dei diuinā gratiaȝ reco-

gnoſcens cum eſſet annoꝝ .xviij. baptiza/
ri ſe fecit: ⁊ poſtmodum duobus annis ad
preces ſui tribuni: ꝗ expleto ſui tribuna-
tus tꝑe renunciare ſeculo promittebat:
ſolo nomine militauit. ¶ Interea barba
ris intra galliam irruentibus: iulianus ce
ſar ꝯtra eos pugnaturus ſtipendium mili
tibus erogabat. At martin⁹ nolens dece/
tero ſeculo militare: ſtipendiũ recuſauit
recipere. Sed impator ipſum putabat re
nunciare militie: non religione fidei: ſed
metu imminentis belli. Martinus vero
ante acies inermẽ ſigno crucis ſolo muni
tum in craſtino ſe ſtatuꝝ ſpopondit: pro/
pter qđ a ceſare cuſtodiri iuſſus fuit. Sed
die ſequenti hoſtes ſe ⁊ ſua oĩa ſpõte im/
perio ſubdiderunt. ¶ Deinde relicta mi/
litia ad ſanctum hilariũ pictauenſem epm̄
perrexit: a quo exorciſta ordinatus: moni
tus a deo per ſoporem: parentes ſuos ad
huc gentiles viſitare decreuit. Multaq̃z
ſe aduerſa paſſuꝝ predixit. Nam inter al/
pes incidit in latrones: ⁊ cum vnus in ca/
pite eius ſecurim vibraſſet: alter ferientis
ictum ſuſtinuit: vinctis tamen poſt tergũ
manibus vni eoꝝ cuſtodiendus traditur.
Cui vir dñi xp̄m predicauit: ⁊ eum ad fi/
dem conuertit: ipſeq̃z martinũ dimiſit:
⁊ laudabilẽ vitam duxit. ¶ Veniens aũt
ad parentes matrem cõuertit: patrem vo
in malis perſeuerantẽ reliquit. Sed cum
hereſis arriana per totũ orbẽ pullularet.
Martinus duꝫ obſiſteret: publice ceſus:
⁊ de ciuitate eiectus: mediolanũ rediſt: ⁊
ibi monaſteriũ ſibi ſtatuit. Sed inde ab
arrianis eiectus ad inſulam gallinariã cũ
vno ſolo pſbytero abijt: vbi hellebori ve/
nenati gramẽ in cibuꝫ ex ignorantia ſum
pſit: quod virtute orationis nil ei nocuit.
¶ Audito vo q̄ beatus hilarius pictauẽ/
ſis de exilio rediret: obuiã ei profectus ē:
⁊ iuxta pictauiꝫ monaſterium ordinauit.
Ubi dũ parũper a monaſterio diſceſſiſſet:
reuerſus quendã ſine baptiſmo defunctũ
inuenit cuius corpus in cellã ſuam duxit:
ipſumq̃z ſua oꝛone ſuſcitauit: qui ãnis plu
ribus poſtea ſuperuixit. ¶ Alium etiam
ſeruum cuiuſdaꝫ lupicini nobilis viri: qui
ſe laq̃o ſuſpenderat: vite reſtituit. ¶ Cuꝫ
aũt plebs turonica epo careret: ipſuꝫ ſan/
ctum viꝝ: q̄uis plurimum renitentem ſi
bi ordinari petijt. Quidam aũt ex epis no
mine defenſor plurimũ reſiſtebat: eo q̄
martinus vultu nimium deſpectus appa
rebat: qui tamen a populo eſt confutat⁹:
⁊ martinus in epꝫ ſublimatus. Veꝝ cum
populi cõcurſum nõ ferret per duo milia/
ria extra vrbem monaſterium conſtituit:
vbi cũ monachis .lxxx. in multa abſtinen
tia vixit. ¶ Dum quidam ſub noĩe marty
ris coleretur: ⁊ martino nihil de eius vita
vel matyrio cõſtare poſſet: orauit ad dñꝫ:
vt cuius eſſet meriti: ſibi indicaret. Cõuer
ſuſq̃z ad leuam vidit vmbram: que mar/
tino dixit: ſe eſſe latronis animã. que in al
tari colebat: qui a ſceleratis percuſſus fue
rat: ⁊ in inferno dãnatus: ⁊ continuo epus
altare deſtruxit. ¶ Tertium q̃z mortuũ
ſuſcitauit iuuenem videlicet quendã: qui
ad ſepulturam ferebatur: ⁊ in medio cam
pi a matre ⁊ multitudine populi plãgeba/
tur. Quem quidem adoleſcentem matri
compatiens a mortuis excitauit: ⁊ multi/
tudinem paganorum aſtantem cõuertit.
¶ Cum quedaꝫ nauis periclitaretur: ne/
gociator quidam licet gentilis martinum
vocauit: ⁊ ſtatim tranquillitas magna ſuc
ceſſit. ¶ Dum in quodã loco tẽplum ido/
lorum diruiſſet: ⁊ arborem pini demoni
dedicatam excidere vellet: ⁊ ruſtici genti
les obſiſterent: tandem in hoc conuene/
runt: vt arborem inciderent. ⁊ ſuper mar/
tinum ligatum cadere dimitterent: quaꝫ
ſi ille ſigno crucis cadentem in partẽ ali/
am conuerſam concidere faceret: ipſi om
nes in xp̄m crederent. Quod dum factuꝫ
eſſet: oẽs ad fidem conuerſi ſunt. ¶ Cuꝫ
in alio plano ignẽ miſiſſet: ⁊ ventus irru/

ens flammas in domum vicinam mitte-
ret: ſignum crucis oppoſuit: ⁊ contra vim
venti ignem in oppoſitam partem excuſ-
ſit. ¶ In vico cui nomen eſt leproſorum
aliud idolorum templum deſtruere vole
bat: ſed ei pagani reſiſtebant. Cumqꝫ die
bus pluribus oraſſet: angeli eidem arma-
ti aſtiterunt: ⁊ in gentiles impetum faciē-
tes eos in fugam verterunt. Sicqꝫ mar-
tinus propoſitum adimpleuit. ¶ Cum in
pago eduenſi aliud phanum diſſiparet: et
gentiles in eū irrueret: vnuſqꝫ ipſum gla-
dio aggreſſus eſſet: nudum verticem ex-
poſuit: illeqꝫ continuo ſupinus corruit: et
veniam poſtulauit. ¶ Alibi etiam cum
ibidem opus perficeret: ⁊ quidam nuda-
to enſe in eum irrueret: in ipſo ictu fer-
rum de manu excuſſum nuſqꝫ comparu-
it. ¶ Apud treuerim puellam quandam
paralyticam: que annis plurimis iacue-
rat: ⁊ ad extrema iam deducta fuerat: ſua
oratione continuo ſanauit. ¶ Seruum
etiam cuiuſdam tetradij maligno obeſ-
ſum ſpiritu: impoſita ei manu ab infeſta-
tione liberauit: et ipſum tetradium gen-
tilem ad chriſti fidem reduxit. ¶ In ea-
dem etiam ciuitate ingreſſus domum cu
iuſdam diabolum vidit: ⁊ ſe illum vide-
re dixit. Morque demon quendam de
familia arripuit: quem ſanctus vir ſtri-
dentem et ſtripentem immiſſo in ore e-
ius digito illico liberauit. ¶ Apud pa-
riſius leproſum quendam horribilem a-
ſpectu deoſculans: continuo a lepra mun
dauit. Fimbrie quoque veſtimentorum
eius exciſe: et egris alligate: omnem in-
firmitatem expellebant. ¶ Cum filia cu-
iuſdā arborij quartana laboraret: ⁊ epiſto
la quedam viri ſancti manu conſcripta ca
ſu ad arborium delata eſſet: pater illam
ſupra pectus filie poſuit: et protinus ſani-
tatem recepit. ¶ Paulinum etiam quen-
dam nobilem: qui vnius oculi lumē ami-
ſerat: panniculo ſuo pupillam oculi tan-
gens: continuo a cecitate eripuit. ¶ Ei-
dem quoqꝫ viro: qui alias per gradus ſca
le corruens pene iacebat exanimis: mar-
tinum inuocanti: angelus per noctem ap
paruit: et illeſum mane de lecto leuauit.
¶ Quadam die eidem diabolus aſtitit: ⁊
cornu bouis cruentum in manu tenens:
vnum de ſuis peremiſſe aſſeruit. Qui cō-
citus mittens vnum ex eius ruſticis pe-
ne extinctum reperit: quem bos in in-
guine dum pūgeretur cornu vulnerauit.
Quem ad ſe delatum ſanctus martinus
mox ſanatum eleuauit. ¶ Animalia eti-
am irrationabilia ipſi obediebant. Nam
canes leporem inſequentes ſubſiſtere fe-
cit: ⁊ ſerpentem flumen natantem retro-
cedere compulit. Canis etiam latrans ſo
la eius iuſſione obmutuit. ¶ Ab angelis
⁊ apoſtolis ſepius viſitabatur ⁊ in eorum
colloquio conſolabatur. ¶ Quodam tem
pore pro neceſſitate quadam valentinia-
num imperatorem adijt. Sed ille ſciens
ipſum velle petere: quod nolebat conce-
dere: fores palatij ei claudi fecit. Sed cuꝫ
talem repulſam tertio paſſus eſſet: ora-
tionem premiſit: ⁊ vſqꝫ ad auguſtum ve-
niens nemo ianuas ipſi claudere valuit.
Imperator vero turbatus ei aſſurgere no
luit: donec igne ſellam regiam arripien-
te: et ipſum iam in poſterioribus inflam-
mante: aſſurgere compulſus fuit: eiqꝫ po
ſtulata omnia ac munera conceſſit. Cum
ab eodem imperatore inuitatus eſſet: et
epiſcopo primo potus oblatus eſſet: mar
tinus poſtqꝫ bibit: preſbytero ſuo calicem
dedit: dicens nullum digniorem poſt ſe
debere: et indignum eſſe: vt imperator
preſbytero preferatur. ¶ Quadam vice
dum in veſte hiſpida aſello latus incede-
ret: et equites e contra venirent: pauefa-
ctis equis propter eius deformitatem: a
militātibus grauiter verberatur. Sed cū
illi viam ſuaꝫ proſequi vellent: equi nul-
la ratione moueri potuerūt: quouſqꝫ illi

culpam ſuam recognoſcentes: a martino
veniam petierunt: ⁊ ab eodē vt abire poſ-
ſent obtinuerunt. ¶ Dum in quodam lo-
co clerici lectum tenuem ſibi ſtrauiſſent:
⁊ ipſe molliceam declinans ſuper nudaꝫ
humuꝫ iuxta morem dormiret: nocte me
dia camera accenditur: ⁊ dum ſurgere nō
poſſet veſtimēta eius comburuntur: ſed
ipſe in igne illeſus cōſeruatur. Monachi
igitur concurrunt ⁊ ipſum intactum om/
nino de medio ignis educunt. ¶ In qua
dam ſolemnitate celebraturus ad eccle/
ſiam pergens: pauperi nudo veſteꝫ ſecre
to tribuit: ⁊ capa ſe vtcunqꝫ potuit conte/
xit. Et cum ſe preparandum ſpoliare ca-
pa non auderet: eo ꝙ nudus eſſet: archi/
diaconus quaſi indignatus veſtem ei bre
uem et ſtrictam attulit: quam martinus
humiliter induit: ⁊ miſſam celebraturus
acceſſit. Et dum celebraret et ſacramen/
ta offerret: globus igneus apparuit ſuper
caput eius. Et cuꝫ manus in miſſa: vt mo/
ris eſt: eleuaret: ⁊ manicis lineis labenti/
bus ex breuitate tūice: brachia nuda ap
parerent: miraculoſe torquens aurei ⁊ gē
mati ab angelis deferūtur: ⁊ brachia eius
operiuntur. ¶ Multe autē ſubtilitatis fu
it erga demones cognoſcendos. Adeo
enim ei conſpicabiles reddebantur: vt a-
perte ſub quacunqꝫ imagine ab eo cogno
ſcerentur. Cum autem eidem diabolus
in forma regis purpuratus et diadema-
tus apparuiſſet: ⁊ chriſtuꝫ ſe eſſe diceret:
martinus eidem dubitans reſpondit: ꝙ
chriſtus ſe nec purpuratum nec diadema
te renitentem venturum predixit: ⁊ ꝙ ni
ſi chriſtum in ea forma qua paſſus eſt cer
neret: ipſum chriſtum minime crederet.
Quo dicto diabolus diſparuit: ⁊ cellam fe
tore repleuit. ¶ Ipſe autem vir dei obi/
tum ſuum longe ante preſciuit atqꝫ predi
xit. ¶ Interea dum condaceñ. dioceſim
cauſa ſedandę alicui' diſcordie viſitaſſet:
aliquandiu ibidem commoratus: viribus
corporis cepit repente deſtitui: ⁊ diſcipu
lis indicauit ſe iam reſolui. Illis autē gre
gem domini deſolandum flentibus ora/
uit ad dominum: vt ſi adhuc populo ſuo
neceſſarius eſſet ipſum laborem non re/
cuſantem: adhuc in vita preſenti dimitte
ret. Et moleſtia febrium detentus in ci/
licio ⁊ cinere decumbebat: dicens in nul
lo alio decere chriſtianuꝫ decedere. Ocu
lis quoqꝫ ac manibus in celuꝫ ſemper in
tentus inuictum ab oratione ſpiritum nō
relaxabat. Et cum eſſet migraturus vidit
ante ſe diabolum aſſiſtere: eumqꝫ mox li/
centiauit: eo ꝙ ſecum nihil haberet: ſed
ipſum abrahe ſinus reciperet. Sicqꝫ an/
no domini. cccclxxxvi. vite eius ãno. lxxxi
epiſcopatus autem ſui. xxvi. a ſeculo feli/
citer tranſmigrauit. iij. idus nouembris.
Archadio ⁊ honorio imperantibus: vult'
quoqꝫ eius quaſi iam glorificatus reſplē/
duit: ac chorus angelorum ibidem conci/
dens auditus fuit. Ad cuius tranſitum pi
ctauieñ. ſicut ⁊ turonici cōuenerūt: ⁊ vtri/
qꝫ pro corpore habendo piam contentio-
nem fecerunt. Nocte autem media picta
uieñ. omnes circa corpus ſopiuntur: cor/
puſqꝫ a turonicis per feneſtram eiicitur:
⁊ per ligerim fluuium nauigio ad vrbem
turoñ. cum gaudio deducitur: ⁊ ibidē ho/
norifice tumulat̃. ¶ Hora vero eius tran
ſitus: cum ſanctus ſeuerus epiſcopus colo
nienſis poſt matutinas loca ſancta circui/
ret: ⁊ voces in celo cantantes audiret: vo
cato diacone interrogauit ſiquid ſoni vel
cantus perciperet. Qui cum auribus ere/
ctis: voces in celo audire ſe diceret: epi/
ſcopus ei dixit: ꝙ eadem hora martinus
turoni pontifex e mundo migraſſet: queꝫ
concinentes angeli tunc eum ad celum
adducerent. Qui diem et horam nota/
uit: et tunc martinum tranſmigraſſe co-
gnouit. ¶ Seuerus etiam monachus:
qui eius vitam conſcripſit: eadem hora i
ſomnis vidit martinum albis indutum

vultu igneo: ſintillantibus oculis: librũ tenentem: celos velociter aſcendentẽ. Qui euigilans a nuncijs venientib⁹ audiuit: martinũ eadẽ nocte a corpore migraſſe. ¶ Die aũt depoſitionis ipſius: dum btũs ambroſius mediolani celebrans inter ꝓphetiam ⁊ epiſtolam obdormiſſet: ⁊ diu expectatus poſt duas horas ſubdiaconus lecturus epiſtolam eũ excitaſſet: euigilãs dixit populo. Martinuz turoni epm̃ quieuiſſe: ⁊ ſe funeris ei⁹ obſequiũ feciſſe: ſed vltimã oꝛonez excitatus cõplere non potuiſſe. Jlli vero diẽ notantes ⁊ horã: poſtmodum cõpererunt illuz expiraſſe: ⁊ ambroſium epm̃ ibidez cognitũ eius exeq̃as celebraſſe. ¶ Scripſit autem hic beatus pontifex librum de trinitate fidem catholicam continentem.

¶ De ſcõ Mena martyre. Ca. XLVIII.



Menas martyr in ſcythia metropoli phrygie ſalutarie paſſus eſt: tp̃e diocletiani et maximiani impatoꝝ. Qui ex nobili egyptioꝝ prouincia ortus: ſub duce agricolao terreno regi militans: deinde militie temporali renuncians: ſecreta cõuerſatione in eremo militauit. ¶ Cum aũt impatorũ natalitia celebrarent: ⁊ dijs ab oi populo immolaret: ad vrbẽ venit: ⁊ ingreſſus theatꝝ dum idola execraret: ⁊ ſe xp̃ianum libere profiteretur: tẽtus eſt a p̃ſide: ⁊ pyrrho duci torq̃ndus traditus eſt. Qui primo eum in cuſtodiã vſq; mane recluſit. Celebratis v̊o feſtis gentiliuz. Menã eductũ ⁊ ſacrificare nolẽtem extẽdi fecit: ⁊ neruis taurinis ac bubalinis atq; virgis diutiſſime cedi mãdauit. Deinde ipſuz in equuleo leuari: ⁊ vngulis laniari: ad lãpadibus ad latera appoſitis inflammari: nec nõ cilicio madidato plagas eius cõfricari. Et demũ carbones ignitos vulneribus ſuꝑponi. Et cum hoc oĩa patientiſſime toleraſſet: ligatis manibus ac pedibus fecit illuz ꝑ tribulos trahi: donec mẽbra eius diſſiparent. Deinde plũbatis illum cedi mãdauit: ⁊ maxillas grauiter contũdi. Et dũ in oĩbus in confeſſione domini permaneret imobilis nouiſſime ipſum gladio animaduerti p̃cepit: corpus q̃z eius igne cõſumi. Qd̃ tamen furtiue a xp̃anis de igne ſublatum: ⁊ camelo impoſitũ angelo duce ad montẽ quendã delatum: ⁊ ibidem quo deus ꝑ ſuũ animal oſtẽderet ſepultũ eſt: baſilica deſuꝑ edificata. Proceſſu aũt temporis ipſum ſanctum corpus conſtãtinopolim tranſlatum: vbiq; honorifice conditum eſt. Paſſus eſt autem ſanctus martyr. iij. idus nouembris.

¶ De ſcõ Mena ↄfeſſore. Cap. XLIX.

Menas cõfeſſor in ſamnij ꝓuincia claruit tp̃e beati gregorij pape Qui ſolitaria vitam ducens: nihil ad vſuz ſuuz niſi pauca apiũ vaſcula poſidebat. Huic cũ lõgobardus quidam in eiſdem apibus rapinã voluiſſet ingerere: prius ab eodem viro verbo correptus eſt: ⁊ mox ꝑ malignũ ſpiritum ante eius veſtigia vexat⁹. Sepe v̊o ex vicina ſilua venientes vrſi: fauuz eius comedere conabant. Quos ille deprehẽſos: ferula quam portare manu conſueuerat cedebat. Ante cuius verbera imaniſſime beſtie rugiebant ⁊ fugiebãt. Et q̃ gladios formidare vix poterant: ex eius manu ictus ferule pertimeſcebant. Oẽs vero qui ad ſe charitatis gratia veniebant: ad eterne vite deſideria accendebat. Et ſiquorum culpas per ſpiritũ agnoſceret: nunq̃ ab increpatione ceſſabat. Conſuetudinem vero eiuſdẽ loci incole fecerãt: vt diebus ſingulis per hebdomadã vnuſquiſq; oblationes ſuas trãſmitteret: vt eſſet: quod ipſe ad ſe veniẽtibus offerre po

fuiſſet. Quidam autē diues nomine char
therius quandam ſanctimonialē rapuit:
ſibiq; illicito matrimonio coniunxit. Quod
mox vt vir dei cognouit: eū p nuncios a/
crius increpauit. Cumq; ille ſceleris con
ſcius ad eū accedere non auderet: ne for/
te ipſum durius reprehenderet: oblatio/
nes ſuas inter aliorum munera ei miſit:
vt eius dona neſciens ſaltem ſuſciperet.
Sed vir domini tacitus ſedit: oblationes
omnes conſiderare ſtuduit: ⁊ quas char/
therius miſerat per ſpiritū cognouit: ſpre
uit: ⁊ abiecit: dicens ꝙ oblatiōes illius re
cipere nolebat: qui ſuam deo omnipotē/
ti acceperat. Qua ex re actum eſt: vt pre/
ſentes quoq; timor inuaderet: cū vir do
mini tam ſcienter de abſentibus iudica/
ret. Hic ſanctus vir poſt plurima pfectio/
nis opera ad chriſtum migrauit. Hec gre
gorius. iii. dialogorum. cap. xxvi.

¶ De ſcō Uerano epo. Cap. L.



Ueranus epiſcopus apud ciui/
tatem gaualitanā gal/
liarum claruit tēpore
imperatoris valentis.
Hic ex ipſiꝰ vrbis ter/
ritorio nobilibus pa/
rentibus ortus: a pue
ro deo deditus: diuinis litteris imbutus:
adhuc iuuenis ſeculū dereliquit: ⁊ in ec/
cleſia migmatenſi inuitis parentibus cle
ricus factus eſt. Et in virtutibus proficiēs
ad ſacerdotalē ordinem aſcendit. Signiſ
q; ingentibus ⁊ multis pollere cepit. Sz
propter multos ad ſe confluentes: fugiēs
mundi gloriā: vno tantū aſſumpto comi
te ad ciuitatem gaualitanā deuenit: vbi
dum eſſet draco imaniſſimus: qui homi/
nes ⁊ animalia deuorabat: veranus orās
ipſum de ſpecu in quo latebat exire: ſeq;
ſequi compulit: eūq; ſe vt catulum man/
ſuetum ſectante vſq; debroſonē dedu/
xit: atq; ibidē terre viſceribus introclu/
ſit. Deinde in antro draconis eccleſiā dei
genitricis edificauit: ibiq; deo ſeruire ce
pit. Uerū cum nec ibi etiā latere poſſet:
nec contemplationi vacare: cum quibuſ/
dam peregrinis romam pergentibus in/
de diſceſſit. Ueniēſq; ebredunū multos
egros ſanauit: ⁊ obſeſſos a demoniis libe
rauit. ¶ Profectus inde cum iuxta pedē
montis eum latrones cum ſociis ſpoliaſ/
ſent: ⁊ occidere vellent: vnuſq; illorū in
capite viri ſancti enſem vibraret: ipſeque
ictum conſtanter expectaret: brachium il
lius ſic extenſum imobile factum eſt: nec
ſe aliqualiter amouere potuit: donec viſo
miraculo predones penitentiā egerunt:
⁊ ablata cuncta reſtituerunt. Tūc quoq;
ſanctus vir pro illo orauit: ⁊ ſic brachium
depoſuit. Abeuntes quoq; inde latrones
ſtrepitus maximus quaſi arborū decidē
tium exterruit: ⁊ omnes in fugā conuer/
tit. ¶ Cum aūt romā perueniſſet: ⁊ claua/
rius eccleſiam beati petri nocte ei aperi/
re nollet: ſubito repulſis repagulis hoſtia
diuinitus cum magno impetu ſancto vi/
ro aperta ſunt: ⁊ eidem aditū preſtiterūt:
Propter quod miraculū a papa ⁊ popu
lo honorifice ſuſceptus eſt. ¶ Inde rece/
dens ⁊ rauēnam veniens: energuminos
multos clamantes ſe a verano torqueri:
ab obſeſſione demonū liberauit: egriſq;
plurimis ſanitatem reſtituit. In mediola
no quoq; xii. arreptitios ſanauit: ⁊ cecū
quendam illuminauit: atq; mortuū vnū
ſuſcitauit. ¶ Inde albingam pergēs: plu/
uiam aride terre atq; fertilitatem a deo
obtinuit: in agris dumtaxat chriſtianorū:
fundis cunctorum gentilium in priſtina
ſterilitate relictis. Cum autem illi ſe ido/
la deſerturos promitterent: ſi ſimilē gra
tiam percipere poſſent: oratiōe ſancti eo/
rum agri imbre perfundūtur: ⁊ ſtatim tē/
pla deorum ſuorū ab eis euertunt. Sed
cum draconem quēdam: quem ipſi ado/

rabant: veranus de antro produxiſſet: & in flumine ſubmerſiſſet: oēm populū ciuitatis ad chriſtuʒ cōuertit: & in fide doctū baptizauit. ¶ Tranſiens autē alpes puellam a mortuis reuocauit: cecū quendam a natiuitate illuminauit: & multos languidos diuerſarū egritudinū curauit. ¶ Demū ad ciuitatē gaualitanam applicans in eccleſia beate marie: quā cōſtruxerat manere cepit. Ad cuius preces valens detētos quoſqʒ in carceribus relaxauit. Poſt hec defuncto antiſtite: veranus a rege & clero ac populo in epm elect⁹ eſt. Qui officio ſuo ſtrenue adminiſtrato omni ſanctitate pfectus claruſqʒ virtutibus in pace quieuit. iij. idus nouēbris. Cuius pheretrū omnes egri tangentes ſanati ſunt. ¶ Verū dum eſſet queſtio iter ciues vbinam corpus eius ponerēt: an in cathedrali baſilica an in ea quā fecerat eccleſia extra vrbem. Leuato pheretro ſubito palliū quo corpus erat opertū in aere ſe tollēs: funuſqʒ precedens vſqʒ ad flumen durēte cunctos deduxit: Ubi dum: populus vado ſimul ac naui carerent: ſiccato repēte fluuio: cunctiſqʒ p ſiccū alueū tranſeuntibus: palliū iterū per area populū preceſſit: vſqʒ ad eccleſiam beate virginis: quā ſanctus edificauit: vbi qʒ duʒ ſubſtitiſſet corpus eius condigno tumulatū eſt honore.

¶ De ſcō achia propheta. Cap. LI.



Achias propheta de ſilo claruit in regno iſrael tēpore hieroboaʒ regis. x. tribuū iſrael. Cum enim hieroboā ſeruus ſalomonis contra eum rebellaſſet: & de hieruſaleʒ egreſſus eſſet: inuenit euʒ achias propheta in agro: idutus pallio nouo: Qui ſcidit pallium in. xij. ſciſſuras deditqʒ. x. partes hieroboam dicens: q ita dns deus traderet ipſi. x. tribus iſrael poſſidendas: eo q ſalomon reliquiſſet dnm & idola adoraſſet: duas autē tribus tantū dimitteret roboam filio ſalomonis: ne regnum ex toto de domo dauid tolleretur: iuxta promiſſionē ei factam a deo. ¶ Poſt mortē autē ſalomonis oia que achias predixerat euenerunt. Nam. x. tribus iſrael hieroboā in regē aſſumpſerunt: qd dictum eſt regnū iſrael: due vero tribus. ſ. iuda & beniamin roboā filio ſalomonis adheſerūt: qd dictū eſt regnū iuda. ¶ Cum autē hieroboam rex iſrael duos vitulos aureos fabricaſſet & omnē populū ad ipſos adorandos compuliſſʒ: filius quoqʒ eius abia grauiter egrotaſſet: miſit hieroboā vxorē ſuā alieno habitu ne cognoſceret indutā ad achiā prophetam in ſilo: vt indicaret ſibi quid futurū eſſet de puero. Cuius aduentū propheta dno indicante cognouit: cuʒ oculi eius ex nimia ſenectute caligaſſent. Et ſtatim mulierē limē hoſtij ingreſſam vocauit ex noie: eiqʒ mortē filij pnunciauit: atqʒ omnē domū hieroboā pter idolatrie crimē exterminādam predixit. Et ſic oia vt ipſe pdixerat ad litterā contigerunt. Hic vt dicit comeſtor vidit in ſpū pplm cōculcantē iuga boū: & pdixit ſacerdotes cōculcandos a pplo. Hic etiā ſalomoni pdixit: q euertendus eēt a mulierib⁹. Quieuit aūt ſcūs ppha i pace: & ſepult⁹ eſt in ſilo iuxta ilicē pdie idus nouēbris: vt ioſephus & hieronym⁹ tradūt. Hec ex. iij. li. reg. c. xi. & xiiij.

¶ De ſcō Martino papa & mar. Ca. LII.

Martinus papa & martyr huius nominis primus de ciuitate tudertina prouincie tuſcie: theodoro pape pmo in epatu romano ſucceſſit. Seditqʒ annos. vi. mēſem vnū dies. xxvi. Huius tēpore paulus conſtantinopolitanus eps: conſtatini imperatoris. iij. brachio fultus aduerſuʒ eccleſie rectū dogma ſurrexit duas volūtates aut

operationes diuerſas in cħo diffiniẽs cõ
fiteri. Qua de re martinus papa eidẽ lega
tos deſtinauit: cõmonens eũ vt ab hereſi
ſua diſcederet: alioquin ɔtra ipſum ꝑce
deret. Qui ab imꝑatore ad ſuaſionẽ pau
li epi diuerſis perſecutiõibus afflicti ſũt:
ꝛ quidam eorũ in cuſtodiã detruſi: alij in
exiliũ miſſi: alij verberibus ſubniſi. Qua
propter martinus eps rome conciliũ .cv.
epoꝝ celebrauit: in quo paulũ patriarchã
tanquam hereticum dãnauit: ꝛ ab epatu
depoſuit. ¶ Tunc imperator ɔſtantinus
miſit olympium ducẽ ꝛ exarchũ cubicu
larium ad regendam italiã: ꝛ predictam
hereſim confirmandã. Qui olympius vt
ab iperatore ſibi iuſſum fuerat: miſit ſpa
thariũ ſuũ ad papam occidendũ. Spatha
rius aũt inuenit eũ in eccleſia ſancte ma
rie maioris celebrantẽ in altare qđ dicit
ad preſepe. quẽ dũ gladio extinguere ni
teret: diuia benignitate cecitate ꝑcuſſus:
eum videre nõ potuit. Hoc audiẽs ipera
tor martinũ papam a theodoro ꝛ pellurio
ab eo miſſis: detentũ cõſtantinopolim ad
duci fecit: quẽ in exiliũ cherſonam miſit:
vbi martyrio vitam finiuit pridie idus no
uembris. Corpus autẽ eius romã tranſ
latũ: ꝛ in eccleſia eius nomini cõſtructa:
que dicit ſancti martini in montibꝰ ſepul
tũ eſt. Et ceſſauit epatus dies vigintiocto

¶ De ſcõ Emiliano epo. Cap. LIII.

Emilianus epiſcopus apd
ſcotiam claruit. Qui ex ea
dem inſula oriundus: do
mino a puerilibꝰ annis mi
litauit. Et dum eſſet oium
ore laudabilis ad ſacros or
dines ꝓmotus: operante dei gratia põtifi
catus ſuſcepit officiũ: qui per annos plu
res epiſcopatu optime ꝛ deuote admini
ſtrato: apoſtolorum limina mare tranſfre
tato peregrinus viſitauit: ꝛ rediens ad pa
triam ſuã: ꝛ dum eſſet in itinere apud fa
uentiam graui langore decubuit. Et poſt
dies modicos feliciter a ſeculo migrauit
pridie idus nouembris. Cuius corpus ci
ues fauentini iuxta eccleſiã ſancti clemẽ
tis extra muros vrbis ſepelierunt. ¶ Tẽ
pore procedẽte dum ciuitas ipſa a luitbrã
do rege lõgobardorum depopulata ꝛ de
ſtructa fuiſſet: corpꝰ ſancti epiſcopi dudũ
incognitum manſit. Uerum tempore co
mitis bernardini ꝛ theodolinde eiꝰ vxo
ris reparata ciuitate cumulum feni ſupra
ſepulturã ſancti corporis: quod erat om
nino incognitum conſtitutũ eſt. Ubi die
quadam duobus inuicem confabulanti
bus vnus eorum magnum colaphum ſe
accepiſſe conqueſtus: ſe illud a ſocio rece
piſſe putabat. Dumq; ille negaret: maio
rem ſubito colaphum recepit. Hoc idem
refundens in ſocium animo vindicandi.
Quod dum iterũ ille feciſſe negaſſet: nec
percuſſor inueniri potuiſſet: cognito mi
raculo: relatio comiti facta eſt: qui diui
num quicquam ibidem latere arbitrans:
ſublato feno locum effodi mandauit: vbi
ſacrum corpus cum epitaphio: in quo pre
dicta continebantur: inuenit: ꝛ de cada
uere ſancto mira fragrantia erupit: quod
inde leuatum ad eccleſiam ſancte marie
itra menia ciuitatis delatũ: ibiq; ɔdigno
honore ɔditũ eſt: vbi miraculis coruſcat.

¶ De ſancto Hor abbate. Cap. LIIII.

Hor abbas fuit habitator mon
tis nitri deſerti egypti. De
quo fertur: ꝙ nunꝙ men
titus ſit: nunꝙ iurauerit:
nulli maledixerit: nec ſine
aliqua neceſſitate locutus
fuit: vt dicit heraclides. Et hieronymꝰ di
cit de eo: ꝙ fuit apud thebaidem nona
genarius venerabilis ſenex qui ignorans
litteras oblato ei codice orationem pre
miſit: ꝛ ſtatim infuſa ipſi gratia ſubito le
gere cepit: ac inde litteras nouit. Hic
etiam pane angelorum triennio vixit:
quẽ ei poſt biduum cõtinue angelus mi

niſtrabat. Fratres q̊ȝ ſecuȝ morātes ſepe
noctu vigiles angeloꝝ cantus ⁊ hymnos
audiebant. Qui etiam multa milia homi-
num ad xp̄m conuertit. ¶ Quodam tp̄e
demones ad euȝ in ſpecie militie celeſtis
aduenerunt: ⁊ regē excelſum ſecum de-
duxerunt. Quem xp̄m eſſe aſſerentes ip-
ſum adorarunt: ⁊ tam rex q̄ȝ circūſtantes
illum adorandū abbati hor ſuaſerūt. Cuȝ
aūt ille diaboli figmenta dubitaret: et ſe
quotidie regē ſuum adorare diceret: nec
eē opus vt ad hoc ipſi xp̄s corporaliter ap
pareret: ꝓtinus illuſio euanuit. Scūs aūt
hor in pace quieuit pridie idus nouēbris.

¶ De sancto Brithyo ep̄o. Cap. LV.



Brithyꝰ ep̄s turonēſis ucceſ-
ſor fuit ſancti martini
ep̄i: qui primo iuuen-
tutis tp̄e eius fuit dia-
conus: plurimūq̄ȝ eiꝰ
emulus: eo ꝙ a beato
viro aliquando redar
guebatur: cum iuuenilia ſequebat̄. ¶ Cū
eni quidā īfirmꝰ ſctūȝ martinū quereret:
vt medelam ab eo expeteret: brithyus il-
lum ei oſtēdit: eūq̄ȝ amentem ⁊ delirum
appellauit. Cum autē eger a martino po-
ſtulata obtinuiſſet: ep̄s brithyū aduocās:
redarguit: quia eum deliꝝ dixiſſet. Qui
ꝓ verecūdia ſe hoc dixiſſet negabat. Sed
martinus aures ſuas ad os eius: cum hoc
dixiſſet habuiſſe affirmabat. Predixit au
tem illi adeo obtinuiſſe brithyum ſibi in
ep̄atu ſucceſſuꝝ: ſȝ multa cū aduerſa paſ-
ſurū. Quod magis adhuc brithyus irride
bat. ¶ Poſt mortem igitur ſancti marti-
ni brithyus in ep̄m electus: orationi va-
cabat: ⁊ licet adhuc ſuperbus tamen erat
corpore caſtꝰ. Anno aūt ep̄atus ſui. xxxiii.
mulier quedā religioſe veſtita: q̄ eius ve-
ſtimenta lauabat: concepit: ⁊ filium pepe
rit. Tunc oīs populus cum lapidibus ad
ianuam congregatus contra ep̄ȝ exclama
bant: ⁊ crimen ei obiiciebant. Ille aūt vi
riliter negans: iuſſit ſibi infantem addu-
ci. xxx. ab ortu dies habentem. Quem per
filium dei adiurauit: vt ſi filius eius eſſet:
coram cunctis ediceret. Infans v̊o diſer
ta lingua reſpondit: ꝙ non erat brithyus
pater ſuus. Populus aūt inſtabat: vt que-
reret: quis pater eiꝰ eſſet. At ille dixit hoc
ad ſe non ꝑtinere: ſatiſq̄ȝ feciſſe quod ſuū
erat. Populus aūt hoc totum magicis ar-
tibus attribuebat: ⁊ contra ep̄m furibun-
di clamabāt. Tunc ille ad ſui purgationē
prunas ardentes in byrrho ſuo vſq̄ȝ ad ſe
pulturam ſcti martini deportauit: quibus
abiectis byrrhum inuſtū apparuit. Dixit-
q̄ȝ: ꝙ ſicut veſtimētum illud ab igne per-
manſerat illeſum: ſic corpus ſuum a con-
tactu mulieris erat mundnm. Adhuc aūt
populus non credēs ep̄m contumeliis et
iniuriis afficiunt: ⁊ a ſede ſua eiiciunt: vt
verbum q̊d ſcūs martinus dixerat imple
retur. Tunc brithyus flens papam adiit:
⁊ ſeptem annis in vrbe permanens: quic-
quid in ſanctum martinuȝ deliquerat: pe
nitendo deleuit. Turonici aūt iuſtinianū
in ep̄m preficiunt: et romam contra bri-
thyum mittunt: vt ep̄atum ſibi contra bri
thyum defenſaret. Quo cum tenderet iu-
dicio dei in ciuitate vercellenſi obiit pe-
regrinus. Populus auteȝ armentium in
loco illius ſubſtituit. Anno autem ſepti-
mo ſue peregrinationis brithyus cum au
ctoritate pape ad ſedem ſuaȝ reuerſus ē.
Et dum. vi. ab vrbe miliario hoſpitaret̄:
armentiꝰ eadem nocte ſubito expirauit.
Quod brithyus per reuelationem cogno
uit: ſuiſq̄ȝ precipit vt ſurgerēt: ⁊ ad tumu-
landum turonenſem pontificem propera
rent. Et cum per vnam portā ciuitatis in
grederetur: ecce ille per aliam defunctus
efferebatur. Quo ſepulto brithyus ſedem
eccleſie ſue reaſſumpſit ⁊. vii. poſtea viuēs
annis laudabilem vitā duxit. Et ſic. xlvii.

epatus ſui āno in pace quieuit idibus nouembris. Sepultus turoni.

¶ De ſcō Domobono ꝯfeſſore. C. LVI.

HOmobonus cōfeſſor apud ciuitatem cremonēſem claruit. Qui mediocribus parētibus ex ipſa ciuitate progenitus: ab ineūte etate negociator factus: lucris tēporalibus inſtudebat. Sed oīpotēs deus ipſum ſatis adhuc iuuenē a cōtubernio peruerſe miſereqꝫ negociatiōis: vocauit ad offm̄ btē cōtēplatiōis. Qui cōmercia deſerens tēporaliū: mercator effectus eſt regni celoꝝ. Quod ipſe furatus eſt per fidē: rapuit ꝑ penitentiam: mercatus eſt ꝑ elemoſynam: vocatus ꝑ gratiam: ſecutus eſt per obediētiam ⁊ operationem ſanctam. Fuit aūt adeo miſericors pater pauperꝫ: ⁊ in tantum circa eos ſolicitus: ꝙ ſubtracta ſibi ſuiſqꝫ neceſſaria ea familie ſaluatoris erogabat. Fuit enim catholic⁹ in fide: patiens in tribulatione. aſſidu⁹ in orōne: ſobrie in ſemetipſum: iuſte ad ꝓximū: ꝓpe vixit in deū. Cuꝫ aūt veniſſet hora ei⁹: vt de via feſtinaret ad patriam: dū ipſe in orōne vſqꝫ ad horam diei primā ſcđm cōſuetudinē in eccleſia ꝑnoctaſſet: ab introitu miſſe manib⁹ iunctis: gn̄ibus terre cōfixis: ꝓſtrauit ſe ante crucis vexillū: ⁊ dū gloria in excelſis deo cātaret: ad inſtar viuentis in orōne proſtratus emiſit ſpiritū. Et cum ſe ad euangelium nullatenus eleuaret: obiſſe a circunſtantibus deprehendit: ⁊ āno dn̄i. M.cxcvi. idib⁹ nouēbris ſepulture deuotius cōmendat. Ad cuius tumulum demonia ab obſeſſis corporibus eiiciunt: ⁊ oēs languidi a diuerſis infirmitatibus liberantur. ¶ Cum aūt homobonus adhuc in carne viueret: quedam mulier bergomenſis ab immundo ſpiritu vexabatur: per cuius os demon clamabat: a nemine ſe inde eiiciendum niſi ab homobono cremonēſi. Sed nullus euꝫ intelligere poterat: ꝙ adhuc ð ſcō viro nulla opinio diſcurebat. Sed poſt eius obitum miraculis ipſius a parētibus demoniace intellectis: mulier ad tumulum viri dei ducitur: ⁊ protinus liberatur.

¶ De ſcis qnq̄gita ſapiētib⁹ m̄. C. LVII.

QUinquaginta ſapiētes martyres apud alexādriam paſſi ſunt ſub maxētio impatore. Qui cū ex diuerſis partibus ab eodē ceſare congregati fuiſſent: vt cū btā catherina virgine ꝯcionatrice diſputarēt: ſicut: dicit infra in eius paſſione. vij. cal. decembris: ⁊ ſcā virgo a ſcō repleta ſpiritu: ſua illos facundia ſupaſſet: protinus ad xp̄m cōuerſi ſunt: ⁊ ſe catherine orōnibus cōmendarunt. Quos maxētius iratus iuſſit i medio ciuitatis igne cremari. Cū aūt illi iaꝫ ex his q̄ virgo perorauerat: in fide xp̄i edocti eēnt: ⁊ baptiſmum ſolicite expeterēt: admonuit illos vgo dn̄i nihil heſitare: cū in ſuo forēt ſanguine baptizandi. Qui bn̄dictione ſcē virginis accepta: ſignātes ſe ſignaculo ſcē crucis: ⁊ in eadē fidei ꝯſtantia vnanimes pſeuerantes: ſcđm ceſaris decretum in ignē miſſi: ita dn̄o aīas reddiderunt: vt nec corpora illoꝝ: nec capillus: nec veſtimēta aliqualiter aduſta fuiſſent. Quo miraculo plurimi paganoꝝ cōuerſi ſunt: ⁊ corpora martyꝝ rapientes in eadē ciuitate ſepelierunt idibus nouēbris.

¶ De ſanctis Archadio paſchaſio ⁊ ſociis martyribus. Cap. LVIII.

ARchadius: paſchaſius: probus: ⁊ eutychian⁹ apđ aphricā paſſi ſunt ſub genſerico rege arriano. Qui ex hiſpania oriūdi apud eūdē regē chari clariqꝫ habebant. Et cū ex ei⁹ ſuaſiōe arriane pfidie ꝯſentire: nollent: primo quidem ab eo proſcripti: deinde in exilium acti poſtmoduꝫ aūt atrociſſimis ſupplicijs cruciati: nouiſſime diuer

ſis mortib⁹ iterēpti illuſtri mřio occubue
runt. Cum his q̃ʒ erat ⁊ puer paulinus no
mine frater eutychiani ⁊ paſchaſij: q̃ cum
ſimiliter a pfeſſione catholice fidei ꝑtur/
bari nõ poſſet: diu fuſtibus ceſus: ⁊ ad in/
ſimã ſeruitutē dānatus : pro xp̄i nomine
martyrio coronatus ē. Quorum oium paſ
ſio recolitur idibus nouēbris. Hec ado in
martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶ De ſcō Serapione martyre. Ca. LIX.



Serapiõ martyr apud alexan/
driã paſſus eſt ſub de
cio ceſare. Quē perſe
cutores domi eius re
pertuʒ: crudeliſſimis
affecerunt ſupplicijs.
Jta vt ei oēs iunctu/
ras mēbrorum prius ſoluerent. Deinde
ipſum de ſupioribus precipitauerūt. Sic
qʒ colliſo capite et excuſſo cerebro chriſti
martyr efficit̃. xviij. cal. decembris.

¶ De ſcō Venerādo martyre. Cap. LX.

Venerādus martyr apđ tre
chaſinā ciuitateʒ paſſus eſt
ſub aureliano ipatore. Qui
cū eſſet filius fabiani nobi/
liſſimi eiuſdē ciuitatis gēti
lis: ex curioſitate pſalteriuʒ
xp̄ianoꝝ legebat. Cum aūt verſum illuʒ.
Aſperges me dn̄e yſopo ⁊ mundabor ⁊c.
nulla ratione intelligere poſſet : et ex hoc
plurimum anxiatus eſſet: angelus dn̄i ei/
dem apparuit: ⁊ verſum illū de baptiſmo
xp̄ianoꝝ expoſuit: ac in fide chriſti iuue/
neʒ inſtruxit. Sed cū exinde idola ampli
us adorare nollet: a patre nõ modicū ob/
iurgabat̃. Exiens aūt ciuitatē die quadaʒ
⁊ veniēs ad fluuiuʒ ſequanam : eidē xp̄s
apparuit ⁊ perfecte credētem in fluuio ba
ptizauit. Deditqʒ illi baculū aridum: mā
dans vt ipm in terram figeret: ⁊ ſignū vi
deret. Diſcedēte vero dn̄o venerādus ba/
culum fixit: morqʒ flores ⁊ frõdes produ
xit. Quo viſo miraculo. ccccccccx. hoies
pagani ꝯuerſi ſunt. ¶ Audiens hec impa
tor aurelianus ad ipſam ciuitatē acceſſit:
⁊ venerandū teneri fecit: ac ſacrificare no
lentē iuſſit eū ſuper ſcānum ferreuʒ cate/
nis ligari : ignēqʒ ſubterponi: oleūqʒ de/
ſuper iactari. Et dū in tactus ab exuſtione
pmãſiſſet: fecit eū in carcerē recludi: vbi
xp̄o ei apparēte confortat̃. Mane aūt im/
pator eum ligatū ad ſtipitē ſagittari fecit:
ſed ſagitte in aere pēdētes : in nullo ipſuʒ
ledere poterãt. Una v̄o ex ſagittis ꝯuerſa
retrorſuʒ impatorē vno oculo excecauit.
Quē aurelianus die ſequēti decollari mã
dauit. Uerū anteq̃ʒ milites ad carcerē in
quo detinebat̃ veniſſet: ruptis vinculis ⁊
aperto hoſtio xp̄i martyr p medios mili/
tes fugiebat. Jlli vero martyreʒ xp̄i vſqʒ
ad flumē ſequanã in ſecuti ſunt. Qui ſup
aquã ſiccis pedibus ãbulauit vſqʒ ad lo/
cum: vbi eum xp̄s baptizauit. Sicqʒ flu/
mē ex alia parte trãſiuit. Milites v̄o trãſ/
uadētes illum percutere nõ audebãt. At
ille os hortabat̃: vt ſibi iuſſa cõplerēt: mã
dans vt de ſanguine ſuo ipatori deferent:
de quo excecatum oculuʒ liniret: ⁊ ſic lu/
men reciperet. Poſt hec aūt ſanctus mar
tyr ſuum dn̄o ſpiritum cõmendauit ⁊ pro
ſe in quacūqʒ neceſſitate inuocãtib⁹ exo/
rauit. Factaqʒ voce ad euʒ de celo : ꝙ ip/
ſum dn̄s exaudiſſet : decollatus ē. Cuius
corpus truncatū ſe leuauit : ⁊ caput tollēs
manibus p paſſus. xlix. portauit: ibiqʒ ce/
cidit : vbi et a xp̄ianis ſepultum eſt. xviij.
cal. decēbris. Jmpator vero de eius ſan/
guine oculū liniēs lumen recuperauit.

¶ De ſcā Venerãda. vg. ⁊ mar. Ca. LXI.

Veneranda virgo apud gal/
liam paſſa eſt ſub aſclepio ꝓ
fide. Hec fuit filia agatho/
nis ⁊ polite eius vxoris chri
ſtianorum de partibus gal
liarum. Qui. xxxv. annis in

coniugio ſine prole manſerunt. Orone tā dem ad deum fuſa filiam obtinuerunt: quam pater venerādam vocauit: eamqȝ ſacris litteris erudiri fecit: ⁊ ieiuniis aſſuefecit. Puella vero in ſctitate vite proficiens annoꝝ.xxx. cepit verbum dñi predicare: ⁊ per annos .ix. iugiter xpianos in fide dñica confortare. Anno aūt etatis ſue.xl. romam venit: ⁊ xpm annunciare cepit tēpore imperatoris antonini. Prefectus autem antonius audiens ꝙplures propter eius exhortationē conuerſos: ipſius allectus pulchritudine: vt occaſionē eam cognoſcendi captaret: cepit eam ad deoꝝ ſacrificia inuitare. Quam ſacrificare contēnentem iuſſit in terram extendi: ⁊ palmas ac pedes lignis affigi atqȝ neruis crudis ventrē eius cedi: lapidem quoqȝ magnum vix a quattuor viris delatum eius ventri ſuperponi. Orante vero ſctā lapis diuina virtute longius abiicit: et claui de ipſius manibus ⁊ pedibus ab angelo euelluntur. Quo viſo miraculo multi gentiliū conuertuntur. Et dum baptiſmum expeterent: nube celeſti obūbrantur: ac voce de celo lapſa: imbre ſuperno perfuſi baptizant. Quos omnes prefectus in xpi confeſſione iuſſit decollari. Sanctam aūt virginem in lebetem eneum aqua oleo pice ac ſulphure bullientibus plenum immitti: ⁊ diebus. vii. deſubter ignē iugiter miniſtrari: quibus elapſis virgo diuina gratia permanſit illeſa. Quod dum prefectus ad videndum accederet: aqua ebulliens eum excecauit. Illa vero lutum ex ſputo fecit: ⁊ oculos eius liniuit: eiqȝ viſum reſtituit: ⁊ ad chriſtū conuertit. ¶ Inde accedens ad aliam ciuitatem xpm annunciabat ibiqȝ a quodam alio impatore nomine themio cōprehendit: ⁊ ingenti draconi: qui oēs deuorabat: exponitur. Que ſigno crucis edito draconē diſcerpſit: demone per aera horribiliter perſtrepente. Sicqȝ rex ille cum omni populo ad chriſtum conuerſus eſt. ¶ Deinde veniēs ad tertiā ciuitatē a prefecto aſclepio detinetur: a quo in lebetem eneū pice ⁊ oleo liqntibus plenum mittit. Sed orōne inde illeſa educit. Fracto quoqȝ mox lebete p fruſtra plures de aſtantibus paganis letaliter cōburunt. Hoc videns aſclepius venerandam decollari precepit: que ad paſſionem ducta: dū pro cunctis ſe inuocātibus exoraſſet: audiuit vocē de celo ſe fuiſſe in oībus exauditā. Sicqȝ conuerſis ad xpm.ccccccccc. viris capite ceſſa ē. Cui⁹ corpus xpianus quidā nomine antimus rapuit: et ipſum venerabiliter ſepeliuit. xviij. calen. decembris.

¶ De ſcō Eugenio epō ⁊ mar. Ca.LXII.



Eugeni⁹ epō ⁊ martyr apud ciuitatē pariſi⁹ paſſus ē. Qui cū eſſet diſcipulus bti dionyſii epi pariſiēſis ad eodē toletanus pōtifex ordinatur ⁊ ad ipſam vrbē predicationis gratia miſſus ē. Et poſtꝙ ibidē multitudinē populi cōuertiſſet: deſiderio vidēdi magiſtrum vehemēter accēſus pariſi⁹ rediit. Cum aūt perueniſſet ad locū quendam noīe diolum: qui a ciuitate pariſiēſi quattuor milibus diſtat: a paganis tētus: ⁊ ab eiſdē in ꝯfeſſione noīs xpi decollatus ē. Corpus quoqȝ eius in flumine beraſii piectū eſt: ne a xpianis inueniret. Quod licet diebus plurib⁹ elapſis delituiſſet: nulla corruptiōe violatū eſt. Poſtꝙ aūt gentiliū perſecutio ceſſauit: ſcūs martyr cuidā hercoldo ipſius ville languēti in ſomnis apparuit: ⁊ ipſum ab infirmitate liberauit: atqȝ vt ipſū ſepeliret cōmonuit. Ille vero ad corp⁹ accedēs: illud ac ſi ea die fuiſſet decollatum inuenit: qd plauſtroipoſitum ad monaſteriū ſancti dionyſii deferre curabat. Sed diuino nutu bubus vl

tra viri predium procedere non valenti-
bus: ipſum ibidem ſepeliuit: eccleſiã de
ſuper edificauit vbi ꝛ ad pñs: q̄eſcit: mira
culis eluceſcēs q̄ paſſus eſt. vij. cal. nouē.

¶ De ſcō Eugenio ep̄o. Cap. LXIII.

Eugenius epiſcopꝰ ceſarieñ.
apud eandem ciuitatē vi-
ta ꝛ ſapientia luculēta flo-
ruit. Qui origenis auditor
fuit: ꝛ eiuſdem eius magi-
ſtri atq̄ pamphili marty-
ris bibliothecam corruptam labore mul-
to in membranis reſtaurare conatus eſt.
Ferūtur etiam varij multipliceſq̄ tracta
tus: quos noſſe non eſt facile omnibus:
Qui ꝛ apud ipſam ceſaree ciuitatē in pa
ce quieuit. Hec hieronymus libro de vi-
ris illuſtribus.

¶ De ſcō Machuto ep̄o. Cap. LXIIII.



Machu-
tus epiſcopꝰ: vt ait ſi-
gibertus: tempore iu-
ſtiniani iperatoris in
britannia claruit: qui
parentibus generoſis
ortꝰ eſt matre iā plus
q̄ ſexagenaria: que ſo-
ror fuit aimonis fratris ſancti ep̄i ſampſo
nis. Hec eni ad monaſteriū quod dicit
caruamina ex deuotiōe cum eſſet p̄gnās
deueniens: filiū machutū ſiue madoniū
futurum monachū enixa eſt: quē ſanctus
brandanus ipſius loci abbas baptizauit:
ꝛ educauit: ſibiq̄ a parētibus cōmenda-
tum ſacris litteris erudiuit: ac monachū
ſuum fecit. ¶ Hic dum eſſet adhuc puer
die quodam cum ceteris pueris in litto-
re ludebat: ꝛ ab aliis ſecedens dormita-
uit: Creſcenteq̄ mare cuncti pueri receſ
ſerunt: ꝛ machutum dormientem dimiſe
runt. Fluctus itaq̄ locum: vbi puer dor-
miebat circūdantes quaſi inſulā dimiſe-
runt: littus quoq̄ diuinitus adeo creuit:
q̄ inſula modica quaſi mōticulus effectꝰ:
ne maris elationes ſuper ſoporatū puerū:
ꝛ circa ipſum poſſent aſcendere: defenſa-
uit. Qui quidē monticulus a mari circun
datus in teſtimoniū miraculi ibidē ma-
net vſq̄ in diem hodiernum. Excitatus
autem puer ꝛ ſe ab vndis circundatū vi-
dens: ac timens valde: orationi ſe con-
tulit. Cum autē a condiſcipulis branda-
nus audiſſet: q̄ puerū ſoporatum dimi-
ſiſſent: pro puero heſitās orare cepit. Cui
angelus quomodo deus illū ſeruauerat
reuelauit. Illeq̄ ad littus veniens: pue-
rum in inſula vidit: ꝛ cum nauiculam illū
ad ſe deferendum mandaſſet: puer vſq̄
in craſtinum ſe ibi dimittendū rogauit:
pſalterium tamen ſuum ad legendum ſi-
bi mittendum poſtulauit: Quod dum il-
luc detuliſſent: iubente puero ſuper faſcē
alice illud poſuerunt: ipſumq̄ alica ſuper
vndas ad machutum detulit incorruptū.
Sequenti vero die puer nauicula ad mo
naſteriū delatus eſt. ¶ Quodam mane
dum brandanus ad matutinū ſurrexiſſet
ꝛ lumine carens puero iuſſiſſet: vt carbo-
nes ad laternam accendenda ſibi ex co-
quina deferret. Machutus ad coquinā
deſcendit: ꝛ cum non haberet quicq̄ pa-
ratū in quo carbones tolleret: in ſinu pru
nas detulit: ꝛ veſtis eius omnino inuſta
permanſit. ¶ Temporis proceſſu ipſe in
epiſcopum ſublimatus eſt: qui miraculis
clarebat. Qui etiam cum beato branda-
no pluribus annis per mare nauigauit: in
ſulam imam: que paradiſus dicitur exqui
rentes. Sed eam minime inuenire valē-
tes incolumes ad propria redierunt: vt
dictum eſt ſupra in legenda ſancti bran-
dani decimooctauo calendas iulij. Eodē
itaq̄ tempore dum in maris oceani inſu
la quadā: ſepulchrū mire magnitudinis
repperiſſent: ꝛ mirantes illud an alicuius
hoīs eſſe potuiſſ: machutus orationē ad
deū fudit: ꝛ gigantem nimie proceritatis

iacentem in tumulo ſuſcitauit. Qui gen/
tilem ſe eſſe dixit: ⁊ ad inferna damnatū.
Sed baptizatus a machuto pedibus per
mare vadando nauem fune trahere ce/
pit: vt optatam inſulam inuenirent: verū
tempeſtate maris redire coacti: dum ad
gigantis inſulam reuerſi eſſent. Illi iterū
obdormiuit in pace. ¶ Hic etiaꝫ die ſan
cto paſche celebrata miſſa mortuum alte
rum ſuſcitauit: qui mox excitatus vinum
in potum a ſancto poſtulauit. Cum auteꝫ
in parapſide marmorea aqua ſancto epi/
ſcopo oblata eſſet: ipſe ſigno crucis aquaꝫ
conuertit in vinum: ⁊ marmorem muta-
uit in vitrum. ¶ Ruſticus quidam lapi-
dem iaciēs: ſuem caſu oppreſſerat: timēſ/
qꝫ ne a domino ſuo ex hoc vapularet: ni/
mium deplorabat. Sed vir domini ſuper
ueniens ſuem illico ſuſcitauit. ¶ Deniqꝫ
propter ciuium ſuoruꝫ improbitatem bri
tanniam deſeruit: ⁊ in aquitanie plaga cū
cenobitis permanſit: Ubi dum aſinū mo
naſterii ligna deferentem lupus deuoraſ/
ſet: ad nemus accedens lupum inuenit: ⁊
in continenti diuinitus adeo māſuefecit:
vt cum monachis domeſtice habitaret: ⁊
aſelli onera cuncta de cetero baiularet:
eiuſqꝫ opera perficeret. Qui ⁊ in pace qe-
uit. xvij. calen. decembris.

¶ De ſctis Felice epiſcopo ⁊ ſociis martyribus. Cap. LXV.

Felix epiſcopus cum ſociis
xxx. martyres apud nolam
campanie ciuitatem paſſi
ſunt. Hic enim a. xv. etatis
ſue anno miraculorum in/
ſignis glorie fuit. Et ad di-
cte ciuitatis pontificum peruenire meru/
it. Qui ⁊ ſub preſide martiano cum prefa
tis ſociis. xxx. capitis abſciſione pro chri/
ſti nominis confeſſione martyrium con/
ſumauit. xvij. cal. decembris: vt ait ado.

¶ De ſancto Fidentio epiſcopo et martyre. Cap. LXVI.



Fidentiꝰ
epˢ armenius et mar-
tyr paſſus eſt apud ci-
uitatem altinum ſub
tēpore maximiani im
peratoris. Qui cū ple-
riſqꝫ chriſtianis detē/
tus: ⁊ prefecto preſen/
tatus. dū omnia idola diceret eſſe demo
nia: primo diebus pluribus in carcerem
recluſus eſt. Deide eductus ⁊ in ligno ſu/
ſpenſus vngulis ferreis in lateribus lania
tus vſqꝫ ad oſſium nudationē. Et cū hec
omnia conſtantius toleraſſet: iterū in er/
gaſtulo viculatꝰ eſt. Et apparēte ſibi chri-
ſto ipſumqꝫ confortante ab oibus plagis
ſanatꝰ eſt. Cuſtodes vero carceris: dū nocte
illa voces cantantiū audiſſent: p foramen
aſpiciunt: ⁊ multos cū eo in albis pſallen/
tes viderūt. Qđ dū pfecto nūciaſſent: ille
qꝫ ad foramē carceris veniēs hoc idē vi/
diſſet: ⁊ chrianos magicis artibus illuc in
troiſſe putaſſet: locū armatis circundedit
vt nullus euaderet: aptoqꝫ carcere ſolum
fidentiū inuenerunt: quē fame afflictum
iterū eduxerunt: ⁊ mandato pfecti cuꝫ ſa/
crificare nollet: in ignē copioſum vinctū
miſerunt: vbi orans emiſit ſpiritum. Cor
pus vero omnino ab igne permāſit inta/
ctū: qui paſſus eſt. xvi. cal. dcēbris. ¶ Tē/
pore procedente in villa pulueraríe duo/
bus bubulcis laborantibus: ⁊ ad prādiū
viciſſim ſe velle ire dicētibus. Audita eſt
vrox dicens: nondū eſſe horā prandendi:
Qui neminē videntes ſtupefacti: dū eam/
dē vocem iterato audiſſent: ⁊ tertio qua-
ſi pauefacti abirent: audierūt eandē vocē
dicentē vt irent: qꝛ iaꝫ hora eſſet: ⁊ qꝫ hec
epō ſignificarent. Illi vero paduam acce
dentes epiſcopo paduano predicta ſigni
ficare curarunt. Qui orationem premiſit:
⁊ per ſenem quendam ei apparētem ad-
monitus fuit: vt ad locuꝫ accederet: ⁊ cor

pus martyris inueniret. Ueniẽtes igitur
epiſcopus clerus ⁊ populus: ⁊ terram ſex
paſſibus effodientes: inuenerunt arcam
marmoream cum corpore ſancto: ⁊ tabu
lam ſcriptam continentẽ. Hic eſt corpus
ſancti fidentij epiſcopi ⁊ martyris: quod
naui imponentes: vt paduam deferrent:
cum ſero factum eſſet: ⁊ naute quieſcere
aliquantulum decreuiſſent: excitati dilu/
culo: vt abirent: inuenerunt ſe iuxta por/
tam eſtenſem: volentes autem arcam de
naui educere: nequibant. Tunc apparuit
pauper cum curru hortans illos: vt arcaꝫ
ſecure plauſtro imponerent: ⁊ vaccis di/
mitterent portandam: vbi deo placitum
eſſet. Quod illi facientes: ⁊ currum ſequẽ
tes circa padue confinium iuxta eccleſiaꝫ
ſancti thome poſitum in villa campanie
meiadini vacce ſubſtiterunt: ibiqꝫ arcaꝫ
depoſuerunt: Et ſtatim pauper cum cur/
ru ⁊ vaccis diſparuerunt: ibi ergo ſepulto
corpore eccleſia deſup edificata eſt. Sed
ramus querci quem bubulcus ille in cur
ru poſuerat: vt vaccis vmbraꝫ faceret: ab
eo ibidẽ plãtatus in quercuꝫ maximã illi/
co excreuit: ibiqꝫ manet vſqꝫ i p̄ntẽ diẽ.

¶ De ſcõ Eucherio epõ. Cap. LXVII.



Eucheri⁹
epiſcopus apud lug/
dunum ciuitatem cla
ruit tẽpore valẽtinia
ni ſecundi imperato
ris: Hic nobili ſenato
rum genere ortus ha
bitu religionis aſſum
pto ſeculoqꝫ relicto duduꝫ in agro ſuo ſu
per flumen durentiam in ſpelunca reclu
ſus chriſto domino ſeruiebat. Defuncto
vero lugdunenſi epiſcopo: dum clerus ⁊
populus pro diuina voluntate requiren
da triduo ex more ieiunijs et orationi
bus inſtarent: reuelatur eis per puerum
eucherium ſenatorem eligẽdum: qui in
tali degebat ſpelunca. Ad quem illi archi
diaconum ⁊ clericos miſerunt: vt euꝫ ad
ducerent. Qui cauſa eorum aduentus co
gnita: iurauit ſe ſponte inde non egreſſu
rum: Unde effracta clauſura antri: ipſum
inuitum et renitentem eduxerunt et du
ctum lugdunum in epiſcopum ordinaue
runt. Cuius vxor galla cum duabus filia
bus ſuis. ſ. conſtantia ⁊ iulia: ad ſpeluncaꝫ
ſancti eucherij acceſſerunt: ⁊ ibidem in/
cluſe de cetero deo ſeruierunt. Ipſe autẽ
vir domini poſtq̄ impleuit miniſterium
chriſti feliciter ad chriſtum migrauit. xvi.
calend. decembris. Hic ad quendam va
rianum ſuum propinquum de cõtemptu
mundi ⁊ ſecularis philoſophie epiſtolam
ſcholaſtico ſermone conſcripſit. Sancta/
rum etiam ſcripturarum obſcura queqꝫ
capitula diſſeruit: vt dicit gennadius.

¶ De ſcõ Eadmundo epõ. C. LXVIII.

Edmundus archiepiſcop⁹
cantuarien̄. apud angliam
claruit. Qui ex albendone
villa natus: ob reuerentiaꝫ
ſancti martyris eadmun
di: tali nomine a matre vo
catus eſt. Cuius pater eduardus de con
ſenſu coniugis in monaſterio vitam fini
uit. Mater vero ſancti nomine moabilia
in ſeculo ſpiritualiter vixit: ⁊ filium a pue
ritia diſciplinis ſpiritualibus erudiuit: car
nem ieiunijs domare: ⁊ virginitatem ſer
uare ſuaſit. Quod ille perpetuo obſerua/
uit. Miſſus autem pariſius ad ſtudiũ bre
ui tempore in artibus magiſtratur. Sed
matre in extremis laborãte domum vo/
catur: que filium ſuũ benedixit: eiqꝫ quã
viderat viſionem narrauit: ꝙ ſcilꝫ vidiſ/
ſet eadmũdum ſpineam coronam geſtã
tem: ſuis radiis vſqꝫ ad ſidera protendẽ/
tem. Defuncta vero matre iuuenis redi/
ens vidit agrum nigerrimis auibus ple/
num efferentibus corpus teterrimũ. Ex/
poſuitqꝫ ſocio: ꝙ ruſticus in ipſa villa na/

per defunctus fuerat: quem demones aſ/portabant. Qui ⁊ ita per omnia contigiſſe inuenerunt. Ut autem perpetuam a virgine glorioſa virginitatez obtineret: eius imaginez ſculptā anulo ſubarauit: in quo angelica ſalutatio exarata erat. Qui quidem anulus poſtmodum in digito ipſius defuncti miraculoſe repertus fuit. ℂ Cū autem filia iuuencula hoſpitis ſui pariſienſis ad ſe cognoſcendam illum ſepius impetiſſet: ⁊ ille eam plerumqz ſermonibus redarguiſſet: nolentem deſiſtere ſecreta hora ad eius ſtudium inuitauit: vbi eam ſpoliatam ⁊ aliquantulum flagello verberatam corripuit. Aliam etiam coniugatā dona ei plurima allectiua ad amorem offerentem ſpretis muneribus comminationibuſqz ei illatis: ꝙ niſi ab inceptis deſiſteret: omnia viro ſuo panderet: a ſimili pulſatione compeſcuit. Ad augendum quoqz caſtitatis propoſitum: omni tempore vite ſue carnem cilicio domuit: ⁊ tēpore quadrageſimali loricam plumbeaz portauit. Ieiunijſqz arduis carnem afflixit: feria. vi. ſemper in pane ⁊ aqua ieiunauit: ⁊ aliquando nihil potauit nec propter ea aliquando a ſtudio vel lectiōe ceſſauit. Quendam auditorem ſuum egenū ⁊ egrotantem ad domum ſuam detulit ⁊ humaniter tractatum vſque ad conualeſcentiam eius curam egit. Alium quoqz eius diſcipulum in brachio languentem: miraculoſe ſanauit. Cum autem per annos. vi. in artibus ſcholas rexiſſet: apparuit ei mater eius per ſomnium: ⁊ tres circulos in eius manꝰ palma ſignauit: in nomine patris ⁊ filii ⁊ ſpiritusſcti. Qui mox excitatus ad ſtudium theologie tranſiuit: in quo breui tempore admodum profecit: ⁊ factus magiſter legere cepit. Nocte quadam in ſomnis aſpexit ex igne ſue domus ſeptem faculas educi. Et ecce mane. vij. eius auditores ſcholis relictis: ab abbate cluniacenſi: abducti ⁊ monachi effecti ſunt. ℂ Diſputaturus ſemel de trinitate: vidit per ſomnū columbam de celo eucharistiaz ſibi in ore mittentē: ⁊ excitatus mirabiliter diſputauit. ℂ Nocte quadā in ſomnis a diabolo vt ſibi videbatur oppreſſus: dū crucē ſibi imprimere vellet illeqz manū eius teneret: adiurauit eum per effuſionez ſanguis chri: vt ſe dimitteret: ⁊ ſtatim dimiſſus eſt. Audiuitqz a demonio malignos ſpūs nihil tantum timere quātum adiurationem ꝑdictaz. ℂ Igitur in ſanctitate ⁊ doctrina ꝓficiens a ſūmo pōtifice legatus ordinatur: ad verbū crucis in gallijs predicandū. Quod qdez officium ſolicite adminiſtrauit. ℂ Lomeſtre aūt predicans: dū iuuenē crucez aſſumere volentē vxor eius per palliū abſtrahere vellet: manus eius ſtatim contracta eſt. Que dū vna cū viro crucē ab eadmūdo ſumeret: continuo ſanitatem recepit. ℂ In villa quoqz abſtrauo iuuenis ſimiliter cruce ſignari cupiens: ab amaſia abſtrahebatur: illaqz ꝓtinus excecat. Sed orāte ſcō viſum recuperauit: ⁊ pniaz egit. Cū apud vigorinā ꝑdicaret: ⁊ nubes aqſa conſurgēs populū exterreret: vir dñi ꝑcepit nubine verbum dñi impediret: Statimqz pluuia populo dimiſſo ad circuitū omniū declinauit nemine illorum perfuſo. Nocte quadam ad ſtudiū dormitauit: ⁊ candela accenſa ſuper bibliā cecidit: q̄ poſt horam excitatus: fauillā ex ſufflauit: ⁊ librum oīno intactū inuenit: ℂ Alias ēt dū ad lumē ſtuderet: eodē ſoporato vētꝰ lumē extinxit. Sed ille excitatꝰ nomē btē virginis inuocauit: ſtatimqz lucerna accenſa eſt. ℂ Apud antracē in pede grauatus: tres ſibi cruces in circuitu morbi ipreſſit: ⁊ ſubito ſanatū ſe ſenſit. ℂ Cilicina femoralia ſua ex antiqtate deiecta: ab eiꝰ cubiculario in igne poſita inuſta ꝑmanſerunt. ℂ Poſt hec electus eſt archiepſ cātuariēſis: qui licet diu recuſauerit tandez ꝑcibꝰ multorū humiliter aſſenſit. In quo cul/

mine poſitus humilitatē in omnibus pre
tendebat: vitāqꝫ adhuc artiorē ꝙ̄ primo
ſeruabat: muneraqꝫ omnino reſpuebat.
Multas autē perſecutiones pro liberta/
te eccleſie paſſus: a ſede ſua ſe abſentare
cōpulſus eſt. Sed ante ſuū diſceſſum quē
dā febre laborantē aqua bñdicta ſolūmo/
do cōſperſum ſanauit. Clericum etiā ſuū
quendā quartana vexatū miſſo in ore ip/
ſius bolo murene a langore curauit. Quē
dā quoqꝫ nobilē in genu guttā patientēꝫ
ſanitati reſtituit. Multa etiā futura ꝓphe
tico ſpū predixit. ¶ Nocte quadā eidem
btūs thomas martyr apparuit: volētiqꝫ pe
dē eius deoſculari dixit: ꝙ cito os ſuum
oſculaturus eſſet: ipſius obitūꝫ in primo
vaticinās. Egreſſus eni de anglia ad mo/
naſteriū pontiniacū ſe cōtulit: vbi verbūꝫ
dei annūcians modico tpe manſit. Inde
propter grauē egritudinē ſortianum dela
tus: vbi ſanior aer erat: ꝑdixit ꝙ tali die
illuc eſſet reuerſurus. Quod quidē eo de/
functo ⁊ corpore eius pontiniacūꝫ delato
euenit. In ſortiano itaqꝫ diebus aliq̄bus
languēs ſumptis deuote eccleſiaſticis ſa/
cramētis in pace q̄euit. xvi. cal. decēbris.
Die vero qua predixerat: corpus eius pō/
tiniacū eſt trāſlatūꝫ: ⁊ in eccleſia colloca-
tū: poſt dies. vii. infra quos ſepulchrū eiꝰ
parabať: incorruptū omnino ac multū re
dolens inuentū eſt ⁊ pluribus interiꝫ cla/
ruit ſignis: vbi cum honore tumulatū ſer-
uatur. Ibiqꝫ in miraculis viuit.

¶ De ſcō Dionyſio epō. Cap. LXIX.



Dionyſiꝰ epō: vt habetur libro
vi. eccleſiaſtice hiſto/
rie apud alexandriaꝫ
in multis ꝯfeſſionibꝰ
ſatis clarꝰ effectꝰ eſt.
De quo ⁊ hieronymꝰ
libro de viris illuſtri-
bus dicit ꝙ ſub heracla eiuſdē vrbis epi/
ſcopo cui ⁊ ipſe in epātu ſucceſſit: ſcholāꝫ
tenuit: ⁊ inſignis origenis auditor fuit.
¶ Hic a perſecutoribus tentus dum ca/
put ſuū iudici offerret imperatori ꝓmune
re deſtinandū: in caſtro quodā deſerti qḋ
ceſron appellatur in exilium truditur: vbi
gentiles oēs ciues erant. Qui eum ꝑmo
hoſtili animo excipientes: tandē pars ma
xima eorū ipſius verbo ⁊ exēplo ad chrīm
conuerſa eſt. Quo a iudice comperto: ad
locum alium pene inhabitatum relegatꝰ
eſt. Cumqꝫ ad chriſtū multi chriſtiani ex
locis vicinis confluerent: dionyſius ⁊ cuꝫ
eo caius ⁊ petrus diacones cathenis vin/
cti ⁊ dudum cruciati in quoddā deſertuꝫ
hebie miſſi ſunt: vbi eos itinere triuꝫ die
rum vinctos reliquerunt: qui tamē ab an
gelo cōfortati ⁊ ſoluti ſunt. ¶ Poſt aliqḋ
vero tēpus dionyſius āno. xii. galieni im/
ratoris reuerſus alexandriam confectus
ſenio quieuit in pace. xv. cal. decembris.
xv. anno ſui epiſcopatus. ¶ Hic multa ꝓ
batiſſima opuſcula ſcripſiſſe tradiť. Scri/
pſit enim de penitentia lapſorum ad egy/
ptios. Hortatoriūꝫ de martyrio ad orige/
nem. Item aliud ad laodicenſes. Ad ar/
menos de patiētia. Ad cornelium roma/
num pōtificem ſcripſit plurima. Ad fabia
nūꝫ antiochenum epiſcopū ſcripſit de hiis
q̄ ſub decio ꝑncipe martyrij agones apud
alexandriam paſſi ſunt. Scripſit ⁊ ad ro/
manos epiſtolas de miniſterijs. De pace.
De penitentia ad quoſdam qui nouatum
hereticum ſequebantur. Item ad eoſdē
alias duas ex quo ad fidem conuerſi ſūt.
Sed ad multos alios varia ⁊ diuerſa ſcri
bens ſtudioſis quibuſqꝫ inſtructionum ⁊
doctrine copioſiſſimam materiam dere/
liquit. Scripſit et libros de baptiſmo ad
philemonem. Item ad dionyſium vrbis
romane preſbyterum. Item ad romanū
pontificem. Item librum de promiſſioni
bus futuris. Aduerſus celſum quendam
epicurūꝫ philoſophum: qui contra nos li/
bros

bros ſcripſerat octo voluminibus reſpon-
dit. In euãgelium matthei.xxv. cõmenta
rioꝝ libros edidit. In.xii.ꝑphetis pluria
cõmentatus eſt. Extant eius epiſtole ad
philippum imperatorẽ eiuſqꝫ coniugẽ ſe-
ueram. Itẽ ad fabianũ papã ⁊ plurimos
eccleſiaꝝ prĩcipes pro catholica fide: Ex-
tant ⁊ alie ad diuerſos ſcripte: quaꝝ centũ
numero ſcribit euſebius i libros digeſtos
ſe tradidiſſe memorie.

¶ De ſanctis Ocyſello ⁊ Uictoria mar-
tyribus. Cap. LXX.

O Cyſellus ⁊ victoria marty-
res apud ciuitatẽ cordubã
ꝓuincie hiſpanie paſſi ſunt
qui poſt diuerſa eis ſuppli-
cia illata ob confeſſionẽ no
minis chriſtiani victoriam
martyrii gladio cedente percipere merue
runt ibiqꝫ ſepulti coluntur. Ubi etiã ob cõ
mendationem precioſe mortis eoꝝ eodẽ
die ipſoꝝ martyrij roſe orte ſingulis annis
diuinitus colliguntur. Qui paſſi ſunt.xv. ca-
len.decẽbris. Hec ado.

¶ De ſcõ Amano epõ. Cap.LXXI.



Amanus
epõ apud aurelianum
claruit tpe honorij im-
peratoris: q̃ btõ euur-
tio in epatuꝫ eiuſdem
ciuitatis ſucceſſit. In-
greſſus aũt ciuitatẽ po-
ſtulauit cuidã exagrip
pino militũ prefecto: vt vinculis compe-
ditos relaxaret: Quod dum ille facere re-
nuiſſet: lapis repẽte de turri decidit: ⁊ ca-
put exagrippini percuſſit: quo pene exani-
me domũ delato: ſanctus amanus ad eũ
intrauit: ⁊ orationem pro ipſo effudit: ſta-
timqꝫ ſanguinis de cerebro manare deſi
tit. Ille autem mox liberatus ⁊ penitens:
vt ſanctus vir poſtulauerat: cõpeditos ab-
ſoluit. ¶ Cum eccleſiaꝫ ſuã altius extolli
faceret: melius quidaꝫ protomagiſter de
tecto lapſus quaſi in extremis iacebat ex-
tinctus. Sed poſtq̃ ſanctus epõ eum teti
git: ⁊ per manũ apprehendit: cõtinuo ſur-
rexit illeſus. ¶ Poſt hoc aurelianenſis ci-
uitas ab attila gothorum rege obſeſſa eſt.
Cum aũt ſupra muri aditum letanias cũ
reliquijs ſanctoꝝ celebrans cum populo
circuiret: ſacerdos quidam a barbaris ca-
ptus eum redarguit dicens: ꝙ ſimilia in
alijs ciuitatibus fecerunt ⁊ nihil eis ꝓfue
rat: quod cum ille dixiſſet: protinus expira
uit. Uerũ dum gothi vrbem impugnarẽt:
amanus murũ aſcẽdens: cõtra hoſtes ex-
puit: ⁊ ſubito tantus ſup eos imber deſcẽ-
dit: vt a dimittendo prelio oĩno compulſi
ad caſtra redierint. Dum autẽ epõ ad eos
exiuiſſet: ⁊ pro populo intercedẽs ab atti-
la nihil penitus obtinere potuiſſet: ſꝫ die
ſequenti aduerſarij vrbeꝫ violenter intrã-
tes plauſtra eoꝝ ſpolijs onerarãt. Aman⁹
per ſpiritũ arelatum delatus etiam patri-
cium romanũ in ſubſidiuꝫ cõuocauit. Qui
cõcitus eodem diuino nutu cum exercitu
ſuo illuc deueniens: gothos inuadens ex-
pugnauit: ipſos de ciuitate maxima cede
fugauit. Deus autẽ meritis ſui ſancti oẽs
ciues illeſos conſeruauit: preter illos qui
de meritis amani diffiſi ianuas aduerſa-
rijs reſerarunt. Quaꝫ etiã victoriã vbertas
ĩmenſa fructuũ eſt ſubſecuta. Quieuit aũt
ſanctus in dño anno honorij ĩpatoris.xij.
xv.calen.decembris.

¶ De ſctõ Gregorio epõ turoneñ. C.lxxij.

G Regorius turoneñ. epõ or-
dinatus eſt anno iuſtiniani
ſeptimo: vt ait ſigibertus: in
omnibus clarus. Hic de al-
uernia natus: dum ptes iller
tranſiret: ⁊ orta tempeſtas atqꝫ tonitrua ⁊
fulmina oẽs exterrerent: ipſeqꝫ reliquias
quas ad collum gerebat tempeſtati oſten
diſſet: diuiſus nimbus a dextra ei⁹ ⁊ leua
iter illeſum pretereuntibus dimiſit. Ipſe

autem ex hoc aliquali inani gloria motus continuo diuino iudicio de equo cecidit: ⁊ allisus diebus pluribus decubuit. Sicq̃ abinde de proprijs meritis non eſſe perſumendum didicit. ¶ Anno igitur.clxxij. poſt obitum ſancti martini cathedram turonenſem regendaꝫ accepit: qui eccleſias plures conſtruxit: ⁊ libros plurimos compilauit: atqꝫ ſignoꝝ mirabilibus claruit. ¶ In quadaꝫ enim villa cum dom⁹ pauperis ruſtici igne accenſa eſſet: que aqua deficiente oino extingui nō valeret: ꝑductis de ſinu reliquijs igniq̃ꝫ oppoſitis domuꝫ cum rebus omnib⁹ ab incendio liberauit. ¶ In rhemēſi oppido referēdariū quēdaꝫ ſigiberti: qui diebus plurib⁹ aure vna ſurduerat. dum ſermocinaret̄: ad auditum clariꝫ reduxit. ¶ Apud pictauium poſt oratione factaꝫ ad ſepulchrum ſancti hilarij: dum radegundeꝫ reginā viſitaſſet: ⁊ ipſi ambo diuinis colloquijs mutuo inſtarent: oleum qḋ ante crucem ſancti hilarij guttatim manare cōſueuerat infra vnā horam in tantū ꝓfluxit: vt ſextariuꝫ exundaret. ¶ Et cū inde diſceſſiſſet: ⁊ dicta regina in pace quieuiſſet: gregorius per nuncium requiſit⁹ ipſam ſepeliuit.. Hic annis xij. ante beatū gregoriū papam magnum ep̄s factus: eo in pontificatu ſublimato romaꝫ adijt: ⁊ eidem in amicitia cōiunctus: ab eodeꝫ honorifice ſuſceptus ⁊ tractatus fuit. Cum aūt gregorius papa gregorium ep̄m vti ſtatura puſilluꝫ miraretur: tante virtutis virum: audiuit ab eodem verſiculum illum. Ipſe fecit nos ⁊ non ipſi nos. Qui eius cogitationē ab eo per ſpiritū cognitam nouit: ⁊ ab eodeꝫ veniam poſtulauit. Et de viri meritis admiratus eum eſt amplius reuerit⁹. Quieuit in domino vir ſanctus. xv. calen. decēbris. Sepultuſq̃ ē in eccleſia turonenſi ad leuam beati martini. ¶ Hic francoꝝ regū ſcripſit hiſtoriā inchoans a feramūdo primo ipſoꝝ rege: ⁊ vſqꝫ ad theodoricum dagoberti ſecundi filium claro ⁊ aperto ſtilo deducens. Scripſit ⁊ volumen miraculoꝝ beati martini ⁊ alia plura.

¶ De ſcō Gregorio ep̄o hiſpanē. C.lxxiij.

Gregorius ep̄s apud hiſpanias claruit. Hic liberienſis ep̄s fuit: q̄ ad extremā vſqꝫ ſenectaꝫ tractatus diuerſos mediocri ſermōe texuit. Et de fide catholica volumen elegās cōpilauit. Et apud liberienſeꝫ ciuitatē vita ⁊ ſermone cōſpicuus in pace quieuit. Ibidēq̃ꝫ ſepultus in virtutibus viuit. Hec hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De dedicatione baſilicarū apoſtoloruꝫ petri ⁊ pauli. Cap. LXXIIII.



Dedicatio baſilicaꝝ apl'oꝝ petri ⁊ pauli rome a beato ſilueſtro papa facta eſt. xiiij. calē. decēbris. Cum enim conſtantinus impator ab eodeꝫ ſancto pōtifice a lepra mundatus atqꝫ baptizatus eccleſiā in honorem ſaluatoris mundi fabricaſſet: videlicet in ꝓprio lateranēſi palatio: quā etiaꝫ prefatus papa conſecrauit ſicut dictuꝫ eſt ſupra in eius dedicatiōe. v. idus nouembris: prefatus xp̄ianiſſimus princeps baſilicas duas in honore apoſtoloꝝ a fundamentis erexit. Fecit enim baſilicaꝫ beato petro apoſtolo in tēplo apollinis iuxta palatium neronianū in vaticano: vbi idē apoſtolorum princeps crucifixus eſt. Itē aliaꝫ baſilicā beato paulo apoſtolo extra vrbeꝫ in via oſtienſi: prope locū vbi decollatus eſt. Et in qualibet ipſarū eccleſiaruꝫ dum terra foderetur ad fundamenta locanda: predictus glorioſus auguſtus in exēplum ſumme humilitatis ⁊ deuotionis duodecim cophinos terre effoſſe ad honorē. xij.

apoſtoloꝝ propriis humeris baiulauit. Ipſaſq; baſilicas mirificis donis ⁊ ornamentis in auro ⁊ argento ⁊ gẽmis infiniti precij magnifice dotauit: quas ambas eccleſias beatus ſilueſter papa vno ⁊ eodeʒ die cõſecrauit: ⁊ in altari vtriuſq; oſſa apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli mixta locauit. Poſtq̃ eniʒ cornelius papa apoſtoloꝝ corpora d catacumbis leuata: ad loca vbi prius ſepulta fuerant reportauit: ſicut dictũ eſt ſupra in paſſione petri apoſtoli. iij. calen. iulij. Et beatus ſilueſter eccleſias eorum conſecrare, diſponeret: oſſa amboꝝ apoſtolorum inſimul cõmixta in lance ſumma reuerentia equaliter ponderauit: ⁊ medietateʒ in vna eccleſia: ⁊ reliquã medietateʒ in alia collocauit. Et vtraq; ipſarum baſilicarum in anniuerſariis ipſius conſecrationis feſto. vij. milibus annoꝝ indulgentie dotauit: aliis quoq; temporibus continuis ſpecialem veniaʒ multorũ annoꝝ ipſas eccleſias viſitantibus condonauit. ¶ Tradunt romani in eoꝝ chronicis antiquis ſcriptũ contineri: ⁊ duʒ ſanctus ſilueſter ad inſtãtiam conſtantini auguſti ex ſumma deuotione vtraq; eccleſiã apoſtoloꝝ: vno ⁊ eodem die conſecrare decreuiſſet: vt ſicut vno ⁊ eodem die recolitur feſtum eorum paſſionis: ſic ageretur: ⁊ eorum baſilicarũ conſecrationis. Et cum primo eccleſiam beati petri ipſe pontifex dedicaſſet: Deinde ad eccleſiam beati pauli per. iiij. miliaria diſtantem dedicandam cum omni populo accederet: tempuſq; ſibi dficeret: vtpote quia diebus tunc breuibus ſol ad veſperuʒ ꝓpinquaret: timens ſilueſter ne nox ſuperueniens eius officiuʒ impleret: in virtute chriſti ⁊ apoſtoloꝝ ſoli mandauit: ne ad occaſum tenderet: donec ipſe officium alterius eccleſie conſecrande compleuiſſet. Statimq; virtute diuina ſol miraculoſe ſtetit: nec vlterius ſe mouit: donec papa cũ populo ad pauli baſilicã peruenit: ⁊ officium ↄſecrationis perfecit.

¶ De ſcõ Romano martyre. Ca. LXXV



Roman⁹ martyr apd antiochiã paſſus ẽ tpe maximiani impatoris ſub aſclepiade pfecto. Cũ eniʒ dictus pfect⁹ in ipſam vrbẽ ab ĩpatore miſſus ingreſſus eẽt: vt xpianos imolare compelleret: ⁊ eccleſiaʒ deſtrueret. Romanus monachus chriſtianis ſuadebat: ne prefectum in eccleſiam eorũ intrare pmitterent neq; ei in aliquo obedirent. Quod cum prefecto nunciatũ eẽt: fecit euʒ comprehendi: ⁊ ſibi preſentari: mandans vt diis imolaret iuxta imperatoris decretum. Cum autem ille chriſtianũ ſe aſſereret: ⁊ nulla ratione diis ſacrificaturum dixiſſet: iuſſit euʒ prefectus in equuleo leuari. Sed audito ꝙ eẽt de priorib⁹ ciuitatis: fecit eum deponi: ⁊ cepit blãdis ſermonibus ipſum ad ſuũ conſenſum prouocare: eo ꝙ nobilitati eius vellet deferre. Ille autem econtra dicebat nobilitatẽ ſuam in ſola chriſti confeſſione cõſiſtere. Tunc prefectus iuſſit os eius cum lapidibus percutine tam indiſciplinate reſponderet. Deinde fecit illum acrius torqueri. Cum autem romanus diceret: ꝙ deos q̃ ab omnibus facti ſunt nemo colere deberet: ⁊ in huius teſtimonium infantẽ vnũ in platea deambulanteʒ produceret: puer quoq; hec eadem affirmaret: iratus prefectus pueruʒ teneri fecit: ⁊ catominis cedi. Matreʒ quoq; illius adduci: ⁊ in eius conſpectu filiũ ſuſpẽdi: ⁊ torqueri: que mater in nullo perturbata filium in domino confortabat. Romanum auteʒ mandauit aſclepiades diutius fuſtigari: deinde ipm vna cũ puero in carcereʒ recipi: ambos in craſtinuʒ exurendos. Sequenti vero die fecit extra ciuitatem ignem copioſuʒ accẽdi: ⁊ romanuʒ ac puerum eductos de cu-

ſtodia cremandos adduci. Sed eadē hora pluuia copioſa deſcendit: ⁊ ignē totaliter extinxit. Quod audiēs prefectus: precepit puerum capite truncari: romano vero linguam p̄cidi. Mater vō pueri corpus filij ſublatum ſepeliuit. Romanus autē lingua preciſa nihilominus diſerte loq̄batur: ⁊ de ſanguine proprio laudes dei ſcribēs chriſtianos aſtantes hortabatur. Prefectus vō cum hoc audiſſet: carnificē: qui linguam eius abſciderat: teneri fecit: eūque occidi mandauit: eo ꝙ linguam eius modice precidiſſet. Qui vt p̄fecto ſatiſfaceret: porci vni linguā excidit: ⁊ mox porcus dolore defecit. Sicq́ȝ p̄fectus carnificē inculpabilē dimiſit. Romanum autē fecit in carcerē trudi: eo ꝙ populum timeret: quia de nobili progenie eēt. Noctu āt mandauit eum aſclepiades in carcere p̄focari. Cuius corpus a chriſtianis in ipſa vrbe honorifice ſepultum ē. Paſſus ē autem. xiiij calen. decembris.

¶ De ſcō Heſychio mar. Cap. LXXVI.

Heſychius martyr apud antiochiam paſſus ē ſub maximiano impatore. Qui cū eēt miles ⁊ p̄ceptum maximiani audiſſet: vt ſiquis non ſacrificaret idolis: cingulum militie deponeret: repēte ac ſponte cingulum ſoluit. Ob hanc cauſam ab imperatore detētus: dum chriſtum confiteretur: muliebri colobio indutus: ligato in collo eius ſaxo ingēti in flumine oronte p̄cipitari iuſſus martyrio coronatus. xiiij. calen. decembris: vt ait ado.

¶ De ſancto Gelaſio papa. ca. LXXVII.

Gelaſius papa huius nomis primus natione apher ex p̄re valerio: felici iij. romano pontifici in epiſcopatu ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. iiij. mēſes. viij. dies. xxviij. Hic manicheos in vrbe roma īuenit: ⁊ exilio deportari iuſſit: quoꝝ codices cremari fecit. Fuitq́ȝ amator cleri ⁊ pauperꝝ: liberauitq́ȝ a p̄iculo ⁊ fame ciuitatē romanam. Hic declarauit: q̄ libri debeant in eccleſia recipi: ⁊ q̄ contemni. Qui ⁊ gelaſianum librum cōpoſuit: Fecitq́ȝ tractus: oratiōes ⁊ hymnos ſicut ambroſius: p̄fationeȝ miſſe cōpoſuit vē dignum ⁊ iuſtum eſt. quotidiano vſui. Alias ēt. viij. p̄fationes ſpeciales certis diebus cantari decreuit. ſ. ð natiuitate: de epiphania: de q̄drageſima: de cruce: de reſurrectione: de aſcenſione: de pētecoſte: de trinitate: de aplis. Conſtituit ēt quibus tꝑibus ordinationes clericoꝝ fieri debeant. Sub huius ēt tꝑe oraculum bti michaelis archangeli inuētuȝ ē in mōte gargano. Corpus ēt bti barnabe apoſtoli: ⁊ euāgelium matthei eius manib⁹ ſcriptuȝ ipſo reuelāte repit̄. ¶ Hic aduerſus eutychē ⁊ neſtoriū grande ⁊ elegans conſcripſit volumē tractatus diuerſaruȝ ſcripturaꝝ ⁊ ſermonū limato ſermone expoſuit. Contra petrū ⁊ acaciū hereticos epiſtolas ſcripſit. Tomū de anathematis vinculo edidit. Cōmonitoriū fauſto apud cōſtātinopolim legatiōis officio fungenti direxit. Epl̄as ad anaſtaſiū principeȝ ⁊ epos ꝑ orientē ⁊ ꝑ dardaniaȝ cōſtitutos rationē reddentes iuſte dānationis acacii deſtinauit. Itē ad eoſdē orientis epos de vitāda acacij cōione. Ad euphemiū conſtantinoplim epm̄. Ad ſucconiū aphrum epȝ ⁊ ad natalem abbatē epiſtolas ſcripſit. Et anaſtaſii imperatoris primi temporibus in pace quieuit. xiiij. calen. decēbris. Sepultus in eccleſia ſancti petri apoſtoli.

¶. De ſctō phridiano epō. ca. LXXVIII

Phridianus epiſcopus lucanus apud ipſam ciuitatem claruit: qui multa ſāctitate pollens pauperibus largiflue miniſtrabat: ⁊ miraculoꝝ ſignis florebat. Cūq́ȝ auferith

fluuius: qui iuxta vrbis ipſius muros in-
fluebat: ſepe inundatione facta curſus ſui
alueū egreſſus p agroſqꝫ diffuſus ſata de/
uaſtaret: ⁊ vineas eradicaret: ac domos
plurimas ⁊ edificia euerteret: ⁊ ciues ex
hoc frequenter dānum ⁊ inopiam ſubſti/
nerent: datoqꝫ ſtudio operis curſuz flumi
nis per alia loca deriuare vellent: nunqꝫ a
proprio alueo vlla ratiōe deflecti potuit.
Igitur ciues omni auxilio deſperati: ſan
cti viri preſidium poſtularunt: qui oratio-
nem premiſit: ⁊ ſigno crucis edito: raſtruz
paruū accepit: ⁊ ad alueū fluminis acceſ/
ſit: fluminiqꝫ: vt ſe ſequeret precepit: de/
ductoqꝫ per terram raſtro per loca ſibi vi
ſa duobus fere miliaribus viam ſignauit.
Mox quoqꝫ aqua fluminis ſe cōpeſcens:
ſinu pprio relicto: curſuqꝫ naturali deſer-
to: per locum vbi ſanctus ſignauerat eum
ſecuta: nouū ſibi alueuz vendicauit: ⁊ ſata
queqꝫ vel plantata aut edificia ledere ceſ
ſauit: ⁊ ab inde vſqꝫ in preſens per locum
ipm fluere nō deſtitit: nec deſiſtet. ¶ Hic
ſanctus vir multis pollens virtutibꝰ ⁊ do
ctrinis: populoqꝫ ſuo exēplaris migrauit
ad dnm. xiiij. calen. decembris. Sepultus
extra muros ciuitatis lucane i eccleſia ſci
vincentij: quā ipſe cōſtruxerat. Hec grego
rius. iij. dialo. cap. ix.

¶ De ſcā Eliſabeth d vngaria. c. LXXIX



Eliſabeth regis vngarie filia ſoror
belle qui poſt patrē re/
gnauit: ex mre gertru//
de filia ducis norma-
nie ſorore bertoldi pa/
triarche aquileiēſis ab
annis puerilibꝰ pueri-
lia cōtempſit ⁊ infantili etate deo famula
ri cepit. Cuz eēt quīquēnis in ecclīa orās
ſedule pmanebat: adeo vt ancille eius ip-
ſam auellere vix valerent. Sepius ludens
aliquā de ancillis verſus capellaz inſequi
videbatur: vt ex hoc intrandi ⁊ genua fle/
ctendi occaſionē captaret. Occaſione ludi
etiam ſe aliquando proſternebat: deo ex
inde mente reuerentiaz exhibēs. Creſcēs
vero etate creſcebat deuotione. Beatam
dei genitricem in ſui patronā ⁊ aduocatā:
⁊ beatum ioānem euangeliſtā in ſue caſti
tatis cuſtodē elegit. In choreis ⁊ aliis mū
di vanitatibus nō ſolum abſtinebat: ſed ⁊
alias cōſocias ad ſimile inducebat. Sine
intermiſſione orabat: ⁊ diuinum officiuz
cum ſumma reuerētia audiebat. Et dum
euāgelium legeretur: coronam ⁊ monilia
deponebat. ¶ Cum vero ad etatez nubi/
lez perueniſſet: a patre ſuo licet inuita tra
dita eſt in cōiugium ludouico lantgrauio
turingie. Que licet mutauerit ſtatum non
ideo mutauit affectū. Nam ſedule oratiōi
incūbebat. Sepe de nocte de viri latere
ad orationem ſurgebat: eoqꝫ abſente iugi
ter in cōtemplatione pernoctabat. Unde
eius exemplo virum ſuū ad multā patien
tiam ⁊ vite perfectionē imutauit. Paupe
rum ſemp memor exiſtens: eis largiſſime
miniſtrauit. Cuidam magiſtro cōrado ſe
in obedientiā prebuit: ⁊ eidez in omnibꝰ
ſaluo iure matrimonij paruit. Adeo vt ali
quando negligentiā cōmittens: ab eo di/
ris diſciplinis ⁊ verberibus ſe pmitteret
flagellari. Corpus quoqꝫ ſuū artiſſimis ie
iunijs macerabat: ⁊ abſente viro cuz cele/
ſti ſponſo diuinis colloquijs incumbebat.
Et cum cibos curiales ex conſcientia re/
ſpueret: vir eius quoſdam ei redditus aſſi
gnauit: quos tamē oēs fere pauperū ne-
ceſſitatibus impendebat: ⁊ ſepe potius in
victu ſuo neceſſitatē ſuſtinebat. Lanam
proprijs manibus cū ancillis filabat: ⁊ ide
pauperum veſtimenta faciebat. Miracu/
loꝝ quoqꝫ glīa clarebat. ¶ Quadaz nāqꝫ
vice ceruiſiam pauperum multitudini ad
potandum tribuit: ⁊ vas prout primo ple/
num fuerat in nullo diminutum inuenit.
Peregrinos ⁊ pauperes hoſpitio ſuſcipie

bat: ⁊ egris ac ſanioſis ⁊ vlceroſis proprijs
manibus miniſtrabat: pedes illorum laua
bat: ſaniem abſtergebat: vlcera medica-
bat: ⁊ ſordidas veſtes abluebat. Ad hec
autem operanda: hoſpitale maximum in
ſuo caſtro conſtruxerat: ⁊ cū in monte po-
ſitum eſſet: laborem ſpernens: ad ipſum
tamen quotidie accedebat. Sepulturas
etiam pauperū frequētabat. ¶ Poſt hec
virum induxit vt ad terram ſanctam per-
geret viſitandam. Quod princeps deuo-
tus facere non neglexit. Ibiq; in dei ſer-
uitio vitam finiuit. Sancta autē domini
eliſabeth: multa patientia predita vidua-
lem ſtatum cum ſumma deuotione am-
plectitur: ⁊ duo milia marcharū quas de
dote ſua habuit pauperibus elargit. Ita
vt a multis diſſipatrix prodiga ⁊ fatua re-
putaretur. Deinde a quibuſdam vaſallis
ſui quōdam viri: de omnibus poſſeſſioni-
bus ſuis eijcitur: ⁊ in domo cuiuſdam ta-
bernarij cū filijs paruulis ſuſcepta mora-
tur: ⁊ in loco vbi porci manere conſueue-
rant ſepius hoſpitat. Iniurias quoq; mul
tas ⁊ graues etiam ab his quibus vir ſu9
beneficia multa contulerat recepit: quas
tamen omnes patientiſſime ſupportauit.
¶ Tunc abbatiſſa quedam vngarie eius
matertera neceſſitati eius compatiens:
Eliſabeth ad epū bamburgeñ. eius auūcu
lum adduxit: eamq; ei ſolicite cōmenda-
uit. Que cum ancillis ſuis quas ſui exem-
plo deo deuotos fecerat: ab eodem beni-
gne ſuſcipitur ⁊ humaniſſime pertractat.
Qui dum eam ſecundis nuptijs tradere
diſponeret: omnino recuſauit: volens po-
tius in paupertate caſtitatem ſeruare ꝙ̄
iterum ditata in rebus ſecularibus ſe im-
plicare. Interea autem oſſa viri ſui de
tranſmarinis partibus domui tumulanda
deferūtur. Cuius exequijs ſancta mulier
interfuit: maxime virtutis ⁊ patiētie ſigna
pretendens adeo vt ab emulis quibuſdā
reputata fuiſſe virum minime dilexiſſe.

Filijs tamen ſuis hinc inde ad diuerſa lo
ca tranſmiſſis: ipſa in habitu abiectiſſimo
veſte griſea: aliquando ob breuitatē alie-
no pāno prolongatam: ⁊ manicis ruptis al
terius coloris griſeo reſarcitis: cepit ince-
dere: ⁊ ſub cura magiſtri cōradi cū ancil-
lis ſuis pauperibus miniſtrare. Cum aūt
pater ſuus eius inopiam audiuiſſet: per ſo
lemnes nuncios a ſe miſſos: eam ad pa-
terna regna requiſiuit. Qui venientes ad
eam ipſam lanam filantem inuenerunt:
eiuſq; paupertatem ⁊ patientiam admira
ti: eam omnino reuocare non valuerunt.
Hec autem ſancta dei non obſtāte ꝙ pau
perum cure cum martha miniſtraret: ſoli-
cite: cum maria etiam contemplationi va
cabat aſſidue. Sepiuſq; mirabilibus vi-
ſionibus in extaſi rapta diuinitus conſola-
batur: ⁊ eiſdem fruens frequentiſſime de
lectabatur. ¶ Die quadam ex laſſitudine
in ancille gremio decumbens: oculos eri
gens ad feneſtram: nunc riſu letabat: nūc
lachrymis triſtabatur. Inter cetera dicēs
hoc verbum. Ita domine mi tu vis eē me
cum ⁊ ego tecum. Interrogata quoq; ab
ancilla ob amorē chriſti quid viderit: re-
ſpondit ſe chriſtum vidiſſe paruulū: qui
ſecum ſe velle eſſe dicebat: in cuius pre-
ſentia hilaris in abſentia efficiebat triſtis.
Aliquando etiam dum talibus viſionibus
frueretur: facies eius radijs coruſcare vi-
debat. ¶ Semel ꝓ quodā vago ⁊ diſſoluto
iuuene orauit: vt deus eius animū con-
uerteret. Qui ſubito ſe a ſecularibus ⁊ pō-
poſis veſtibus exuri clamauit: ⁊ cōuerſus
minorū ordinem introiuit. ¶ Puelle etiā
cuidam inopi: que ad elemoſynam que-
rendam venerat: dum licet ſatis renitēti
flauos ⁊ criſpos capillos precidiſſet: in q̄-
bus illa admodum gloriabatur: ſtatim vt
crines abſcidit: eius quoq; ſimul animū
īmutauit: ⁊ vna ſecum ad ſeruiēdū egris
induxit. ¶ Appropinquās igitur vite ter-
mino: apparente ſibi chriſto ad celeſtia in

uitatur: moxqꝫ lecto decidens febre cor-ripitur: iamqꝫ in extremis laborans ad pa-rietem conuerſa: audita eſt a circūſtanti-bus dulcem proponere melodiam. Et in-terrogata: cur hoc feciſſet. Reſpondit: ꝙ auicula quedam iuxta parietem adeo dul-citer cantauerat: ꝙ ſe ſimiliter prouocaue-rat ad canendum. Ultima vero die ante ſuum tranſitum interrogauit ancillas: q̄d acture eēnt: ſi ad eas diabolus adueniret. Deinde quaſi diabolū licentiās fuge: tri-bus vicibus exclamauit. Appropinquāte vero nocte media: deo gratias egit: quia hora illa glorioſa veniret: in qua chriſtus naſci voluit: ⁊ mundo apparuit incarna-tus ⁊ his dictis: emiſit ſpiritum: anno do-mini. M.ccxxxi. viſitatiōis ſue āno. xxvj. xiij. calen. decembris. Corpus autē eius miro refragrabat odore: quod tamē die-bus quattuor inhumatū nullum ex ſe feto-rem: ſed eandem emiſit odoris ſuauitatē. Uiſe ſunt etiam aues infinite alias nunꝙ̄ viſe: hominibus cunctis incognite: ſupra eccleſiam: vbi corpꝰ eius iacebat: que mi-ra modulatione ꝯcinebāt. In aere quoqꝫ audita eſt in hora eius trāſitus ſuauiſſima melodia. Cuius licet verba nō potuiſſent intelligi: note tamen cantus deprehenſe ſunt fuiſſe illius reſponſorij. Regnū mun-di ⁊c. ſepius repetiti. Eius etiam corpus in tumulo poſitū oleo redundare reper-tum eſt. Sepulta eſt in caſtro margburch allemanie ſignis ⁊ prodigijs multiplici-bus clarens.

¶ De ſcō Pōtiano papa ⁊ mꝛ. C. LXXX.



Pontianus papa ⁊ martyr na-tione romanus ex pr̄e calphurnio vrbano pri-mo epō romano in pō-tificatu ſucceſſit: ⁊ ſe-dit annos. v. mēſes. ij. dies. ij. Qui ob ꝯfeſſio-nem noīe xp̄i vna cum quodaꝫ hippolyto preſbytero iuſſu alexādri impatoris i exi-lium dānatus ⁊ in inſulaꝫ ſardiniā: depor-tatus eſt. Ibiqꝫ pro xp̄i noīe fuſtibus ma-ctatus: martyr effectus eſt. xiij. cal. decēb. Cuius corpꝰ a fabiano papa eiꝰ ſucceſſore naui romā delatum: ⁊ in cimiterio calliſti via apia ſepultū eſt. Hic fecit ordinatiōes v. per menſeꝫ decembriū preſbyteros. x. diacones. xxi. epōs p̄ diuerſa loca nume-ro. xij. ⁊ ceſſauit epatus eius decem circa annum domini. ccxiiij.

¶ De ſcō Fauſto martyre. Ca. LXXXI.

Fauſtus martyr ⁊ diaconꝰ ro-me paſſus ē. Hic tantū fidu-tie ⁊ magnanimitatis a deo habuit: vt cū ad xp̄ianos car-ceri detētos nemo auderet accedere: iſti tñ ⁊ euſebio collega ſuo grā cōceſſa eſt: vt inuitis oībus hoſtibꝰ: eis ad cōfeſſores xp̄i nō negaret̄ ingreſſus. Et ſic īdeſinēter eos reuiſebat: eiſqꝫ neceſſaria miſtrabat. Qui grādeuꝰ ⁊ plenꝰ dieꝝ pfe-cto martyrio ſub decio ipatore obtrūcatio-ne capitis ꝯſumatꝰ eſt. xiij. cal. decēbr.

¶ De ſanctis Seuerino Exuperio ⁊ Feli-ciano martyribus. Ca. LXXXII.

Seuerinus ⁊ ſocij eius exupe-rius ⁊ felicianꝰ apud viēnam paſſi ſunt. xiij. cal. decembris. Quoꝝ corpora poſt multa an-noꝝ curricula ipſis reuelantibꝰ inuēta ⁊ a pōtifice vrbis ipſiꝰ clero ac pplo honorifi-ce ſublata in baſilica ſancti romani que in ipſa ciuitate ſita ē: cōdigno honore tumu-lata ſunt: ibiqꝫ requieſcunt.

¶ De ſcō Odone abbate. Ca. LXXXIII.

Odo abbas cluniacēſis ceno-bij claruit tpe henrici primi ⁊ hērici ſecūdi ipatoꝝ. Qui quidē cluniacēſis ordo in-cepit āno dñi. ccccccccxij. anno primo conradi pri-mi ſub abbate berone eiuſdem ordinis ⁊

monaſterij fundatore: ea videlicet condi
tione vt eccleſia cluniacēſis annuatim ec
cleſie gigniacēſi cenſum .xij. denarioꝝ ſol
ueret: in quo videlicet monaſterio ab ipſo
bernone ꝯſtructo ſeruabant̄ inſtituta ſan
cti patris eutychij viri chari ludouico ipe/
ratori. Que quidē ꝯſtitutiones atqꝫ īſtitu
ta a predicto bernone abbate ꝑdeceſſore
ſci odonis in dicto monaſterio īchoata et
ordinata fuerūt. Ipſe aūt ſanctus berno
ad extrema deueniēs: epōs plures aduo/
cans: ſeqꝫ reū ⁊ indignuꝫ abbatē fuiſſe iu
dicans: ab ordine ſeipſū depoſuit. Odo/
nē qꝫ muſicū ſucceſſorem ꝯſtituit: q̄ cum
hoc audiēs fugere voluiſſet: a fratribꝰ ca/
ptus: ⁊ corā ſuo abbate violēter adductꝰ:
quāuis dudū renitens: epoꝝ tandē cenſu
ra abbatie regimē coactus aſſumpſit: q̄ et
miraclis claruit. ¶ Quadā nocte dū paſto
res equoꝝ dormirēt: ⁊ fur veniēs equuꝫ
aſcēſum aſportaret: frater gotofredus in
orōne ꝑuigil hoc vidēs: ne ſilentiū frange
ret: iuxta regularia inſtituta: tacuit vſqꝫ
mane. Die vero clara luceſcēte: fur idem
cū equo inuētus eſt in eodē loco: quo ipſꝫ
aſcēderat affixus q̄ ſe inde amouere non
poterat: nec ex equo deſcēdere: donec ad
odonē adductus penitentiā egit: ⁊ furtuꝫ
reſtituit. Cui pr̄ ſanctus qnqꝫ dari ſolidos
pro vigilie labore mandauit. ¶ Tp̄e quo
normani pictauoꝝ: ⁊ turonū fines vaſta/
bāt: duo ex frībus monaſterij odonis tu/
ronū miſſi: a normanis nocte capti ⁊ ma/
nibus vincti ſunt: q̄ tamē nunq̄ ſilentiuꝫ
frangere voluerunt. Cūqꝫ mane inſimul
pſallerēt: ſꝫ eos hoſtes ad loquēdū nulla/
tenus cogere poſſent: quidā dux eoꝝ en/
ſe producto inſiliens equo: eos ferire vo/
luit: quē equus ſubito in terram colliſit: ⁊
ſtatim febricitare cepit. Ceteri vero nor/
mani miſerūt ſortes: quē ex ipſis fratribꝰ
in vltionē domini ſui flagellarēt. Sed dū
ſepius miſſis ſortibus neminem eoꝝ ſors
ꝯtingere poſſet: ꝯuerſi illi pro ſalute do/
mini ſui fratribus ꝑ interpretem ſupplica
runt. Qui pro eius ſanitate ad dn̄m exora
uerūt. Et ꝯtinuo dux ille ſanitatē recepit:
⁊ fratres dimitti mādauit. ¶ Quadā vice
dum odo cū pluribus hoībus ⁊ equis rho
danū nauigio trāſiret: equus quidā calce
tabulā nauis ꝑcuſſit: ⁊ ipſius partē excuſ
ſit: ſtatimqꝫ aqua itrare cepit: ⁊ ſubito na
uē totam repleuit. Que tn̄ cunctis nimiū
formidātibus ſic plena ad ripam vſqꝫ de/
uenit: neqꝫ aliqualr̄ ſubmergi valuit: do/
nec equi oēs ⁊ hoīes exierūt: ipſoqꝫ odo/
ne cuius meritis nauis ſup aquas teneba
tur: poſt oēs egreſſo: nauis demerſa ē con
tinuo. ¶ Rediēs roma cū pluribus: inter
alpes niuiū equitabat: cuius equus ſubi/
to in ꝑcipitiū lapſus eſt. Odo vero vir ſan
ctus leuatis manibꝰ ramo arboris deſup
eminētis alias nunq̄ viſe: tam diu ſe te/
nuit: donec equo ipſiꝰ a niuibus abſorto:
ipſe a ſocijs iuuatus illeſus deſcēdit. Sta/
timqꝫ tā ramus ille q̄ arbor cūctis diſpa/
ruit. ¶ Hic latronē quendam ad penitē/
tiam reduxit ⁊ monachum ꝑfectioris vi/
te fecit. Qui ēt triduo ante mortē ſuaꝫ fra
tribus aſtātibus dixit: ꝙ mater miſericor
die ſibi apparuerat: atqꝫ reuelauerat ipm̄
in trāſitu ſuo odonis abbatis meritis eſſe
ſaluandū. ¶ Cū abbas odo eēt rome in
monaſterio ſci pauli apoſtoli: ⁊ libruꝫ de
vita ſci martini abbati balduino corrige/
ret: ⁊ ad veſpas ire vellet: obliuione librū
aptum dimiſit in loco videlicet vbi ex tri/
bus tectis gutte pluuie collecte fluebant.
Tunc ſubito pluuia maxima deſcēdit: ſed
nec odo propterea libri recordatus fuit.
Mane aūt liber inuenit̄ aptus: in circui/
tu ⁊ in marginibus aqua ꝑfuſus: in ſola ve
ro lr̄a oīno erat itactus. Qđ dum meritis
odonis aſcriberet̄: ille ex humilitate: bea
ti martini virtuti retulit: qui librū ſuam
vitā ꝯtinētē ſic a pluuia defēſauit. ¶ Dū i
monaſterio quodā ſci helie theodardus q̄
dā ab odone ꝑpoſitꝰ fuiſſet: i q̄ loco piſces

nullo modo haberi poterant niſi a longe delati: multoq3 ꝑcio cōparati: ⁊ carnes ex regula comedere nō liceret: oratione ſancti odonis vallis in qua cenobium illud ſitum eſt mōticulis pluribus inuicē iunctis ſe clauſit: ⁊ aditū torrētis qui per eā fluebat adeo reſtrinxit: vt ex multis aq̄s collectis lacus fieret: ⁊ piſces vſq3 i preſens fratribus ad abundantiā preberet. Quieuit autē vir ſanctus in dño. xiij. cal. decēbris. Eiuſq3 vitā frater ioānes deſcripſit. Corpus autem eius apud cluniacum ſepultum quieſcit ⁊ miraculis viuit.

¶ De. ſ. Criſpino epo ⁊ m. C.LXXXIIII



Criſpin⁹ epo ⁊ martyr apud ciuitatē aſtiagenſe3 paſſus eſt. Qui cum eſſet pōtifex eiuſdē vrbis: ⁊ chrm dñm predicaret: a paganis detentus ⁊ ad ſacrificia deorū ſuaſus: dū imolare ɔtēneret: capite amputato martyrii gloriā adept⁹ eſt: paſſus ē aūt. xiij. cal. decēb. vt ait ado i martylogio

¶ De ſcō Maximo mar. C.LXXXV.

Maximus pſbyter ⁊ martyr: rome paſſus eſt ſub perſecutiōe maximiani imperatoris. Qui pro ɔfeſſione nominis chri diuerſis tormētis affectus: ⁊ multiplicib⁹ iniuriis laceſſitus: tandem gladio capite ceſus: ⁊ poſitus eſt ad ſanctū ſixtum. xiij. calend. decembris: hec ado.

¶ De ſcō Stephāo pſbīo. C.LXXXVI

Stephanus preſbyter apud conſtantinopolim claruit: tempore leonis imperatoris. Huius pater zacharias noīe ſacerdos ſcdm grecorū ritū: vir ſanctiſſimus ⁊ deuotus: vxorem habuit pudiciſſimā nomine theophanē. Que cū eſſet ſterilis: de tēplo prothomartyris ſancti ſtephani nō diſcedebat: ſed iugiter orationi vacabat. Cum aūt poſt annos plures hunc filiū futurū. virū ſanctiſſimū cōcepiſſet: toto tempore quo ipſum in vtero geſtauit: nulla ratione carnes: oua: vel lacticinia: vinū: aut oleū guſtare potuit: ſed panē ſolū ⁊ aquā cum foliis ⁊ ſale ſumebat. Nato autē puero: anūcula que ipſum primo de terra leuauit: ſignū crucis lucidiſſimū in eius pectore cōſpexit. Cum vero mater infantulum aleret: ſiquos aliquādo quos nō conſueuiſſet cibos acciperet: puer ſe ab ea abſtinebat: ⁊ vbera tāgere nolebat. Si vero mater ieiunabat: puer ſpōtaneus ipſi⁹ mā mas bibebat. Baptizatus eſt aūt in eccleſia ſancti ſtephani prothomartyris: ex cuius reuerētia ſtephan⁹ eſt vocat⁹. Sacerdos aūt quidā vir ſcūs qui eū baptizauit: prophetico ſpū prenunciauit ipſum apud deū magni meriti futurū. Et cum aliquātulū creuiſſet ſacris litteris erudiēdus traditus eſt. Qui parētibus ſubditus et obediens: ⁊ in ſcis opib⁹ proficiens: annorū iam. xij. clericalē ordine3 ſuſcepit: ⁊ patri in diuinis miniſtrare cepit. Cū autē ānos xviij. ipleuiſſet pater eius ex hac luce ſubtractus eſt. Qui cū iam dudū vitam ſolitariā ducere cuperet: matris tamē receti dolore cōpatiens: ſcm̄ eius ꝓpoſitū biennio diſtulit adimplere. Tādē plus deo quam genitrici cōplacere curās animū ſuū theophane apuit: eāq3 blandis ⁊ diuinis ſermonibus abſceſſum filii deflentē confortauit. Ipſamq3 cū duobus aliis fratribus paruulis deo cōmendauit: ⁊ tēplu3 beati petri apoſtoli ingrediēs ibidē ſe incluſit: ⁊ ieiuniis atq3 orōnibus aſſiduis deo ſeruire cepit. Folia aūt cu3 ſale vix cocta ipſi a matre quotidie delata: ad veſperū manducabat: que ad ſubſtētationē nature nō ad corporis repletionē ſumebat. Scripturas vero diuinas quotidie legebat: ⁊ pſal

teriuz quaqz nocte perficiebat. Cui nocte
quadā ſedenti ⁊ parūper dormitāti beat⁹
petrus apoſtolus apparuit: eiqz vt icepta
perficeret: dulci ſermone ꝑſuaſit. ¶ Poſt
annos vero tres eidē orāti ſancti antipas
martyr apparuit: ⁊ in foribus templi ipm̄
tertio ex noie vocauit. Qui eum veſte ſa/
cerdotali indutū vti ſacerdos fuerat aſpe/
xit: ⁊ imaginē eius in icona depictā conſi
derans: nullaz eē inter ipſaz figurā ⁊ vultū
ſibi apparentis differentiā indicauit. Sā/
ctus autez martyr: vt ſibi pſalleret: admo/
nuit: ⁊ cōtinuo ab eo diſceſſit. Qui intelli/
gens ad obſequiuz ipſius martyris ecclſie
vocatū: lineā groſſam ⁊ paruū ciliciū acce
pit ad corpis operimentū: ⁊ abijt ad ſancti
antipe martyris tēpluz: vbi in multa ⁊ mi
ra abſtinētia oronibus inſiſtebat: cilicium
ſupra marmor pro lecto ſedile ⁊ mēſa ha/
bebat: ſemel aut bis in ſeptimana cibū ſu/
mebat. Aliquādo etiā nihil recipiebat. Di
ſcipulo vero quodā ipſi miniſtrāte folia ſi/
ne ſale vix cocta mādu cabat. Tandē in ſa
cerdotē a quodā theodolo epō ꝯſecratus:
ſacrificiū laudis quotidie deo imolabat: ⁊
ad animaꝝ ſalutē populo frequētius ꝑdi/
cabat. ¶ Verba vero illius diuinitus ꝓla
ta perſonabāt. Multi quoqz ex deuotiōe
ſacrā eucharistiā de manib⁹ eius ſumere
ſtudebāt. Miraculoꝝ etiā gloria inſignis
clarebat. ¶ Cū die quadā miſſaz celebra/
ret: vir quidā deuot⁹ hora conſecrationis:
vidit ſplendorē mirabilē circū altare celi/
tus infuſuz. Stephanū vero a terra i aere
cū ipſo: qđ leuabat: corpe dn̄ico eleuatū: ⁊
facie velut flāmea ignitū. Qđ cū ꝟ ille btō
viro poſt miſſaz enarraſſet: ille ei ſuꝑinde
donec viueret: ſilentiuz iperauit. ¶ Alias
etiaz dū celebraret: mulier imūdo ſpiritu
annis plurib⁹ vexata eidē adducta eſt: qui
miſſa cōpleta eucharistiā ſupra caput eius
poſuit: moxqz ab ea demoniuz effugauit.
Que ſicut poſtmodū retulit: vidit in ipſa
hora ſupra caput ſuū poni nudū infantē: ⁊

ignem ex vultu ſtephani ꝓdeuntem: im/
mundum ſpiritum repellentem. Exinde
cum eſſet annoꝝ triginta faciez mulieris
de cetero nullatenus videre propoſuit.
Fama quoqz ipſius ſanctitatis creſcere ni
miū cepit. ¶ Die q̄dā cuz in aula iꝑatoris
michaelis: ſtephan⁹ pſbyter a mītis tāq̄
ſciſſim⁹ cōmēdabat. Quidā ꝟo iꝑatoris in
tim⁹ ei detrahēs: cepit eū aſſerere iſipiētē
⁊ ignaꝝ. Qđ ꝑ epl'az ei ſcribēdā obtulit ꝓ/
batuꝝ. Cūqz epl'az ſigillaſſet: eāqz viro dei
ꝑ nunciū deſtinaſſet. Ille oīa ꝑ ſpūm co/
gnouit: miſſoqz ad nunciū venientē diſci/
pulo ipſum talibus verbis preuenit: ꝙ ho
mo corruptibilis ſeruum dei probare non
poſſet: ⁊ quia que ſcripſerat: nulla eſſent.
His dictis diſcipulus fores in faciez miſſi
clauſit. Nec vltra eidem dudum pulſan/
ti quicq̄ reſpondit. Reuerſuſqz miſſus ad
imperatorem ⁊ ceteros: que geſta fuerāt
rettulit. Ille quoqz epiſtolam ſuam ſigil/
latam aperiens: nihil in ea ſcriptum inue
nit: ⁊ virtutem viri ſancti cognoſcens cō/
miſſi penituit. ¶ Euſtaſij cuiuſdam nepo
tis viri ſancti vxor pregnans erat: que in
puerperio poſita parere neq̄bat. Ad quez
cum vir eius veniſſet: ⁊ coniugis pericu/
lum indicaſſet: ſtephanus illum nocte ſe/
cum detinuit: ⁊ pro ea orauit. media quo/
qz nocte Euſtaſium vocauit: ⁊ domuz re
mittens: vxorem filiam peperiſſe nuncia/
uit. Qui concitus rediit: ⁊ eadem hora:
qua ei ſanctus dixerat: mulierem puellaz
enixam inuenit. ¶ Quidam dolorez den
tium grauem patiebatur: vt neqz triduo
comedere potuiſſet: Qui ad confeſſorez
ſanctum veniens: lapidem de eius curte
accepit: ⁊ cum eo dentes tetigit ⁊ ꝓtinus
a dolore liberatus fuit. ¶ Plurimi etiam
languentes ab eo per ſomniū admonebā
tur: vt ad talem locum venirent: ⁊ libera/
tionem accipent. Qui cuz vix domini pri
us nunq̄ vidiſſent: ad locū deſignatū ve/
niebāt: ⁊ ipſum eē: qui ipſis apparuerat cō/

tinuo cognoſcebāt: ⁊ ſanitatē ꝑcipiebāt.
¶ Cum aūt annoꝝ .xl. eēt terremotu ma-
ximo eccl'ia in qua deo ſeruiebat corruit.
Ipſe ad quoddā antrum ↄfugit: ibiqꝫ ſe
īcludi fecit: vbi ⁊ vite aſperitatē adauxit.
Nā cum prius folia cocta comederet: nūc
autem edebat cruda: ⁊ vt nullū ſaporē ha
beret: ad ſolē faciebat ea primo ꝑ diſcipu
luꝫ exiccari. In quo loco ꝑ annos .xij. mā
ſit: vbi nec ſolē vnꝗ̄ vidit: nec aerem. Vñ
et nimia laſſitudine barba ⁊ capilli ab eo
deciderūt: dentes vero ꝓpe caſuri erant:
vñ nec iam comedere poterat. Cōſilio igi
tur quorundā viroꝝ dei illū viſitantiū ad
monaſteriū quoddam delatus fuit: vbi ⁊
monaſticū habitum ſuſcepit. Cui cuꝫ ꝑ ab
batē ſuum ꝑ obedientiā mandatū eēt: vt
vini aliquātuluꝫ ſumeret: ne ex nimia de
bilitate deficeret: ille in abſtinētia ſua vo
lens ꝑſiſtere: nolēſqꝫ obediētiam preteri
re: corticē nucis vino implebat: qḋ in alio
vaſe aq̄ permiſcebat: ⁊ ſic oīs vini ſapore
⁊ odore ꝑdito illud bibebat. Feſtiuis quo
qꝫ dieb⁹ ex abbatis mādato ↄſtrictus: mo
dicas ficus in cibū accipiebat. ¶ Cū aūt
ad ianuaꝫ tēpli ſancti martyris dirupti eſ
ſet icona beate virginis: añ quaꝫ lampas
depēdebat. Veniētes ad ſe quoſcūqꝫ lan
guidos oleo ipſius lāpadis vnguebat: ⁊
ↄtinuo ſanabant̄. ¶ Leproſus q̄dam ad
eū horribilis acceſſit. Quē ſanct⁹ vir duo
bus fratribus ſpoliandū: ⁊ oleo toto cor
pore ꝑungendū tradidit. Sꝫ ſtatim vt ex
poliatus eſt tunica: appuit ſpoliatus ⁊ le
pra. Ipſum tñ iuxta preceptum ſtephani
oleo ꝑunxerunt: ⁊ ſanatū remiſerūt. Qui
dam a demonio obſeſſus de ciuitate nico
media ad eū venit: qui litteras diſcere cu
piebat: ſꝫ ipſum demon non ꝑmittebat.
Pro eo igitur ſcūs in oratione ꝑnoctauit:
⁊ mane hō a diabolo liberatus fuit: ⁊ ſubi
to litteras ꝑ ſemetipſum didicit: ⁊ anteꝗ̄
inde diſcederet in pſalterio legit. ¶ Qui
dā puer vitiū lapidis patiēs ad eū deduci
tur: ⁊ ab eodē oleo icone vngi ꝓcipit̄. Sꝫ
anteꝗ̄ illuc veniret: ſanat⁹ fuit: ⁊ vrinā cū
lapide emiſit. ¶ Poſt hec aūt abbatie re
gimē ſuſcepit: ⁊ plures diſcipulos in dei
ſeruitio ↄgregauit. Ante vero cēteſimum
ſui exit⁹ diem: vni ex fribus ſabe noīe quē
ſibi ſucceſſorē dimiſit ꝓphetico ſpiritu ꝓ
dixit: ꝙ oēs fratres īfirmandi forent: nul
lus tamē eoꝝ niſi ipſe die cēteſimo dece
deret. Que oīa ſicut ſcūs ꝓdixerat euene
runt. Poſtꝗ̄ autē omnes frēs infirmati ce
ciderāt: vnuſqꝫ poſt alteꝝ ſanatus ſurre
xerat: ipſe multis iā diebus trāſactis infir
mitate correptus egrotauit: nec ob id ta
mē abſtinentiā ſolitam dimiſit. ¶ Cūqꝫ
iā ad extrema deueniſſet: ⁊ īperator leo
ipſum videre deſideraret: eiqꝫ ꝑ nunciuꝫ
ſuū optatū nunciaſſet: ſcūs vir ei remiſit:
ꝙ niſi eum vſqꝫ ad veſpas videret: ampli
us illū videre nō poſſet. Sꝫ cum īperator
ad eum vellet accedere in vndatione im
bris maria cōpulſus ire nō potuit: nunciū
tñ ad euꝫ pro bñdictione deſtinauit. Qui
bñonem dñi illi ↄſcriptaꝫ manu ꝓpria in
hereditatem direxit. Sicqꝫ bono ↄſuma
tus ope in pace ↄuenit .xij. cal. decēbris. An
no etatis ſue .lxxiij. ex quibus .lv. in abſti
nentia exegit. Sepultus eſt conſtantino
poli miraculis coruſcans.

¶ De ſcō Antipa mar. Cap. LXXXVII.



Antipas
preſbr̄ ⁊ martyr apud
ↄſtantinopolim paſſus
eſt: De quo nihil aliud
reperit̄: niſi ꝙ ſacerdo
tali dignitate fultus: ⁊
pro chr̄i nomine tꝑe ꝑ
ſecutionis martyrium
fuerit paſſus: ⁊ apud ipſam vrbem regiaꝫ
tumulatus in eccleſia eius nomini edifi
cata: in qua ſanct⁹ ſtephanus preſbyter et
cōfeſſor annis plurib⁹ deo ſeruiuit: vt ſu
pra ꝑxime in eiuſdē ↄfeſſoris hiſtoria di

ctum eſt. Cuius paſſionis dies eadẽ die dormitiõis ſcī ſtephani apud ipſaꝫ vrbem recolit̃: videlicet. xii. cal. decẽbris.

¶ De ſanctis Samone ꝛ Suria martyribus. Cap. LXXXVIII.

Samon ꝛ Surias martyres paſſi ſunt tp̄e diocletiani imperatoris ſub antona duce in ciuitate ediſſa. Qui p̄ ciuitates regionis illius ꝛ caſtella diſcurrentes: ꝛ xp̄m dn̄m predicantes atqꝫ xp̄ianos in eoꝝ certamine ↄfortãtes tenti ſunt ab antona duce ciuitatis ediſſe. Et dum ſacrificare nollent recluſit eos in carcere: vbi fuerat ſtabuluꝫ porcoꝝ donec antiochiã ad auguſtũ: qui euꝫ vocauerat: accederet: ꝛ rediret. Reuerſus igit̃ dux ex ſpãli imꝑatoris iuſſione fecit illos manibus ſuſpendi ab hora diei: vſqꝫ ad. viij. Sed duꝫ imobiles ꝑſiſterent: mãdauit illos deponi: ꝛ nocte illa in carcere detineri pedeſqꝫ in ligno ↄcludi. Mane vero in foſſã tenebroſaꝫ mitti: ibiqꝫ ꝑ totũ mẽſeꝫ auguſti fame ꝛ inedia macerari. Et cum toto ipſo tẽpore ſine cibo vllo vel potu ꝑmanſiſſent: aperta ianua iuſſit eos aliquãtulum refici. Iterumqꝫ per totum mẽſeꝫ ſeptẽb. ꝛ octob. ac ꝑtem nouembr. fame affligi. Et poſt hec fouea leuari: ꝛ ſamonẽ quideꝫ capite deorſum appendi ꝛ clauuꝫ pedi ipſius dextro cõfigi. Suriaꝫ aũt quia grauiter egrotabat dimiſit: nec ip̄m amplius affligere voluit. Cũ aũt ambo in laude xp̄i ꝑſeuerarent. Samon eſt depoſitus ꝛ cum guria in foueam primaꝫ remiſſus. Poſt dies octo ambo inde educti ſunt: ꝛ cum omnino ſacrificare cõtemnerent iuſſit eos antonas nocte cuſtodiri: mane vero ante diem timore populi. quorũ multi facti fuerant chriſtiani: fecit illos extra muros vrbis educi: ibiqꝫ capite trũcari. Quorum corpora cum capitibus ꝛ ſanguine a chriſtianis collecta: ꝛ in ciuitate ediſſa glorioſe ſepulta ſunt. xij. calẽ. decẽbris. Quoꝝ paſſionem theophilus chriſtianus: q̃ erat officialis ſenatus in ciuitate ipſa armeno ſermone deſcripſit.

¶ De ſancto Eadmundo rege ꝛ martyre. Capi. LXXXIX.



Eadmundus rex anglie ꝛ martyr apud eandem inſulam paſſus eſt: vt dicit guilelmus. Cum eniꝫ duces danoꝝ hinguar ꝛ vbba: orientaliuꝫ anglorum depopularent̃ prouinciam: primus eorum regẽ eadmũdum non reſiſtẽte: ſed proiectis armis ſolo proſtratum ꝛ orantem poſt aliqua tormenta decapitauit. Cuius caput inter dumos proiecit. Quod dum ciues buſto reperto quererent: audierunt vocem capitis omnes ad ſe inuitantis. Inueneruntqꝫ lupum caput ipſum lacertis amplexãtem: ꝛ intactum cuſtodientem. Et dum caput accepiſſent: lupus ipſe illos baiulãtes: poſt tergum eorum ad tumulum vſqꝫ ſecutus eſt: neminem ledens: neminem fugiens: ꝛ a nemine leſus. Sup̄ cuius corp⁹ poſtmodum capella lignea erecta eſt. Quam dum fures quidaꝫ expoliare vellent: inuiſibilibus loris irretiti. Inde diſcedere nõ poterant: lora ſentientes vincula nulla videntes. Caput autem ſancto corpori compaginatum: diuina virtute eidem coniunctum eſt: ſignum preciſionis circa collum ſolummodo coccinea cicatrice pretendens. Eiuſdem ſancti crines ꝛ vngues ac pili barbe ſenſim pullulant: quos vſuca mulier ſancta ſepius precidebat: ꝛ pro reliquiis venerabatur: per quas inciſiones etiam deus infirmitates languidorum curabat. Paſſus eſt autem duodecimo calẽdas decembris.

¶ De ſancto Eadmundo alio rege martyre ꝛ confeſſore. Cap. XC.

EAdmundus alter rex an-
glie regnare cepit ãno ter-
tio othonis imperatoris ꝑ
mi. Hic vir ſanctiſſim⁹ fuit
frater aldoſtani: qui regna
uit annis ſex cū dimidio: ⁊
glaſconiēſem eccleſiã magnis ꝑdiis ⁊ ho
noribus ditauit: priuilegiūq; ꝯceſſiōis lit
teris aureis in libro euãgeliorum conſcri
pſit: ⁊ ipſum librū eleganter compoſuit: ⁊
eccleſie in ꝑpetuū memoriale donauit.
Hic ēt pauperꝝ ſedulus amator: ⁊ ipſoruꝫ
munificus bn̄factor extitit. Qui ſpecialeꝫ
deuotionē in btm̄ ioannē euangeliſtã ha-
buit: in cuius noīe nulli vnq̃ꝫ petēti aliq̇d
denegabat. Un̄ contingit: ꝙ quidã pere-
grinus abſente camerario in noīe euãge-
liſte iportune a rege elemoſynaꝫ poſtula
uit. Cui rex cū nihil aliud in prōptu habe-
ret: ꝑcioſum anulū dedit. Sed poſt dies
plures q̇dam miles anglie in trãſmarinis
partibus ꝯſtitutus: ab eodeꝫ ꝑegrino anu
luꝫ regi referendū recepit: ipſi iponente:
vt regi diceret: ꝙ ille cui ⁊ ꝓ cuius amore
ipſum anulū dederat: ei ipſum remanda-
bat. Un̄ liquido patuit: ꝙ ioãnes euange
liſta eidē in forma dicti ꝑegrini apparuit.

¶ Cum aūt predictus rex latronē quēdã
de leos ciuitate ꝓ eius culpis eliminaſſꝫ:
ille poſt ſex annos regreſſus in feſto quo
dã regis inter ꝯuiuas ipſius incognitus ⁊
inopinus aſcēdit: ⁊ cū ceteris ex more di-
ſcubuit: Quē ſolus rex recognitū poſt mē
ſam ꝑ capillos in terrã eliſit. Ipſe autē la
tentē ſiccam de vagina ꝓduxit: ⁊ in pect⁹
regis infixit q̇ mox exanimatus ſpūꝫ red-
didit. Latro aūt a ꝯcurrētibus mēbratim
ꝯciſus nō nullos prio ſauciauit. Preuide-
rat hūc regis finē ſanctus dūſtanus tūc ab
bas glaſconiēſis poſtmodum ep̄s cantua
riēſis. Qui mox equū aſcēdens ad curiam
properãter currebat: ſꝫ in medio itinere
nuncium geſte rei ſuſcepit. Sepultus eſt
autē ſanctus rex in eccleſia glaſconienſi:
vbi ⁊ martyris veneratione colitur: q̄ ꝓ
iuſtitia īterfectus: ibiq; miracul' clareſcit.

¶ De ſancto Siluerino ep̄o. Cap. XCI.



Siluerinus ep̄s cabilonē. apō
eandē ciuitateꝫ claru-
it. Hic enī exēplari vi
ta inſignis fuit: ⁊ do-
ctrine ac ſapientie ad
mirabili eruditiōe re
fulſit. Qui bon⁹ paſtor
gregem dn̄icuꝫ verbis ⁊ exēplis aluit. Et
plenus dieꝝ atq; virtutū anno. xlii. ſui ſa-
cerdotii ad xp̄m migrauit. xii. calen. de-
cembris. Hec ait ado in martylogio ſuo.

¶ De ſcō Ruſo diſcipulo. Cap. XCII

RUfus diſcipulus apl'i pauli:
de quo idē apoſtolus ad ro
manos. xvi. mentionē facit
vnus fuit ex. lxxii. diſcipulis
chriſti: vt dicit abbas doro
theus. Qui ab eodē apoſto-
lo epiſcopus thebaꝝ ordinatus: ꝑdicatio-
nis officium fideliter adimpleuit. Et ple-
nus ſanctitate ⁊ virtutibus in pace q̇euit:
atq; apud ipſam vrbem ſepultus fuit. xi.
calen. decēbris. Hec ado in martylogio.

¶ De ſcō Mauro mar. Cap. XCIII.

MAurus martyr apud vrbem
romã paſſus ē tp̄e numeria-
ni iperatoris ſub ꝑfecto vr-
bis celerino. Hic ex ciuita-
te caſtella ꝓuincie aphrice
chr̄ianis parētibus ꝓgenit⁹:
q̄bus defunctis ipſe ſcl'm dereliq̇t: ⁊ mo
nachus effect⁹ multis ãnis deo ſeruiuit.
Deinde diuina iſpiratus gr̄a cuꝫ eēt anno
rum. xviii. ad aploꝝ limina viſitãda romã
deuenit: ibiq; paupibus ſubuenire cepit:
⁊ ꝑ trienniuꝫ ibidē talibus opibus vacauit.
Audiēs aūt edictū numeriani iperatoris
de chriſti noīe perſequēdo: fugiēs in ſpe
lunca latuit. Sꝫ poſt mēſes tres vidit in

ſomnis virum ſplendiduz aurea virga ſe tangentē. ſibiq́ȝ mandantē: vt romā intraret: ⁊ martyrium cōſtanter ſuſciperet. Ingreſſus itaq́ȝ vrbem ⁊ tentꝰ a celerino prefecto: dum ſacrificare nollet: primo quidē nodoſis fuſtibꝰ cedit̃: ⁊ plūbatis in maxillis cōtundit̃: deinde in equuleo ſuſpēdit̃: ⁊ vngulis ferreis laceratur. Nouiſſime in xp̄i ꝯfeſſione ꝑſiſtens imobilis: gladio capite truncatur non longe ab vrbe roma. ¶ Naute vero quidā bicucine ex aphrica corpus cōciuis ſui rapiētes: naui impoſuerunt ad ſuam patriā deferēdum. Sed dū hoc ꝑfectus itellexiſſet: iuſſit nautas comprehēdi. Qui hoc cōperto territi fugerūt: ⁊ nauē dimiſerūt. Prefectus vero nauem in qua iam corpus martyris poſitum erat ſarmētis repletā: iuſſit in medio mari comburi. Sed deo diſponēte nauis a vēto ſine nauta inde repellit̃: ⁊ angelo duce ad littus parentine ciuitatis ꝓuincie hiſtrie deducitur. Ubi ſanctum corpus a xp̄ianis condigno honore ſepelit̃: qui paſſus ē. xi. calen. decembris.

¶ De ſcō Colūbano abbate. Ca. XCIIII.

COlumbanus abbas claruit i gallia tp̄ibꝰ theodorici ⁊ clodouei regum francoꝝ. Hic ex hibernia inſula natus: cū adhuc matris vtero geſtaret̃: vidit eius genitrix per ſomniū ſe ſolez parere mūduz illuminantem. Qui adhuc puer liberalibus diſciplinis inſtructꝰ: relicta matre p̄re iam defuncto a venerabile viro ſenile ſacris litteris ⁊ regularibꝰ inſtitutis imbutus eſt. Et cū eſſet annoꝝ. xxx. aſſumptis. xii. comitibꝰ venit in italiā: ⁊ inde acceſſit ad galliaz verbum dn̄i predicādo. Cui a ſigiberto rege auſtraſioꝝ ⁊ burgundionū cōceſſione ſcā vaſtaz herem̄ i noie veſagū cuȝ ſocijs ſuis habitare cepit: ⁊ per annos. lx. nihil vltra q̄ȝ herbas ⁊ radices māducauit. Abbas āt euorcius monaſterij ſalicis diuinitus ꝑ viſum admonitus: beato viro colūbano neceſſaria vite equis oneratā trāſmiſit: quoꝝ ductorē marculuz eiꝰ diſcipuluz ꝯſtituit. Sed dū ille viā penitꝰ ignoraret: deo duce ipſe cū equis recto itinere ad cellaz viri dei ꝑuenit. Hic multoꝝ miraculoꝝ gloria claruit. ¶ Cuȝ in quodā ſpecu vbi orare ſolebat vrſuȝ repperiſſet: licētiatꝰ vrſus ab eo: locū ip̄m nunq̄ȝ repetijt. ¶ Frater quidā grauiter egrotabat: ⁊ abbas vn̄ ip̄m reficeret: nō habebat. Inſpiratꝰ ergo repente q̇dā diuinitꝰ cū panibꝰ ⁊ pulmentis venit: eaq́ȝ patri obtulit: ⁊ ſic languēti ſubuenit. Et duȝ pro vxore bn̄factoris oraſſet languēte: cōtinuo ſanata eſt. ¶ Cū aūt fratres aquā in ꝓximo nō haberent: ſed a longe ipſaȝ multo labore deferrēt: fonteȝ de ſaxo ſua oratiōe ꝓduxit: q̇ manat ibidē vſq́ȝ in p̄ns tp̄s. ¶ Deinde in caſtro luxouio monaſteriū latius cōſtruxit: ꝑꝑ fratruȝ multitudinē excreſcentē. Die quadā duȝ gallo monacho p̄cepiſſet: vt ad piſcādū ad flumē bruſcaȝ iret: ⁊ ille ad ligonē fluuiuȝ ꝓximiorē acceſſiſſet: ⁊ multos piſces inueniens nihil cepiſſet: correptꝰ de inobediētia ab abbate: ad locū iuſſuȝ adijt: ⁊ piſciuȝ multitudinē cepit. ¶ Aliqñ exiſtēs in oratione in quadā rupe: cognouit ꝑ ſpūm oēs ſuos fratres domi relictos eē languētes: ⁊ veniēs vix eos qui egrotis miniſtrarent ſanos repperit: eiſq́ȝ oībus vt ad meſſem p̄cidendā ſurgerēt īpauit. Et cōtinuo oēs ſanati ſurrexerūt: ⁊ operari ceperūt. Et cū illis metentibꝰ pluuia maxima erupiſſet: imbrē a metētibꝰ fr̄ibus adeo cōpeſcuit: vt pluuia circūquaq́ȝ cadente: nec fratres nec ſegetes in aliquo madidaret. Puerū etiam qui metendo ſibi digitum falce preciderat: ſola ſaliua ſanauit. ¶ Seipſuȝ cū duobus ſocijs in heremo vnico pane diuinitus multiplicato per dies. xii. indeſinenter ſatiauit. ¶ Fratrē inſuꝑ quēdaȝ qui cedendo ligna ſe grauiter ſecuri vulnerauerat


fat in momēto ſanum effecit. ¶ Cuidam coꝛuo qui vnaʒ ex chirothecis eius aſpoꝛtauerat: vt illam repoꝛtaret pꝛecepit: ⁊ cōtinuo ipſam rettulit. ¶ Dum quadā vice triticuʒ in hoꝛreo defeciſſet: ⁊ ex hoc guignocus pꝛocuratoꝛ monaſterii plurimum heſitaret oꝛationē fudit ⁊ mane hoꝛreum tritico repletū inuentum eſt. Quod tamē clauſum extiterat: eiuſqʒ claues cellarius habebat. ¶ Apud fontanas monaſteriuʒ lx. fratres terrā colentes duobus panib⁹ ⁊ modico ceruiſie: ad ſocietateʒ plene refecit. ¶ Cuʒ vrſuʒ in nemoꝛe iuxta cerui cadauer inueniſſet: p̄cepit beſtie ne coꝛiū lederet: ſʒ fribus p calceis dimitteret. Miſſoq̄ poſtmodū illuc nūcio: coꝛiū ſanū recipit. ¶ Duci gualdeleno eiuſq̄ ꝯiugi flamie ad ſe accedentib⁹: vt ſobolem eis ipetraret: tam faciliter optatum obtinuit: vt anteq̄ domū rediſſent: pꝛegnans mulier eſſet. Natum ergo puerū ⁊ donanim nominatuʒ. Colūbano in monaſterio parentes obtulerūt: pꝛo quo plures alios filios poſtmoduʒ genuerūt. ¶ Theodoꝛicuʒ regeʒ de adulterio increpabat: eo φ relicta regina natos de concubina pcreabat. Vn̄ ab eo ⁊ bꝛunichilde ei⁹ auia regi in crimine fauente: multas inſidias ⁊ pſecutiones perpeſſus de monaſterio ſuo eiectus eſt. Et in exiliuʒ act⁹ ſepius reuocat. Iterūqʒ frequenter fugabatur: plurieſqʒ periculo moꝛtis expoſitus: diuina tandem virtute liberatus euaſit. ¶ Apud verocienſe oppiduʒ vbi a rege fuerat relegatus: compeditos omnes de carceribus diuina virtute ſolutos eduxit. Et dum ad carceres per ſatellites repetuntur ad virum domini in eccleſia legentem confugiunt. Quo intrantes ſatellites ⁊ pꝛeſentem querentes videre non potuerunt ⁊ nemineʒ abſolutorum capere valuerunt. Tandem rex diuina vltione in ſua gente percuſſus: deiqʒ timens iudicium: columbanum ad pꝛopꝛia reuocauit. ¶ Cum apud turonuʒ pecuniam quā ſanctus pauperibus dare decreuerat fur expoꝛtaſſet: ⁊ abbas ad ſepulchꝛuʒ ſancti Martini oꝛaret: latro ſubito compunct⁹ rediit: ⁊ ablata reſtituit. ¶ In villa quadam pꝛope ſueuos: gētiles quoſdam cuppam maximā quinquaginta modioꝛum vino repletam deo ſuo libare volentes inuenit: ⁊ in cuppā inſufflauit. Statimqʒ cuppa per fruſtra frangitur: ⁊ vinū effunditur: ⁊ barbari conuertunt. ¶ Duʒ ratres ad pomeriuʒ pꝛo pomis deferendis miſiſſet: illiqʒ reuertentes vrſum ingētem poma rapientem nunciaſſent. Sanctus per fratres viſo mandauit: vt aſſignatis ſibi quoꝛūdam ramoꝛuʒ pomis: cōtentus exiſtat: ⁊ reliqua fribus dimittat. Qđ fera deinceps adimplere curauit. ¶ Spiritu pꝛophetico plenus clothario regi pꝛedixit: ipſum in bꝛeui regna theoberti et theodoꝛici regum obtenturum. Quod vt pꝛedixerat ſic euenit. Nam oꝛta guerra inter eos de terris regnoꝛum: in tubianenſi caſtro ambo adinuicem bellum cōmittunt: ⁊ theobertus ſuperatur ⁊ captus ad bꝛunichildem reginam deſtinat. Quē illa ſicut eidem regi dudum ſanctus columbanus pꝛedixerat: clericum fieri fecit: ⁊ in monaſterium intruſit: atqʒ poſt modicum ipſum eadeʒ regina occidi mādauit. Sicqʒ theodoꝛicus regnuʒ illius obtinuit. Sed poſt modicum tempus in vltionem iniurie ſancto viro illate theodoricus iuxta meldenſe caſtrum flumine interiit: ⁊ ſic clotharius vtrūqʒ ipſoꝝ regnuʒ acquiſiuit: qui ⁊ theodoꝛici pꝛogeniem cunctam deleuit. ¶ Deinde vir domini italiam petens: monaſterium bobienſe conſtruxit: ⁊ baſilicam antiquam ſemiruptam reparauit: quo dum pꝛopter aditum arduū trabes ad edificiū de nemoꝛe exciſas: plauſtris deferre non poſſent: virtute viri ſancti duo vel tres ex fratribus trabem quaʒ vix quattuoꝛ boues trahere potuiſſent: humeris leuiter deferebāt p-

ut vie anguſtia exigebat: donec cenobiuȝ omne pfectũ eſt. Conſumato vero opere vir dñi poſt annũ reuolutũ feliciter in pace quieuit. xi. calẽ. decembris: ibiq; ſepultus miraculis refulget.

¶ De ſcõ Colũbano ɔfeſ. Ca. XCV.

Colũbanus alius fuit monachus cenobii luxouiẽſis ex genere ſancti colũbani abbatis: eiuſq; diſcipulus: qui ſimul cum eo ex hibernia egreſſus eſt. Hic ſanctiſſime vite fuit: cui ⁊ aues ⁊ beſtie ſicut ⁊ columbano magno parebãt: ⁊ ad eius imperiũ veniebant: ſeq; manibus illius: ac ſi eſſent catuli: attrectari pmittebant. ¶ Cum aũt ſanctus vir ad extrema veniſſet: diebus pluribus febre correptus: vidit ad ſe viꝝ ſplẽdidum venientẽ qui ſibi dixit: q tunc ipȝ a corpore educere nõ valebat: eo q patris ſui preces ⁊ lachryme ipſum impediebãt. Quod ille audiens ⁊ durius deflens: ſanctum columbanũ abbatẽ per nunciũ accerſitum rogat: vt tranſitũ ſuum nõ impediat: eo q ſe ad vitam iturũ nullaten⁹ dubitabat. Cui ſanctus abbas corpus dñi cũ obtulit: illeq; ſũpto pacis oſculo de licẽtia patris e carne migrauit. Sepult⁹ in monaſterio luxouiẽſi: vbi ⁊ in miraculis viuit.

¶ De ſcã cecilia virg. ⁊ mar. Ca. XCVI.



Cecilia virgo ⁊ martyr rome paſſa eſt ſub almachio vrbis pfecto tpe marci aurelij ⁊ cõmodi impatoꝝ. Que ex nobiliſſimo romanoꝝ genere exorta ⁊ ab ipſis cunabulis in fide chriſti erudita: abſconditum ſemper chriſti euangelium gerebat in pectore: ⁊ nunq; a colloquiis diuinis ⁊ oratiõe ceſſabat: ſuamq; virginitatem cõſeruari a domino exorabat. Cum aũt cuidam iuueni noie valeriano deſpõſata fuiſſet: ⁊ dies nuptiaruȝ inſtituta eſſet: illa ſubtus ad carnẽ cilicio induta: deſup auratis veſtib⁹ tegebatur. Et cantantib⁹ organis: illa in corde ſuo ſoli dño decantabat: ⁊ biduanis ac triduanis ieiuniis orans ſe dño cõmẽdabat. ¶ Venit igitur nox in qua cuȝ ſponſo ſuo ſuſcepit ſecreta cubiculi ſilentia. Queȝ cecilia alloquens dixit: ſe habere ſecretũ: qd ei confiteri vellet: ſi ille iuratus aſſereret: tota illd obſeruãtia cuſtodire. Jurauit valerianus illud nulla neceſſitate detegere. Tunc illa ait: ſe angeluȝ dei amatoreȝ habere: qui nimio zelo corpus eius cuſtodiret aſſidue. Qui ſi ſentiret: q ipſam ſponſus eius amore polluto cõtingeret contra ipſum furorẽ ſuum exagitaret: ⁊ ipſuȝ occideret. Si aũt cognoſceret: q illam ſyncero amore diligeret: ipſuȝ quoq; ſicut ⁊ ipſam pfecte amaret: ⁊ gratiã ſuam ipſi oſtẽderet. Valerianus nutu dei diuinitus inſpiratus reſpondit: vt ipm ſibi angelum oſtenderet: quẽ ſi viuere angeluȝ dei pbaret: hortata ſibi faceret. Si aũt virũ alium diligeret: vtrũq; gladio feriret. Cui cecilia promiſit: vt ſi in vnum deum credere vellet: ⁊ ſe purificari pmitteret: angeluȝ videre poſſet: imponẽs ei vt tertiũ ab vrbe miliariũ via apia pgeret: ⁊ pauperes inuẽtos elemoſynã petẽtes ex pte cecilie ſalutaret: eoſq; rogaret: vt ad ſanctũ papaȝ vrbanuȝ eum adduceret: quia ad ipm ſecreta quedaȝ pferẽda haberet. Cui inuento oia verba cecilie indicaret: ⁊ ab eo purificatus angeluȝ rediens continuo videret. Tunc valerianus perrexit: ⁊ ſcdm accepta ſigna inuenit ſanctũ vrbanũ papaȝ intra ſepulchra martyrũ latitantẽ. Cui valerianus oia cecilie verba expoſuit: illeq; man⁹ ad celuȝ eleuãs dñm bñdixit. Et ecce apparuit eis ſenior: niueis veſtib⁹ indutus: tenẽs librũ aureis litteris ſcriptũ. Quẽ videns valerianus timens quaſi mortuus cecidit:

cecidit: ſed a ſene ꝯfortatus ⁊ leuatus ſic legit. Unus dñs: vna fides: vnum baptiſma ⁊c. Qui cum a ſeniore interrogatus: hec oia ſe credere dixiſſet: ſtatiȝ ſenior diſparuit: ipſeqȝ a ſcō vrbano epō baptiſma ſuſcepit: ⁊ rediens domuȝ ceciliam in cubiculo cum angelo ſplendente colloquētem inuenit. Quē videns valerianus nimio terrore corripit: ſed ab angelo confortatur. Qui duas coronas ex roſis ⁊ lilijs albentes in manu hēbat: ⁊ vnaȝ cecilie: alteram valeriano tradidit: quas de paradiſo dei eis delatas aſſeruit: ⁊ vt eas immaculato corpore cuſtodirent: admonuit. Ualeriano qȝ dixit: vt quia vtili caſtitatis conſilio crediderat: quodcūqȝ vellet: peteret: continuo a dño obtinendū. Qui reſpondit: ꝙ nihil ſibi eſſet dulcius ꝙ̄ vnicus fratris germani eius affectus: petens vt frater eius tyburtius vna ſecum veritatem agnoſcere mereret. Angelus vo hec vti deo acceptiſſimū approbauit: promittens: ꝙ non ſolum tyburtius in xpm crederet: ſed ipſi ambo cum palma martyrij ad dñm peruenirent. ¶ Cum aūt mane tyburtius ad ceciliā cognatam ingreſſus: eam oſcularet: odorem nimium roſarū ⁊ liliorum ſenſiſſe ſe dixit: quibus confortatus admirabat: vnde intempeſtiuas roſas habuiſſent tēpore imbris. Ualerianus ergo ei reſpondit: ꝙ coronas haberent a dño ſibi per angelū miſſas: quas oculi ſui videre non poſſent: niſi credens ſe purificari permitteret. Qui cuȝ valerianum interrogaſſet: an hec in ſomnijs: an in veritate talia audiret: valerianus reſpōdit: ꝙ vſqȝ tūc in ſomnijs ambulauerat: ſed nūc in veritate manebat: ⁊ ꝙ hec omnia ipm angelus docuiſſet: quem ⁊ ille videre poſſet: ſi in chriſtuȝ crederet: ⁊ idolis renunciare vellet. Cum autem cecilia rationibus euidentiſſimis omnia idola eſſe inſenſibilia comprobaſſet: ⁊ vitam futuram iſta preſenti feliciorem ⁊ magis glorioſaȝ oſtendiſſet: atqȝ xpm dñm eidem euangeliȝaſſet: ⁊ ad predicationeȝ eius tyburtius in xpm credidit: ⁊ a valeriano ad ſanctum papam vrbanum adductus ſacrum baptiſma ſuſcepit. Qui poſtmodum angelos dei ſepius videbat: ⁊ omnia que poſtulaſſet: protinus obtinebat. Cum autē vtriqȝ fratres elemoſynis inſiſterent: ⁊ ſanctorum corpora quos almachius ꝑfectus occidebat ſepulture traderent: ambo ab ipſo prefecto detenti: ⁊ pro chriſti nomine martyrium paſſi ſunt: vt dictum eſt ſupra in eorum paſſione. xviij. cal. maij. ¶ Quibus perēptis: almachius eoꝝ facultates exquirens: ceciliam quaſi valeriani coniugem teneri precepit: vt facultates eorum proderet ⁊ idolis immolaret. Sed virgo chriſti mandatum eius preueniens: omnia que a ſanctis martyribus ſibi relicta fuerant pauperibus erogauit. Cūqȝ ab apparitoribus vrgeret: vt aut ſacrificaret: aut ſententiaȝ mortis acciperet: ⁊ illi vehementer flerent: ꝙ puella tam decora: ⁊ nobilis vltro ſe morti traderet: cecilia eis xpi fideȝ predicare cepit: ⁊ omnes ad deū conuertit. Ipſiſqȝ a prefecto mortis inducias cecilie poſtulantibus: illa vrbanum epm ad domum ſuam venire fecit: qui gordianum virum clariſſimum ⁊ omnes apparitores illos cum alijs pluribus numero quadringentis baptiȝauit. Quod audiens almachius ceciliam teneri fecit: ⁊ ſibi preſentari. Que dum ei preſentata chriſtum publice confiteretur: et idola omnia execraretur: iratus almachius iuſſit eam ad domum ſuam adduci: et die integro ac nocte in flammis balnealibus concremari. Que quaſi in loco frigido manſit. Ita vt nec vna pars membrorum eius ſaltem ſudoris ſigna laxaſſet. Quod audiens prefectꝰ iuſſit illam in ipſo balneo decollari. Spiculator autem eā tribus ictibus i collo percuſſit: ſed tamen caput eius amputare non potuit. Et quia


decretum erat ne quartam percuſſionem decollandus acciperet eā ſeminecem carnifex dereliquit. Cuius ſanguinem populi: qui per eam crediderant: linteaminibꝰ ext ergebant. Per triduum autem ſupuiuens omnia ſua pauperibus tribuit: ⁊ oēs conuerſos ad fidem: vrbano epiſcopo cōmendauit. Deinde ad chriſtum cuȝ palma martyrij migrauit decimo calē. decēbris. Cuius corpus ſanctus vrbanus inter ſuos collegas epiſcopos ſepeliuit: ⁊ domū eiꝰ: vt ipſa ei mandauerat eccleſiā cōſecrauit.

¶ Anno autem ſeptimo ludouici imperatoris: Paſchalis papa corpus ſancte cecilie ipſa reuelante dudum occultatum inuenit: aureis velatum veſtibus: ſanguine eius adhuc infuſis ⁊ ipſum inter corpora ſanctorum tyburtij ⁊ valeriani ⁊ maximi atq; vrbani pape: in eccleſiaȝ nomini virginis ſancte dedicatam tranſtulit: vt ait ſigibertus in chronica.

¶ De ſanctis Theoniſto Tabra ⁊ Tabrata martyribus. Cap. XCVII.

Theoniſtus epiſcopꝰ: tabra ⁊ tabrata diacones ⁊ martyres apud ciuitatem altinenſem paſſi ſunt: tēpore theodoſij imperatoris ṗmi. Qui ſanctus epiſcopus cuȝ diſcipulis ſuis prefatis: ⁊ ſctō albano coepiſcopo: ⁊ vrſo clerico: de quibus dictum eſt ſupra in eorum paſſione vndecimo calēdas iulij: a philippenſibus egreſſus eſt ex inſula nauſia: tēpore predicti imperatoris veneruntq; romaȝ: ⁊ ibidem oratione facta: mediolanū abierunt. Ibiq; a ſancto ambroſio epiſcopo ⁊ doctore: ⁊ prefato auguſto tunc ibi degente: honorifice ſuſcepti ſunt: inde ad gallias predicando tranſierunt. Et cū ad auguſtam ciuitatem perueniſſent ſanctus vrſus a paganis comprehenſus: per multa tormentorum genera martyriuȝ paſſus eſt. Theoniſtus vero cuȝ ceteris venit ad regem roſmundum chriſtianum: qui miſit eos ad paulinum epiſcopum treuerenſem. Indeq; cum nauigio maguntiā adierunt: vbi dum predicaret albanus: a gentilibus tentus: ⁊ flagellis ceſus nouiſſime gladio capite truncatus eſt. Theoniſtus autem cuȝ tabra ⁊ tabrata multa cede mactati: in naui perforata miſſi ſūt. Qui deo duce cum naui ad portum quendaȝ incolumes peruenerunt. Dumq; veſtimenta eoruȝ madefacta ſiccarent: a gothis iterū capiuntur: ⁊ in eadem naui perforata remittuntur: altoq; pelagio iterum propelluntur. Sed dei virtute reſtaurata nauicula: ſancti iterum ſine periculo ad littus ꝑducuntur. Qui diuina admonitione deuenerunt altinum. Et dum oderentum perueniſſent: ⁊ chriſtum dominum predicarent: a paganis detenti: ⁊ extra ciuitatem educti verberibus afflicti ſunt. ¶ Dum autem eſſent in ponte: ⁊ theoniſtus genibus flexis oraret: genua ipſius vti in cera molli dēxa ſunt: quorum veſtigia ibidē vſq; in preſens apparent. Inde a gentilibus dimiſſi: altinum deuenerunt: ibiq; iterum ab infidelibus comprehenſi: capitalem ſententiam exceperūt: Corpora vero truncata ſurgentia: capita ſua manibꝰ proprijs ſumentia portauerunt: ⁊ inter eridanum ⁊ ſilerem ea depoſuerunt: vbi ⁊ a fidelibus tumulata ſunt. Paſſi ſunt auteȝ decimo calendas decembris.

¶ De ſctō Clemente primo papa ⁊ martyre. Cap. XCVIII.



Clemens papa ⁊ martyr huiꝰ nominis primus natione romanus ex patre fauſtino de regione celio monte: cleto romano pontifici in epiſcopatu ſucceſſit: ſedit annos

nouem: menſes duos: dies decem. Hic conſtituit canonem ſuper eucharīſtiā decantari: ⁊ vt epiſcopus electione cleri et laude populi conſtitueretur: ⁊ vt cathedra epiſcopalis in eminentiori loco ſtatui debeat: in qua reſidens epiſcopus omnes poſſit circūſpicere: ⁊ ab omnibus circunſpici. Conſtituit etiam vt baptizatus q̄ citius poteſt confirmetur: ⁊ ne ſit perfecte chriſtianus: qui confirmationem non neceſſitate ſed incuria ac voluntate omitteret. Hic etiam fecit ſeptem regiones diuidi notariis: qui geſta martyrum ſolicite ⁊ curioſe vnuſquiſqꝫ per regionem ſuam diligenter perquirent. ¶ Hic eniꝫ quāuis a beato petro electus eſſet: vt ſupra dictū eſt in paſſione ſancti petri tertio calendas iulij. Timens tamen ne talis conſuetudo errorem in eccleſia dei induceret: linuꝫ ⁊ cletum ante ſe pontificari coegit. Et ſic clemens primus fuit poſt petruꝫ per electionem: tertius vero per gradū. Qui ita morum ornamento pollebat: vt iudeis ⁊ gētilibus: ac etiam chriſtianis omnib⁹ complaceret. Singularum inopes regionum ſcriptos habebat: ⁊ quos baptiſmo nuper mundatos nouerat: non ſinebat publice fieri mendicitati ſubiectos. ¶ Cum itaqꝫ flauiam domitillam virginem nepteꝫ domitiani imperatoris ſacro velamine conſecraſſet: de qua ſupra dictum eſt in eius paſſione nonis maii. Et theodoram vxorem ſiſinnij amici nerue imperatoris ad fidem conuertiſſet: ⁊ in caſtitatis eaꝫ propoſito confirmaſſet. Siſinnius zelo duct⁹: eccleſiam poſt ſuam vxoreꝫ occulte intrauit: volens ſcire propter quid ipſa eccleſiam frequentaret. At vbi a ſancto clemēte oratio fuſa eſt: ⁊ a populo amen reſponſum eſt. Siſinnius cecus ⁊ ſurdus ſtatim efficitur. Qui duꝫ pueris ſuis mandaſſet: vt ei manuꝫ dantes foras educerent: pueri per totam eccleſiam gyrantes cum ducebant: nec ianuas inuenire valebāt. Qđ videns theodora: primum quideꝫ ab eis declinauit: putans ꝙ vir ſuus eam agnoſcere poſſet: poſtmodum autem ab eis didicit: quid hoc eſſet. Tūc illa pro viro ſuo in orationem ſe dedit: ⁊ poſtmoduꝫ pueris ſuis mandauit: vt ſecuri a modo exirent: ⁊ dominum ſuum domuꝫ adducerent. Cumqꝫ illi abiſſent: theodora clementi quod factum fuerat expoſuit. Ad quem ſanctus rogatu theodore venit: et ipſum apertis oculis nihil videnteꝫ neqꝫ audientem inuenit: ⁊ cum pro eo oraſſꝫ: ille auditum ac lumen recuperauit. Et videns clementem iuxta coniugem ſtanteꝫ zelo ductus amens efficitur ⁊ ſe magicis deluſuꝫ artibus arbitratur: precepitqꝫ ſeruis ſuis: vt clementem ⁊ clericos eius funibus ligatos traherent. At illi columnas ⁊ ſaxa vincientes trahebant: ⁊ tam ipſi q̄ ſiſinnius clementem ⁊ eius clericos ſe trahere putabant. Clemens vero eis dicebat: vt quia ſaxa deos exiſtimabat: ſaxa trahere meruerat. Sicqꝫ vna cum clericis ſuis inde diſceſſit: ⁊ theodora pro viro in oratione perſeuerauit. Cui beatus petrus apl's apparuit. ⁊ per eius orōnē virū eius ſaluandum eſſe promiſit. Statimqꝫ ſiſinnius conuertitur: ⁊ vna cum vxore caſtitatem profiteretur. Accerſito quoqꝫ clemente ab eodem in fide inſtruitur: ⁊ cum trecentis ⁊ tribus de domo ſua baptizatur. Unde ⁊ poſtmodum per ipſum ſiſinniuꝫ multi nobiles ⁊ amici nerue imperatoris in domino crediderūt. ¶ Tunc comes ſacrorum pecuniaꝫ multis dedit: ⁊ contra clementem epiſcopum ſeditionem in populo excitauit. Cuius occaſione mamertinus vrbis prefectus clementem q̄uis inuit⁹ tenuit: ⁊ iperatori traiano de eo ſcribēs reſponſuꝫ accepit: ꝙ aut ipm̄ ſacrificare cōpelleret: aut in helleſpōti inſulam ipm̄ in exiliū mitteret. Prefect⁹ autē ei cōpatiēs: lachrymas pro ei⁹ exilio fudit ⁊ nauem ei cum omnib⁹ neceſſariis de

legauit. Quem multi de populo in exiliũ ſecuti ſunt. Ueniens igitur clemẽs ad inſulam: plus q̃ duo milia xpianorum ibidem inuenit: iam dudum ad ſecãda marmora dãnatorum. Quem illi cum lachrymis excipientes: ab eo dulciter confortati ſunt. Et cũ ab eis didiciſſet: q̄ a ſexto miliario aquam in ſuis humeris deportarent. orationẽ pro eis fudit: omnesq; orare precepit: vt qui in deſerto ſinai aquam de petra produxerat: confeſſorib⁹ ſuis in ipſo loco fontis venas aperiat. Et circunſpiciens vidit agnum ſtantem: dextroq; pede erecto quaſi locum epo oſtendentem.. Quem xpm eſſe intelligens: ad locum perrexit: ⁊ in nomine trinitatis ibidem fodi precepit. Sed cum nullus locũ in quo agnus ſteterat contingeret: ipſe accepto breui ſarculo: leui ictu ſaxũ ſub agni pede percuſſit: ⁊ ſtatim fons inde magn⁹ erupit: ⁊ vſq; in preſens in flumen excreſit. Ad quod miraculum multi confluxerunt: ⁊ pluſquam quingenti ab eo baptiſma ſuſceperunt. Et idolorum templa deſtruentes per totam prouinciam infra annum. lxxv. ecclĩas edificauerunt. ¶ Poſt annos vero tres impator traianus hoc audiens quendam ducem nomine aufidianum illuc miſit: qui xpianos examinare cepit. Et dum libenter omnes mori conſpiceret: multitudini ceſſit: ⁊ ſolum clemẽtem tenuit: ligataq; in collo ipſius ancora: eum in medio mari precipitari: mandauit: ne xpiani corpus eius poſſent ſepelire: ⁊ ipſum pro deo colere. Stante autem omni multitudine iuxta litus: phebus ⁊ cornelius eius diſcipuli orare ceperũt: vt dñs eis oſtenderet martyris ſui corpus. Et continuo mare per tria miliaria recedente: omnes per ſiccum ingreſſi: inuenerunt in modum templi marmorei: habitaculum a deo paratum: et ibi in arca ſaxea corpus ſancti martyris poſitum ⁊ ancoram iuxta eum. Reuelatum eſt autem diſcipulis ne corpus ipſius inde amouerent. Omni vero anno tempore paſſionis eius per ſeptem dies mare ad tria miliaria recedebat et ſiccum inter ad corpus eius venientibus tribuebat. Quod per annos pluſq̃ ducentos durauit. Paſſus eſt autem. ix. calend. decembris. Hic fecit ordinationes duas per menſem decembris preſbyteros. x. diacones. ij. epiſcopos per diuerſa loca numero. xv. ⁊ ceſſauit epiſcopatus dies. xxxiij. ¶ Hic plures libros chriſtiane religionis ſcripſit: cõpoſuit enim librum hiſtorie ſcholaſtice: quem quidam itinerarium vocant. Scripſit ex perſona romane eccleſie ad corinthios epiſtolam valde memorabilem: et illi que ſub bti pauli apoſtoli nomine ad hebreos ſcribitur: ſtilo et ſenſibus valde conformen. Fertur ⁊ alia ex eius nomine diſputationẽ petri ⁊ apionis continens: quam euſebius in. iij. accleſiaſtice hiſtorie redarguit. Sed ⁊ tertiam eiuſdem clementis fuiſſe a nonnullis traditũ ẽ. Scripſit. ⁊ alias duas epiſtolas que catholice nominatur. Hec hieronymus libro de viris illuſtribus. ¶ Leo epiſcopus oſtienſis tradit q̄ tempore michaelis imperatoris conſtantinopolitani: quidam philoſophus ſacerdos cerſonam veniens: de his que narratur in hiſtoria clementis de maris aperitione habitatores interrogauit: qui nihil de hoc ſcire profeſſi ſunt: eo q̄ aduene pluſq̃ indigene erant. Siquidẽ miraculum illud iam dudum ob habitantium culpã ceſſauerat: ⁊ ob incurſum barbarorum templum deſtructum fuerat et arca cum corpore marinis fluctibus obruta. Tunc aſſumpto epiſcopo georgie ciuitatis: cum clero et populo acceſſerunt ad inſulam: in qua putabant eſſe martyris corpus: vbi diuina reuelatione fodientes corpus inuenerunt: ⁊ ancoram cũ qua fuerat in mare proiectum. Quod cerſonam deportantes ibidem ſepelierunt.

Tempore vero Nicolai pape primi: corpus ipſum a ſancto cyrillo ſclauorum epiſcopo inde ſublatum: ꝛ romā delatū: atq in eccleſia eius nomini fabricata reconditum eſt: vbi requieſcit miraculis clarens.

¶ De ſcā Felicitate martyre. Ca. XCIX.



Felicitas martyr rome ſub antonino principe paſſa eſt agente publio vrbis prefecto. Hec fuit mater ſanctorum ſeptem fratrum martyrum: de quibus ſupra in eorū paſſione dictū eſt. vi. idus iulij. Quos oēs vna cum matre ad ſuggeſtionē pontificū idolorum antoninus imperator detētos. Publio vrbis prefecto tradidit ad deorū ſacrificia compellendos. Cum autem felicitas nec blandimentis allici: nec terroribus frangi poſſet: quin potius filios vt in chriſti cōfeſſione perſiſterent hortaretur. iuſſit eā prefectus alapis cedi: deinde in carcere per menſes quattuor ꝛ dimidium macerari. Filios aūt ipſius omnes ſingillatim vocatos ꝛ ſacrificare nolentes per diuerſa ſupplicia iuſſit interimi vt ſuperius de eis dictum eſt. Felicitatē vero poſt dictum terminū educi: ꝛ in perſeuerantia chriſtiani nominis fecit decollari. ix. calē. decembris. Cuius corpus a chriſtianis iuxta filiorum corpora rome ſepultum eſt.

¶ Hanc beatam mulierem vocat gregorius pluſq martyrē: quia fuit octies martyr. Paſſa eſt enim ſepties in. vij. filijs ꝛ octauo in corpore proprio.

¶ De ſcā Fauſtina regina ꝛ mar. Ca. C.

Fauſtina regina apud alexādriā paſſa eſt ſub maxentio principe. Que cum eſſet ipſius caſaris vxor a beata catherina in carcere detenta: vna cum porphyrio principe militie conuerſa eſt: vt dicetur īfra in paſſione catherine. vij. calē. decembris. Sicq in chriſtū corde credens: per dies plurimos ſecretius chriſtianitatem occultauit. Cum aūt vidiſſet miraculum qualiter angelus domini de celo veniens: rotas gladijs circūſeptas diuellendo diſſipaſſet: ꝛ beatā dei virginem a tam duro mortis periculo liberaſſet. Regina: que vſq tunc ſe celauerat: ad imperatorem deſcendit: ꝛ de eius duritia ipſum conſtantius increpauit. Et cum ſe chriſtianā diceret: ꝛ ſacrificare cōtempſiſſet. Maxentius ira repletus iuſſit eam extractis prius mammillis decollari. Que dum ad martyriū duceretur: catherinam rogauit vt pro ſe dominū precaretur. Quam illa in domino cōfortauit: ꝛ ad paſſionem conſtantius animauit. Miniſtri igitur fauſtinam tollentes: eāq extra ciuitatem educentes: mām illas ipſius baſilibus ferreis euellunt: ꝛ poſtmodū ei caput ꝑcidunt. Cuius corpus porphyrius rapiens ſepeliuit. ix. cal. decēbris.

¶ De ſcō Chryſogono mar. Cap. CI.

Chryſogonus martyr apud aquileiam paſſus ē ſub diocletiano īperatore. Qui apd vrbem in vincula coniectus ſancte anaſtaſie alimonijs fouebatur. Que non ſolum ei ſed etiam alijs chriſtianis in carcere detentis neceſſaria ſolicite miniſtrabat. Un̄ hac occaſione vir eius publiꝰ gentilis anaſtaſiā in artiſſima cuſtodia recluſit: ita vt etiam ei alimoniam denegaret. Ipſa aūt chryſogono epiſtolas amaritudis ſue narratiuas deſtinabat: ille vero conſolatorias remittebat. Sed interea vir in legationē ad perſidem miſſus: anaſtaſie cuſtodiam triplicauit: ita vt lucem ipſam ꝛ victum ei negari iuſſiſſet vt ſic ipſa fame tabefacta deficeret: ꝛ ille oiū facultatum eius dn̄s

permaneret. Que cū ſe putaret deficere: a beato chryſogono p̄ ep̄laʒ confortat̄: vt ſperans in xp̄o celereʒ eius miſericordiā preſtoletur. Interea poſt dies paucos vir eius apud pſidem moꝛit̄: ⁊ ipſa de carcere liberat̄: que iteruʒ carceres viſitare cepit: ⁊ xp̄ianis pauperibus ſubuenire. ¶ Cum ergo impatoꝛ diocletianus apud aquileiā reſideret: epiſtolā romā ſcripſit: vt omnes xp̄iani vincti deberēt interfici: ad ſe vero chryſogonū deſtinari. Cui cū ſibi pſentato prefecture dignitatē ⁊ generis ſui cōſulatum offerret: tantuʒ vt diis ſacrificaret. Illeqʒ oia ſimlacra demonū thecas affirmaret. Juſſit eū diocletian⁹ duci ad quas gradatas atqʒ ibideʒ decollari. Corp⁹ aūt eius ad littus iactatū eſt iuxta poſſeſſionē que dicit̄ ad ſaltus: caput vero in mare p̄iectum. Zoilus aūt preſ byter ſancti chryſogoni collegit: ⁊ in domo ſua in loco ſubterraneo poſuit: cui per reuelationē indicatum ē: quo caput martyris mare iactaſſet. Pergens ergo ad agroterem: ita illud inuenit quaſi eadem die fuiſſet abſciſum: quod auferens coꝛpoꝛi ipſius compaginauit. Paſſus eſt autem ſancus martyr. viij. calen. decembris.

¶ De ſcō Creſcētiano mar. Cap. CII.



Creſcētianus martyr rome paſſus eſt ſub maximiano filio diocletiani impatoris: agēte carpaſio vicario. Qui maximianus creſcentianū clericuʒ cū ſanctis cyriaco largo ⁊ ſmaragdo detinuit: oēſqʒ carpaſio vicario puniēdos tradidit: ſicut dictuʒ eſt ſupra in paſſione ſanctoꝝ cyriaci ⁊ ſocioꝝ vi. idus auguſti. Cum ergo carpaſius oēs p̄dictos martyres decollaſſet: ⁊ creſcētianum duduʒ in cuſtodia detinuiſſet: ipſuʒ tandeʒ eductū: ⁊ idolis imolare nolēteʒ: iuſſit in equuleo ſuſpendi: ⁊ fuſtibus cedi atqʒ vnguib⁹ ferreis crudeliter lacerari. Et cū in his deo gratias ageret: p̄cepit flāmas ad latera eius apponi. Et cū diu incēdio conſtrictus vreret̄: emiſit ſpm̄. Cuius coꝛp⁹ in platea añ tēpluʒ palatij iactatū: a ioāne pſ bytero noctu recollectū: ⁊ in cimiterio pſcille via ſalaria in harenario ſepultum eſt. viij. calen. decēbris.

¶ De ſanctis Poꝛphyrio ⁊ ſociis martyribus. Cap. CIII.

Poꝛphyri⁹ martyr cuʒ ſociis ſuis videlʒ militib⁹ ducentis apud alexādriam paſſus eſt ſub maxētio ceſare. Hic cū eſſet priceps militie imperatoꝛis: a regina fauſtina rogatus: eam ad beatā catherinā in carcere detentā nocte quadaʒ adduxit. Et videns mirabilia: que in carcere fiebant apud virgineʒ: vna cū p̄dicta regina xp̄i fideʒ p̄cepit: vt dicet̄ infra in paſſione ipſius virgis. vij. calē. decembris. Cum aūt regina pro xp̄i nomine paſſa eēt. Poꝛphyrius coꝛp⁹ eius rapiens ſepeliuit: vt ſupra dictū eſt in paſſione fauſtine. viij. calē. decēbris. ¶ Sequēti vero die dū de coꝛpoꝛe regine queſtio fieret: ⁊ multos p̄pter hoc ad ſupplicia ꝓtrahi maxentius iuſſiſſet. Poꝛphyrius ꝓrumpens in mediū exclamauit ꝙ ipſe eēt: qui xp̄i famulaʒ ſepeliſſet: ⁊ xp̄i fidem p̄cepiſſet. Et cum oia: que ↄtigerant: ſuis cōmilitonib⁹ ducentis numero retuliſſet: illi ſimiliter diuinitus cōpūcti ſe xp̄ianoꝝ eē velle dixerūt: ⁊ vna cum ſuo p̄ncipe ſe moꝛi paratos obtulerūt. Tūc ceſar furibundus eos oēs p̄cepit vna cū poꝛphyrio d̄collari: ⁊ coꝛpa eoꝝ canib⁹ deuoꝛāda dimitti: q̄ tñ a xp̄ianis nocte collecta ⁊ extra muros ciuitatis ſunt tumulata. viij. cal̄. decēbris.

¶ De ſanctis Floꝛa ⁊ Maria virginib⁹ ⁊ martyribus. Cap. CIIII.

Flora & maria virgines apud cordubam ciuitatē hiſpanie paſſe ſunt que primo diuturnos carceres pro xp̄i nomīe paſſe: multaqȝ famis & inedie maceratiōe afflicte: nouiſſime aūt gladio interempte: coronā martyrij ꝑceperūt. viij.calen.decēbris. Hec ado.

¶ De ſcā Catherina virg. & m̄. Ca. CV.



Catherina virgo & martyr apd́ alexandriā ciuitatē paſſa ē ſub maxentio iꝑatore. Hec enī coſti regis alexandrie filia vnica in eiꝰ decrepita etate nata: puella admodū ſpecioſa infra annū .xviij. oībus liberalibꝰ ſtudiis imbuta eſt: quā pater moriens ſuccetricez in regno reliquit. Cum aūt p̄re defuncto a quodā maximo p̄ncipe in ꝯiugiū peteret: & ipſa de hoc a m̄re inſtātiꝰ pulſaret: virgo adhuc gētilis: ſupba mēte denegabat: dicēs ꝙ neminē vnq̄ȝ in virū aſſumeret: niſi eque vt ipſa nobilis: ſpecioſus: diues ac ſapiēs eēt. Sed duȝ p̄nceps ille amore virgis captꝰ inſtaret: cominās ciuitatē alexandriā in vaſurū niſi eam m̄r ſibi traderet: & m̄r ex hoc nimiū formidaret: rogauit filiā: vt quēdaȝ heremitā xp̄ianuȝ atqȝ preſbyterū viꝝ boni cōſilij & prudentie famoſum: extra vrbē habitantē adirēt: vt ſuꝑ inde ꝯſiliū eius requirerent & audirent. Sperabat eniȝ mater cū eēt xp̄iana: vel filiā ad cōiugiuȝ inducēdaȝ: vel ſaltez huius occaſione ad fidem xp̄i cōuertēdā. Nam puella philoſophoꝝ ſtudiis dedita xp̄m cōtemnebat: nec de eo a matre q̄cq̄ȝ audire volebat. Cuȝ ergo mater & filia ad heremitā veniſſent: illeqȝ ad p̄ces matris virginē de cōiugio pulſaret: & ipſa eadē ei: que matri dixerat rñdiſſet: heremita ſpiritu dei tactus: eideȝ p̄miſit: ꝙ ſponſum ei dare volebat neduȝ ei ſimileȝ: ſed ipſaȝ & creaturā quālibet in oībus excedentem. Queȝ dum puella ſibi oſtendi petiuiſſet: ille tabulam pictam eideȝ tradidit deferēdam: in qua erat imago deuota virginis chriſtum puerum baiulantis: dixitqȝ virgini illas eſſe imagines ſponſi & genitricis: quos ſi deuote oraret: ſe ab ea videri ꝑmitteret. Uirgo autem reuerſa: dum nocte illa ante tabulam orans aliquantulum obdormiſſet: vidit in ſomniis cuȝ matre virgine chriſtum vltra omnem pulchritudinem ſpecioſum. Cui dum dei genitrix catherinam offerret in ſponſam: chriſtus eā repudiauit: eamqȝ non eſſe pulchrā aſſeruit. De quo duȝ virgo excitata & iaȝ amore ſponſi capta: triſtaretur ad mortem: facto mane matrem vocauit: & concita ſecū ad heremitā acceſſit: cui omnia viſa expoſuit. Quaȝ ille de chriſti fide plenius informauit: & conuerſam baptizauit. Promiſſione ei proculdubio facta: ꝙ ſponſo amodo eſſet grata. Cum igitur virgo rediſſet: & proſtrata ante iconam obdormiſſet: iterum eidem mater cum filio ſole ſplendidiore: & cetu angelorum apparuit. Mater filio ſponſam obtulit: & ipſe eam vti pulchram & decoram ac purificatam acceptauit: eamqȝ celeſti anulo ſubarauit. Excitata virgo anulum ſibi in digito repperit: & matri ſue cum gaudio oſtendit: & viſa retulit. Sicq̄ȝ deinceps chriſti amore ſuccēſa: mūdi pompas contēnere cepit. In palatio tamen diuitiis & pueris pleno ꝑmanſit: donec mater a ſeculo migrauit. ¶ Cū autem maxentius imperator omnes tam diuites q̄ȝ pauperes ad alexandriam conuocaſſet: vt idolis immolaret: & chriſtianos nolentes immolare puniret: catherina cum eſſet in palatio audiens animalium diuerſorum mugitus: & cantantiuȝ plauſus: miſſo illuc nuncio inquiri iuſſit

celeriter: quid hoc eſſet. Quod cum vidi
ciſſet: aſſumptis ſecum aliquibus de pala
tio ſigno crucis ſe muniens illuc acceſſit.
Ibiq; multos chriſtianos metu mortis ad
ſacrificia duci conſpexit. Que vehemēti do
lore cordis ſauciata: ad īperatorē ſe auda
cter ingeſſit: nullāq; ei ſalutationē premi
ſit. Sed ſtans ante ianuā templi per varias
concluſiones ſyllogiſmorum: allegorice ⁊ phi
loſophice multa cū ceſare diſputauit. Dei
de ad cōmune colloquiū rediens: ipſum
confidenter redarguit: ꝙ incaſſum tantam
multitudinem congregaſſet ad colendam
ſtultitiam idolorum: verumq; deum ce
li ⁊ terre atq; creaturarū omnium creato
rem eſſe cōprobans: chriſtum dei filiū in
carnatum ⁊ paſſum atq; in celis glorioſū
aſcendiſſe cōſtantius predicauit. Et cum
ſapienter plurima diſputaſſet: ſtupefactꝰ
ceſar ad hec reſpōdere nō valens: eam ro
gauit vt ſacrificium ſuū compleri ſineret
⁊ poſtmodū ei reſponſa daret. Precepit
q; eā ad palatium duci ⁊ cū diligentia cu
ſtodiri: admirās eius prudentiā ⁊ corpo
ris elegantiam. ¶ Veniens ergo ad pala
tium imperator eā ſibi preſentari iuſſit:
⁊ ipſam de eius progenie requiſiuit. Que
reſpondit ſe filiam regis coſti fuiſſe: ⁊ in
purpura natam ac liberalibus diſciplinis
pleniter inſtructam eē: omnia tamen pro
pter chriſtū contempſiſſe: deos aūt quos
imperator colebat nec ſe nec alios iuua
re poſſe. Cum autē per multa poetarum
exempla: ⁊ philoſophorum argumēta de
os gentiū apertis rationibus confutaret:
plurimaq; cū ceſare diſputans ipſum in
omnibus viciſſet: vidēs ille ꝙ eius ſapiē
tie obuiare nō poſſet: mandauit per litte
ras: vt omnes rethores ⁊ philoſophi de
circunſtantibus regionibus ad alexandri
am feſtinarent: diuerſa munera receptu
ri ſi concionatricem virginem ſuperarēt.
Adducti ſunt igitur de diuerſis partibus
quinquaginta oratores: qui omnes mor
tales in mundana ſapientia excellebant.
Quibus interrogantibus cur de remotis
illuc partibus vocati fuiſſent: ⁊ cauſam eo
rum conuocationis didiciſſent: deriden
tes ꝙ vnius mulieris occaſione tanta il
luc ſapientia conueniſſet: puellam ad ſe
adduci iuſſerunt vt ſua temeritate conui
cta: nunquam ſe ſapientes vidiſſe cognoſce
ret. Que cum certamen ſibi imminēs au
diſſet: domino ſe cōmendauit. Quam an
gelus in chriſto confortauit: ⁊ vt conſtan
ter ſtaret admonuit: quia nedum ab illis
vinci non poſſet: ſed etiam illos victos ⁊ cō
uerſos ad palmam martyri deſtinaret. Cū
ergo coram oratoribus adducta fuiſſet: ⁊
cum eis ſapientiſſime diſputaſſet ac deos
apertiſſime demones aſtruxiſſet: obſtupe
facti illi: ⁊ quid dicerent non habētes mu
ti penitus ſunt effecti. Tunc imperator fu
rore repletus eos redarguit: ꝙ ſic turpi
ter ab vna puella ſe vinci permitterent.
Unus autem magiſter aliorum ſic reſpō
dit: ꝙ licet nullus adeo ſapiens ante eos
nunquā ſtare potuiſſet: tamen ipſa puella
in qua dei ſpiritus loquebatur: ſic eos in
admirationem cōuerterat: vt contra chri
ſtum aliquid omnino dicere neſcirēt: aut
penitus formidaret. Et cum omnes vna
voce eadem aſſerent: iratus īperator om
nes in medio ciuitatis cremari manda
uit: de quibus ſupra in eorum paſſiōe di
ctum eſt idibus nouembris. ¶ Poſt hec
imperator virginem chriſti ad ſacrificia
inuitare cepit: promittens ei: ꝙ poſt regi
nam in palatio ipſius ſecunda vocaret: ⁊
imagine illius fabricata: a cunctis vt dea
veneraretur. Cui cum virgo diceret: vt ta
lia nefanda loqui deſiſteret: ⁊ chriſtum do
minum ſe adorare dixiſſet: iuſſit eam im
perator ſpoliatam ſcorpionibus cedi: ⁊ ce
ſam in obſcurum carcerē recipi: ibiq; die
bus .xij. fame cruciari. Rege autem extra

regionis ꝯfinia ex cauſa ꝓcedente: regina
noie fauſtina maxẽtij vxor: nimio virgis
amore ſuccẽſa: cũ ꝑncipe militũ noie por
phyrio: dato cuſtodibus precio media no
cte ad carcerẽ ꝓperauit. Uiderũtqꝫ carce
rem mirabili claritate fulgẽtem: ⁊ ange
los plagas virginis perungentes. Quibus
catherina eterna gaudia predicauit: ⁊ ad
fidem cõuertens martyrij coronã eis pre
dixit. Sicqꝫ eoꝝ vterqꝫ ad pedes eiꝰ ꝓ
cidit: ⁊ porphyrius cũ ducentis militibus
fidem recepit. Interea xp̄s per colũbam
de celo miſſam celeſti cibo virgineꝫ refo
uit. Deinde cuꝫ multitudine angeloruꝫ ⁊
virginũ ei apparuit: ⁊ vt cõſtans eẽt blan
do colloquio ꝯfortauit. ¶ Rediens auteꝫ
impator eam ſibi preſentari iuſſit: ⁊ vidẽs
ſplendidam: quã tanto ieiunio exiſtima
bat afflictam: cuſtodes torqueri volebat:
quia eos ei miniſtraſſe putabat. Illa ve
ro ſe a xp̄o celitus enutritam perhibebat.
Et cum ſuadẽte maxentio illa oino diis
imolare recuſaret: ⁊ ex hoc ceſar nimium
fureret: prefectus quidaꝫ ei ſuaſit: vt infra
triduũ quattuor rotas ſerris ferreis ⁊ gla
diis circũſeptas prepararet: vt tam terribi
le tormentũ puelle mẽbra diſſecaret: ⁊ ce
teros xp̄ianos terreret. Quod ⁊ factũ eſt.
Tunc virgo beata dominũ exorauit: vt ad
cõuerſionẽ circũſtantis populi ipſam ma
chinam diſſiparet. Et ecce angelus domi
ni moleꝫ ipſam tanto impetu diuellendo
cõcuſſit: ⁊ quattuor milia gentiliũ inter
emit. Quo miraculo paganoꝝ multitudo
cõuerſa eſt. Regina aũt fauſtina: que vſqꝫ
tunc ſe occultauerat: deſcendit: ⁊ impato
rem de tanta duritia increpauit. Propter
quod ab ipſo detẽta ⁊ chriſtiana comper
ta: ab eodem martyrizata eſt: vt dictuꝫ eſt
ſupra in eius paſſione. ix. calen. decẽbris.
Sed cum porphyrius corpus regine ſepe
liſſet: ⁊ ex hoc cum ducentis militibus ſe
xp̄ianuꝫ confeſſus eſſet: iubente eodẽ im
peratore ipſe cum dictis militibus decol
lantur: vt ſupra dictum eſt in eorum paſ
ſione octauo calendas decembris. ¶ De
inde imperator catherinaꝫ aduocãs: eidẽ
propoſuit: vt aut ſtatim diis ſacrificaret:
aut caput amitteret. Sed cum ſacrificare
renueret: decollari iubetur. Ducta igitur
ad locum paſſionis cuꝫ lachrymis orauit:
⁊ chriſtum ſpecialiter pro ſe in quacunqꝫ
neceſſitate inuocantibꝰ exorauit. Factaqꝫ
eſt ad eam vox de celo: ꝙ ei celi ianua
aperta eſſet: ⁊ ꝙ in ſuis petitionibus exau
dita fuiſſet. Cum auteꝫ decollata foret: de
eius corpore pro ſanguine lac emanauit.
Cuius corpꝰ ab angelis per aera ſubleua
tum: ⁊ itinere dierum viginti ad monteꝫ
ſinai in momento deuectum: ibiqꝫ hono
rifice tumulatũ eſt ſeptimo calendas de
cembris. Ex cuius tumulo oleum indeſi
nenter emanat: quod cunctoꝝ debilium
membra ſanat. ¶ Quedam abbatiſſa mo
naſterij cameracenſis nobilis genere ⁊ vi
te rectitudine relucens viſitata fuit a fra
tre ſuo. Cũqꝫ vellet abire reliquit ibi quẽ
dam militem ſuum infirmuꝫ: queꝫ ſorori
ſue vt eius curam haberet diligenter com
mendauit. Quapropter ſibi a fratre ſuo cõ
miſſum militem cepit viſitare: ⁊ qualiter
valuit in ĩfirmitate cõſolabatur. Ille vero
aperuit ei ſecreta cordis ſui dicẽs: ꝙ amore
eius captus eſſet: ⁊ niſi ſibi cõſentiret: ꝙ
ſecum cõcumberet viuere minime vale
ret. Illa ṽo vt femina caſta ⁊ deuota quã
tum valuit tam nefando deſiderio ipſum
ſancto colloquio ⁊ benigno conſilio auer
tere nitebatur. Sermo autem eius nihil
ꝑfecit in eo. Cũqꝫ aũt diabolus inceſſan
ter bonis opibus iuſtoꝝ inſidietur: ⁊ iuxta
apoſtoluꝫ: bonos mores corrũpunt collo
quia praua: qꝛ illa etiã incauta ipm̄ viſita
re cõſueuerat: eiuſqꝫ vanis verbis aurem
accõmodabat: ipſa ſoror que deuota fue
rat per militeꝫ illum adeo tentata fuit: vt

iam ſecum ad ſeculum abire vellet. Sed q2 ipſa antea valde religioſa fuerat: more ſolito q̄daz nocte altaria ſue eccl'ie oronis gr̄a pluſtrabat. Ueniens aūt ad altare btē virginis marie corā imagine eius inter cetera verba ſic beatā mariam alloquit̄ dicens. O ſancta maria ego nimis inflāmata amore illius militis ſum: ⁊ nūc q2 manere nō valeo licentiā a te accipio ⁊ locuz iſtum tue gr̄e recōmendo. Beata aūt virgo apparuit ei dicēs. O filia eſto pſeuerās in pposito caſtitatis: qm̄ filio meo qui eſt flos virginū: ⁊ ſpeculū totius caſtitatis eā vouiſti. Nihil eniz valet vouere: vel aliqđ bonū inchoare: niſi in eo velit homo pſeuerare. Tantū enim ſaluator mūdi amat caſtitatē ꝙ nō niſi de virgine voluit ⁊ potuit naſci. Poſt hec illa ad ſcđm pceſſit. ſ. altare ſancte crucis: ⁊ ꝙ tantū cōcupiſcentia mala ſuccenſa eſſet: ꝙ nullatenus manere poſſet in clauſtro ſtans corā crucifixo aſſeruit. Statimqz dn̄s pendēs in cruce ei appuit dicens. O filia dilecta abſit vt a me recedas: qm̄ ſanguie meo te redemi. Abſit vt vnā tentationē ſuperare nō valeas: p qua duriſſima ſuſtinui crucis tormēta. Ultimo pceſſit ad tertiū altare. ſ. beate catherine que ibidē patrona fuit: ⁊ corā ea ſicut corā aliis fecerat ſe penitus ſuperatā illicita cōcupiſcētia aſtruebat: ⁊ ſe nullatenus in ordine poſſe perſiſtere referebat. Tunc beata catherina ſibi apparuit cū omni genere tormentoꝝ que pro amore xp̄i paſſa fuerat: dicens. Memor eſſe debes filia ꝙ cuz ego eſſem filia regis: ⁊ diuitias ⁊ delitias regni poſſediſſem: ipſas tn̄ ⁊ oēm mūdi gloriā cōtempſi: inſup diris tormentis me tradidi pp̄ter xp̄z. Te ergo ſine ferro ⁊ ſine ſanguinis effuſiōe ſaltē aliquid modicum pati decet pro xp̄o. Sed heu ad tā clemētes apparitiones: ⁊ allocutiōes illa emendata nō fuit. Secūda etiam ⁊ tertia nocte eidem miſere ſorori altaria p̄dicta perluſtranti: ⁊ quaſi licentiā a ſanctis accipienti eadem viſio ⁊ allocutio ad ſingula altaria facta eſt. Illa autē in ſuo nefando pposito permāſit. Et quia prelata ⁊ magiſtra illius monaſterij fuerat totam curam illius cōuentus cui perat beate catherine vtpote patrone illius loci cōmēdauit. Et preſentatis imagini eius clauibus officij ſui cum milite ad ſeculum clam receſſit. Cūqz pluribus annis in ſeculo miſera māſiſſet: ⁊ ex militie duos filios iaz etate magnos habuiſſet: tandem milite mortuo in ſe reuerſa ⁊ compuncta dicebat: quoniaz miſerationes dei multe ſunt: nec aliquez peccatorem ad ſe redire volentez a miſericordia repellit: reuertar ad locum vnde exiui. Et hec dicēs iter arripuit: ⁊ quia nobilis genere: ⁊ delicate educata fuerat inter ſaxa ambulans ſanguine qui de nudis eius pedibus fluebat ſua veſtigia rubricabat. Cum autez ad monaſterium claz veniſſet: vt magiſtram que ſanctimonialib⁹ preerat rogaret: vt ipſam de ſeculo rediētem ad penitentiā reciperet. Ecce res admiranda beatam catherinā primā oium: ⁊ ſolam interius ad feneſtraz vt magiſtrā clauſtri ſedentem inuenit: quam cum illa minime cognoſceret: illa dixit. Temp⁹ eſt vt ad celum redeam: iam enim diu vices tuas suppleui. Ueni ergo citius vt religioſis veſtibus induaris: ⁊ locum curāqz tui officij reſumas. Nemo enim ſcit adhuc te defuiſſe. Illa ergo nimiuz gauiſa: ⁊ de tāto miraculo ſtupefacta clauſtruz intrauit: ⁊ veſtes ⁊ curam ſui monaſterij recepit. O quāta humilitas ⁊ pietas btē catherie: que per tot annos in formo ⁊ habitu predicte ſororis omne miniſteriuz quod illa tenuerat diligentiſſime adimpleuit. O q̄ felices fuerunt que talem meruerunt habere magiſtram omnis virtutis ⁊ diſcipline plenam. Illa vero que de ſeculo reuerſa fuerat: cum in matutinis eſſet ſequētis

diei: ⁊ cantrix ei iniungeret vt conſuetum
eſt ꝙ nonam lectionẽ legeret: ipſa inueñs
ſe eſſe debilem lectionem alteri legẽdam
cõmiſit. Mane autem facto pulſari fecit:
vt ad capitulum totus conuentus ſororũ
veniat et tantum miraculum publicaret.
Cumq; omnes conueniſſent ipſa omnia
que circa eam geſta fuerant per ordinẽ
omnibus enarrauit. Tũc omnes bñdice-
bant ⁊ glorificabant dominum in glorio-
ſa virgine ⁊ martyre ſua catherina. Illa ve-
ro ſalubrem penitentiam agens poſtmo-
dum plena virtutibus in domino obdor-
miuit. ¶ Sabinus epiſcopus mediolanẽ-
ſis vir vite venerabilis: ſicut refert petrus
rauen. in lib. geſtoꝝ nobiliũ poſt matrem
dñi virginẽ catherinã in ꝑcipua deuotiõe
habebat: Hanc etiã ab infantia ſibi ſpõſã
elegerat: ⁊ ipſam oĩbus ſacris virginibus
ꝓferre ſolebat: vtpote adiutricem fideliſſi-
mã. Cũ igit᷑ predict⁹ preſul vltra mare na-
uigaſſet cũ abbate theodoro de monte caſ-
ſino: ⁊ duob⁹ capellanis ⁊ militibus: ⁊ ſer-
uis: ⁊ ſepulchrũ dñi viſitaſſet montẽ ſyna
ſimul adierũt. Et ecce dux q̄dã turcoꝝ fe-
rociſſim⁹ hoſtis xp̄ianoꝝ a ſoldano rediẽs
cũ multis armatis ep̄o in pede montis oc-
currit: cuius comitiuam vt vidit atrociter
mox peremit dicẽs. Sicut feci familie ſic
faciã dñis. Quod cũ dictus ep̄s ⁊ abbas vi-
diſſent ceperũt ducẽ rogare dicentes. Li-
ceat nobis q̄s montẽ prius aſcẽdere: ⁊ glo-
rioſe virginis tumbã viſitare: deinde quic-
quid tibi placuerit ſuſtinebimus patiẽter.
Quib⁹ rñdit. Neceſſe eſt hac vice vt mea:
nõ veſtra volũtas fiat. Et cõfeſtim ꝑcepit
vt lingua: oculis: aurib⁹: naribus: manuũ
ac pedũ ſummitatib⁹ vterq; priuaretur:
ſicq; adhuc ſemiuiui in iumẽtis ad tumu-
lum veherent᷑. Dixitq;: Nũc q̄d vobis va-
let hui⁹ ſepulchri viſitatio? Et adiecit. Cũ
mẽbra vobis renaſcent᷑: qđ impoſſibile eſt:
tũc abſq; dubio dei vr̄i legib⁹ adherebo.

Cũ ergo ad tumbã ṽgis veniſſent: abbas
continuo expirauit. Ep̄s vero ſicut potuit
ꝑces fudit. Et ecce circa noctis medium
mons tot⁹ vehemẽter cõtremuit: tãtuſq;
terror ac pauor ducẽ inuaſit cũ ſuis: vt ide
fugere vellẽt: nec valerẽt. Poſtea võ ꝑ tri-
duũ ꝑ certa horarũ ſpacia tanta luminis
redũdantia ibidẽ reſplenduit: vt nõ ſolũ
vicini: ſed etiã ſarraceni in remotis ꝑtib⁹
cõſtituti hora eadẽ vigilãtes diem claram
crederẽt eẽ factã: ⁊ ipm montẽ ſyna in ſo-
lem cõuerſũ exiſtimabãt. Interea virgo
catherina d̄ tumulo ꝓceſſit ⁊ triſte caput
ſui amatoris tactu blando ꝑmulcens: pri-
mo oculos: aures: naſũ: ⁊ linguã: deinde
mẽbra oĩa doloroſa pungens priſtine reſti-
tuit ſanitati. Cũq; vir dei glorioſã virgi-
nem corpalibus cerneret oculis ineffabili
gaudio replebat᷑: ſ; fulgorẽ pulchritudinis
eius fere nõ valẽs ad pedes eius cecidit:
quẽ ipa ſtatĩ ꝑcipiẽs eleuari. Nã duo pul-
cherrimi iuuenes q̄ iuxta eũ ſtabant: ipm
de terra eleuabãt. Cui virgo. Scire d̄bes
mi care ꝙ amator meus ⁊ ſpõſus me⁹ ie-
ſus xp̄s hic ⁊ in futuro te ⁊ oẽs honorãtes
me parat⁹ eſt honorare. Et q2 ꝑdidiſti ꝑp
me linguã tuã vix in ꝓprio idiomate expe-
ditã: ecce cõmodauit tibi meã in greco ⁊
latino peritiſſimã. Preterea oẽs aĩas fami-
lie tue noueris eẽ in ſinu abrae. Facto in-
ſup die craſtino cũ miſſaꝝ ſolẽnia celebra-
ueris lecto euãgelio ſingula mẽbra abba-
tis de oleo ꝙ ſudat de tumulo meo pun-
ges: ſicq; ſuſcitabitur: ⁊ anteq̄ȝ diuinũ offi-
cium cõpleas ad vigorẽ ⁊ ſtatũ priſtinum
reformabit᷑. His dictis virgo btiſſima de-
xterã põtificis apprehẽdit: danſq; illi ãnu-
lum precioſũ: ⁊ chartulã aureis lr̄is ſcri-
ptã diſpuit: ⁊ miri odoris ibidem fragran-
tia remanſit. Chartula vero tres verborũ
lineas habebat: ⁊ hoc ꝑ ordinẽ cõtinebat.
Prima linea. Sabine he littere ſunt iter
me ⁊ te ſigna dilectionis perpetue. Scda:

Fecit tibi meritū ingens dolor: faciet tibi
gaudiū vehemēs amor. Tertia. Ducez ba-
ptizabis: ſan⁹ ad ꝓpria remeabis: ſicqȝ de
cēnio expleto laudabilr mecū eris in cele-
ſti palatio. Tūc vir imenſas grās ꝛ laudes
deo reddidit pro taȝ ineffabili ↄſolatione
quā ei exhibuerat pñtia virginis glorioſe.
Facto igitur die dux montem aſcendit: ꝛ
cum epiſcopum ad altare procedentem:
videntem: loquentem: ꝛ omnia membra
integraliter habentem conſpiceret obſtu
puit vehementer: tunc lecto euangelio ꝑ
ſente duce epiſcopus membra abbatis q̄
in medio poſitus erat vngens per ordi-
nem: abbas omnibus videntibus rediui
uus apparuit. Sicqȝ membris omnibus
renaſcentibus anteq̄ȝ diuinum officium
perficeretur pleniſſime ſanatus eſt. quo
viſo miraculo dux lachrymis perfundi-
tur: corde compungitur: ꝛ amplectitur fi
dem: ꝛ cum multis nobilibus perfecte
credentibus ab epiſcopo baptizatur. Qui
cum heredibus careret: ſeculo renuncia-
uit: terram ſuam vendidit: ꝛ bonam por-
tionē fribus in monte ſyna degētib⁹ tradi
dit. Romā cū epō ꝛ abbate ꝛ aliis multis
deuotionis grā venit: multa auri pondera
ſecū deferēs pauperib⁹ tribuit. Deide ad
ↄſiliū ſci ſabini famoſiſſimū monaſteriū
virginū: qd̄ dicit aula dei in honorē beate
catherine fundauit: qd̄ in multis poſſeſſio
nibus ꝛ diuitijs ampliauit. Poſtremo in
monte caſino monachalēȝ habitum ſuſce
pit: ibidēqȝ xp̄o regi: ſueqȝ matri: ꝛ beate
catherine q̄ȝdiu vixit deuotiſſime milita-
uit. Sanctus vero ſabinus cuȝ poſt decē-
nium ad extremū veniſſet dignū deo ſpi-
rituȝ efflauit. Sed cum lingua eius in ore
eius minime appareret nulli dubiū: quin
virgo glorioſa eam tulit: que ſuo deuota
eam per decēnium mutauit. In huius qȝ
glorioſi epi memoriam annulus ꝛ charta
apud mediolanū vſqȝ hodie ſeruant.

¶ De ſcō Mercurio mar. Ca. CVI.



Mercuri⁹
martyr apud ceſaream
cappadocie paſſus eſt
ſub decio ceſare. Cui⁹
tempore dum barbari
romanoruȝ fines inua
derent Decius cū mul
tis militibus cōtra eos
bellaturus proceſſit: inter quos erat mer-
curius miles. Cum autem aliquantulum
certaſſent: ſe ſubtraxerunt. Tunc appa-
ruit vir quidam ſplendidus mercurio mi-
liti dicens ſe miſſum eſſe a deo ad eum in
bello iuuandum. Deditqȝ ei lanceaȝ: qua
barbaros proſtrandos promiſit: ꝛ vt habi
ta victoria dei ſui recordaret: admonuit.
Initoqȝ prelio mercurius eadem lancea
regem ipſorum occidit: alioſqȝ multos ex
hoſtibus ſtrauit. Quod barbari videntes
in fugam conuertuntur: ꝛ a romanis expu
gnantur. Decius autem poſt triumphum
mercurium accerſiuit: ꝛ interrogauit eū:
quis eſſet: cuius virtute victoriaȝ ipſe ob-
tinuiſſet. Qui reſpondit ſe genere ſcythā:
ortum armenia: patre gordiano proge-
nitum: a conabulis philopatorem a mili-
tibus mercurium nominatum: ex mili-
tia: que marchia nūcupatur. Decius ergo
ipſum exercitus ſui principem conſtituit.
Cum autem romam cum decio reuerſus
eſſet: Angelus iterum ei per ſomnium
apparuit: ꝛ excitauit: ipſum quoqȝ de ne
gligentia quam circa verum deum co-
gnoſcendum percepta victoria habuiſſet
acriter increpauit: ꝛ niſi conuerteretur
minas ſubiunxit: atqȝ diſparuit. ¶ Mer
curius autem ex dictis angeli ad fideȝ cō-
uerſus: idola abhorrere cepit: ꝛ baptiſmū
latenter ſuſcepit. Et inuitatus ab impe-
ratore: vt ſecum ad ſacrificandum acce-
deret: tertio venire contēpſit. Poſt imola

tionem vero eum acceꝛſitum interroga/ uit: cur ad ſacrificandum venire contem pſerit. Ipſe autem chlamydē expoliatam ⁊ cingulū ſolutū ceſari reſtituit: ſeq3 chꝛi/ ſtianum viua voce profeſſus eſt. Tunc ce ſar ipſum in carcerez mitti fecit: Ubi an/ gelica viſitatione confoꝛtatus eſt. Inde eductus eſt: dum deos omnes cōfutaret: pꝛius extendit: et bꝛachiis ⁊ pedibus ad quattuoꝛ palos a terra ſuſpēſus alligat: ⁊ diutius fuſtibus verberatur: deinde igne ipſi ardente ſubterſtrato ad modicū aſſa/ tur: ſed ex ſanguinis multa effuſione car/ bones extinguebātur. Inde in cubiculo modicū ſpiramē habēte recludit: ſed ab angelo viſitatus: omnia ipſius vulnera ſo lidantur. Cum aūt mane eum ꝑductū ⁊ ſanatū decius conſpexiſſet: ⁊ hoc magice arti attribuiſſet: iuſſit illū extenſuz candē ti ferro vti cauterio per longum exuri: et ſubulis igne toꝛrētibus latera eius ac ter ga terebꝛari. Deinde ipſuz verſis pedibꝰ altius a terra ſuſpēdi: ⁊ ad mentum eius grauiſſimū lapidē alligari. Et cum nihilo minus chꝛm voce qua poterat cōfiteret: mandauit ſaxum amoueri: ⁊ os eius ob/ ſtrui ne chꝛm aliqualiter noiaret. Dehinc fecit eum a quattuoꝛ viris tā diu flagella ri: donec cutis eiꝰ ſanie flueret. Et dū hec omnia cōſtantiſſime ſuperaſſet: iuſſit euz decius apud capadocie prouinciā in exi/ liū duci: ⁊ ibidē capite truncari: quē mili/ tes per dies plurimos terra mariq3 trahē tes ceſareā peruenerūt: vbi chꝛiſtus dñs eidē apparuit: eūq3 benigne cōſolatus ē. Mane vero extra vrbē a militibus ducit: ⁊ ibidem decollatur. vij. cal. decembꝛis. Cuius coꝛpus in hoꝛa ſui trāſitus lucidiſ/ ſimum ſplenduit: odoꝛq3 mirus ex eo fra grauit. Quo miraculo plurimi ad fidem ꝯuerſi ſunt. Sepultus eſt autē a chꝛianis in ceſarea ciuitate: baſilicaq3 ſupꝛa tumu/ lū eius in ipſiꝰ noie edificata eſt: vbi ⁊ ar/ ma eius repoſita pꝛo reliquijs ꝯſeruant.

¶ De ſcō mercuriale epo. Ca. CVII.



Mercu/ rialis eps liuien. fuit. Qui apud eadē ciuita tē vita ⁊ doctria ⁊ mi raculis claruit. Cū au tē inter populiēſe ⁊ li uienſe oppiduz draco imanis degeret: q̄ ho/ mines ⁊ aialia deuoꝛabat: ⁊ flatu ſuo ve/ nefico multos perimebat: mercurialis oi pplo ſuo ieiuniū triduanū idixit: ⁊ oꝛone ꝑmiſſa cū oi clero ⁊ plebe vna cū ſctō ro/ phılo epo populiēſi ad locū acceſſit. Ibi/ q3 ambo epi dracone vt agnū māſuetiſſi/ mū ſtolis ſuis alligātes: in puteo ꝑrimo demerſerunt: eoq3 recluſo iꝑ perpetuū me moꝛiale miraculi dſup ipoſuerūt: ſicut de hoc ſupꝛa dictū eſt i geſtis rophili epi. xv. cal. auguſti hrū s vero mercurialis ad diē pꝛopinquās extremū in pace quieuit.

¶ De ſcō Romano pſbro. Ca. CVIII.

Romanus pſbyter ⁊ ꝯfeſſoꝛ apud caſtrū blauiū claruit. Qui vite ⁊ ſcitate cōſpicu/ us inſigniter effulſit: ⁊ ſcie/ tia atq3 doctrina multipli/ citer polluit. Qui ⁊ apud eā dē ciuitatē in pace quieuit. vij. cal. decem bꝛis. Cuiꝰ ſctitatis ꝑconiuz miraculoꝛum gloꝛia declarat. Hec ado i martylogio ſuo ex chꝛonicis hieronymi ſumpto.

¶ De ſancto Petro alexandrino epiſco/ po ⁊ martyre. Cap. CIX.

Petrus alexandrinus eps ⁊ martyr apud ipſaz ciuitatē paſſus eſt ſub maximiano iperatoꝛe. Hic btō theone alexādrino pōtifici in epa/ tu ſucceſſit: et a btō marco euāgeliſta. xvi. eps eiuſdē ciuitatis ſedez gubernauit: ſapiētia ⁊ ſanctitate inſignis admodum effulſit: multaſq3 pꝛo fide xpi

perſecutiones ptulit: ita vt pene omni vi-
te ſue tp̃e in diuerſis afflictionib⁹ ꝓbatus
extiterit. Naꝫ pluries pſecutoꝝ declinãs
rabiem: de loco ad locũ ꝓfugus adijt plu-
rimũ in meſopotamia latitauit: ac perinde
apud ſyriã phenicis: in vtraqꝫ etiã paleſti
na atqꝫ in inſulis maritimis exulauit. Qui
⁊ quinquaginta ep̃os ordinauit. Cuꝫ aũt
ad ſedeꝫ ſuã reuerſus multa pericula eua
ſiſſet: ⁊ meletius lycopolitan⁹ ep̃s ab vni-
tate eccleſie diſceſſiſſet: petrus eius me-
tropolitanus celebrato catholicoꝝ ep̃oꝝ̃
concilio ipſum vti hereticuꝫ dãnauit. Ue-
rum cum arrius hereticus a quo ⁊ arriani
dicunt̃ adhuc laicus dicto meletio adhe-
reret: ⁊ aio catholicos odiret quaſi ſimula-
te meletiũ deſerẽs: cõfugit ad petrũ. Qui
eum in diaconẽ ꝯſecrauit. Poſtq̃ aũt bea
tus petrus oẽs meletianos ab eccleſia ſe-
gregaſſet. Arriuſqꝫ hoc moleſte ferẽs ep̃o
multa obloquẽdo detraheret: petrus ep̃s
arriuꝫ hereticũ catholica cõione priuauit:
⁊ vti hereticoꝝ fautorẽ dãnauit. Cuꝫ autẽ
atrocitate pſecutionis in xp̃ianos ſeuiẽte:
plurimi in ꝓuincia egypti martyrio coro-
narent̃: ipſoſqꝫ oẽs ſanct⁹ ep̃s vti bonus
athleta ad paſſionẽ hortaret̃: maximian⁹
imꝑatoꝛ hoc audiens miſit quoſdã tribu-
nos: vt ep̃m alexãdrie detinerent: ⁊ detẽ-
tum in carcere decollarent. Tribuni autẽ
illuꝫ captũ in cuſtodia recluſerũt. Ad quẽ
xp̃ianoꝛuꝫ multitudo vtriuſqꝫ ſexus ⁊ ois
etatis cõcurrerunt: ⁊ lachꝛymas funden-
tes carcerem circũuallarunt die noctuqꝫ
ibidẽ perſiſtentes: vt nequis paganoꝝ ad
eum occidenduꝫ ingredi poſſet: viciſſim
cuſtodientes. Quod videntes tribuni ha
bito conſilio ſtatuerunt: vt milites armati
chꝛiſtianos carcerem obſeruãtes: violen-
ter irrumperẽt: ⁊ aditum denegare volen
tes trucidarent: atqꝫ ita ad ep̃m occiden-
dum ingredi poſſent. ¶ Interea arrius ti
mens ne poſt exitum tanti viri nullaten⁹
reconciliari poſſet: nobiliores ex clero ad
ep̃m miſit vt ſimulanti penitẽtiam venia
impetrarent. Sanctus aũt ep̃s per ſpiritũ
eius predixit arriuꝫ a gloria domini ſemꝑ
alienum futurũ. Deinde ſecretius achillã
⁊ alexãdrum ſenioꝛes in clericis: ambos
preſ byteros cõuocauit: eiſqꝫ predixit: ꝙ
vterqꝫ eoꝝ poſt ſe ep̃s alexãdrie futurus
eſſet: ⁊ pꝛimo quidem achillas: poſtea ve-
ro alexander in eius ſedem ſuccederet.
Admonens nequis eoꝝ arrium hereticũ
peſtiferuꝫ futurum: aliquãdo eccleſie dei
reconciliare preſumeret. Narrauitqꝫ eis
qualiter in ipſa nocte xp̃m iuueneꝫ quaſi
duodenẽ vidiſſet: veſtitum candido colo-
bio a ſummo vſqꝫ deoꝛſum conſciſo: qui
vtraqꝫ manu illud circa pectus ſuum con-
iungebat: ⁊ quaſi nuditatẽ ſuã operiebat.
Qui ab eodeꝫ interrogatus quid hoc eẽt.
Reſpondit: ꝙ arrius hoc feciſſet: qui vni-
tatem fidei ſacre cõſcidiſſet: qui ⁊ in com-
poꝛtabilem ſchiſma in dei eccleſia genera
ret. Cum aũt beatus petrus omni populo
predicaſſet: eos in pace dimiſit. Uidẽs ve
ro ꝙ ſui occaſione omnib⁹ xp̃iſtianis euꝫ
cuſtodientibus mortis periculum imine-
ret: miſit ad tribunos per quẽdam ſenioꝛẽ
preſ byterũ: vt nocte ſequenti ad carcerẽ
accedant: ⁊ in loco quo ab intus ipſuꝫ pul
ſare ſenſerint: parietẽ effodiant: ⁊ inde il-
lum ſponte egreſſuruꝫ ſuſcipiãt: ſicqꝫ ſine
alioꝝ damno in ſe ſoluꝫ ſibi iuſſa ꝑficiant.
Qui venientes nocte ⁊ ſine tumultu mili-
tum locum obſeruantes: vbi virum do-
mini in oratione pernoctantem pulſantẽ
audierunt: ibidem parietem effoderunt:
⁊ cunctis chꝛiſtianis circa carcerem ſopo-
ratis: petrum epiſcopũ per foramen edu-
xerunt. Ueruꝫ cum domini voluntas eẽt:
vt ſeruũ ſuum ad ſe per martyriũ aduoca
ret: ⁊ ne quis eius paſſionẽ impediret: taꝫ
validus tunc imbꝛiuꝫ turbo colliſioneſqꝫ
ventoꝛũ perſtreperunt: vt nemo eoꝝ: qui
obſeruabant carcereꝫ: ſonum effodientiũ
audire potuiſſet. Egreſſus igit̃ martyr xp̃i

ſecundum quod eis promiſerat: ⁊ ab eis detentus: ad locum buculi deductus eſt: vbi olim beatꝰ marcus paſſus fuerat. Ubi ab vno ex militibus enſe per femora trāſfixus migrauit ad dn̄m. vi. calē. decēbris. Sepultus quoqꝫ eſt a xp̄ianis i alexādriā ciuitate in loco qui dicit leocados in cimiterio: qđ ipſe edificauit.

¶ De ſcō Petro epō ⁊ ɔfeſ. Cap. CX.



Petrꝰ epūs apud edeſſam ciuitatem claruit tempore anaſtaſii primi imperatoris: q̄ ſanctitate multa ⁊ ſapientia luculenta polluit ipſiuſqꝫ ciuitatis ſedem tenuit: virtutūqꝫ iubar fidelibus tam opere q̄ȝ ſermone dereliquit. Declamator enī inſignis fuit. Variarum cauſarū tractatus edidit. Et in morem ſancti effrem eiuſdem eccleſie diaconi pſalmos metro compoſuit: ⁊ apud ipſam ciuitatem in xp̄o quieuit. Hec gēnadius de viris illuſtribus.

¶ De ſcō Leonardo ɔfeſ. Ca. CXI.

Leonardus confeſſor apud corbiacenſem ciuitatē claruit. Hic eiuſdē profeſſionis ⁊ virtutis extitit cuius ⁊ alius ſanctus leonardus: de quo ſupra dictum eſt in eius legenda octauo idus nouembris: eidemqꝫ ſancto quaſi per omnia ſimilis in miraculis fuit. Cum enim in monaſterio prelatus eſſet: tanta ſe humilitate deijciebat: vt omnibus inferior videretur. Sed cū omnis pene populus ex eius fama ad illum conflueret: quidam emuli regi clothario ſuaſerunt: q̄ niſi ei prouideret, regnum francie detrimentum non modicum ſuſtineret. Nam leonardus multos ſub obtentu religionis colligebat: ⁊ ſic in dolo regi inſidias parabat. Quibꝰ rex credulus eum expelli iuſſit. Uenientes autem milites adeo verbis eius compuncti ſunt: q̄ ſe ſuos futuros diſcipulos obtulerunt. Rex quoqꝫ penitens veniam petijt: ⁊ detractores rebus ⁊ honoribus priuauit ⁊ leonardū valde dilexit: ad cuius etiam preces emulos eius dignitatibus eorum reſtituit. Qui a deo ſimiliter impetrauit: vt quicunqꝫ in carcere tenerētur: mox inuocato ſuo nomine ſoluerentur. ¶ Cum autem die quadam orationi incumberet: ſerpens maximus a parte pedum vſqꝫ in eius ſinum intrauit. Qui ꝓpter hoc nullatenus ab oratione ſurrexit. Completa vero oratione dixit ei: vt ſi in ſe data ſibi fuiſſet vlla poteſtas: in eo faceret quicquid meruiſſet. Poſt hec autē cum duos epiſcopos diſcordantes ſedaſſet: in craſtinū ſe finiendū predixit. Qui ⁊ apud vendoperā monaſteriū in pace feliciter obdormiuit: vj. cal. decēbris.

¶ De ſcō Jacobo Interciſo mar. C.CXII.

Jacobus martyr cognomento interciſus apud perſidam paſſus eſt. Qui nobilis genere ſed fide nobilior ex regione perſarum ⁊ ciuitate elape oriundus: chriſtianis parentibus progenitus chriſtianus ⁊ ipſe vxorem habuit chriſtianā. Eratqꝫ notiſſimus regi perſarum: ⁊ inter optimates primus. Accidit autem vt a principe nimio amore ſeductus: ad colenda idola flecteretur. Quod mater ⁊ vxor audientes amaras litteras ei ſcripſerunt: in quibus eum de idolatria acrius redarguebant: ⁊ idem de cetero adherere repudiabāt. Cū autē iacobus litteras legiſſet: amare fleuit: ⁊ pro errore ſuo penitētiam agens ſe durius afflixit. Quod dum p̄nū-

ciuim quendā principi nūciatum eſſet: il-
le iacobū aduocās: interrogauit eū an na
zarenus: ⁊ per cōſequens magus effect⁹
fuiſſet. Qui rn̄dit: ſe chr̄ianū eſſe: magum
aūt minime. Et cū eidē multa ſupplicia
minaref: ⁊ ille ſe nulla tormēta formida-
re pteſtaret: Princeps de ɔſilio amicoꝝ
hanc ſniaȝ ſup iacobū tulit: vt ad alioꝝ ter
rorē mēbratiȝ puniref. Et cū quidā ex cō
paſſione ſup eū flerēt: ille dicebat: ne plo-
rarent: qꝛ ipſe ad vitā: ipſi vero ad interi-
tum feſtinarent. ¶ Tūc carnifices a ma-
nu dextra incohātes primū pollicē: dein-
de quattuor alios digitos eidē ſucceſſiue
pſciderunt: Deinde ad leuā accedentes:
omnes ſimiliter eideȝ quinqȝ digitos ſin
gillatim abſtulerunt. Et deinde ad pedeȝ
dextrum ſe curuantes omnes digitos ip-
ſius pedis ſucceſſiue abſciderunt. Quod
poſtmodum ſimiliter ⁊ ſiniſtro pedi fece-
runt. Ad quoꝝ ſingulorū omniū digitoꝝ
preciſioneȝ ſanctus martyr deo gratias a
gebat: ⁊ ſemper aliqua noua ⁊ vtilia pro-
ferebat: tormētaqȝ cuncta quaſi pro nihi-
lo ducebat. Tunc accedentes miniſtri pe
dē dextrū abſciderunt ⁊ deinde ſiniſtrū.
Abſciderunt ⁊ dexterā manū ad deinde
ſiniſtrā. Abſciderunt etiā brachiū dextrū
vſqȝ ad humerū ⁊ ſic poſtmodum ⁊ ſini-
ſtrum. Jāqȝ carnifices defecerant: eo qꝛ
a prima hora diei vſqȝ ad nonam in eius
ceſione ſudaſſent. Tunc accedētes ſcide-
runt ſurā dextri cruris: ſcindētes vſqȝ ad
femur. Deinde conuerſi ſiniſtri cruris ſu
ram precidendo: vſqȝ ad femur ſciderūt.
Beat⁹ vero iacobus ineffabili dolore pre
grauatus ad dominū exclamabat: ⁊ grās
agens chr̄o finē ſuo martyrio imponi exo
rabat. Eratqȝ ſicut truncū nullū habens
ſubſtētaculū nihilqȝ in eo hominis appa-
rebat niſi ſola lingua: qua dominū collau-
dabat. Multi quoqȝ de aſtantib⁹ eius tor
mentis cōpatientes deflebant: ⁊ non au-
dentes illum aſpicere faciem ſuam ope-
riebant. Tunc mandāte rege vnus ex car
nificibus acceſſit: ⁊ caput eius amputauit.
Cuius corpus chriſtiani in eius ciuitate
elape ſepelierunt. v. calen. decembris.

¶ De ſcō Clemēte flauio epo. C.CXIII.



Clemens
epiſcopus cognomen
to flauius apud metē
ſem ciuitateȝ claruit.
Hic conſul romanoꝝ
et patruus clementis
pape fuit: Qui a beato
petro apoſtolo bapti-
zatus ⁊ diſcipulus effect⁹: ⁊ ab eodē epo
ordinatus: ad galliā belgicā euangelizan
di gratia miſſus eſt: cū plurib⁹ alijs epis.
Et dum ad metenſem ciuitatē perueniſ-
ſet: a quodaȝ viro hoſpitio officioſe ſuſce-
ptus fuit. Cui ⁊ chrm̄ ei incognitū ⁊ inau-
ditum pdicauit: in quo omnia ſigna ſe fa-
cturum pmiſit: a quo ⁊ didicit in harena-
rio olim ab octauiano in ipſa vrbe cōſtru
cto: draconē igentē degere: qui alios dra
cūculos ex ſe genuerat: quoꝝ flatu mor-
tifero aer adeo peſtilens ⁊ infectus erat:
vt multis iā extinctis: ciuitas oīs in homi
nibus ⁊ aīalibus morbida foret: multiqȝ
langore depreſſi decūberēt. Cum autem
ſanctus clemēs liberationē ciuitatis pro-
miſiſſet hoſpes primos vrbis ipſius aduo
cat: ⁊ audita narrat. Et cōcurrēte oī pplo:
ſctūs epo primo qdē egris oratione ſua
ſanitateȝ reſtituit. Deinde ad amphithea
truȝ acceſit: vbi inuocato chriſti nomine:
draconem alijs maiorē ſtola ſua circa col
lum cinxit: eumqȝ vti manſuetum catulū
poſt ſe trahere cepit. Omnibus autem vt
a ſancto docti fuerant: kirieleyſon clamā-
tibus: ⁊ clementem ſequentibus: ipſe vſ-
qȝ ad flumen vrbi contiguum: quod ſalia
dicitur draconem traxit: ⁊ in eodē fluuio
demerſit. Omnis vero alia draconum et
ſerpentū multitudo maiorē beluā ſecuta:
⁊ in eo-

⁊ in eodez amne a ſcō ſubmerſa fuit. Sic/
qz ſcūs omnez populum ad xp̄m conuer/
tit: ⁊ baptizauit. Ibiqz pluribus annis ſe/
dem ep̄alem tenuit. Et poſt felix paſtoris
regimē in pace quieuit. v. calen. decēbris
Et in eodem oppido tumulatus iacet.

¶ De ſcis Barlaā ⁊ ioſaphath ↄf. C. cxiiij.

BArlaaz ⁊ ioſaphath heremi
te quorum vitam ioannes
damaſcenus cōpilauit apd
indiam claruerunt. Cū eni
vniuerſa illa patria xp̄ianis
et monachis impleta eſſet.
Rex quidam auenir xp̄ianos omnes et
precipue monachos perſequebat̄. Inte/
rea regi puer pulcherrimus naſcitur: ⁊ io/
ſaphath appellat̄: pro cuius natiuitate rex
cum omni populo diis immolauit: ⁊ qnq̄/
gintaquinqz aſtrologos: quid futurū eſſet
de puero interrogauit. Qui oēs ipſum ma
gnum in potentia ⁊ diuitiis futurum p̄di/
xerunt: tamen xp̄ianam religionem: quā
pater oderat colituruz: pronoſticati ſunt.
Quod rex plurimum expaueſcēs: in ciui/
tate ſeorſum palatium ſpecioſiſſimū con/
ſtrui fecit: ⁊ ibi pueꝛ ad habitandum po/
ſuit. Ibi ſecuz iuuenes pulcherrimos col
locauit: mandans illis: vt nec mortē: nec
infirmitatem: nec ſenectutē: nec pauper/
tatem: vel aliquid qd̄ poſſet afferre triſti/
tiam nominarent ei: ſed omnia iocunda
illi proponerent: quatenus nihil de futu/
ris cogitare poſſet. Et ſiquis ex miniſtris
infirmabatur: continuo ipſo amoto alius
ſurrogabatur: nec chriſtus ab aliquo no/
minari preſumebatur. Cum autem iuue/
nis adoleuiſſet in omni ſapiētia edoctus
admirans cur pater eum taliter recluſiſ/
ſet quendam de cōſeruis ſibi familiario/
rem de hoc interrogauit: dicēs ſe in mul/
ta triſtitia poſitum eo ꝙ ſibi foras egredi
nō liceret. Quod pater audiens ⁊ dolens:
equos parari fecit: et choros plaudentes
ante eum mittere: ⁊ ne quid ei feduz oc/
curreret diligēter prohibuit. Ipſo ergo ali
quando ꝓcedēte: vnum leproſum ⁊ vnū
cecum obuios habuit. Quos videns ⁊ ſtu
pens quid hoc eſſet inquiſiuit. Et a mini/
ſtris didicit: ꝙ paſſiones ſunt: que homi/
nibus accidunt. De quo ille propter inſue
tudinem talia videndi: vel audiendi an/
xius eſſe cepit. Alio die ſenez rugoſum ⁊
incuruatum ⁊ balbutiendo loquentē in/
uenit: ⁊ admirans de hoc etiam requiſi/
uit. Audiuitqz ꝙ propter annorum multi
tudinem ad talem ſtatum deuenit: cuius
finis eſt mors: quam oēs vel in ipſa etate
vel in minori experiri oporteret. Que om
nia iuuenis notans in multa erat triſtitia
ſed coraz patre pretendebat letitiam de/
ſiderans in via ſalutis edoceri. ¶ Cuz au
tem hec omnia monachus quidam nomi
ne barlaam habitans in deſerto terre ſen
naar: per ſpirituz cognouiſſet: admonitio
ne diuina mercatoris habituz aſſumpſit:
⁊ ad ciuitatem illam deuenit. Locutuſqz
eſt pedagogo ioſaphath: dicens ſe lapidē
precioſum venalem habere: qui ſua virtu
te quaſcunqz infirmitates curabat. Quez
regi ioſaphath vendere volebat. Ille au/
tem cum ſibi primo lapidem oſtendi pe/
tiuiſſet. Barlaā reſpondit ꝙ lapis ipſe ta/
lem virtutez haberet: vt ſiquis qui corpo
re non eſſet integer: ipſum aſpiceret: con
tinuo lumen oculorum amitteret: ⁊ quia
filius regis v̄go erat: prout ipſe audierat:
ideo ipſi ſoli lapidem oſtendere intende/
bat. Igitur pedagogus hoc ioſaphath nū/
cians: ipſum ad eū incōclaui q̄ totius in/
troduxit: quē rex humaniſſime ⁊ reuerēti
ter ſuſcepit. De q̄ barlaā ipſum plurimuz
cōmendauit: ⁊ incipiēs euz alloq̄ a quibuſ
dam pſuaſionibus ⁊ exēplis predicauit ei
de mundi creatiōe: ⁊ hominis p̄uaricatio
ne ac filii dei incarnatiōe: paſſiōe: ⁊ reſur/
rectiōe: nec non de die iudicii: ⁊ bonoꝛ ⁊
maloꝛ retributione longū ſermonē cōte/
xuit: ſuiſqz idolis plurimū exprobrauit:

⁊ de illoꝝ fatuitate exēpla propoſuit. Ce/
pit etiam contra vanā ⁊ falſam mundi de
lectationē multa diſputare: ⁊ finez oium
mortem cōprobare: ⁊ plura ad hoc in mo
dum fabularuz exēpla inducere. Cum au
tem eum rex interrogaſſet: quot annoruz
eſſet: ⁊ vbi habitare. Jlle reſpondit: ſe eē
annoꝝ.xlv. ⁊ in deſerto ſennaar degere.
E contra autē ioſaphath illum pluſq̄3.lxx.
annoꝝ ex apparentia iudicabat. Cui bar/
laam ait: ꝙ ſi a natiuitate ſua oēs eius an
nos querebat: recte exiſtimabat. Si vo a
tpe quo relicto ſeculo xp̄o viuere ceperat
non plus q̄3.xlv.annos habebat: quos in
heremo exegerat. Cū aūt eum ioſaphath
ad heremum ſequi vellet: noluit barlaam
eo ꝙ ex hoc rex indignatus mortem om/
nibus xp̄ianis inferret: ſed tpe oportuno
ad ipſum in poſterum veniret. Barlaam
igitur regis filiuz baptizans: ⁊ in fide opti
me inſtruens: eum oſculatus eſt: ⁊ ad lo/
cum ſuum reuerſus eſt. Poſtq̄3 autez rex
ouenir filium ſuum xp̄ianum factum au/
diuit: in dolorte nimio poſitus eſt. Quez
quidam amicus eius noie arachis conſo/
lans dixit: quendam ſenem paganum na
chor noie: barlaam per oia ſimilem eſſe.
Quem ſuaſit: vt rex aduocaret: ⁊ ipſe xp̄ia
num ⁊ barlaam ſe ſimulans cum philoſo
phis diſputans: primo xp̄ianorum fidem
defenderet: deinde ſe ſuperari permitte/
ret: ⁊ oia que docuerat retractaret: ⁊ ſic io
ſaphath ad deorum cultum rediret. Jgi/
tur dictus princeps cum exercitu ad que
rendum barlaam iuit: ⁊ nachor capto ſe
barlaam cepiſſe dixit. Quod filius regis
audiens magiſtrum ſuum captum amare
fleuit: ſed deo reuelante poſtmodum ip/
ſum non eſſe cognouit. Cum autem rex
filium minis et blanditiis per dies pluri/
mos propulſaret: vt ipſum ad ſuam volū/
tatem inflecteret: ⁊ ille nec minis terre/
ri: nec adulationibus ſeduci poſſet. Tan
dem rex dixit ei: ꝙ ad hoc ipſum declina/
re volebat: vt barlaaz: qui euz ſeduxerat:
et qui in carcere erat cum gentilibus ad
diſputandum conueniret: ⁊ ſi quidem il/
le obtineret: rex ei cederet. Sin autem:
ipſe cum ceteris chriſtianis ipſi conſenti/
rent. Quod cum regis filio placuiſſet: illi
cum nachor ordinant: vt ſe barlaam ſimu
lans: prius fidem chriſtianoruz defendat:
⁊ tandem ſe ſuperari permittat. Cum er/
go omnes in vnum conueniſſent. Joſa/
phath ſimulans ſe credere: ꝙ nachor bar
laam eſſet: ei dixit ꝙ ſi doctrinam ſuam:
quam eum docuerat: defenderet: in ipſa
perpetuo permaneret. Sin autem ſupera
tus eſſet: ipſum mala morte puniret: ne
vnq̄3 aliquis filios regum decipere preſu
meret. Quod audiens nachor vehemen/
ter expauit: videns ſe in foueam incidiſ/
ſe: quam fecit: ⁊ deliberauit melius filio
regis adherere: ⁊ ſic piculum mortis eua/
dere. Rex autem iam palā ei dixerat: vt
fidem ſuam ſine timore defenderet. Jn/
cepta igitur diſputatione cepit nachor fi/
dem chriſti euidenter defendere: ⁊ rōni/
bus communire: ita vt philoſophi muti ef
fecti: nihil omnino reſpondere ſcirēt. Jo
ſaphath aūt exultabat: eo ꝙ per veritatis
hoſtem dn̄s veritatem defendebat. Rex
igitur furens iuſſit conciliuz diſſolui: qua/
ſi de his ſequenti die denuo tractaturus.
Joſaphath aūt a patre magiſtrum ſuum
ſibi dari petiit: vt de reſponſionibus ad in
uicem ea nocte coferent: ⁊ ipſe ſecum ſu/
os econuerſo aſſumeret. Quem ei rex cō/
ceſſit: ſpem habens: ꝙ eū ſeduceret. Cuz
ergo regis filius nachor in domum duxiſ
ſet: ei manifeſtius ait: ꝙ eum quis eſſet:
non ignoraret: quia videlicet non barlaā:
ſed nachor aſtrologus foret. Cui ⁊ fidem
chriſti predicauit: ⁊ conuerſum mane ad
heremum miſit: vbi baptiſmum ſuſcipi/
ens heremiticam vitaz duxit. ¶ Hec au/
diens quidam magus theodas nomine
regi promiſit: ꝙ filiuz ſuum ad patrias le/

ges ſeduceret. Conſuluit ergo regi: vt a
filio cunctos remoueret: ꝛ ornatas ac de-
coras mulieres ad eum intromitteret: vt
cum eis continue conuerſari poſſet. Ipſe
vero ſpiritus libidinis ad eū mitteret: qui
eum ad concupiſcentiam inflāmaret: eo
ꝙ nihil facilius hominē ꝙ̄ mulier ſedu-
cere poſſet. Quod cuꝫ rex perfeciſſet. Pu-
elle quideꝫ iuueni ſemꝑ aſſiſtētes blādis
colloquijs demulcebant. Maligni vero
ſpiritus a mago miſſi caminū ignis in ei⁹
animum accendebant. Iuuenis vero ſe
totum deo cōmendans omnes tentatio-
nes ſuperabat. Deinde quandam puellā
pulcherrimā vnius regis filiaꝫ a patre or
batam: rex ad eum miſit. Cui dum ioſa-
phath predicare vellet. Illa ei reſpondit:
vt ſi eam ad xp̄m vellet adducere: ipſam
in coiugeꝫ deberet aſſumere: ꝛ ſic eam a
dānatiōe perpetua liberaret. Nā ꝛ chria-
ni mr̄imonia ꝯbebāt: ꝛ in eo ſtatu ſe ſalua
ri dicebāt. Hec dicēs puella turri aī. Illi⁹
fortiter ꝯcuſſit. Ignisqꝫ ꝯcupiſcētie a de-
monibus accēſus int⁹ ardere cepit. Ioſa-
phath aūt in anguſtia poſit⁹ cū lachrymis
in oratione ſe dedit: ꝛ orans aliquātuluꝫ
obdormiuit: viditqꝫ ſe duci ad pratū amē
tiſſimum floribus ꝛ cunctis delectationi-
bus exornatum. Deinde in ciuitatem au
ro ꝛ gēmis rutilantem ſe intromitti con-
ſperit: in qua tot diuitie ꝛ delitie reluce-
bāt ꝙ ibi perpetuo ſe dimitti poſtulabat.
Dictumqꝫ eſt ei: ꝙ ille locus eſſet beato-
rum: ad quem cum maximo labore ipm̄
deuenire oportebat. Deinde ad loca aſpe
ra teterrima adductus: audiuit ea loca
eſſe impiorum ꝛ damnatorum. Euigilans
autem ꝛ horum memorans pulchritudi-
nem puellarum velut ſtercora contemne
bat. Maligni autem ſpiritus ad theodaꝫ
reuerſi retulerunt: ꝙ ſigno crucis ab eo
ꝛ oratione fuerant effugati. Ad quem dū
magus vna cum rege introiſſet vt ei per-
ſuaderet: ipſe ab eo conuerſus baptiſmū
ſuſcepit: ꝛ laudabilem vitam duxit. Rex
igitur deſperans de conſilio amicoruꝫ di-
miſit ei dimidium regni ſui. Ille autem
ꝙ̄uis deſertum affectaret: tamē propter
fidei dilatationem ad tempus regnum ſu
ſcepit: ꝛ in ſuis ciuitatibus eccleſias fecit:
ꝛ cruces erexit: ꝛ omnes ad chriſtum cō-
uertit. Pater etiam tandem predicatio-
nibus filij fidem ſuſcepit: ꝛ baptizatus re-
gnum totū filio dimiſit: ac penitentie ope
ribus vacans laudabiliter vitam finiuit.
Ioſaphath autem barachiam regem pre-
nuncians plures fugere ad heremum vo
luit: ſed a populo coactus remanſit: vix tā
dem ab eis dimiſſus deſertum petiit: et
regalem habituꝫ pauperi tradens ipſe in
pauperrima veſte remāſit. Cui diabolus
multa impedimēta oppoſuit: aliquando
in eum euaginato gladio irruens: aliquā-
do in forma diuerſarum ferarum in eum
frendens. Que omnia ipſe inuocato chri-
ſti nomine ſuperauit. Biennio igitur ioſa
phath per heremum vagatus eſt: nec bar-
laā inuenire potuit. Tandē ad ei⁹ ſpelūcā
veniēs: ſtanſqꝫ ab extra ſe ab eo benedici
poſtulauit. Cui⁹ vocē barlaā cognoſcēs ꝛ
foras exiliens oſculantes ſe inuicē cū la-
chrymis et amplexibus conſtringebant.
Ioſaphath autē que acciderāt oīa refere-
bat. Ille vero imenſas deo grās agebat.
¶ Manſit autem ioſaphath ibidem an-
nis multis in abſtinentia mirabili et ſan-
ctitate. Completis vero diebus vite ſue
barlaam in pace quieuit. Ioſaphath autē
in anno. xxv. regnum deſſerens. xxxv. an-
nis heremiticū laborē ſuſtulit: ꝛ ſic mul-
tis clarus virtutibus in pace quieuit: ꝛ cū
corpore barlaam ſepultus fuit. Quorum
amborum corpora barachias rex reuerē-
ter inde aſſumpſit: ꝛ in eius ciuitatē trāſſe-
rens honorifice collocauit. v. calen. decē-
bris ad quorum tumulū miracula fiunt.

¶ De ſctis Fauſto Diuo ꝛ Amonio mar-
tyribus. Cap. CXV.

Fauſtus preſbyter: diuus et amonius cũ alijs pluribus epĩs ex egypto: ⁊ clericis ⁊ laicis ſexcẽtis ⁊.lx. apd alexãdriam ciuitatez paſſi ſunt. Qui cũ beato petro eiuſdẽ vrbis epõ comprehẽſi: ⁊ in carcerem truſi. Jubẽte maximiano imperatore poſt ipſius bti martyris paſſionem: oẽs gladio trucidati ſunt. v.cal.decembris. Quorũ omnium corpora apud alexandriã tumulata ſeruantur: vt dicit ado.

¶ De ſcõ Soſthene diſcipulo. Ca. cxvj.

Soſthenes diſcipul⁹ apoſtolorum fuit: de q̃ beatus paul⁹ prima ad cori.j.cap. mentionem facit. Ubi dicit raban⁹ in gloſa: q̃ iſte ſoſthenes corinthius doctor erat: multũqz pro fratribus ſolicitus: id ſpecialiter ab apoſtolo eſt aſſumptus. ſ. ꝑpter ſuam humanitatem: ⁊ ꝑpter firmiorez narrationis cõfirmationem: vt in ore duoꝝ vel trium teſtium ſtaret omne verbum. Hic fuit vnus ex.lxxij. chriſti diſcipulus: vt abbas dorothe⁹ tradit: qui ⁊ colophonie epiſcopus fuit ⁊ apd corinthum ciuitatẽ ſuam ſctõ fine qeuit. iiij.calendas decembris.

¶ De ſancto Gregorio papa ſecundo. Cap. CXVII.

Gregorius papa huius noĩe ſcõs natione ſyrus ex patre ioãne: cõſtantino pape prio in epatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit ãnos. xvj. menſes. viij. dies.ix. Hic fuit vir caſtiſſimus diuine ſcripture eruditus: loq̃la facundus: aĩo conſtans: eccleſiaſticorum erroꝝ deſtructor ⁊ contrarijs fidei fortiſſimus impugnator. Hic bonifacium monachum a britãnia veniẽtem epm conſecrauit: ⁊ per eum gentem germanorũ ſedentem in tenebris ⁊ vmbra mortis: doctrina lucis ad xp̃m conuertit. ¶ Hic etiaz ꝑ petronium ciuem brixienſem cenobium beati bñdicti apud caſtrũ caſſinum reedificauit: quod pluſq̃ centum annis a tpe longobardoꝝ fuerat deſolatum. Hic etiam cum leo imperator imagines xp̃i ⁊ beate virginis ⁊ aliorum ſcõꝝ in ciuitate conſtãtinopolitana igne cremari iuſſiſſet: idẽ ipſi facere precipiens: nõ ſolum fecere renuit: ſed etiam imperatorem pro ipſo facto anathematizauit. Deinde diſtributis oibus eccleſijs ⁊ monaſterijs atqz omni clero in pace quieuit. Sepultus ẽ ad ſanctum petrũ: ⁊ ceſſauit epatus dies tres.

¶ De ſcõ Gregorio papa tertio. C.cxviij.



Gregori⁹ papa hui⁹ nominis tertius natione romanus ex patre marcello gregorio pape ſecũdo in põtificatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos.x. menſes.viij.dies.xxx. Hic erat vir mitiſſimus et valde ſapiens: in diuinis ſcripturis ſufficienter inſtructus: greca latinaqz lingua eruditus: atqz exercitatus in ſenſibus diuinarum ſcripturarum ſubtiliſſima exortatione elimatus exhortator omnium bonorum: plebiqz florentiſſima catholice fidei ac ſalutaria predicans: corda fidelium dicto factoue corroborans: orthodoxe fidei emulator atqz defenſor fortiſſimus: chriſtianaz religionem diligenter complectens: paupertatis amator. Erga inopum prouiſionem non ſolum mentis pietate: ſed etiam ſtudij labore ſolicitus. Captiuorũ redemptor et debitorum: orphanis quoqz ⁊ viduis cum omni diligentia largiter neceſſaria tribuens. Quamobrem deo fauẽte non ſolum ad ſacrum preſbyteratus ordinem peruenit: ſed etiam dum in exequijs ſui deceſſoris ante pheretrum eius fuiſſet inuẽtus: omnis romanus populus

a magno vſq3 ad paruum diuina inſpiratione ſubito permoti per vim eum auferentes in pontificatus ordinem elegerūt tempore leonis ⁊ conſtātini imperatorū. ¶ Hic addidit in canone quoꝝ ſolēnitas hodie in cōſpectu maieſtatis tue celebratur: dn̄e deus noſter in toto orbe terrarū: intra quorū nos cōſortiū ⁊c. ¶ Hic etiā cum leonem imperatorem ob depoſitionem imaginū chriſti ⁊ ſanctorū incorrigibilē vidiſſet: qui ab eius ꝑdeceſſore anathematis pena fuerat inuolutus: romam ⁊ italiam ⁊ heſperiam totā ab eius iugo diſcedere fecit: ⁊ vectigalia iterdixit. Synodūq3 fere mille eꝑoꝝ rome celebrās: venerationē ſanctaꝝ imaginū confirmauit: atq3 violatores generali ſnīa anathematizauit. Hic etiā cū roma a rege liudprando longobardoꝝ obſideret: miſit nauigio ad carolū pipini patrē regē francoꝝ: claues confeſſionis ſancti petri: rogās vt romanā eccleſiam a longobardis liberaret. Nolēs ab iperatore cōſtantinopolitano heretico quēadmodum hactenus fuerat conſuetudo: auxilium poſtulare. Et ex tunc cōſtātinopolitani iperatores romane eccleſie patrociniū amiſerunt. Et poſt q̄ omnia feliciter perfeciſſet ipſe ſanctus vir in pace quieuit quarto calendas decēbris. Et ſepultus eſt ad ſanctum petrum: ⁊ ceſſauit epiſcopatus dies .ix.

¶ De ſanctis Papyrio ⁊ Manſueto epiſcopis ⁊ martyribus. Cap. CXIX.

Papyrius ⁊ manſuetus epī ⁊ martyres tpe vandalice pſecutōis ſub gerſerico rege arriano paſſi ſunt. Qui pro catholice fidei defenſiōe candentib9 laminis ferreis toto corpore aduſti: glorioſū agonē cōſumauerūt. iiij. cal. decēbris. Quo videlz tpe ⁊ alij ſci epī. ſ. eugeni9 carthaginēſis: valerianus: vrbanus: creſcēs: euſtathius: creſcentian9: creſconius: felix hortolan9: ⁊ florentianus: ꝑpter veritatis eādē ꝑdicationē dānati exilio in ꝯfeſſione pietatis curſū vite ſue ꝯſumauerūt: de q̄bus ſupra dcm̄ eſt tertio idus iulij. Hec victor aphrican9.

¶ De ſcīs Ruſo ⁊ ſociis mar. C.CXX.

Ruſus martyr cū alijs pluribus de domo ſua rome paſſi ſunt: ſub perſecutiōe diocletiani iperatoris. Hic nobilitate generoſa iſignis cū eſſet patricius vrbis ꝑdicatione ⁊ exēplo beati ſebaſtiani martyris ad fidē chri ꝯuerſus: ⁊ cū omni domo ſua a ſcō policarpo pſbytero baptizat9 eſt. Quē cū oībus alijs diocletianus detētū: ⁊ capitali ſnīa punitū: chri martyres eo fecit. iiij. calē. decembris. Hec ado.

¶ De dedicatōe eccl'ie materialis. c. cxxi.

Dedicatio eccleſie ſolēniter iter alias feſtiuitates ſanctorum celebrat: que deo vltimo ponitur: quoniam certum diē non habens: anniuerſaria dies conſecratiōis cuiuſlibet eccleſie ſuo tempore recolitur. Et quoniam duplex eſt eccleſia ſiue templum ſcilz materiale ⁊ ſpirituale. Ideo primo agendum eſt de dedicatiōe templi materialis: deinde de dedicatione templi ſpiritualis. ¶ Circa dedicationem autem eccleſie ſiue tēpli materialis tria videnda ſunt. ¶ Primo quare dedicatur. ¶ Secundo qualiter conſecratur. ¶ Tertio per quos prophanatur. ¶ Et quia in templo duo ſunt que conſecrantur. ſ. altare ⁊ ipſum templum. ¶ Iō primo videndum eſt quare conſecretur altare. ¶ Secundo quare templū. ¶ Altare autem cōſecratur ad tria. ¶ Primo ad ſacramentum domini offerēdum: geneſis. viii. Edificauit noe altare domino: ⁊ tollens de cunctis pecoribus ⁊ volucribus mundis obtulit ſuper altare. Hoc autem ſacramentū eſt corpus ⁊ ſanguis chri

ſti: quod in memoriam paſſionis dominice imolamus. Habemus eniʒ triplex memoriale dominice paſſiones. ſcilʒ. ¶ Paſſiones chriſti imaginibus depicte: quãtuʒ ad viſum: qꝛ picture ſunt quaſi libri laicorum. ¶ Paſſiões chriſti ſermonibus predicate: qͣtum ad audituʒ. ¶ Et paſſiones chriſti in ſacramentis repreſentate: qͣtuʒ ad guſtum: odoratum: ꝛ tactũ: vt per omnes corporis ſenſus paſſiones chriſti memoris mẽtibus fideliuʒ imprimat᷑. ¶ Secundo ad nomen domini inuocandum: geñ. xij. Edificauit abraaʒ altare domino: qui apparuit ei: ꝛ inuocauit ibi nomẽ domini. Hec autẽ inuocatio ſcđm apoſtolũ hẽt fieri. ¶ Per obſecrationes: que ſiunt ꝓ malis remouẽdis. ¶ Per orões q̃ ſiũt ꝓ bonis ipetrãdis. ¶ Per poſtulatiões: q̃ ſiũt pro bonis cumulãdis. ¶ Et ꝑ grãrũ actões: q̃ ſiũt ꝓ bonis ꝯſeruãdis. ¶ Jnuocatio aũt q̃ ſit ſuꝑ altare dicit᷑ miſſa: ex eo ꝙ celeſtis miſſus. ſ. chꝛis a pr̃e mittit᷑: q̃ ipſaʒ hoſtiam cõſecrat: ꝛ idẽ per nos ad patrem mittit᷑: vt pro nobis itercedat. Que quidem miſſa tribus linguis canitur ſcilʒ hebraica greca ꝛ latina. ¶ Hebraica ſunt alleluia: amen: ſabaoth: oſanna. ¶ Greca kirieleyſon. ¶ Latina reliqua omnia. Et hoc ad repreſentandum titulum dominice paſſionis: dictis tribus linguis deſcriptum: vel quia omnis lingua debet chriſtum confiteri: quorum omnium he tres ſunt principaliores. ¶ Tertio ad cantandum eccleſiaſtici. xlvij. Stare fecit cantores contra altare ꝛc. ¶ Tres autem ſunt ſpecies ſoni que faciũt tres modos: vt dicit hugo de ſancto victore. ¶ Fit enim ſonus pulſu flatu ꝛ cantu. Ad citharam pertinet pulſus: ad organum flatus: ad vocẽ cantus: vt huic conſonantie ſonorum referatur concordia morum. Si referatur ad pulſum cithare manũ operatio: ad flatum organi mentis deuotio: ad cantum vocis ſermonum exhortatio. Hoc autem triplex genus muſicorum refert ad triplicem differentiã officij eccleſie: vt dicit᷑ in mitrali. Nam officiuʒ eccleſie conſiſtit in ꝑs: in cantu: ꝛ lectionibus. ¶ Ad primuʒ genus qđ ſit pulſu vt in pſalterio ꝛ ſimilibus refertur pſalmodia. Ad ſcđm quod ſit voce referuntur lectiones: Ad tertiuʒ quod ſit flatu ſicut in tuba refertur cãtus. ¶ Templum autem ſiue eccleſia conſecratur. propter. v. rationes. ¶ Primo vt inde diabolus ꝛ eius poteſtas expellat᷑ ſic᷑ refert gregorius in libro dialogorum: de quadã eccleſia arrianorũ in nomine beate agathe cõſecrata: de qua viſibiliter demones in forma porcorũ inde exiſſe pluribus apparuerunt. ¶ Scđo vt ad eaʒ cõfugientes ſaluẽtur: Unde dicit canõ. Reos ſanguinis defendit eccleſia: ne vitam perdant ꝛ membra. Tali eniʒ priuilegio eccleſie dedicate de iure cõi potiunt᷑. Et ob hoc ioab fugit in tabernaculũ domini: ꝛ apphẽdit cornu altaris. iij. Re. ij. ¶ Tertio vt ibidem orationes exauditur. iij. Re. viij. Quicunqʒ orauerit in loco iſto: tu exaudies eos in loco habitaculi tui in celo: ꝛ cum exaudieris propitius eris: Unde in oratiõe dicit eccleſia. Quiſquis hoc tẽplum benefi. peti. ingre. cuncta ſe impetraſ. letetur. ¶ Adoramus autem in ipſis eccleſijs ad orienteʒ. ¶ Primo vt patriã noſtram nos requirere oſtendamus. Nã deus in oriente paradiſum plantauit: ibiqʒ hominem poſuit: trãſgreſſum vero ad occidentem eiecit. ¶ Secundo vt ad ipſum crucifixum reſpiciamus. Nam dominus crucifixus ad occidẽtem reſpiciebat: et ita adoramus ad ipſum reſpicientes. ¶ Tertio vt veniẽtem iudicem expectare monſtremus. Nam aſſumptus ad oriẽtem ſurſum ferebatur: ꝛ ita veniet ad iudicandum: ad occidentem aſpiciẽs. Hec omnia damaſcenus: libro. iiij. cap. quito. ¶ Quarto conſecrat᷑ vt ibidẽ deo laudes ſoluantur: Hoc autem ſit in. vij. horis ca-

nonicis inter alias priuilegiatis. Nam in nocte media qua matutinum celebratur: christus natus eſt captus ꝛ illuſus a iudeis: ꝛ in hac hora infernum ſpoliauit. In media etiam nocte ad iudicium ventur⁹ aſſeritur. Adduntur etiā matutinales laudes quia in mane egyptios ſubmerſit in mare: mundum creauit: et reſurrexit. ¶ In hora prima chriſtus ad templū cōueniebat: pilato preſentatus fuit: ꝛ ſurgēs mulieribus apparuit. ¶ In hora tertia a pilato ad colūnā flagellatur: morti adiudicatur: ꝛ ſpiritusſanctus in apoſtolos mittitur. ¶ In. vj. clauis in cruce configitur: tenebre per totum mundum fiunt: ꝛ ſol obſcuratur: ꝛ in die aſcenſionis cum diſcipulis recumbēs conuerſaꝫ. ¶ In nona chriſtus ſpiritum emiſit: miles latus eius aperuit cetus apoſtolorum ad orādum venire conſueuit: ꝛ chriſtus in celum aſcēdit. ¶ In veſpera chriſtus in cena ſacramentū ſui corporis inſtituit: pedes diſcipulorū lauit: de cruce depoſitus fuit: diſcipulis in habitu peregrini ſe oſtendit. ¶ In cōpletorio chriſtus ſanguineas guttas ſudauit: in monumēto poſitus quieuit: reſurgēs pacē diſcipulis: nūciauit. In his ergo horis predicta beneficia recolimus: ꝛ pro ipſis deo gratias reddimus. ¶ Quinto cōſecraꝫ: vt ibidē ſacramenta miniſtrentur quorū quedā miniſtrantur intrātibus vt baptiſmus: quedam exeuntibus vt extrema vnctio: quedam cōmorantibus: ꝛ horum quidam ſunt miniſtrātes: his datur ordo: quidā pugnantes: ꝛ horū quidā ſuccumbunt: his daꝫ penitētia: quidā īſiſtūt: ꝛ his conferꝫ audacia animi vt roborenꝫ: ꝛ hoc per confirmationem: cibus: vt ſubſtententur: ꝛ hoc per eucbariſtie ſumptionē: fit remotio impedimenti ne deiciaꝫ: ꝛ per hoc per matrimonii coniunctionē. ¶ Secundo videndum eſt qualiter cōſecreꝫ: ꝛ primo de altare ſecundo de ipſa eccleſia. ¶ Ad conſecrationem aūt altaris quinqꝫ ɔcurrūt. ¶ Primo quattuor cruces de aqua bñdicta in quattuor cornib⁹ cōfiguranꝫ. ¶ Secundo ipſum altare ſepties cū aqua eadē aſpergiꝫ. ¶ Tertio incēſuꝫ in ipſo cremaꝫ. ¶ Quarto chriſmate inūgiꝫ. ¶ Quito mūdis pānis opiꝫ. Hec autē repñtant ea que debēt hēre ad altare accedētes. Debēt enim habere charitatē quadruplicē. ſ. ad deū: ad ſe ipſos: ad amicos: ꝛ ad inimicos: ꝛ hec ſignificant quattuor cruces quattuor cornib⁹ altaris facte. de his gen. xxviii. Dilataberis ad orientē ꝛ occidētē ꝛ ſeptē. ꝛ meridiē. Uel p q̄ttuor cruces oſtēditur ꝙ chrs per crucē q̄ttuor mundi partes ſaluauit: Uel vt oſtēdaꝫ ꝙ quattuor modis debem⁹ crucē portare. ſ. in corde p meditationē: i ore p ɔfeſſionē: in corpe per mortificationē: in facie p impreſſionē. ¶ Septē aūt aq̄ aſpſiones ſunt vij. ſanguinis xp̄i effuſiōes. ¶. Quaꝝ pria fuit in circūciſiōe: ¶ Secunda in orone. ¶ Tertia i corpis flagellatōe. ¶ Quarta in capitis coronatōe. ¶ Quita in manuū pforatione. ¶ Sexta in pedū cruci affixione. ¶ Septia in lateris aptiōe. ¶ Circuitus aūt altaris ſignificat vigilātiā ꝛ curam quā debēt hēre miniſtri altaris erga ſubditos ne īcidāt in. vij. vitia capitalia Cant. Inueneīt me vigiles q̄ cuſto. ciuitatē ꝛc. ¶ Debēt etiā hīe orōnē feruētē ꝛ deuotā: qđ ſignificaꝫ p ɔcremationē thuris. Habꝫ eni thus v̄tutē aſcēdēdi ex fumi leuitate: ɔſolidādi ex q̄litate: conſtringēdi ex glutinitate: cōfortādi ex aromatitate. Sic oro aſcēdit in dei memoriā: aīam ɔſolidat q̄ntū ad culpā p̄teritā impetrando medelā: conſtringit q̄ntum ad futurā impetrando cautelam: confortat q̄ntum ad preſenteꝫ impetrando tutelam. ¶ Uel poteſt dici: ꝙ deuota oro per thus ſignificaꝫ: qꝛ habꝫ ad deum aſcendere. ps. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum ꝛc. apocaľ. viii. Data ſunt ei icēſa multa: vt daret de oratiōib⁹ ſanctorū ꝛc. ¶ Debēt inſuper habere ni-

torem conſcientie: ⁊ odorem bone fame.
Quod ſignificatur per chriſmatis vnctio-
nem: quod conficitur ex oleo ⁊ balſamo.
Oleum enim eſt nitor cõſcientie quã de-
bẽt habere puram. gal. Gloria noſtra hec
eſt teſtimonium conſciẽtie noſtre. Balſa-
mum eſt odor bone fame: quã debent ha
bere claram: p̄ria timo. iij. Oportet ep̄m
teſtimonium habere bonuȝ: ⁊ ab his qui
foris ſunt ⁊c. ¶ Debent preterea habere
munditiam operationis ſcẽ: quod ſignifi-
catur ꝑ pannos albos ⁊ mundos: quibus
altare veſtitur. Apocal. iij. Veſtimẽtis al-
bis induaris: vt non appareat cõfuſio nu-
ditatis tue. Bern. Modicum valet acce-
dẽti ad altare: ſi habet dignitateȝ ſummã
⁊ vitam infimaȝ. ¶ Scd̄o videndum eſt
de eccleſia qualiter conſecretur: ad quod
quattuor concurrũt. ¶ Primo enim ep̄s
eccleſiã ter circuit: ⁊ qualibet vice ad ia-
nuam veniens baculo ꝑcutit dicens. Tol
lite portas ⁊c. ¶ Scd̄o interius ⁊ exteri⁹
aqua bñdicta eccleſiam aſpergit. ¶ Ter-
tio in pauimento crucẽ de cinere facit ex
tranſuerſo angulo orientis vſqȝ ad angu-
lum occidẽtis ⁊ econuerſo: ⁊ ibidẽ litte-
ris grecis et latinis alphabetũ deſcribit.
¶ Quarto in parietibus eccleſie. xij. cru-
ces depingit: ante quas cereos. xij. accen-
dit: ⁊ ipſas chriſmate inungit. ¶ Primũ
ergo. ſ. triplex circuitus ſignificat triplicẽ
circuitum quẽ fecit xp̄s propter ipſius ec-
cleſie ſcificationem. ¶ Primum quo de
celo venit in mundum. ¶ Scd̄m quo de
mundo venit ad limbũ. ¶ Tertium quo
de limbo reſurgẽs aſcẽdit ad celũ. ¶ Pri
mum fuit ad ſaluationẽ peccatoꝝ. ¶ Se-
cundũ ad liberationem dãnatoꝝ. ¶ Ter
tium ad glorificationẽ beatoꝝ. ¶ Vel tri
plex circuitus fit ad oſtendẽdum ꝙ eccle
ſia conſecrat̃ ad honorẽ trinitatis. ¶ Vel
ſignificat triplicem ſtatum ſaluandorum
qui ſunt virgines: continentes: ⁊ coniuga
ti: qui etiã deſignantur in diſpoſitiõe ma-
terialis eccleſie. Nam ſanctuarium ſigni-
ficat virgines: chorus continẽtes: corpus
nubentes. Strictius eſt ſanctuariũ ꝙ̃ cho
rus: ⁊ chorus ꝙ̃ corpus: quia dignior ẽ or
do virginum ꝙ̃ continentum: ⁊ continẽ
tum ꝙ̃ coniugatorum: vt dicit ricardus.
¶ Scd̄m. ſ. trina ad hoſtiuȝ ꝑcuſſio: ſigni-
ficat triplex ius: quod habet xp̄s in eccle-
ſia. Eſt enim ſua creatione redẽptione et
glorificatione: ⁊ hoc triplici iure ei debet
aperiri: vt dicit anſelmus. ¶ Tertium ſ.
exclamatio Tollite portas ⁊c. ſignificat
trinam eius potentiam. ſ. in celo: in mun-
do: ⁊ in inferno. ¶ Scd̄m. ſ. aque bñdi-
cte interius ⁊ exterius aſperſio fit triplici
de cauſa. ¶ Primũ propter demonis ex-
pulſionẽ: vt dicitur in exorciſmo aque. Fi
as aq̃ exorcizata ad effugandum inimi
cuȝ ⁊c. Fit aũt hec aqua: ex aqua: vino: ſa-
le: ⁊ cinere: q̃s quattuor maxime expellũt
diabolum. ſ. ¶ Lachrymaꝝ effuſio: que ꝑ
aquam. ¶ Spiritualis exultatio: que ꝑ vi
num. ¶ Matura diſcretio: que ꝑ ſalem.
¶ Expfunda humiliatio: que ꝑ cinerem.
¶ Scd̄o propter ipſius eccleſie expiatio-
nẽ. Oĩa enim terrena ꝑpter peccatũ ſunt
corrupta: ⁊ ideo locus aſpergit̃: vt ab im-
munditia purgetur. Unde in lege oĩa pe-
ne aqua mundabant̃: ¶ Tertio ꝑpter re
mouendam maledictioneȝ. Terra enim
a principio cum oĩ fructu ſuo maledictio-
nem accepit: aqua vero nulli maledictio-
ni ſubiacuit. Hinc eſt: ꝙ dñs comedit pi-
ſcem: ſed nunꝙ̃ legitur comediſſe carneȝ
niſi agni paſchalis propter preceptum le-
gis. ¶ Tertiuȝ. ſ. alphabeti deſcriptio: re
preſentat. ¶ Primo coniunctionem vtri
uſqȝ populi: videlicet gentilis ⁊ hebrei ꝑ
crucẽ xp̄i factaȝ. Unde ⁊ illa crux ex tran-
ſuerſo ducitur ab angelo orientis vſqȝ ad
angulum occidentis: ad ſignificãdum: ꝙ
populus dexter factus eſt ſiniſter: ⁊ q̃ erat
in capite: factus eſt in cauda ⁊ ecõuerſo.
¶ Scd̄o repreſentat paginaȝ vtriuſqȝ te-

ſtamenti per crucem xp̄i adimpleti: vnde
mo:iens ait conſumatum eſt. Et crux ex
tranſuerſo ducitur: quia vnum teſtamen/
tum in alio continetur: quia rota eſt in ro
ta. ¶ Tertio repreſentat articulos fidei:
quibus rudes ⁊ neophyti de vtroqȝ popu
lo erudiuntur: qui ſe cinerem ⁊ puluereȝ
reputare debent: iuxta illud geñ. xviii. Lo
quar ad dñm meum cum ſim puluis ⁊ ci/
nis. ¶ Quartum. ſ. in. xii. locis crucis im/
preſſio illuminatio ⁊ inūctio fit triplici ra
tione. ¶ Primo propter demonum ter/
rorem: qui inde expulſi ſunt: vt videntes
ſignū crucis: illuc ingredi non preſumāt.
¶ Scḋo propter triumphalem oſtenſio/
nem. Cruces enī ſunt verilla xp̄i: vt oſtē/
datur: φ locus ille dominio xp̄i eſt ſubiu/
gatus. Cruces depinguntur: ſicut quādo
ciuitas aliqua ab imperatore capitur: im/
periale verillum in ea erigit̃. ¶ Tertio ꝑ
pter apoſtoloruȝ repreſentationē. Nam.
xii. luminaria ante cruces poſita ſignificāt
xii. apoſtolos: qui per fidem crucifixi mū/
dum illuminauerūt. Cruces aūt chriſma
te vnguntur: quoniā apl̄i fidē paſſiōis xp̄i
ad cognitionē inflāmauerunt: ⁊ ad amo/
rem vnxerunt: videlicet ad conſciētie ni/
torem quod per oleum: et ad bone fame
odorem: quod per balſamum. ¶ Tertio
vidēdum eſt qualiter ⁊ per quos eccleſia
prophanetur. Sciendum: φ domum dei
per tres legimus prophanari. ſ. per hiero/
boam: per nabuzardā ⁊ ꝑ antiochuȝ. Hie/
roboam ſicut legitur. iii. R̃e. xii. duos vitu/
los fecit ponens vnum in dan ⁊ alterum
in bethel: que dicitur domus dei. ⁊ hoc ꝑ
pter auaritiam fecit: ne. ſ. regnum ad ro/
boā rediret. Nabuzardan ſicut legit̃. iiii.
R̃e. xxv. domum dei combuſſit. Nabuzar/
dan princeps coquorum ſignificat gulam
⁊ laſciuiaȝ. Rex antiochus qui fuit ſuper/
biſſimus ⁊ ambicioſus domum dei pollu
it: ⁊ contaminauit ſicut habet̃ primo ma/
chabeorum. i. ⁊ ſignificat ipſaȝ ſuperbiā.

Ad denotādum φ per hec tria vitia cleri/
corum domus dei. i. eccl̄ia prophanat̃. ſ.
per auaritiam gulam ⁊ ſuperbiā. ¶ Pri/
mum cōmuniter viget in religioſis: ſcḋm
in clericis: tertium in prelatis. ¶ Et ſicut
per tres eccleſias fuit prophanata: ita ⁊ ꝑ
tres alios extitit dedicata. ſ. ꝑ moyſen. Sa
lomonē ⁊ iudā machabeū per φ inſinua/
tur φ dedicantes domuȝ dei debent ha/
bere humilitateȝ que in moyſe. Sapiētiā
et diſcretionē que i ſalomōe. Uere fidei
ɔfeſſionē que i iuda machabeo denotat̃.

¶ De Dedicatione eccleſie ſpiritua/lis. Cap. CXXII.



Dedica/tio eccl̄ie ſiue templi
ſpiritualis: quod ſum⁹
nos: iuxta illud apoſto
li templum enim dñi
ſanctum ē: quod eſtis
vos. Exiterum. Neſci
tis φa corpora veſtra
templum ſunt ſpiritusſancti: ſub ſolēnita/
te dedicationis materialis tēpli ab eccle/
ſia celebrat̃. Nā ſicut ait auguſtinus. Quo
tienſcūqȝ altaris vel templi feſtiuitatem
colimus: ſi fideliter ⁊ diligenter attēdim⁹
⁊ ſancte ac iuſte viuimus: quicquid in tē/
plis manufactis agitur: totuȝ in nobis ſpe
ciali edificatione cōpletur. Ipſa enim ſpi
ritualis eccleſia conſtruitur ex lapidibus
viuis: prime petri ſcḋo. Tanq̄ȝ lapides vi
ui ſuper edificamini ⁊c. Ex lapidib⁹ qua/
dris. Naȝ quattuor laterā lapidis ſpiritua
lis ſūt fides ſpes charitas ⁊ operatio: que
equalis ſunt quia vt dicit gregorius. Quā
tum credis tantum ſperas: quantum cre
dis ⁊ ſperas tantum diligis ⁊ quantū cre/
dis ſperas ⁊ diligis tantum oparis. ¶ In
hoc quidem templo altare eſt cor noſtrū:
ſupra quod tria debēt deo offerri. ¶ Pri
mum ignis dilectiōis perpetue. Leui. vn
decio. Ignis nūq̄ȝ deficiet i altari. ¶ Se/

cundū incenſum orationis odorifere: primo parab. vi. Aarō ⁊ filij eius adolebunt incenſum ſuper altare ⁊c. ℂ Tertium ſacrificium iuſtitie: quod ſacrificium conſiſtit in oblationibus penitētie: in holocauſtis dilectōis perfecte: ⁊ in vitulos carnis mortificaī. Pſalmiſta. Acceptabis ſacrificium iuſti. oblationis ⁊ holocauſta: ⁊ tūc imponēt ſuper altare tuū vitulos. ℂ Templum autem ſpirituale: quod ſumus nos adinſtar tēpli materialis cōſecraī. ℂ Primo enim ſummus pontifex chriſtus hoſtium cordis clauſum inueniens circuit: dum Peccatuzoris cordis ⁊ opis ad memoriam eius reducit. De hoc triplici circuitu dicitur eſaie vigeſimotertio. Sume cytharam: quo ad primum circui ciuitatē ſcilicet cordis: quo ad ſecūdum meretrix obliuioni tradita: quo ad tertium. ℂ Secundo ipſum hoſtiuz cordis clauſum ter percutit vt ſibi aperiat. Percutit enim ipſuz cor ictu beneficij conſilij ⁊ flagelli: de qua triplici percuſſione dicitur prouer. primo. Extendi manum meam: quo ad primum: deſperiſtis loquitur ad malos omne conſilium meum: quo ad ſecunduz ⁊ increpationes meas ne glexiſtis: ꝗ ad tertium. ℂ Uel ter percutit dum rationalez mouet ad peccati cognitionem: concupiſcibilem ad dolorem. Iraſcibilez ad vindictam ⁊ deteſtationem. ℂ Tertio ipſuz templum ſpiritualiter aqua intus ⁊ extra debet irrigari. Hec autē tria irrigatio trina eſt lachrymarum effuſio. Mens enim viri ſancti vt dicit gregorius: dolore afficitur conſiderādo vbi fuit: vbi erit: vbi eſt: ⁊ vbi non eſt. Ubi fuit inquit in peccato: vbi erit in iudicio: vbi eſt in miſeria: ⁊ vbi non eſt in gloria. Huic autez aque admiſcentur ſal vinuz ⁊ cineres: quia cum his lachrymis debet admiſceri vinum ſpiritualis exultationis: ſal mature diſcretionis: ⁊ cinis profunde humiliationis. Uel per vinum lymphatuz intelligitur verbū incarnatum: per ſalez ſanctitas eius vite: que eſt omnibus condimentum: per cinerem paſſionis eius ſupplicium. His igitur debemus cor noſtrum aſpergere ſcilicet beneficio incarnatiōis: per quod prouocemur ad humilitatem: exemplo eius conuerſationis per quod informetur ad ſanctitatem: et memoria eius paſſionis per quaz incitemur ad charitatē. ℂ Quarto in hoc templo cordis ſcribitur ſpirituale alphabetum ſiue ſpiritualis ſcriptura. Que quidem triplex eſt ſcilicet. ℂ Dictamina faciendorum. ℂ Teſtimonia diuinorum beneficiorum. ℂ Et accuſatio propriorum delictorum ro. ij. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis ſunt faciunt eiuſmodi legem non habentes: ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Ecce primum teſtimonium: reddente conſciētia ipſorum. Ecce ſecundum: et inter ſe cogitationum accuſantium. Ecce tertium. ℂ Quinto debent pingi cruces. i. aſſumi penitentie aſperitates: que debent inungi et illuminari: quia non ſolum ferende ſunt patienter ſed etiam libenter: quod per vnctionez: ⁊ ardenter quod per ignem. Unde Bernard. Qui minatur: timore crucem chriſti portat: qui amore portat patienter: que proficit in ſpe portat libēter: ſed qui conſumitur in carne amplectitur iam ardenter. ℂ Qui igitur hec omnia habebit: vere templum ad honorem dei dedicatum erit: dignus plane in quo chriſtus in via habitet per gratiam: vt tandez in eo in patria habitare dignetur per gloriam. Quod ipſe preſtare nobis digneī: qui viuit et regnat deus per omnia ſecula ſeculorum Amen.

ℂ Explicit liber decimus.

¶ Prologus libri vndecimi.

V Ndecimus huius volumi/
nis liber cõtinet geſtoꝝ ꝛ
paſſiõum ſctõꝝ differẽtias
quattuor. ¶ Primo illoꝝ
ſctõꝝ quoꝝ dies feſtiui no/
bis fuerunt penitus ignoti:
ſed neqꝫ eoꝝ legende potuerũt in aliqua
ſuperiorũ librorum parte cõmode collo/
cari. Scripſimus enim fauente dño geſta
ſcõꝝ: quoꝝ feſta per anni circulum occur
runt. Quibus etiam addidimus quedaꝫ
alia ſcõꝝ quorundã: qui vel ex noĩe equi/
uocatione: vel ex alia circa materiã depẽ
dẽtia: vel ex alia rationabili cauſa: potue/
runt ceteris ſcõꝝ legendis coniungi ſicut
pſentẽ legentibus cathalogum patere po
teſt. Reſtabant aũt alique legende: que
nulla occaſiõe poterãt certis dieb⁹ ãni: lo
cari quas in hoc vndecimo libro reſuaui
mus deſcribẽdas. ¶ Scdo illorum ſctõꝝ
geſta: que per obliuionẽ aliquam ſuis in/
ferenda locis fuerunt omiſſa: quod diffi/
teri nõ preſumo. Cui enim adeo pſtantis
memorie occurrat: cũcta q̃ legerit vel au/
dierit p ſingula cordi recondere ſuoqꝫ re
colenda tpe: facile in prõptu ad votum ha
bere. Neminẽ certe arbitror tali potiri p/
uilegio niſi ſpiritu prius fuerit afflat⁹ di/
uino. ¶ Tertio illoꝝ ſcõꝝ: quorum geſta
ꝛ paſſiões poſt ceptũ opus: mihi de nouo
appruiſſe ↄtigiſſet: aut ipoſterũ mihi vl' po
ſteris appareret: quod pter ſcõꝝ infinita
tem ꝛ librorũ numeroſitatẽ accidere: de
facili ſatis eſſet. ¶ Quarto etiam illorum
ſanctoꝝ qui per futurorum tẽporum ſuc/
ceſſiones ab eccleſia militante canonizã/
di: ꝛ in ſanctoꝝ numero conſcribendi fo/
rent: quod vſqꝫ ad preſentis ſeculi finem
credimus affuturꝫ. Cum non ſit abbreuia
ta manus dñi: que ꝛ in terris homines de
nouo ſanctificare: ꝛ in celis multiplicare
poteſt. Horũ igiť etiam geſta preſenti cõ
ſerenda volumini: non tã nobis q̃ poſte/
ris reſeruamus. Qua de re nec ipm opus
noſtrũ: certo fine concludimus: eo q ſan
ctoꝝ infinitas vſqꝫ ad ſeculi finem augẽ/
da: nec finem habet: nec numeꝝ. ¶ Ad
feſta igiť que preſentialiter habemus ex
ponenda veniẽdum ẽ. Et primo quidem
librum eccleſiaſtice hiſtorie tranſcuren/
tes: quedam que ex ipſo circa ſanctos ali
quos omiſſa fuerãt recolamus.

¶ Incipit liber vndecimus.

¶ De ſanctis duobus nepotibus chriſti
ſecundum carnẽ confeſſoribus. Cap. I.

D Uo ne
pos dñi ſalua/
toris ſecundum
carneꝫ: ex linea
collaterali vide/
licet ex eius car/
nali genere ne/
potes: inde q̃ di
cebať frater dñi: quorum noĩa euſebius ſi
lẽtio tegit: tpe domitiani imperatoris ſub
ſecunda xpianorũ perſecutione apud iu/
deam florebant. Cuꝫ aũt domitianus iuſ
ſiſſet pimi omnes de genere dauid ꝛ ſtir/
pe regia deſcẽdentes hi duo delati ſunt
duplici inuidia: videlicet q ex dauid ge/
nere: ꝛ ipſi⁹ xpi propiquitate nati eſſent.
Quos reuocatus quidam: qui in hoc miſ/
ſus fuerat: perduxit ad domitianum. Nã
ꝛ ipſe de aduẽtu xpi ſicut ꝛ alias herodes
formidabat. Interrogati autem ceſare ſi
eſſent ex familia dauid confitenť. Inter/
rogati quãtis eſſent facultatib⁹ vel poſſeſ/
ſionibus pditi. Reſpondẽt: q vtriqꝫ nõ
amplius eſſet in bonis nouẽ milibus de/
narijs. Ex qb⁹ ſingulis pars media ppor/
tione debeť: nec hec ſibi in pecunia: ſed i
eſtimatione terre ſubſiſterẽt: quã hẽbant
in trigintanouẽ iugeribus ↄſtitutã: quãqꝫ

ſuis manibus excolebant ad victuȝ cōſe
quēdum: ⁊ tributū perſoluendū. In cui⁹
teſtimoniū manus labore rigidas: ⁊ callis
obduratas ꝓferebāt. Interrogati ᵭ cħo:
quale eſt regnum eius: vel quis ipſe: aut
vnde: vel quādo vēturus. Reſpondit: ꝙ
neqȝ hui⁹ mūdi regnū: neqȝ hui⁹ terre ei
deſignet̄ iperiū: ſed celeſte ei regnū p an/
geloꝝ miniſteria in ꝯſumatiōe ſeculi ꝑpa
rat̄: quando ſcilicet venturus in gloria de
viuis ac mortuis iudicabit. Domitianus
autē cū neqȝ in eis quicꝙ̄ criminis inue
niret: ⁊ vilitatē eoꝝ ac verba maxime ꝯtē
neret: abire eos libere iubet. Illi vero di
miſſi vel martyrij merito: vel tāte ꝓpinq/
tatis ꝓrogatiua: pacis tpe duces eccleſie
effecti vſqȝ ad traiani tpa permanſerunt.

¶ De ſanctis romanis pontificibus ⁊ eo/
rum ſucceſſione. Cap. II.



Romani pontifices ⁊ eorū ſuc/
ceſſiones: ideo hic po
nuntur: vt que eccle/
ſiaſtice hiſtorie libro
reſtabant: hic recolli/
gantur: ⁊ ipſius ordo
libri per ſingula ſum/
marie tranſcurrat̄: quatenus ad quoſdaȝ
ſanctos epiſcopos romanos pontifices: ꝗ
in catalogo ſanctorum conſerti ſunt: ⁊ ha
ctenus omiſſi fuerūt perueniatur. Liber
itaqȝ hiſtorie eccleſiaſtice romanos pon/
tifices enumerat a beato petro apoſtolo
vſqȝ ad ſyricium papam: qui ſucceſſit da/
maſo per ſucceſſiones ſanctorū epiſcopo
rū numero. xlj. Sub quo ſyricio liber pre/
fatus finem facit. Omnes autem pape: ꝗ
in dicto libro deſcribunt̄ ſanctificati habē
tur aut in ordine martyrū aut confeſſoꝝ:
excepto liberio qui hereſis arriane labe
maculatus ſanctorū pontificū cetuȝ feda
uit: ſicut alter iudas apoſtolorū collegiū:
⁊ nicolaus ſacrum numerum leuitarum.

¶ Primus igitur in ſede romana beatus
petrus apoſtolus pontificatū tenuit: ⁊ pri
mo quidem ſedit antiochie annis ſeptē:
deinde cathedram epiſcopalem in vrbe
roma tenuit annis viginti quinqȝ menſi/
bus quinqȝ ⁊ diebus tredecim: de quo ſu
pra actum eſt in feſto cathedre ſancti pe
tri. viij. calend. martij: ⁊ in feſto paſſionis
ipſius. iij. cal. iulij. ¶ Secūdus epiſcopus
fuit linus de quo ſupra dictum eſt in eius
paſſione. ix. cal̄. octobris. ¶ Tertius fuit
cletus: de quo ſupra in eius paſſione ſex/
to calen. martij. ¶ Quartus fuit clemēs:
de quo ſupra in paſſione nono calen. de/
cēbris. ¶ Quintus fuit anacletus: de quo
ſupra tertio idus iulij. ¶ Sextus fuit eua
riſtus: de quo ſupra ſeptimo calen. nouē/
bris. ¶ Septimus fuit alexander: de quo
ſupra quīto noñ. maij. ¶ Octauus ſixtus
primus: de quo ſupra octauo idus aprilis
¶ Nonus teleſphorus: de quo ſupra no/
nas ianuarij. ¶ Decimus iginus: de quo
ſupra quarto idus ianuarij. ¶ Undecim⁹
fuit pius: de quo ſupra quinto idus iulij.
¶ Duodecimus anicetus: de quo ſupra
xv. cal̄ maij. ¶ Tertiuſdecimus ſother:
de quo ſupra decē calēdas maij. ¶ Quar
tuſdecimus eleutheri⁹: de quo ſupra. vij.
calēdas iulij. ¶ Quītuſdecimus victor:
de quo ſupra quinto calē. auguſti. ¶ Sex
tuſdecimus zepherinus: de quo ſupra ſe/
ptimo calendas ſeptembris. ¶ Decimuſ
ſeptim⁹ calliſtus: ᵭ quo ſupra pridie idus
octobris. ¶ Decimuſoctauus vrbanus:
de quo ſupra octauo calēdas iunij. ¶ De
cimuſnonus pontianus: de quo ſupra tre
decimo calendas decembris. ¶ Uigeſi/
mus antherius fuit: de quo ſupra actum
eſt nonas ianuarij. ¶ Uigeſimuſprimus
fabianus: de quo ſupra tredecimo calen/
das februarij. ¶ Uigeſimuſſecūdus fuit
cornelius: de quo ſupra decimoctauo cal̄.
octobris. ¶ Uigeſimuſterti⁹ lucius: de ꝗ
ſupra. iiij. noñ. martij. ¶ Uigeſimuſquar-

mus ſtephanus: de quo ſupra quarto non. auguſti. ¶ Uigeſimuſquītus ſixtus ſecū/dus: de quo ſupra octauo idus auguſti. ¶ Uigeſimuſſextus dionyſius: de quo ſupra. vij. calē. ianuarij. ¶ Uigeſimuſſepti/mus felix primus. de quo ſupra tertio ca/lend. iunij. ¶ Uigeſimuſoctau⁹ fuit marcus primus: de quo ſupra nonis octobris. Et hic ſolus de numero tantorū pontifi/cum: videlicet tam ſupra poſitorꝝ ꝙ̄ infra ponendorum vſqꝫ ad ſilueſtrum papam martyrium euaſit. ¶ Uigeſimuſnon⁹ eu/tychianus: de quo ſupra ſexto idus decē/bris. ¶ Trigeſimus caius: de quo ſupra decimo calē. maij. ¶ Trigeſimuſprimus marcellinus: de quo ſupra. vi. calē. maij. ¶ Trigeſimuſſecundus marcellus: de q̄ ſupra. xvij. calen. februarij. ¶ Trigeſimuſ tertius euſebius: de quo ſupra. vi. calen. octobris. ¶ Trigeſimuſquartus melchiades: de quo ſupra quarto idus decēbris. Omnes prefati pontifices excepto mar/co per martyriū aſſumpti fuerūt. ¶ Tri/geſimuſquintus fuit ſilueſter primus iter epiſcopos confeſſores: de quo ſupra actū eſt pridie cal. ianuarij. ¶ Trigeſimuſſex/tus fuit marcus ſcūs: de quo ſupra nonas octobris. ¶ Trigeſimuſſeptimus iulius: de quo ſupra idib⁹ aprilis. ¶ Trigeſimuſ octauus fuit liberius hereticus tempore conſtantij imperatoris: qui primo quidē dum nollet arriane hereſi conſentire ab eodem auguſto in exiliuꝫ miſſus eſt: vbi ſtetit per annos. iij. Sed demum conſentiens hereſi predicte: ab eodem conſtan/tio reuocatur: ⁊ in epiſcopū confirmatur: ⁊ felix qui in eius locum a clero ⁊ popu/lo romano conſtitutus fuerat papa mar/tyrio coronat. ¶ Sicqꝫ. xxxix. epiſcopus fuit felix ſecundus martyr de quo actum eſt. iiij. calen. auguſti. ¶ Quadrageſimus fuit damaſus papa ⁊ confeſſor: de quo ſupra actum eſt. iij. idus decembris. ¶ Quadrageſimuſprimus ſyricius ſub quo liber eccleſiaſtice hiſtorie finem facit. Et hunc omiſſum immediate infra ſupponemus.

¶ De ſcō Syricio papa. Cap. III.

